


I. Dom. Ferretti inv. et del. Carol. Gregorj sculp.

IOANNIS MEVRSI
OPERVM
VOLVMEN QVINCTVM
EX RECENSIONE
IOANNIS LAMI

LVCVBRATIONES QVAE IN EO CONTINENTVR
SEQVENS PAGINA INDICAT



FLORENTIAE. CIↃ. IↃ. CC. XLV.
SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS TYPIS

APVD TARTINIVM ET FRANCHIVM
CVM ADPROBATIONE.

De Luxu Romanorum liber, et ad eum
Mantissa, in qua habetur
Astrampsychi Oneirocriticon.
Dionysius, sive de Auctoribus istius nominis, eorumque Scriptis.
De Heraclide, aliisque eius nominis, et eorum operibus.
De Gloria.
Orchestra, sive de Saltationibus Veterum.
De Puerperio.
De Funere.
Exercitationum Criticarum Pars I. et II. in quibus
Curae Plautinae
Animadversionum Miscellarum libri IV.
Auctarium Philologicum, in quo
Carmen Funebre in obitum Gertrudis ab Oldenbarneveldt,
Carmen Epithalamium in Nuptias Gulielmi Martigni.
Ad Theochriti Idyllia Spicilegium, eiusdem ad Epigrammata notae.
Lycophronis Alexandra.
Adnotationes in Libros de Funere et Puerperio ab ipso Meursio in ora Librorum adscriptae, nunc primum in Praefatione editae.

PRAEFATIO.

POst Glossarium Graeco-barbarum, & quae pauca ex Philosophiae Pythagoricae penetralibus eruta, ac de *Theophrasti* Philosophi celeberrimi historia, & eius librorum emendatione, praemisimus, ad amoeniora descendamus oportet, & ab Graecis ad Latinos tamdem transitum faciamus; quare huius voluminis initium Meursianus liber *De Luxu Romanorum* occupat, & ad eum Mantissa, quae etiam *Astrampsychi Oneirocriticon* comprehendit, cum *Io. Meursii* eruditis luculentisque Commentariis. Huius Oneirocritici Codex MS. in Bibliotheca Richardiana adservatur, quem quidem contulimus; sed nihil ab edito exemplari discrepare deprehendimus; ideoque variantes lectiones nullas adscripsimus. Sed iam, ob *Astrampsychum*, iterum ad Graecos Scriptores necessario delapsi, huic *Dionysium, seu de Auctoribus istius nominis, eorumque scriptis* Librum subiecimus; similemque de *Heraclide, aliisque eius nominis, & eorum operibus* Dissertationem. At quum *Meursius* non in omnibus recte de *Heraclide Pontico* opinetur, huc adducam ea, quae *Fabricius* Vol. I. *Bibl. Graecae* habet: *Facile quidem adducar*, inquit, *ut credam, hunc, quisquis demum fuerit, libelli* περὶ ἀπίστων *Auctorem Ethnicum, non* Heraclidem *Ponticum, neque* Lembum, *sed* Heraclitum, *ut constanter legitur in Codd. MSS. eumdem esse, qui Allegorias Homericas, scriptum eruditum, & elegans, nobis reliquit: sane ita manifeste sensit* Eustathius *ad Odyss.* Δ. *Allegoriarum auctorem aiens haud esse veterem illum* σκοτεινὸν, *sed alium*, [1] *qui de Incredibilibus scripserit. Eamdem sententiam amplexi sunt ex recentioribus* Leo Allatius, Lucas Holstenius, Aegidius Menagius: *licet has quoque Allegorias* Heraclidi Pontico Gesnerus *tribuit, & sub eius nomine cum versione sua vulgavit Basil.* 554. 8*vo: cuius exemplo* Ioannes Meursius *in Praefatione ad* Apollonii Dyscoli *Historiam Mirabilem, novam illarum editionem pollicitus*, [2] ger-

1. *Variis* Heraclitis *supra c.* 1. *a me laudatis addes quatuor* Heraclitos, *de quibus* Laertius IX. 17. 1. *Lyricum* 2. *Elegiarum Poetam* Halicarnasseum, Callimachi *aequalem* 3. Lesbium *scriptorem Macedonicae Historiae* 4. *e Citharoedo* σπουδογέλοιον. *Tum alios tres observatos a* Menagio: Heraclitum *Tyrium Philosophum Academicum*, Antiochi *familiarem, de quo* Cicero 4. *Academ.* Heraclitum *Sycionium, cuius* 2. *de lapidibus laudat* Plutarch. *de Fluminibus. Tum* Heraclitum *Perineum cursorem, de quo* Zenobius IV. 35. *&* Suidas *in* θᾶττον. Heraclitum *denique Mytilenaeum*. Eustath. *ad Odyss.* δ. *p.* 178.
2. *Huic editioni* Meursius *praemittere volebat librum de variis* Heraclidis, *qui ex eius Chirographo editus est. T.* 10. *Antiquitat. Graecarum Viri celeberrimi* Iacobi Gronovii. *Recensuerat varios* Heraclides *idem* Meursius *ad* Chalcidium *p.* 10. *seq. cui addes* Io. Ionsium *de Scriptoribus Hist. Philos. Lib. II. c.* 11. *&* Menagium *ad* Laertium *p.* 227. *seq.*

germanum titulum esse contendit Λύσεων Ὁμηρικῶν, *quia nempe penes* Laertium *legerat*, Heraclidem Ponticum *duos* [1] *eo titulo libellos scripsisse. Sed ne dicam parum huic scripto convenire titulum* Λύσεων, Heraclidem *illum Allegoriarum Homericarum*, *quas habemus*, *auctorem non esse*, *constat ex eo*, *quod in illis memorantur multi* Heraclide *iuniores*, *ut* Aratus, Callimachus, Eratosthenes, Epicurus, Apollodorus, Crates, *eiusque discipulus* Herodicus. *Confer* Menagium *ad* Laertium *p.* 226. *&* 399. *edit. Wetstenianae*, *&* Antibailleti *cap.* 10. *cui adde quod observat* Galeus (*qui Allegorias* [2] *in eadem*, *quam dixi*, *collectione cum* Gesneri *versione*, *notisque suis*, *&* *insignibus ex codice MS. castigationibus*, *vulgavit.*) Heraclidem Ponticum Platonis scholam sectatum esse, Allegoriarum auctorem adeo non esse Platonicum, ut quasi ex professo adversus Platonem hanc esse susceptam disputationem suspicari merito aliquis possit. *Neque opus est*, *ut cum* Ger. Io. Vossio *Lib. I. de Historicis Graecis cap.* 9. *iuniorem quemdam* Heraclidem Ponticum, *Imperatorum* Caii, Claudii, *&* Neronis, *aequalem*, *vel* Heraclidem Lembum, *aut alium quempiam*, *hoc nomine auctorem subspicemur.* Nescio, *inquit* Holstenius *de* Porphyrii *vita p.* 44. qua de caussa *Heraclidi Pontico* adscribitur, reclamantibus praeter temporis rationem quinque MSS. quos in variis Biblioth. vidi, & *Eustathio* ad Iliad. ά. p. 40. ubi *Heraclito* alicui tribuitur. Gesnerus *quidem hunc titulum praefixit* Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ ἀλληγορίαι σοφώταται καὶ εἰδικώταται εἰς τὰ τοῦ Ὁμήρου περὶ Θεῶν εἰρημένα, καὶ ἀντιρρήσεις τῶν κατ' αὐτοῦ βλασφημησάντων. *Sed in limine castigationum ipse testatur in codice Graeco scriptum fuisse* [3] Ἡρακλείτου, *nullo autem alio Codice usum esse se fatetur in Praefat. quam editione Graeca Aldina*, *cum Palaephato*, *&* *aliis*, *Venet.* 1505. *fol. in qua p.* 96. *diserte legitur* Ἡρακλείτου. *Et in iis*, *quos* Holstenius, *&* Galeus, *inspexit*, *MSS. auctor itidem vocatur* Heraclitus. Ἡρακλείτου οὐχὶ τοῦ σκοτεινοῦ πρὸς τοὺς καθ' Ὁμήρου βλασφημήσαντας ἀλληγορίαι φυσικαὶ σοφώταται καὶ ἀναγκαιότατα. *Ipse quoque*, *auctor*, *quum alterum* Heraclitum *veterem adlegat*, *velut a se distincturus semper addit notam* διακριτικὴν *vocatque vel* σκοτεινὸν, *ut p.* 442. *edit.* Galei, *vel* φυσικὸν Ἡράκλειτον, *ut p.* 468. *Meminit eiusdem* Heracliti *iunioris*, *&* *alibi* Eustathius, *ut ad Iliad.* Σ. *p.* 1192. ἐν δὲ τῷ μία δ' ἐν νυκτὶ ἐγένοντο, Ἡράκλειτος περιετήρησε καὶ ἀστρολόγον εἶναι τὸν ποιητήν. *Non itaque audiendus est vir doctus* Ioannes Ionsius, *qui p.* 173. *de Scriptoribus Hist. Philosoph. contendit*, *apud* Eustathium *ad Iliad.* α. *p.* 30. *pro* ζητητέον ἐν τοῖς Ἡρακλείτου εἰς τὸν Ὅμηρον, *omnino scribendum esse* ἐν τοῖς Ἡρακλείδους. *Quanquam enim Heraclides quidam Grammaticus*, *qui in Homerum scripsit* (*sive* Milesius, *quem laudat ad Iliad.* θ. *p.* 589. *sive* Alexandrinus, *quem nominat ad Iliad.* ι. *p.* 628. *&* *Iliad.* λ. *p.* 820. *sive* Mopsvestenus *denique*, *cuius meminit* Stephanus *in* Μόψου ἑστία) *frequentissime ab* Eustathio *adlegatur in Iliad.*

p. 18.

1. *Idem* Meursius *post* Gesnerum *subspicatur libro priore Allegorias in loca Iliados*, *posteriore in loca Odysseae*, *complexum fuisse* Heraclidem, *itaque scriptum*, *quod habemus*, *distinguendum esse in duos Libros*, *quorum prior desinat p.* 484. *edit.* Galei *Amstelod. alter incipiat a verbis ead. pag.* Ἆρ' οὐκ ἀπόχρη εἰ ὅλης τῆς Ἰλιάδος κ. τ. λ. *Posteriorem autem librum esse extrema parte mutilum*, *non enim totam Odysseam persequitur*, *sed desinit in vers.* 22. *Odyss.* κ. Ἣ μὲν παυέμεναι, ἣ δ' ὀρνύμεν ὅν κ' ἐθέλῃσιν.
2. *Poterat etiam addere* Anonymi [*eiusdem forte* Heracliti] *libellum*, *qui inscribitur* Ἐπίτομος διήγησις εἰς τὰς καθ' Ὅμηρον πλάνας τοῦ Ὀδυσσέως μετά τινος θεωρίας ἠθικωτέρας φιλοπονηθεῖσα. *Graece prodiit Hagenoae Ao.* 1531. *Latine* Conr. Gesnero *interprete Tiguri Ao* 1542. 8. *Graece*, *&* *Latine cum Notis* Io. Columbi, *Aboae Ao.* 1678. 8.
3. Heracliti *cuiusdam* Pontici *meminit* Plutarchus *de Iside & Osiride p.* 361. *sed* Heraclidis *legit Interpres*, *&* *sane passim haec duo nomina inter se confunduntur*. *Apud* Macrobium *Lib. I. in Somnium Cic. cap.* 14. *Animam Heraclitus Ponticus dixit lucem*. *Heraclides Physicus scintillam stellaris essentiae*.

p. 18. 22. 25. 40. & alibi, quadragies minimum: nibil tamen impedit quo minus loco illo lectorem suum ad Heracliti *Allegorias Homericas remittere potuerit. Quae enim ibi respicit de sagittis* Apollinis, *leguntur in Allegoriis hisce p. 425. edit. Amstelodamensis.* Sallustii *Philosophi in* Heracliti *Problemata Homerica Summarium MS. vidisse se in Bibl.* Lud. Saregi, *Perusiae & Vmbriae Praefecti, testatur* Iustus Ricquius *Ep.* XXIX. *ad* Marcum Velserum. Hactenus ille. Alia multa etiam de aliis *Heraclidis* ex eod. *Fabricio*, aliisque, proferre esset, quae consulto omittimus; quum unusquisque ad *Fabricium* recurrere possit. Idem vero dicendum de *Dionysiis*, quorum seriem *Meursius* edidit, & de quorum operibus scripsit. Hisce opusculis, quae tantam nominis gloriam Auctori merito pepererunt, librum *De Gloria* adtexuimus, qui, quum tetricitatem quamdam Philosophicam praeferat, Lectorem ex eius lectione austeriorem, severioremque factum, *Orchestra, seu de Veterum Saltationibus*, opere producto exhilarare studuimus; ad quod argumentum quum pertineat erudita *Edmundi Chisulli* de Numo Σκωπὶ inscripto Dissertatio, illam in cursu operis adiecimus, cum ipsius Numi figura aeri incisa, ubi *Meursius* de *Scope*, seu *Scopia*, agit. In fine autem Libelli animadversiones quasdam V. Cl. *Iacobi Gronovii ex Tom. VIII. Graecar. Antiquit.* extractas addidimus, ut quæcumque ab Viro docto in hunc Meursianum librum observata sunt, heic obvia haberentur. Sed & quum pereruditus iuvenis, qui tunc vix duodevicesimum annum attigerat, non spernendam de *Veterum Saltationibus* Dissertationem mihi aliquibus ab hinc annis inscripserit, & illa quidem veluti complementum Meursianae Tractationis haberi possit: quum de multis generatim agat, quae *Meursius* omittit: illam huic Praefationi subdere animum facile induxi meum. Auctor quidem est Florentinus ille iuvenis ob praecocis ingenii laudem, & ob opuscula varia erudita in vulgus prodita, iam fama notus, ac celebris, *Angelus Maria Bandinius*, qui hac lucubratione, ab eo in Florentino Apathistarum Coetu lecta, ad maiora, quae iam edidit, aut molitur, ab ipsa tenera aetate prolusit. Post Orchestram *De Puerperio* Syntagma occurrit, quod antiquo Marmore illustravimus, novam nuptam fascino inequitantem exhibente, quod quidem in celebri Museo Gaddiano Florentiae adservatur. At quicumque nascuntur, mortales tamdem omnes naturae concedant necesse est; adeoque statim subiecimus pereruditum librum *De Funere*, in quem praeter ea, quae sparsim adnotavi, lubet heic observare, ubi col. 372. cap. XLI. *Meursius* putat, adiunctas sepulchris cellas, in quibus reponebantur ossa eorum, quorum in loco iam novum cadaver erat collocandum, *Ossuaria* dictas fuisse, emendari debere hanc *Meursii* opinionem, quum ex *Fabretto* in *Inscriptionum Sylloge* pag. 16. constet, *Ossuaria* non cellas fuisse, sed urnas. En *Fabretti* verba: Cinerarium *porro &* Aedicula *quid sint, monstrat haec sepulchri ad Viam Salariam, Villâ DD. de Paulutiis* AMICIS ET GENIO *dicatâ, descriptio: in eo enim ultra Ollaria seu Columbaria, in descensu, & circa aream retractionis scalarum, distributa, in tribus reliquis lateribus inter se aequalibus, aequali pariter proportione, Aedicula, & Cinerarium maius, cum aliis minoribus, ad urnas lapideas adservandas, statuta sunt. Hasce lapideas urnas* Ossuaria *vocari, ipsum nomen eisdem inscriptum manifeste declarat: ita ut monumenti pars sit, ne quidem infixa, sed amovibilis, ut in l. 2. D. de Sep. viol.*

C. NVN-

C·NVNNIVS·PRIMITIBVS
D·M·OSSVARIV SIBI
Apud Christinam Augustam in operculo.

Cinerarium medianum, *ab ollis & columbariis distinctum hic vides,*

CALPVRNIA·RESTITVTA
EMIT·DE·SYNEROTE·COLV
MBARIA·N·IIII·OLLAS·N·VIII
ET·CINERARIVM·ME
DIANVM·ET·PHOEBO·CONIVGI·SVO
ET·SIBI·POSTERISQVE·SVIS
è schedis Barberinis.

Quia namque corpora, alia cremabantur, & in ollis urnisque tam fictilibus, quam marmoreis, recondebantur; aliaque in arcis lapideis, quas communiter Sarcophagos vocari moris est, integra deponebantur; alia demum in fictilibus capsis terrâ obruebantur; ideo varia eorumdem conditoria, in funeribus praecipue diligens, quin etiam splendida, & profusa, praeparavit antiquitas; ut nempe ollae minores in suis Columbariis; urnulae, ollaeque maiores, in Aediculis & Cinerariis; arcae lapideae, sive sarcophagi in supernis (ut ait Cassiodorus *in Epist. ad* Danielem Marmorarium) *ordinarentur; sarcophagi tandem fictiles in pavimento defoderentur.* Et haec quidem *Fabrettus.* Lubet etiam adiicere in hosce duos Libros *De Funere*, & *Puerperio* ἰδιογράφως *Io. Meursii* ipsius Adnotationes ex ipsa Svecia ab illustrissimis, & eruditissimis Viris dudum mihi missas, sed, postquam lucubrationes illae iam typis, preloque, iterum commissae fuerant, sero nimis acceptas: quare suis locis inserere eas non licuit. De hisce Adnotationibus Vir Cl. *Gustavus Benzelptierna* Praefectus Bibliothecae Regiae Stokolmiensis, ita in Epistola data XIX. Decembr. anno MDCCXXXV. quam totam in Praefatione primi Voluminis *pag.* VII. produximus, scripsit: *Quum vero & minima* Meursii, *ut scribitis, publico impertiri velitis, non iniucundum vobis erit cognoscere, in Bibliotheca fratris mei Dom.* Erici Benzelii *Episcopi Lincopensis exstare exempla impressa opusculorum eius* De Funere, & Puerperio, *manu Auctoris passim notata & subpleta, quas Adnotationes ab eodem exemplari descriptas vobiscum communicare promittit, idque ab eo flagitare non intermittam.* In Epistola vero data VI. Id. Iunii anno MDCCXXXVI. quae pariter exstat in laudata Praefatione *pag.* XVI. haec scribit: *Adiungo heic Notata, quorum antea spem feci, Meursiana ad lucubrationes suas De Funere, & Puerperio, descripta manu Rev. Dom. Episcopi Lincopensis, cuius in Bibliotheca hoc exstat exemplar.* Hisce autem Epistolis responsum dedi Non. Octobr. eiusdem anni, quod quidem ita habet:

Amplissimo, & Doctissimo Viro *Gustavo Benzelptiernae* Serenissimi Svecorum Regis a Bibliotheca *Ioannes Lamius* S. D.

Mirum profecto, vir amplissime, nec dictu facile, quot nos beneficiis obligaveris, dum nobis Meursianarum lucubrationum iteratae editioni incumbentibus, & iniusto prope sub fasce laborantibus, suppetias tempestive advenisti, & opibus tuis praesidioque iuvisti. Etenim una cum certissimis singularis humanitatis argumentis, & curiosae in Meursianis ἀνεκδότοις *operibus investigandis diligentiae significationibus, Adnotationes illas* ἰδιογράφους, *quas* Meursius *secundis curis, cum* Hesychii Illustris *Commentariis, tum Libris de Puerperio & Funere adscripserat, a te quidem olim perhumaniter promissas, nostrae autem editioni locupletandae, atque exornandae, quam necessarias, accepimus, de quibus gratias tibi incredibiles agimus, atque opportune gratum nostrum animum universae litterariae Reipublicae testifi-*

ca-

caturi, eruditioni tuae ac liberalitati, cum meritis nominis tui, virtutisque, praeconiis, referemus acceptas. Haud aliter διακείμεθα *erga Reverendissimum Lincopensem Episcopum fratrem tuum, cui nostro nomine gratias agas etiam atque etiam rogamus, utrique lubenter, ubi occasio se obtulerit, etiam relaturi: & tanto magis ei nos obstrictos profitemur, quanto ipse alacrius memoratas Adnotationes, quas in sua Bibliotheca servabat, sua, non aliena, manu describendi operam laboremque suscepit. Quid autem dicamus de tua illa mirabili ad nos multimodis demerendos proclivitate, qua ultro nobis optatissimas* Theophylacti *Epistolas comparasti; quas oramus, ut salvas incolumesque ad nos mittas, & tam longi itineris difficultatum, periculorumque, securas? At non mitte tantum, sed mitte quamprimum: modo enim ad nos opportune perveniant, sumtibus quibuscumque non parcere animum nostrum induximus. Porro optamus eodem tempore, ut nos impensarum omnium, quibus pro nobis obnoxius fuisti, illico indemnitatem praestituros admoneas: viam autem, qua id commode fieri possit, etiam indicare digneris; alia enim hactenus non patet, nisi ea, quam nobis ab amplissimo Serenissimi istius Regis apud Caesarem* Oratore *apertum iri speramus. Eadem dicta puta de* Induciis Belli Belgici, *quas a te possideri ais, & quas tam facile ac liberaliter nobis offers: nos eas quidem gratanter accipiemus, indicatumque solvemus pretium; eas enim in Italia nostra haud proclive est reperire: adeoque si lubet, eodem ac* Theophylacti *Epistolas involucro ad nos mittas precamur, de hoc quoque tuae beneficentiae gratiam habituri. Bene quidem, ac sapienter, unum* Meursii *opus industriae se diligentiaeque nostrae subduxisse, animadvertis, nam ita litterae nostrae* ἐγκυκλικαὶ *praeferebant: verius tamen illud memoriae nostrae se subtraxit, quum Meursianorum Commentariorum seriem digereremus, opus scilicet* Palladii *a* Meursio *editum, alias nobis notum, & quod in privato nostro Catalogo recensueramus, quodque Reverendissimus Archiepiscopus Nicaenus dono ad nos mittit. Quod ad Praelectiones* Meursii *in* Callimachum *adtinet, eae quidem ignotae nobis erant, & uno tuo indicio hanc viri doctissimi lucubrationem cognovimus. A Clarissimo autem* Io. Grammio *Codicem Epistolarum* ad Meursium *a Viris eruditis scriptarum accepturi sumus, quare opus tantum erit cum Codice Ienensi, quem indicas, illas conferre ut an eaedem sint, an diversae, an plures, Epistolae huius Codicis videamus. Ab eodem humanissimo* Grammio *Danicas* Meursii *Historias* ἀνεκδότους *nos pariter accepturos speramus, quibus nostra editio locupletissima evadat.*

Atque haec quidem omnia, Vir Clarissime, spectatorum virorum Tartinii, & Franchii, *nomine tibi scripsi: nunc oportet, ut stilum ad me, meaque seorsim convertam, & meum in primis erga te obsequium & venerationem testatissimam faciam. Vtinam praestare id verbis luculentissimis & significantissimis possem, & beata quadam dicendi copia circumfluerer, qua doctrinae, & virtutum tuarum humanitatis in primis, eminentiam & culmen adtingerem. Sed quando ingenium meum quam sit exiguum sentio, nec oratio nostra sonantibus verbis, & sententiis uberibus manat, conatum saltem meum, ac voluntatem tibi fecisse perspectam, aequi, & boni tua singularis humanitas consulat, & argumentum habeat meae venerationis apertissimum &c.*

Quum autem diligentiam meam in locupletandis, & numeris omnibus absolvendis *Meursii* commentationibus ita ostenderim, ad indicatas Adnotationes producendas deveniamus.

No-

Notata in margine librorum Ioannis Meurſii *de* Puerperio, *&* *de* Funere *editionis Hagenſis*, 1604. 8. *manu Auctoris*.

DE PVERPERIO.

Col. 282. *v.* 62. *Lege* producit. *Col.* 283. *v.* 57. *Lege*: excitavit iterum M. Aurelius. *Col.* 284. *v.* 23. *poſt* tranſegit. Statuebantur prae foribus coronae. Si maſculus natus eſſet, ex oliva; ſi femella, e lana. Vide Heſychium in ςέφανον ἐκφέγειν. *Col.* 286. *v.* 22. *Lege* clarus locus in iſtis verbis.

DE FVNERE.

Praef. ad Lectorem, *verſu* 2. tamdem, *lege* tantum. *Col.* 303. *v.* 23. *Suidas*. *adde* in Ἀ'ποικόμενα. *Col.* 310. *v.* 47. Athenienſes tertio die efferebant. Qua de re eſt elegantiſſimus locus Antiphontis in oratione περὶ τοῦ χορευτοῦ, *pag.* 155. *Col.* 310. *v.* 49. *poſt* diluculo (Menander Rhetor cap. πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν. Ἡ γὰρ περὶ τὴν ἐκφορὰν τῶν τετελευτηκότων αἱ τιμαὶ γίνονται, ἢ περὶ τὰ νομιζόμενα, ἢ τὰ μνήματα, καὶ τοὺς τάφους, περὶ μὲν δὴ τὴν ἐκφορὰν, ὡς, τὸ Ἀθήνησι, ποτὲ ἡλίου ἀνίσχοντος, καὶ θηρίοις (ſcribo θουρίοις.) νύκτωρ ἡ πρόσθεσις, ἢ προσθέσεως ἡμέρα τακτὴ, (ſcribo πρόθεσις, ἢ προθέσεως) *ibid.* *v.* 60. de ſacra ſorte. *lege*, de Hagniae hereditate. *Col.* 374. *v.* 45. quidquam, quod. *Lege* quid quam quod. *Col.* 385. *v.* 14. octo millibus. *Adde*. Plinius lib. x. cap. XXIX. Servorum illis pretia ſunt, & quidem ampliora, quam quibus olim armigeri parabantur. Scio ſeſtertiis ſex, candidam alioquin, quod eſt prope inuſitatum, veniſſe, quae Agrippinae Claudii Principis coniugi dono daretur.

Poſt iſta omnia a *Meurſio* varie tractata, quae in illuſtrationem diverſorum Scriptorum, cum Graecorum, tum Latinorum, ille alio modo elucubravit, omnia ſimul edidi, ut *Plautinas Curas*, ſeu in *Plauti* Comoedias *Exercitationum Criticarum*, Partem primam, & Partem ſecundam, in qua ſunt *Animadverſionum Miſcellarum Libri quatuor*, *quibus Scriptores varii caſtigantur*, *illuſtranturque*; *maxime Arnobius & Feſtus*. Poſt haec ſubditur *Auctarium Philologicum* ſimilis argumenti opus, quemadmodum & illud, quod conſequitur, ad *Theocriti Idyllia Spicilegium*, *eiuſdemque ad Epigrammata Notae*. Volumen tamdem claudit *Lycophronis Alexandra*, quod perobſcurum poema ſuis eruditis laboribus *Meurſius* mirifice illuſtravit; adpoſitaque eſt e regione *Ioſephi Scaligeri* Verſio Latina, quae centum locis emendatur. Tamdem obſervandum omnino eſt, quaedam antiqua Monumenta, quibus Pyrrhica Saltatio, & Aſcoliaſmus repraeſentatur, produxiſſe nos aeri eleganter inciſa in Tomo huius editionis III. Tab. VII. col. 1037. quum & illic apte opportuneque, pro materia quae tractabatur, exhiberentur. Id volebam, Lector, neſcius ne eſſes. Vale.

CLA-

CLARISSIMO . ATQVE . ERVDITISSIMO . VIRO

IOANNI . LAMIO

SACRAE.HISTORIAE.IN FLORENTINO.LYCEO

PROFESSORI . CLARISSIMO

STVDIOSAE . IVVENTVTIS . PARENTI

BENIGNO

CELEBERRIMO.BONARVM . ARTIVM . AMPLIFICATORI

AC.PROPVGNATORI.VIGILANTISSIMO

DE.LITTERARIA.REPVBLICA.OPTIME.MERITO

AC.VNIVERSO.ORBI

EDITIS.COMPLVRIBVS.VOLVMINIBVS

NOTISSIMO

IN . PERENNE . AMICITIAE . ATQVE . OBSERVANTIAE

MONIMENTVM

ANGELVS.MARIA.BANDINIVS.FLOR.

HOC.QVODCVMQVE.SIT.MVNVS

D.D.D.

CLARISSIMO VIRO

IOANNI LAMIO.

ANGELVS MARIA BANDINIVS

ΧΑΙΡΕΙΝ.

Quum paucis ab hinc diebus, Vir Clar. Dissertationem hanc nostram de Veterum Saltationibus in celeberrima Apathistarum Academia, amicorum quorumdam studiosorum gratia, habuissem; quumque iis omnibus minime displicuisset, me, ne illam in publicum exire gravarer, enixe rogarunt. Qua de re aliquem, cui hanc praecipue consecrarem, statim animo diligenter pervolvi, quo opusculo impune, ut ita dicam, per manus, perque ora, hominum, libereque, pervagari fas esset; praesertim quum nostra hac tempestate, quod a calumniis, & obtrectationibus, tutum sit, esse arbitrer nihil. Quae quum sedulo perpendissem, mihi statim occurristi, Vir Clar. solus, cui non modo pro antiquitatis a priscis usque saeculis ducta observatione, verum etiam ob rarissimas animi tui dotes, hanc meam lucubrationem dicarem iure optimo, ac tutissimo tuo committerem patrocinio. Si quis enim moto in utramque aurem capite labores meos cavilletur, & sugillet, protinus, in clientelam traditis tuam, opem laboribus feras meis, meque ab improborum malesanis conatibus tuearis, atque defendas; qui quum graviores doctrinas aversentur, atque suis litterulis ridicule inflentur, suum in me dolis, mendaciisque, repletum stomachum evomuerunt. Quae, quum ita se habeant, ne mireris, si ad Te potissimum confugerim, & tutelam imploraverim tuam: scio enim quanta sit in Republica litteraria auctoritas tua, atque in retorquendis inimicorum telis virtus, atque praestantia. En igitur hoc quodcumque sit munus tanto decoratum nomine venerabundus obfero, ut sit perpetuum benevolentiae erga me tuae, & singularis meae erga Te observantiae, monimentum.

DISSERTATIO.

DE Veterum Saltationibus acturi, ne confusa evadat oratio, in tres cum Homero classes materiem hanc universam dividemus: in Cubisticam scilicet, Sphaeristicam, atque Orchestricam. Cubistica, iuxta Xenophontis ac Suidae testimonium, ars quaedam fuit, qua homines, variis ac discrepantibus modis, pedes ac manus contorquentes in caput saltabant: non secus ac nostris hisce temporibus circulatores nonnulli faciunt, qui lucri gratia homines decipientes varias urbes comoediis recitandis pererrant. Altera Sphaeristica, sive pilae ludus, nuncupabatur; nam quod sic ludentes saltarent, praeter Homerum, testatur quoque Athenaeus ex auctoritate Demoxeni. Tertia denique Ὄρχησις simpliciter dicebatur; qua etsi maiores nostri, ut plurimum, ad voluptates ac lasciviam potius, quam ad aliud, uterentur (qui mos succedentibus temporibus ad nostram usque aetatem dimanavit) nihilominus, Gymnasticam bellicam, athleticam, atque mediam, illa quoque prorsus non caruisse constat. Bellicam enim sine Saltatoria non fuisse, quam apertissime Plato testatur, qui in VII. de Legibus, Saltationem in tres divisit partes, in militarem scilicet, paci idoneam, atque mediam; militaremque vocavit eorum, qui modo exsilitionibus in altum, modo depressionibus, modo inclinationibus, hostilium incursuum invasiones, exitationesque imitabantur; quique figuris variis iaculatores & percussores simulabant: atque hanc tanti fecit, ut voluerit in Republica magistros haberi, qui publica mercede conducti viros simul, ac mulieres, hanc edocerent, ex hac una non parum adiumenti ad militarem peritiam adsequendam arbitratus. Quod vero athletica Gymnastica, inter ceteras exercitationes, habuerit aliquando Saltationes, ex Plinio comprobari potest, Lib. VII. c. 48. qui Stephanionem togatae Saltationis primum inventorem utrisque saecularibus ludis, & D. Augusti, & Claudii Caesaris, saltasse memoriae prodidit: quemadmodum & Plato, loco nuper citato, Saltationem a nobis mediam, ab ipso ἀμφισβητουμένην nuncupatam, in sacrificiis, atque expiationibus, fieri solitam dicit; quam a Mantinensibus, & Arcadibus coram Cyro factam refert Xenophon.

Vnde autem vera Saltationis origo repetenda sit, qui in tantis expiscari tenebris valeat, esse arbitror neminem. Nonnulli enim a stellarum motibus, amplexibus, & ordine, & ab harmonica quadam, ut ita dicam, rerum coelestium saltatione derivatam esse contendunt: & revera circa nos coelum continuo se motu rotando pulcherrimam nobis machinam ostendens, venustissimas ducit circa Deum Optimum Maximum quodammodo choreas. Atque hinc est, quod divinus ille Pindarus apud Ebraeos in celeberrimo Carmine exclamaverit: Coeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius adnunciat firmamentum. Nonnulli etiam Satyros eam invenisse testantur, Bacchum Etruscos, Indos, hac arte, ac bellicosissimam Lydorum nationem, subegisse adfirmantes. Compertum quoque est, ut apud Athenaeum Theophrastus animadvertit Lib. 1. p. 22. Androna Siculum primum, quum tibia luderet, motiones atque numeros corpore effecisse, indeque veteres σικελίζειν saltare dixisse. Cleanthes deinde Thebanus, & Aeschilus, multa invenerunt saltationum genera, quae Athenaeus, Epicharmi auctoritate, βαλλισμοὺς adpellata fuisse testatur; unde apud quamplures Italiae populos Saltationis nomen, vulgo Ballo, derivatum est. Iure meritoque Lucianus huiusce inventricem & praesidem Polyhymniam fecit, immo Musarum omnium parentem Mnemosynem ipsam. Vetus enim saltator, ut universam in mente haberet fabulosam historiam, oportebat, & quidquid insuper vulgaris cuiuslibet populi recensebat opinio. Certam enim, ac determinatam, saltandi, ac sese movendi, speciem apud antiquos, nullo modo saltationem fuisse compertum est; quum praeter cantum, & sonum, tertium veluti Musices genus componeret, in numerum, modis variis, integras fabulas repraesentans, & universam ita memoriam complectens. Quare muta quodammodo adloquutio adpellanda est, quae taciturna clamat, delectat, movet, edocet, vividissima cordis interpres. Celebris Orator, quum ter ab amicis, quidnam in Rhetorica magis esset necessarium, fuisset interrogatus, actionem esse procul dubio adfirmavit.

Ab antiquorum igitur Saltatione haec omnia dimanasse certum est, varia cuius nomina, ut breviter interim animadvertam, apud Pollucem, *&* Athenaeum, *legi commode possunt. Quidquid est, adolescens stare omnino nequit, moveri cupit; itaque prudens ac sapiens Legislator, volens utilissimam quamdam constituere voluptatem, quae non solum animos non corrumperet, ac depravaret; verum etiam confirmaret, atque exornaret; ad pulchrum & honestum motus dirigens suos, animi simul ostendens, & corporis, venustatem, saltationem invenit, quae in animo proportionem, pulchritudinem, elegantiam, mensuram; in corpore celeritatem, ac certissimam imprimit valetudinem. Quare eiusmodi exercitium suis nondum perfectum temporibus probare, atque adhibere, magnus* Socrates *minime dedignatus est, ex singulis ad bonos mores, in quibus curas omnes, cogitationesque collocarat suas, maxime proficiens. Iucundum, Deorumque munus,* Lib II *de Legibus libenter eam adpellavit* Plato, *semperque eum, qui illam ignoraret, minimi fecisse constat. Honorificentissimum Deorum munus* Aristophanem *nuncupare fuisse solitum, testatur Graecus ille* Chamaeleon, *ita ut* Apollinem *ipsum Saltatorem dicere, laetitiaeque Regem, veteres non dubitaverint.*

Ο'ρχήσεως ἀγλαΐας ἀνάσσων εὐφάρετρ' Α'πόλλων.

Nec temere illi eiusmodi nomen imposuerunt; nam exsultat, ut Gigas, ex ortu ad occasum [*ut divinus* David *loquutus est*] ad currendam viam suam. *In Hymno pariter Apollinis, qui* Homero *tribui communiter solet, ipse Citharam tenens, ac suavissime pulsans, lente per aethereos tractus incedit* καλὸς καὶ ὑψιβιβάς. Arctinus *autem Corinthius eximiis carminibus Iovem inter Deos saltantem exhibuit:*

Μεσσοῖσιν δ' ὠρχεῖτο πατὴρ ἀνδρῶντε, θεῶντε.

At ut rem melius totam persequamur, varias breviter earumdem Saltationum oportet denominationes attingere. Diversa igitur sortitae sunt nomina; ab regionibus, ut ἰωνικὴς; *ab inventoribus, ut* πυῤῥίχη; *a corporis partibus, ut* τραχηλισμὸς; *a ratione motus, ut* μηδιποδισμὸς; *ab imitatione, ut* γέρανος; *ab instrumentis, ut* πινακίδης; *a vestibus denique, ut* ἐνόπλιος, & γυμνική. *Quodnam vero praecipuum, quo hisce potissimum uterentur occasionibus, sonorum esset instrumentum, difficile est admodum definire; quum vetustissimis temporibus omni huiusmodi caruisse saltationem non ignoremus. Deinde vero addita fuisse instrumenta musica, & vocalia, manifestum est. Sed ad tubae praecipue sonitum saltasse, a Graecis* βάλλειν χεῖρας *adpellatae, ex his ad saltatricem quamdam missis carminibus optime eruitur.*

Αἰνέω οὐχ ὅτι πάντα παθαίνεται, οὐδ' ὅτι βάλλειν
Τὰς ἀπαλὰς ἀπαλῶς, οὐδὲ γὰρ οἶδε, χέρας.

Id ab Hesiodo *insuper in* Herculis Clypeo *confirmatur* v. 272. *Ita ille in Vesparum Comoedia apud* Aristophanem *statim ac tubam audivit sonantem, integram saltando noctem consumsit.* Iuvenalis *quoque* Sat. 15. *cecinit:*

. . . . . . Inde virorum
Saltatus nigro Tibicine.

Et denique Phaedrus

. . . . Lepidum genus
Desiderari coepit, cuius flatibus
Solebat excitari saltantis vigor.

Quas autem propter caussas Saltatio fuerit instituta, nondum compertum habemus; plures tamen mihi ante animi versantur intuitum. Ac primo quidem inter sacra, ac caeremonias, ab Ebraeis admissa fuit. Et merito. Nam circa Deum O M. ut paratissimi versabantur famuli, Dominum intuentes suum. Vnde divinus Poeta noster Dantes Purgat. cap. x. *ut humilitatis Davidis gloriam vivis quodammodo coloribus pingeret, qui ante Divinae Maiestatis habitaculum saliens, suum eodem depressit tempore, atque exaltavit, famulatum,*

Li precedeva al benedetto vaso
Trescando alzato l' umile Salmista,
E più, e men, che Re era in quel caso.

Etenim

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Iovis,
Clari giganteo triumpho,
Cuncta supercilio moventis.

Eo melius imperio populos regunt principes, quo magis supra proprium, divinum imminere cognoscunt; quamobrem David *circa arcam saltavit humilis, suam Deo haud obscuris significationibus servitutem demonstraturus, quae circumeundo, ac sese circa* Da-

Dominum versando, repraesentatur; unde ἀμφιπόλοι apud Homerum ancillae, & famulae sunt, quae vox nihil aliud sonat, quam circumeuntes. Et profecto Etrusca natio per gyrum sacras choreas in honorem Deorum coelestium agebat, ea de caussa siderum varios motus, gressus, & regressus, exprimentibus strophe & antistrophe. Id maxime faciebant ad aras Deorum, vel puras, vel donis epulisve oneratas, vel etiam ignitas, dum interim partes victimarum adolebantur. Hoc etiam apud Graecos in usu fuit, ut pluribus veterum Scriptorum exemplis ostendit magnus vir Ezechiel Spanhemius in Callimachi Hymnum in Delum vers. 242. 266. 267. 268.

Mos insuper ante Idola sua saltandi apud vetustissimas nationes invaluit, ut a Daniele Huetio in eruditissima Demonstratione Evangelica cap. VI. Prop. 4. notatum est. Aegyptii, ac Persae, qui inter primos chorearum auctores numerantur, (ut tradit Xenophon lib. VIII. & Bulengerus in Eclog. ad Arnob. p. 327.) ubi sacris perfuncti essent, eodem in loco plerumque choreas agebant, quarum erat Χορηγὸς ipse Rex. Ceteri in Oriente populi, qui sub ditione Persarum erant, in sacrificiis ritus suos a Persis accepere. De Aegyptiorum Saltatione sacris adhibita mentionem facit Philo Iudaeus (in Vit. Mosis lib. III. p. 524. 536.) quorum exemplo gens Israelitica diu in Aegypto pravis indigenarum moribus imbuta, fabricato aureo vitulo, circa eum choreas agebat (Exod. cap. XXII. v. 19.) coepitque ludis, saltationibus, ac musicis organis oblectari [vid. S. Hieronym. in Oseae cap. IV. v. 15. Theodoretus Serm. VII. de Sacrif. p. 584. D. Chrysost. Homil VI. in Matth. 29.] Deinde vero id Coribantes in Phrygia facere consuevisse non ignoramus; & a Dea Rhea Curetis pariter in Creta imperatum esse: neque in Delo, nisi religiosissime saltaretur, sacra perficiebantur; id quod in omnibus ibi caeremoniis, ac festis usurpatum est. Ita & Brachmanes Indiae populi sua, ab ortu usque ad occasum Solis, numina venerabantur. Inter sacras Aethiopes, ac Scythae, caeremonias Saltationem recensuerunt, utpote quae ab Orpheo, & Musaeo, sapientissimis viris, praescripta fuerat. Thraces ad fistulae sonitum saltabant; quod & a Parthis usitatum, qui dum sacra peragebant sua in numerum, ut nostris etiam temporibus consuetudinem ferre videmus, saliebant. Etruscorum natio, Aegyptia, Graeca, & Latina, nulla ratione minor, hac Deos colebat suos, peculiaria quaedam adiungens carmina, ut in honorem Iani, Iovis, & Martis; in honorem insuper Apollinis, Dianae, Cereris, & Bacchi, choreas orbiculares habebat. Sed quidquid de hac potissimum re dici possit, Tabulam CLX. Musei Etrusci intuendo optime nosces, ubi in Deorum honorem habita Saltatio quaedam exhibetur. Septem illic, ut videre est, sunt figurae, quae stant: reliquae alternis pedibus se motant, varia tamen saltatione, lasciva, delicata, volubili, cum lumborum circumvolutione, & manibus supra caput iactatis, vel obliquis, vel altera manu sublata, altera demissa, & inflexa. Haec quidem omnia sacras choreas procul dubio in honorem Deorum, cum cantu, tum voce, ad fistulae sex compactis calamis constantis modulationem, qua accinit, occinitque, crepantibus buccis Choraules penulatus, fere in medio stans, peractas ostendunt. Prope eumdem Choraulen in medio visitur Coryphaeus, totius sacri chori, cantus quoque, & musici temporis moderator, cuius gestui manuum in dexteriore chori parte respondet adsimili gestu mulier riciniata, quae iuxta eumdem saltat. Inde cernitur Salius pariter saltans, cuius caput iuxta eorum morem, qui ab Etruscis originem habuere, (vid. Thom. Dempst. de Etr. Reg. lib. 3. cap. VIII.) est tutulatum: quo tutulo, seu pileo, ad modum secti ovi acuminato, alii duo Salii ornati sunt: quibus etiam addendus est Coryphaeus, qui quidem non saltat, sed, ut diximus, musicam saltationem moderatur. Hunc duae feminae saltantes comitantur, altera seminuda, altera succincta, Bacchantium specie corpus circumagit, quasi Scopen, seu aliam bacchicam Saltationem referat. (vid. Athenae. Lib. XIV. c. VII.) Quaternionem hunc dirigit Χορολέκτης, chori congregator, & ductor, qui gesticulatur, & sequentes intuetur. Parte laeva tribus feminis, ac duobus Saliis aliter dispositis, praestat alter chori dux, & congregator; cuius meminit Iulius Pollux Lib. IV. c. XV. Inter psallendum femina adligatis ad strophas canendas crustulis puellulam, quae stat iuxta arborem capite velato, forsitan incitat. At vero non crustula, sed crotala aerea ea sunt, in sacris Deorum adhibita, ad modum sphaerularum sonora, quae quibusdam granis interpositis pro quantitate sui, & specie metalli, ut ait Ioannes Saresberiensis, sonos edebant, si scite pulsarentur. (in Polycratico Lib. VIII. cap. XII. a Pignorio citatus, qui horum Schemata adfert, De Servis p. 82. 83. sic & Acad. Etrusc. Corton. Differt. V. p. 59. Tom. II. fig. III. (Denique Etrusco more, rite addita est haec puellula innupta Saliis tum maribus, tum feminis, quae etiam in sacra familia templi Iuno-

nonis *Etruscae apud Faliscos censebatur* [Dionys. Halicarnasseus Antiquit. Rom. lib. 1. p. 17.] Κανηφόρος *& vocabatur. Claudit sinistram alam chori mulier riciniata, & ipsa gestiens.*

Duae tandem, ut videmus, apud Etruscos Saltationes in sacris Deorum coelestium valde celebres in usu fuere: Saltatio armata, sive Pyrrhica, ad numeros tibiarum peracta, ut arguitur ex Etrusco argenteo vase inaurato, caelaturis insigni, iam edito in Dempsteriano opere Tab. LXXVII. & LXXVIII. *& Saltatio pacifica, Diis iucunda maxime & grata, quam supra expositum anaglyphum opus repraesentat. Salii apud Romanos sacerdotes erant, quorum* Fast. 3. v. 136. *mentionem sic facit* Ovidius:

Iam dederat Saliis [a saltu nomina dicta]
Armaque, & ad certos verba canenda modos.

Id quod etiam a Varrone *sic confirmatur*: Salii a saltando, quod facere comitio quotannis solent, & debent. *Hoc iuxta* Luciani *verba in Dialogo* περὶ ὀρχήσεως *maxima munificentia, pompaque Romae celebrabatur. Quin immo festivis matronae diebus saltare debebant, ut testatur* Horatius:

Vt festis matrona moveri iussa diebus:

ubi maiore vellet pudore illa occasione moveri, Satyrorum lasciviam deponens:

Intererat Satyris paullum pudibunda protervis.

Eadem quoque circa aram Deorum saliebat, atque ardentibus facibus maximo motu sacrificabat, ut in illos Virgilii *versus notavit* Servius:

Aut ante ora Deum pingues spatiatur ad aras &c.

Per ignem quaedam etiam fiebat Saltatio, sicuti a Romulo, *& a Virginibus, in honorem Dianae Persicae factum fuisse accepimus. Quam vero praecipue vestem hac occasione adhiberent, graphice* Dionysius *ostendit* Lib. II. *ubi praesertim memorat* ποικίλους χιτῶνας, *quos* Livius *tunicas pictas adpellavit; quare de Saliis ita loquutus est*: Tunicae pictae insigne dedit. *Quam Latini pictam vocitant vestem*, Hesychius *dicit* ποικίλον ἱμάτιον ζωγραφητόν. Pomponius Laetus *sic illos* cap. VIII. *describit*: Versicoloribus tunicis ornati per urbem tripudiant, subcincti aeneis baltheis: togas fibulis nectunt, quas trabeas vocant: gestant in capite pileos, quos vocant apices: gladio adcinguntur, dextra lanceam, aut virgam ferunt, laeva Threiciam peltam: coelestia sunt arma, ancile vocant, circum excisum; id ferunt coelo lapsum in regiam Numae anno octavo regni eius.

A religione ad theatra Saltatio translata fuit, quamvis initio haec ab impudicis tantum usurpata esse videatur. Id enim Plautum *confirmasse arbitror, quum dixit*, Tum ad saltandum? non cinaedus usquam magis saltat quam ego. *Quamvis* Nonius Marcellus *doceat, eodem cinaedorum nomine Saltatores, atque Histriones ipsos adpellatos fuisse*, ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὸ σῶμα; *praesertim quum non solum Poetae figuratos indicabant motus, sed interdum quoque saltabant.* Thespis *enim*, Pratinas, Cratinus, Phrynichus *Poetae, hac de re Saltatores nuncupabantur, quia non modo inter saltantes choros propria carmina recitabant, verum & praeter propria poemata, quemcumque huiusmodi artem edocebant.*

In conviviis pariter Saltationem exerceri solitam, certum est, ut clarissime manifestat in Symposio suo Xenophon, & Plutarchus, & Plinius. *Hinc* Propertius:

Sit mensae ratio, noxque inter pocula currat,
Et crocino nares myrrheus ungat onyx.
Tibia nocturnis succumbat rauca choreis,
Et sint nequitiae libera verba tuae.
Dulciaque ingratos adimant convivia somnos:
Publica vicinae perstrepat aura viae.

Sic quoque Plautus, *dum exiguum commemorat convivium in Sticho cecinit*:

Age Tibicen, suffla celeriter bucca, & mox salta, saltabo ego simul.

Eiusdem consuetudinis non obscura Heliodorus Lib. V. *reliquit vestigia, dum ait*: Audis enim ut mulieres morae caussa, & remissionis a potatione, choream instituerint, & Lib. III. *ea, quae in convivio fuerant, commemorans, inter cetera enumerat choreas virginum, tibicinas, armatam & Pyrrhicham saltationem epheborum, aliaque, quibus lautos, & opiparos cibos* Theagenes *temperaverat. Hac occasione observandum est, quod etiam nudae fluctuantibus lumbis, atque obsceno motu, saltantes feminae spectatoribus pruriginem conciliabant* (vid. Macrob. Sat. II. 1. Ambros. de Cain, & Abel, Buleng. de Conviv. III. 30. Lampe de Cymbalis II. 20) *Quae consuetudo non tantum* Ammiani *aevo, luxu corruptissimo, viguit, sed &* Horatius *hanc aetatis etiam suae labem magnopere insectatus est* (Kobierzyck de luxu Roman. II. 12.) *Veterum tamen bonorum virorum convivia illas non admittebant. Hinc Persicam, ad modestam,*

&

& frugi coenulam invitans, has lautiorum nugas a se absuturas dicit Iuvenalis Sat. XI. v. 162.

> Forsitan exspectes, ut Gaditana canoro
> Incipiat prurire choro, plausuque probatae
> Ad terram tremulo descendant clune puellae,
> Irritamentum Veneris languentis, & acres
> Divitis urticae; maior tamen ista voluptas
> Alterius sexus, magis ille extenditur, & mox
> Auribus, atque oculis, concepta urina movetur.

Denique in publica Gymnasia invecta fuit, in quibus ingenui adolescentes huiusmodi artem addiscebant. Ita Senatorum filios schola egressos, ad saltationum ludum frequentes circummeare, & cum crotalis, nervorumque, & tibiarum cantibus ad numerum certo motu psallere antiquae disciplinae fuit, ut etiam notat Alexander *ab* Alexandro Genial. Dier. cap. XXXV. p. 101. *Quod debita non sine caussa veteres fecisse arbitror. Ac primo quidem, ut ii verae virtuti, civilique honestati, adsuescerent, inque eorum animis interna cum moralis, tum equestris, bonitas floreret ac colluceret, ex qua praecipuum pendet fundamentum, atque, ut ita dicam, anima egregiae* πολιτικῆς *socia, atque administra, ad quam communi, mutuoque auxilio nati sumus; deinde vero ut eorum corpora exercerent, ac perpetuam valetudinem conservarent. Namque & quem latet,* Galenum *ipsum ingenue profiteri, se quamplures aegrotantes ad pristinam valetudinem revocasse unius Saltationis auxilio; ut in secundo* περὶ ὑγιεινῶν c. ultimo *refert. Id quod* Antyllus (Orib. 6. collec.) *nota pariter testatum fecit, ubi inter ceteras exercitationes hominibus ad sanitatem conferentes hanc ponit, mediamque inter choream, & umbratilem pugnam, naturam retinere, & ob id pueris, mulieribus, atque senibus, quorum corpus mirum in modum imbecillum, & gracile est, conducere tradit.*

Hinc fama est, Socratem domum sibi constituisse amplissimam, ut sese in saltatoria arte libere posset exercere. Quin etiam nonnullos deinde manibus pondus cula, ut melius exercerentur, habuisse invenio, immo vero & graviora pondera interdum supra caput, nonnumquam humeris, aliquando pedibus gestasse, comperio; quemadmodum videre est ex vetusta tabula ab doctissimo Hieron. Mercuriali *relata* pag. 120. *qua huiusmodi saltatores repraesentantur. Alii vero, ut ad gloriam quamdam inanem protinus tenderent, maioribus ponderibus onerati, longius, & altius saltabant, ut maioribus praemiis, atque honoribus, decorarentur. Erant quoque, qui super utres oleo unctos, & vino plenos, pedibus saltarent, inter quos victores ii censebantur, qui ita sese dextere gerebant, ut prae lubricitate humi non deciderent, atque hi victoriae praemio utrem cum vino ferebant; quum vero terram natibus percutiebant, non sine magna voluptate spectatoribus risum excitabant. Id autem antiquitus observatum in ludis Baccho dicatis, quos* ἀσκώλια *vocabant; in quibus super utres ex caprinis pellibus consutos saltasse fertur ad caprarum contemtum, eo quod vitibus infestae sunt. De hoc* Aristophanes *in Pluto:* ἀσκωλίαζε ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν. *Et* Eubulus *apud* Aristophanis *Interpretem.* πρὸς γε τῦτο ἀσκὸν εἰς μέσον καταθέντες εἰσάλλεσθε καὶ καγχάζετε ἐπὶ τοῖς καταῤῥέυσι. *De his quoque* Virgilius *secundo* Georg. *scripsit:*

> - - - - - - - - - Atque inter pocula laeti
> Mollibus in pratis unctos saliere per utres.

Nec praetereunda est Saltatio quaedam a Graecis in deliciis habita, quam vulgo Monile *nuncupabant, a pueris simul ac puellis exercitam. Adolescens forti, virilique saltu praecedebat vires exantlando, quibus deinde in bello uteretur: Puella modeste suavi, ac composito motu, sequebatur, adeo ut ea, iure optimo, monile ex duabus compactum virtutibus, ut* Lucianus *optime animadvertit, dici potuerit. Apud Lacedaemones alia erat in usu, quae ex triplici constabat choro, senum scilicet, puerorum, ac iuvenum. Senum prima erat cantatio:* Ἄμμες ποκ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι: *idest,* Et nos fuimus strenui iuvenculi. *Secunda iuvenum erat.* Ἄμμες δέ γ' εἰμὲν, αἰ δὲ λῇς πεῖραν λάβε. At nos sumus: vel experire si velis. *Altera puerorum erat:* Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεθα πολλῷ κάῤῥονες. Praestantiores nos futuri erimus. *Quin* Flavius Vopiscus, *pueros elata voce carmina quaedam saltando cantasse refert, quae in* Aureliani *Caesaris laudem, quum quamplures propria manu hostes interfecisset, composuerant. Quumque sextae Gallicanae legionis tribunus esset, & septingentos Francos interemisset, & trecentos captos sub corona vendidisset, hanc in eius decus cantilenam cecinerunt.*

> Mille Francos, mille Sarmatas, semel, & semel occidimus
> Mille, mille, mille, mille, mille Persas quaerimus.

Prae-

Praetereo quamplurima alia Saltationum genera a variis nationibus in deliciis habita; quum illa facile quicumque videre possit apud doctiss. Io. Meursium *in* Orchestra, *ubi diversa adfert illarum nomina, ac cui insuper regioni convenirent, aperte demonstrat; quum mihi satis sit succinctam illarum Historiam elucubrasse. Animadvertam tamen ebrias, atque inhonestas choreas universis temporibus fuisse Romanis Legibus vetitas; easque a doctis, bonisque hominibus reiectas. Et revera, quum veteres illi Quirites prudentia, gravitate, ac probitate floruerunt, has non modo respuere, verum etiam, ut refert* Macrobius in III. Saturnal. *maximo vitio dederunt. Hinc* Sallustius de Bello Catil. p. 21. Semproniae *obiicit cur, quam ingenuam probamque mulierem deceret, saltaret, cantaretque peritius. Quin & in* Gabinio, *qui Rempublicam administrarat, & in* M. Coelio, *maximum dedecus habitum fuit, nimiam habuisse in saltando peritiam. Et* M. Cato Murenae, *uti vitium extremum, in Asia saltasse, exprobravit. Quumque illius patrocinium* Tullius *subscepisset; id non ausus est, ut praeclare factum, defendere, verum libere denegavit.* Xiphilinus *de* Nerone *refert, quod, quamquam foedum atque indecorum esset publice in Orchestra saltare, nihilo tamen minus, ut nobiles viri, ac feminae etiam promiscue saltarent, coegit; idemque ipse facere in Theatro, populo inspectante, ausus fuit.* Dio lib. IV. *narrat, a* Claudio *Caesare mulierum saltationem in Orchestra fuisse sublatam; & in* lib. LIII. Tiberium *Caesarem illam Roma expulisse, ut civitati summopere perniciosam, tradit. Sed non modo Romanis legibus, verum & a sanctis nostris Patribus improbatae fuerunt Saltationes; veluti a* D. Augustino *in* lib. VII. cap. XXVI. de civ. Dei; *a* D. Hieronymo *in* Epist. ad Marcellam; *a* Tatiano in Orat. ad Graecos, *& denique a plerisque aliis S. Ecclesiae Scriptoribus. Et revera nostra hac tempestate ita est Saltatio a priori statu depravata, atque corrupta, ut nisi ab harmonico concentu delinita esset, rerum omnium procul dubio insanissima a sapientibus haberetur. Atque, ut vulgo aiunt, si vanitas alia minime eas cohonestaret, nullum esset tam ridiculum, atque ineptum spectaculum, quam Saltationes. Contra vero modestae, temperatae, venustae, laetaque maiestate circumfusae, nobilique pudore decoratae, creditae fuerunt maxime illi publicae felicitati conferre, ad quam semper respexere, omnia tum seria, tum iocosa, ad illam dirigentes, prudentes sapientesque moderatores. At profecto pulchrum est, atque decorum, Deam aliquam, aut generosam mulierem, conspicere sese choreis agitantem, quasi harmonice spiritus incitare, virtute comitante, ac honestate, videatur. Hinc* Homerus *de* Iunone *ac* Pallade *in terram delapsis ita Il.* V.

Αἱ δὲ βάτην τρήρωσι πελειάσιν ἴθμαθ᾽ ὅμοιαι

Etenim, ut gressus est veluti quoddam illustris conditionis, atque nobilitatis, vestigium: & sicut ex Herculei pedis vestigio in Olympiaco cursu impresso Pythagoras *geometrico, necessarioque argumento Herois formam, atque staturam collegit: sic ex eundi, atque saltandi, ratione, quae est musicus, ac commensuratus quodammodo incessus, mores facillime colliguntur: unde divinus ille Vates Florentinus, qui mirifice, quidquid sibi placuit, veris coloribus pinxit, in choreis femineum morem naturalis probitatis, atque pudoris, plenum nobis huiusmodi carminibus ostendit,* Purg. XXVIII.

Come si volge con le piante strette,
A terra, e intra in se, donna, che balli,
E piede innanzi piede appena mette.

DE

ROMA LVXVRIANS
SIVE
DE LVXV ROMANORVM.
LIBER SINGVLARIS.

ITEM

MANTISSA.

VIRO ILLVSTRI, ET GENEROSO
IVSTINO HEVGIO
GIORSLEVII DOMINO
Regni Daniae Senatori, Academiae Soranae Directori: Sorae, Mariaeburgi, ac Burglami Praesidi regio.

IOANNES MEVRSIVS

Dedico Consecroque.

R*ES humanas contemplanti, Vir Illustris, & Generose, id occurrit admirandum, quod virtuti semper vitia, ceu adfixa, adhaerescant: neque vel seiungi possint, vel divelli. Et ubique id videmus; ac memoriam, si lubet, ab antiquitate ultima, viris nobis maximos quosque proponentes, repetamus: ipsa re comperiemur, inter maximas virtutes summa quoque vitia se implicuisse: tanta quidem cum invidia, ut eripere laudem illis quum non possent, nihilominus, quod est proximum, pari fere ignominia deformarent. Ita olim Alexandrum, ob praeclare belli facta, Magnum cognomento dictum, superbia sua, iracundia, & ebrietas, & iniusta tot summorum ducum caedes, multo minorem fecere. Alcibiadem pariter, fraus, & nequitia, inter honorem, & infamiam, medium constituerunt. Summa Iulii claritudo, quam libidine, ambitione, & rapinis, obscurata est! Ac Lucullus, quo non multos in Romanis meliores belli duces deprehendes, luxu universum decus, & deliciis, inquinavit. Videmus in Hannibale crudelitatem, ac perfidiam; in Iugurtha, sceleratum omnino animum, & cupiditate regni acquirendi, omnia paratum perdere. Sulla etiam, Mariusque, inter primos certe aestimandi essent, saevitiae, & tyrannidis, maculam eluere possent. Denique, quae in hominibus reprehendimus, ea quoque in Imperiis, Regnis, Principatibusque, ac Rebuspublicis, adparebunt. Atque in hominibus quidem, vitia se, spatiis angustioribus circumscripta, statim ostendunt; & luctantur, ac contendunt de victoria; contra vero in imperiis, gentibusque, initio inculta virtus, horridaque, rudibus adhuc populis colitur: & secure deinde crescens, tempore progrediente, excolitur magis, ac politur, donec ad fastigium veniat; & tunc demum, ad opprobrium multo maius, pleno impetu vitia adgredientia iam maturam, atque firmam, ceu cuniculis actis, subruunt, ac convellunt. Constat certe id, quod dico. Ecce enim, ut Imperia alia mittam, ecquid Roma, illa incluta, magna, potens? cuius virtus, primo rudis, atque simplex, ubi per secura annorum circiter septingentorum incrementa iam maturum sibi robur collegisset, vitiis tunc demum impetum facientibus, conquassata, & impulsa, in se corruit. In his autem, nullum ad enervandum statum tantum valuit, atque Luxus; qui, si umquam alibi fuit, hic profecto ingens plane, & detestandus. Proposui in exiguo Libro; quem, Vir Illustris, & Generose, tibi dedico, consecroque, observantiae monumentum. Accipe benigno animo; ac me, quod facis, porro ama, tibi devotum. Dabam Sorae, ad diem* XIV. *Ianuar. Anno* CIƆ. IƆC. XXXI.*

IOAN-

IOANNIS MEVRSI DE LVXV ROMANORVM.

LIBER SINGVLARIS.

CAPVT PRIMVM.

Divitiae Romanorum, etiam exsulum: eae restrictae ab Augusto. Custodiae nocturnae. Liber patrimonii. Lex de modo agrorum, & pecuniae: eaque a Iulio revocata. Dio correctus.

GRAVE, ac faedum, vitium luxus est; quosque semel invasit populos, gravi ruina adflixit, ac pessum dedit. Exemplum habemus clarissimum in magna illa, & augusta, gentium domina Roma; quae, ubi servire huic coepit, dominatu, ac felicitate publica, exuta, tantum non praeceps a fastigio devoluta, sublamen vix ullum habuit, quod sisteret ruentem. Sed veterum seculorum memoriam revocemus, & videamus laborantem graviter Vrbem, ut detestemur, & caveamus. Mater huius morbi divitiae, quae ingentes illic, supra modum. Atque adeo sub Augusto, post triumphum Alexandrinum, tantum rei nummariae fuit, ut agrorum pretia valde intenderent, & usurae vix trientali locus esset, quum centesima antea pro levi haberetur. Dio lib. LI. Τοσοῦτον τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων διὰ πάσης ὁμοίως τῆς πόλεως ἐχώρησεν, ὥστε τὰ μὲν κτήματα ἐπιτιμηθῆναι, τὰ δὲ δανείσματα, ἀγαπητῶς ἐπὶ δραχμῇ πρότερον ὄντα, τότε ἐπὶ τριτημορίῳ αὐτῆς γενέσθαι. *In tantum pecuniae multitudo excrevit per omnem aeque civitatem, ut possessionum quidem pretia intenderentur; usurae vero, quum antea centesima pro levi haberetur, tunc trientales essent*. Hoc est, quod concise Suetonius in vita eius capit. XLI. *Invecta urbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam nummariae rei effecit, ut foenore deminuto, plurimum agrorum pretiis accesserit*. Et hoc publice quidem: at vero quid privatim? Videamus. Apicius habuit *millies sestertium*, teste Seneca, Consolat. ad Helviam cap. X. Hoc autem millies facit quinque milliones Carolinorum. Crispus, municeps Vercellensis, possedit *bis millies*, ut notat Interpres vetus Iuvenalis Sat. IV. Eaedem divitiae M. Crassi perhibentur. Senecam *ter millies* possedisse, testatur Tacitus. Et suntne hae immensae opes? sunt profecto. Tamen, apud eumdem Tacitum, extenuans has Nero, inquit: *Plerique haud quaquam artibus tuis pares, plura tenuerunt*. De Narcisso memorat Dio libro LX. & de Cn. Lentulo augure Seneca, De Benefic. lib. II. cap. XXVII. *quater millies* possedisse. Nondum obstupescis? Ecce, in ima plebe Isidorus aliquis servorum quatuor millia centum sedecim, iuga boum tria millia sexcenta, reliqui pecoris ducenta quinquaginta millia, *sestertium sexcenties*, id est, tres milliones in numerato reliquit. Et hic ipse multa adhuc perdiderat bello civili Iulii, & Pompeii. Audiamus Plinium libro XXXIII. cap. X. *C. Asinio Gallo, C. Marcio Censorino, Consulibus, ad VI. kal. Februar. C. Caecilius Claudius Isidorus testamento suo edixit, quamvis multa civili bello perdidisset, tamen relinquere servorum quatuor millia centum sedecim, iuga boum tria millia sexcenta, reliqui pecoris ducenta quinquaginta millia, in numerato sestertium sexcenties*. Et hic sub Augusto. Erant qui totas Provincias possiderent. Seneca De Ira lib. I. cap. ultimo. *Acervis auri argentique incubat, & provinciarum nominibus agros colit, & sub singulis villicis latiores habet fines, quam quos consules sortiebantur*. Salvianus ad Eccles. Cathol. lib. I. *Non denique fundos interminabiles, & notitiam possessoris sui excedentes*. Plinius auctor est, sub Nerone sex dominos possedisse Africae semissem. Ad has igitur opes necessarii erant ingentes libri, quibus rationes complecterentur, quot agrorum iugera haberent, & per quos colenda: quantum pecorum, & ubi pascentium: quantum servorum, quantum aedium, & qui hinc reditus annuus. Et habebant etiam, vocabantque *Libros patrimoniorum*. Seneca De Benefic. lib. VII. cap. X. *O miserum, si quem delectat sui patrimonii liber magnus; & vasta spacia terrarum, colenda per vinctos; & immensi greges pecorum, per provincias, ac regna, pascendi; & familia bellicosis nationibus maior; & aedificia privata, laxitatem urbium magnarum vincentia*. Locus insignis, & in quo singula Lectorem abripiunt ad stuporem. Adeoque exsules ipsi immensas quoque opes habebant. Seneca, Consolat. ad Helviam capit.

pit. XII. *Eo temporum prolapsa luxuria est, ut maius viaticum exsulum sit, quam olim patrimonium principum*. Inhibuerat Augustus, & frenum iniecerat, edicto, ne quis eorum servos, aut libertos, supra viginti haberet; neu plus quingentis millibus nummum: id est, viginti quinque millibus Carolinorum. Auctor Dion lib. LVI. Obstupescendas certe divitias! eo magis, quod tantam paupertatem sint sequutae. Sub Romulo enim duo iugera divitiae erant, neque ultra quisquam habuit. Plinius libro XVIII. capit. II. *Bina tunc iugera Pop. Rom. satis erant, nullique maiorem modum attribuit*. Et constitit quam diutissime modus hic istorum opibus. Anno Vrbis CCXCII. L. Quinctius Cincinnatus, Dictator, quatuor iugera habuit. Anno CCCCXCVIII. Attilius Regulus septem. Vis tempora non longe ab Imperio remota? M. Scaurus, Princeps Senatus, habuit sola sex mancipia, totusque eius census fuit *triginta quinque millia nummum*: id est, mille septingenti quinquaginta Carolini. Iam matrimonia quoque, & dotes inspiciamus. *Tatia, Caesonis filia*, ait Valer. Max. *maximam dotem ad virum, decem millia aeris, attulisse visa*. Hi sunt ducenti Carolini. Senatus Scipionis filias elocavit, deditque ex aerario dotem *undecim millia aeris*, sive Carolinos ducentos viginti. Megullia, quia cum *centum millibus aeris*, id est, mille florenis, mariti domum intravit, *Dotatae* cognomen accepit. At quantum excrevit postea, crescentibus divitiis? Iuvenalis Sat. X. de Messalina.

——— dudum sedet illa parato
Flammeolo, Tyriusque palam Genialis in hortis
Sternitur, & ritu decies centena dabuntur
Antiquo. ———

Vides augmentum? *decies centena* sunt quinquaginta millia florenorum: atque ea tunc frequens dos. Martialis lib. II. epigr. LXV.

Illa illa dives mortua est Secundilla,
Centena decies quae tibi dedit dotis?

Tacitus Annal. II. *Posthabitam decies sestertii dote solatus est*. Sed an nullae leges, quae immodicas istas, saepe etiam iniustas, opes coercerent? Ita. Agrorum modum quingenta iugera statuit C. Licinius Consul, Anno ab Vrbe CCCLXXXVI. Auctores Livius libro VII. & Plutarchus in Camillo. Pecuniae quoque ne supra sexaginta sestertia, sive tria millia Carolinorum, possidere liceret, lege cautum fuit, quam revocavit Iulius Caesar. Dion, lib. XLI. Ἐπεὶ δή τε συχνοὶ πολλὰ χρήματά τε ἔχειν, καὶ πάντα αὐτὰ ἀποκρύπτειν ἐλέγοντο, ἀπηγόρευσε, μηδένα πλεῖον πεντακισχιλίων, καὶ μυρίων, δραχμῶν ἐν ἀργυρίῳ, ἢ καὶ χρυσίῳ, κεκτῆσθαι, οὐχ ὡς καὶ αὐτὸς τὸν νόμον τοῦτον τιθεὶς ἀλλ᾽ ὡς καὶ πρότερόν ποτε εἰσηνεχθέντα ἀνανεούμενος. *Et quoniam multi, & ingentes pecunias habere, & ea omnia abscondere dicebantur, prohibuit, ut nemo plus quinque millibus, vel decem millibus, drachmarum, in argento, vel auro, possideret: non quasi ipse legem hanc ferens, sed quasi prius olim rogatam revocans*. Sed mendosus locus sine dubio, & scribendum πεντακοσιοσχιλίων, ea erunt trecenta millia: atque haec iustior ratio. Nam quid obsecro, licitum fuerit paupertina adhuc Roma agrorum habere iugera quingenta; ea autem opibus iam abundantissima pecuniae tantum florenos tres mille? Nulla est ratio, aut proportio. At vero hic modus servatus non fuit, & silentium legi validior luxus imposuit; quippe sub Augusto aliquis ex ima plebe reliquit in numerato sestertium sexcenties, ut paulo ante commemoravi. Ad aedes autem, & quae in iis opes, servandas, adhibebantur custodiae nocturnae servorum, quae adversus vim, aut incendia, excubarent. Iuvenalis Sat. XIV.

——— misera est magni custodia census.
Dispositis praedives hamis vigilare cohortem
Servorum noctu Licinus iubet, attonitus pro
Electro, signisque suis, Phrygiaq; columna,
Atque ebore, & lata testudine. ———

CAP. II.

Luxus, & prodigalitas, Romanorum in genere. Martialis emend.

OPes tam immensas, quas vidimus, ut solet plerumque, sequutus est luxus, & prodigalitas, in vestibus, supellectili, aedibus, conviviis, commessationibus. Tigellius quinque diebus prodigere poterat florenorum quinquaginta millia: eam enim summam faciunt *decies centena*. Horatius de eo testatur.

——— decies in centena dedisses
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis. ———

Curio filius conflaverat aeris alieni *sestertium sexcenties*, sive tres milliones. Valer. Max. queritur lib. IX. cap. I. *Consimilis mutatio in domo Curionum exstitit: siquidem forum nostrum, & patris gravissimum supercilium, & filii sexcenties sestertium aeris alieni adspexit*. Cinnam quemdam irridet Martialis, quod anno non toto decoxisset *sestertium octuagies*, id est, florenorum quadringenta millia. Hoc epigramma est.

Bis quartum decies non toto tabuit anno;
Dic mihi, non est hoc, Cinna, perire cito?

Milo, teste Plinio lib. XXXVI. cap. XV. praeter amplissimum patrimonium consumtum, debuit aeris alieni *sestertium septingenties*, sive tres milliones cum semisse. De Apicio memorat Seneca, eum dissipasse *sestertium nongenties*. Isti sunt milliones quatuor cum semisse. Vis audire? Sic inquit, Consolat. ad Helviam cap. X. *Quum sestertium millies in culinam congessisset, quum tot congiaria principum, & ingens Capitolii vectigal, singulis commessationibus hausisset, aere alieno oppressus, rationes suas tunc primum coactus inspexit. Superfuturum sibi sestertium centies computavit, & velut in ultima fame victurus, si sestertio centies vixisset, veneno vitam finivit*. Illudit Martialis lib. III. epigr. XXII.

Dederas, Apici, bis trecenties ventri,
Sed adhuc supererat centies tibi laxum,
Hoc tu gravatus, ut famem, & sitim, ferre,
Summa venenum potione duxisti.

Nil

Nil est, Apici, tibi gulosius factum.
Sed tu corrige: *ter trecenties*. Orta menda est ex confusione notarum II. & III. Et attende sodes; praeter nongenties istud, quod culina hauserat, tot congiaria Principum, & ingens Capitolii vectigal, singulis commessationibus perdiderat. Caesar Dictator, ut Appianus auctor, opus sibi esse dicebat *sestertio bis millies quingenties*, sive duodecim millionibus cum semisse, ut nihil haberet; id est, ut creditoribus aes alienum persolveret. Ille ipse, narrat Plinius lib. XXXVI. cap. XV. *Solum tantum foro exstruendo sestertio millies emit*. Hui! solum ergo fori constitit quinque millionibus? Ita. Et audi aliud, quod vix quisquam credat. Caligula, anno non toto, prodegit *sestertium tricies, ac ter millies:* id est, centum sexaginta quinque milliones. At qui potuit? Suetonius distincte narrat capit. XXXVII. *Nepotinis sumtibus omnium prodigorum ingenia superavit: commentus novum balnearum usum, portentosissima genera ciborum, atque coenarum: ut calidis frigidisque unguentis lavaretur: pretiosissimas margaritas, aceto liquefactas, sorberet: convivis ex auro panes, & obsonia, adponeret: aut frugi hominem esse oportere dictitans, aut Caesarem. Quin & nummos non mediocris summae e fastigio basilicae Iuliae per aliquot dies sparsit in plebem. Fabricavit & de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus, versicoloribus velis; magna thermarum, & porticuum, & tricliniorum, laxitate; magnaque etiam vitium, & pomiferarum arborum, varietate; quibus discumbens de die inter choros, ac symphonias, litora Campaniae peragraret. In exstructionibus praetoriorum, atque villarum, omni ratione posthabita, nihil tam efficere concupiscebat, quam quod posse effici negaretur. Et iactae itaque moles infesto, ac profundo mari, excisae rupes durissimi silicis, & campi montibus aggere aequati, & complanata fossuris montium iuga, incredibili quidem celeritate, cum morae culpa capite lueretur*. Vides ingenium in luxum intentum, & tot perdendarum opum modos. At necdum se omnes enumerare Suetonius testatur. Obstupesco. Et nemo hoc poterat, nisi qui Imperator Romanus. Sed & civium splendidorum multi in hoc ludo regnabant. Age, videamus: ordinem praeit Seneca, epist. CXIV. Hunc sequemur. Verba ista sunt. *Ubi luxuriam late felicitas fudit, cultus primum corporum esse diligentior incipit, deinde supellectili laboratur, deinde in ipsas domos impenditur cura, ut in laxitatem ruris excurrant, ut parietes advectis trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta varientur auro, ut lacunaribus pavimentorum respondeat nitor: deinde ad coenas lautitia transfertur, & illic commendatio ex novitate, & soliti ordinis commutatione, captatur: ut ea, quae cludere coenam solent, prima ponantur; ut, quae advenientibus dabantur, exeuntibus dentur*. In his ergo tribus omnis luxus versatur: in cultu primo corporis, deinde aedium, postremo conviviorum. Inspiciemus singillatim.

CAP. III.

Corpus levigatum, item facies: ea quoque fucata. In levigatione, usus panis madidi. Coma fracta in gradus, & unguentis delibuta. Officinae odorariorum. Gressus suspensus, & eius rei Scholae.

INitium est in corporum cultu, atque in hoc considerandum primo ipsum corpus; deinde, quae circa illud, vestes. In corpore ipso, captata levitas, facies fucata, gressus mollis, ac suspensus, & quidem a viris, quod gravius opprobrium. Seneca obiurgat, & detestatur, Nat. Quaest. libro VII. cap. XXXI. *Adhuc quicquid est boni moris extinguimus levitate, & politura corporum. Muliebres munditias antecessimus, colores meretricios, matronis quidem non invidendos, viri sumimus. Tenero, & molli, ingressu suspendimus gradum, non ambulamus*. Corporis levitatem non uno epigrammate perstringit Martialis; & de ipso Iulio narrat Suetonius capit. XLV. *Circa corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter, ac raderetur, sed velleretur etiam: ut quidam exprobraverunt*. Comam frangebant in gradus. Idem Suetonius de Nerone capit. LI. *Circa cultum, habitumque, adeo pudendus, ut comam, semper in gradus formatam, peregrinatione Achaica etiam pone verticem submiserit*. Quintilianus lib. I. cap. VI. *Velli, & comam in gradus frangere, & in balneis perpotare, quamlibet haec invaserint civitatem, non erit consuetudo, quia nihil horum caret reprehensione*. Seneca Rhetor, Controvers. I. *Capillum frangere, & ad muliebres blanditias vocem extenuare, mollitie corporis certare cum feminis, & immundissimis se excolere munditiis, nostrorum adolescentium specimen est* Et haec delibuta unguento. Irridet saepe Martialis. Horatius lib. II. Od. XI.

Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinus, iacentes sic temere, & rosa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Assyriaque nardo
Potamus uncti? ———

Iuvenalis Sat. IV.

Et matutino sudans Crispinus amomo,
Quantum vix redolent duo funera. ———

Et frequens apud Ovidium, Catullum, Tibullum, Propertium. Itaque officinae erant eorum, qui odores coquerent. Seneca Epist. XC. *Hinc fabrorum officinae sint, hinc odores coquentium*. Faciem quod attinet, eam quam maxime nitentem cupiebant, itaque levigabant, & pane linebant. Iuvenalis.

Sed quae mutatis inducitur, atque movetur,
Tot medicaminibus; coctae siliginis offas
Accipit, & madidae facies dicentur, an ulcus?

Suetonius de Othone cap. XII. *Faciem quotidie rasitare, ac pane madido linere consuetum: idque instituisse a prima lanugine, ne barbatus unquam esset*. Ingressum plane suspendebant, ut coepi dicere ex Seneca: & huic

huic rei doctores etiam. Ipse Seneca Epist. xc. *Hinc (officinae) molles corporis motus ducentium, & infractos.*

C A P. IV.

Vestes pressae, ut niterent. Earum magnus numerus, isque ostensus, cum in convivio, tum balneo. Pretium lacernarum, & tricliniarium. Lex Iulii, de conchyliatis; Tiberii, de sericis. Holosericae quando coeperint. Luxus muliebris.

IN vestibus ipsis artificiosa luxuria. Domi eas sub prelis habebant, ut in publico niterent. Ammianus lib. xxviii. *Solitis pressoriis vestes luce nitentes arbitra diligenter explorat.* Seneca de Tranquill. cap. i. *Non ex arcula prolata vestis; non ponderibus, aut tormentis, splendere cogentibus, pressa; sed domestica, & vilis.* Martialis lib. ii. Epigram. xlvi.

Sic tua suppositis perlucent prela lacernis.

Et magno has numero habebant. Plutarchus in Lucullo. Στρατηγοῦ δέ ποτε φιλοτιμουμένου περὶ θέας, καὶ χορῷ τινι κόσμον αἰτουμένου πορφυρᾶς χλαμύδας, ἀπεκρίνατο, σκεψάμενος ἂν ἔχῃ, δώσειν. εἶτα μεθ' ἡμέραν ἠρώτησεν αὐτὸν, ὁπόσων δέοιτο. τοῦ δὲ, ἑκατὸν ἀρκέσει φήσαντος, ἐκέλευσε λαβεῖν δὶς τοσαύτας. *Praetori cuidam, qui spectaculum edere quam splendidissime cupiens, ad eum venerat petitum chlamydas aliquot, quibus chorum exornaret, inspecturum respondit, an habeat; & si habeat, daturum: postridie ex eo quaesivit, quotnam indigeret, centumque satis esse respondentem, ducentas accipere iussit.* Martialis loco citato, de quodam.

Sic micat innumeris arcula synthesibus.
Atque unam vestire tribum tua candida possint,
Apula non uno quae grege terra tulit.

Itaque saepissime mutabant in uno convivio, ad ostentationem. Idem lib. v. Epigr. lxxxi.

Vndecies una surrexti Zoile coena:
Et mutata tibi est synthesis undecies.

Et, ad balnea abeuntes, plurimas secum portabant. Irridet Ammianus loco citato. *Quum a Silvani lavacro, vel Mammeae aquis ventitant sospitalibus, ut quisquam eorum egressus tenuissimis se terserit linteis, solitis pressoriis vestes luce nitentes arbitra diligenter explorant, quae una portantur, ad iuvandos homines undecim.* Pretium autem iis sane immensum; itaque lacernas erant qui emere auderent *decem millibus nummum*, id est, quingentis Carolinis. Martialis Epigr. lxi.

——— *millibus decem dixti*
Emtas lacernas munus esse Pompillae.

Item lib. viii. Epigr. x.

Emit lacernas millibus decem Bassus.

Capitoni obiecit Metellus Scipio, quod tricliniaria Babylonica vendidisset *octingentis millibus*, sive Carolinis quater millibus: ea autem Nero postea emit *sestertio quadragies*, id est Carolinorum ducentis millibus. Fidem res exsuperat, sed eam meretur Plinius. Ille tradit lib. viii. cap. xlviii. *Metellus Scipio triclinaria Babylonica sestertium octingentis millibus venisse iam tunc posuit in Capitonis criminibus, quae Neroni Principi quadragies sestertio nuper stetere.* Pretium excandefaciebant duo; color, & materia: ille conchyliatus, haec serica. Quod ad colorem, de eius pretio sic Plinius lib. ix. cap. xxxv. *Conchylia, & purpuras, omnis orae atterit, quibus eadem mater luxuria paria pene etiam margaritis pretia fecit.* Et libra eius, quum emeretur prius denariis centum, sive florenis viginti, mox, exagitante luxu, supra mille denarios, id est, ducentos florenos adscendit. Idem Plinius libro citato cap. xxxix. *Nepos Cornelius, qui Divi Augusti principatu obiit; Me, inquit, iuvene violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centum venibat, nec multo post rubra Tarentina. Huic successit dibapha Tyria, quae in libras denariis mille emi non poterit.* Ac vestibus quidem ea tinctis, &, quae circa illas luxuriae, frenum iniecit suo tempore Caesar Iulius; neque permisit usum, nisi certis aetatibus, personis, diebus. Suetonius capit. xliii. *Lecticarum usum, item conchyliatae vestis, & margaritarum, nisi certis personis, & aetatibus, perque certos dies, ademit.* Sericae, eaeque tenuissimae, feminis maxime usitatae. Seneca queritur De Benefic. lib. vii. cap. ix. *Video sericas vestes, si vestes vocandae sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut corpus, aut denique pudor, possit. Quibus sumtis, mulier parum liquido, se nudam non esse, iurabit. Haec ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, ut matronae quidem nostrae, ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico, ostendant.* Tamen viri utebantur, donec Tiberius edixit. Dio libro lvii. Στατιλίου δὲ Ταύρου μετὰ Λουκίου Λίβωνος ὑπατεύσαντος, ὁ Τιβέριος ἀπεῖπε μὲν ἐσθῆτι σηρικῇ μηδένα ἄνδρα χρῆσθαι. *Statilio Tauro, L. Libone Coss. Tiberius edixit, ne quis vir serica veste uteretur.* Atque haec quidem subserica intelligenda est; nam holosericae usus primus initium cepit ab Heliogabalo. Lampridius de eo. *Primus Romanorum holoserica veste usus fertur, quum iam subserica in usu esset.* Sed de pretio: quis non obstupescat, ad octingenta illa millia Capitonis? quis non ad quadragies sestertium Neronis? Et profecto maxime hic modum excessit sequior sexus. Itaque passim erat eum videre indutum vestibus, quibus impensi toti census. Audi Propertium lib. iii.

Matrona incedit census induta nepotum.

Adeoque de Lollia Paullina narrat Plinius lib. ix. cap. xv. visam a se, *ne serio quidem ac solenni caeremoniarum aliquo adparatu, sed mediocrium etiam sponsalium coena, smaragdis margaritisque opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitisque, quae summam quadringenties sestertium colligebant, ipsa confestim parata mancupationum tabulis comprobare.* Quis hic stupor est? quadringenties illud sestertium efficit duos milliones. Nec tamen hic vestium adhuc sumtus censetur: solae gemmae tanti constiterunt, quibus illa passim totum corpus ornaverat. Quid? solane? non certe: quasi certatim faciebant omnes matronae. Manilius.

Per-

Perque caput ducti lapides, per colla, manusque.

Plinius lib. XXXIII. cap. III. *Habeant feminae in armillis, digitisque totis, collo, auribus, spiris: discurrant catenae circa latera, & inserta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendeant, ut in summo quoque unionum conscientia adsit.*

CAP. V.

Iulii Caesaris edictum de margaritis. Luxus in inauribus, monilibus, lineis, armillis, annulis, calceis, umbraculis, ac flabellis. Severus moderatus est in parte, & uxor Heliogabali. Speculorum magnitudo, & pretium.

SEd Lolliae Paulinae ornatum adhuc ruminor: &, an bona fide Plinius? Omnino. Examinemus per partes, & incipiamus a capite. Ornabant in eo crines, spiras, aures, auro & gemmis pretiosissimis, quaeque quam multos census aequabant. Hieronymus in Epist. ad Laetam. *Nec collum auro, & margaritis, premas; nec caput gemmis oneres.* Gaudentius Tract. XIII. *Quaedam feminae onerant auro, & margaritis, vel sua, vel filiarum, membra.* Occurrere voluit Iulius Caesar, margaritarum abusum moderatus. Suetonius capit. XLIII. *Usum margaritarum, nisi certis personis, & aetatibus, perque certos dies, ademit.* Clarius Eusebius in Chronico. *Prohibitum est lecticis, margaritisque, uti; quae nec viros, nec liberos, haberent; & minores essent annis quadraginta quinque.* Sed non obtinuit. In primis vero magnus luxus aurium. Seneca De beata vita cap. XVII. *Quare uxor tua locupletis domus censum auribus gerit?* Hui, quae isthaec res? in auribus solis locupletis domus censum? Ita est; nihil mentitur. Numquid Serviliae margaritam Iulius emit sexagies sestertio, sive trecentis millibus florenorum? Suetonius cap. L. *Ante alias dilexit M. Bruti matrem Serviliam, cui & proximo suo Consulatu sexagies sestertio margaritam mercatus est.* De Cleopatrae unione numquid certum est, supra *centies sestertium*, sive quingenta millia florenorum valuisse. Sed haec regina, inquies, & quidem AEgypti. Quid tum postea: nihil huic concedebant matronae Romanae. Tertullianus De Hab. Mul. *Graciles aurium cutes calendarium expendunt.* Et, quasi in quodam luxus certamine, coniungebant uniones duos, tres, quatuor; atque ita gestabant, & quidem ex singulis auribus. Plinius lib. IX. cap. XXXV. de unionibus loquens. *Hos digitis suspendere, & binos, ac ternos, auribus, feminarum gloria est. Subeunt luxuriae eius nomina, & taedia, exquisita perdito nepotatu: siquidem quum id fecere, crotalia appellant, ceu sono quoque gaudeant, & collisu ipso margaritarum.* Seneca De Benefic. lib. XII. cap. IX. *Video uniones, non singulos singulis auribus comparatos: iam enim exercitatae aures oneri ferendo sunt: iunguntur inter se, & insuper alii binis superponuntur. Non satis muliebris insania viros subiecerat, nisi bina, ac terna, patrimonia auribus pependissent.* Viden? bina, ac terna, patrimonia; pro numero videlicet unionum. Hinc illud De Tranquill. lib. II. cap. XIV. *Quid refert, quantum (mulier) habeat; quot lecticarios, quam oneratas aures, quam laxam sellam.* Et ostentatio erat, in gemmarum varietate. In L. pediculis XXXII. D. de auro, arg. mundo, leg. *Inaures, in quibus duae margaritae, elenchi, & smaragdi duo.* Veniamus ad collum, ac latera; hic conspiciebantur monilia, lineae, ac catenae. Plinius. *Discurrant catenae circa latera, & inserta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendeant, ut in summo quoque unionum conscientia adsit.* Et vis linearum sumtum? Hieronymus in vita Pauli Eremitae. *Uno filo villarum insunt, pretia.* Tertullianus De Habitu Muliebri. *Uno lino decies sestertium inseritur.* Hoc est, quinquaginta millia florenorum. Et de monilibus, ille ipse, ibidem. *Saltus, & insulas, tenera cervix fert.* Id est, pretia saltuum, & insularum. Erant & mamillarum ornamenta. In l. *pediculis* citata. *Ornamenta mamillarum ex cylindris triginta quatuor, & tympaniis margaritis triginta quatuor.* In brachiis, & digitis, armillae erant; sive brachialia, annulique: & ibi quoque magnae impensae. De brachialibus Tertullianus loco citato. *Circulos ex auro, quibus brachia artantur.* Sed annulorum luxus, viris communis cum matronis. Gestabant autem in omnibus digitis. Martialis lib. V. Epigr. LXIII.

Per cuius digitos currit levis annulus omnes.

Quid digitos dico? in omnibus articulis debebam. Seneca Nat. Quaest. lib. VII. capit. XXXI. *Exornamus annulis digitos, & in omni articulo gemma disponitur.* Et hoc adhuc parum. In singulis articulis plures. Martialis lib. V. Epigr. XI.

Sardonichas, smaragdos, adamantas, iaspidas, uno
Versat in articulo Stella, Severe, meus.

At quantum hic censes insumtum, in tanto annulorum numero, & gemmarum? Nonne centena aliquot millia florenorum? Non potest aliter. Tertullianus De Hab. Mul. *In sinistra per singulos digitos de saccis singulis ludit.* At quantum in saccis, sive loculis habebant? Idem Auctor paulo ante dicit. *Brevissimis loculis patrimonium grande profertur.* Ergo in singulis annulis expensa singula patrimonia, quod de inauribus supra Seneca. Et ecce tibi, Nonius Senator, proscriptus ab Antonio, unum secum abstulit, cuius pretium aequabat *viginti mille sestertia*, id est, decies centena millia florenorum. Plinius memorat lib. XXXVII. cap. VII. *Ab Antonio proscriptus Nonius Senator fugiens, e fortunis suis omnibus annulum abstulit secum, quem certum est sestertiis viginti millibus aestimatum.* In baltheis, & vaginis, idem luxus. Tertullianus. *Latent in cingulis smaragdi, & cylindros vaginae suae solus gladius sub sinu novit.* Adeatur Cod. lib. XI. Tit. XI. Videamus pedes. Neque hic luxus minor. Crepidarum, atque socculorum, vincula erant aurea. Manilius.

Et pe-

Et pedibus niveis fulserunt aurea vincla. Habebant & gemmas. Tertullianus loco citato. *Et in peronibus uniones emergere de luto cupiunt*. Lampridius de Heliogabalo. *Habuit in calciamentis gemmas, & quidem sculptas, quod risum omnibus movit; quasi possent sculpturae nobilium artificum videri in gemmis, quae pedibus adhaererent*. Neque margaritae, aut uniones, in iis tantum, sed etiam sub iis. Et Plinius scribit. *Non crepidarum tantum obstragulis, sed & totis socculis addi. Neque enim gestare iam margaritas, nisi calcent, ac per uniones etiam ambulent, satis est*. Severus moderatus est luxum, ut tradit in vita eius Lampridius. Heliogabali etiam uxor, & matronarum habito delectu, nisi quibusdam, non permisit. Lampridius auctor est. *Semiramica facta sunt Senatusconsulta ridicula, de legibus matronarum: quae quo vestitu incederent; quae aurum, vel gemmas, in calceamentis haberent*. Quid de umbraculis, ac flabellis, dicemus? an non & haec composita ad luxum? Quis dubitet? Clare Ammianus lib. XXVIII. *Si inter aurata flabella laciniis sericis insederint muscae, vel per foramen umbraculi pensilis radiolus irruperit solis, queruntur, quod non sint apud Cimmerios nati*. Horum omnium pretia computemus, facile de Lollia ista credemus, ornatum eius quadringenties sestertio constitisse. Finiam autem feminarum hunc luxum in speculis. Ea magna erant, & ad corporis totius instar, in auro, argento, caelato, gemmato; itaque magnum etiam pretium. Attendamus Senecam Nat. Quaest. lib. I. capit. XVII. *Rerum iam potiente luxuria, specula, totis paria corporibus, auro, argentoque, caelata sunt: denique gemmis adornata: & pluris unum ex his feminae constitit, quam antiquarum dos fuit*. Et mox. *Iam libertinorum virgunculis in unum speculum non sufficit illa dos, quam dedit Senatus pro Scipione*. At dos illa fuit *undecim millia aeris*, sive ducenti & viginti Carolini, ut supra diximus. Tanti emerunt filiae libertinorum; quid iam honestissimorum civium, quid equitum, quid Senatorum fecisse censebimus? Sine dubio excesserunt multum, pro ratione, & modo, dignitatis.

CAP. VI.

Comitatus virorum, & matronarum. Eius multitudo, ornatus, ordo. Instituebant hunc praefecti familiae, quorum insignia virgae.

PRoxime vestes, comitatum dabimus: nam & in hoc luxus fuit. Itaque, prodituri in publicum, saltem decem, aut octo, servos comites trahebant. Iuvenalis Sat. VII.

Fidimus eloquio? Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingens.
Respicit haec primum, qui litigat; an tibi servi
Octo decem comites, an post te sella, togati
Ante pedes. ———

Sed hic numerus erat causidicorum; & exiguus adhuc, prae aliorum. Ammianus lib. XXVIII. *Vbi, comitantibus singulos quinquaginta ministris, tolos introierint balnearum, &c.* Idem lib. XIV. *Familiarium agmina, tamquam praedatorios globos, post terga trahentes; ne Sannione quidem, ut ait Comicus, domi relicto*. Et de Tigellio narrat Horatius lib. I. Sat. III. habuisse saepe ducentos. Multi millenos aliquot. Athenaeus lib. VI. Μυρίους, καὶ δισμυρίους (οἰκέτας) καὶ ἔτι πλείους δὲ, πάμπολλοι κέκτηνται: οὐκ ἐπὶ προσόδοις δὲ, ὥσπερ ὁ τῶν Ἑλλήνων ζάπλουτος Νικίας, ἀλλ᾽ οἱ πλείους τῶν Ῥωμαίων συμπροϊόντας ἔχουσι τοὺς πλείστους. *Decies, immo vigies mille, & plures quoque servos multi possederunt, non quaestus causa, ut ille Graecorum ditissimus Nicias; sed plerique Romanorum plurimos habent una praeeuntes*. Neque numerus hic dumtaxat ostentabatur, sed & vestium ornatus; qui magnificus valde, licet in servis. Seneca De Tranquill. capit. I. *Praestringit animum adparatus alicuius paedagogii, diligentius, quam intra privatum larem, vestita, & auro culta, mancipia, & agmen servorum nitentium*. Et, soli ne viri processerunt comitati? non. Immo etiam matronae, quae hic viros excessere. Nam, tamquam agmen aliquod ducerent, in ordinem cogebant; idque munus praefectorum familiae, qui insignia virgarum manu dextera gestabant. Omnem luxum nobis describit Marcellinus lib. XIV. *Quo comitatu matronae complures, opertis capitibus, & basternis, per latera civitatis cuncta discurrunt. Vtque praeliorum periti rectores primo catervas densas opponunt, & fortes, deinde leves armaturas, post iaculatores, ultimasque subsidiales acies, si fors adegerit, invasuras: ita, praepositis urbanae familiae suspensae digerentibus sollicite, quos insignes faciunt virgae dextris aptatae, velut tessera data castrensi, iuxta vehiculi frontem omne incedit textrinum; huic atratum coquinae adiungitur ministerium; deinde totum promiscue servitium, cum otiosis plebeis de vicinitate coniunctis, postrema multitudo spadonum, a senibus in pueros desinens, coloris obluridi, distortaque lineamentorum compage deformis*. Hinc Hieronymus in Epistola ad Furiam. *Noli ad publicum subinde procedere; &, spadonum exercitu praeeunte, viduarum circumferri libertate*. Animadverte. *Exercitum spadonum* dicit: & vides causam ex Ammiano. Inter hos quoque moriones, emti ingentibus saepe pretiis: nam, quum alios servos emerent plerumque sex millibus nummum, sive trecentis florenis, ut ostendo infra capit. XVI. hos emebant longe pluris: & aliquando viginti millibus nummum, sive florenis mille. Martialis irridens lib. VIII. Epigr. XIII.

Morio dictus erat: viginti millibus emi.
Redde mihi nummos, Gargiliane, sapit.

CAP.

CAP. VII.

Vasa coquinaria, ac mensalia, argentea. Lancium ingentia pondera. Postea auro illigari coepta: mox etiam ex eo solida facta. Tiberii edictum. Vniversum mensae ministerium aestimatum.

SEquitur supellex, in qua similes sui fuerunt isti luxuriantes. Ac vis scire? in exigua saepe dispendebant opes non sane exiguas. Martialis in Quinctum lib. III. Epigr. LXII.

— constat decies tibi non spatiosa supellex.

Vides impensam quinquaginta millium Carolinorum. Atque adeo una securicula emta est nummum quadringentis millibus, sive Carolinorum viginti millibus. Martialis lib. XIV. Lemmate XXXV. quod est Securicula.

Quum fieret tristis solvendis auctio nummis,
Haec quadringentis millibus emta fuit.

Ostendemus magis, & incipiemus a vasis coquinariis, quae illi argentea habuerunt. Plinius lib. XXXIII. cap. III. *Vasa coquinaria ex argento Calvus orator fieri queritur? at nos carrucas ex argento caelare invenimus.* Vlpianus in l. cum aurum XIX. §. si cui escarium. D. de auro, arg. mundo leg. *Cacabos argenteos habebat, vel miliarium argenteum, vel sartaginem, vel aliud vas ad coquendum.* Sed ad cacabos quod attinet; argenteos illos ante Heliogabalum habuit nemo. Lampridius de eo. *Primus mensas argenteas habuit, primus etiam cacabos.* Nemo igitur haec mirabitur; nemo mensalia, nisi quanta: quippe magnitudo, & pondus, hoc merentur. Iuvenalis Sat. III.

—— quot pascit servos, quot possidet agri
Iugera; quam multa, magnaque, paropside coenat.

De Heliogabalo narrat Lampridius, habuisse eum *vasa centenaria argentea sculpta.* Ecce, vasa centum librarum Heliogabali; quae tamen ille solus non habuit, sed cum eo, & ante eum, plures. At hoc parum est. Imperante Claudio, Drusillanus quidam, servus, dispensator Hispaniae citerioris, habuit lances quingentarum. Tertullianus De Pallio. *Vereor sane, ne parva sit ista trutina; quum Drusillanus, & quidem servus Claudii, quingenariam promulsidem aedificat.* Et hoc parum. E comitibus eius nonnulli octingentarum, & supra. Audiamus narrantem bona fide Plinium lib. XXXIII. cap. XI. *Lances e centenis libris argenti tunc super quingentas numero Romae fuisse constat; multosque ob eas proscriptos, dolo concupiscentium.* Et mox addit. *Claudii principatu, servus eius Drusillanus, nomine Rotundus, dispensator Hispaniae citerioris, quingenariam lancem habuit; cui fabricandae prius officina exaedificata fuerat: & comites eius, octingentarum octo quinquaginta librarum: quaeso, ut quam multi eas conservi eius inferrent, aut quibus caenantibus?* Sed magnitudo haec profecto nimia, & rara: modestiores alii fuerunt, qui modum excedere iustum noluerunt. Pretium vero omnino magnum; impendebant enim multa millia, in singulas libras. Narrat de L. Crasso Oratore Plinius, libro citato. *Constat eumdem sex millibus sestertiis* (id est, trecentis Carolinis) *in singulas libras vasa emta habuisse.* Martialis de Quincto.

Libra quod argenti millia quinque rapit.

Fuerunt autem non semper ex solo argento: quin mox aurum illigari coeptum est. Martialis lib. II. Epigr. XLIII.

Immodici tibi flava tegunt chrysendeta mulli,
Concolor in nostra, cammare, lance rubes.

Iterum Epigr. LIII.

Si ridere potes miseri chrysendeta Cinnae.

Paulus in l. pediculis XXXII. D. de auro, arg. &c. *Auro facto adnumerantur gemmae, annulis inclusae* (*quippe annulorum sunt*) *cymbia argentea, crustis aureis illigata.* Et Vlpianus l. quum aurum, XIX. D. h. t. *Aurea emblemata, quae in absidibus argenteis.* Postea etiam ex auro fecerunt, tam pudendo luxu, ut ventris quoque onera istis exciperent. Tertullianus De Hab. Mul. *Etiam ad spurca instrumenta auri, & argenti, demens copia deseruit.* Exprobrat Bassae Martialis lib. I. Epigr. XXXVII.

Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro,
Bassa. ——————

Tamen haec frugaliores etiam ex argento habebant. Vlpianus in l. Q. Mutius XXVII. D. Tit. iam toties citato. *Argento legato non puto ventris caussa habita scaphia contineri.* Modum statuit in suo principatu Tiberius; vetuitque, ne quis vasis aureis uteretur, nisi ad rem sacram. Dio. lib. LVII. Στατιλίου δὲ Ταύρου μετὰ Λουκίου Λίβωνος ὑπατευσάντος, ὁ Τιβέριος ἀπεῖπε μὲν ἐσθῆτι σηρικῇ μηδένα ἄνδρα χρῆσθαι, ἀπεῖπε δὲ καὶ χρυσῷ σκεύει μηδένα, πλὴν πρὸς τὰ ἱερὰ, νομίζειν. *Sisenna Statilio Tauro, L. Libone Coss. Tiberius edixit, ne quis vir serica veste uteretur, neu quis aurea vasa, nisi ad rem sacram, haberet.* Vidisti per partes; at quanti nunc censes universum mensae ministerium? Plinius ostendit lib. XXXIII. cap. XI. ubi de Scipione Africano. *Quum de Poenis triumpharet, quatuor millia quadringenta septuaginta tria pondo transtulit. Hoc argenti tota Carthago habuit, illa terrarum imperii aemula, quod nunc in mensarum est adparatu.* Iam, si, calculo Pliniano, in libras singulas trecentos Carolinos imputemus, ea summa effectura est tredecies centena ac viginti septem millia, & nongentos Carolinos.

CAP. VIII.

Pocula e concha, onyche, argento, auroque; & eo caelato, gemmato. Custodes his adpositi. Magnitudo, pretium. Hoc in Myrrhinis quoque & crystallinis indicatum, item candelabris.

POculorum ut luxus magnus, ita pretium. Et varia illa fuere; siquidem bibebant ex onyche. Plinius lib. XXXVII. cap. VII. *Onychem etiam tum in Arabiae montibus, nec usquam alibi, nasci putavere nostri veteres:*

Sudines, in Germania; potoriis primum vasis inde factis; dein pedibus lectorum, sellisque. Cornelius Nepos, tradit fuisse magno miraculo, quum P. Lentulus Spinter amphoras ex eo, Chiorum magnitudine cadorum, ostendisset. Vel ex concha etiam. Iuvenalis Sat. VI.

Quum perfusa mero spumant unguenta Falerno,
Quum bibitur concha. ————

Vel ex auro, argentove, vario opere caelato. Iuvenalis Sat. I.

Argentum vetus, & stantem extra pocula caprum.

Martialis.

Stat caper in phiala, Thebani vellere Phryxi
Cultus; an hoc mallet vecta fuisse soror?

Vel gemmis etiam ornata. Plinius in Prooemio lib. XXXIII. *Turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices: ac temulentiae caussa tenere Indiam iuvat; & aurum iam accessio est.* Capitolinus in Vero. *Data etiam aurea, atque argentea, pocula gemmata.* Itaque adpositi in conviviis custodes, qui observarent, ne quis aliquas ex iis avelleret. Iuvenalis Sat. V.

———————— *ipse capaces*
Heliadum crustas, & inaequales beryllos,
Virro tenet phialas; tibi non committitur aurum.
Vel, si quando datur, custos adfixus ibidem,
Qui numeret gemmas, ungueSque observet acutos. (a)

Nec ornata tantum gemmis, sed & facta ex iis habebant. Pacatus in Panegyrico. *Parum se lautos putabant, nisi aestivam in gemmis capacibus glaciem falerna fregissent.* Cicero Verr. VI. *Erat etiam vas vinarium, ex una gemma pergrandi trulla excavata, cum manubrio aureo.* (b) In horum autem magnitudine ostentatio erat, & pompa. Et observa apud Iuvenalis Interpretem Sat. IX. *Fabricius Censor collegam suum notavit in Senatu, quia supra decem libras argenti unam phialam invenit.* Computemus huius pretium per libras; fuerit haec phiala trium millium Carolinorum. Eiusdem pretii scyphos duos habuit L. Crassus, Orator. Plinius lib. XXXIII. cap. XI. *L. Crassus Orator duos scyphos, Mentoris artificis manu caelatos, sestertiis centum millibus emtos, habuit.* Longe argentum, aurumve, excedunt myrrhina, quae constiterunt Carolinis quater millibus; adeoque T. Petronius, moriens, trullam myrrhinam, emtam trecentis sestertiis, id est, quindecim millibus, confregit, ne ea Nero potiretur. Plinius lib. XXXVII. cap. II. *Crescit indies eius rei luxus, murrhino octoginta sestertiis emto, capaci plane ad sextarios tres calice.* Et mox. *T. Petronius Consularis, moriturus, invidia Neronis principis, ut mensam eius exheredaret, trullam murrhinam, trecentis emtam sestertiis, fregit.* Sunt &, qui trullam crystallinam emerint Carolinis septem millibus quingentis. Idem Plinius. *Alius hic furor, HS. centum quinquaginta millibus trullam (crystallinam) unam non ante multos annos mercatam a matrefamilias nec divite.* Et attende, quaeso; tanti emerat materfamilias, eaque non dives: quid iam divites fecisse censes! Sed a poculis ad candelabra, & lucernas, transibo, & ita finem capiti imponam. Quem vero hic luxum fuisse putamus? Ex argento erant. Vlpianus in citata l. cum aurum. *Nec candelabra, nec lucernae argenteae.* Itaque tam grande pretium. Discamus a Plinio lib. XXXIV. cap. III. *Privatim AEgina candelabrorum superficiem dumtaxat elaboravit, sicut Tarentum scapos. In his ergo iuncta commendatio officinarum est. Nec pudet tribunorum militarium salariis emere, quum ipsum nomen a candelarum lumine impositum adpareat.* Atque tribunorum istorum salarium, erant sestertia quinquaginta, sive bis mille quingenti Carolini. Et vel solis certe illis divites censeri poterant, Asterius Hom. in Avar. Τῷ μὲν, ἔλαιον ἐνδεῖ, πρὸς τὸ λύχνον ἀνάψαι· καὶ ἄλλος, μόναις ταῖς λυχνίαις πλουτεῖ. *Huic quidem, oleum deest, quo lychnum accendat: alius vero, solis candelabris dives est.*

CAP. IX.

Mensae rotundae, ac latae; etiam antiquae. Pedes eburni, formam animalium referentes. Ipsae citreae primum, e ligno nodoso: & earum pretium. Mox aureae, inde argenteae. Earum origo: circuli, gemmis ornati.

MEnsas habebant rotundas, ac latas. Seneca Consolat. ad Helviam cap. XI. *Lapides, aurum, & argentum, & magni levatique mensarum orbes, terrena sunt pondera.* Cicero Verr. VI. *Maximam, & pulcerrimam, mensam citream a L. Lutadio Diodoro, qui Q. Catuli beneficio a L. Sulla civis Romanus factus est, omnibus scientibus, Lilybaei abstulisti.* Iuvenalis Sat. I.

Nam de tot pulcris, & latis, orbibus & tam
Antiquis, una comedunt patrimonia mensa.

Et observa illic, *Antiquos orbes*. Hoc enim quoque iactabant, longa maiorum successione ad se pervenisse. Seneca De tranquill. capit. I. *Mensa, non varietate macularum conspicua, nec per multas elegantium dominorum successiones, civitati nota, sed in usum posita, quae nullius convivae oculos, nec voluptate moretur, nec accendat invidia.* Et habebant magno numero: saepe centenas aliquot. Martialis lib. VII. Epigr. XLVII.

Quum mensas habeat fere trecentas,
Pro mensis habet Annius ministros.

Pedes mensarum, erant eburni. Martialis lib. II. Epigr. XLIV.

Tu Lybicos Indis suspendis dentibus orbes:
Fulcitur testa fagina mensa mihi.

Iuvenalis Sat. XI.

Nil rhombus, nil dama sapit: putere videntur Vn-

(a) Iuvenalis pariter sunt illa:
—— *sed nulla aconita bibuntur*
Fictilibus: tunc illa time, quum pocula sumes
Gemmata, & lato Setinum ardebis in auro.

(b) Virgilius.
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.

Vnguenta, atque rosae, latos nisi substinet
orbes
Grande ebur, & magno sublimis pardus hiatu,
Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes,
Et Mauri celeres, & Mauro obscurior Indus,
Et quos deposuit Nabathaeo bellua saltu
Iam nimios, capitique graves. ———

Erant autem formati in species animalium: itaque in citatis verbis Satirici observandum est.

——— *latos nisi sustinet orbes*
Grande ebur, & magno sublimis pardus hiatu.

Ipsae mensae, e ligno primum citreo. Vidimus paulo ante, in verbis Ciceronis; & Petronius Arbiter Satyrico.

——— *ecce Afris eruta terris*
Citrea mensa. ———

Et quidem maxime nodoso, idque pretium augebat, quod par aliquando censui Senatoris, id est, decies sestertio, sive quinquaginta millibus florenorum. Clare Seneca De Benefic. lib. VII. cap. IX. *Video istic mensas, & aestimatum lignum censu Senatoris, eo pretiosius, quod illud in plures nodos arboris infelicitas torsit.* Tertullianus De Pallio. *Adigo cauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus non unum orbem citri emit, qua bis tantum Asinius Gallus pro mensa eiusdem Mauritaniae numerat. Hem, quantis facultatibus aestimavere ligneas maculas?* Mox etiam ex auro fecerunt. Ecce apud Martialem lib. III. Epigr. XXXI.

Et servit dominae numerosus debitor arcae,
Sustentatque tuas aurea mensa dapes.

Sed pretium tamen citreis maius manebat, ut discimus ex eodem lib. XIV. Epig. LXXXIX. Deinde etiam ex argento. Alphenus in l. cum ex argent. XXVIII. D. de auro, arg. leg. *An & si quas mensas argenteas, & eius generis argentum haberet, quo ipse non temere uteretur, sed commodare ad ludos, & ceteras adparationes, soleret.* Asterius Hom. in Avar. Ὁ πένης ἐπὶ ξυλίνης τραπέζης ἄρτον ἀπορεῖ διατρύψαι· καὶ ὁ τρυφῶν, ἀργυρὸν τράπεζαν ἐλάσας ἐς πλάτος, τῷ ςίλβοντι ψυχαγωγεῖται τῆς ὕλης. *Pauper super lignea mensa panem comedendo deliciis frui vix potest: & dives deliciosus argenteam mensam in latitudinem explicans, materiae splendore ducitur & delectatur.* Sed ante Heliogabalum nemo: ille enim praeivit ad hunc luxum. Lampridius memorat. *Primus mensas, & capsas, argenteas habuit: primus etiam cacabos.* Harum coronae, sive ambitus, gemmis ornabantur. Vlpianus in l. quum aurum XIX. D. Tit. citato. *In coronis mensarum gemmae coronis cedunt, ut hae mensis.*

CAP. X.

Lecti magni; eorumque pedes ex onyche. Ipsi primum argento inducti, mox ex eo solido; & quis auctor. Deinde etiam aurei. Toralia purpurea, odorata, aurea.

IN lectis magnitudo erat ad ostentationem comparata, Iuvenalis Sat. II.

Dives erit, magno quae dormit tertia lecto.

Et quidem, pedes ex onyche factos, discimus ex Plinio lib. XXXVII. cap. VII. Ipsi autem argento primum inducti. Plinius idem lib. XXXIII. cap. XI. *Lectos vero mulierum iam pridem totos operiri argento, & triclinia quaedam, quibus argentum addidisse primus traditur Carvilius Pollio, eques Romanus; non ut operiret, aut Deliaca specie faceret, sed Punicana. Idem & aureos fecit.* Suetonius in Caligula cap. XXXII. *Servum, ob detractam lectis argenteam laminam, carnifici confestim tradit.* Adde sphaeras, & catenas argenteas, loco funium. Asterius Hom. in Avar. Ὁ μάτην πλουτῶν, τῷ κόσμῳ τῆς κλίνης περιαςράπτεται, ἀργυρᾶς σφαίρας ἐχούσης, καὶ ἁλύσεις, ἀντὶ τῶν σχοίνων. *Qui frustra ditescit, eum lecti ornatus circumfulget, argenteas sphaeras, & loco funium catenas habentis.* Mox ex solido argento fieri coeperunt. Vlpianus in citata l. quum aurum. *Lectum plane argenteum, vel si quae alia supellex argentea sit, argenti adpellatione non continetur.* Lampridius in Heliogabalo. *Solido argento factos habuit lectos & tricliniares & cubiculares.* Etiam aureos fecerunt, eiusque rei primus auctor Carvilius Pollio, eques Romanus; ille, qui tricliniis quoque primus argentum addidisse traditur. Locum Plinii iam citavimus, quo id docemur. Et de Iulio narrat Suetonius cap. XLIX. *In aureo lecto veste purpurea decubuisse.* Vestes vero in iis stragulae, pro ratione lectorum, etiam pretiosissimae. Et observa purpuream in istis verbis Suetonii. Quin odoribus quoque inficiebant. Martialis lib. I. Epigr. XVI.

Quid torus a Nilo, quid sindone tectus olenti?
Ostendit stultas quid nisi morbus opes?

Ac vide, quo postea luxus pervenerit: ex auro habuerunt. Primus Heliogabalus, privatus quidem adhuc; nam iam antea Imperatores fecerant. Lampridius in vita eius. *Primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit, quia tunc ex Antonini Marci auctoritate id fieri licebat, qui omnem adparatum Imperatorium publice vendiderat.*

CAP. XI.

Vehicula aerata, eborata, argentata, argentea. Haec Severus coercuit, & Senatoribus tantum permisit. Aurata etiam, & altiora. Iuncturae. Vehiculorum pretia, ut & mulorum.

VEhicula habuerunt varia; nos sub uno generali nomine comprehendemus. Vide tamen apud Lampridium in Heliogabalo. *Semiramica facta sunt Senatusconsulta ridicula, de legibus matronalibus: quae quo vestitu incederet, quae cui cederet, quae ad cuius osculum veniret, quae pilento, quae aequo sagmario, quae asino veheretur: quae carpento mulari, quae boum; quae sella veheretur; & utrum pellicea, an ossea, an eborata, an argentata.* Erantque primitus aerata, mox eborata effecit crescens luxus. Plautus Aulul. Sc. velim te.

Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram.

Deinde argentata habuerunt. Plinius lib xxxiii cap. iii. *Nos carrucas ex argento caelare invenimus.* Et tanta quidem horum frequentia, ut coercere Severus necesse putaverit, eorum iure solis Senatoribus relicto. Lampridius in eius vita. *Carrucas Romae, & rhedas, senatoribus omnibus, ut argentatas haberent, permisit: interesse Romanae dignitatis putans, ut his tantae Vrbis senatores vectarentur.* Postea argentea quoque fuerunt; primusque ea dedit Aurelianus, teste Vopisco. Aurata etiam, & gemmata. Lampridius de Heliogabalo. *Habuit gemmata vehicula, & aurata, contemtis argentatis, & eboratis, & aeratis.* De auratis, capiendus item Martialis lib. iii. Epigr. lxii.

Aurea quod fundi pretio carruca paratur.

Et volebant esse altiora. Ammianus lib xxviii. *Summum decus in carrucis solito altioribus, & ambitioso vestium cultu ponentes.* Huc accedebant iuncturae pretiosissimae. Capitolinus in Vero. *Data & vehicula cum mulabus, ac mulionibus, cum iuncturis aureis.* Gaudentius Tract. xiii. *Brutis quoque animalibus, equis, ac mulis, ex argento, & auro, sublimia ornamenta componunt.* Videatur Codicis lib. xi. Tit. xi. Quantas igitur hic impensas credis? nonne ingentes? de fundi pretio clare Martialis loco citato.

——— *fundi pretio carruca paratur.*

Iam in ipsis iumentis, quae trahebant, quem luxum putamus? Iuncturae saepe aureae: & exemplum habemus in Capitolino, quod produximus. Soleae eorum argenteae. Suetonius de Nerone cap. xxx. *Numquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus.* Et aureas fecit eius coniux Poppea. Plinius lib xxxiii. cap iii *Nostraque aetate Poppea, coniux Neronis principis, delicatioribus iumentis suis soleas ex auro quoque induere solebat.* Et quis dubitet, quin magna quoque istorum pretia luxus fecerit? Certe supra equos muli, mulaeve, valebant. Diserte Plautus Aulul. Sc. *Narravi.*

Ego faxim muli, pretio qui superant equos,
Sint viliores Gallicis cantheriis.

Quid equos dico? parum hoc est: ipsas mox etiam domos superarunt, mulae tenuiorum civium. Martialis mihi testis est lib. iii. Epigramm lxii

— *pluris mula est, quam domus, emta tibi.*

At domorum pretia iam videbimus.

CAP. XII.

AEdium admiranda limina, & quis ea primus marmorea habuerit. Postes, pavimenta, parietes. Illi quando primum marmore incrustati. Laquearia etiam inaurata, & unde origo. Idem factum capitibus columnarum. Earum longitudo, multitudo, pretium, & de eo emendatus Varro. Trabes auratae. Fontes in singulis cubiculis. Vniversim amplitudo, & altitudo, eaque mox coercita. In fastigiis horti, & arboraria, ac arbusculae ex iis existimatae; item totae aedes. Valerius, ac Varro correcti. Neronis Aurea.

EXaminabimus per partes, atque inde ad totas progrediemur, ubique nihil non magnum deprehensuri. Incipiemus ab ipso limine, quod marmoreum. Cuius rei initium a M. Lepido. Plinius lib. xxxvi. capit. vi. *M. Lepidus, Catuli in Consulatu collega, primus omnium limina ex Numidico marmore posuit.* Et tales quoque postes. Statius in Tiburtino Manlii Vopisci.

——— *an Mauros undique postes,*
An picturata lucentia marmora vena
Mirer. ———

Imo deaurati. Hieronymus in epist. ad Marcellam. *Vt visitantibus reddamus vices, ad superbas fores pergimus Inter linguas rodentium ministrorum postes ingredimur deauratos.* Ingressis stuporem iniiciebant pavimenta, parietes, columnae, laquearia, trabes. Fabianus Papirius apud Senecam Rhetorem lib. ii. controvers. i. *In hos igitur exitus varius ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat, quam vinctus severe in hoc pavimentum levatum.* Ipse Seneca De Tranquill. cap. i. *Domus etiam, qua calcatur pretiosa, & divitiis per omnes angulos dissipatis.* Statius in Tiburtino Vopisci.

Dum vagor adspectu, vultusque per omnia duco,
Calcabam nec opinus opes: nam splendor ab alto
Defluus, & nitidum referentes aera testae,
Monstravere solum; varias ubi picta per artes
Gaudet humus, superantque novis Asarota figuris.

Parietes, & laquearia, marmore induta. De parietibus, Papirius loco citato. *Varius ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat.* Primus id fecit Mamurra, praefectus fabrorum C. Caesaris. Plinius lib. xxxvi. capit. vi. *Primum Romae parietes crusta marmoris operuisse totius domus suae in Caelio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram, Formiis natum, Equitem Romanum, Praefectum fabrorum C. Caesaris in Gallia.* Etiam inaurari coeperunt, ut & laquearia, eiusque rei origo a Capitolio. Plinius lib. xxxiii. cap. iii. *Laquearia, quae nunc, & in privatis domibus auro teguntur, post Carthaginem eversam primo inaurata sunt in Capitolio, Censura L. Mummii. Inde transiere in cameras, in parietes quoque, qui iam & ipsi, tamquam vasa, inaurantur.* Et huc spectat illud Petronii.

AEdificant auro. ———

Hieronymus in epistola ad Gaudentium. *Vivimus, quasi altera die morituri, & aedificamus, quasi semper in hoc seculo victuri. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum.* Item ad Marcellam. *Vbi sunt latae porticus? Vbi aurata laquearia? Vbi instar palatii privatorum exstructae Basilicae?* Ad aurum adiunctae quoque gemmae. Statius in Tiburtino.

Vidi

Vidi artes, veterumque manus, variisque metalla
Viva modis, labor est auri memorare figuras,
Aut ebur, aut dignas digitis contingere gemmas.

Vestiebant quoque pretiosissimis aulaeis, ac tapetibus. Tertullianus De Hab. Mul. *Parietes Tyriis, & hyacinthinis, & illis regiis velis, quae vos operose resoluta transfiguratis, pro pictura abutuntur*. Vis columnas scire? harum capita aurata, ut ex loco Hieronymi iam vidimus, ipsae vero marmoreae. Iuvenalis Sat. VII.

Parte alia longis Numidarum fulta columnis
Surgat, & algentem rapiat caenatio solem.

Et observa illic *longas*, nam tales erant profecto. Ammianus lib. XXVIII. *Columnarum constructiones, alta fronte suspensas, mirando, atque parietes, lapidum circumspectis coloribus nitidos, ultra mortalitatem nobiles viros extendunt*. Plinius lib. XXXVI. cap. II. *Tacuerunt maximas earum (columnarum) atque duodequadragenum pedum, Luculleì marmoris, in atrio Scauri collocari*. Habebantque has magno numero. Statius in Epithalamio Stellae.

Pendent innumeris fastigia nixa columnis.

Adeoque nonnullae ad centenas excurrebant. Martialis lib. V. Epigr. XIII.

Ad tua centenis incumbunt tecta columnis,
Et libertinas arca flagellat opes.

In villa Gordianorum unum peristylon habuit ducentas. Capitolinus in Gordiano III. *Domus Gordianorum etiam nunc exstat, quam iste Gordianus pulcerrime exornavit, & villa eorum, via Praenestina, ducentas columnas uno peristylo habens, quarum quinquaginta Carysteae, quinquaginta Claudianae, quinquaginta Synnades, pari mensura sunt*. Libet pretium earum scire, id quod magnum, ut omnia in luxu isto Romano. Docet Valerius Maximus lib. IX. cap. I. Illic se Crassus ait decem emisse *centum millibus nummum*. Ergo singulas quingentis florenis. Haec eius verba sunt. *Decem columnas centum millibus nummum emi*. Neque trabes hic omittendae, quae saepe auratae. Statius.

Aurataśne trabes, an Mauros undique postes
Mirer? ————

Praeter haec omnia erant, qui in singulis cubiculis haberent fontes. Haurio ex istis Statii in Tiburtino.

An picturata lucentia marmora vena
Mirer, an emissas per cuncta cubicula lymphas?

Atque ista quidem, intrinsecus; extrinsecus, duo luxuriabantur: amplitudo, & altitudo. Vtraque stupenda. Age, videamus. Occurrunt primo verba Valerii, valde opportuna, lib. IV. cap. IV. Narrat de L. Quinctio Cincinnato. *Ei, quatuor iugera aranti, non solum dignitas patrisfamiliae constitit, sed etiam dictatura delata est. Anguste se habitare nunc putat, cuius domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt*. Viden? angustae illae aedes, quae quatuor iugera caperent. Et fides ne verbis est? omnino: nam quis deroget Scriptori tam fido, & probato? Tamen stabiliamus, quando hoc nunc agimus. Sub Nerone servi quidam eius piscinas habuere duobus iugeribus maiores; nonnulli etiam culinas. Plinius, ecce, libro XVIII. cap. II. *Bino tunc iugera Populo Romano satis erant, nullique maiorem modum attribuit; quo servos paulo ante principis Neronis, contemtis huius spacii viridariis, piscinas iuvat habere maiores; gratumque si non aliquem, & culinas*. Quorumdam cellaria etiam longe excesserunt. Plinius idem, lib. XXXVI. cap. XV. *Sic non habitarunt illi, qui hoc imperium fecere, tantas ad vincendas gentes, referendosque triumphos, ab aratro, aut foco, exeuntes, quorum agri quoque minorem modum obtinuere, quam istorum cellaria*. Loquitur illic de Cincinnato, & Fabricio; quorum iste septem tantum iugera possedit. At ecce, postea cellaria hoc spatium superarunt. AEstima nunc reliquam amplitudinem iusta proportione. Certe oportet ad urbes accesserit, & quidem magnas. Salustius in Catilina, luculentus auctor. *Domos, atque villas, cognoverit in urbium modum exaedificatas*. Asterius Hom. in Avar. Οἱ μὲν ὑπ' ὀρόφοις χρυσοπάστοις κατάκεινται, καὶ ὡς μικρὰς πόλεις οἰκοῦσι τὰς οἰκίας. *Hi quidem sub tectis auratis iacent, & domos habitant, parvis urbibus similes*. Imo vincebat. Seneca de Benefic. lib. VII cap. X. *AEdificia privata, laxitatem urbium magnarum vincentia*. Salvianus ad Ecclesiam Catholicam. *Superbas, ac praeminentes excelsis urbibus, domos*. Et apud Tacitum Ann. III. leges, *Villarum infinita spatia*. Quod magis mirere; necdum hae unae sufficiebant, coniungebant binas, ternas, ut laxius, magnificentiusque habitarent. Sic Catilina apud Salustium in Oratione ad milites suos, exprobrat hostibus: *Illos binas, aut amplius, domos continuare*. Et capiendus hinc Martialis lib. IV. epigr. XL.

Et docti Senecae ter numeranda domus.

Iam altitudinem adspiciamus, quae caelo paene imminebat. Petronius.

AEdificant auro, sedesque ad sidera mittunt.

Sed haec Poetica ὑπερβολή, & intra veri limites maneamus, vel sic tamen verum non dicere videbimur. Sunt qui templorum altitudinem superaverint, inter quos Cetronius, & Posides; quorum ille, aedem Herculis, & Fortunae; hic, Capitolium transscendit. Iuvenalis Sat. XIV

AEdificator auro Cetronius, & modo curvo
Litore Caietae, summa nunc Tiberis arce,
Nunc Praenestinis in montibus, alta parabat
Culmina villarum, Graecis, longeque petitis,
Marmoribus, vincens Fortunae, atque Herculis, aedem,
Vt spado vincebat Capitolia nostra Posides.

Seneca Consolat. ad Helviam cap. IX *Hoc cogi-*

cogitandum est, ista bonis viris per falsa, & prave credita obstare; quo longiores porticus expedierint; quo altius turres sustulerint, quo depressius aestivos specus foderint, quo maiori mole fastigia caenationum subduxerint, hoc plus erit, quod illis caelum abscondat. Salvianus ad Eccles. Cathol. lib. I. *Non superbas, ac praeminentes excelsis urbibus, domos, non supra humanos visus elata culmina, nec inserta nubibus aerio habitatore fastigia*. Porro, quod non minus mirere; in his ipsis fastigiis pomaria, ac nemora. Seneca epist. CXXII. *Non vivunt contra naturam, qui pomaria in summis turribus serunt; quorum silvae in tectis domorum, ac fastigiis, nutant; inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egissent*. Fabianus Papirius apud Senecam Rhetorem lib. II. Controv. I. *Quin etiam montes, silvaeque, in domibus marcidis umbra, fumoque viridibus*. Et in his arboribus, ut scias, magnus luxus; itaque summi eas pretii censuerunt. Et una pomus referebat domino *duo millia nummum* annua, sive florenos centum. Plinius lib. XVII. cap. I. *Nec minus miraculum in pomo est, multarum circa suburbana fructu annuo addicto binis millibus nummum, maiore singularum reditu, quam erat apud antiquos praediorum*. Atque huiusmodi quidem arborum, ut vulgarium, parva adhuc ratio erat; maior longe aliarum, quas ad delitias habebant, & ostentationem. Adeoque Cn. Domitius L. Crasso solas decem tales aestimavit *tricies sestertio*, sive centies, & quinquagies mille florenis. Valer. Maximus lib. IX. capit. I. *Cn. Domitius L. Crasso collegae suo, altercatione orta, obiecit, quod columnas Hymettias in porticu domus haberet. Quem continuo Crassus, quanti ipse domum suam aestimaret, interrogavit. Atque ut respondit sexagies sestertio. Quanto ergo eam, inquit, minoris fore aestimas, si decem arbusculas inde succidero? Ipso tricies sestertio, ait Domitius*. Hui! quis haec credere ausit? Si ad nostrum seculum aestimamus, numquam fidem invenient, ut profecto neque pleraque haec Romana. Et quae fuerunt illae arbores, tam pretiosae? Plinius narrat lib. XVII. cap. I. *Loti patula ramorum opacitate lascivae*. Sed fastigia illa, ut eo redeam, nemo fuit, qui coerceret? Ita. Augustus fecit, & modum praescripsit pedes septuaginta. Strabo lib. V. Πρὸς δὲ συμπτώσεις τὰ ὕψη τῶν καινῶν οἰκοδομημάτων καθελὼν, καὶ κωλύσας ἐξαίρειν ποδῶν ό τὸ πρὸς ταῖς ὁδοῖς ταῖς δημοσίαις. *Quum vero propter ruinas altitudines novorum aedificiorum abstulisset, & prohibuisset excedere pedes* LXX *ea, quae viis publicis imminerent*. Et renovasse videtur Nero, post incendium illud. Tacitus Annal. XV. *Urbis, quae domus supererant, non, ut post Gallica incendia, nulla distinctione, nec passim erectae, sed dimensis vicorum ordinibus, & latis viarum spatiis, cohibita aedificiorum altitudine*. Traianus mox ad LX. reduxit. Aurelius Victor in Epitome. *Traianus per exquisita remedia opitulatus est; statuens, ne domorum altitudo sexaginta superaret pedes, ob ruinas faciles, & sumtus, si quando talia contingerent, exitiosos*. Sed quod pretium aedium? non credendum facile. De Clodio narrat Plinius lib. XXXVI. cap. XV. *P. Clodius, quem Milo occidit, sestertium centies & quadragies octies domo emta habitavit*; idest, undecies centum & quatuor millibus florenorum. Sed haec domus sine dubio arborarium in fastigio non habebat; nam longe maius tunc pretium fuisset, quum solas decem arbusculas, ut iam vidimus, aestimarit Domitius tricies sestertio, sive centum quinquaginta millibus florenorum. Itaque necessario mendum est in istis Valerii verbis, quibus Crasso interroganti respondet Domitius, aestimare se domum *sestertio sexagies*. Ut quid enim? decem arbusculae aestimabuntur tricies sestertio; & reliquum arborarium omne cum tota domo tantum sexagies? Nulla est proportio, nulla ratio. Scribendum, *respondit, sexcenties sestertio*, idest, tricies centum millibus florenorum. Firmat coniecturam nostram Plinius lib. XVII. cap. I. qui auget etiam, & de sestertio millies narrat. Hirrius ex aedificiis circum piscinas suas capiebat annua *sestertia duodena millia*, sive florenorum sexcenta millia. Auctor est Varro De Re Rust. lib. III. cap. XVII. Eiusdem una villa vendita est *sestertio quadringenties*, idest, vicies centum mille florenis. Hoc idem Varro testatur, sed locus corruptus est, & *quadragies* editur. Vide correctionis nostrae rationem infra, cap. XIV. Et haec quidem pretia stante adhuc Repub. luxu necdum tam effreni. Cave censeas idem sub Imperatoribus mansisse; adfirmo tibi, in immensum crevisse. Aestima ab isto Plinii loco proxime citato libro. *M. Lepido, Q. Catulo Coss.* (idest annis XXIX. ante Iulii Imperium,) *ut constat inter diligentissimos Auctores, domus pulcrior non fuit Romae, quam Lepidi ipsius. At hercule intra annos* XXXV, *eadem centesimum locum non obtinuit. Computet in hac aestimatione, qui volet, marmorum molem, opera pictorum, impendia regalia, & cum pulcerrima, laudatissimaque certantes centum domos, posteaque eas ab innumerabilibus aliis in hunc diem victas*. Desinam in duabus aedibus duorum Imperatorum. Ille ipse Plinius subiungit. *Sed eas omnes duae domus vicerunt. Bis vidimus totam urbem cingi domibus Principum, Caii, & Neronis, & huius quidem, ne quid deesset, aurea*. Et Auream istam ecce describit Sueton. cap. XXXI. *Domum a Palatio Exquilias usque fecit, quam primo Transitoriam, mox incendio absumtam, restitutamque, Auream nominavit. De cuius spatio, atque cultu, suffecerit hoc retulisse. Vestibulum eius fuit, in quo colossus centum viginti pedum staret, ipsius effigie; tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet; item stagnum, maris instar, circumseptum aedificiis, ad urbium speciem. Rura insuper, arvis, atque vinetis, & pascuis, silvisque, varia; cum multitudine omnis generis pecudum, ac ferarum. In ceteris partibus; cuncta auro lita, distincta gemmis, unionumque conchis erant. Caenationes laqueatae,*

tae, tabulis eburneis versatilibus, ut flores fistulis, & unguenta, desuper spargerentur. Praecipua caenationum, rotunda; quae perpetuo diebus, ac noctibus, vice mundi circumageretur; balineae, marinis, & Albulis, fluentes aquis. Eiusmodi domum quum absolutam dedicaret, hactenus comprobavit, ut se diceret, QVASI HOMINEM TAMDEM HABITARE COEPISSE. Quis haec leget, quis audiet, sine stupore? Nemo poterit?

CAP. XIII.

Conviviorum adparatus, & in eo ostentatio. Ministrorum multitudo, & ordo. Impensae. Caenae Aditiales. Ferculorum numerus. Coquorum pretium. Plinius emendatus.

VEniamus ad Convivia, in quibus summopere se Luxus exercuit. Struebantur ea magno cum adparatu, & ostentatione; magno ministrantium item numero, qui in ordine omnes, & per certas classes distincti. Seneca epist. xcv. *Quam celebres culinae sunt, quanta nepotum focos iuventus premit? Transeo puerorum infelicium greges, quos, post transacta convivia, aliae cubiculi contumeliae exspectant. Transeo agmina exoletorum, per nationes, coloresque descripta, ut eadem omnibus levitas sit, eadem primae mensura lanuginis, eadem species capillorum, ne quis, cui rectior est coma, crispulis misceatur. Transeo pistorum turbam, transeo ministratorum, per quos signo dato ad inferendam caenam discurritur. Dii boni! quantum hominum unius venter exercet* Et sumtus videamus. De Lucullo auctor est Plutarchus, eum in foro oppressum a Cicerone, & Pompeio, caenam extemporaneam iis exhibuisse, cui impensae essent quinquaginta mille drachmae, sive decem mille floreni. Suetonius de Vitellio memorat cap XIII. *Indicebat* (*convivium*) *aliud alii eadem die; nec cuiquam minus singuli adparatus quadringenis millibus nummum constiterunt.* Facit haec summa florenorum viginti millia. Adeoque viri frugales sine reprehensione caena aditiali consumpserunt *tricies sestertium*, sive centum quinquaginta millia florenorum. Seneca auctor est, quem nemo refutet, epist. cxv. *Tricies sestertio aditiales caenae frugalissimis viris constiterunt*. Verus alterum tantum impendit. Capitolinus. *Omne convivium aestimatum dicitur sexagies centenis millibus sestertiorum*. Lampridius De Heliogabalo. *Numquam minus centies sestertio caenavit. Aliquando autem triginta millibus sestertiis caenavit, omnibus supputatis, quae impendit.* Ita sane legi illum locum iubet rei proportio; non *tribus millibus*. Ergo, o stupor! monstrum illud numquam minus prodegerit *quinquies centenis millibus florenorum?* aliquando vero etiam *quindecies?* Horror est animo frugali. Et tamen fuerunt inter istos nequissimos Imperatores, quorum unum ferculum *mille sestertiis*, sive *quinquaginta mille* florenis constaret. Latinus in Panegyrico. *Nonne cognovimus cuiusdam retro principis non prandia saepe, sed fercula, sestertiis mille* (ita recte corrigunt viri magni) *aestimata, patrimoniorum equestrium pretia traxisse?* Nec Principes tantum, sed & alii. Iuvenalis Sat. I.

——— *una comedunt patrimonia mensa.*

Fercula autem dabant initio duo tantum. Servius ad AEneid. I. *Vt supra diximus, tangit morem Romanum; nam, ut ait Cato, & in atrio, & duobus ferculis, epulabantur antiqui.* Mox ea luxus auxit, usque ad septem. Iuvenalis, loco citato.

Quis totidem erexit villas, quis fercula septem
Secreto caenavit avus? ———

Monstrum illud Heliogabalus etiam viginti duo habuit. Lampridius. *Exhibuit aliquando, & tale convivium, ut haberet viginti duo fercula ingentium epularum.* Pudet citare, & magis reliqua, quae sequuntur. Sed quid fercula singula dico? Vna patina AEsopi Histrionis constitit sestertiis sexcentis, idest, triginta millibus florenorum. Plinius lib. x. cap. LI. *Maxime tamen insignis est in hac memoria Clodii AEsopi Tragici Histrionis patina sexcentis sestertiis taxata* Iterum, libro xxxv. cap. XII. *Quum unam* (*patinam*) *AEsopi Tragoediarum Histrionis in natura avium diceremus sexcentis sestertiis stetisse, non dubito indignatos legentes.* Itaque corrigendus est Tertullianus De Pallio, scribendumque *sexcentum millium*, non *centum*. Locum statim adscribemus. Sed quid obsecro in hac patina? Aviculae cantrices, magno emtae. Valerius lib. IX. capit. I. *Constat* (*AEsopum*) *cantu commendabiles aviculas, immanibus emtas pretiis, in caena pro ficedulis ponere solitum.* Atque immania haec pretia singularum nummi sex mille, sive floreni trecenti. Tertullianus, loco citato. *Qua Asinius Celer mulli unius obsonium sex millibus sestertium detulit, qua AEsopus Histrio, ex avibus eiusdem pretiositatis, ut canoris, & loquacibus quibusque, sexcentum* (ita corrigendum iam monui pro *centum*) *millium patinam confiscavit.* Plinius lib. x. cap. LI. subnectit verbis, quae citavi. *In qua posuit aves cantu aliquo, aut humano sermone, vocales, millibus sexcentis singulas coemtas.* At Vitellii patina constitit decies sestertio, sive florenorum quinquaginta millibus. Plinius lib. xxxv. cap. XII. *Vitellius in principatu suo decies sestertio condiit patinam;* (ita recte corrigunt viri illi, quos dixi) *cui faciendae fornax in campis aedificata erat.* Et videamus huius sumtuosissimae patinae condimentum. Accipimus ex Suetonio in vita eius, cap. XIII. *In hac scarorum iocinora, phasianorum, & pavonum cerebella, linguas phaenicopterum, murenarum lactes, a Carpathio usque, fretoque Hispaniae, per navarchos, ac triremes, petitarum, commiscuit.* Itaque prae his caenis frugalis est illa celeberrima Luculli, de qua initio dixi. Imo tantum impendit provincialis aliquis, ut semel interesset caenae Caligulae. Narrat Suetonius cap. XXXIX. *Compererat provincialem*

lem locupletem ducenta sestertia numerasse vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur, nec tulerat moleste, tam magno aestimari honorem caenae suae. Iam in conviviorum hoc sumtu, quanta censemus ipsorum coquorum pretia, qui haec adparabant? Equis comparat, imo supra hos etiam ponit, Plinius lib. XI. cap. XVII. Locus est insignis, sed cum insigni mendo, quod tollemus. *Asinius Celer e Consularibus hoc pisce* (loquitur de mullo) *prodigus, Caio principe unum mercatus octo millibus nummum; quae reputatio aufert transversum animum ad contemplationem eorum, qui in conquestione luxus, coquos emi singulos pluris, quam equos, quiritabant. At nunc coqui triumphorum pretiis parantur, & coquorum pisces. Nullusque prope iam mortalis aestimatur pluris, quam qui peritissime censum domini mergit*. Sed quae haec ratio est? an coqui, equis prius pares, postea ad triumphorum pretia adscenderint? Apage. Numquam factum, neque Plinius scripsit. Corrigo, *nunc coqui trium horum pretius parantur*. Querebantur, inquit, olim de luxu; coquos singulos emi pretio singulorum equorum; at nunc ad trium pretia adscenderunt. Haec sine dubio Plinii mens est, & vera lectio.

CAP. XIV.

Deliciae piscium, & maxime mullorum, qui a pondere aestimabantur, quod pensabant in ipso convivio, adstantibus, excipientibusque notariis. Ludus item convivarum, in iis occidendis. Pretia eorum. Acipenser a coronatis inferebatur, cum cantu tibiae. Ostrea, & echini; quorum capturam diiudicabant ex sapore. Ostrea aperiebant in ipsa mensa. Lupus Tiberinus. Reditus piscinarum, & impensae quoque. Villa Hirrii. Varro correctus, & Columella. Nomina piscibus imposita, & Inquisitores iis fugitivis constituti.

AT vero quid in his conviviis, circa quod tanti sumtus? dicam sigillatim. Vidimus quaedam in patina ista Vitellii apud Suetonium. Promiscue autem adpositi pisces cum avibus, & quidem magno numero, ut necesse etat in magno convivio De Vitellii fratre narrat Suetonius. *Famosissima super ceteras fuit caena ei data adventitia a fratre; in qua duo millia lectissimorum piscium, septem avium, adposita traduntur*. C. Caesar dictator, triumphalem caenam adparaturus, sex millia muraenarum ab Hirrio ad pondus accepit. Auctores Macrobius Saturnal. lib. II. cap. XI. & Plinius lib. IX capit. LV. Sed quid ad pondus? ita; ab hoc aestimabantur pisces. Martialis lib. II. epigr XLV.

Nolo mihi ponas rhombum mullumve bilibrem.

Horat. lib. II. Sat. II.

——— *laudas insane trilibrem*
Mullum, in singula quem minuas pulmenta necesse est.

Iuvenalis Sat. IV.

——— *mullum sex millibus emit,*
AEquantem sane paribus sestertia libris.

Adeoque in ipsis conviviis ponderabant, adstantibus notariis multis, qui ponderis scilicet miraculum in pugillares referrent. Ammianus lib. XXVIII. *Poscuntur etiam in conviviis aliquoties trutinae, ut adpositi pisces, & volucres, ponderentur, & glires. Quorum magnitudo saepius delicata, non sine taedio praesentium, ut antehac inusitata, laudatur adsidue. Maxime, quum haec eadem numerantes notarii, prope triginta, adsistant, cum thecis, & pugillaribus*. Quando autem in mulli mentionem incidimus, producamus de eo sermonem. Magnae imo maximae deliciae in hoc pisce. Piget meis verbis rem referre, utar Senecae, quae exstant Nat. Quaest. lib. III. cap. XVII. *Quanto incredibiliora sunt opera luxuriae, quoties naturam aut mentitur, aut vincit. In cubili natant pisces, & sub ipsa mensa capitur, qui statim transferatur in mensam. Vitreis ollis inclusi obseruntur, & observatur morientium color, quem in multas mutationes mors, luctante spiritu, vertit. Alios necant in garo, & condiunt vivos. Et sunt, qui fabulas putant, piscem vivere posse sub terra, & effodi, non capi. Quam incredibile illis videretur, si audirent, natare in garo piscem, & caenae causa occisum esse super caenam, quum multum in deliciis fuit, & oculos ante, quam gulam pavit. Permitte mihi, quaestione seposita, castigare luxuriam. Nihil est, inquis, mullo exspirante formosius. Illa colluctatione animam agenti rubor primum, deinde pallor, suffunditur; quam aeque variatur, & incerta facies inter vitam, & mortem coloris est? Vacatio longa somniculosae, inertisque luxuriae. Quam sero experrecta circumscribi se, & fraudari tanto bono, sensit. Hoc adhuc tanto spectaculo, & tam pulcro, piscatores fruebantur, qui coctum piscem in ipso ferculo etiam experirentur. Mirabuntur tantum in illis esse fastidium, ut nollent attingere, nisi eodem die captum piscem; qui, ut aiunt, saperet ipsum mare. Ideo cursu advehebatur, ideo gerulis, cum anhelitu, & clamore properantibus, dabatur via. Quo pervenere deliciae? Is pro putrido iam piscis adfertur, qui non hodie eductus, hodie occisus est. Nescio de re magna tibi credere. Ipse oportet mihi credam. Huc adferatur, coram me animam agat. Ad hunc fastum pervenit venter delicatorum, ut gustare non possint piscem, nisi, quem in ipso convivio natantem, palpitantemque, viderint*. Brevius Plinius lib. IX. capit. XVII *Mullum exspirantem versicolori quadam, & numerosa, varietate spectari, proceres gulae narrant, rubentium squamarum multiplici mutatione pallescentem, utique, si vitro spectetur inclusus*. Quae, malum, hae deliciae? vix credamus, nisi ab iis Auctoribus haberemus, quibus fidem hic negare sit piaculum. Et petebant a longinquis regionibus. Iuvenalis Sat. V.

Mullus erit domini, quem misit Corsica, vel quem
Tauromenitanae rupes; quando omne peractum est,

Et

Et iam defecit nostrum mare. ———

De muraena ille ipse ibidem.

Virroni muraena datur, quae maxima venit
Gurgite de Siculo. ———

De scaro, Petronius.

Ingeniosa gula est, Siculo scarus aequore mersus
Ad mensam vivus perducitur. ———

Sed adhuc mihi in animo mullus est, cuius nondum pretium dixi, quod plane magnum. Quippe Octavius emit *quinque millibus sestertium*, sive ducentis quinquaginta florenis. Seneca narrat, epistola xcv. Alius quis *sex millibus*, sive florenis trecentis. Iuvenalis Sat. IV.

——— *mullum sex millibus emit,*
AEquantem sane paribus sestertia libris.

Asinius Celer *septem millibus*, ideft, trecentis quinquaginta florenis. Macrobius Sat lib II. cap. XII. *Asinius Celer, vir consularis, ut idem Sammonicus refert, mullum unum septem millibus nummum mercatus est.* Sed Tertullianus De Pallio, sex tantum millia narrat. *Asinius Celer mulli unius obsonium* VI. *HS. detulit.* Plinius octo, lib. IX cap. XVII. *Asinius Celer hoc pisce prodigus, Caio principe, unum mercatus octo millibus nummum.* Fuerunt, qui emerent *decem millibus*, sive *florenis quingentis*. Suetonius in Tiberio cap. XXXIV. *Corinthiorum vasorum pretia in immensum exarsisse, tresque mullos triginta millibus nummum venisse, graviter conquestus, &c.* Immane est, quod narrat Varro De Re Rust. lib. III. cap. XVII. *Celerius voluntate Hortensii ex equili educeres rhedarias, ut tibi haberes, mulas, quam e piscina barbatum mullum.* At scis mularum pretium? supra exposui, extremo cap. XI. Compara iam cum his mullum, aestimatione illa Hortensiana. Quid acipenser? nonne tanti eum fieri deliciae iusserunt, ut in mensam inferrent coronati, cum cantu tibiae? factitatum id, Severi temporibus, ut testimonium perhibet Sammonicus, eius aevi scriptor. Iam muraenarum pretium haec res ostendit, quod L. Crassus, vir Censorius, muraenam in piscina domus suae mortuam atratus luxerit. Haec nota sunt, neque testimoniis opus habent. Quid echinos, quid ostrea commemorabo? Haec delicatuli isti primo morsu deprehendebant, ubi capta essent; illos ex adspectu iudicabant. Iuvenalis Sat. IV.

——— *Circeis nata forent, an*
Lucrinum ad saxum, Rutupinove edita fundo,
Ostrea, callebat primo deprendere morsu:
Et semel adspecti litus dicebat echini.

Et ostrea quidem, maxime amabant grandia. Iuvenalis Sat. VI.

Grandia quae mediis iam noctibus ostrea mordet.

Eaque Lucrina. Petronius Satyrico.

——— *inde Lucrinis*
Eruta littoribus vendunt conchylia coena.

Martialis lib. III. Epigr. LX.

Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino.

Atque aperiebant in ipsa mensa. Discimus ex Seneca epistola LXXXVIII. *O infelicem aegrum! quare? quia non ostrea illi Lucrina in ipsa mensa aperiuntur.* Primus his primas tribuit Sergius Orata. Macrobius Sat. lib. II. cap. XI. *Sergius Orata, qui primus balneas pensiles habuit, primus ostrearia in Baiano locavit, primus optimum saporem ostreis Lucrinis adiudicavit.* Habebit etiam Tiberis, quo se commendabat luxuriosis, lupum, eumque inter duos pontes captum. Titius in Orat. qua legem Fanniam suasit. *Edimus turdum pinguem, bonumque piscem lupum germanum, qui inter duos pontes captus fuit.* Et Lucilius.

Illum sumina ducebant, atque altilium lanx:
Hunc pontes Tiberinos duos inter captus catillo.

Dignoscebant quoque ex sapore, quod de ostreis iam narravi. Observes ex Oratio lib. II. Sat. II.

Vnde datum sentis, lupus hic Tiberinus, an alto
Captus hiet: pontesne inter iactatus, an amnis
Ostia sub Tusci? ———

At in pretio hoc piscium, quam magni reditus annui dominis? Sane immensi. Facile putari ratio potest. Vnum mullum vendebant eo pretio, quod dixi. Non credimus quidem omnes tam care emtos, apage: tamen centum passim, & praeter propter, Carolinis venierunt. Atque horum aliquot millia alebant in piscinis. Adde tot muraenas, tot scaros, & ceteri generis; quorum etsi pretia non tam magna, quam mullorum, tamen etiam satis magna. An non immensas igitur opes acceperunt isti piscinarii? Nemo dubitabit, milliones saepe aliquot excessisse. Et hac de caussa carae piscinae, & propter eas villae. Adeoque Hirrius suam vendidit *quadringenties sestertio*, id est, vicies centum mille florenis. Narrat de eo Varro lib. III. capit. XVII. *Memini hunc Caesari duo* (Plinius, & Macrobius *sex:*) *millia muraenarum mutua dedisse in pondus, & propter piscium multitudinem quadringenties sestertio villam venisse.* Hodie editur, *quadragies sestertio:* at corrigendum esse supra monui. Et exiguum hoc est. Superavit Lucullus, cuius sola piscina tanti vendita. Idem Varro libro citato cap. II. *M. Cato nuper, cum Luculli accepit tutelam, e piscinis eius quadraginta millibus sestertiis vendidit pisces.* Columella etiam amplius tradidit lib. VIII. cap. XVI. *Attamen iisdem temporibus, quibus hanc memorabat Varro luxuriem, maxime laudabatur severitas Catonis, qui nihilominus & ipse, tutor Luculli, grandi aere sestertium quadringentorum millium piscinas pupilli sui venditabat.* Sed exorbitavit librarius: rescribe, *sestertium quadraginta millium.* Et habebant eas plures coniunctas. Varro. *Quis nostrum non una contentus est hac piscina? Quis contra maritimas non ex piscinis singulis plures coniunctas habet?* Vt vero reditus magni, ita etiam impensae. Varro ait. *AEdificantur magno, implentur magno, aluntur magno.* Atque ad postremum quod attinet, ille ipse Hirrius, de quo iam dixi, consumebat quotannis *sestertia duodena millia*, sive florenos sexcenties mille. Varro loco citato. *Hirrius circum piscinas suas ex aedificiis duodena millia sestertia capiebat. Eam omnem mercedem*

cedem escis, quas dabat piscibus, consumebat. Atque hactenus sumtuosae deliciae: dabimus iam ridiculas etiam. Nomina piscibus nonnulli imponebant. Plinius lib. x. cap. LXX. *Spectatur & in piscinis Caesaris, genera piscium ad nomen venire, quosdamque singulos.* Martialis lib. IV. Epigr. xxx.

Sacris piscibus hae natantur undae,
Qui norunt dominum, manumque lambunt
Illam, qua nihil est in orbe maius.
Quid quod nomen habent, & ad magistri
Vocem quisque sui venit citatus.

Item lib. x. Epigr. xxx.

Piscina rhombum pascit, & lupos vernas,
Natat ad magistrum delicata muraena,
Nomenculator mugilem citat notum,
Et adesse iussi prodeunt senes mulli.

Item constituti Inquisitores fugitivorum. Iuvenalis Sat. IV. clare indicat.

Destinat hoc monstrum cymbae linique magister
Pontifici summo: quis enim proponere talem,
Aut emere, auderet: quum plena & littora multo
Delatore forent: dispersi protinus algae
Inquisitores agerent cum remige nudo,
Non dubitaturi fugitivum dicere piscem,
Depastumque diu vivaria Caesaris: inde
Elapsum, veterem ad dominum debere reverti.

CAP. XV.

Selectae avium partes ad delicias. Turdorum prima gloria. Eorum pretium, ut & pavonum, & columbarum. Aviariorum magnitudo. Etiam aucupum, & venatorum, in provinciis cohortes.

HActenus de piscibus: atqui & aves in deliciis, & ex iis selectae quaedam partes. Videamus. Suetonius cap. VIII. narrat in patina Vitellii fuisse, *phasianorum & pavonum cerebella, linguas phoenicopterum.* De phoenicopteris, testis etiam Martialis lib. XIII. Epigr. LXXI.

Dat mihi penna rubens nomen, sed lingua gulosis
Nostra sapit, quid si garrula lingua foret?

Primas tenebant turdi. Horatius lib. I. Epist. XVI.

Nil melius turdo. ——

Martialis libro citato Epigr. XCII.

Inter aves, turdus; si quid me iudice certum est:
Inter quadrupedes, mattea prima lepus.

Itaque alebant hos magno numero, & vendebant pretio satis magno. Vtrumque accipe ex loco Varronis De Re Rust. lib. III. capit. II. *In hac villa qui est ornithon, ex eo uno quinque millia scio venisse turdorum denariis ternis, ut sexaginta millia ea pars reddiderit eo anno villae.* Reddiderint ergo quinque mille turdi *tria millia florenorum.* Maior reditus Aufidio Lurconi ex pavonibus. Varro libro citato cap. VI. *De pavonibus nostra memoria greges haberi coepti, & venire magno. Ex iis M. Aufidius supra sexagena millia nummum in anno dicitur capere.* Et veniebant singuli *quinquaginta denariis*, sive decem florenis; ova eorum *quinque*, sive floreno uno. Primus posuit Hortensius, augurali aditiali coena. Varro. *Primus hos Q. Hortensius augurali aditiali coena posuisse dicitur; quod protinus factum tam luxuriosi, quam severi boni viri, laudabant. Quem cito sequuti multi extulerunt eorum pretia, ita ut ova eorum denariis veneant quinis, ipsi facile quinquagenis.* Tertullianus De Pallio. *Praecidam gulam, qua Hortensius Orator primum pavum, cibi caussa, potuit occidere.* Sequuntur columbae; quarum paria vulgo vendebant *ducenis nummis*, id est, decem florenis; & eximia si quae essent, *singulis millibus*, id est, quinquaginta. Adeoque L. Aius noluit minoris *quadringentis denariis*, id est, florenis octoginta. Varro ibidem cap. VII. *Paria singula (columbarum) vulgo veneunt ducenis nummis, nec non eximia singulis millibus nummum; quas nuper quum mercator tanti emere vellet a L. Axio, equite Romano, minoris quadringentis denariis daturum negavit.* Et haec quidem severiore adhuc aetate Varronis. Postea autem *quatuor millibus nummum*, id est, ducentis florenis, neque vendere, neque emere puduit. Columella lib. VIII. cap. VIII. *Pretiis eorum domini complent arcam, sicut eximius auctor M. Varro nobis adfirmat; qui prodidit, etiam illis severioribus suis temporibus paria singula (columbarum) millibus singulis sestertiorum solita venire. Nam nostri pudet seculi, si credere volumus inveniri, qui quaternis millibus nummum binas aves mercantur.* Sed in tanto luxu, tantum consumente, quomodo aves suffecerunt? Alebant eas maximo numero, adeoque aviaria habuerunt maiora, quam olim villas. Varro clare De Re Rust. lib. III. cap. III. *Nunc aviaria sunt, nomine mutato, quod vocantur ornithones, quae palatum suave domini paravit, ut tecta maiora habeant, quam tum habebant totas villas, in quibus stabulentur turdi, ac pavones.* Verum neque haec sufficiebant, itaque & ab exteris petere necesse fuit; apud quos aucupum, & venatorum, totae cohortes. Latinus Pacatus in Panegyrico. *Vt taceam, infami saepe delectu scriptos in provinciis aucupes, ductasque sub signis venatorum cohortes, militasse conviviis.*

CAP. XVI.

Sumtus funebres. Munera gladiatoria; & servorum manumissio: pretiumque eorum item inquisitum. Lex Fusia Caninia, quae postea sublata. C. Curionis theatrum ingeniosum. Claudii Isidori testamentum. Anterotis legatum, ad epulum annuum. Suetonius emendatus. Lex Sullae, mox ab ipso violata. C. Figuli sepulcrum.

HActenus vivorum luxum: nunc & mortuorum nobis proponamus. Dixi pridem, libro proprio De Funere: sed non praeter rem facturum me putavi, si in fine quoque huius Operis repraesentarem. Ac antiqua quidem Roma, non tantopere modum excessit. De Menenio Agrippa tradit Valerius Maximus lib. IV. cap. IV. *Nisi a populo, col-*

lo, collatis in capita sextantibus, funeratus esset, ita pecuniae inops decessit, ut sepulturae honore caruisset. Incertum, quot illo aevo capita in populo; sed, non iniusta temporum subsequutorum ratione animadversa, detractis, quae per ea fieri potuerunt, incrementis, & consideratis illis, quos continua bella hauserunt, centum millia fuisse, aut praeterpropter, non iniuria statuemus: idque cum suffragio eorum, qui Romanae rei periti. Contulerit ergo haec multitudo in sextantibus circiter sexcentos florenos. Eadem fere tempestate, id est, decennio ante, decessit etiam in ingenti paupertate Valerius Publicola: Populusque eum publico funere efferendum esse statuit, collato a singulis quadrante. Plutarchus in eius vita. Ὁ δὲ δῆμος, ὥσπερ οὐδὲν εἰς ζῶντα τῶν ἀξίων πεποιηκὼς, ἀλλὰ πᾶσαν ὀφείλων χάριν, ἐψηφίσατο δημοσίᾳ ταφῆναι τὸ σῶμα, καὶ τεταρτημόριον ἕκαστος ἐπὶ τιμῇ συνεισήνεγκεν. *Populus vero, tamquam vivo nihil eorum, quae meritus fuerat, persolvisset, sed omnem adhuc deberet gratiam, decrevit, ut publico funere efferretur, quadrantem singulis conferentibus.* Ecce autem, quadrantem unusquisque tribuit; id est, circiter octingentos quinquaginta Carolinos universi. Tantum impendit paupertina illa Roma, &, in ferrea aetate, plane aurea. At deinde, ut imperium Vrbis crevit, ita civium quoque opes, & cum iis item luxus: adeoque in Sullae rogum ferertra aromatum ducenta decem sunt iniecta; tum ipsius quoque statua, & lictoris, ambae iusta magnitudine, ex ture, & cinnamomo. Vide Plutarchum, qui in vita eius dicit. Statius De Priscillae funere Silv. lib. V. Carm. V.

——— *quis carmine digno*
Exsequias, aut dona malae feralia pompae,
Perlegat? omne illic stipatum examine longo
Ver Arabum Cilicumque fluit, floresque Sabaei,
Indorumque arsura seges, praereptaque templis
Tura, Palaestini simul Ebraeique liquores,
Coryciaeque comae, Cynarcia germina; & altis
Ipsa toris Serum Tyrioque umbrata recumbit
Tegmine. ———

Nero, in funere Poppeae, plus cinnamomi, & casiae, combussit, quam toto anno Arabia universa ferret. Plinius lib. XII. capit. XVIII. *Beatam Arabiam fecit hominum etiam in morte luxuria, quae diis intellexerat genita, adhibens urendis defunctis. Periti rerum adseverant, non ferre tantum annuo foetu, quantum Nero princeps novissimo Poppeae suae die concremaverit.* Quantum igitur impendium in aromatibus solis fuisse censes? Audi Plinium computantem, eodem loco. *AEstimentur singulis annis tot funera, acervatimque congesta honori cadaverum, quae diis per singulas micas dantur. Minima computatione millies centum millia sestertium annis omnibus India, & Seres, peninsulaque illa, imperio nostro adimunt. Tanti nobis deliciae, & feminae, constant.* Ecce, facit illa summa miliones quinque. At feminas quoque in partem trahit: & scimus, magnum quoque illarum luxum fuisse. Sed tamen vix tertiam partem vindicare sibi poterunt. Iam quanti sumtus censes ipsam rogi struem, tantum pretiosissimarum vestium, tantum auri, argentique, tantum gemmarum, quae in rogum iniiciebantur? quanti epulum, populo datum? ludos funebres, munera gladiatoria, magnas moles sepulcrorum? anne excedere multa millia florenorum? immo saepe aliquot centena millia? immo etiam milliones? Examinemus, quaeso, in parte: &, proportione iusta, totum inde aestimemus. Servorum gladiatorum multi centum paria dabant. Persius Sat. VI.

——— *at tu, meus heres,*
Quisquis es a turba paulum seductior, audi:
Diis igitur, genioque ducis, centum paria, ob res
Egregie gestas. ———

Et Horatius.

——— *gladiatorum dare centum*
Damnati paria. ———

Adde iam centenos multos, etiam in pompam saepe manumissos; qua in re tam prodigi erant, ut lex Fusia Caninia ire obviam debuerit, quae excedere centenarium numerum prohiberet. Testis Caius Institut. capit. III. & Iulius Paulus Recept. Sentent. lib. IV. cap. XIV. Et obtinuit ad Iustiniani tempora; a quo rursum, velut invida libertati, abrogata est. Nunc a pretio servorum rationem ineamus: quod cuiusmodi exstiterit, ostendemus. Plutarchus de Catone maiore in vita eius tradit. Οὐδένα δὲ πώποτε πρίασθαι δοῦλον ὑπὲρ τὰς χιλίας δραχμὰς, καὶ πεντακοσίας. *Nullum vero servum pluris umquam emisse, quam mille & quingentis drachmis.* Millae autem quingentae drachmae, valent sex millia nummum. Columella de servo vinitore lib. III. cap. III. *Vulgus quidem parvi aeris, vel de lapide noxium comparari posse putat; sed ego, plurimorum opinioni dissentiens, pretiosum vinitorem in primis censeo: isque licet sit emtus, vel potius sestertiis octo millibus.* Plinius lib. X. capit. XXIX. *Servorum illis pretia sunt, & quidem ampliora, quam quibus olim armigeri parabantur. Scio sestertiis sex, candidam alioquin, est prope inusitatum, venisse, quae Agrippinae, Claudii principis coniugi, dono daretur.* Et Iuvenalis, de mullo, sex millibus emto Sat. IV.

——— *potuit fortasse minoris*
Piscator, quam piscis, emi. ———

Scio etiam maiori pretio aliquando venditos: nam Calvisius Sabinus centenis millibus nummum emit, apud Senecam Epist. XXVII. Et Martialis lib. XI. epigramm. LXXI. exprobrat Tuccae.

Vendere, Tucca, potes centenis millibus emtos.

Alii, etiam longe pluris: apud Plinium libro VII. cap. XXXIX. Sed Catonem nunc sequamur, rerum optimum censorem; & sex millibus nummorum servos singulos aestimemus: ergo impenderint in ducentis sexaginta mille florenos. Atque haec non referebant illi quidem in rationes, sic magnificentiam exsequiarum fieri illustriorem sine aliquo suo

suo sumtu existimantes: quum plerumque non emtitios, verum vernas, atque domi suae natos, sive etiam ex hereditate, haberent. Illud tantum numerabant, quod expendere opus foret. Quin interdum, ut maiores sumtus fierent, munera exhibituri, sive ludos, argenteo nonnulli arenae adparatu, & argenteis quoque hastis, utebantur. Primus illud fecit Iulius: & ab illo deinde alii. Plinius lib. XXXIII. cap. III. *Caesar, qui postea dictator fuit; primus in aedilitate munere patris funebri, omni adparatu arenae argenteo usus est: ferasque argenteis hastis incessere, tum primum visum.* Quidam etiam, non contenti publicis theatris, tempora exstruebant, iterum mox destruenda. Plinius de Curione quodam ingerit lib. XXXVI. cap. XV. *C. Curio, qui bello civili in Caesarianis partibus obiit, funebri patris munere, quum opibus, adparatuque, non posset superare Scaurum (unde enim illi vitricus Sulla, & Metella mater, proscriptionum sectrix?) quum iam ne ipse quidem Scaurus comparari sibi posset, quando hoc certe incendii illius praemium habuit, convectis ex orbe terrarum rebus, ut nemo postea par esset insaniae illi. Ingenio ergo utendum fuit: operae pretium est scire, quid invenerit: & gaudere moribus nostris, ac nostro modo nos vocare maiores. Theatra duo iuxta fecit, & ligno cardinum duorum versatili suspensa libramento: in quibus utrisque antemeridiano ludorum spectaculo edito, inter sese aversis, ne invicem obstreperent scenae; & repente circumactis, ut contra starent; postremo iam die discedentibus tabulis, & cornibus inter se coeuntibus, faciebat amphitheatrum, & gladiatorum spectacula edebat.* Admirandum opus, & magnae impensae: quanti aestimas reliquum funus? Idem Plinius lib. XXXIII. cap. X. tradit, sub Augusto, Consulibus, Lucio Asinio Gallo, & Caio Marcio Censorino, quemdam Caium Caecilium Claudium Isidorum iussisse se funerari undecim millibus sestertium: id est, quingentis quinquaginta millibus florenorum. Accipe verba. *C. Asinio Gallo, C. Marcio Censorino, Consulibus, ad VI. kal. Februarias, C. Caecilius Claudius Isidorus funerari se iussit sestertiis undecim millibus.* Obstupesco, & indignor. Ergo olim civi, & quandoque homini e plebe etiam, funus factum, quale hodie nulli regum, principumve? Accipe aliud quod & magis admireris. Q. Minutius Anteros, homo libertus, verum sevir Augustalis, praeter sumtus funerales, legavit seviris collegis decem millia sestertium; id est, quingenta millia florenorum: e quorum reditu quotannis, natali suo, epulum agerent. Id ostendit Lapis Vetus.

Q. MINVCIVS Q. L. ANTEROS. VI.
VIR. AVGVSTAL HIC SEVIRIS. AV-
GVSTAL. ALETRINAT. LEGAVIT.
HS. ccIↃↃ. QVOIVS. EX. REDITV.
QVOD. ANNIS. NATALI. SVO. VI.
ID. FEB. VESCERENTVR.

Iam hos reditus computemus, semiunciario foenere: erunt amplius viginti mille floreni. Sed ad ipsos Imperatores veniamus. Quantae hic impensae erunt? Suetonius De Vespasiano cap. XIX. *Interrogatis palam procuratoribus, quanti funus, & pompa, constaret, ut audiit, sestertium C; exclamavit, Centum sibi sestertia darent, ac se vel in Tiberim proiicerent.* Sed non potest, quin sit mendum. Quid enim? Homo aliquis plebeius, ut ex Plinio iam retuli, quingenta sibi, & quinquaginta, destinavit. Rescribendum itaque puto: *sestertium* ∞. id est, millies. Ac me recte emendasse, ipse adeo Suetonius fidem faciet: qui & de Nerone narrat cap. I. *Funeratus impensa ducentorum millium*; id est, decem millionum. Et omnino haec est iustior proportio. Sed abominor luxum vestrum hunc, Romani; qui ingentes adeo opes etiam mortui prodegistis, ad opprobrium naturae tanto gravius. Nec heredum tamen semper haec ambitio, sed ipsorum aliquando morientium, qui iubebant testamento. Seneca De Brevitate Vitae cap. XX. *Quidam disponunt etiam illa, quae ultra vitam sunt; moles magnas sepulcrorum, & operum publicorum dedicationes, & ad rogum munera, & ambitiosas exsequias.* Et exempla iam produxi, Isidori, & Anterotis. Ac centuriae Optio quidam, sepulcro suo faciendo, sestertium bis mille legavit. Lapis vetus, ecce, testimonium perhibet.

OPTIO. IN
CENTVRIA. HOC. FIERI. IVSSIT.
HONORIS. PIETATISQVE. CAV-
SA. SIBI. C. LVCILIO SECVNDO.
PATRI. ET. LVCILIAE. SVAE. AVIAE
EX. HS. ∞ ∞. PRAELEGATIS.

Sed, an nemo est conatus coercere? Perdifficile illud ea tempestate, qua luxuriae quasi ergastulum Roma universa erat. Fecit tamen, ante Imperatorum tempora, L. Sulla: & legem tulit, sed quam ipse, in Metellae uxoris funere, est transgressus. Plutarchus in vita eius. Τὸν δὲ τῆς ταφῆς ὁρίζοντα τὴν δαπάνην νόμον, αὐτὸς παρεισενηνοχὼς, παρέβαινε, μηδενὸς ἀναλώματος φεισάμενος. *Legem vero, quam de sumtu funerali ipse tulerat, est transgressus, nullis impensis parcens.* At lex ista qualis fuit? Vellem eius non tam obiter meminisset, neque nunc ignoraremus. Vnum scimus; poenam transgressori dictam, ut tantumdem populo daret, quantum monumento suo, supra quam lex concedebat, impendisset. Accipio ex Cicerone, ad Atticum lib. XII. epist. XXXV. *Numquam mihi venit in mentem, quum plus insumtum in monumentum esset, quam nescio quid, quod lege conceditur, tantumdem populo dandum esse.* Habes tibi Luxum Romanorum, Lector; pariter in vita, & morte, usitatum. Damno, damno: & in hac sententia finio.

FINIS.

AD LIBRVM
DE LVXV ROMANORVM
MANTISSA.

MANTISSA.

CAPUT PRIMUM.

Portisculus. Laborum. Domatis. Matricularius. Flaminium. Aldhelmus universim emendatus.

ELegans sane Scriptor est Aldhelmus, De Laudibus virginitatis, & dignus clariore luce. Nunc, quasi in latibulum aliquod compactus, a paucis legitur. Stilus, etsi non valde ornatus, amaenus tamen est; & capit Lectorem eruditum, ob insertas melioris literaturae non paucas. De me equidem profiteor, supra modum delectatum fuisse stilo, in ista temporum inamaenitate tam grato, & tam docto in ista barbarie. Inter legendum autem correxi obiter haec, quae repraesento. Editione usus sum ea, quae exstat in Bibliotheca Sanctorum Patrum Tom. VIII. a qua aliam non vidi. Primum itaque occurrit Pag. 463. *Per vitreos Oceani gurgites agens Liburnicam, aut lintrem, instanter hortante proreta, & crepitante nauclero porticulo, spumosis, algosisque tractibus trudit*. Scribo *n. portisculo*. Res est protrita. Vide Nonium pag. 466. *Extorris in Patmo relegatus septies vicena, & quaterna virginum dulcisonis melodiae concentibus canticum rude canentia, raptus in oramate extus eos auscultare, & castis obtutibus contemplari meruit*. Profecto valde corruptus hic locus est. Restituo, *v. centies quadragena & quaterna virginum M. dulcisonis m. c. c. r. c. r. i. o. exstaseos auscultare*. Turbatus erat hic numerus, & M. millenarii nota exciderat, absorpta a fine vocis praecedentis. Audax correctio, sed tamen vera. Fundus ei, & firmamentum, ex Apocalypseos capit. XIV. Καὶ ἄδουσιν ὡς ᾠδὴν καινὴν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδὴν εἰ μὴ αἱ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες, οἱ ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς. οὗτοί εἰσιν οἱ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν. παρθένοι γάρ εἰσιν. Pag. 476. *Laudandae virginitatis sublimitas, quasi praecelsa variis in edito rupis promontorio posita, splendescit*. Rescribo, *praecelsa pharus*. Ibidem. *Contemta mundi blandimenta, velut quisquiliarum peripsomata spuens*. Literam muta, & scribe, *peripsemata*. Sed hoc leve est. Pag. 469. *Quot sceleratorum satellites ad impugnandam nostrorum aciem conspicati, & fidei propugnacula subruenda, manipulatim conglomerentur*. Scribo, *a. i. n. aciem conspirati*. Ibidem. *Quomodo eiusdem nefandae militiae tam colonos, &* dicentes *cum lixarum coetibus ad inferiora pertinentes, quam satrapae, & proceres, &c.* Corrigo. *tam calones, & clientes cum l. c.* Pag. 470. *Deflenda namque est calamitas, si alma humilitatis materia, qua reliquarum incrementa virtutum salubriter conservantur sanctae virginitati, retinaculum superbiae, aut tendiculam elationis connectat sytiria cavelanti data, quae letiferum virus auferre solent, immutatis ordinibus detrimenta salutis exsistant*. Monstrum loci, quod expello, *connectat, si theriaca, vel antidota, quae l.* Ibidem. *Sine aliquo puritatis offendiculo in disrupta pudicitiae repagula fine tenus feliciter servare contendunt*. Coniunge, *indisrupta p. r.* Ibid. *Dum sirticiis Psalmodiae cantibus, & falsis lacrymarum fontibus ardens mentis desiderium dissimulare nequeunt*. Scribo, *& salsis l. f.* Ibidem. *Incompta virginitatis industria, sine reliquarum adminiculo virtutum, non opulentia Ecclesiasticae segetis ubertate, cum centenis meritorum manipulis ditabitur*. Scribo, *non opulenta*. Pag. 472. *Ista totis concinnorum crinibus calamistro crispantibus delicate componi satagit*. Scribo, *ista tortis*. Iterum. *Illa inculta armiculorum Caesarie, & negligenter squallente capillatura, cum palma virginitatis coronam gloriae in capite profert*. Scribo, *illa inculta a. c.* Sed illud *armiculorum*, quid sibi velit, nondum liquet. Amplius inquirendum censeo. Iterum. *Olim, ut eum quadra mundi latitudo foecundae sobolis prosapia repleretur, divina taliter sanxerunt edicta: Crescite, & multiplicamini*. Eiicio voculam, & scribo, *olim cum quadra m. l.* Pag. 473. *Omnia haec non sunt extra palatium, sed aliter sedet in carvica praefecturae dignitas, aliter mulorum vilitas, aliter, qui pedibus continet mulas, & tamen sub uno Imperatore militare noscuntur*. Supinus librarius saepius iteravit eamdem vocem, quam semel expungo, & totum locum ita refingo, *a. s. in carruca praefecturae d. aliter mulionum v. q. p. continent m.* Iterum. *Geminosque militum Ponticonthar cos coelestis foci fulmine flagrantes, & supernis arsuros incendiis, crudeli flamma combustos extorruit*. Scribo, *militum Pentecontarchos*. Pag. 476. *Praemisso Christi taboro tutus, & Christi vexillo armatus, nec venenata draconum detrimenta tremebundus extimuit*. Scribo, *Christi laboro*. Laborum idem est, quod Labarum. Vide Glossarium nostrum in Λάβαρον. Pag. 484. *Ut latex lucernarum fundibulis infusus, in olei crassitudinem perniciter verteretur, & papinus in centro positus velut fomes pruina, vel saevo madefactus, solito clarius lucesceret*. Corrigo, *& papirius in c. p. v. fomes arvina, vel sevo m.* Iterum. *Quorum primus cum omni domesticae societatis clientela, & propinquae necessitudinis contribulibus, in proprii dogmatis tegulo ultricibus flammarum globis conflagrasse memoratur*. Re-

Rescribo, *in proprii domatis*. Est Graeca inflexio, δώματ☉. Vtitur etiam Plautus. Pag. 486. *Quum verborum argumentis fallere nequiret, cruentis verborum ictibus vapulare coegit*. Scribe, *verberum ictibus*. Leviculum est hoc, & vix admoneri dignum. Simile illud pag. 488. *Item in nodosi cippi claustrum viri Dei tibias, & suras adstringunt*. Dirime, *in nodosi cippi*. Iterum. *Ille in latebrosum lacunae latibulum, ubi cloacarum cuniculi pudores stercorum excesserunt, ferro constrictus mittitur, sed putor, & caligo, luce serena, & odoramentis fugantur nectareis*. Scribe, *putores stercorum*. Iterum. *Ista ad prostibula scortorum, & meretricum contubernia trudit*. Scribe, *truditur*. Adbreviate scripserat librarius, & hinc origo mendae. Pag. 490. *Dum liciis olei liquore delibutis, digitorum articulos, & palmarum pollices, simulque pedum adloces truciter adnecterent*. Scribe, *pedum adlices*. Adlices pedum esse, ut pollices manuum, notius est, quam ut debeat admoneri. Ibidem. *Qui in subanis, & sindonibus baiulabantur aegroti*. Scribe, *in sabanis*. Vide Glossarium nostrum in Σάβανον. Pag. 491. *Vir Dei, dum Nilotica gurgitis fluenta transire satageret, & spoliare emellotae amiculis erubesceret, ne pudibundi corporis nuditas, & indecens obscenitas castos offenderet obtutus, &c.* Restituo, *spoliare se melotae amiculis*. Pag. 494 *Licet organicabis quinquagenis & terquinis sonorum vocibus concreparet harmonia*. Scribe, *organicanis*. Pag. 495. *Christi tiruncula, nec sermonum severitate castigata, nec leonum fallaci lenocinio tradita*. Scribe, *nec lenonum*. Pag. 496. *Dum crudis nervorum flagris truciter crederetur, & crebris palmarum concussionibus exalaparetur*. Scribe, *truciter caederetur*. Pag. 501. *Tunc spurcas delubrorum caeremonias exhibet, quasi Lupercalia, & Compitalia, vel Paenalia, & suo veturilia turificando*. Scribo, *& Suovetaurilia*. Quae sint Suovetaurilia, sive Solitaurilia, norunt, vel mediocriter antiquitatis periti. Iterum. *Illico sponsis earum prodeuntibus ad apostasiae cloacam, velut Molossi ad vomitum, elapsis Chiliarcho cum equestri turma insequente, Romam adducuntur*. Scribo, & interpungo, *ad vomitum relapsis, Chiliarcho, &c.* Pag. 502. *Ad stipem mancis, & matricularis prodiga liberalitate contulerunt*. Scribo, *& matriculariis*. Glossae Isidori. *Matricularius, pauper, inops*. Ibidem. *Eadem tempestate contigit, ut universi municipes, quorum municipatus fuerat, virus & flatum squamosi draconis non ferentes, spreto oppido vagabundis, quorum mancipatus in Tribulano municipio meatibus passim dispergerentur*. Deleo ista, *quorum mancipatus*, utpote nata ex supina iteratione praecedentium, *quorum municipatus*. Itaque rescribo, *vagabundis in Tribulano m. m. p. d.* Iterum. *Quibus S. Victoria, si relictis deorum statunculis, & abdicatis delubrorum supercalibus ultro Deum colerent, spopondit se virulenta spumantis basilisci spiracula procul pulsarant, & urbem incolumitati pristinae redditurum*. Emendo primo, *delubrorum lupercalibus*; deinde, *procul pulsaturam*. Iterum. *Nam propter venenata horrentis caelidri flabra calamitosum vulgus ingenti strage catervatim truciabatur*. Scribe, *horrentis chelydri*. Pag. 503. *Et Marsum, qui virulentas matrices ad sacrae virginis laesionem incantationum carminibus irritabat*. Scribe, *virulentas natrices*. Iterum. *Impensa sospitatis gratia phreneticum curavit, dira procul terrorum explosa spirituum vesania*. Scribe, *procul tetrorum*. Iterum. *Thorace indutum, orceis, ac phalarica armatum*. Scribe, *ocreis ac*. Et paulo ante. *Enormem Allophylorum gigantem*, pro *inormem*. Pag. 504. *Nondum ferro temta cincinnorum caesarie*. Scribe, *ferro demta*. Iterum. *Per Melchisedech vero supernae potestatis Pontificium, & caelestis infulae flaminum praesignabatur*. Scribe, *C. infulae flaminium*. Est *Flaminium* dignitas flaminis, ut *Pontificium*, Pontificis. Vtitur ea voce Livius lib. VI. De Bello Punico, & Agellius lib. X. cap. XIII. Iterum. *Apocryphorum enim naenias, & incertas frivolorum fabulas, nequaquam Catholica ceptat Ecclesia*. Repete duas literas, hanc a principio unius, illam a fine alterius dictionis, cum quibus coaluerunt, & scribe, *Catholica acceptat Ecclesia*. Pag. 505. *Alumnis coenobii netuaculis Christi virginibus*. Scribe, *coenobii vernaculis*. Sic initio libri dixit, *Catholicas Christi vernaculas*. Locus est Pag. 462. Ibidem. *Nec computari iam potes inter virgines Christi, quae sic vivit, ut possit adamari*. Scribe, *sic vivis, ut possis*. Pag 506. *Nam quippiam in rerum visibilium plastica humanae nativae necessarium omnipotentem reliquisse infectum Catholicae fidei regulae refragatur*. Scribe, *humanae naturae*. Iterum. *Verum quia hoc in orta Betuliae obsidione pro contribulis dolitura compatientis adfectu, non castitatis adfectu fecisse. Idcirco salva pudoris reverentia celebre meticulosis municipibus trophaeum, & inclitum oppidanis trepidantibus triumphum, teste tyrannico capite, & conopaeo reportavit*. Scribo, *a. fecisset, idcirco*. Iterum. *Ornatum meretricio, & luxum lenocinitate vaecordem iuvenem pellexisse describitur*. Corrigo, *Ornatu meretricio, & luxu lenocinitate*. Pag. 508. *Igitur digestae pulcerrimae virginitatis libello, licet mediocriter urbano stilus iam finem flagitat*. Scribo, *digesto*. Iterum. *Diversarum rerum distentionibus fessementis cervicem gravi fascis sarcina deprimentibus*. Scribo, *fessae mentis*. Iterum. *Rimosa namque fragilis ingenii Babarca, dirae tempestatis turbine quassata, &c.* Scribe, *ingenii barca*. Vide Glossarium nostrum in Βάλκα. Pag. 509. *De auratis petallis thoracidas ornare*. Scribe, *petalis*. Iterum. *Ilcra te Christi tirunculae sit mihi praesentis opusculi ratae compensatio*. Scribo, *orate Christi t. s. m. p. o. rata c.* Iterum. *Vt qui propria meritorum qualitate, & fidei fragilitate tremebundus, ac nutabundus vacillare, videro robustissima patrociniorum vestrorum columna fretus, feliciter, ac firmiter fulciri merear*. Corrigo, *vacillare videor, rob.* Et haec sunt, quibus Aldhelmum istum iuvare conati sumus;

mus; quae non ingrata fore aequo Lectori confidimus. Vtinam sit, qui maiore otio maius beneficium aliquando in Auctorem optime merentem conferat. Nos fortasse faciemus, si nemo hanc provinciam adripit.

CAP. II.

Salinum terebrare. Persius explicatus, Apuleius correctus.

PErsii locus est, Sat. v.

Verte aliquid, iura; sed Iupiter audet, eheu,
Baro, regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages, si vivere cum Iove tendes.

Ergo, *Salinum terebrare*, posuit pro Pauperem esse, quod tales nimirum essent, qui isto opere vitam tolerarent. Ecce in Epistola quadam Apollonii Tyanei ad Euphratem. Πάντα φασὶ δεῖν τὸν ἔμπορον καλῶν σείειν. ἐμοὶ δὲ εἴη τὴν ἁλίαν τρυπᾷν ἐν Θέμιδ[ο]ς οἴκῳ. *Omnia aiunt oportere rerum pulcrarum mercatorem commovere; mibi vero liceat salinum terebrare in Themidis domo.* Mendum est apud Apuleium in Apologia. *Hoc Diogeni, & Antistheni, pera, & baculus, quod Regibus diadema, quod Imperatoribus paludamentum, quod Pontificibus galerum, quod lituum auguribus. Diogenes quidem Cynicus, quum Alexandro Magno certabundus, baculo vice sceptri gloriabatur. Ipse denique Hercules invictus, quoniam haec tibi, ut quaedam mendicabula animi, sordent, ipse inquam Hercules, lustrator orbis, purgator ferarum gentium domitor; is tamen deus, quum terras peragraret, paulo prius, quam in Coelum adscitus est, neque una pelle vestitior fuit, neque uno baculo comitatior.* Quid sibi volunt ista? *mendicabula animi*. Ausim adfirmare, numquam Madaurensi huic in animo fuisse. Corrigo, *ut quaedam mendicabula nimis sordent*. Aperiam originem. Repetita erat, ut saepe fit, ultima litera vocis praecedentis, deinde ultimam prima sequentis absorbsit. Atque hoc verum est.

CAP. III.

Luna, Bacchus, Ceres, furoris praesides. Lunatici, Bacchi, Ceriti, pro furiosis. Numinum horum cultus, ut malum hoc averterent.

APud veteres Luna furoris praeses credebatur, unde *Lunatici*. Ipsa dea apud Nonnum, Dionys. XLIV.

——— ἶσα δὲ βάκχῳ.
Κοιρανέῳ μανίης ἑτερόφρον[ο]ς. ———
——— *aequalis vero Baccho*
Regi furoris aliter sentientis. ———

Item Bacchus, ut patet ex istis verbis. Itaque quum delirare aliquem dicere vellent, *Bacchanal exercere* eum inquiebant. Apud Plautum Amphitr.

Sc. *Quis ad fores?*
Me. *Bachanal te exercuisse oportet, senex.*
Am. *qui dum?*
Me. *Quando tu me tuum servum censes.*

Et paulo post.

Me. *Amphitruo, sanus ne es? nonne tibi praedictum senex,*
Bacchanal te exercuisse, quum, qui sis, alium rogites?

Ac, *Bacchus es*, dicebant pro convitio, in eosdem homines. Eadem Sc.

——— Me. *Tu Bacchus es,*
Haud Amphitruo, quoties tibi dictum vis?

Nominabantur autem *Bacchi*, qui orgia celebrabant. Suidas. Βάκχ[ο]ς. οὕτως οὐ μόνον τὸν Διόνυσον ἐκάλουν, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς τελοῦντας τὰ ὄργια. *Ita non solum Bacchum vocabant, verum etiam omnes, qui orgia celebrarent.* Et hi furere se simulabant, ut notum. Hinc est illud, quod in Etymologico legitur, Βάκχ[ο]ς, μαινόμεν[ο]ς. Adiungebant etiam Lunae, & Baccho Cererem, unde *Ceriti*, homines lymphatici. Quamobrem & illum, & hanc, reverebantur, ne mentem moverent. Adparet ex Sc. *Di vostram fidem*, in eadem Amphitruone.

——— Am. *quis te misit*
Furcifer? So. *qui me rogat.* Am. *quando gentium?* So. *dudum, iam pridem, modo.*
Vbi cum uxore domi redisti in gratiam.
Am. *Bacchus te irritassit.*
So. *Nec Bacchum salutem hodie, nec Cererem.* ———

CAP. IV.

Perseparcus. Exspectare. Plautus correctus.

IN Aulularia, Sc. *Postquam obsonavit.*

Edepol mortalem parce parcum praedicas.

Non potest, quin mendum sit; quid enim est aliud, *parce parcus*, quam, non liberalis quidem, sed nec plane tamen parcus? At hic valde parcum, & extremae avaritiae hominem, designare vult Comicus. Verissima lectio extra controversiam est:

——— *mortalem perseparcus praedicas.*

Pro *perparcum*, est ἀρχαϊσμὸς. Nam *Perse* pro *Per*, & *Persefacul* pro *Perfacul*, veteres dicebant, ut ex Festo cognoscimus. In eadem Comoedia, Sc. *Picos divitiis.*

——— *me collocavi in arborem,*
Inde exspectabam ubi aurum abstrudat senex.

Gulielmius ex Manuscripto *adspectabam* mavult. At nos Plautum *exspectabam* scripsisse iudicamus. Deceptus fuit sono literarum imperitus librarius. *Exspectare*, pro *Adspectare* dicebant, ut *Exscendere*, & talia.

CAP. V.

Φοινικίδια, qui dicti.

VEteres Graeci homines verecundos, & facile erubescentes, nimis eleganti voce Φοινικίδια adpellabant, nempe propter colorem. Observo ex Diogene Laertio lib. VII. in Zenone. Ἐντεῦθεν ἦκουν τοῦ Κράτητ[ο]ς. ἄλλως μὲν εὔτον[ο]ς πρὸς φιλοσοφίαν, αἰδήμων δὲ, ὡς πρὸς

ὡς πρὸς τὴν κυνικὴν ἀναισχυντίαν. ὅθεν ὁ Κράτης, βυλόμενος αὐτῷ καὶ τῦτο θεραπεῦσαι, δίδωσι χύτραν φακῆς διὰ τῦ Κεραμεικῦ φέρειν. ἐπεὶ δὲ εἶδεν αὐτὸν αἰδύμενον, καὶ παρακαλύπτοντα, παίσας τῇ βακτηρίᾳ, καταῤῥήγνυσι τὴν χύτραν. φεύγοντος δὲ αὐτῦ, καὶ τὸν φακῆς κατὰ τῶν σκελῶν ῥεύσης, φησὶν ὁ Κράτης. τί φεύγεις φοινικίδιον; ὐδὲν δεινὸν πέπονθας. *Ex eo iam Cratetis auditor factus, aptissimus alioquin ad philosophiam, verum verecundior, quam ut se ad impudentiam Cynicam conferre posset. Id ubi animadvertit Crates curare etiam in hoc illum studens, ollam lenticula refertam dedit, ut per Ceramicum ferret. Quum autem videret pudescere illum, ac se prae verecundia tegere, baculo ictam perfregit ollam. Illo fugiente, & lenticula per crura defluente, quid, inquit, fugis Puniceolum? nihil mali passus es.*

CAP. VI.

Larinum pecus, apud Plautum.

NObilis ille Plauti locus est, Truculento, Sc. *Quis illic est*, de clurino pecore, pro quo multa diximus olim Exercit. Crit. parte I. Sed veteres codices nonnulli, Venetus, & Basiliensis habent, *Larinum pecus*, quod nescio sane, an a Correctorum manu, an ab ipsius potius Plauti esse dicam. Certe potuit Comicus noster imitari voluisse Eratosthenem, qui σύας λαρινὺς adpellavit. Testatur Athenaeus lib. IX. Παραπλησίως δὲ Ἀχαιῷ καὶ Ἐρατοσθένης ἐν Ἀντεριννύϊ τὺς σύας λαρινὺς προσηγόρευσεν, μεταγαγὼν καὶ αὐτὸς ἀπὸ λαρινῶν βοῶν. *Non secus autem atque Achaeus, etiam Eratosthenes in Anterinny sues Larinos adpellavit, & ipse a Larinis bobus traducens.*

CAP. VII.

Latinus Pacatus emendatur.

IN Latini Pacati Panegyrico de Imperatorum quorumdam luxuria praestantissimus locus est, cui ut medicinam faciam, visum est huc transscribere. Ita habet. *Horum gulae angustus erat noster orbis; namque adpositas dapes non sapore, sed sumtu.* Visus est mutilus quibusdam, sed plane ita corrigendus. *adpositae dapes.* Ecce, quam pauxilla mutatio, quam magnum mendum peperit.

CAP. VIII.

Quid sibi velit Crux sphaerae terrestri imposita, & unde originem res ea sumserit.

VIdemus hodie Imperatores ita pingi, ut sinistra manu teneant sphaeram, quae orbem terrarum designet, eique impositam crucem [a]. Quod sane quid sibi velit, & quando natum, quum multi adhuc sine dubio ignorent, ego hic explicare statui. Sciendum itaque est, per crucem significari, fi-

Meursii Tom. V.

(a) Consule nummos Imperatorum Byzantinorum apud *Cangium*, & *Bandurium*.

dei in Crucifixum Deum beneficio illos terrarum orbis imperium adeptos esse; primusque ita in Augusteone effingi se Iustinianus curavit, post aedificatum Sanctae Sophiae templum, & ab illo mox reliqui Imperatores. Atque ita tradita in nostras manus haec consuetudo. Codinus in Orig. Constantinop. Ἔστησε τὴν αὐτῦ στήλην (ὁ Ἰυστινιανὸς) ἔφιππον ἐπὶ κίονος. καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν, ἐμπεπηγότος σταυρῦ ἐν αὐτῇ, ὡς διὰ τῆς εἰς τὸν σταυρὸν πίστεως τῆς γῆς πάσης ἐγκρατὴς γεγονώς. σφαῖρα μὲν ἡ γῆ, διὰ τὸ σφαιροειδὲς τῦ αὐτῆς σχήματος. πίστις δὲ ὁ σταυρὸς, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ προσηλωθέντα σαρκὶ θεόν. *Collocavit suam statuam Equestrem (Iustinianus) super columna. Et laeva quidem sphaeram fert, Cruce in ea infixa, quasi ob fidem in Crucem terrae universae dominus evasisset. Sphaera autem tellus, propter orbiculatam eius figuram. Fides vero Crux, propter Deum in eam carne actum.* Et habes totidem verbis apud Suidam in Ἰυστινιανός. Vide etiam Gotfridum Viterbiensem Chronici part. XIX.

CAP. IX.

Superstitio veterum de offenso pede.

VEteres, si inter eundum pedem in terra offendissent, omen hoc esse instantis mortis, & quasi vocantis credebant. Accipimus ex Diogene Laertio lib. VII. in Vita Zenonis. Ἐκ τῆς σχολῆς ἀπιὼν προσέπταισε, καὶ τὸν δάκτυλον περιέῤῥηξε. παίσας δὲ τὴν γῆν τῇ χειρὶ, φησὶ τὸ ἐκ τῆς Νιόβης,

——— ἔρχομαι, τί μ' ἀϋεῖς;

Καὶ παραχρῆμα ἐτελεύτησεν, ἀποπνίξας ἑαυτόν. *E schola autem discedens offendit, & digitum circumfregit; quum manu autem terram percussisset, illud ex Niobe dixit.*

——— *venio, quid me vocas?*

Et statim periit, quum se suffocasset. Hinc Antigoni votum, quum pedem offendisset, instructa acie, ut aut vinceret, aut mortem oppeteret, antequam vinceretur. Plutarchus in Demetrio. Ἀντίγονος δὲ, παρατεταγμένης ἤδη τῆς φάλαγγος, ἐξιὼν προσέπταισεν, ὥστε πεσεῖν ὅλος ἐπὶ στόμα, καὶ διατεθῆναι χαλεπῶς. ἀναστὰς δὲ, καὶ τὰς χεῖρας πρὸς τὸν ὐρανὸν, ἠτήσατο νίκην παρὰ τῶν θεῶν, ἢ θάνατον ἀναίσθητον πρὸ τῆς νίκης. *Antigonus vero, instructa iam acie, quum exiret offendit, ita ut totus in vultum caderet, & male se haberet. Quum vero surrexisset, manusque ad coelum elevasset, petebat victoriam a Diis, vel ante victoriam mortem insensibilem.*

CAP. X.

Pudicae mulieres semel tantum nubebant. Pronubae semel nuptae. Bis nuptis pudicitiae, & fortunae muliebris, signum tangere nefas. Vnivira. Corona pudicitiae. Secundae nuptiae sine celebritate.

HOnestae matronae, & quibus pudicitiae gloria curae erat, semel tantum viro nube-

nubebant; itaque nuptiis quoque, in auspicium, & votum, singularis matrimonii, pronubae capiebantur univirae. Docet nos morem eum Festus. *Pronubae adhibebantur nuptiis, quae semel nupserunt, caussa auspicii, ut singulare perseveret matrimonium.* Quae iterum nupsisset, tamquam impudicitiae damnata, adtingere pudicitiae, ac fortunae muliebris, simulacrum prohibebatur. Idem Festus alibi. *Pudicitiae signum in foro Boario est, ubi AEmiliana aedis est Herculis. Eam quidam fortunam esse existimant. Item via Latina, ad milliarium quartum, fortunae muliebris. Nefas est adtingi, nisi ab ea, quae semel nupsit.* Quare inter laudes non minimas ponebant, univiram esse. Ecce in veteri lapide:

VOLVSIAE. IVSTAE. MATRI
SIMAE. OMNIVM. FEMINAR
TIORI. VNIVIRIAE. QVE

Et in altero:

TRANSEGI
FALSI. SECVLI. VITAM VNIVS
VIRI. CONSORTIO.

Cornelia apud Propertium lib. IV.

Iungor, Paulle, tuo sic discessura cubili,
In lapide hoc uni nupta fuisse legar.

Et paulo post in mandatis filiae quoque dat.

Filia, tu specimen censurae nacta paternae,
Fac teneas unum, nos imitata, virum.

Et honorabantur corona pudicitiae. Valerius Maximus lib. II. cap. I. *Quae uno contentae matrimonio fuerant, corona pudicitiae honorabantur. Existimabant enim eum, praecipue matronae, sincera fide incorruptum esse animum, qui depositae virginitatis cubile egredi nesciret; multorum matrimoniorum experientiam, quasi illegitimae cuiusdam intemperantiae signum esse credentes.* Quae autem iterum nuberent, quia inhonestius faciebant, sine ulla hominum frequentia nuptias celebrabant, & quasi clandestino. Plutarchus auctor est, ῥωμαϊκοῖς, Quaest. CV. Ταῖς μὲν παρθένοις καλὸν μὴ ὀλίγων, ταῖς δὲ χήραις αἰσχρὸν πολλῶν ὄντων γαμεῖσθαι. ζηλωτὸς γάρ ὁ πρῶτος γάμος, ὁ δὲ δεύτερος, ἀπευκταῖος. αἰσχύνονται γὰρ, ἂν, ζώντων τῶν προτέρων, ἑτέρους λαμβάνωσιν· ὀδύρονται δ', ἂν ἀποθανόντων. ὅθεν ἡσυχίᾳ χαίρουσι μᾶλλον ἢ θορύβοις, καὶ προπομπαῖς. *Virginibus quidem honestum, quum non pauci, viduis vero turpe, quum multi adsunt, nubere. Primae enim nuptiae desiderabiles; secundae vero, non expetendae. Erubescunt enim si prioribus vivis, alios accipiant; lamentantur, si mortui fuerint. Vnde quiete magis, quam tumultibus, & deductionibus gaudent.*

CAP. XI.

Personae Tragoedorum Baccho suspendi solitae.

TRagoedos Baccho sacros fuisse, nemo ignorat; itaque, ut emeriti milites arma sua Marti, gladiatores rude donati Herculi, pastores fistulam Pani, mulieres vetulae, & effoetae pectinem Veneri suspendebant; ita hi, quum artem suam desinerent, personas in templo Bacchi consecrabant. Hinc est elegans ille locus Aristophanis in Fabula, quae γῆρας inscribitur apud Phrynichum; cui istud fragmentum debemus, & ex eo quoque moris tam antiqui cognitionem.

Τίς ἂν φράσειε παῖς, τί τὸ Διονύσιον,
Ὅπου τὰ μορμολύκεια προσκρεμάννυται;
Quis nam dixerit puer? Quod Bacchi templum,
Vbi personae adpenduntur?

CAP. XII.

Gurgites, γοργόνες. Manduci. Grammaticorum error.

VEterem linguam Latinam esse Graecae traducem iam non ignotum est, vel mediocriter eruditis, & penitus inspicienti non pauca adhuc se exhibent eius rei vestigia. Nos unum ostendemus in praesens. Hactenus existimatum est, *Gurgites* esse loca profundiora fluminum, in quibus vertuntur aquae, & naves pereunt, atque inde translate homines voraces, & insatiabiles. Sed, quaeso, patiantur Grammatici eripi sibi a me hunc errorem, si contrarium ostendero. Graeci homines voraces supra modum, & ad terrorem usque, γοργόνας adpellabant. Suidas. Γοργόνες. ἀντὶ τοῦ φοβεροὶ εἰς γαστριμαργίαν. *Gorgones, pro terribiles in devorando.* Translata, ut multae aliae, haec quoque vox in Latium, & *Gurgen* natum est primo, mox *Gurges*, ut *Limen*, *Limes*. Iam *Gurgen* quis negabit idem esse, quod γοργὼν, qui sciet modo antiquam literas commutandi rationem? γοργὼν, *Gurges*, ut κύκλωψ, *Cocles*. ἀλώπηξ, *Vulpes*. Ergo *Gurges* est proprie homo prodigiose vorax, & translata deinde significatio ad navivoros illos fluviorum vortices, quod Grammaticorum nemo hactenus scivit. Etiam *Manduci* dicebantur, & ad voracitatem repraesentandam pingebantur malis magnis, & hiantibus turpiter, ad formidinem usque, & terrorem infantium. Festus. *Manducus, effigies in pompa antiquorum inter ceteras ridiculas, formidolosasque ire solebat, magnis malis, ac late dehiscens, & ingentem dentibus sonitum faciens.* Plautus, Rudente.

Quid si aliquo ad ludos me pro manduco locem?
Quapropter? quia pol clare crepito dentibus.

De hoc ipso intelligi debet Iuvenal. Sat. III.

—— *tandemque redit ad pulpita notum*
Exo-

Exodium, quum personae pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus infans.

Et Lucianus De Salt. Τὴν τραγῳδίαν δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος πρῶτον καταμάθωμεν, οἷα ἐστίν, ὡς εἰδεχθὲς ἅμα καὶ φοβερὸν θέαμα εἰς μῆκος ἄῤῥυθμον ἠσκημένος ἄνθρωπος, ἐμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχούμενος, πρόσωπον ὑπὲρ κεφαλῆς ἀνατεινόμενον ἐπικείμενος, καὶ στόμα κεχηνὸς πάμμεγα, ὡς καταπιόμενος τοὺς θεατάς. *Tragoediam vero a prima figura ediscamus, qualis est, ut inamaenum simul, & terribile spectaculum, homo in enormem longitudinem exercitatus, altis soccis ingrediens, imponensque sibi personam supra caput extensam, & ore immani biantem, quasi deglutiens spectatores.*

CAP. XIII.

Varia antiquorum iuramentorum genera.

INter varia antiquorum iuramenta unum erat insigne, & μέγας ὅρκος a Graecis dicebatur; idque erat, quum per Stygem dii, aut per deos homines iurarent. Hesiodus in Theog. ubi de Styge.

Αὐτὴν μὲν γὰρ ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον.
Ipsam enim statuit Deorum magnum esse iusiurandum.

Homerus Odyss. ς΄.

Ὣς ἄρ᾽ ἔφη. γρηῦς δὲ θεῶν μέγαν ὅρκον ἀπώμνυ.
Ita quidem dixit. Anus vero Deorum magnum iuramentum iuravit.

Odyss. ε.

Εἰ μή μοι τλαίης γε θεὰ μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι.
Nisi mihi sustineas Dea magnum iuramentum iurare.

Pindarus Olymp. Od. VI.

Καὶ μέγαν ὅρκον ὀμόσσαις
Τοῦτό γε οἱ σαφέως μαρτυρήσω. ———
Et quum magnum iuramentum iuravero
Hoc tibi manifeste testabor.

Od. VII.

——— θεῶν δ᾽ ὅρκον μέγαν μὴ παρφάμεν.
——— *Deorum vero magnum iuramentum non poscimus.*

Solebant vero, qui τὸν μέγαν ὅρκον iurabant, πρῶτον θεοὺς ὀμνύναι, εἶτα ἐπάγειν καὶ τὰς ἰδίας συμφοράς. *primum Deos iurare, deinde etiam proprias calamitates imprecari*; ut ait Apollonii Scholiastes libro II. Atque id proprie ὀμνύειν dicebant. Didumus ad Odyss. ς. Ὀμόσαι μὲν τὸ εἰπεῖν θεῖόν τι ὄνομα, οἷον, νὴ τὸν ἑρμῆν, μὰ τὰς ἐλευσινίας θεάς. *Iurare vero est dicere divinum aliquod nomen, veluti, per Mercurium, per Deas Eleusinias.* Apud Syracusanos, magnum iuramentum istud erat. Fidem qui daturus esset, in templum Cereris, ac Proserpinae, ingrediebatur, sacrificiisque quibusdam peractis, vestem deae purpuream induebat, & facem manu ardentem capiebat, ac tum iurabat. Plutarchus docet, in extremo Dione. Ἠξίουν αὐτὸν ὀμόσαι τὸν μέγαν ὅρκον. ἦν δὲ τοιοῦτος. καταβὰς εἰς τὸ τῶν θεσμοφόρων τέμενος ὁ διδοὺς τὴν πίστιν. ἱερῶν τινων γενομένων, περιβάλλεται τὴν πορφυρίδα τῆς θεοῦ καὶ λαβὼν δᾷδα καιομένην, ἀπόμνυσι. *Dignum eum habebant qui magnum iuramentum iuraret, Quum descendisset in Legiferarum templum qui fidem facturus erat, sacris quibusdam factis, vestem Deae purpuream induit, & facem ardentem tenens, iurat.* AEgyptiorum magnum iuramentum erat per Osirim. Lycophronis Scholiastes. Ἐν φήλαις δὲ πόλει αἰγύπτου τὸ μέγιστον ἦν τῶν ἱερῶν, ὃς καὶ μέγας ὅρκος τοῖς αἰγυπτίοις ἐτύγχανε, μὰ τὸν ἐν φήλαις ὄσιριν λέγουσιν. *Phelis vero, AEgypti urbe maximum erat sacerdotum, quod, & magnum iusiurandum AEgyptiis erat, Per Phelensem Osirin, dicentibus.* Alioquin simpliciter iurabant per res obvias. Μὰ γῆν, μὰ παγίδας, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα. *Per terram, per laqueos, per nubes, per retia*: & per similia. Videmus apud Aristophanem. Hesychius. Χῆνα ὀμνύειν. ἔθος ἦν τὸ κατὰ τῶν τοιούτων ὀμνύειν τοῖς παλαιοῖς. *Per Anserem iurare. Mos erat antiquis per huiusmodi deierare.* Aliquando etiam solummodo dicebant, μὰ τὸν, metuentes Dei nomen adiicere. Aristophanis Scholiastes, ad Rhanas. Ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀρχαίοις ἐνίοτε μὴ προστιθέναι τὸν θεὸν, εὐλαβείας χάριν. εἰώθασαν δὲ τοιούτοις ὅρκοις χρῆσθαι ἐπευφημιζόμενοι. ὥστε εἰπεῖν μὲν, μὰ τὸν. ὄνομα δὲ μηκέτι προσθεῖναι. *Mos est antiquis interdum* Deum *non addere, religionis causa. Soliti vero erant huiusmodi iuramentis uti male ominantes: veluti* Per illum; *nomen vero non addere.* Iones per brassicam iurabant. Athenaeus libro IX. Ἀνάνιος δέ φησι, σε πολλῶν ἀνθρώπων ἐγὼ φιλέω μάλιστα, ναὶ μὰ τὴν κράμβην. καὶ τηλεκλείδης πρυτάνεσι, ναὶ μὰ τὰς κράμβας ἔφη. καὶ ἐπίχαρμος ἐν γᾷ καὶ θαλάσσᾳ. ναὶ μὰ τὰν κράμβαν. εὔπολις ἐν βάπταις, ναὶ μὰ τὴν κράμβην. ἐδόκει δὲ ἰωνικὸς εἶναι ὁ ὅρκος. *Ananius autem ait, Ego te plusquam multos homines amo, per brassicam. Et Teleclides Prytanis, per brassicas, inquit. Et Epicharmus in Terra, & Mari, per brassicam. Videbatur autem Ionicum esse Iuramentum.* Socrates per canem, Zeno per capparim. Idem Athenaeus libro citato. Οὐ παράδοξον εἰ κατὰ τῆς κράμβης τινὲς ὤμνυον, ὁπότε καὶ ζήνων ὁ κιτιεὺς ὁ τῆς στοᾶς κτίστωρ, μιμούμενος τὸν κατὰ τῆς κυνὸς ὅρκον σωκράτους, καὶ αὐτὸς ὤμνυε τὴν κάππαριν. *Non mirandum si qui per brassicam iurarent, quando Zeno Cittieus, Porticus institutor, imitans Socratis iuramentum per canem, & ipse iurabat per capparim.* Quod & tradit Diogenes Laertius lib. VII. in Zenone. Exstat quoque ridiculum iuramentum, quod Socrati attribuit Aristophanes in Nubibus.

Μὰ τὴν ἀναπνοὴν, μὰ τὸ χάος, μὰ τὸν ἀέρα.
Per respirationem, per Chaos, per aerem.

Byzantii per nummos ferreos iurabant. Idem Comicus in Fabula citata.

——— τῷ γὰρ ὄμνυτ᾽; ἢ σιδαρέοισιν, ὥσπερ ἐν βυζαντίῳ:
——— *per hunc iuratis? vel Per ferreos, ut Byzantii?*

Pythagorici per quaternarium numerum.

Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν.
Utique per eum, qui nostrae animae quaternarium numerum dedit.

Exſtat in Aureis Carminibus. In menſa ſi iurare vellent, faciebant per adpoſitum ſalem. Libanius in Paraſito. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα, μὴ τοὺς ἅλας τούτους; ποῦ δὲ ὁ δυστυχὴς παρατρέπομαι. συμπόσιον τὸ δικαστήριον οἰηθείς. ἀλλ' οὖν τά γε πρῶτα κατὰ γνώμην ὁ σκοπὸς ἐχώρει. *Et in primis quidem, per hoc ſal. Quo vero miſer digredior, quum convivium tribunal exiſtimaverim. Primum igitur ſecundum ſententiam intentio procedebat.* Invenio etiam in ſolemnibus iuramentis morem fuiſſe, ut iurantes, ferri laminam manu tenentes, per ignem tranſirent (nihil enim mali paſſuros putabant, qui culpae non eſſent obnoxii) moxque abiicientes in mare, dicerent, tam diu ſe fidem ſervaturos, quam illa lamina eſſet duratura. Sophocles in Antigone.

> Ἦμεν δ' ἕτοιμοι ϗ μύδρους αἴρειν χεροῖν,
> Καὶ πῦρ διέρπειν, ϗ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν,
> Το μήτε δρᾶσαι, μήτε τῷ ξυνειδέναι
> Τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι, μήτ' εἰργασμένῳ.
> *Eramus vero parati, & ignitum ferrum tollere manibus,*
> *Et per ignem tranſire, & per Deos iurare,*
> *Neque hoc feciſſe, neque fuiſſe conſcios*
> *Eius, qui hanc rem deliberavit, neque eius qui fecit.*

Scholiaſtes. Εἰώθασι γὰρ οἱ ὀμνύοντες ταῦτα ποιεῖν. μύδρους γὰρ αἴροντες ἐπαρῶνται μένειν τὰ ὅρκια ἕως αὐτοὶ φανῶσι, καὶ ῥίπτουσιν αὐτοὺς εἰς θάλασσαν, ὅπως ἂν αἰώνια τὰ ὅρκια ὑπάρχῃ. *Conſueverunt enim qui iurabant haec facere. Candens enim ferrum tollentes imprecantur manere iuramenta donec ipſi velint, & ipſum in mare proiiciunt, ut aeterna iuramenta ſint.* Demetrius Triclinius. Εἰώθασι δὲ ὀμνύοντες, ϗ πίστεις διδόντες, μύδρους βαστάζειν, ϗ πῦρ ὑπερβαίνειν. τοὺς γὰρ μὴ ἐνόχους τῷ ἁμαρτήματι, ᾤοντο καὶ ἐπὶ τούτοις μὴ ἀλγεῖν. *Conſueverunt autem iurantes, & fidem dantes, candentem maſſam portare, & ignem ſupergredi. Putabant enim eos, qui delicti rei non eſſent; in his non dolere.* Videmus etiam eum morem apud Herodotum. Κλειοῖ. Ἐποιήσαντο ἰσχυρὰς κατάρας τῷ ὑπολειπομένῳ ἑωυτῶν τοῦ στόλου. πρὸς δὲ ταύτῃσι ϗ μύδρεον σιδηρέον κατεπόντωσαν, ϗ ὤμοσαν, πρὶν μὴ εἰς Φωκαίην ἥξειν, πρὶν ἢ τὸν μύδρον τοῦτον ἀναφανῆναι. *Imprecati enim fuerant horrendas diras, ei qui ſuam turmam deſeruiſſet. Ferrum inſuper candens & in mare proiecerant, & iuraverant, vel ſe in Phocaeam non venturos, vel prius hoc candens ferrum adpariturum.* Huc pertinet verſus Callimachi.

> Φωκαίων μέχρις κε μένῃ μέγας εἰν ἁλὶ μύδρος.
> *Phocenſium adhuc maneat magnum in ſalo ferrum candens.*

Iurabant quoque per ipſum iuſiurandum. Pindarus Nemeon. Od. XI.

> Ναὶ μὰ γὰρ ὅρκον ἐμὰν δόξαν, παρὰ Κασταλίᾳ
> *Vtique enim per iuramentum meam gloriam, apud Caſtaliam.*

Scholiaſtes. Ἰδίως οἱ παλαιοὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ ὅρκου ὤμνυον. *Proprie veteres per ipſum iuramentum iurabant.* Iuramentorum vero ſpecies tres. Ἐπώμοτος, ἀπώμοτος, κατώμοτος. Vide Etymologici Auctorem, & Harpocrationem. Atque ἀπώμοτος, quidem Latinis eſt *Abnutivum*. Gloſſae veteres. *Abnutivum*. ἀπωμοτικόν. Et κατώμοτος eſt *Adnutivum*. Eaedem Gloſſae. *Adnutivum*, κατωμοτικόν. Sub Chriſtianis Imperatoribus, per Evangelia iuratum eſt. Baſilic. Eclog. VII. Προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων δικαζέτωσαν, τῶν ἑκατέρου μέρους συνηγόρων ἐν αὐτῇ τῇ προκατάρξει ὀμνύντων κατὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων. *Propoſitis ſanctis Evangeliis ius dicant, utriuſque partis advocatis in ipſa conteſtatione per ſancta Evangelia iurantibus.* Iterum XXIX. Ὥστε ἐκείνους τῶν ἁγίων εὐαγγελίων προκειμένων, ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων καταθέσθαι, εἰ ταῖς ἀληθείαις ὁ ταύτης ἀνὴρ τετελεύτηκε. Menander. *Vt illi, ſanctis Evangeliis propoſitis, in commentariorum actione deponant, an vere huius vir mortem obierit.* Menander. Περὶ πρεσβ. Eclog. II. Παραχρῆμα οὖν ὁ τῆς Σιγγηδόνος πόλεως τὴν ἀρχιερωσύνην διέπων, τὰς θεσπεσίας βίβλους αὐτῷ διὰ τῶν ἐν μέσῳ τὰς ἀγγελίας διακομιζόντων ἐνεχείρισε, ϗ ὃς δολερώτατά πως ἐπικρυψάμενος τὸν νοῦν, ἀνίσταταί τε ἐκ τῆς καθέδρας, καὶ σὺν φόβῳ δῆθεν πολλῷ, καὶ σεβάσματι, ταῦτα προσποιησάμενος δέχεσθαι. ϗ προσκυνήσας προθυμώτατα, ὄμνυμι κατὰ τοῦ λαλήσαντος τὰ ἐν ταῖς ἁγίαις διφθέραις ῥήματα θεοῦ, μηδὲν εἰρημένων παρ' αὐτοῦ διαψεύσεσθαι. *Statim igitur Singedonis Civitatis Epiſcopus divinos libros, per eos qui in medio nuncios adferebant, in eius manibus poſuit, & ille fraudolentiſſime mentem occultans ſurgit e ſella, & cum timore videlicet multo, & veneratione, haec accipere ſimulans, & promtiſſime adorans, iurat per Deum, qui in ſanctis paginis verba loquutus eſt, nihil eorum, quae ab ipſo dicta fuiſſent, ſe fru[illegible]raturum.* Cantacuzenus Hiſt. libro I. capit. XV. *Per ſacra Evangelia, & reverendas ſanctorum imagines, fideliter iurare iubes.* Harmenopulus lib. I. Tit. VII. Ὁ ἐκ δικαστικῆς ψήφου, ἢ ἐξ αἰτήσεως τοῦ ἀντιδίκου ὅρκον ἐπέχων ἐπ' ἐκκλησίας, τῶν ἀχράντων ἁπτόμενος εὐαγγελίων, ἐπιορκεῖν δὲ μετὰ ταῦτα ἐλεγχθεὶς, γλωσσοκοπείσθω. *Qui ex Iudicis decreto, vel ex adverſarii petitione, iuramentum ſubſtinet in Eccleſia, intemerata Evangelia tangens, peierare autem poſtea deprehenſus, lingua praeciſa poenam luat.* Et ſunt plura paſſim teſtimonia.

CAP. XIV.

Viri a mulieribus ſeorſim cubabant.

VIros ſeorſim a mulieribus cubaſſe, apud Graecos, loquuntur illa vocabula, γυναικωνῖτις, & ἀνδρὼν: eſtque locus apud Diogenem Laertium lib. VIII. in vita Pythagorae, unde licet haurire. Τῇ δὲ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα μελλούσῃ πορεύεσθαι, ἅμα τοῖς ἐνδύμασι, ϗ τὴν αἰσχύνην ἀποτίθεσθαι. ἀνισταμένην τε πάλιν ἅμα ἀναλαμβάνειν. *Ei autem, quae ad ſuum virum itura eſt, una cum veſtibus pudorem etiam deponere, ſurgentem autem una iterum reſumere.* Et obſerva: mulieres ad viros accedebant. Secubatio autem haec etiam Romanis uſitata. Animadverto ex Suetonio, Tiberii cap. VII. *Cum Iulia primo concorditer, & amore mutuo, vixit: mox diſſedit, & aliquanto*

quanto

quanto gravius, ut etiam perpetuo secubaret, intercepto communis filii pignore; qui, Aquileiae natus, infans extinctus est. Et diserte mulierum lectos distinguit a virorum Plinius lib. XXXIII. cap. XI. Locum produximus in lib. De Luxu cap. X. statim in principio. Itaque hic non iterabimus.

CAP. XV.

Pons *ianuae. Ianuae carcerum demissae, ut & aedium tenuiorum.*

SVperius limen, quia in pontis modum esset arcuatum, ianuae *Pontem* adpellarunt Romani. Velleius lib. II. *Quem quum haruspex Tuscus, amicus, flentem in vincula duci iussisset; quin tu hoc potius, inquit, facis? protinusque illiso capite in pontem lapideum ianuae carceris, effusoque cerebro, exspiravit.* Sed quomodo attingere pontem potuit? Clare patet demissas carcerum ianuas fuisse, adeo ut intrantibus inclinare se necesse esset. Neque in solis carceribus tales, sed & in aedibus tenuiorum. Atque hinc intelligendus est Martialis lib. II. Epigram. LIII.

Vis fieri liber? mentiris, Maxime, non vis.
Sed fieri si vis, hac ratione potes.
Si plebeia Venus gemino tibi vincitur asse:
Si tua non rectus tecta subire potes.

CAP. XVI.

Festum nati Imperatoris, & coronati.

DVplex festum Imperatoris celebrabatur: unum diei natalis, alterum coronationis, sive acquisiti imperii. Erantque tunc ludi in theatro; in circo certamina, & venationes. Et vetus omnino ille mos: nam, ecce, de festo natali, ex Suetonii Caligula cognoscimus cap. XXXI. *Consulibus, oblitis de natali suo edicere, abrogavit magistratum; fuitque per triduum sine summa potestate Respublica.* De festo imperii, clarum testimonium idem Suetonius perhibet, Claudii capit. XI. *Caii quoque, etsi acta omnia rescidit, diem tamen necis, quamvis exordium principatus sui, vetuit inter festos referri.* Domitianus quoque Septembrem atque Octobrem ex nomine suo Germanicum, & Domitianum nominavit, quod altero suscepisset imperium, altero vero natus esset. Vide eumdem Suetonium cap. III. Et obtinuit sub posterioribus Imperatoribus. Vestigium manifestum in l. nullus Cod. Theod. de Spectaculis. *Nullus omnino iudicum, aut theatralibus ludis, aut circensium certaminibus, aut ferarum cursibus, vacet, nisi illis tantum diebus, quibus vel lucem, vel imperii sumus sceptra sortiti.* Et in Basilicis lib. VII. Καὶ ἡ ἡμέρα δὲ ἡ γϛνεθλιακὴ τȣ̃ βασιλέως, ἢ καθ᾽ ἣν ἀνηγορεύθη βασιλεὺς, ἄπρακτος ἔςω. *Dies autem natalis Imperatoris, vel qua Imperator creatus est, festa sit.* At feriatos esse hos dies inter Imperatores Orientales expresse vetuit Manuel Comnenus: exstantque haec verba in Constitutione ipsius. Αὐτὰς τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς ἡ βασιλεία μȣ κὴ εἰς τὸν τῇ δε βίον προῆκται, ἢ εἰς βασιλέα θεȣ̃ προνοίᾳ ἀνηγόρευται, ἐμπράκτȣς εἶναι θεσπίζει, κὴ μηδεμίαν ἐκεχειρίαν ἐν ταύταις ἄγειν τὰ δικαςήρια. *Eos dies, quibus regnum meum vel in hanc vitam processit, vel in Imperatorem Dei providentia electus fuit, nec feriatos esse sancit, & nullam his vacationem agere tribunalia.*

CAP. XVII.

De nomine Casinae.

AVctor Prologi Casinae Plautinae.

Aures vacivae si sunt, animum advertite.
Comoediae iam dare nomen vobis volo.
Clerumenoe vocatur haec Comoedia
Graece, Latine Sortientes. Diphilus
Hanc Graece scripsit, post id rursum denuo
Latine Plautus cum latranti nomine.

Valde hic torquet viros magnos unde Casina dicta, & quid illud, *cum latranti nomine,* quod profecto nihil aliud est, quam deliramentum Scriptoris, qui Prologum nobis istum dedit, neque mentem Plauti intellexit. Attendamus bene. Diphilus primo Graece scripsit, adpellataque ab eo fuit, κληρȣ́μενοι, id est, *Sortientes.* Plautus, Latinam facturus, *Casinam* nominavit, a casu, sive sorte. Quid potest planius? & hic tamen tantae turbae etiam litteratorum Senatui.

CAP. XVIII.

Minare. *Seneca emendatus.*

ELegans locus est Arellii Fusci, de laudata veterum Romanorum paupertate, apud Senecam lib. II. Controvers. I. *Hoc scio nostros fuisse maiores, hoc illum AElium Tuberonem, cuius paupertas virtus fuit; hoc Fabritium, Samnitium non accipientem munera; hoc ceteros patres nostros; quos apud aratra ipsa, mirantes decora sua, circumsiste re lictores.* Sed mendo non caret. Quid enim hoc est: *apud aratra ipsa, mirantes decora sua.* Immo illi heroes, ita recte adpellaverim, in summa simplicitate sua, & sanctitate, nihil admirabantur: atque hinc contemtus ille divitiarum, & animus invictus, nullique corruptelae patens. Corrigo levicula mutatione: *ante ipsa aratra minantes pecora sua.* Vox insolentior, non intellecta, mendo originem dedit. Certe *Minare*, usurpabant pro *Agere*. Invenimus in Festi scedis. *Agasones, equos agentes, id est, minantes.* Iterum. *Agere, modo significat, ante se pellere, id est, minare.* Tertio. *Inigere pecus, agere, id est, minare.* Interpres Iuvenalis Sat. VI. *Hanc igitur. Io in tantum persequuta est Iuno, ut per omnem mundum eam minaret.* Ergo haec vera lectio est, quam erui.

CAP.

CAP. XIX.

Aureus *vitae*. *Augeri manes*. *Martialis*, *&* *Papinius*, *exponuntur*.

VT aureus viginti quinque denarios complectebatur, ita totidem annos *Aureum Vitae* adpellabant. Docet hoc insignis locus Martialis lib. x. Epigr. XXIV.

Quinquagesima liba, septimamque
Vestris addimus hanc focis acerram.
His vos, si tamen expedit roganti,
Annos addite bis, precor, novenos:
Vt nondum nimia piger senecta,
Sed vitae tribus aureis peractis,
Lucos Elysiae petam puellae.

A Martiale ad coaetaneum Papinium transibo. In sacrificiis, ut notum est, mactos esse Deos iubebant; quod Grammatici explicant, quasi magis auctos esse vellent. Festus. *Mactus*, *magis auctus*. Item. *Magmentum*, *maius augmentum*. Atque hinc intelligendum est, quod *Augeri manes* ille poeta ait, Theb. VI. Hic locus est.

—— *sed cassa tamen, sterilisque, dolentes*
Fama iuvat, parvique augentur funere Manes.

Egebat omnino explicatione.

CAP. XX.

Rediculum. Tubae. Cornua. Secespite. *Festus illustratus*.

VEllem explicassent viri docti, quid *Rediculum* sit, in scedis Festi in *Secespita*. Haec verba sunt *Sacraria namque in templis rediculo aeneo olim sepiebantur, in quo tubae relictae sunt, per quas manibus sacra tangere licet*. Certe aut ego longe fallor in eruenda antiquitate, aut omnino veteres *Redicula* adpellaverunt cancellos, & sepimenta cancellata, quibus muniebantur loca, ad quae accessus ulterior vetabatur. Vt enim a *curro*, *curriculum*; a *diverto*, *diverticulum*; a *pereo*, *periculum*; ita a *redeo*, *rediculum* dixerunt. Et notum est Fanum rediculi, ex eodem Festo. *Rediculi fanum, extra portam capenam Cornificius ait fuisse: qui rediculus propterea adpellatus est, quia accedens ad urbem Hannibal ex eo loco redierit, quibusdam visis perterritus*. Sed bona fide, ut Deus aliquis fuerit Rediculus? Cornificius videtur censuisse, Festus nihil decernit: apage nugas. An me oportet docere tam antiquos magistros? Sane sciunt viri eruditi, morem Romanum fuisse, ut mittendae ad posteros memoriae causa, aut aram ponerent virtuti, vel rei, quam vellent laudatam, aut fanum. Talia illa sunt, quae passim obvia apud Tacitum lib. I. Annal. Ara adoptionis lib. III. ara ultionis lib. IV. ara amicitiae, ara clementiae lib. XV. templum foecunditatis. Et in nummis veteribus, atque inscriptionibus multa talia. Ergo fanum rediculi, eodem modo, quia redire ibi Hannibal, retro pedem vertere, sit coactus terriculamentis. Sed ex illis verbis, *in quo tubae relictae sunt, per quas manibus sacra tangere licet*. Adparet *Tubas* adpellatas etiam foramina cancellorum, a similitudine. Etiam *Cornua* dicebantur. Varro de L.L. libro IV. *Tubae a tubeis, quos etiam nunc ita adpellant tubicines sacrorum Cornua, quod ea, quae nunc ex aere, tunc fiebant ex bubulo cornu*. Porro rediculum etiam *Secespita* dicebatur, quod quasi secaret, & divideret homines a locis circumseptis. Nam duo designabat ea vox: & hoc, quod dixi; & cultrum, aptum sacrificio; quem nobis ex Labeone describit idem Festus. *Secespitam esse Antistius Labeo ait, cultrum ferreum oblongum, manubrio rotundo eburneo, solido, vincto ad capulum auro, argentoque, fixum clavis aeneis aere Cyprio, quo Flamines, Flaminicae, Virgines, Pontificesque ad sacrificia utuntur. Eadem alias dicitur qua in sacrario utuntur. Sacraria namque in templis rediculo aeneo olim sepiebantur, in quo tubae relictae sint, per quas manibus sacra tangere licet*. Insignis hercule locus, & quem periisse graviter profecto intererat omnium antiquitatis studiosorum.

CAP. XXI.

Vnguentum nucarium. *Varro restituitur*. *Nux ad remedia*. *Capillorum*. *Capilli nigri in laude*.

VArro de L. L. lib. VI. *Scoeniculae, ab scoeno nugario unguento*. Sed, errare eum in explicatione vocis, ostendi satis iam olim in Curis Plautinis. Interim legendum hic censeo, *nucario unguento*. Nam olim mulieres, formae studiosae, eo utebantur, ad prohibendam alopeciam. Plinius lib. XXIII. cap. IV. *Cupressinum oleum eosdem effectus habet, quos myrteum. E nuce vero iuglande, quod carynum adpellamus, alopeciis utile est*. Tingebant quoque comam viridi cortice nucis. Tibullus lib. I.

Tum studium formae est, coma tum mutatur, ut annos
Dissimulet, viridi cortice tincta nucis,

Hoc autem faciebant, ut nigra fieret. Subindicat sequens versus.

Tollere tunc cura est albos a stirpe capillos.

Nigram enim comam mulieres ista adfectasse, notum est ex multis poetarum locis, quibus onerare lectorem non est opus. Vnum tantum Aristaenetum testem dabo lib. I. epistola Cyrtionis. Ἐξέλαμπε γὰρ ἐκ πολλῆς τε καὶ μελαίνης κόμης λευκὸς τράχηλος. *Enituit enim ex multa, & nigra coma candidum collum*. Hanc vero vim nuci inesse, alibi quoque hic ipse Varro, quem emendavimus, & cuius causa haec scribimus, testatur lib. VI. *Nux, quod ut nox aerem, ita huius succus facit corpus atrum*.

CAP.

CAP. XXII.

Mos inquirendi amissa.

QVi aliquid amisissent, columnae alicui inscribebant, & rem amissam, & nomen, cuius ea esset; item, ubi habitaret; promissa quoque inventori stipe, ut redderet. Indicat hunc morem Propertius lib. III. Eleg. penultima. de amissis tabellis loquens.

Quas si quis mihi rettulerit, donabitur auro:
Quis pro divitiis ligna retenta velit?
I puer, & citus haec aliqua propone columna;
Et dominum Exquiliis scribe habitare tuum.

Vel per praeconem etiam quaerebant. Apuleius. *Si quis a fuga retrahere, vel occultam demonstrare potuerit, regis filiam, Veneris ancillam, nomine Psychen, conveniat retro metas Murcias Mercurium praedicatorem.* Moschus Idyll. I.

Α' κύπρις τὸν ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώστρεν,
Εἴτις ἐνὶ τριόδοισι πλανώμενον εἶδεν ——
Dia Venus gnatum procul inclamabat amorem.
Errantem in triviis si quis vidisset. ——

Si neque per praeconem recipere potuissent, a praetore conquisitores impetrabant. Plautus, Mercat. Sc. *Sumne ego.*

Certum est praeconum iubere iam quantum est conducier.
Qui illam investigent, qui inveniant; post ad praetorem illico
Ibo; orabo, ut conquisitores det mihi in vicis omnibus,
Nam mihi nihil reliqui quidquam aliud iam esse intelligo.

CAP. XXIII.

Cultrorum duo genera. Secures. Dolabrae.

VEteres acuta ferramenta omnia *Cultros*, generali vocabulo, indigetabant. Et horum duo quidem genera: nam, qui secabant, *Secures*; qui planabant, *Dolabrae* dicebantur. Colligere licet attento Lectori ex istis fragmentis Festi, doctissimi Grammatici. *Scenam genus fuisse cultri manifestum est: sed utrum securis, an dolabra sit, ambigitur.*

CAP. XXIV.

De Resurrectionis, & Parasceves, & toto tempore Pentecostes, genua non flectebant.

IN Ecclesia vetere die Parasceves, & Paschatis, toto illo ad Pentecosten usque tempore, genua non flectebant. Germanus in Histor. Ecclesi. Τὸ μὴ κλίνειν γόνυ τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ τῆς ἁγίας κυριακῆς, σημαίνει τὴν τῆς κατὰ πτώσεως ἡμῶν ἀνόρθωσιν, γενομένην διὰ τῆς τριημέρου τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως. *Genua non flectere die sanctae dominicae nostram de lapsu excitationem significat, quae per triduanam Christi resurrectionem facta est.* Lucas Patriarcha in Sancitis. Οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες κολάζουσι τὸν ἐν τῷ τυχόντι σαββάτῳ, ἢ κυριακῇ, γονυκλιτοῦντα, ἢ νηστεύοντα. *Apostolici Canones puniunt eum, qui quocumque sabbato, aut dominica, genua flectit aut ieiunat.* Et iste hoc amplius indicat; non licuisse quovis sabbato, aut dominica. Tertullianus De cor. mil. *Die dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die Paschae in Pentecosten usque gaudemus.* Videantur quoque Quaestiones Monach. Constantinop. & Balsamon in Commentario. In Parasceve vero, neque osculum alicui dabant. Berno De Reb. ad Missam Spectantib. cap. VII. *Etiam in parasceve genua non flectimus, pro perfidis Iudaeis, qui illudendo genua flectebant coram Deo, ne videamur illos imitari, qui opus bonum studebant male operari; quemadmodum tunc ab osculo abstinemus, propter Iudae traditoris exemplum, qui per simulatae pacis osculum, tradidit Dominum Iesum Christum.* Observabant autem ad tempus usque Pentecostes, ut initio dixi. Germanus loco citato. Τὸ δὲ μέχρι τῆς πεντεκοστῆς μὴ κλίνειν γόνυ, ἐστὶ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας μετὰ τὸ ἅγιον πάσχα ἐπιπλωμένας κρατεῖν τῇ διακαινησίμῳ. *Vsque ad Pentecostem genua non flectere, est septem dies post sanctum Pascha impletas renovatione continere.* Sed legendum esse, τῇ διακαινισίμῳ. Docui in Glossario Graecobarbaro. Capitul. Carolin. Addit. I. cap. LI. *In hebdomada Pentecostes non flectantur genua, & non ieiunetur, nisi statuti fuerint dies.* Balsamon ad Can. LXVI. in Trullo. Ὡς μία κυριώνυμος ἡμέρα λογίζεται κατὰ πάντα ἡ μετὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τρέχουσα ἑβδομάς. κατὰ δὲ τὸ γόνυ κάμπτειν, καὶ ἡ ὅλη πεντεκοστή. *Vt una Dominica dies reputatur in omnibus hebdomas, quae post sanctam resurrectionem Domini, & Dei, & servatoris nostri Iesu Christi decurrit. Quod vero genua flectere attinet, etiam tota Pentecoste.* Ambrosius serm. LXI. *Per hos quinquaginta dies, nobis est iugis, & continuata festivitas; ita ut hoc omni tempore neque ad observandum indicamus ieiunia; neque, ad exorandum dominum, genibus succidamus.*

CAP. XXV.

Val. Maximus, & Basilica emendantur.

IN Prologo Valerii *Pop. Rom. exterarumque gentium facta, simul ac dicta, memoratu digna, quae apud alios latius diffusa sunt, quam ut breviter cognosci possint, ab illustribus electa auctoribus, deligere constitui.* Iusto Lipsio v. CL. displicet haec geminatio, *electa deligere*: itaque prius expungit. Ego cum illo geminationem non fero; sed, pace viri, neque illius correctionem. Vide annon certior nostra coniectura sit. *Ab illustribus electa auctoribus digerere constitui.* Transeo ad Basilic. Eclog. LVIII. Χωρὶς βασιλικῆς ἐπιτροπῆς ςερω νιμίον ἢ ςοὰν περικλείσας, ἀποδιδότω τοῦτο. Eruditissimus Leunclaius, & patriae suae ingens

gens ornamentum, tentat στενωπὸν, ἢ στοάν. Rescribendum ego censeo: στενορύμιον, ἢ στοάν. Considera mihi ductum litterarum, & adsentieris.

CAP. XXVI.

Σκάφευσις Persarum. Ἀρταῖοι. Eunapius emendatur.

DE Scaphismo Persarum, locus elegans est, apud Eunapium in Maximo. Μικρὰ γὰρ καὶ ἡ Περσῶν λεγομένη σκάφευσις. καὶ οἱ γυναικεῖοι τῶν ἀρτάβρων ἁλισμοὶ πρὸς ἐπιφερομένας ὀδύνας τῷ σώματι. *Parva quidem, & quae Persarum dicitur scapheusis. Et muliebres Artacorum Halismi ad dolores corpori accidentes.* Sed mendosum est illud τῶν ἀρτάβρων. Tzetzes Var. Histor. Chil. x. de hoc ipso supplicio.

Εἰ οὖν ὑπέστη σκάφευσιν περσῶν καὶ τῶν ἀρτάβρων.
Εἴ τε τι δυσχερέστερον ἄλλο παθῶντι πάθος.
Ἔγνωκεν ἂν βαρύτατον μελέτην τυραννίδος.
Si igitur substituit Scapheusin Persarum, & Artacorum;
Sive aliquam aliam difficiliorem ei, qui passus fuerit, passionem
Novimus quidem gravius, cogitationem Tyrannidis.

Ita editur, at cum mendo Typographico; hoc inde est animadvertere, quod interpres vertit, Artaeorum. Ergo τῶν Ἀρταίων scripsit Tzetzes: atque hoc rectum sine dubio, rescribendumque in Eunapio. Confirmat Hesychius. Ἀρταῖοι, οἱ ἥρωες παρὰ Πέρσαις. *Artaei, heroes apud Persas*. Et exaggerat ἀντίθεσις ista Eunapiana, οἱ γυναικεῖοι ἁλισμοὶ τῶν Ἀρταίων. *Muliebres halismi Artaeorum*. Hoc porro supplicii genus plenissime describit Plutarchus in Artaxerse. Illic vide.

CAP. XXVII.

Epistolae. *Plautus illustratus. Hesychius correctus.*

APud Plautum Poenulo, Sc. *Satis spectatum.*
——bibitur, estur, quasi in popina, haud secus.
Ibi tu videas litteratas fictiles epistolas,
Pice signatis nomina insunt cubitum longis litteris.
Ita vinariorum habemus nostrae delectum domi.

Vbi, ut de doctorum hominum explicationibus nihil dicamus, per *litteratas epistolas* intelligit pocula, quae γραμματικὰ ποτήρια veteres adpellabant, ut discimus ex Athenaeo. Eadem uno verbo ἐπιστολαὶ dicebantur, quod doctissimus talium Plautus expressit. Hesychius. Γετικὰ παρ' Ἀλεξάνδρῳ ἐπιστολαὶ, ποτήρια οὕτω καλούμενα. *Getica apud Alexandrum* Epistolae, *pocula quae ita adpellantur*. Ita scribo, non καλουμέναι.

CAP. XXVIII.

Tiberius veste peculiari milites insignit, ablata purpura, quam in laenis gestare solebat.

TIberius, non monstrum illud Romanum, sed Constantinopolitanus, & bonus, Imperator, milites aliquot peculiari veste sua, & nomine, insignivit. Cedrenus narrat. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀγορεύσας σώματα ἐθνικῶν, κατέστησε στράτευμα εἰς ὄνομα ἴδιον. ἀμφιάσας, καὶ καθοπλίσας, αὐτοὺς, χιλιάδας πεντεκαίδεκα. *Imperator autem convocans corpora Gentilium, exercitum suo nomine constituit, vestiens & armans eos, qui erant quindecim millia.* Sed de numero non convenit Zonaras, Annal. III. & χιλιάδας δώδεκα tantum statuit. Erit orta confusio ex negligentia numerorum ιϛ'. & ιε. Porro, quod ad vestitum attinet, eius meminit quoque alibi Hesychius. Ἐμβρόνιον, μικρὸν, καὶ ἀπόρφυρον, ἱμάτιον Τιβερικόν. *Embronion, parvum, & sine purpura, vestimentum Tibericum*. Et observa, quod ait ἀπόρφυρον. Nam milites, sub Imperatoribus Orientalibus, purpuram in laenis gestabant. Dorotheus, Doctr. I. *Habet unusquisque regi militans purpuram in laena sua. Ex quo enim rex purpuram ferre coepit, omnes eius milites togulis suis purpurea signa adposuere, ut ex his adpareat, regios sese esse, & regi commilitare* Ergo purpurea ista signa hi Tiberiani milites non habuerunt.

CAP. XXIX.

Astrampsychus examinatus, & varie emendatus.

IN postremo capite Astrampsychum collocabo, & in eo finem Mantissae nostrae.

ASTRAMPSYCHI, ONEIROCRITICON [1].

Sive de Somniorum Iudiciis.

ἌΝθραξι βαίνειν [1]., ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην.

Ἄπιν

PER prunas incedere, damnum ab inimicis significat.

Apem

Ad Astrampsychi Oneirocriticon Notae.

1. Ἀστραμψύχου ὀνειροκριτικόν.) Astrampsychi huius mentionem non invenio praeterquam apud Suidam, cuius haec verba. Ἀστράμψυχος, ὃς βιβλίον ἰατρικὸν εἰς ὄνων θεραπείαν

Α῎πιν κρατῶν τις 1., ἀςοχεῖ τῶν ἐλπίδων.	Apem habens aliquis, frustratur spe sua.
Α'ργῶς κινεῖσθαι 2., δυςυχεῖς ποιεῖ τρίβυς.	Segniter moveri, calamitosa efficit itinera.
Α῎ρθεις νόον, γίνωσκε γῆν ναίειν 3 ξένην.	Elatus animo, statue peregrinam terram tibi esse incolendam.
Α῎ςρα βλέπειν 4., κάλλιςον ἀνθρώποις πέλει.	Astrorum conspectus, optimus hominibus est.
Βαίνων δὲ κεράμοις 5. δυςμενῶν βλάβην φύγοις.	Incedens per testas, inimicorum damnum fugias.
Βόας θεωρεῖν 6., εἰς κακὴν πρᾶξιν φέρει.	Boves in somnis videre, significat malum.
Βότρυς κατέσθειν 7., ὀμβρικὴν δηλοῖ κλύσιν.	Vvas comedere, imbris significat inundationem.
Βρονταὶ καθ' ὕπνυς 8. ἀγγέλων εἰσὶ λόγοι.	Tonitrua in somnis, sunt Angelorum sermones.
Βρῶσις σύκων δείκνυσι φλυνάφυς λόγυς.	Esus ficuum, significat futiles sermones.
Γάλα γαληνῶν 9. πρόξενον πέλει τρόπων.	Lac, tranquillorum index est morum.
Γάλα σκεδάζει δυςμενῶν συμβυλίας.	Lac dissipat inimicorum consilia.
Γελῶν καθ' ὕπνυς 10., δυςφόρυς ἕξεις τρόπυς.	Ridens in somnis, difficiles habebis mores.
Γέροντα σαυτὸν 11. εἰ βλέπεις. ἕξεις γέρας.	Senem te esse si vides, habebis honorem.
Γυμνὸς καθεσθεὶς, σῶν ὑπεκςῇ πραγμάτων 12.	Nudus sedens, tuis cedes bonis.
Δυςωδίαν νόμιζε τὴν ἀηδίαν.	Graveolentiam existimabo molestiam.
Εἰ θυμιᾷ σέ τις, πικρὸν τὄναρ τόδε.	Si quis suffitum tibi facit, acerbum id somnium est.
Ε῎κδηλός ἐςι βόρβορος ψυχῆς ῥύπος.	Lutum manifestas animi sordes notat.
Ε'χθροῖς συνέσθειν, εἰς συναλλαγὰς φέρει.	Cum inimicis edere, ad reconciliationem confert.
Εὔχρηςον ἀνδρὶ 13. συμπλακῆναι φιλτάτῳ.	Perutile est virum complecti carissimum.
Ε'κκλησίαις ἑςῶσιν ἔγκλησιν φέρει.	In concione stare crimen adfert.
Ζώνη κοπεῖσα 14. τὴν ὁδὸν λύει ταχύ 15.	Cingulum dissectum, iter cito dissolvit.

πέαν πεποίηκε, καὶ Ο'νειροκριτικόν. *Astrampsychus, qui libellum medicum ad asinorum curam pertinentem fecit, & Oneirocriticon.* Diog. Laertius in Prooemio. Καὶ μετ' αὐτὸν γεγονέναι πολλύς τινας μάγυς κατὰ διαδοχὴν ὀςάνας, ἢ ἀςραμψύχυς, ἢ γωβρύας, ἢ παζάτας. *Et post ipsum multos magos ibi successisse, Hostanas, & Amstrampsychos, & Gobryas, & Pazatas.* Hoc quoque monendum: paene omnes hos Oneirocriticos versus apud Suidam diversis locis inveniri, dissimulato tamen, quod ille solens facit, Auctoris nomine. Nos deprehendimus, & nonnulla utrobique hinc inde correximus. Porro, Onirocritica e veteribus scripsere multi, quos ad Artemidorum pag. 2. recenset eruditissimus vir, Nic. Rigaltius, amicus noster. Praeter illos, etiam Pappus Alexandrinus. Testatur Suidas. Πάππος, ἀλεξανδρεὺς φιλόσοφος, γεγονὼς κατὰ τὸν πρεσβύτερον βασιλέα θεοδόσιον, ὅτε καὶ θέων ὁ φιλόσοφος ἤκμαζεν, ὁ γράψας εἰς τὸν πτολεμαίυ κανόνα. βιβλία δὲ αὐτῦ. χωρογραφία οἰκυμενική. εἰς τὰ τέσσαρα βιβλία τῆς πτολεμαίυ μεγάλης συντάξεως ὑπόμνημα. ποταμὺς τὺς ἐν λιβύῃ. ὀνειροκριτικά. *Pappus, Alexandrinus Philosophus sub Theodosio seniore principe claruit, quemadmodum & Theon Philosophus, qui in Canonem Ptolemaei commentatus est. Eius autem libri sunt: Terrarum orbis descriptio. Commentarius in quatuor libros magnae constructionis Ptolemaei. Libyae flumina. Oneirocritica.*

2. Α'νθρακι βαίνειν.) Nicephorus, qui paucis immutatis Astrampsychum transscripsit verius, quam suum Onirocriticum dedit, habet ἄνθρακας βλέπειν. Nihil dicam de ratione versus, quam neuter magnam habet. tamen Astrampsychi lectio melior est, eamque tuetur Suidas. Licet nihilominus Nicephorum etiam defendere, si interpretemur de magno igne. Artemidorus lib. II. cap. IX. Πῦρ δὲ τὸ ἐν χρήσει ὀλίγον μὲν καὶ καθαρὸν ἰδεῖν, ὑφειμένον λέγω ἀγαθὸν εἶναι. πολὺ δὲ, ἢ ἄμετρον, πονηρόν.

1. Α῎πιν κρατῶν τις.) Hunc versum in Suida non inveni. Nicephorus totum mutuatus est.

2. Α'ργῶς κινεῖσθαι.) Nicephorus, & Suidas in Α'ργῶς.

3. Γῆν ναίειν.) Nicephorus. Τὴν γαῖαν.

4. Α῎ςρα βλέπειν.) Suidas in Α῎ςρα. Interpretationem habes apud Achmetem capit. CLXX. Artemid. lib. II. cap. XXXVIII.

5. Βαίνων δὲ κεράμοις.) Nicephorus. Βαίνων κεράμοις. Suidas. Βαίνων κεράμυς, δυςμενῶν βλάβας φύγοις.

6. Βόας θεωρεῖν.) Intellige de armentariis. Artemidor. lib. II. cap. XII. Βόες ἐργάται, πᾶσιν ἀγαθοί. ἀγελαῖοι δὲ βόες, ταραχὰς, καὶ περιβοήσεις σημαίνυσι διὰ τὸ ὄνομα, καὶ κίνδυνον.

7. Βότρυς κατέσθειν.) Longe aliter Artemidor. lib. I. cap. LXXV. Pro κλύσιν Suidas habet λύσιν. Rescribe.

8. Βρονταὶ καθ' ὕπνυς.) Aliter Artemidor. lib. I. cap. VI. Iterum II. cap. VIII. Nicephori sententiam non adscribimus, quum ex Astrampsycho ille hauserit.

9. Γάλα γαληνῶν.) Duorum horum versuum ordinem Suidas invertit. Sed hoc parvi momenti est.

10. Γελῶν καθ' ὕπνυς.) Nicephorus ita mutavit. Γελῶν ἐν ὕπνῳ, δυςφορήσεις ἐξ ὕπνυ.

11. Γέροντα σαυτόν.) Artemidorus lib. I. cap. LII. Α'γαθὸν δὲ ἢ παιδὶ εἰς νεανίσκον, καὶ ἀνδρὶ εἰς γέροντα μεταβαλεῖν. ἕκαςος γὰρ αὐτῶν ἐπὶ τὸ ἐντιμότερον μετέβαλεν. εἰ δὲ νεανίσκος εἰς γέροντα μεταβάλλει. τεθνέξεται μὲν ὐχ ὡς ὁ παῖς, νοσήσει δέ. Ergo ad viros tantum interpretatio Astrampsychi pertinet.

12. Σῶν ὑπεκςῇ πραγμάτων.) Apud Suidam est, Υ'πεκςῇ.

13. Εὔχρηςον ἀνδρί. Hunc versum in Suida non invenio.

14. Ζώνη κοπεῖσα.) In Zonis veteres crumenas gestabant. Aristophanis Scholiast. Ranis. Τὰ βαλάντια ἐν ταῖς ζώναις ἀπῃώρη [illegible] φέρε-

Ἥλους κρατῶν, τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν βλέπεις 1.
Θάλατταν εἰδεῖν μειδιῶσαν, εὔθετον 2.
Θανὼν καθ' ὕπνους 3., δυσφόρους ἕξεις τρόπους 4.
Θρίδακας ἔσθειν 5., σωμάτων δηλοῖ νόσον.
Ἰλὴν πεπλευκὼς 6. τοῦ νόει βλάβην.
Ἵππους μελαίνας οὐ καλὸν πάντως βλέπειν.
Ἵππων δὲ λευκῶν ὄψις, ἀγγέλων φράσις 7.
Καλὸν πέτεσθαι 8., πράξεως καλῆς τόδε.
Κερδοῖ συνὼν 9. τὴν κερδοσύνην προσδόκα.
Κίρκους κατασχὼν 10. οὓ θέλοις πάντως τύχοις.
Κλαίων καθ' ὕπνους 11. παγχαρὴς πάντως ἔσῃ.
Κλασθεῖσα ῥάβδος οὐ καλὸν φέρει πέρας.
Κλεῖδας κρατεῖν δὲ, σύνθεσιν δηλοῖ τρόπων. 12.
Κλῆμα κρατήσας, ἐγκαλεῖσθαι πρὸς δόκα.
Κόπρῳ καθεσθεὶς, ζημίας ἕξεις τρόπους.
Κρημνοῦ πεσόντα, δυστυχῆ δηλοῖ τύχην.
Κυνῶν ὑλαγμὸς, ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην 13.
Λάκκῳ καθεῖναι σαυτὸν, οὐ καλὸν τόδε.
Λαλεῖν καθ' ὕπνους 14. νητρεκὲς τοὔναρ τόδε.
Λέοντας εἰδεῖν 15., δυσμενῶν δηλοῖ μάχην.
Λευκὰς ὁρᾶν τὰς σάρκας, εὔθετον λίαν.
Λευκὴν στολὴν 16. κάλλιστον ἐν ὕπνῳ φέρειν.
Λύκος κεχηνὼς 17. φλυνάφους δηλοῖ λόγους 18.
Μάχην μάχαιρα ζωγραφεῖ 19. κρατουμένη.
Μητρὶ πλακῆναι 20., καλόν ἐστ' ὄναρ τόδε.
Μῦς δ' αὖ φανεὶς 21. ἔνδηλος ἐν τρόποις πέλει 22.
Νεκροὶ βόες 23., δηλοῦσι τοὺς λιμοῦ χρόνους.
Νε-

Clavos tenens stimulos inimicorum cave.
Mare videre placidum, opportunum est.
Mortuus in somnis, curarum eris expers.
Lactucis vesci, corporis denotat morbum.
Si in limo navigaveris, mentis coniice noxam.
Equas nigras videre, omnino non est bonum.
Equorū vero alborū visio, Angelorū adparitio est.
Bonum est volare, actionis probae hoc signum est.
Cum lucro versans exspecta emolumentum.
Accipitres si cepisti, quod voles consequeris.
Plorans in somnis, laetissimus omnino eris.
Fracta virga non fert bonum exitum.
At claves tenere, mores compositos declarat.
Palmitem si tenueris, criminationes exspecta.
In fimo si sederis, noxios habebis mores.
Praecipitio lapsū esse, calamitosam sortē significat.
Canum latratus hostile designat damnum.
Lacui immittere sese, non bonum hoc.
In somnis loqui, verum somnium hoc est.
Leones videre, hostium indicat pugnas.
Albas videre carnes, valde commodum est.
Vestem albam in somnis ferre, optimum est.
Lupus hians ineptos significat sermones.
Pugnam gladius designat adreptus.
Matrem amplecti, bonum est somnium.
Mus vero conspectus benignos mores arguit.
Mortui boves significant famis tempora.
Mor-

φέρουσιν ἄνθρωποι. Fusius haec tractamus Animadvers. Miscellan. lib. III. cap. XXV.

15. Τὴν ὁδὸν λύει ταχύ.) Apud Suidam est, Τάχος.

1. Τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν βλέπεις.) Suidas habet, Βλέπε.

2. Θάλατταν ἰδεῖν μειδιῶσαν.) Artemidorus lib. II. capit. XXIII. Ἀεὶ δὲ ἀγαθὸν, ἠρέμα πορφυροῦσαν καὶ κυμαίνουσαν τὴν θάλασσαν ἰδεῖν. πράξεις γὰρ μεγάλας προαγορεύει.

3. Θανὼν καθ' ὕπνους.) Vide Artemidorus lib. II. cap. LII.

4. Δυσφόρους ἕξεις τρόπους.) Apud Suidam est, Φροντίδων ἔσῃ δίχα. Et ita Nicephorus transscripsit; tueturque hanc lectionem Artemidorus loco citato. Porro huic versui duos alios praemittit Suidas.

Θνῆξις θαλάσσης, ἀγρίας δηλοῖ λύπας.
Θνῆξις θαλάσσης, ἡμέρας τοὔναρ καλόν.

5. Θρίδακας ἔσθειν.) Artemidorus lib. I. capit. LXIX.

6. Ἰλὺν πεπλευκὼς.) Nicephorus aliter. Ἰλὺν ὑποδὺς, τῆς ψυχῆς βλάβην νόει.) Artemidorus lib. II. capit. XXIII. Astrampsychi haec interpretatur non damna mentis, sed bona impedita, & vix eventura.

7. Ἀγγέλων φράσις.) Corrige φάσις. Et sic in Suida est.

8. Καλὸν πέτεσθαι.) Vide Artemidorum lib. II. cap. LXXIII.

9. Κερδοῖ συνών.) Artemidorus lib. II. capit. XII. interpretatur inimicum clam insidias tendentem. Foede autem hic labitur interpres.

10. Κίρκους κατὰ χών.) Artemidor. lib. II. cap. XX. refert ad praedones manifestos.

11. Κλαίων καθ' ὕπνους.) Artemidor. lib. II. cap. LXV.

12. Σύνθεσιν δηλοῖ τρόπων.) Nicephorus Σύνθεσιν ἔχει τόπων. Male; tu rescribe, τρόπων.

13. Ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην.) In Nicephoro est, Ἐχθρικὸν δηλοῖ κρότον. Sed Astrampsychi lectionem tuetur Suidas.

14. Λαλεῖν καθ' ὕπνους.) Suidas confuse. Ὄναρ καθ' ὕπνους νητρεκὲς λάλειν τόδε.

15. Λέοντας ἰδεῖν.) Vide Artemidor. lib. II. cap. XII.

16. Λευκὴν στολήν.) Suidas hic subiungit hunc versum. Λευκοὺς λίνους ἔχοντες αὐχοῦσι μέγα. Quem licet hic inserere, non enim dubium est, quin sit Astrampsychi.

17. Λύκος κεχηνώς.) Apud Nicephorum est, Λάκκος κεχηνώς. Corrige.

18. Φλυνάφους δηλοῖ λόγους.) Suidas. Τρόπους. Nicephorus Astrampsychi lectionem firmat.

19. Μάχην μάχαιρα ζωγραφεῖ.) Artemidor. lib. II. capit. XXXII. Μάχαιρα δὲ καὶ ξίφος τὸν θυμὸν τοῦ ἰδόντος σημαίνουσι, καὶ τῶν χειρῶν τὸ ἰσχυρότατον, καὶ τῆς γνώμης τὸ τολμηρότατον.

20. Μητρὶ πλακῆναι.) Artemidorus lib. I. cap. LXXXII. Et huc pertinet somnium Iulii Caesaris, de quo Suetonius cap. VII. *Confusum eum somnio proximae noctis (nam visus erat per quietem matri stuprum intulisse) coniectores ad amplissimam spem incitaverunt, arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes.*

21. Μῦς δ' αὖ φανείς.) Artemidorus lib. III. cap. XXVIII.

22. Ἔνδηλος ἐν τρόποις πέλει.) Apud Suidam est, Ἔνδολος. Male. Nicephorus. Δῆλον ἐμποιεῖ τρόπον.

23. Νεκροὶ βόες.) Sumtum ex interpretatione Iosephi, quae est in S. Scriptura. Tamen illic est de macris, non de mortuis.

Νεκροὺς ὁρῶν 1., νέκρωσιν ἕξεις πραγμάτων.	Mortuos videns, exitium rerum habebis.
Νενησμένα κρατῶν 2. δέ, προσδόκα λύπας.	Fila tenens exſpecta moleſta.
Νῆξις θαλάσσης 3., ἀγρίας δηλοῖ λύπας.	Natatio marina ſaevos indicat dolores.
Νῆξις θαλάσσης ἡμέρας, ὄναρ καλόν.	Natatio marina interdiu bonum ſomnium eſt.
Ξηρῶν φανέντων δενδρέων 4., κενοὶ κόποι.	Quum aridae adparuerint arbores, inanes labores erunt.
Οἱ μάργαροι 5. δηλοῦσι δακρύων ῥόον.	Margaritae ſignificant lacrumarum flumen.
Οἶνος κενωθεὶς ἀγγέων 6., παύει λύπας.	Vinum effuſum e vaſis, ſedat moleſtias.
Οἶνος ῥυπώδης ἐκτρανοῖ πολλὰς λύπας.	Vinum mucidum declarat multas moleſtias.
Οἴνου μετασχὼν, προσδόκα δεινὰς μάχας.	Vinum ſi hauſeris, exſpecta graves pugnas.
Ὅλμον καθαίρειν 7., φροντίδων δηλοῖ λύσιν.	Truncum corporis purgare, ſolutionem curarum ſignificat.
Ὄρει προσέρπειν 8., πραγμάτων δηλοῖ βίον.	Ad montem adrepere, negotiorum ſignificat difficultatem.
Ὁρῶν ἔλαιον, ἐκφύγῃς πᾶσαν βλάβην.	Videns oleum omnem effugies noxam.
Ὄφεις πατεῖν 9., τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν λύει.	Serpentes calcare, aculeos inimicorum ſolvit.
Πᾶσαι δὲ μίξεις πρόξενοι μακρῶν πόνων 10.	Omnes congreſſus longos labores conciliant.
Πέδας κρατῶν 11., κίνδυνον ἐλθεῖν προσδόκα.	Pedicas tenens periculum venturum exſpecta.
Περιστερὰς βλέπειν δὲ, προξενεῖ βλάβας 12.	Columbas videre, denuntiat detrimentum.
Πέτρᾳ καθεσθεὶς, ἐλπίδας χρηστὰς ἔχε.	Saxo inſidens, ſpem bonam concipe.
Πηγὴ διαυγὴς, τὰς νοὸς λύει λύπας 13.	Fons limpidus animi pellit moleſtias.
Πόδας καθαίρειν φροντίδων δηλοῖ λύσιν.	Pedes purgare, curarum ſolutionis ſignum eſt.
Πόδας πλατεῖς ἔχοντα, σημαίνει λύπας.	Pedes latos habere, notat moleſtias.
Ποδῶν κοπέντων, μηδ' ὅλως ἄρχου τρίβου 14.	Pedibus amputatis, nullo modo iter ſuſcipe.
Πρήθων τὸ σῶμα, δυσκλεὴς ἔσῃ λίαν.	Vrens corpus, admodum infamis eris.
Πῶλον βλέπειν τρέχοντα, μυστικὸν τόδε.	Pullum equinum currentem videre, arcanum eſt.
Σάρκας μελαίνειν, οὐ καλόν παισὶν τόδε 15.	Carnes nigreſcere, non bonum hoc eſt pueris.
Στολὴν φορεῖν μέλαιναν, οὐ καλὴ θέα 16.	Veſtem ferre nigram, non pulcrũ eſt ſpectaculũ.
Στολὴν δ' ἀλουργὸν, εἰς μακρὰν νόσον φέρει.	Ac veſtem purpuream, in longũ morbũ conicit.
Στολὴν δ' ἐρυθρὰν, εἰς καλὴν πρᾶξιν φέρει.	Veſtem rubram, honeſtae actioni confert.
Στολὴν φορεῖν ἄνακτος, ἐλπίδων λύσις.	Veſtem ferre regis, ſpei ſolutio eſt.
Στρουθὸν κρατῶν 17. φεύγοντα, προσδόκα βλάβην.	Paſſerem tenens fugientem, exſpecta noxam.
Στύλον κρατῶν, ἔλπιζε τὴν θείαν χάριν.	Columnam tenens, ſpera divinam gratiam.
Συνθλᾶν μάχαιραν 18., δυσμενῶν δηλοῖ θλάσιν.	Gladium confringere, inimicorum ſignificat contritionem.
Σφῆκες φανέντες δυσμενῶν εἰσι βλάβαι.	Crabrones viſi inimicorum ſunt nocumenta.
Τείχει καθεσθεὶς 19., εὐτυχὴς πέλειν δόκει.	Moenibus inſidens, fortunatum te fore putato.

1. Νεκροὺς ὁρῶν.) Aliter explicat Artemidorus lib. II. cap. LXII. Hunc videas, ſi tanti cenſes.

2. Νενησμένα κρατῶν.) Suidas. Κρατεῖν.

3. Νῆξις θαλάσσης.) Duorum horum verſuum idem initium eſt. Apud Suidam θνῆξις legitur. Sed ego in priori νῆξις, in poſteriori θνῆξις ſcribendum cenſeo, pro ratione interpretationis. Natans, ſive fluctuans mare convenit doloribus, mortuum autem, ſive placidum, ac tranquillum e contra bonum ſomnium portendit.

4. Ξηρῶν φανέντων δενδρέων. Artemidorus aliter interpretatur lib. IV. cap. XII.

5. Οἱ μάργαροι.) Refer ad viros. Nam ſi feminae viderint, alia eſt ſignificatio. Vide Artemidorum lib. II. cap. V. In Suida porro eſt, Μαργαρῖται δηλοῦσι, ut & in Nicephoro.

6. Οἶνος κενωθεὶς ἀγγέων.) Suidas interpunctione laborat.

7. Ὅλμον καθαίρειν.) Suidas. Ὅλον. Atque hoc praetulerim.

8. Ὄρει προσέρπειν.) Artemidorus lib. II. cap. XXXIII.

9. Ὄφεις πατεῖν.) Artemidorus lib. II. cap. XIII. Ὄφις δὲ νόσον σημαίνει, καὶ ἔχθραν ἐπάγει. ὅπως δ' ἂν διαθῇ τινα, οὕτω καὶ ἡ νόσος καὶ ὁ ἐχθρὸς τὸν ἰδόντα διαθήσουσιν.

10. Πρόξενοι μακρῶν πόνων.) Suidas. Πόθων. Et rectius.

11. Πέδας κρατῶν.) Suidas, παῖδας. Sed hoc mendum eſt, & corrige. Artemidorus lib. II. cap. LII. Πέδαι κατοχῆς καὶ ἐμποδισμοῦ εἰσι σημαντικαὶ, καὶ νόσου, διὰ τὸ καθεκτικόν.

12. Περιστερὰς βλέπειν δὲ, προξενεῖ βλάβας.) Sic Suidas quoque. Tamen plane contra Nicephorus. Περιστερὰν βλέπων τις μήνυει χαράν. Et interpretationem illam firmat Artemidor. lib. II. cap. XX. Σημαίνουσι δὲ περιστεραὶ καὶ τὴν ἐν τοῖς πρασσομένοις ἐπαφροδισίαν, διὰ τὸ ἀνακεῖσθαι τῇ ἀφροδίτῃ. καὶ πρὸς φιλίας δὲ καὶ κοινωνίας, καὶ συναλλαγὰς πάσας, εἰσὶν ἀγαθαὶ, διὰ τὸ συναγελαστικὸν αὐτῶν. Eadem eſt interpretatio Achmetis cap. CCXCIII.

13. Τὰς νοὸς λύει λύπας.) Suidas. Τὰς νηός. Sine dubio mendoſe. Nicephorus. Ψυχικὰς λύει λύπας.

14. Μηδ' ὅλως ἄρχου τρίβου.) Nicephorus. Μηδαμῶς ἄρχε βίου, omnino corrupte.

15. Οὐ καλὸν παισὶν τόδε.) Suidas. Πᾶσι.

16. Οὐ καλὴ θέα. Suidas mendoſe. Οὐκ ἀληθέα. Vide Artemidorus lib. II. cap. III.

17. Στρουθὸν κρατεῖν.) Achmes cap. CCCI.

18. Συνθλᾶν μάχαιραν.) Suidas. Μαχαίρας.

19. Τείχει καθεσθείς.) Artemidorus lib. II. cap. XIII.

Τρέχειν καθ' ὕπνους 1., εὐσθενεῖς ποιεῖ τύχας.	Currere in somnis, firmas facit fortunas.
Τρίχας καρῆναι 2., πραγμάτων δηλοῖ βλάβην.	Capillos resecari, negotiorum notat damnum.
Τρίχας πεσεῖν δὲ, κίνδυνον φέρει μέγαν.	At capillos defluere, periculum adfert magnum.
Τρώγων γλυκεῖα, πικρίας ἕξεις τρόπους.	Edens dulcia, acerbis praeditus erit moribus.
Τυφλὸν γενέσθαι 3., παγκαλὸν λίαν ἔφυ 4.	Caecum videri omnium optimum est,
Ὕδωρ βλύον 5. κάτωθεν, ἐχθροὺς μηνύει 6.	Aqua scaturiens inferne inimicos indicat.
Ὕδωρ διαυγὲς, μηνύει χρηστὸν τόδε.	Aquam limpidam ebibere, utile hoc est.
Ὕδωρ πίνων πηλῶδες, ἐν λύπαις ἔσῃ.	Aquam bibens lutosam, corporis praedicit morbū.
Φανεὶς λαγωὸς 7. δυστυχεῖς ποιεῖ τρίβους 8.	Conspectus lepus, infelix facit iter.
Φιλεῖν, ἐγείρει 9. δυσμενῶς μακρὰς μάχας.	Osculari, vel amare, excitat hostium diuturnas pugnas.
Φλοῖσβος θαλάσσης 10. πραγμάτων δηλοῖ κλόνον.	Sonitus maris, negotiorum significat concussionem.
Φωστῆρας εἰδεῖν 11., πραγμάτων δηλοῖ φάος.	Luminaria videre, rerum significat lucem.
Χεῖρας καθαίρειν, φροντίδων δηλοῖ λύσιν.	Manus lavare, curarum solutionem denotat.
Χειρὸς πετασθεὶς κίρκος, ἄρχουσι βλάβη.	Manu elapsus accipiter, imperantibus noxa est.
Χιτὼν ῥαγεὶς, ἔῤῥησε φροντίδων βάρος.	Tunica disrupta, rumpit curarum onus.
Χιὼν φανεῖσα, δυσμενῶν ἔχθρας φέρει.	Nix in somnis visa, hostium inimicitias adfert.
Χρυσὸν κρατῶν, ἄπρακτος ὧν θέλεις ἔσῃ.	Aurum si tenueris, infecta erunt, quae vis.
Χύσις ποταμία δυσμενῶν λύει 12. χαράν.	Effusio fluvii, inimicorum solvit gaudium.
Ὠὰ κρατεῖν 13., ἔσθειν τε, σημαίνει λύπας.	Ova tenere, & edere, denotat molestias.

ΤΕΛΟΣ. FINIS.

1. Τρέχειν καθ' ὕπνους.) Artemidor. lib. I. capit. LX. Τρέχειν δὲ δρόμον ἁπλῶς πᾶσιν ἀγαθόν.

2. Τρίχας καρῆναι.) Vereor ne tonsuram, & rasionem confundat. Vide Artemidorum lib. I. cap. XXIII.

3. Τυφλὸν φανέσθαι.) Plane contraria interpretatio est. Artemidorus libro I. capit. XXVIII.

4. Λίαν ἔφυ.) Suidas. Πέλει λίαν.

5. Ὕδωρ βλύον.) Suidas. Βλύζον.

6. Μηνύει.) Suidas. Ἐκπίνειν.

7. Φανεὶς λαγωός.) Suidas. Φανεὶς ὁ λαγώς.

A

8. Δυστυχεῖς ποιεῖς τρίβους.) Artemidorus lib. IV. cap. LVIII. Τὰ δειλὰ, καὶ ἀνελεύθερα, δειλοὺς ἢ δραπέτας παριστῶσιν. ὡ ἔλαφος, λαγὼς, κύων. Aliter Achmes cap. CCLXXVIII.

9. Φιλεῖν ἐγείρει.) Artemidorus libro II. cap. II.

10. Φλοῖσβος θαλάσσης.) Artemid. lib. II. cap. XXIII.

11. Φωστῆρας ἰδεῖν.) Vide Artemid. lib. I. cap. LXXVI. & lib. II. cap. IX.

12. Ὠὰ κρατεῖν.) Artemidorus lib. II. capit. XLVIII.

B

13. Ποταμία δυσμενῶν λύει.) Suidas aliter. Ποταμοῦ δυσμενῆ δηλοῖ χάραν.

DIO-

DIONYSIUS

SIVE

DE AUCTORIBUS ISTIUS NOMINIS, EORUMQUE SCRIPTIS.

LIBER SINGULARIS.

SYLLABVS AVCTORVM
HVIVS NOMINIS.

Dionysius AEgiensis.
Dionysius Albianus.
Dionysius Alexandrinus, Glauci F.
Dionysius Alexandrinus, Teri F.
Dionysius Alexandrinus, Christianus.
Dionysius Alexandrinus, Episcopus.
Dionysius Arei F.
Dionysius Areopagita.
Dionysius Argivus.
Dionysius Ascalaphus.
Dionysius Atheniensis.
Dionysius Bithynus, Dialecticus.
Dionysius Byzantius.
Dionysius Carthaginiensis.
Dionysius Chalcidensis.
Dionysius Chalcus.
Dionysius Charmidae F.
Dionysius Colophonius.
Dionysius Corinthius, Maior.
Dionysius Corinthius, Minor.
Dionysius Cyrtus.
Dionysius Cyzicenus.
Dionysius Diogenis F.
Dionysius Exiguus.
Dionysius Halicarnasseus, Maior.
Dionysius Halicarnasseus, Minor.
Dionysius Heliopolites.
Dionysius Heracleotes.
Dionysius Hydragogus.
Dionysius Iambus.
Dionysius Leptus.
Dionysius Leuctricus.
Dionysius Longinus.
Dionysius Metathemenus.
Dionysius Milesius, Maior.
Dionysius Milesius, Minor.
Dionysius Mitylenaeus.
Dionysius Musonii F.
Dionysius Nestor.
Dionysius Olynthius.
Dionysius Oxymachi F.
Dionysius Phaselita.
Dionysius Philadelphensis.
Dionysius Rhodius.
Dionysius Salustius.
Dionysius Samius.
Dionysius Scymnaeus.
Dionysius Scytobrachion, sive Scyteus.
Dionysius Siculus, Maior.
Dionysius Siculus, Minor.
Dionysius Sidius.
Dionysius Sidonius.
Dionysius Sinopensis.
Dionysius Stoicus.
Dionysius Thrax.
Dionysius Tryphonis F.
Dionysius Vticensis.
Dionysius Zopyrus.

DIONYSIVS

SIVE

DE AVCTORIBVS ISTIVS NOMINIS, EORVMQVE SCRIPTIS.

LIBER SINGVLARIS.

DIONYSII nomine Scriptores plures citari ab Antiquis invenio; placuit autem singillatim hic proponere, quae de illis, eorumque item Operibus, apud Auctores passim mihi observata. Tu, benigne Lector, opera hac mea utere, ac fruere. Primus autem esto,

DIONYSIVS AEGIENSIS.

Qui scripsit,

Δικτυακά

Capitibus centum. Photius in Bibliotheca. Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον Διονυσίου Αἰγιέως, Δικτυακῶν ἐπιγραφὴν ἔχον, ἐν ᾧ κεφάλαια περιείληπτο τὸν ἀριθμὸν ἑκατόν. *Lectus est libellus Dionysii AEgiensis, habens* Δικτυακῶν, vel Reticulatorum, *inscriptionem, in quo capita numero centum comprehendebantur.*

DIONYSIVS ALBIANVS.

Eius, non expresso Opere, meminit Scholiastes Apollonii lib. II. Διονύσιος ὁ Ἀλβιανὸς ἱστορεῖ τὰς εὐρείας ἠϊόνας λέγεσθαι Ἀχιλλέως δρόμον. *Dionysius Albianus memoriae tradit Achillis cursum dici lata litora.*

DIONYSIVS ALEXANDRINVS.

Huius hodie exstat Poema,

Οἰκουμένης Περιήγησις.

Sed mentiri Auctorem suum inscriptionem hanc ostendemus. Primo, nemo aliorum Scriptorum ita laudat; deinde propius inspiciamus. Dionysii Alexandrini duo fuerunt: unus,

GLAVCI F.

Grammaticus, qui a Nerone ad Traianum aetatem produxit: de quo Suidas. Διονύσιος Ἀλεξανδρεὺς, ὁ Γλαύκου υἱός. Γραμματικός. ὅστις ἀπὸ Νέρωνος συνῆν, καὶ τοῖς μέχρι Τραϊανοῦ· καὶ τῶν Βιβλιοθηκῶν προὔστη, καὶ τῶν ἐπιστολῶν καὶ πρεσβειῶν ἐγένετο, καὶ ἀποκριμάτων· ἦν δὲ καὶ διδάσκαλος Παρθενίου τοῦ Γραμματικοῦ, μαθητὴς δὲ Χαιρήμονος τοῦ Φιλοσόφου. ὃν καὶ διεδέξατο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. *Dionysius Alexandrensis, Glauci F. Grammaticus; qui a Nerone interfuit, etiam illis usque ad Traianum; & Bibliothecis praefuit. Et ab epistolis & legationibus, & responsis. Erat autem & Parthenii Grammatici magister, discipulus vero Chaeremonis Philosophi, cui etiam Alexandriae successit.* Alter,

TERI F.

A quo etiam Terus cognomento dictus. Ecce de eo idem Suidas. Διονύσιος Ἀλεξανδρεύς. Θρᾷξ δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς Τήρου, Τῆρος τοὔνομα κληθείς· Ἀριστάρχου μαθητής· Γραμματικός. ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ, ἐπὶ Πομπηΐου τοῦ Μεγάλου· καὶ ἐξηγήσατο Τυραννίωνι τῷ προτέρῳ. συνέταξε δὲ πλεῖστα γραμματικά τε καὶ συνταγματικὰ, καὶ ὑπομνήματα. *Dionysius Alexandrensis; Thrax vero a patre Tero, Terus cognomento dictus; Aristarchi discipulus; Grammaticus; qui Romae docuit, Pompeii Magni tempore; & Tyrannionem primum instruxit; composuit autem plurima grammatica & syntagmatica, tum commentaria.* Vides in neutro mentionem huius Operis. Ipse Suidas Dionysii Byzantii putat. Sic enim ait in Dionysio Musonii F. Ὑπολαμβάνω ὅτι Διονύσιος ὁ Περιηγητὴς Βυζάντιος ἦν, διὰ τὸν ποταμὸν Ῥόβαν. *Existimo Dionysium Periegeten Byzantium esse, propter fluvium Rhobam.* Verum & illum sua coniectura fallit; nam Byzantius iste scripsit Περιήγησιν non τῆς οἰκουμένης, sed tantum τοῦ ἐν τῷ Βοσπόρου ἀνάπλου; ut ipse in eo testatur, & nos statim locum producemus. Verisimile magis, Corinthii esse, aut Milesii; de quo infra videre est. Vt autem ad Dionysium hunc Teri F. sermonem inceptum reducamus, observandum de eo in citatis Suidae verbis, paterno genere Thracem fuisse. Itaque apud Auctores passim DIONYSIVS THRAX indigetatur. Etymologici Auctor. Διονύσιος ὁ Θρᾷξ. ἰστέον ὅτι Θρᾷξ ἐλέγετο, ἢ διὰ τὸ τραχὺ τῆς φωνῆς, ἢ ὅτι τῇ ἀληθείᾳ Θρᾷξ ἦν. οὗτος δὲ ὁ Διονύσιος μαθητὴς ἦν τοῦ Ἀριστάρχου· καὶ τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον ζωγραφήσας, ἐν τῷ στήθει αὐτοῦ τὴν τραγῳδίαν ἐζωγράφει· διὰ τὸ ἀποστηθίζειν αὐτὸν παρὰ τὴν τραγῳδίαν. *Dionysius Thrax. Sciendum est Thracem dici, vel propter vocis asperitatem, vel quod vere Thrax sit; hic autem Dionysius discipulus erat Aristarchi; & quum suum depinxisset magistrum, in pectore*

eius

eius tragoediam depingit; quia ille expectorabat omnem tragoediam. Laudatur ab eodem in ἐαυ̃ς, ἐπισχόμενος, & ταρφειάς. Apud Suidam quoque in Πέλανοι, legendum existimo, Διονύσιος Θρᾷξ, *Dionysius Thrax*, pro Δ. Θραξὶ, *D. Thracibus*. Inter Opera eius,

Μελέται.

Scholiastes Homeri ad Odyss. x. Διονύσιος ὁ Θρᾷξ ἐν ταῖς Μελέταις, ἵνα φησὶ τὴν πολλὰ μεταξὺ πέτει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρυ. *Dionysius Thrax in Meditationibus, ubi ait illud,* multa inter volant calicem & labium supremum. Item,

Περὶ τῆς ἐμφάσεως τῦ περὶ τῶν τροχίσκων συμβόλυ.

Atque ex eo Opere insigne fragmentum conservavit nobis Clemens Strom. v. Α'λλὰ καὶ Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, ὁ Γραμματικὸς, ἐν τῷ Περὶ τ̃ ἐμφάσεως τῦ περὶ τῶν τροχίσκων συμβόλυ, φησὶ κατὰ λέξιν. Ε'σήμαινον γ' ὖν ὐ διὰ λέξεως μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ συμβόλων ἔνιοι τὰς πράξεις· διὰ λέξεως μὴν, ὡς ἔχει τὰ λεγόμενα Δελφικὰ παραγγέλματα, τὸ Μηδὲν ἄγαν, καὶ τὸ Γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὰ τύτοις ὅμοια· διὰ δὲ συμβόλων, ὡς ὅ τε τροχὸς, ὁ στρεφόμενος ἐν τοῖς τ̃ θεῶν τεμένεσιν, ἑλκυσμένος παρὰ Αἰγυπτίων· καὶ τὸ τῶν θαλλῶν τ̃ διδομένων τοῖς προσκυνῦσι. φησὶ γὰρ Ο'ρφεὺς ὁ Θρᾴκιος·

Θαλλῶν δ' ὅσσα γροτοῖσιν ἐπὶ χθονὸς ἔργα μέμηλεν,
Οὐδὲν ἔχει μίαν αἶσαν ἐπὶ φρεσὶν, ἀλλὰ κυκλεῖται
Πάντα πέριξ· στῆναι δὲ καθ' ἓν μέρος ὐ θέμις ἐστίν.
Α'λλ' ἔχει, ὡς ἤρξαντο, δρόμυ μέρος ἶσον ἕκαστος.

οἱ θαλλοὶ ἤτοι τ̃ πρώτης τροφῆς σύμβολον ὑπάρχυσιν, ἢ ὅπως ἐπιςῶνται οἱ πολλοὶ, τὺς μὲν καρπὺς δι' ὅλυ θάλλειν καὶ αὔξεσθαι διαμένοντας ἐπιπλεῖστον· σφᾶς δὲ αὐτὺς ὀλίγου εἰληχέναι τὸν τῆς ζωῆς χρόνον· τύτυ χάριν δίδοσθαι τὺς θαλλὺς βέλονται· ἴσως δὲ καὶ ἵνα ἐπιςῶνται ὅτι ὡς ὗτοι αὖ καίονται, ὕτως καὶ τὺς εἰς τῦτον τὸν βίον ταχέως ἐκλιπεῖν, καὶ πυρὸς ἔργον γἰνήσεσθαι. *Sed & Dionysius Thrax, Grammaticus, in libro de declaratione symboli in rotulis, inquit ad verbum. Significabant igitur non per dictionem solum, & per symbola nonnulli actiones; per dictionem quidem, ut sunt, quae dicuntur Delphica praecepta, Nihil nimis, & Nosce te ipsum & his similia: per symbola autem, sic ut & rota, quae vertitur in Deorum templis, tracta ab AEgyptiis; & istud ramorum, qui dantur iis qui adorant. Inquit enim Orpheus Thracius?*

Sed ramorum quaecumque hominibus in terra curae sunt opera,
Nil habet fatum unum in mente, sed volvuntur
Omnia circum; stare autem in una parte non fas est;
Sed habet, uti inceperunt, aequalem cursus partem unusquisque.

Rami sive primi alimenti symbolum sunt, sive ut sciat vulgus, fructus quidem omnino germinare & augeri manentes utplurimum; se autem ipsos parvum accepisse vitae tempus; huius causa dare volunt ramos; forsan autem etiam ut sciant, sicut ii post uruntur, sic & illos in hanc vitam ingressos celeriter deficere, & ignis opus futuros esse. Porro scripsit,

Περὶ ἐνυπνίων.

Tertullianus innuit lib. de Anima cap. XLVI. *Neoptolemus Tragoedus, apud Rhoeteum Troiae sepulcrum Aiacis, monitus in somnis, & cum lapidum senia deponit, dives inde auro redit. Quanti autem commentatores & adfirmatores in hanc rem, Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Cratippus, Dionysius Rhodius, & Hermippus, tota seculi litteratura.* Atqui, inquies, Rhodium mihi Dionysium tu hic nominas, & non Thracium. Eximam scrupulum. Ita nuncupabatur hic noster, etsi Alexandrinus esset. Strabo docet lib. XIV. Διονύσιος δὲ ὁ Θρᾷξ, καὶ Α'πολλώνιος ὁ τὺς Α'ργοναύτας ποιήσας, Α'λεξανδρεῖς μὲν, ἐκαλῦντο δὲ Ρ'όδιοι. *Dionysius autem Thrax, & Apollonius qui Argonautas condidit, Alexandrini quidem, Rhodii vero dicebantur.* Nisi contendas accipiendum de Dionysio Musonii F. quem Rhodium alii, nonnulli Samium tradiderunt; ut mox suo loco dicemus. Scripsit etiam,

Περὶ Ρ'όδυ.

Stephanus in Ταρσός· Διονύσιος δὲ ὁ Θρᾷξ ἐν τῷ περὶ Ρ'όδυ, ἀπὸ τῆς τῦ Βελλεροφόντυ πτώσεως· μέρος γάρ τι τῦ ποδὸς ταρσὸν καλεῖσθαι. *Dionysius autem Thrax in libro de Rhodo ab Bellerophontis casu; partem enim quamdam pedis calcem vocari.* Alius vero item ab his fuit,

DIONYSIUS ALEXANDRINUS,
Christianus.

Qui scripsit,

Υ'πόμνημα εἰς τ̃ Ε'κκλησιαςὴν Σολομῶντα.

Suidas de eo. Διονύσιος, ἐξ Α'λεξανδρείας, ὖ εὗρον ὑπόμνημα εἰς τὸν Ε'κκλησιαςὴν Σολομῶντα, λίαν εὐφραδές. *Dionysius ex Alexandria, cuius inveni commentarium in Ecclesiasten Solomonem, valde disertum.* Huius quoque esse puto *Enarrationem in Epistolam Pauli ad Romanos*, quae exstat in Bibliotheca Augustana. Alius ab hoc,

DIONYSIUS ALEXANDRINUS,
Episcopus.

De eo, Scriptisque, vide Eusebium lib. VI. capp. XLIV. XLV. XLVI. & librum totum VII. item Nicephorum lib. VII. cap. VI. (a)

DIONYSIUS AREI F.

Suetonius in Augusto cap. LXXXIX. *Deinde etiam*

(a) Consule etiam *Hieronymum Catalogo*.

etiam varia eruditione repletus Sphaeri, Arei philosophi, filiorumque eius Dionysii & Nicanoris, contubernium iniit. De Scriptis eius nihil liquet.

DIONYSIVS AREOPAGITA.

Hic itidem Christianus. Eiusque Scripta hodie exstant. (a)

DIONYSIVS ARGIVVS.

Videtur Historias scripsisse. Clemens Stromat. I. Κατὰ δὲ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς Ἀγαμέμνονος βασιλείας, Ἴλιον ἑάλω, Δημοφῶντος τοῦ Θησέως βασιλεύοντος Ἀθήνησι τῷ πρώτῳ ἔτει, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρας ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. *Octavo autem & decimo anno regni Agamemnonis, Ilium captum est, regnante Athenis Demophoonte Thesei filio anno primo, duodecimo mensis Thargelionis, ut inquit Dionysius Argivus.* Scholiast. Pindari Nem. ode II. Κατὰ μέρη πρότερον τῆς (Ὁμήρου) ποιήσεως διαδιδομένης, τῶν ἀγωνιστῶν ἕκαστος, ὅ, τι βούλοιτο μέρος ᾖδε. τοῦ δὲ ἄθλου τοῖς νικῶσιν ἀρνὸς ἀποδεδειγμένου προσαγορευθῆναι τότε μὲν ἀρνῳδούς· αὖθις δὲ ἑκατέρας τῆς ποιήσεως εἰσενεχθείσης, τοὺς ἀγωνιστὰς οἷον ἀκουμένους πρὸς ἄλληλα τὰ μέρη, καὶ τὴν σύμπασαν ποίησιν ἐπιόντας, ῥαψῳδοὺς προσαγορευθῆναι. ταῦτά φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. *Quum per partes (Homeri) primo poema traderetur, certantium quisque, quam volebat, partem canebat. Praemio autem victoribus agno exhibito tum quidem cognominatus fuisse arnodos; rursus vero utraque poesi illata, certantes, utpote auditos ad mutuas partes & universum carmen exsequentes, rhapsoedos vocatos fuisse. Haec scribit Dionysius Argivus.*

DIONYSIVS ASCALAPHVS.

Ita dictus fuit, vel quod semper in ore haberet istum Homeri versum.

> Οἳ δ' ἀμφ' Ἀσκάλαφον καὶ Ἰάλμενον, ἠδ' Ὀρέστην.
>
> *Qui autem circa Ascalaphum & Ialmenum, vel Orestem.* (b)

Vel quod corpore procero ac gracili esset, instar avis ascalaphi. Etymologici Auctor. Διονύσιος ὁ Ἀσκάλαφος· ἐλέγετο δὲ ὅτι συνεχῶς ἐμέμνητο τοῦ Ὁμηρικοῦ στίχου·

> Οἳ δ' ἀμφ' Ἀσκάλαφον καὶ Ἰάλμενον, ἠδ' Ὀρέστην.

ἢ ἐπειδὴ μακρὸς καὶ λεπτὸς ἦν, καὶ ὠχρός. τοιοῦτον δέ ἐστιν ὁ ἀσκάλαφος τὸ ὄρνεον. *Dionysius Ascalaphus; dicebatur autem quod continuo memorabat versum Homericum;*

> *Qui autem circa Ascalaphum & Ialmenum, vel Orestem.*

vel quoniam longus & gracilis erat, & pallidus. Talis autem volucris est ascalaphus. Atque hunc esse arbitror, qui etiam ὁ Λεπτὸς dicebatur; cuiusque *Commentarium in Theodoridae Carmen de Amore* laudat Athenaeus lib. XI. Διονύσιος δ' ὁ Λεπτὸς, ἐξηγούμενος Θεοδωρίδα τὸ εἰς τὸν Ἔρωτα μέλος, τὴν κελέβην φησὶ τίθεσθαι ἐπὶ ὀρθοῦ ποτηρίου, οἷον Προυσιάδος καὶ Θηρικλέους. *Dionysius autem Gracilis, exponens Theodoridae carmen in Amorem, celeben inquit poni in recto poculo, quale Prusiadis & Thericlei.*

DIONYSIVS ATHENIENSIS.

De eo dixi Bibl. Att. lib. II.

DIONYSIVS BITHYNVS.

Dialecticus.

Strabo lib. XII. Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι κατὰ παιδείαν γεγόνασιν ἐν τῇ Βιθυνίᾳ, Ξενοκράτης τε ὁ φιλόσοφος, καὶ Διονύσιος ὁ διαλεκτικός. *Viri autem memorabiles propter doctrinam in Bithynia fuerunt, & Xenocrates philosophus, & Dionysius dialecticus.* Meminit eius quoque Diogenes Laertius in Aristippo lib. II. Ἤκουσε δὲ καὶ Ἀννικέριδος ὁ Θεόδωρος, καὶ Διονυσίου τοῦ διαλεκτικοῦ, καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν Φιλοσόφων διαδοχαῖς. *Audivit autem & Anniceridem Theodorus, & Dionysium dialecticum, ut dicit Antisthenes in Philosophorum successionibus.* Scripta eius incerta.

DIONYSIVS BYZANTIVS.

Scripsit,

Περιήγησιν τοῦ ἐν τῷ Βοσπόρῳ ἀνάπλου.

Et

Περὶ Θρήνων.

Suidas commemorat. Διονύσιος Βυζάντιος, ἐποποιός. Περιήγησιν τοῦ ἐν τῷ Βοσπόρῳ ἀνάπλου. Περὶ Θρήνων. ἔστι δὲ ποίημα μεστὸν ἐπικηδείων. *Dionysius Byzantius, versificator. Descriptionem navigationis in Bospori. De luctibus: est vero poema plenum cantibus sepulcralibus.* Eius Περιήγησις nominatur etiam a Stephano in Χρυσόπολις, ubi fragmentum quoddam eius profert. Διονύσιος δ' ὁ Βυζάντιος τὸν ἀνάπλουν τοῦ Βοσπόρου γράφων, περὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τάδε φησί. Κέκληται δὲ Χρυσόπολις, ὡς μὲν ἔνιοί φασιν, ἐπὶ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας, ἐνταῦθα ποιουμένων τοῦ προσιόντος ἀπὸ τῶν πόλεων χρυσοῦ τὸν ἀθροισμόν. Οἱ δὲ πλείους, ἀπὸ Χρύσου παιδὸς Χρυσηΐδος καὶ Ἀγαμέμνονος. *Dionysius autem Byzantius navigationem Bospori scribens, de nomine eius haec inquit. Vocata autem est Chrysopolis, ut quidem nonnulli dicunt, sub Persarum imperio illuc congerentium aurum, quod ab urbibus colligebatur. Plures vero ab Chryso Chryseidis & Agamemnonis filio.*

DIONYSIVS CARTHAGINIENSIS.

Diogenes Laertius in Euclide lib. II. Καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Μεγαρικοὶ προσηγορεύοντο, εἶτ' ἐριστικοὶ, ὕστερον δὲ διαλεκτικοί· οὓς οὕτως ὠνόμασε πρῶτος Διονύσιος ὁ Καρχηδόνιος, διὰ τὸ πρὸς ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν τοὺς λόγους διατίθεσθαι. *Et qui ab eo dicti sunt Megarici, deinde litigiosi, postea autem dialectici; quos sic primus nominavit Dionysius Carthaginiensis, quod eorum sermones ad interrogationem & responsionem dispo-*

Meursii Tom. V. F

(a) Supposititia sunt.
(b) Ita Latine convertendus esset.
Ascalaphus autem, & Ialmenus, & Orestes.

dispositi sint. Meminit eius etiam Clemens Strom. I. De Scriptis nihil constat.

DIONYSIVS CHALCIDENSIS.

Laudat incerto Opere Zenobius Centur. v. Proverb. LXXV. Μέμνηται τοῦ χρησμοῦ καὶ Μνασέας, καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεύς. *Meminit oraculi & Mnaseas, & Dionysius Chalcidensis*. Item Schol. Apollonii lib. I. Δαΐμαχος καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς οὐ τὴν περὶ Ἀχιλλέως διεσπαρμένην ἀφῆκαν ἡμῖν ἐπὶ χώρας δόξαν. *Daimachus & Dionysius Chalcidensis non reliquerunt nobis de Achille disseminatam de regione gloriam*. Iterum. Διονύσιος δὲ ὁ Χαλκιδεὺς εἰρῆσθαί φησιν αὐτοὺς Μάκρονας. *Dionysius vero Chalcidensis inquit illos Macrones fuisse dictos*. Et Dionysius Halicarn. Antiquit. Rom. lib. I. Διονύσιος δὲ ὁ Χαλκιδεὺς οἰκιστὴν μὲν ἀποφαίνει τῆς πόλεως Ῥῶμον. *Dionysius autem Chalcidensis Remum urbis quidem conditorem profert*. Respexit sine dubio Opus,

Περὶ Κτίσεων.

Id varie commemoratur. Schol. Apollonii lib. IV. Καὶ Ἀρίστων ὁ Χῖος ἐν ταῖς Θέσεσι, καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν πρώτῳ Κτίσεων τὰ αὐτά φασι. *Et Ariston Chius in Positionibus, & Dionysius Chalcidensis in libro primo Originum eadem inquiunt*. Ac totidem verbis Scholiastes Aristophanis ad Nubes. Suidas in Πραξιδίκη. Διονύσιος δὲ ἐν Κτίσεσιν, Ὠγύγου (φησὶ) θυγατέρας. *Dionysius autem in Originibus, Ogygi (inquit) filias*. Et in Τελμισεῦς. Ἣ ἐμίγη εἰς σκύλακα μεταβαλών· διὸ καὶ τερατοσκόπον αὐτὴν ἐποίησεν, ὡς Διονύσιος ἐν Κτίσεσι. *Quum quam coiit mutatus in catulum; quare & prodigiorum eam fecit observatricem, ut Dionysius in Originibus*. Plutarchus De Herodoti Malign. Αὐτοὶ δὲ ἀναλαβόντες τοὺς παῖδας εἰς Κέρκυραν διεκόμισαν, ὡς Ἀντήνωρ τε ὁ Κρητικὸς ἱστόρηκε, καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν τῇ Κτίσεσι. *Illi vero recipientes pueros in Corcyram transvexerunt, quemadmodum Antenor Creticus prodidit, & Dionysius Chalcidensis in Originibus*. Harpocration tertium eius Operis librum citat in Ἡφαιστία. Δηλοῖ δὲ καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν τρίτῃ Κτίσεων. *Indicat autem & Dionysius Chalcidensis in libro tertio de Originibus*. Etiam quintum in Ἡραῖον τεῖχος. Ὡς φησι Διονύσιος ἐν πέμπτῃ Κτίσεων. *Vt inquit Dionysius in libro quinto de Originibus*. Ac tot numero universim libri fuerunt: Marcianus in sua Periegesi.

> Ἐφόρῳ τε, καὶ τῷ τὰς Κτίσεις εἰρηκότι
> Ἐν πέντε βίβλοις Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ.
> *Et Ephoro, & qui narravit Origines urbium*
> *In quinque libris Chalcidensi Dionysio*.

DIONYSIVS CHALCVS.

Qui scripsit,

Ποιήματα

laudat Plutarchus in Nicia. Προσποιούμενος δὲ υἱὸς εἶναι Διονυσίου τοῦ Χαλκοῦ προσαγορευθέντος, οὗ καὶ Ποιήματα σώζεται, καὶ τῆς εἰς Ἰταλίαν ἀποικίας ἡγεμὼν γενόμενος, ἔκτισε Θουρίους. *Simulans autem esse filium Dionysii AEnei cognominati, cuius & Poemata servantur, & coloniae in Italiam praefectus factus, condidit Thurios*. Et particulatim

Ἐλεγεῖα

nominat Aristoteles Rhetor. lib. III. cap. II. Οἷον Διονύσιος προσαγορεύει ὁ Χαλκοῦς ἐν τοῖς Ἐλεγείοις κραυγὴν Καλλιόπης τὴν ποίησιν. *Qualiter Dionysius AEneus in Elegiis clangorem Calliopes adpellat poesin*. Item Athenaeus lib. x. Οὐ κακῶς οὖν ὁ Χαλκοῦς ἐπικαλούμενος Διονύσιος ἐν τοῖς Ἐλεγείοις κυλίκων ἐρέτας ἔφη·

> Καί τινες οἶνον ἄγοντες ἐν εἰρεσίᾳ Διονύσου
> Συμποσίου ναῦται, καὶ κυλίκων ἐρέται.
> *Non male igitur Dionysius AEneus cognominatus in Elegiis poculorum remiges dixit;*
> *Et quidam vinum ducentes in remigio Bacchi*
> *Convivii nautae, & poculorum remiges*.

Iterum lib. xv. Μνημονεύει τῶν λαταγῶν καὶ τῶν κοττάβων καὶ ὁ Χαλκοῦς καλούμενος Διονύσιος ἐν τοῖς Ἐλεγείοις διὰ τούτων.

> Κότταβον ἐνθάδε σοι τρίτον ἱστάναι οἱ δυσέρωτες
> Ἡμεῖς προστίθεμεν γυμνασίῳ Βρομίου
> Κώρυκον· οἱ δὲ παρόντες ἐνείρετε χεῖρας ἅπαντες
> Ἐς σφαίρας κυλίκων, καὶ πρὶν ἐκεῖνον ἰδεῖν,
> Ὄμματι βηματίσασθε τὸν αἰθέρα τὸν κατακλινῆ,
> Εἰς ὅσον αἱ λάταγες χωρίον ἐκτέταται.

Meminit in Elegiis Dionysius AEneus dictus strepituum & cottaborum;

> *Cottabum illic tibi tertium stare infelices in amoribus*
> *Nos adponimus in schola Bacchi*
> *Follem; praesentes vero immittite manus cuncti*
> *In pilas poculorum, & priusquam ille videat,*
> *Adspectu metimini aethera vergentem,*
> *In quantum strepitus spatium extensi sint*.

Nec poeta tantum fuit, sed & orator; & Χαλκοῦς dictus fuit, quod Atheniensibus suaserit, nummo aeneo uti. Docet idem Athenaeus loco citato, ubi & aliud ex Elegiis eius fragmentum profert. Καὶ ὁ Δημόκριτος, ἀλλ' ἵνα κἀγώ, φησι, μνημονεύσω τοῦ Χαλκοῦ ποιητοῦ καὶ ῥήτορος Διονυσίου (Χαλκοῦς δὲ προσηγορεύθη, διὰ τὸ συμβουλεῦσαι Ἀθηναίοις χαλκῷ νομίσματι χρήσασθαι· καὶ τὸν λόγον τοῦτον ἀνέγραψε Καλλίμαχος ἐν τῇ τῶν ῥητορικῶν ἀναγραφῇ) λέξω τι καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν Ἐλεγείων. σὺ δέ, ὦ Θεόδωρε, τοῦτο γὰρ τὸ σὸ κύριον ὄνομα δέχου·

> Τήνδε προπινομένην τὴν ἀπ' ἐμοῦ πρόποσιν
> *** ἐγὼ δ' ἐπιδέξια πέμπω
> Σοὶ πρώτῳ Χαρίτων ἐγκεράσας χάριτας.
> Καὶ σὺ λαβὼν τόδε δῶρον ἀοιδὰς ἀντιπρόπιθι,
> Συμπόσιον κοσμῶν, καὶ τὸ σὸν εὖ θέμενος.

Et Democritus, sed ut ego, inquit, meminero AEnei poetae & rhetoris Dionysii (AEneus autem cognominatus est, eo quod suaserit Atheniensibus aeneo uti nummo: & hanc rationem descripsit Callimachus in rhetoricorum catalogo) dicam etiam aliquid ipse ex Elegiis. Tu vero, o Theodore, hoc enim tuum proprium nomen, accipe;

> *Hanc autem propinatam a me propinationem*
> **** ego vero ingeniosa mitto*
> *Tibi primo Gratiarum infundens lepores*.
> *Et tu*

Et tu accipiens hoc munus cantilenas propina,
Convivium exornans, & tuum bene ponens.

DIONYSIVS CHARMIDAE F.

Laudatur alibi a Scholiaste Pindari.

DIONYSIVS COLOPHONIVS.

Huic nonnulli tribuunt Menippi Opera. Diogenes Laertius in Menippo lib. VI. Ἔνιοι δὲ τὰ βιβλία αὐτοῦ, οὐκ αὐτοῦ εἶναι, ἀλλὰ Διονυσίου καὶ Ζωπύρου τῶν Κολοφωνίων· οἳ τοῦ παίζειν ἕνεκα συγγράφοντες, ἐδίδοσαν αὐτῷ ὡς εὖ δυναμένῳ διαθέσθαι. *Nonnulli autem libros eius, non esse eius, sed Dionysii & Zopyri Colophoniorum; qui iocandi caussa conscribentes, dederunt ei tamquam bene ad disponendum idoneo.*

DIONYSIVS CORINTHIVS, *Maior.*

De eo, Scriptisque, ita Suidas. Διονύσιος Κορίνθιος, ἐποποιός· ὑποθήκας· αἴτια ἐν βιβλίῳ α΄· μετεωρολογούμενα· καὶ καταλογάδην ὑπόμνημα εἰς Ἡσίοδον· οἰκουμένης διήγησιν δι' ἐπῶν. *Dionysius Corinthius, versificator; scripsit praecepta vitae; & caussas in libro singulari; meteorologica; & oratione soluta commentarium in Hesiodum; orbis terrarum descriptionem versibus.* Alius fuit,

DIONYSIVS CORINTHIVS, *Minor.*

Hic Christianus fuit, & nescio an illic natus; certe Episcopum ibi egit. Vide quae de eo, Scriptisque ipsius, Eusebius Hist. Eccles. lib. IV. cap. XXIII. & Nicephorus lib IV. cap. VIII.

DIONYSIVS CYRTVS.

Medicus erat. Stephanus. Κύρτος, πόλις Αἰγύπτου, ἐν τῷ μεσογαίῳ· ἐκ ταύτης Διονύσιος ἦν διάσημος ἰατρὸς, ἀπὸ τῆς πατρίδος, οὐκ ἀπὸ τοῦ σώματος Κυρτὸς ὀνομαζόμενος, οὗ μέμνηται Ἐρρένιος Φίλων ἐν τῷ περὶ Ἰατρικῶν. *Cyrtus, urbs AEgypti in mediterraneo: ex illa Dionysius erat illustris medicus, ab patria, non ab corpore Cyrtus nominatus, cuius meminit Errhenius Philon in libro de rebus Medicis.* Neque alius putandus est, quem nominat Cael. Aurelianus Chron. lib. II. cap. XIII. *Xenophon, & Dionysius, & Herophilus primo libro Curationum, & Erasistratus probant articulorum faciendam constrictionem.* Scripta ignorantur.

DIONYSIVS CYZICENVS.

Eius Epigramma repraesentat Auctor Anthologiae lib. III. cap. XXXIII. epigr. XVII. Διονυσίου Κυζικηνοῦ εἰς Ἐρατοσθένη·

Πρηΰτερον γῆράς σε καὶ οὐ κατὰ νοῦσος ἀμαυρὴ
Ἔσβεσεν· εὐνήθης δ' ὕπνον ὀφειλόμενον,
Ἄκρα μεριμνήσας Ἐρατόσθενες· οὐδὲ Κυρήνη
Μαῖνά σε πατρῴων ἐντὸς ἔδεκτο τάφων,
Ἀγλαοῦ υἱέ· φίλος δὲ καὶ ἐν ξείνῃ κεκάλυψαι
Πὰρ τόδε Πρωτῆος κράσπεδον αἰγιαλοῦ.

Dionysii Cyziceni in Eratosthenem;
Placidior senectus te & non morbus languidus
Extinxit. Sed dormivisti somnum debitum,
Qui summa curavisti Eratosthenes; neque Cyrene
Maenas in indefessis extra accepit sepulcris
Aglai fili; sed & amicus in peregrina tectus es
Iuxta hunc Protei litoris marginem.

DIONYSIVS DIACENVS.

Vide de eo infra in Dionysio Philadelphiensi.

DIONYSIVS DIOGENIS F.

Geographus fuit. Colligo ex Marciano in Periplo. Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Κυρηναῖος τὴν μεγίστην περιφέρειαν τῆς ἐγνωσμένης ἁπάσης γῆς εἶναι λέγει σταδίους μκέ. καὶ θσ΄. οὕτω δὲ καὶ ὁ Διονύσιος ὁ τοῦ Διογένους ἀναμεμέτρηκεν. *Eratosthenes quidem Cyrenaeus inquit universi cogniti orbis terrarum circulum maximum esse 40205. & 9200. stadiorum. Sic autem & Dionysius Diogenis filius iterum mensuravit.*

DIONYSIVS EXIGVVS.

De eo, Scriptisque, adeundus Trithemius.

DIONYSIVS HALICARNASSEVS, *Maior.*

Huius, quae exstant, non commemorabo, quippe nota. Quae non exstant,

Περὶ Μιμήσεως.

Scholiastes Hermogenis περὶ ἰδεῶν lib. I. Ἄμεινον δὲ τῷ Ἀλικαρνασσεῖ Διονυσίῳ ἑπομένους ποιητικὸν μὲν λόγον φάναι τὸν τροπικῇ καὶ μεταφορικῇ καὶ διθυραμβώδει συνθήκῃ συντεθειμένον. ὁποία ἡ Γοργίου τοῦ ῥήτορος φράσις. πρῶτον ἐκεῖνος, ὥς φησιν ὁ Διονύσιος ἐν τῷ Περὶ Μιμήσεως, Χαρακτήρων, καὶ Συνθέσεως Ὀνομάτων, τὴν ποιητικὴν καὶ διθυραμβώδη λέξιν εἰς τοὺς πολιτικοὺς εἰσηνέγκε λόγους. *Melius autem, si Dionysium Halicarnasseum sequamur poeticum sermonem dixisse per tropos & translationes & per compositionem dithyrambicam compositum. Qualis Gorgiae rhetoris loquutio. Primum ille, ut inquit Dionysius in libro De Imitatione, de Characteribus, & Constructione Nominum, poeticam & dithyrambicam dictionem ad politicos intulit sermones.* Immo, si recte attendas, vides illic triplex Opus; unum, Περὶ Μιμήσεως, *De Imitatione:* alterum, Περὶ Χαρακτήρων, *De Characteribus;* tertium, Περὶ Ὀνομάτων Συνθέσεως, *De Compositione Nominum.* Quae duo posteriora exstant. Sed quod ad prius attinet,

Περὶ Μιμήσεως.

Iterum laudat idem postea. Ἔτι γε μὴν ἐν τῷ

ἐν τῷ Περὶ Μιμήσεως ὁ αὐτός φησιν. Ὁ Γοργίας μὲν τὴν ποιητικὴν ἑρμηνείαν μετήνεγκεν εἰς λόγους πολιτικούς· οὐκ ἀξιῶν ὅμοιον τὸν ῥήτορα τοῖς ἰδιώταις εἶναι. Λυσίας δὴ τοὐναντίον ἐποίησε· τὴν γὰρ φανερὰν ἅπασι καὶ τετριμμένην λέξιν ἐζήλωσεν, ἥκιστα νομίζων εἶναι τοῦ πεῖσαι τὴν ἰδιώτην τὸ κοινὸν τῆς ὀνομασίας καὶ ἀφελές. Ἥκιστα γὰρ ἄν τις εὕροι τὸν Λυσίαν τροπικῇ καὶ μεταφορικῇ λέξει κεχρημένον· σεμνὰ δὲ περιττὰ καὶ μεγάλα φαίνεσθαι τὰ πράγματα ποιεῖ, τοῖς κοινοτάτοις ὀνόμασι χρώμενος, καὶ ποιητικῆς οὐχ ἁπτόμενος κατασκευῆς. *Praeterea quidem ille ipse inquit in libro De Imitatione. Gorgias quidem poeticam eloquutionem ad politicos transtulit sermones, non dignans rhetorem similem esse idiotis. Lysias autem contrarium fecit; manifestam enim omnibus & tritam ambivit dictionem, proxime iudicans esse ad persuadendum imperito commune adpellationis & simplex. Minime enim quis invenerit Lysiam figurata & translata loquutione utentem; sed graves & praestantes & magnas adparere res facit, usurpans nomina proxime communia, neque tangens adparatum poeticum.*

Deinde: Ἔτι γε μὴν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ, τὸ δοκοῦν ἀνεπιτήδευτον εἶναι, ἀποίητον ὀνομάζει· καὶ πολὺ κάλλιον ἦν οὕτως ὀνομάσαι τὸ ἀνεπιτήδευτον· ἐπείπερ τοῦτο ἐβούλετο δηλῶσαι, ἢ ὡς οὐ ποιητικόν. ἐπάγει γὰρ καὶ τάδε περὶ Λυσίου. Δοκεῖ γὰρ ἀποίητός τις, οἶμαι, καὶ ἀτεχνίτευτος ὁ τῆς ἑρμηνείας αὐτοῦ χαρακτήρ· καὶ πολλοῖς ἂν τῶν Φιλολόγων παράσχοι δόξαν, ὅτι ἀνεπιτηδεύτως, καὶ οὐ κατὰ τέχνην, αὐτομάτως δέ πως καὶ ὡς ἔτυχε σύγκειται. ἔστι δὲ παντὸς ἔργου μᾶλλον τεχνικοῦ κατεσκευασμένος. πεποίηται γὰρ αὐτοῦ τὸ ἀποίητον, καὶ δέδεται τὸ λελυμένον· καὶ ἐν αὐτῷ τῷ μὴ δοκεῖν δεινὸς κατασκευάσθαι, τὸ δεινὸν ἔχει. *Praeterea sane is ipse in eodem libro, id quod videtur non adcuratum esse, nominat non factum; & multo melius erat ita vocasse non adcuratum; quandoquidem illud volebat declarare, vel ut non poeticum. Adducit autem etiam haec de Lysia. Videtur enim non factus quis, puto, & inartificiosus character eloquutionis illius; & multis Philologorum praebuerit opinionem, non adcurate, & non secundam artem, sed sua sponte quodammodo & naturaliter compositum esse. Est vero omni artificioso opere melius instructus. Illud enim simplex & non factum sane eius factum est, & ligatum est istud solutum; & in illo ipso quod non adparet adcurate instructum fuisse, habet grave & adcuratum.* Invenio item,

Περὶ Ἑρμηνείας.

Scholiastes Aristophanis ad Nubes. Χάρις ἐστὶν ἐκ στίχου τοῦ ἀλλοτρίου, ὡς ἔφη Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τῷ Περὶ Ἑρμηνείας. *Gratia est ex versu alieno, ut dixit Dionysius Halicarnassensis in libro De Elocutione.* Quae plura eius desiderantur, ex Scriptis ipsius observata proposuit nobis in limine Tomi II. Sylburgius; quo Lectorem studiosum remitto.

DIONYSIVS HALICARNASSEVS, *Minor.*

Hic sub Hadriano vixit, ut alter sub Augusto. Suidas de maiore. Διονύσιος Ἀλεξάνδρου, Ἁλικαρνασσεύς, ῥήτωρ, καὶ παντοῖος λόγιος. γέγονεν ἐπὶ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, πρόγονος τοῦ ἐπὶ Ἀδριανοῦ γεγονότος. *Dionysius Alexandri, Halicarnasseus, rhetor, & in omni genere eloquens. Fuit sub Caesare Augusto, progenitor eius qui sub Hadriano fuit.* De minore vero hoc, eiusque Scriptis, ita ait. Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος, σοφιστὴς καὶ μουσικὸς κληθεὶς, διὰ τὸ πλεῖον ἀσκηθῆναι τὰ τῆς μουσικῆς. ἔγραψε δὲ ῥυθμικῶν ὑπομνημάτων βιβλία κδʹ. Μουσικῆς ἱστορίας βιβλία λςʹ. ἐν δὲ τούτοις αὐλητῶν, καὶ κιθαρῳδῶν, καὶ ποιητικῶν παντοίων μέμνηται. Μουσικῆς παιδείας, ἢ διατριβῶν, βιβλία κβʹ. τίνα μουσικῶς εἴρεται ἐν τῇ Πλάτωνος Πολιτείᾳ, βιβλία ἔτι. *Dionysius Halicarnasseus, vivens sub Hadriano Caesare, Sophista & Musicus dictus, quia plurimum Musicam exercitabat. Scripsit autem rhythmicorum commentariorum libros viginti quatuor, Historiae Musicae libros triginta sex; in his vero tibicinum; & citharoedorum, & poeticorum omnigenarum meminit. Musicae disciplinae, vel disputationum, libros viginti duos, quae in Platonis Republica musice dicta sint, libros insuper.* Vbi in fine mendum censeo; ac forte legendum, βιβλία ἑπτὰ, *libros septem*. Opus Μουσικῆς Ἱστορίας, laudat iterum in Παμφίλη, Σωτηρίδας; item Stephanus in Ὕδρέα.

DIONYSIVS HELIOPOLITES.

Eius sunt,

Ὀνειροκριτικά.

Colligo ex Artemidoro lib. II. cap. LXXI. Φησὶ γὰρ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος, δεῖν ταῖς ἱστορίαις πείθεσθαι, καὶ Διονύσιος ὁ Ἡλιουπολίτης. *Inquit enim & Alexander Myndius historiis credendum esse, & Dionysius Heliopolites.*

DIONYSIVS HERACLEOTES, *Metathemenus.*

Vnde cognomen illud acceperit, docet nos Athenaeus lib. VII. Περὶ δὲ Διονυσίου τοῦ Ἡρακλεώτου τί δεῖ καὶ λέγειν; ὃς ἄντικρυς ἀποδὺς τὸν τῆς ἀρετῆς χιτῶνα, ἀνθινὰ μετημφιάσατο, καὶ Μεταθέμενος καλούμενος ἔχαιρε, καί τοι γεραιὸς, ἀποστὰς τῶν τῆς στοᾶς λόγων, καὶ ἐπὶ τὸν Ἐπίκουρον μεταπηδήσας. *De Dionysio autem Heracleota quid dicere etiam oportet? qui aperte exsuens virtutis tunicam, florida resumsit, & Mutator dictus gaudebat, quamvis natu grandis, quum a Stoae dictis defecisset, ac ad Epicurum transiluisset.* Meminit eius Diogenes Laertius in Erillo lib. VII. Διονύσιος δὲ ὁ Μεταθέμενος τέλος εἶπε τὴν ἡδονὴν, διὰ περίστασιν ὀφθαλμίας. *Dionysius autem Mutator dixit voluptatem finem esse, propter lippitudinis cladem.* Inter Opera ipsius,

Παρθενοπαῖος.

Alii tamen Spintharo adscribunt. Idem Diogenes in Heraclide lib. V. Ἔτι καὶ Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος, ἢ Σπίνθαρος, ὡς ἔνιοι, γράψας τὸν Παρ-

τὸ Παρθενοπαῖον, ἐπέγραψε Σοφοκλέους. *Praeterea & Dionysius Muiator, vel Spintharas, ut nonnulli, quum scripsisset Parthenopaeum, inscripsit Sophoclis esse.*

DIONYSIVS HYDRAGOGVS.

Plutarchus in Quaest. Natural. Τοῦτο γάρ φασι, καὶ Διονύσιον ἱστορεῖν τὸν Ὑδραγωγὸν ὅτι παντελῶς μὲν ἔρημος οὐκ ἔστι γλυκύτητος, οὐδὲ ἄμοιρος ἡ πικρότης, ἅτε δὴ ποταμοὺς τοσούτους ὑποδεχομένης τῆς θαλάττης. *Illud enim dicunt, & Dionysium Aquaeductorem mandare memoriae, omnino quidem desertam non esse ab dulcedine, neque ea carentem amaritudinem, utpote sane tot fluvios excipiente mari.* De Scriptis eius nihil constat.

DIONYSIVS IAMBVS.

Meminit eius Plutarchus de Musica. Ἄλλοι δὲ Τόρηβον πρῶτον τῇ ἁρμονίᾳ χρήσασθαι, καθάπερ Διονύσιος ὁ Ἴαμβος ἱστορεῖ. *Alii vero Torebum primum harmonia usum fuisse, sicut Dionysius Iambus refert.* Suidas in Ἀριστοφάνης Βυζάντιος. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ Διονυσίου τοῦ Ἰάμβου. *Ad illa vero etiam Dionysii Iambi.* Scripsit,

Περὶ Διαλέκτων.

Athenaeus lib. VII. Διονύσιος δὲ ὁ ἐπικαλούμενος Ἴαμβος, ἐν τῷ Περὶ Διαλέκτων, γράφει οὕτως. Ἀκηκόαμεν γοῦν, ἁλιέως Ἐρετρίου καὶ ἄλλων πολλῶν ἁλιέων καλούντων τὸν πομπίλον ἱερὸν ἰχθῦν. *Dionysius autem Iambus cognominatus, in libro De Dialectis, ita scribit. Audivimus igitur, piscatorem Eretrium & alios multos piscatores vocantes pompilum sacrum piscem.* Laudat quoque Carmen eius Clemens Stromat. V. Διονύσιός τε Ἴαμβος ὁμοίως·

Πόντου καινομένοιο περιστένει ἁλυκὴ ζάψ.

Et Dionysius Iambus similiter;

Ponti furentis mare salsum ingemiscit.

DIONYSIVS LEPTVS.

Vide in Dionysio Ascalapho.

DIONYSIVS LEVCTRICVS.

Athenaeus lib. XIII. Θεόφραστος δὲ ἀγῶνα κάλλους φησὶ γίνεσθαι παρὰ Ἡρακλείοις, καὶ τὴν κρίσιν ἐπιτελεῖσθαι μετὰ σπουδῆς, λαμβάνειν τε τοὺς νικήσαντας ἆθλα ὅπλα, ἅπερ ἀνατίθεσθαί φησι Διονύσιος ὁ Λευκτρικὸς τῇ Ἀθηνᾷ. *Theophrastus inquit certamen pulcritudinis fieri in Heracleis, & cum diligentia iudicium peragi, & accipere victores praemia arma, quae inquit Dionysius Leuctricus Minervae dedicari.* De Operibus eius certi nihil est proferre.

DIONYSIVS LONGINVS.

Eius liber,

Περὶ Ὕψους,

Exstat. Scripsit item,

Περὶ Ἀρχῶν.

Laudat Porphyrius in Vita Plotini. Ἀναγνωσθέντος δὲ αὐτῷ τοῦ τε Περὶ Ἀρχῶν Λογγίνου, καὶ τοῦ Φιλαρχαίου, φιλόλογος μὲν, ἔφη, ὁ Λογγῖνος, φιλόσοφος δὲ οὐδαμῶς. *Quum vero lectus ei fuisset De Principiis liber Longini, & Philarchaei, doctrinae studiosus quidem, dixit, Longinus, sapientiae autem studiosus nequaquam.* Item,

Περὶ Τέλους.

Eiusque Operis Prooemium nobis conservavit Porphyrius in illa ipsa Plotini Vita; ibidemque commemoratur etiam,

Ἐπιστολὴ πρὸς Ἀμέλιον.

Audiamus autem Porphyrium. Ἐπιγράφεται δὲ τὸ βιβλίον, Λογγίνου πρὸς Πλωτῖνον καὶ Γεντιλιανὸν Ἀμέλιον, Περὶ Τέλους· ἔχει δὲ τοιόνδε προοίμιον. Πολλῶν καθ᾽ ἡμᾶς, ὦ Μάρκελλε, γεγενημένων φιλοσόφων, οὐχ ἥκιστα παρὰ τοὺς πρώτους τῆς ἡλικίας ἡμῶν χρόνους, ὁ μὲν γὰρ νῦν καιρὸς οὐδ᾽ εἰπεῖν ἐστιν, ὅσην σπάνιν ἔσχηκε τοῦ πράγματος. ἔτι δὲ μειρακίων ὄντων ἡμῶν, οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων προέστησαν. οὓς ἅπαντας μὲν ὑπῆρξεν ἰδεῖν ἡμῖν, διὰ τὴν ἐκ παίδων ἐπὶ πολλοὺς τόπους ἅμα τοῖς γονεῦσιν ἐπιδημίαν. συγγενέσθαι δὲ αὐτῶν τοῖς ἐπιβιώσαμι κατὰ ταυτὸ συχνοῖς ἔθνεσι καὶ πόλεσιν ἐπιμίξαντας, οἱ μὲν καὶ διὰ γραφῆς ἐπεχείρησαν τὰ δοκοῦντα σφίσι πραγματεύεσθαι, καταλιπόντες τοῖς ἐπιγινομένοις, τῆς παρ᾽ αὐτῶν ὠφελείας μετασχεῖν. οἱ δ᾽ ἀποχρῆναι σφίσιν ἡγήσαντο, τοὺς συνόντας προβιβάζειν εἰς τὴν τῶν ἀρεσκόντων ἑαυτοῖς κατάληψιν. ὧν τοῦ μὲν προτέρου γεγόνασι τρόπου, Πλατωνικοὶ μὲν, Εὐκλείδης, καὶ Δημόκριτος, καὶ Προκλῖνος, ὁ περὶ τὴν Τρωάδα διατρίψας. οἵ τε μέχρι νῦν ἐν τῇ Ῥώμῃ δημοσιεύοντες, Πλωτῖνος, καὶ Γεντιλιανὸς Ἀμέλιος, ὁ τούτου γνώριμος. Στωϊκῶν δὲ, Θεμιστοκλῆς, καὶ Φοιβίων, οἵ τε μέχρι πρώην ἀκμάσαντες, Ἄννιός τε καὶ Μήδιος. Περιπατητικῶν δὲ, ὁ Ἀλεξανδρεὺς Ἡλιόδωρος. τοῦ δὲ δευτέρου, Πλατωνικοὶ μὲν, Ἀμμώνιος καὶ Ὠριγένης. οἷς ἡμεῖς τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου προσεφοιτήσαμεν, ἀνδράσιν οὐκ ὀλίγῳ τῶν καθ᾽ ἑαυτοὺς εἰς σύνεσιν διενεγκοῦσιν. οἵ τε Ἀθήνησι διάδοχοι, Θεόδοτος καὶ Εὔβουλος. καὶ γὰρ εἴ τι τούτων γέγραπταί τισιν, ὥσπερ Ὠριγένει μὲν, τὸ Περὶ Φιλήβου καὶ τοῦ Γοργίου, καὶ τῶν Ἀριστοτέλει πρὸς τὴν Πλάτωνος Πολιτείαν ἀντειρημένων, οὐκ ἐξαρκοῦντα πρὸς πατρὸς τὸ μετὰ τῶν ἐξειργασμένων τὸν λόγον αὐτοὺς ἀριθμεῖν ἂν γένοιτο, πάρεργον τῇ τοιαύτῃ χρησαμένων σπουδῇ, καὶ μὴ προηγουμένην περὶ τοῦ γράφειν ὁρμὴν λαβόντων. τῶν δὲ Στωϊκῶν, Ἑρμῖνος, καὶ Λυσίμαχος, οἵ τε ἐν ἄστει καταβιώσαντες, Ἀθηναῖος καὶ Μουσώνιος· καὶ Περιπατητικῶν, Ἀμμώνιος καὶ Πτολεμαῖος, φιλολογώτατοι μὲν τῶν καθ᾽ ἑαυτοὺς ἄμφω γενόμενοι, καὶ μάλιστα ὁ Ἀμμώνιος. οὐ γάρ ἐστιν ὅστις ἐκείνῳ γέγονεν εἰς πολυμαθείαν παραπλήσιος. οὐ μὴν καὶ γράψαντές γε τεχνικὸν οὐδὲν, ἀλλὰ ποιήματα καὶ λόγους ἐπιδεικτικοὺς, ἅπερ οὖν καὶ σωθῆναι τῶν ἀνδρῶν τούτων οὐχ ἑκόντων οἶμαι. μὴ γὰρ ἂν αὐτοὺς δέξασθαι, διὰ τοιούτων βιβλίων ὕστερον γενέσθαι γνωρίμους, ἀφέντας σπουδαιοτέροις συγγράμμασι τὴν ἑαυτῶν

τῶν ἀποθησαυρίσαι διάνοιαν. τῶν δ' οὖν γραψάντων, οἱ μὲν οὐδὲν πλέον ἢ συναγωγὴν καὶ μεταγραφὴν τῶν τοῖς πρεσβυτέροις συντεθέντων ἐποιήσαντο, καθάπερ Εὐκλείδης, καὶ Δημόκριτος, καὶ Προκλῖνος. οἱ δὲ μικρὰ κομιδῇ πράγματα τῆς τῶν παλαιῶν ἱστορίας ἀπομνημονεύσαντες, εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἐκείνοις ἐπεχείρησαν συντιθέναι βιβλία. χαθάπερ Ἄννιός τε, καὶ Μήδιος, καὶ Φοιβίων. οὗτος μὲν, ἀπὸ τῆς ἐν τῇ λέξει κατασκευῆς γνωρίζεσθαι μᾶλλον, ἢ τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ συνθέσεως ἀξιῶν· οἷς καὶ τὸν Ἡλιόδωρον συγκατανείμειέ τις ἄν, οὐδ' ἐκεῖνον παρὰ τοῖς πρεσβυτέροις ἐν ταῖς ἀκροάσεσιν εἰρημένα, πλέον τι συμβαλλόμενον εἰς τὴν τοῦ λόγου διάρθρωσιν. οἱ δὲ καὶ πλήθει προβλημάτων, ἃ μετεχειρήσαντο, τὴν σπουδὴν τοῦ γράφειν ἀποδεξάμενοι, καὶ τρόπῳ θεωρίας ἰδίῳ χρησάμενοι, Πλωτῖνός εἰσι καὶ Γεντιλιανὸς Ἀμέλιος· ὃς μὲν, τὰς Πυθαγορείους ἀρχὰς καὶ Πλατωνικὰς, ὡς ἐδώκει, πρὸς σαφεστέραν τῶν πρὸ αὐτοῦ καταστησάμενος ἐξήγησιν. οὐδὲ γὰρ ἐγγύς τι τὰ Νουμηνίου, καὶ Κρονίου, καὶ Μοδεράτου, καὶ Θρασύλλου, τοῖς Πλωτίνου περὶ τῶν αὐτῶν συγγράμμασιν εἰς ἀκρίβειαν· ὁ δὲ Ἀμέλιος. κατ' ἴχνη μὲν τούτου βαδίζειν προαιρούμενος, καὶ τὰ πολλὰ μὲν τῶν αὐτῶν δογμάτων ἐχόμενος, τῇ δὲ ἐξεργασίᾳ πολὺς ὢν, καὶ τῇ τῆς ἑρμηνείας περιβολῇ πρὸς τὸν ἐκείνου ζῆλον ὑπαγόμενος, ὧν καὶ μόνων ἡμεῖς ἄξιον εἶναι νομίζομεν ἐπισκοπεῖσθαι τὰ συγγράμματα. τοὺς μὲν γὰρ λοιποὺς τι τίς ἂν κινεῖν οἴοιτο δεῖν, ἀφεὶς ἐξετάζειν ἐκείνους, παρ' ὧν ταῦτα λαβόντες οὗτοι γεγράφασιν, οὐδὲν αὐτοὶ παρ' αὐτῶν προσθέντες; οὐχ ὅτι τῶν κεφαλαίων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐπιχειρημάτων, οὐδ' οὖν ἡ συναγωγῆς τῶν παρὰ τοῖς πλείοσιν, ἢ κρίσεως τοῦ βελτίονος ἐπιμεληθέντες· ἤδη μὲν οὖν καὶ δι' ἄλλων τουτὶ πεποιήκαμεν, ὥσπερ καὶ τῷ μὲν Γεντιλιανῷ Περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα δικαιοσύνης ἀντειπόντες. τοῦ δὲ Πλωτίνου τὸ Περὶ τῶν Ἰδεῶν ἐπισκεψάμενοι, τὸν μὲν γὰρ κοινὸν ἡμῶν τε κἀκείνων ἑταῖρον ὄντα Βασιλέα τὸν Τύριον, οὐδ' αὐτὸν ὀλίγα πεπραγματευμένων κατὰ τὴν τοῦ Πλωτίνου μίμησιν, ὃν ἀποδεξάμενος μᾶλλον τῆς παρ' ἡμῖν ἀγωγῆς, ἐπεχείρησε διὰ συγγράμματος ἀποδεῖξαι βελτίω δόξαν περὶ τῶν ἰδεῶν τῆς ἡμῖν ἀρεσκούσης ἔχοντα, μετρίως ἀντιγραφῇ διελέγξαι δοκοῦμεν οὐκ εὖ παλινῳδήσαντα. κἂν τούτοις οὐκ ὀλίγας τῶν ἀνδρῶν τούτων κεκινηκότης δόξας, ὥσπερ κἂν τῇ πρὸς τὸν Ἀμέλιον Ἐπιστολῇ, μέγεθος μὲν ἐχούσῃ συγγράμματος, ἀποκρινομένῃ δὲ πρὸς ἄττα τῶν ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀπεσταλμένων. ἣν αὐτὸς μὲν Ἐπιστολὴν, Περὶ τοῦ τρόπου τῆς Πλωτίνου φιλοσοφίας ἔγραψεν. ἡμεῖς δὲ αὐτὸ μόνον προσερκέσθημεν τῇ κοινῇ τοῦ συγγράμματος ἐπιγραφῇ, πρὸς τὴν Ἀμελίου Ἐπιστολὴν αὐτὸ προσαγορεύσαντες. *Inscribitur autem liber, Longini contra Plotinum & Gentilianum Amelium, De Fine: istiusmodi autem habet praefationem. Quum multi nostra aetate, o Marcelle, exstiterint philosophi non minime circa prima nostrae adolescentiae tempora, tempus enim quod nunc est, dici nequit, quanta huius rei penuria laboret: adhuc vero nobis adolescentibus, non pauci doctrinis philosophiae praefuerunt: quos quidem omnes videre nobis contigit, propter illam a pueris ad multos locos una cum parentibus peregrinationem; colloqui autem cum illis, qui ex his supervixerunt, eodem circiter tempore multis gentibus & urbibus occurrentes. Alii quidem etiam per scripturam conati sunt, quae ipsis videbantur, tractare, relinquentes posteris, ut utilitatis ex ipsis fierent participes. Alii vero sibi sufficere existimabant, praesentes inducere ad illorum quae illis placebant adprehensionem: quorum quidem primo exstiterunt modo, Platonici quidem, Euclides, & Democritus, & Proclinus, qui circa Troadem degit: & qui huc usque Romae publice noti sunt, Plotinus & Gentilianus Amelius, illius familiaris: Stoicorum vero, Themistocles, & Phoebion, & qui nuper usque florebant, Annius & Medius: Peripateticorum vero, Alexandrensis Heliodorus. Secundo autem Platonici quidem Ammonius & Origenes; ad quos plurimo tempore nos accessimus, viros non parum excellentes inter aequales intelligentia; & Athenis successores, Theodotus & Eubulus. Etenim si quid horum ab aliquibus scriptum sit, quemadmodum ab Origenem quidem De Daemonibus; ab Eubulo atem de Philebo & Gorgia, & his quae opposita sunt ab Aristotele adversus Platonis Rempublicam, non conveniens per partem foret illos numerare cum his qui sapientiam penitus elaboraverunt, qui obiter tali studio fuerint usi, neque primarium in scribendo impetum sumserunt. Stoicorum vero, Herminus & Lysimachus, & qui in urbe Athenis vixerunt, Athenaeus & Musonius; & Peripateticorum, Ammonius & Ptolemaeus, in philologia quidem omnium sui temporis ambo praestantissimi, maximeque Ammonius: non enim est qui ei in multarum rerum scientia propinquus fuit. Non quidem illi aliquid artificiosum scripserunt, sed poemata & orationes demonstrativas, quae opinor idcirco, illis viris invitis, tamen servari: non enim illos probasse, per eiusmodi libros illustrari apud posteros, qui remitterent ipsorum ingenium adcuratioribus scriptis recondere. Igitur ex his qui scripserunt, hi quidem nihil amplius nisi collectionem & descriptionem earum rerum, quae ab antiquioribus compositae sunt, effecerunt, quemadmodum Euclides, & Democritus, & Proclinus. Alii vero exiguas admodum res antiquorum historiae in memoriam conferentes, conati sunt libros componere ad eadem illis loca: quemadmodum & Annius, & Medius, & Phoebion; hic quidem ab adparatu ac praestantia in dicendo potius innotescere, quam ab concinna in excogitando connexione exoptans: quibus etiam Heliodorum quis attribuerit, nec illum sane praeter ista quae ab antiquioribus in dissertationibus dicta sunt, plus aliquid adiuvantem ad orationis articulatam explanationem. Qui vero & multitudine propositionum, de quibus tractaverunt, scribendi studium probaverunt, & usi fuerunt proprio contemplationis modo, Plotinus & Gentilianus Amelius; ille quidem Pythagorica principia & Platonica, sicuti probabat, ad manifestiorem enarrationem, quam ante ipsum fuerant, redegit: non enim scripta Numenii, & Cronii, & Moderati, & Thrasylli, scriptis Plotini ullo genere adpropinquant quantum ad adcuratam diligentiam. Amelius vero praeoptans incedere per huius vestigia, & ut plurimum quidem adhaerens sententiis eius, sed in elaborando multiplex, & curiosus, & eloquutionis exsuperantia ad aemulationem illius commotus, quorum etiam solorum*

lorum scripta censemus digna esse quae considerentur. Nam ceteros quare quis putaverit movere oportere, derelinquens illos explorare, a quibus isti percipientes ista scripserunt, ipsi nihil ex sese addentes? adeo non capita, sed nec argumenta, neque igitur vel congeriem eorum apud plures, vel electionem melioris curantes. Iam quidem igitur etiam per alios id fecimus, quemadmodum & contradicentes Gentiliano de iustitia secundum Platonem: Plotini vero scriptum De Ideis inspicientes, nam communem quidem & nostrum & illorum sodalem Tyrium Regem, qui & ipse non pauca investigavit secundum Plotini imitationem, quem ille potius admittens, quam nostram disciplinam, conatus est per scriptum ostendere meliorem opinionem de ideis habere, quam quae nobis placebat moderate scriptione contraria redarguisse videmur, quia non bene recantaverat; & in his non parvis horum priorum commoventes sententias, quemadmodum & in Epistola ad Amelium, magnitudinem quidem operis continente, respondente autem ad quaedam quae ab illo ad nos Roma missa fuerant. Quam ille quidem Epistolam scripserat de Plotini Philosophiae modo: nos autem illud solum contenti fuimus communi operis inscriptione, Epistolam Amelii illud adpellantes. Quae verba in fine luxata paulum, & corrupta. Restituo, προσερκέσθημεν τῇ κοινῇ τοῦ συγγράμματος ἐπιγραφῇ, τὴν πρὸς Ἀμέλιον Ἐπιστολὴν αὐτὸ προσαγορεύσαντες. *Contenti fuimus communi operis inscriptione, Epistolam ad Amelium illud adpellantes.* Mox aliud fragmentum, in quo ipsius meminit, ponit Porphyrius. Ὅμως μνησθεὶς ἐμοῦ Πορφυρίου ἔτι ἀρχὰς ἔχοντος τῆς πρὸς τὸν Πλωτῖνον συνουσίας, φησίν. Ὅτι δὲ ὁ κοινὸς ἡμῶν τε κἀκείνων ἑταῖρος, βασιλεὺς ὁ Τύριος, οὐδ' αὐτὸς ὀλίγα πεπραγματευμένος, κατὰ τὴν Πλωτίνου μίμησιν συνέθηκε. *Verumtamen recordans mei Porphyrii adhuc obtinentis primitias familiaritatis cum Plotino, inquit; Quod autem nostri & illorum communis sodalis, rex Tyrius, qui & ipse non pauca tractavit, iuxta Plotini imitationem composuit.* Deinde ingens quoque fragmentum exhibet Epistolae cuiusdam ad se scriptae. Ἣν δὲ ἔσχε καὶ Λογγῖνος περὶ τοῦ Πλωτίνου δόξαν, ἐξ ὧν μάλιστα πρὸς αὐτὸν ἐγὼ γράφων ἐσήμαινον, δηλώσει μέρος ἐπιστολῆς, γραφείσης πρός με, ἐπέχον τοῦτον τὸν τρόπον. ἀξιῶν γάρ με ἀπὸ τῆς Σικελίας κατιέναι πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν Φοινίκην, καὶ κομίζειν τὰ βιβλία τοῦ Πλωτίνου, φησί. Καὶ σὺ μὲν ταῦτά τε πέμπειν ὅταν σοι δοκῇ, μᾶλλον δὲ κομίζειν (οὐ γὰρ ἂν ἀποσταίην τοῦ πολλάκις δεῖσθαί σου) τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁδὸν τῆς ἑτέρωσε προκρῖναι, κἂν εἰ μηδὲν δι' ἄλλο (τί γὰρ ἂν καὶ σοφὸν παρ' ἡμῶν προσδοκῶν ἀφίκοιο;) τήν τε παλαιὰν συνήθειαν, καὶ τὸν ἀέρα, μετριώτατον ὄντα, πρὸς ἣν λέγεις τοῦ σώματος ἀσθένειαν. ἀλλ' ὅτι τύχης οἰηθεὶς, παρ' ἐμοῦ δὲ μηδὲν προσδοκᾶν καινότερον, μηδ' οὖν τῶν παλαιῶν, ὅσα φῂς ἀπολωλεκέναι· τῶν γὰρ γραψάντων τοσαύτη σπάνις ἐνταῦθα καθέστηκεν, ὥστε, νὴ τοὺς θεοὺς, πάντα τὸν χρόνον τούτων τὰ λειπόμενα τῶν Πλωτίνου κατασκευάζων, μόλις αὐτῶν ἐπεκράτησα τὸν ὑπογραφέα, τὸν μὲν εἰωθότων ἀπάγων ἔργων, πρὸς ἑνὶ δὲ τούτου τάξας γίνεσθαι. καὶ κέκτημαι μὲν, ὅσα δοκεῖν πάντα, καὶ τὰ νῦν ἀπό σου πεμφθέντα. κέκτημαι δὲ ἡμιτελῶς. οὐ γὰρ μετρίως ἦν διημαρτημένα. καί τοι τὸν ἑταῖρον Ἀμέλιον ᾤμην ἀναλέψασθαι τὰ τῶν γραφέων πταίσματα. τῷ δ' ἦν ἄλλα πρυργιαίτερα τῆς τοιαύτης προσεδρείας, οὔκουν ἔχω τίνα χρὴ τρόπον αὐτοῖς ὁμιλῆσαι, καίπερ ὑπὲρ ἐπιθυμῶν τά τε περὶ ψυχῆς καὶ τὰ περὶ τοῦ ὄντος ἐπισκέψασθαι· ταῦτα γὰρ οὖν καὶ μάλιστα διαμάρτηται, καὶ πάνυ βουλοίμην ἂν, ἐλθεῖν μοι παρά σου τὰ μετ' ἀκριβείας γεγραμμένα τοῦ παραγνῶναι μόνον, εἶτα ἀποπέμψαι πάλιν. αὖθις δὲ τὸν αὐτὸν ἐρῶ λόγον, ὅτι μὴ πέμπειν, ἀλλ' αὐτὸν ἥκειν ἔχοντα μᾶλλον ἀξιῶ, ταῦτά τε καὶ λοιπὸν εἴ τι διαπέφευγε τὸν Ἀμέλιον. ἃ μὲν γὰρ ἤγαγεν, ἅπαντα διὰ σπουδῆς ἐκτησάμην. πῶς δ' οὐκ ἔμελλον ἀνδρὸς ὑπομνήματα πάσης αἰδοῦς ἄξια καὶ τιμῆς κτήσεσθαι; τοῦτο γὰρ οὖν καὶ παρόντι σοὶ, καὶ μακρὰν ἀπόντι, καὶ περὶ τὴν Τύρον διατρίβοντι, τυγχάνω δήπουθεν ἐπεσταλκὼς, ὅτι τῶν μὲν ὑποθέσεων, οὐ πάνυ με τὰς πολλὰς προσίεσθαι συμβέβηκε. τὸν δὲ τύπον τῆς γραφῆς, καὶ τῶν ἐννοιῶν τοῦ ἀνδρὸς τὴν πυκνότητα, καὶ τὸ φιλόσοφον τῆς τῶν ζητημάτων διαθέσεως, ὑπερβαλλόντως ἄγαμαι καὶ φιλῶ· καὶ μετὰ τῶν ἐλλογιμωτάτων ἄγειν τὰ τούτου βιβλία φαίην ἂν δεῖν τοὺς ζητητικούς. *Quam vero & Longinus de Plotino habuit opinionem, ex illis quae maxime ego ad ipsum scribens significavi, indicabit pars epistolae ad me scriptae, continens illam sententiam. Rogans enim, ut ex Sicilia ad eum descenderem in Phoenicen, & Plotini libros ferrem, inquit Et tu quidem ista mitte, quum visum tibi fuerit, potius autem ferto (nam non desiero saepe te rogare) ut viam ad nos praeponas omni aliorsum ferenti, si propter nihil aliud (quid enim sane etiam sapiens a nobis exspectans accederes?) at propter antiquam familiaritatem, & aerem, qui valde est moderatus, ad corporis quam dicis infirmitatem. Sed quod forsan putasti, a me autem nihil novum exspectare, nihilque igitur antiquorum, quaecumque dicis periisse. Scribarum enim tanta hic penuria est, ut, per Deos, omnia hoc tempore residua Plotini comparans, vix eorum obtinuerim descriptorem, ab solitis quidem operis abducens, in uno autem hoc esse mandans. Et comparavi mihi quidem quae videntur omnia, & quae nunc a te missa sunt: sed possideo imperfecte: non enim modice sunt mendosa. Etsi putabam sodalem Amelium detersisse scribarum errores. Huic autem alia antiquiora fuerunt prae tali attentione: non igitur habeo qui oporteat versari cum illis, quamvis immense desiderem & quae scripsit de anima & quod exsistit contemplari. Verum illa vel maxime sunt depravata, & venire mihi a te illa diligentissime scripta, tantum ut perlegam in primis velim, postea iterum remittere. Rursus autem eodem sermone utar, quo te non mittere, sed ipsum habentem venire potius precor, tum haec, tum & si quid reliquum fugerit Amelium. Nam quae quidem abduxit, omnia magno studio adquisivi. Quomodo enim non adquirere viri commentaria omni veneratione & honore digna? Illud equidem & tibi praesenti, & procul absenti, & circa Tyrum degenti, videlicet mandans accidisse, ut hypotheses quidem seu materias non omnino complures admitterem: sed formam scriptionis & meditationum viri densitatem, & istum philosophicum modum dispo-*

nenda-

nendarum quaestionum, supra quam dici potest admiror ac diligo: & cum cruditissimis existimare eius libros dixerim decere explorationi deditos.

DIONYSIVS METATHEMENVS.

Vide supra in Dionysio Heracleote.

DIONYSIVS MILESIVS,
Maior.

Hic Historicus fuit, ac scripsit varia. De eo, Scriptisque, ita Suidas, Διονύσιος Μιλήσιος, ἱστορικός· Τὰ μετὰ Δαρεῖον, ἐν βιβλίοις ε΄. Περιήγησιν Οἰκουμένης. Περσικὰ, Ἰάδι διαλέκτῳ. Τρωϊκῶν βιβλία γ΄. Μυθικά. Κύκλον Ἱστορικὸν, ἐν βιβλίοις ζ΄. *Dionysius Milesius, Historicus; Rex post Darium gestas, in quinque libris: Orbis terrae Descriptionem: Persica, Ionica dialecto: Rerum Troianarum libros tres: Fabulosa: Circuli Historici libros sex.* Laudat τὰ Μυθικὰ & Τρωϊκὰ Diodorus Siculus lib. III. Διόπερ, ἵνα μηδὲν παραλείπωμεν τῶν ἱστορημένων περὶ Διονύσου, διέξιμεν ἐν κεφαλαίοις τὰ παρὰ τοῖς Λίβυσι λεγόμενα, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν συγγραφέων ὅσοι τούτοις σύμφωνα γεγράφασι, καὶ Διονυσίῳ τῷ συνταξαμένῳ τὰς παλαιὰς μυθοποιΐας. οὗτος γὰρ τά τε περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τὰς Ἀμαζόνας, ἔτι δὲ τοὺς Ἀργοναύτας, καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον πραχθέντα, καὶ πολλ' ἕτερα συνέταξε, παρατιθεὶς τὰ ποιήματα τῶν ἀρχαίων τῶν τε μυθολόγων καὶ τῶν ποιητῶν. *Propterea, ne quid relinquamus de historiis Bacchi, colligimus in capita quae memorantur ab Afris, & quicumque Graecorum scriptorum his consona scripserunt, & a Dionysio, qui priscas fabulationes composuit. Hic enim quae a Baccho & Amazonibus, & Argonautis, & quae in Iliaco bello gesta sunt, & multa alia conscripsit, adpositis veterum & mythologorum & poetarum carminibus.* Claruit autem circa Olympiadem LXV. Anonymus in Olymp. descript. istius Olympiadis anno I. Τότε καὶ Διονύσιος ἦν ὁ Μιλήσιος. *Tunc etiam erat Dionysius Milesius.* Suidas in Ἑκαταῖος, Γέγονε κατὰ τοὺς Δαρείου χρόνους, τοῦ μετὰ Καμβύσην βασιλεύσαντος, ὅτε καὶ Διονύσιος ἦν ὁ Μιλήσιος, ἐπὶ τῆς ξε΄. Ὀλυμπιάδος. *Fuit Darii temporibus, qui post Cambysen regnavit, quando etiam erat Dionysius Milesius, sexagesima quinta Olympiade.* Praeter Scripta, Suidae laudata, invenio etiam,

Ἀργοναυτικά.

Eiusque Operis lib. I. citat Scholiastes Apollonii lib. III. Ταύτην Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν πρώτῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν θυγατέρα Αἰήτου καὶ Ἑκάτης τῆς Περσέως, ἀδελφὴν δὲ Μηδείας λέγει. *Hanc inquit Dionysius Milesius in libro primo Argonauticorum fuisse filiam AEetae & Hecates Persei filiae, sororem autem Medeae.* Iterum II. nominat lib. IV. Ἰστέον, ὅτι Τιμαίου λέγοντος ἐν Κερκύρᾳ τοὺς γάμους ἀχθῆναι, Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν ἐν Βυζαντίῳ φησίν. *Sciendum est, quum Timaeus dicat nuptias in Cercyra fuisse celebratas, Dionysium Milesium in secundo Argonauticorum dicere Byzantii.* Deinde varie laudat in illis suis Scholiis. Non alium Scriptorem, neque aliud sine dubio Opus, designat Apollodorus Biblioth. lib. I. Δημαρέτης δὲ αὐτὸν εἰς Κόλχους πεπλευκότα παρέδωκε. Διονύσιος μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ ἡγεμόνα φησὶ τῶν Ἀργοναυτῶν γενέσθαι. *Demaretes autem eum ad Colchos navigasse tradidit; nam Dionysius quidem eum etiam ducem inquit inter Argonautas fuisse.* Nisi malimus dicere ex Dionysii Mitylenaei Opere esse, quod inscriptum fuit,

Ἀργοναῦται.

Neque id abnuo. Vide infra, ubi de eo agimus. Innuit hoc scriptum etiam Diodorus Siculus in verbis iam citatis.

DIONYSIVS MILESIVS II.
Medicus

Cuius meminit Galenus, locis pluribus.

DIONYSIVS MILESIVS,
Minor.

Hic sub Hadriano vixit, Isaei Assyrii Sophistae discipulus, & ipse Sophista. Describit vitam eius Philostratus Sophist. lib. I. Inter Opera eius,

Περὶ Χαιρώνειαν Θρῆνος.

Philostratus loco citato. Μάλιστα δ' ἐν τῷ περὶ Χαιρώνειαν Θρήνῳ. διεξιὼν γὰρ τὸν Δημοσθένην, τὸν μετὰ Χαιρώνειαν Θρῆνον προσαμαχόντα τῇ βουλῇ ἑαυτὸν, εἰς τήνδε τὴν μονῳδίαν τοῦ λόγου ἐτελεύτησεν.

Ὦ Χαιρώνεια, πονηρὸν χωρίον.

Καὶ πάλιν·

Αὐτομολήσασα πρὸς βαρβάρους Βοιωτία· στενάξατε οἱ κατὰ γῆς ἥρωες· ἐγγὺς Πλαταιῶν νενικήμεθα.

Καὶ πάλιν·

Τοῖς κρινομένοις ἐπὶ τῷ μισθοφορεῖν Ἀρκάσιν ἀγορὰ πολέμου πρόκειται· καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων κακὰ τὴν Ἀρκάδων τρέφει, καὶ περιέρχεται πόλεμος αἰτίαν οὐκ ἔχων. *Maxime autem in Carmine lugubri de Chaeronea. Exsequens enim Demosthenem, qui se senatui obtulit post Chaeroneae lamentationem, finivit ad hanc sermonis monodiam;*

O Chaeronea, malus vicus.

Et rursus;

Boeotia ad Barbaros transfugiens; ingemiscite heroes sub terra; prope Plataeas victi sumus.

Et rursus.

Condemnatis propterea quod stipendia mererent Arcadibus commeatus belli patet; & Graecorum aerumnae Arcadiam sustentant, & circumvagatur bellum non habens causam. A quibusdam adscribebatur etiam illi,

Ἀράσπας ὁ Πανθίας ἐρῶν.

Sed eius Operis vetus auctor Celer, qui etiam de Arte Rhetorica scripserat. Idem Philostratus. Οἱ δὲ ἀνατιθέντες τῷ Διονυσίῳ τὸν Ἀράσπαν, τὸν τῆς Πανθίας ἐρῶντα, ἀνήκοοι μὲν τῶν τοῦ Διονυσίου ῥυθμῶν, ἀνήκοοι δὲ τῆς ἄλλης ἑρμηνείας,

μήνυσας, ἄτεροι δὲ τὸ τῶν εὐθυμάτων τέχνης· οὐ γὰρ Διονυσίου τὸ φρόντισμα τοῦτο, ἀλλὰ Κέλερος τοῦ τεχνογράφου. *Qui autem attribuerunt Dionysio Araspan, Panthiae amatorem, qui non quidem audierant Dionysii rhythmos, etiam non audierant aliam interpretationem, ignorabant autem artem excogitandi; non enim illud opus Dionysii, sed Celeris, qui Grammaticam artem scripsit.* Huius putamus quoque Epistolas, quae in Opere Epistolarum Graecarum leguntur; & Epigrammata, quae in Anthologia exstant.

DIONYSIVS MITYLENAEVS,
Scytobrachium, sive *Scyteus*.

Eius Opera, Διονύσου καὶ Ἀθηνᾶς στρατιά. Ἀργοναῦται. Μυθικά. Suidas. Διονύσιος, Μιτυληναῖος, ἐποποιός· οὗτος ἐπεκλήθη Σκυτοβραχίων, καὶ Σκυτεύς. Τὴν Διονύσου καὶ Ἀθηνᾶς στρατιάν. Ἀργοναῦται ἐν βιβλίοις ἕξ. ταῦτα δέ ἐστι πεζὰ, Μυθικὰ, πρὸς Παρμένοντα. *Dionysius, Mitylenaeus, versificator; hic vocatus est Scytobrachion & Coriarius. Bacchi & Minervae expeditionem. Argonautae libri sex. Haec autem sunt in sermone soluto, Fabulosa, ad Parmenontem scripta.* Laudat eum incerto Opere Schol. Apollonii lib. I. Διονύσιος δὲ ὁ Μιτυληναῖος συμπεπλευκέναι φησὶ τὸν ἥρωα τοῖς ἀριστεῦσιν ἕως Κόλχων, καὶ τοῖς περὶ Μήδειαν συμπεπραχέναι τῷ Ἰάσονι. *Dionysius autem Mitylenaeus inquit navigasse heroem cum fortissimis usque ad Colchos, & illis, quae de Medea narrantur, opitulatam fuisse Iasoni.* Iterum lib. IV. Διονύσιος δὲ ὁ Μιτυληναῖος ἄνθρωπόν φησι γεγενῆσθαι παιδαγωγὸν τοῦ Φρίξου, ὀνόματι Κριόν. *Dionysius vero Mitylenaeus refert exstitisse hominem paedagogum Phryxi, nomine Crion.* Ac priorem quidem locum ex Argonautis eius arbitror, alterum ex Mythicis. Diserte vero Argonautas laudat idem Scholiast. lib. II. Διονύσιος δὲ ἐν τοῖς Ἀργοναύταις φησὶν, ἀναιρεθῆναι τὸν Φινέα ὑπὸ Ἡρακλέους, ἰδόντος τοὺς παῖδας ἐν ἐρημίᾳ, καὶ μαθόντος ὅτι ὑπὸ Φινέως ἦσαν ἐκβεβλημένοι, κατὰ διαβολὴν Σκυθικῆς γυναικὸς, ἣν γεγαμήκει ὁ Φινεὺς, παραιτησάμενος Κλεοπάτραν. *Dionysius vero in Argonautis narrat, Phineum interfectum fuisse ab Hercule, vidente pueros in solitudine, & edocto esse ab Phineo eiectos, propter calumniam Scythicae feminae, quam Phineus duxerat, repudiata Cleopatra.* Nominat eum Scytobrachionis cognomento Athenaeus lib. XI. aitque ipsius fuisse Historias, quae Xanthi Lydi nomine circumferebantur. Λυδοὶ δὲ εἰς τοσοῦτον ἦλθον τρυφῆς, ὡς καὶ πρῶτοι γυναῖκας εὐνουχίσαι, ὡς ἱστορεῖ Ξάνθος ὁ Λυδὸς, ἢ ὁ εἰς αὐτὸν τὰς ἀναφερομένας ἱστορίας συγγεγραφὼς Διονύσιος ὁ Σκυτοβραχίων, ὡς Ἀρτέμων φησὶν ὁ Κασανδρεὺς ἐν τῷ περὶ συναγωγῆς βιβλίων. *Lydi autem eo venerunt luxuriae, ut & primi feminas castraverint, quemadmodum narrat Xanthus Lydus, vel Dionysius Scytobrachion, qui conscripsit historias illi attributas, ut inquit Artemon Casandrensis in opere de librorum collectione:* Et tamquam Historicum citat Eustathius ad Iliad. γ΄. Ἱστέον δὲ καὶ ὅτι λέγεται Διονύσιον τὸν Σκυτοβραχίονα ἱστορεῖν Δάρδανον παῖδα Ἑλένης καὶ Πάριδος· ὅς φασι καὶ προφέρει μετὰ τὸ, ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι, στίχον τοῦτον·

> Μηδέτι γούνασιν οἷσιν ἐφέσσασθαι φίλον υἱὸν
> Δάρδανον. ——————

ὡς εἶναι ἴσως οὕτως εὔλογον νοηθῆναι τὸ, ἄγονός τ' εἶναι, ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι, κατὰ σχῆμα ὑστερολογίας, ἤτοι πρωθύστερον, ἀντὶ τοῦ μήτε εἰς γάμον ἐλθεῖν, μήτε παῖδα ἐκεῖθεν σχεῖν τὸν, ὡς ἐρρέθη, Δάρδανον. *Sciendum autem etiam Dionysium Scytobrachionem dici narrare Dardanum Helenae & Paridis filium; qui dicit etiam & profert post hoc, Coelebsque perire, hunc versum;*

> *Neque amplius genibus suis imponere dilectum filium*
> *Dardanum.* ——————

ut sit forsan probabile intelligi illud, improlesque esse, coelebsque perire, secundum figuram praeposterae dictionis, sive praeposterum, pro hoc, neque ad nuptias venire, neque puerum illinc habere istum, ut dictus fuit, Dardanum. Meminit huius Dionysii Suetonius de Illust. Grammat. in M. Antonio Gniphone. *A nutritore suo manumissus, institutusque Alexandriae quidem, ut aliqui tradunt, in contubernio Dionysii Scytobrachionis.*

DIONYSIVS MVSONII F.

Hic Rhodius a quibusdam, ab aliis Samius nuncupatur. Eius opera, Ἱστορίαι Τοπικαὶ libris VI. Ἱστορία παιδευτικὴ libris X. Οἰκουμένης Περιήγησις. Suidas. Διονύσιος Μουσωνίου, Ῥόδιος, ἢ Σάμιος, ἱστορικός· ἦν δὲ καὶ ἱερεὺς τοῦ ἐκεῖσε ἱεροῦ τοῦ Ἡλίου. Ἱστορίας Τοπικὰς, βιβλία ἕξ. Οἰκουμένης Περιήγησιν. Ἱστορίας παιδευτικῆς βιβλία δέκα. *Dionysius, Musonii filius, Rhodius, vel Samius, Historicus; erat autem & sacerdos templi quod illic erat Solis. Scripsit Locales Historias libros sex; Orbis descriptionem: Historiae institutoriae libros decem.* Samius Dionysius ab Athenaeo laudatur: eiusque Opus,

Περὶ Κύκλου.

Ecce lib. XI. Διονύσιος δὲ ὁ Σάμιος ἐν τοῖς Περὶ τοῦ Κύκλου τὸ Ὁμηρικὸν κισσύβιον κυμβίον ἔφη, γράφων οὕτως· Καὶ αὐτὸν Ὀδυσσεὺς ὁρῶν ταῦτα ποιοῦντα, πληρώσας τοῦ οἴνου κυμβίον δίδωσι πιεῖν. *Dionysius autem Samius in scriptis De Cyclo cissybium Homericum dixit cymbium, ita scribens; Et Vlysses videns eum haec agentem, quum implevisset vino cymbium, dat bibere.*

Exstitit is locus libro istius Operis VI. Clare ostendit Athenaeus postea. Διονύσιος δ' ὁ Σάμιος ἐν ἕκτῳ Περὶ τοῦ Κύκλου τὸ αὐτὸ οἴεται εἶναι κισσύβιον καὶ κυμβίον. Φησὶ γὰρ ὡς Ὀδυσσεὺς πληρώσας κυμβίον ἀκράτου ὤρεξε τῷ Κύκλωπι. *Dionysius vero Samius in libro sexto De Cyclo idem putat esse cissybium & cymbium. Dicit enim quemadmodum Vlysses impletum mero vino poculum Cyclopi porrexerit.* Liber primus citatur a Scholiaste Pindari Isthm. ode III. Καὶ περὶ τοῦ ἀριθμοῦ διαλλάττουσι. Διονύσιος μὲν ἐν πρώτῳ Κύκλων, Θηρίμαχον, καὶ Δηϊκόωντα· Εὐριπίδης δὲ, προστίθησιν αὐτοῖς καὶ Ἀριστόδημον. *Sed de numero discrepant. Dionysius quidem in primo Cyclorum, Therimacum, & Deicoonta; Euripides vero adponit quoque Aristo-*

ristodemum. Librum v. nominat Clemens in Protreptico. Καὶ δὴ τὸν ἱστοροῦντα Διονύσιον ἐν τῷ πέμπτῳ μέρει τοῦ Κύκλου παρίστημι. *Et sane ostendo Dionysium narrantem in quinta Cycli parte*. Euripidis Scholiastes ad Phoenissas librum xi. Διονύσιος ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ τοῦ Κύκλου, βύρσαν αὐτὸν ἠμφιέσθαι φησι, καὶ κύκλῳ τὸ ὅλον σῶμα ὀμματῶσθαι. *Dionysius autem in libro undecimo Cycli, pellem inquit eum indutum fuisse, & in circuitu totum corpus oculatum fuisse*. Atque hinc ὁ Κυκλογράφος nuncupatus fuit. Idem Scholiastes Euripidis ad Orestem. Ἀκολουθεῖν δοκεῖ τῷ τὴν Ἀλκμαιωνίδα πεποιηκότι, εἰς τὰ περὶ τὴν ἄρνα, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ Κυκλογράφος φησί. *Sequi videtur eum qui fecit Alcmaeonidas, ad ea quae de agno, ut & Dionysius Cyclographus inquit*. Ioannes Tzetzes in Prolegomenis ad Hesiodum. Τὸν παλαιὸν δὲ Ὅμηρον Διονύσιος ὁ Κυκλογράφος φησὶν ἐπ' ἀμφοτέρων ὑπάρχειν, τῶν Θηβαϊκῶν στρατειῶν, καὶ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως. *Priscum autem Homerum Dionysius Cyclographus inquit utrisque adfuisse, Thebanis expeditionibus, & Ilii expugnationi*. Porro huic quoque attributa τὰ Βασσαρικὰ, quae alii Alexandrino adscribebant. Eustathius in Comment. Τὰ δὲ Βασσαρικὰ, διὰ τὴν τραχύτητα οὐκ ἄξια τούτου κριθέντα, εἰς τὸν Σάμιον ἀνηνέχθησαν Διονύσιον. *Sed Bassarica, propter asperitatem non digna eo existimata, ad Dionysium Samium relata sunt*. Nominat ea etiam Stephanus in βώλιγα, γάζος, δαρσανία, κάσπρα, ὤδωνις.

DIONYSIVS NESTOR.

Scripsit Λεξικὸν, ut commemorat Gesnerus.

DIONYSIVS OLYNTHIVS.

Tatianus in Orat. ad Graecos. Περὶ γὰρ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ, καὶ χρόνου, καθ' ὃν ἤκμασεν, προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι, Θεαγένης τε ὁ Ῥήγιος, κατὰ Καμβύσην γεγονὼς, Στησίμβροτός τε ὁ Θάσιος, καὶ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος, Ἡρόδοτός τε ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, καὶ Διονύσιος ὁ Ὀλύνθιος, καὶ μετ' ἐκείνους Ἔφορος ὁ Κυμαῖος. *De Homeri enim poesi, eiusque genere, & tempore, circa quod floruit, antiqui ante perscrutati sunt, & Theagenes Rhegius, qui circa Cambysen fuit, & Stesimbrotus Thasius, & Antimachus Colophonius, & Herodotus Halicarnassensis, & Dionysius Olynthius, & post illos Ephorus Cumanus*. Videtur ille ipse esse, cuius Χρονικὰ citat Suidas in Εὐριπίδης.

DIONYSIVS OXYMACHI F.

Hic Medicus fuit, nominaturque a Rufo lib. περὶ ἀνθρωπ. μορ. Ἐπανθισμοὺς δὲ πρῶτον μὲν, ὧν οἶδα, ὠνόμασε Διονύσιος ὁ τοῦ Ὀξυμάχου, καὶ φησὶν ὁ Εὔδημος λέγεσθαι τὴν φλέβα ἐπανθισμον. *Efflorescentias autem primum quidem horum, quos scio, nominavit Dionysius Oxymachi filius, & inquit Eudemus venam dici efflorescentiam*. De Scriptis eius nihil constat.

DIONYSIVS PHASELITA.

Pindari Scholiastes Pyth. ode 11. Αὐτίκα γοῦν Διονύσιος ὁ Φασηλίτης οὐκ οἴεται δεῖν γράφεσθαι, τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν, ἀλλὰ τᾶν λιπαρᾶν ἀπ' Ἀθηνᾶν, διὰ τὸ Παναθηναϊκὸν εἶναι τὸ ἐπινίκιον. *Statim igitur Dionysius Phaselita non putat scribendum esse, pinguibus ab Thebis, sed pinguibus ab Athenis, quia epinicium est Panathenaicum*. Scripsit,

Περὶ τῆς Ἀντιμάχου ποιήσεως·

Et

Περὶ τῶν Ποιητῶν.

Scholiastes Nicandri, ubi de Poetae illius genere agit. Νίκανδρον τὸν ποιητὴν Διονύσιος ὁ Φασηλίτης, ἐν τῷ Περὶ τῆς Ἀντιμάχου Ποιήσεως Αἰτωλὸν εἶναί φησι τὸ γένος, ἐν δὲ τῷ Περὶ Ποιητῶν ἱερέα φησὶν αὐτὸν τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐκ προγόνων τὴν ἱεροσύνην δεξάμενον. *Nicandrum poetam Dionysius Phaselita, in scripto De Poesi Antimachi, genere AEtolum inquit fuisse; sed in scripto De Poetis inquit eum fuisse sacerdotem Clarii Apollinis, sacerdotium accepisse a maioribus*.

DIONYSIVS PHILADELPHENSIS, *Diacenus*.

Meminit eius Plinius lib. vi. capit. xvii. *Veram & aliis auctoribus Graecis, qui cum regibus Indicis morati, sicut Megasthenes & Dionysius a Philadelpho missus ex ea caussa, vires quoque gentium prodidere*. Sunt qui Τὰ Ὀρνιθιακὰ illi adscribant, Alexandrino ab aliis tributa. Eustathius in Comment. Τὰ δὲ Ὀρνιθιακὰ (ἀνηνέχθησαν) εἰς ἄλλον τινὰ Φιλαδελφέα Διονύσιον, ὃν, διὰ λέξεως ἀκυρολογίαν, ἐπεκάλουν Διάκενον. *Sed* Τὰ Ὀρνιθιακὰ *(relata fuerunt) ad alium quemdam Philadelphensem Dionysium, quem propter impropriam rationem dictionis cognominaverunt Inanem*.

DIONYSIVS RHODIVS.

De eo vide in Dionysio Alexandrino Thrace, Teri F.

DIONYSIVS SALLVSTIVS.

Medicus hic fuit. Laudaturque a Plinio lib. xxxii. cap. vii. *Si fastidium obstaret, suspendebat pedibus posterioribus eas Sallustius Dionysius, ut ex ore virus deflueret in acetum fervens, idque e pluribus ranis. Fortioribus stomachis ex iure edendas dabat*. Scripta eius ignorantur.

DIONYSIVS SAMIVS. *Medicus* Galeno.

De eo vide in Dionysio Musonii F.

DIO-

DIONYSIVS SCYMNEVS.

Isaacius Tzetzes ad Lycophronem. Καὶ Διονύσιός φησιν ὁ Σκυμναῖος·
Μὰ τὰς Θεοίνυ ἢ Κορωνίδος κόρας.
Et Dionysius Scymnaeus inquit;
Per Bacchi & Coronidis puellas.

DIONYSIVS SCYTOBRACHION, sive SCYTHEVS.

Vide de eo in Dionysio Mitylenaeo.

DIONYSIVS SICVLVS, *Maior.*

Scripsit Tragoedias, Comoedias, & Historias. Suidas. Διονύσιος, Σικελίας τύραννος, ἔγραψε Τραγῳδίας, καὶ Κωμῳδίας, καὶ Ἱστορικά. *Dionysius, Siciliae tyrannus, scripsit Tragoedias, & Comoedias, & Historica.* Tragoedias eius commemorat etiam Plutarchus in Antiphonte Rhetore, ubi de caedis eius caussa agit. Τοῦτο δὲ ἀκούσαντα τὸν Διονύσιον, καὶ ὑπονοήσαντα προτροπὴν εἰς ἐπίθεσιν εἶναι τὸ ῥηθὲν, προστάξαι ἀναιρεθῆναι αὐτόν· οἱ δὲ, ὅτι τὰς τραγῳδίας αὐτοῦ διέσυρε χαλεπήναντα. *Id quum audivisset Dionysius, & pro exhortatione ad se insidiis petendum excepisset, eum iussisse interfici; alii vero, quod eius tragoedias illusisset indignatum.* Photius in Bibliotheca. Ἀκούσαντα δὲ τὸν Διονύσιον, καὶ εἰς αὐτὸν ὑπονοήσαντα τὸν λόγον ἀπερρίφθαι, καὶ προτροπὴν εἶναι τῆς αὐτοῦ καταλύσεως, τὴν ἐπὶ θανάτῳ τὸν ῥήτορα καταδικάσαι· οἱ δὲ, διότι φασὶ τὰς τραγῳδίας αὐτοῦ διασύρων ἐπαῤῥησιάζετο. *Dionysium vero, quum audivisset, ac sermonem hunc in se dici suspicatus esset, & incitamentum esse suae expulsionis, mortis sententia oratorem damnasse; alii vero, quod dicunt illius tragoedias traducens nimia libertate usus esset.* Anonymus in Olymp. Descript. Olympiad. CIII. anno I. Διονύσιος εἰς ἀῤῥωστίαν ἐμπεσὼν ἐτελεύτησεν, τυραννήσας ἔτη λή ὀλίγον πρότερον Ἀθήνησι διδάξας τραγῳδίαν, καὶ νικήσας. *Dionysius in morbum lapsus obiit, quum tyrannidem exercuisset annos triginta octo, quum brevi ante Athenis tragoediam docuisset, ac vicisset.* Philostratus in Thrasymacho Sophist. lib. I. Ἀπέθανε μὲν οὖν περὶ Σικελίαν ὑπὸ Διονυσίου τοῦ τυράννου· τὰς δὲ αἰτίας, ἐφ᾽ αἷς ἀπέθανεν, Ἀντιφῶντι μᾶλλον, ἢ Διονυσίῳ προσγράφομεν. διεφαύλιζε γὰρ τὰς τοῦ Διονυσίου τραγῳδίας, ἐφ᾽ αἷς ἐκεῖνος ἐφρόνει μεῖζον, ἢ ἐπὶ τῷ τυραννεῖν. *Occisus quidem igitur est in Sicilia ab Dionysio tyranno; causas vero, ob quas interfectus est, Antiphonti potius, quam Dionysio adscribimus. Vituperaverat enim Dionysii tragoedias, quibus ille magis gloriabatur, quam tyrannide.* Athenaeus lib. III. Ὑπερδραμόντες τὸν Σικελιώτην Διονύσιον· ὃς τὴν μὲν παρθένον ἐκάλει μένανδρον, ὅτι μένει τὸν ἄνδρα· καὶ τὸν στύλον μενεκράτην, ὅτι μένει καὶ κρατεῖ. *Praetereuntes Dionysium Siculum, qui virginem quidem vocabat μένανδρον, quia exspectat virum; & columnam μενεκράτην, quia manet ac retinet.* Ac speciatim nominatur eius

Ἄδωνις

ab Athenaeo lib. IX. Διονύσιος δὲ ὁ τύραννος ἐν τῷ Ἀδώνιδι·
Νυμφῶν ὑπὸ σπήλυγγα τὴν αὐτόστεγον
Σύαγρον ἐκβόλειον εὔθηρον κλύειν,
Ὧ πλεῖστ᾽ ἀπαρχὰς ἀκροθινιάζομαι.
Dionysius autem tyrannus in Adonide;
Nympharum sub antro nativo tecto
Aprum sine sagittis captu facilem audire,
Cui plurimum primitias consecro.
Ac mox ibidem:

Θεσμοφόρος.

Ista eius verba sunt. Καὶ ὁ παρὰ Διονυσίῳ δὲ ἐν Θεσμοφόρῳ μάγειρος, ἄνδρες δαιταλεῖς (οὐ χεῖρον γὰρ ἢ τούτου μνησθῆναι) τί φησι;
Σφόδρα μοι ἢ χάρις ἀεὶ μία νὴ τοὺς θεοὺς
Ταυτὶ προεῖπας τὸν μάγειρον εἰδέναι.
Πολὺ γὰρ δεῖ ἀεὶ πρότερον οἷς μέλλει ποιεῖν
Τὸ δεῖπνον εἰσχειρεῖν ποιεῖν.
Ἐὰν μὲν γὰρ ἕν τις οὕτ᾽ ἐπιβλέψῃ μόνον
Τοὖψον ποιῆσαι, κατὰ τρόπον πῶς δεῖ, τίνα
Τρόπον παραθεῖναι δὲ ποτ᾽ ἢ πῶς σκευάσαι,
Μὴ προΐδῃ τε τοῦτο, μηδὲ φροντίσῃ,
Οὐκ ἔστι μάγειρος, ὀψοποιὸς δ᾽ ἐστ᾽ ἴσως.
Οὐ ταὐτό ἐστι τοῦτο· πολὺ διήλλαχεν.
Καὶ γὰρ στράτηγος πᾶς καλεῖθ᾽ ὃς ἂν λάβῃ
Δύναμιν, ὁ μέν τοι δυνάμενος κἂν πράγμασιν
Ἀναστραφῆναι, ἢ διαβλέψαι τί που,
Στρατηγός ἐστιν, ἡγεμὼν δὲ θάτερον.
Οὕτως ἐφ᾽ ἡμῖν, σκευάσαι μὲν ἢ τεμεῖν
Ἡδύσμαθ᾽ ἑψῆσαί τε καὶ φυσᾶν τὸ πῦρ
Ὁ τυχὼν δύναιτ᾽ ἄν. ὀψοποιὸς οὖν μόνον
Ἐστὶν ὁ τοιοῦτος. ὁ δὲ μάγειρος ἄλλο τι.
Συνιδεῖν τόπον. ὥραν τὸν καλοῦντα, τὸν πάλιν
Δειπνοῦντα, πότε δὲ τίν᾽ ἰχθὺν ἀγοράσαι.
Et vero apud Dionysium in Thesmophoro coquus, viri convivatores (non enim peius est meminisse etiam illius) quid ait?
Valde mihi & venustas semper una per Deos
Hoc praedixisti coquum scire.
Multo enim decet semper prius quibus paraturus est
Coenam, facere ut administret.
Nam si quidem unum quis non adspexerit solum
Obsonium parari, admodum prout decet, quo
Modo adponere autem alicubi, aut quemadmodum parare,
Non providerit & illud, neque curaverit,
Non est coquus, sed parator obsonii est forsitan.
Non hoc est idem; multum distat.
Nam & imperator vocatur omnis, qui, si acceperit
Copias, ille equidem potest etiam in negotiis
Versari, & adspicere aliquid alicubi,
Imperator est, dux autem aliud.
Sic in nobis, parare quidem aut scindere
Dulciaria & coquere & ignem sufflare
Quilibet sane possit: obsonii parator igitur solum
Est talis. Sed coquus aliud quid.
Considerare locum, horam, vocantem, rursus
Coenantem, quando oportet & quem piscem emere.

Ἕκτορ@ λύτρα,

Iterum altera,

Κατὰ Πλάτων@.

Ioannes Tzetzes Chil. v. cap. xxiii.

Οὗτ@ ὁ Διονύσι@ πολλὰς μὲν τραγῳδίας
Ἐν ταῖς Ἀθήναις ἀναγνὺς, δεύτερ@, τρίτος ἦλθεν.
Εἰς ΛΥΤΡΑ ἢ ΤΟΥ ΕΚΤΟΡΟΣ καλέμενον τὸ δρᾶμα
Ἀναγνωσθὲν ἐνίκησε πάντας ἐν ταῖς Ἀθήναις.
Ἐν ἢ τῷ ΚΑΤΑ ΠΛΑΤΩΝΟΣ δράματι γεγραμμένῳ,
Πλέον κωμικωτέρῳ μὲν ἢ τραγῳδίας ὄντι,
Δολῶ τὸ στίχον ἔλεξεν.

Ille Dionysius multas quidem tragoedias,
Athenis recitans, secundus, tertius venit.
In pretia vero redemtionis Hectoris vocata fabula
Recitata vicit omnes Athenis.
Sed in illa contra Platonem fabula scripta,
Plus comica quidem, quam tragoediae
Opinor versum dixit.

DIONYSIVS SICVLVS,
Minor.

Huius filius. De quo Suidas. Διονύσι@, υἱὸς τῦ Σικελίας τυράννυ, ϗ αὐτὸς τύραννος, ϗ φιλόσοφ@. Ἐπιςολὰς, ϗ Περὶ τῶν ποιημάτων Ἐπιχάρμυ. *Dionysius, filius Siciliae tyranni, & ipse tyrannus, & philosophus.* Scripsit *Epistolas & De poematibus Epicharmi.*

DIONYSIVS SIDIVS.

Etymologici Auctor in Ὑποπίέρων. Διονύσιος ὁ Σίδι@ πρῶτον ταύτῃ τῇ ἐπιβολῇ ἐχρήσατο, ᾗπερ χρῶνται οἱ γραμματικοί· ὡς τύμβος, τυμβίδι@, ταῦρ@, ταυρίδι@. *Dionysius Sidius primum usus fuit hoc instituto, quo utuntur grammatici; ut sepulcrum, sepulcrulum, paucus, pauculus.*

DIONYSIVS SIDONIVS.

Varro de L. L. lib. ix. *Nam alii de omnibus universis discriminibus posuerunt numerum; ut Dionysius Sidonius, qui scripsit eas esse septuaginta unam.*

DIONYSIVS SINOPENSIS.

Hic Comicus fuit; laudaturque eius

Σώζυσα.

Athenaeus lib. xi. Διονύσι@ ὁ Σινωπεὺς ἐν Σωζύσῃ καταλέγων ὀνόματα ποτηρίων, μνημονεύει ϗ τύτυ, λέγων ὕτως·

Ὅσα δ' ἐςὶν εἴδη Θηρικλέων τῶν καλῶν
Γύναι, δικότυλοι, τρικότυλοι, δεῖν@ μέγας,
Χωρῶν μετρητὴν, κυμβίον, σκύφ@, ῥυτά.
Ποτηρί' ἡ γραῦς, ἄλλο δ' ὐδὲ ἓν βλέπει.

Dionysius Sinopensis in Servatrice recensens nomina poculorum, meminit etiam huius, sic dicens;

Quotquot autem sunt genera Thericleorum horum pulcrorum
Mulier dicotyla, tricotyla, dinus ingens,
Capiens metretam, cymbium, scyphus, rhyta.
Pocula haec anus, aliud autem nihil videt.

Iterum postea. Διονύσι@ δ' ὁ Σινωπεὺς ἐν Σωζύσῃ καταλέγων τινὰ ποτήρια, ϗ τῦ ῥυτῦ ἐμνήσθη, ὡς προεῖπον. *Dionysius Sinopensis in Servatrice recensens quaedam pocula, etiam rhyti meminit, ut antea dixi.* Ac huiusdem, ut puto, est Comoedia,

Ὁμώνυμοι.

Apud eumdem Athenaeum lib. ix. Τὴν δ' ἐξαίρεσιν ὦ καλέ μυ Οὐλπιανὲ Διονύσιος ὁ Κωμῳδοποιὸς ἐν τοῖς Ὁμωνύμοις τῷ δράματι ὕτως εἴρηκε, ποιήσας τινὰ μάγειρον πρὸς τὺς μαθητὰς διαλεγόμενον·

Ἄγε δὲ Δρίμων νῦν, εἴτι κομψὸν ἢ σοφὸν,
Ἢ γλαφυρὸν οἶσθα τῶν σεαυτῦ πραγμάτων,
Φανερὸν ποίησον τῦτο τῷ διδασκάλῳ.
Νῦν τὴν ἀπόδειξιν τῆς τεχνῆς αὐτῷ σ' ἐγώ.
Εἰς πολεμίαν ἄγω σε. θαῤῥῶν κατάτρεχε,
Ἀριθμῷ διδόασι τὰ κρέα, ϗ τηρῦσί σε
Τακερὰ ποιήσας ταῦτα, ϗ ζέσας σφόδρα,
Τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, ὡς λέγω σοι σύγχεον.
Ἰχθὺς ἁδρὸς πάρεςι ταυτὸς, ἐςὶ σός.
Κἂν τήμαχ@ ἐκκλίνῃς τι, ϗ τῦτ' ἐςὶ σόν,
Ἕως ἂν ἔνδον ὦμεν· ὅταν δ' ἔξω, γ' ἐμὸν
Ἐξαιρέσεις, ϗ τ' ἄλλα τ' ἀκόλυθ', ὅσα
Οὐ δ' ἀριθμὸν, ὔτ' ἔλεγχον ἐφ' ἑαυτῶν ἔχει,
Περικόμματ@ δὲ τάξιν ἢ θέσιν φέρει,
Εἰς αὔριόν σε κἀμὲ ταῦτά γ' εὐφρανεῖ,
Τῷ λαφυροπώλῃ παντάπασι μεταδίδυ,
Τὴν πάροδον ἵν' ἔχῃς τῶν θυρῶν ἐννυςέραν.
Τί δεῖ λέγειν με πολλὰ πρὸς συνειδότα;
Ἐμὸς εἶ μαθητὴς, σὸς δ' ἐγὼ διδάσκαλ@.
Μέμνησο τῶνδε, ϗ βάδιζε δεῦρ' ἅμα.

Ἐξαίρεσιν *autem, vel* exemtionem, *o mi probe Vlpiane, Dionysius Comicus in fabula Cognominibus sic dixit, statuens quemdam coquum cum discipulis colloquentem.*

Hem vero Drimo nunc, si quid venustum & sapiens,
Aut splendidum noveris rerum tuarum,
Manifesta illud magistro.
Nunc demonstrationem artis posco te ego.
In hosticum duco te. Bono animo decurre,
Numero dant carnes, & servant te
Molles quum feceris eas, & elixaveris vehementer,
Numerum earum, ut tibi dixi, confunde.
Piscis pinguis adest is ipse, tuus est.
Et si frustum abscissum everteris aliquod, & hoc tuum est,
Vsque dum intus simus; quum vero foris, meum
Exemtiones, & alia quae sequuntur, quotcumque
Nec numerum, nec reprehensionem in sese continent,
Sed resegminis ordinem & positionem ferunt,
In crastinum te & me haec oblectabunt,
Praedae venditorem omnino participem facito,

Acces-

Accessum ut habeas ianuarum magis benevolum.
Quid oportet dicere me multa tibi conscio?
Meus es discipulus, tuus autem ego magister.
Memento autem horum, & ambula huc simul.

Immo clare huic tribuit lib. XIV. Διονύσιος μὲν ὁ Σινωπεὺς, ὁ τῆς Κωμῳδίας ποιητὴς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὁμωνύμῳ μνημονεύει Κηφισοδώρου τοῦ Πλάνου διὰ τούτων·

——— Κηφισόδωρόν φησιν ἐπικαλούμενον
Πλάνον τιν' ἐν Ἀθήναις γενέσθαι, τὴν σχολὴν
Εἰς τοῦτο τὸ γένος τοῦ βίου καταχρώμενον.
Τοῦτον ἐντυχόντα πρὸς τὸ σίμον ἀνατρέχειν,
Ἢ συγκατεῖναι τῇ ἐπὶ τῇ βακτηρίᾳ.

Dionysius quidem Sinopensis, Comoediae poeta, in fabula inscripta Cognomine meminit Cephisodori Plani in his;

——— Cephisodorum inquit vocatum
Planum quemdam Athenis fuisse, otio
Ad istud vitae genus abutentem,
Hunc occurrentem ad clivum currendo scandere,
Aut considere illic in baculo.

DIONYSIVS STOICVS.

Diogenes Laertius in Diogene Cynico lib. VI. Φησὶ δὲ Διονύσιος ὁ Στωϊκὸς, ὡς μετὰ Χαιρώνειαν συλληφθεὶς ἀπέχθη πρὸς Φίλιππον· καὶ ἐρωτηθεὶς, τίς εἴη, κατάσκοπος, ἔφη, τῆς σῆς ἀπληστίας. *Inquit autem Dionysius Stoicus, illum post Chaeroneam comprehensum abductum fuisse ad Philippum; & interrogatus, quis esset, Speculator, inquit, tuae insatiabilitatis.*

DIONYSIVS THRAX.

Vide in Dionysio Alexandrino.

DIONYSIVS TRYPHONIS F.

Scripsit,

Περὶ Ὀνομάτων.

Athenaeus lib. VI. Καὶ τὸν τόπον Φιλαῖον ἐκάλεσαν, ἀπὸ τῆς Δημητρίου μητρὸς Φίλας, ὥς φησι Διονύσιος ὁ τοῦ Τρύφωνος ἐν τῷ δεκάτῳ Περὶ Ὀνομάτων. *Et locum Philaeum vocaverunt a Phila Demetrii matre, ut refert Dionysius Tryphonis filius in decimo De Nominibus.* Iterum lib. XI. Διονύσιος δὲ ὁ τοῦ Τρύφωνος ἐν τῷ Περὶ Ὀνομάτων, τὸν ψυγέα, φησὶν, ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι δῖνον. *Dionysius autem Tryphonis filius in scripto De Nominibus, ψυγέα, inquit, vocarunt veteres dinon.* Harpocration in γρυπάνιον. Διονύσιος μὲν οὖν ὁ Τρύφωνος ἐν δευτέρῳ Ὀνομάτων, γρυπανεῖν ἐστί, φησι, τὸ γρυποῦσθαι. οἷον τὰ ἁπαλὰ ξυλίφια ὅταν κάμψαντες ἀφῶμεν. *Dionysius quidem igitur Tryphonis filius in secundo De Nominibus, γρυπανεῖν est, inquit, accurvari, quemadmodum tenera ligna quum flectentes remittimus.* Iterum in Ἑρμῆς. Διονύσιος δὲ ὁ τοῦ Τρύφωνος ἐν τῷ Περὶ Ὀνομάτων φησὶν, ὡς ἔοικεν οὐδέτερον εἶναι τὸ δήμου ὄνομα τὸ Ἑρμῆς, ὡς τὸ Ἕρκος. *Dionysius autem Tryphonis filius in libro De Nominibus inquit, neutrum videri esse nomen populi hoc Ἑρμῆς, ut hoc Ἕρκος.* Stephanus in Μυῤῥινοῦς laudat sine ullo Operis titulo. Διονύσιος δὲ ὁ Τρύφωνος Μυῤῥινοῦντά φησιν. *Dionysius autem Tryphonis filius Myrrinunta inquit.* Iterum in Οἶα. Διονύσιος δὲ ὁ τοῦ Τρύφωνός φησι, τὸ πληθυντικὸν Οἶας λέγεσθαι αὐτὰς, ὡς καὶ ἄλλα πολλά. *Dionysius autem Tryphonis filius inquit, plurale Οἶας dici illas, ut & alia multa.*

DIONYSIVS VTICENSIS.

Scripsit,

Ῥιζοτομικά.

Stephanus. Ἰτύκη, πόλις Λιβύης, Τυρίων ἄποικος. τὸ ἐθνικὸν, Ἰτυκαῖος. ἀφ' οὗ Διονύσιος Ἰτυκαῖος Ῥιζοτομικῶν πρώτῳ. *Ityca, urbs Libyae, Tyriorum colonia. Gentile Itycaeus, a quo Dionysius Itycaeus in primo de secandis radicibus.* Sed corruptum eum locum in fine arbitror, nec emendandum sine ope meliorum codicum. Nisi forte legendum quis putet, Ῥιζοτομικῶν πρῶτος, *primus secandarum radicum;* ut dicat, eum inter omnes, qui Ῥιζοτομικὰ tractarunt, primas tenuisse. Certe laudat quoque Ῥιζοτομικὰ eius Schol. Nicand. ad Ther. Τὸ τρίφυλλον, Διονύσιος μὲν ἐν Ῥιζοτομικοῖς, μινυανθὲς καλεῖ, Καλλίμαχος δὲ, τριπέτηλον. *Trifolium, Dionysius quidem in libro de radicibus secandis, minyantes vocat. Callimachus autem, τριπέτηλον.* Ac, puto, illud ipsum respexit Servius ad Georg. lib. I. *Ad ipsam herbam apostropham facit. Haec autem a Medicis translata est in Graeciam, quo tempore eam Xerxes intulerat. Huius plena Venetia est: &, ut dicit Dionysius, trium foliorum est, semperque virens.* Scripsit etiam,

Γεωργικά.

Eius Operis librum VII. nominat Athenaeus lib. XIV. Τὸ μὲν θαλάσσιον πράσσον κόπτην φησὶ καλεῖσθαι Διονύσιος ὁ Ἰτυκαῖος ἐν ἑβδόμῳ Γεωργικῶν. *Marinum quidem porrum copten inquit vocari Dionysius Vticensis in septimo Georgicorum.* Praenomen illi fuit *Cassius:* transtulitque XXVIII. libros Magonis Poeni in linguam Graecam libris XX. eos vero in compendium redegit sex librorum Diophanes Bithynus. Varro de Re Rust. lib. I. cap. I. *Hos nobilitate Mago Carthaginiensis praeteriit Poenica lingua, quod res dispersas comprehendit libris* XXVIII. *Quos Cassius Dionysius Vticensis vertit libris* XX. *ac Graeca lingua Sextilio praetori misit: in quae volumina de Graecis libris eorum, quos dixi, adiecit non pauca, & de Magonis demsit instar librorum* VIII. *Hosce ipsos utiliter ad* VI. *libros redegit Diophanes in Bithynia, & misit Deiotaro regi.* Et Columella itidem de Re Rust. lib. I. capit. I. *Diophanes Bithynius Vticensem totum Dionysium, Poeni Magonis interpretem, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscripsit.* Plinius lib. I. ubi Auctores libri sui decimi recenset. *Ex Dionysio, qui Magonem transtulit; Diophane, qui ex Dionysio Epitomen fecit.*

DIO-

DIONYSIVS ZOPYRVS.

Schol. Ariſtophanis ad Aves. Διονύσιος δὲ ὁ Ζώπυρος γράφει, ὑπ' ὀρτυγοκόμπου· καὶ ἐξηγεῖτο, ὅτι ἔγκειται τὸ μ. θέλει γὰρ εἰπεῖν τῶν ὀρτυγοκόμπων. *Dionyſius autem Zopyrus ſcribit, ab ortygocompo; & exponebat, quod interponitur littera m. Vult enim dicere ortygocomporum.* De Scriptis nihil adhuc uſquam legi.

Atque haec quidem nobis de hiſce iſtius nominis Auctoribus obſervata. Invenio vero etiam quaedam Opera, ſed ſolo Dionyſii nomine citata; ut in incerto plane ſimus, cui adſcribere debeamus. Ecce tibi,

Τὰ Λιθιακά.

Suidas. Ταῦτα δὲ εὗρον καὶ ἐν Διονυσίῳ τῷ τὰ Λιθιακὰ γράψαντι. *Haec autem inveni etiam in Dionyſio qui Lapidaria ſcripſit.* Nonnulli haec eius eſſe putarunt, cuius Περιήγησις hodie exſtat; quemque male Alexandrinum hactenus putatum ſupra oſtendi. Euſtathius in Comment. Διονύσιος δὲ, Λίβυς μὲν ἱστορεῖται τὸ γένος· συγγράψαι δὲ καὶ ἄλλα βιβλία λέγεται, Λιθιακά τε, καὶ Ὀρνιθιακὰ, καὶ Βασσαρικά. ὧν τὰ μὲν Λιθιακὰ ἐκρίθησαν ἴδια Διονυσίου καὶ αὐτὰ, διὰ τὴν τοῦ χαρακτῆρος ὁμοιότητα. *Dionyſius autem, Libys quidem genere narratur; conſcripſiſſe autem & alios libros dicitur, & Lapidaria, & de Volucribus, & Baſſarica: quorum illa quidem de Lapidibus indicata ſunt propria Dionyſii & ipſa, propter ſimilitudinem dicendi generis.* Maximus Monachus in Commentario ad Dionyſium Areopagitam Περὶ τῆς μυστικῆς θεολογίας cap. 11. Ὡς Διονύσιος ὁ ποιητὴς ἐν δευτέρῳ Λιθιακῶν·

Τῆς βαθυχλοάοντος ἰάσπιδος, ἢ ἀμεθύστου
Πορφυρόεντος ἄγαλμα. μελαγκρατέτης ὑάκινθος.

Quemadmodum Dionyſius poeta in ſecundo de Lapidibus;

Profunde-herbaſcentis iaſpidis, vel amethyſti
Purpurantis ornamentum, nigreſcens hyacinthus.

De Articulationibus Graecis.

Fulgentius lib. de Virg. Contin. *Nam ideo & ramus dictus eſt* ἀπὸ τῆς ῥαψῳδίας, *id eſt, a ſcriptura, ſicut Dionyſius in Graecis Articulationibus memorat.*

Γιγαντίας.

Stephanus. Κελαδώνη, πόλις Λοκρίδος, ὡς Διονύσιος Γιγαντιάδος πρώτῳ. *Celadone, urbs Locridis, quemadmodum Dionyſius primus Gigantiadis.* Iterum alio loco. Νέσσων, πόλις Θεσσαλίας. Διονύσιος τρίτῳ Γιγαντιάδος. *Neſſon, urbs Theſſaliae, Dionyſius tertio Gigantiadis.*

Περὶ τοῦ Χαίρειν.

Scholiaſtes Ariſtophanis Pluto. Περὶ δὲ τοῦ ἐν τῇ συνηθείᾳ Χαίρειν, τόντε ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γέγραπται Διονυσίῳ μονόβιβλον· καὶ λέγει μὲν περὶ αὐτοῦ, ὑπὸ Κλέωνος αὐτὸ πρῶτον τετάχθαι. *De voce autem Vale in communi uſu, & ea, quae in epiſtolis adhibetur, liber unus ſcriptus eſt a Dionyſio; & dicit quidem de ea, ab Cleone illam primam poſitam fuiſſe.*

Ἐπιτομή.

Stephanus. Κορίολλα, πόλις Λατίνων. Διονύσιος καὶ τῆς Ἐπιτομῆς. *Coriolla, urbs Latinorum, Dionyſius & Epitome.* Locus corruptus. Reſtituo, Διονύσιος κά τῆς Ἐ'. *Dionyſius viceſimo primo Epit.*

Περὶ τῶν Νυμφῶν.

Suidas in Νύμφαι. Περὶ δὲ τῶν θεῶν (τῶν Νυμφῶν) Διονυσίῳ πᾶσα ἡ ἱστορία συνῆκται ἐν τριάκοντα καὶ τρισὶ βιβλίοις. *De deabus vero (Nymphis) omnis hiſtoria a Dionyſio in tribus & triginta libris collecta eſt.* Laudantur quoque

Hiſtoriae.

Sed eum ſub Imperatoribus poſterioribus vixiſſe conſtat. Iornandes de Rebus Geticis capit. XIX. *Defuncto tunc Decio, Gallus & Voluſianus regno potiti ſunt Romanorum, quando & peſtilens morbus, paene iſtius neceſſitatis conſimilis, ut nos ante hos novem annos experti ſumus, faciem totius orbis foedavit, ſupra modum tamen Alexandriam totiusque AEgypti loca devaſtans, Dionyſio hiſtorico ſuper hanc cladem lacrimabiliter exponente.*

Ὀψαρτυτικός.

Athenaeus lib. VII. Καὶ Διονύσιος ἐν Ὀψαρτυτικῷ τῆς ὑαίνης μνημονεύει. *Et Dionyſius in Opſartytico hyaenae meminit.*

FINIS.

DE HERACLIDE
ALIISQVE EIVS NOMINIS, ET EORVM OPERIBVS.
DISSERTATIO.

SYLLABVS AVCTORVM HVIVS NOMINIS.

Heraclides Ponticus, Maior.
Heraclides Ponticus, Minor.
Heraclides Cumanus I.
Heraclides Cumanus II.
Heraclides Callatianus, sive Alexandrinus, Lembus.
Heraclides Alexandrinus.
Heraclides Bargylensis, Dialecticus.
Heraclides Medicus.
Heraclides Tarentinus.
Heraclides, Poeticus.
Heraclides Phocensis.
Heraclides Ligur.
Heraclides Magnesius.
Heraclides Mathematicus.
Heraclides Clazomenius.
Heraclides Bays.
Heraclides Comicus.
Heraclides Cretensis.
Heraclides Herophileus.
Heraclides Lycius.
Heraclides Macedo.
Heraclides Mopseates.
Heraclides Odessites.
Heraclides Sinopensis.
Heraclides Soranus.
Heraclides Syracusanus.
Heraclides Tarsensis.
Heraclides Terinaeus.
Heraclides Thyatirenus.

DE

raclides Oxyrynchita, Philosophus, Sarapionis filius, qui cognominatus est Lembus; qui vixit tempore Ptolemaei sexti, qui cum Antiocho inita scripsit pacta. Nisi forte & Heraclides Ponticus etiam illas scripserit, quod incertum; & potest error esse Diogenis, qui cum Heraclidis Συνθήκας simpliciter citatas legeret, Pontici sui esse putaverit. Extra catalogum etiam eius,

Τραγῳδίαι,

Commemorantur, sub Thespidis nomine divulgatae. *Φησὶ δ' Ἀριστόξενος καὶ Τραγῳδίας αὐτὸν ποιεῖν, καὶ Θέσπιδος αὐτὰς ἐπιγράφειν. Dicit autem Aristoxenus & Tragoedias illum facere, & Thespidis illas inscribere.* Item

Περὶ τῆς ἄπνου.

Ecce tibi in Prooemio lib. I. *Φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας, καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον, ἐν Σικυῶνι διαλεγόμενος Λέοντι τῷ Σικυωνίων τυράννῳ ἢ Φλιασίων, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῇ Περὶ τῆς ἄπνου. Philosophiam autem primus nominavit Pythagoras, & se Philosophum, Sicyone colloquens cum Leonte Sicyoniorum tyranno, aut Phliasiorum, sicut dicit Heraclides Ponticus in libro De eo quem defecit spiritus.* Iam ab aliis commemorari quoque video.

Περὶ χρηστηρίων.

Clemens Stromaton I. *Μέμνηται τούτων Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς, ἐν τῷ Περὶ χρηστηρίων. Meminit horum Heraclides Ponticus in scripto De oraculis.* Ioannes Tzetzes ad Hesiodi Scutum. *Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς, ἐν τῷ Περὶ χρηστηρίων, τὸν ἐν Πειρασταῖς Ἀπόλλωνα ὑπὸ Τροφωνίου ἱδρῦσθαι φησί. Heraclides autem Ponticus in scripto De oraculis, Pagasis Apollinem a Trophonio collocatum esse dicit.* Sed & plures Heraclidae a Diogene recensentur. In his secundus,

HERACLIDES
Ponticus, Minor.

Γεγόνασι δὲ, inquit, *Ἡρακλεῖδαι τεσσαρεσκαίδεκα. πρῶτος, αὐτός. δεύτερος, πολίτης αὐτοῦ, Πυῤῥίχας καὶ Φλυαρίας συντεταγμένος. Fuerunt autem Heraclidae quatuordecim. Primus hic ipse; secundus eius civis, Pyrrhichas & Garrulitates composuit.* Vbi vides, Opus quoddam eius fuisse inscriptum

Πυῤῥίχαι.

Item aliud,

Φλυαρίαι.

Erat nimirum hic Grammaticus; cuius

Λέσχαι, & Ἐπικὰ,

a Suida nobis commemorantur. *Ἡρακλείδης Ποντικὸς, ἀπὸ Ἡρακλείας Πόντου. Γραμματικός. ὅστις Διδύμῳ τῷ πάνυ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐφοίτησεν. οὗτος, ἐπειδὴ ἤκουσεν Ἄπερος, τοῦ Ἀριστάρχου μαθητοῦ, εὐδοκιμοῦντος κατὰ τὴν Ῥώμην, πολλά, τε τὸν Δίδυμον διασύροντος ἔγραψε μέτρῳ Σαπφικῷ, ἤτοι Φαλαικίῳ, βιβλία γ'. δυσερμήνευτα, καὶ πολλὴν τὴν ἀπορίαν ἔχοντα προβαλλομένων ζητήσεων· ἅ τινα Λέσχας ἐκάλεσεν. εἰς Ῥώμην δὲ κομίσας, καὶ τοῦ Ἄπερος καταφανὲς, κατέμεινε σχολάζων ἐν αὐτῇ ἐπὶ Κλαυδίου, καὶ Νέρωνος. ἔγραψε δὲ καὶ ποιήματα ἐπικὰ πολλά. Heraclides Ponticus, ab Heraclea Ponti. Grammaticus; qui ad Didymum plane excellentem in Alexandria venit. Hic, postquam audivit Aperum, Aristarchi discipulum, celebratum circa Romam, & in multis traducentem Didymum, scripsit carmine Sapphico, seu Phalaecio, libros tres explicatu difficiles, & multam dubitationem habentes propositarum quaestionum, quos Sermocinationes vocavit. Romam vero delatus, & Apero visus, permansit studens in illa tempore Claudii, & Neronis. Scripsit autem, & poemata Epica multa.* Quod Λέσχας attinet, eae seorsim ab eodem Suida commemorantur alibi. *Λέσχαι καὶ ποίηματα Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ μέτρῳ Φαλαικείῳ, ἤτοι Σαπφικῷ, γραφέντα. Sermocinationes, & poemata Heraclidis Pontici carmine Phalaecio, seu Sapphico, scripta.* Etiam ab Artemidoro citantur, Onirocrit. libro IV. cap. LXIX. *Εἰσὶ γὰρ καὶ παρὰ Λυκόφρονι ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ, καὶ παρὰ Ἡρακλείδῃ τῷ Ποντικῷ ἐν ταῖς Λέσχαις, καὶ παρὰ Παρθενίῳ ἐν ταῖς Ἐλεγείαις, καὶ παρ' ἄλλοις πολλοῖς, ἱστορίαι ξέναι καὶ ἄτριπτοι. Nam sunt, & apud Lycophronem in Alexandra, & apud Heraclidem Ponticum in Sermocinationibus, & apud Parthenium in Elegiis, & apud multos alios, historiae peregrinae, & non tritae.* Et has puto illas esse, quae Φλυαρίαι a Diogene indigetantur. Tertius est,

HERACLIDES
Cumanus I.

Qui

Περσικά.

libris quinque pertractavit. Diogenes. *Τρίτος, Κυμαῖος, γεγραφὼς Περσικὰ ἐν βιβλίοις πέντε. Tertius Cumanus, qui scripsit Persica in libris quinque.* Citatque eius Operis librum secundum Etymologici Auctor in Δανάκης. *Ἡρακλείδης ἐν τῷ δευτέρῳ Περσικῶν. Heraclides in libro secundo Persicorum.* Et Athenaeus lib. IV. *Ἡρακλείδης δ' ὁ Κυμαῖος ὁ τὰ Περσικὰ συγγράψας, ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιγραφομένων Παρασκευαστικῶν. Heraclides autem Cumanus, qui Persica conscripsit, in secundo inscriptorum Praeparatoriorum.* Item lib. XII. *Ὡς ἱστορεῖ ὁ Κυμαῖος Ἡρακλείδης, ὁ τὰ Περσικὰ συγγράψας, ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Παρασκευαστικοῖς. Vt narrat Cumanus Heraclides, qui Persica conscripsit, in inscri-*

scriptis Praeparatoriis. Et observa, scripta quoque illi fuisse,

Παρασκευαστικὰ,

quae Diogenes non commemorat. Sed cur, sodes, Athenaeus, cum de hoc Cumano loquitur, quasi discriminis causa addit? ὁ τὰ Περσικὰ συγγράψας, *qui Persica conscripsit*. Quia nimirum quartus erat, Rhetor,

HERACLIDES.
Cumanus II.

Cuius

Τέχναι

a Diogene nominantur: Τέταρτος, ait, Κυμαῖος, ῥήτωρ, Τέχνας γεγραφώς. *Quartus Cumanus, rhetor, qui artes scripsit*. Quintus,

HERACLIDES.
Callatianus,

sive

Alexandrinus, Lembus.

Huius erat,

Διαδοχὴ,

sex librorum Opus. Et,

Λεμβευτικὸς λόγος,

unde *Lembus* ipse cognominatus. Diogenes: Πέμπτος, Καλλατιανὸς, ἢ Ἀλεξανδρεὺς, γεγραφὼς τὴν Διαδοχὴν ἐν ἓξ βιβλίοις· καὶ Λεμβευτικὸν λόγον, ὅθεν καὶ Λέμβος ἐκαλεῖτο. *Quintus Callatianus, aut Alexandrinus, qui scripsit Successionem, in sex libris; & Lembeuticum Sermonem, unde & Lembus vocabatur*. Hunc Oxyrynchiten fuisse, Sarapionis filium, & ad Antiochum

Συνθήκας,

aliaque multa Philosophica scripsisse, auctor est Suidas: Ἡρακλείδης, Ὀξυρυγχίτης, φιλόσοφος, ὁ τοῦ Σαραπίωνος, ὃς ἐπεκλήθη Λέμβος, γεγονὼς ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ ἕκτου· ὃς τὰς πρὸς Ἀντίοχον ἔγραψε Συνθήκας. ἔγραψε φιλόσοφα, καὶ ἄλλα. *Heraclides Oxyrynchites, philosophus, Sarapionis filius, qui cognominatus est Lembus, florens tempore Ptolemaei sexti; qui cum Antiocho icta scripsit Pacta. Scripsit Philosophica, & alia*. Quod ad Διαδοχὴν attinet, quae Diogeni commemoratur, eius Operis plena inscriptio ista erat,

Ἐπιτομὴ τῶν Σωτίωνος Διαδοχῶν.

Habes apud eumdem Diogenem in Demetrio lib. V. Ἡρακλείδης ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τῶν Σωτίωνος Διαδοχῶν. *Heraclides in Epitome Sotionis Successionum*. Iterum in Pythagora lib. VIII. Ἡρακλείδης, ὁ τοῦ Σαραπίωνος, ἐν τῇ Σοτίωνος Ἐπιτομῇ. *Heraclides, Sarapionis filius, in Sotionis Epitome*. Ab Athenaeo eius

Ἱστορίαι

laudantur lib. III. Ἱστορεῖ δὲ περὶ αὐτοῦ Ἡρακλείδης ὁ Λέμβος, ἐν τῇ τριακοστῇ ἑβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν. *Narrat autem de illo Heraclides Lembus, in trigesimo septimo libro Historiarum*. Et lib. VIII. Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Λέμβος, ἐν τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ τῶν Ἱστοριῶν, περὶ τὴν Παιονίαν καὶ Δαρδανίαν βατράχοις, φησὶν, ὗσεν ὁ Θεός. *Heraclides igitur Lembus, in vigesimo primo Historiarum, circa Paeoniam, & Dardaniam ranis, dicit, pluit Deus*. Nominat eumdem rursum incerto Opere lib. XIII. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἱστορεῖ, ὅτι κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζεσθαι μᾶλλον ὁ κάλλιστος, ἢ γυνὴ ἡ καλλίστη. *Heraclides autem Lembus narrat, in urbe Sparta esse magis admirationi pulcerrimum, quam feminam pulcherrimam*. Est nimirum ex Historiis; ut & ista apud Festum Pompeium: *Lembus, qui adpellatur Heraclides, existimat, revertentibus ab Ilio Achivis, quosdam tempestate deiectos in Italiae regiones, sequutos Tiberis decursum, pervenisse, ubi nunc sit Roma*. Epitomen eius Operis fecit Heron Atheniensis. Suidas: Ἥρων, Κότυος, Ἀθηναῖος ῥήτωρ· τὰς ἐν Ἀθήναις δίκας γεγραφὼς, εἶται Ἐξήγησιν Δεινάρχου· Ὑπομνήματα εἰς Ἡρόδοτον, Ξενοφῶντα, Θουκυδίδην· Κεκριμένων ὀνομάτων βιβλία γʹ. Ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλείδου Ἱστοριῶν. *Heron, Cotyis filius, Atheniensis, rhetor; qui quae sunt Athenis iudicia scripsit, deinde Enarrationem Dinarchi; Commentarios in Herodotum, Xenophontem, Thucydidem; Adprobatorum nominum libros tres; Epitomen Heraclidis Historiarum*. Sextus.

HERACLIDES
Alexandrinus.

Qui scripsit,

Περσικὰ ἰδιώματα.

Ita de eo Diogenes: Ἕκτος Ἀλεξανδρεὺς· γεγραφὼς τὰ Περσικὰ Ἰδιώματα. *Sextus, Alexandrinus, qui scripsit Persicas Proprietates*. Meminit eius Eustathius ad Iliad. ί. Κατὰ γὰρ τὸν Ἀλεξανδρέα Ἡρακλείδην, ὡς πατῶ, πάτος· στείβω, στίβος· οὕτω ἐλεύθω, ἔλευθος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ κ κέλευθος. *Nam iuxta Alexandrinum Heraclidem, sicut a calco, via calcata; ita incedo, via pressa; sic eo, itio, quae Graece ἔλευθος, & per pleonasmum litterae κ κέλευθος*. Septimus,

HERACLIDES
Bargylensis, Dialecticus.

Scripsit,

Κατ' Ἐπικούρου.

Diogenes; Ἕβδομος, διαλεκτικὸς, Βαργυλιήτης, κατ' Ἐπικούρου γεγράφως. *Septimus, dialecticus,*

cus, Bargylensis, qui contra Epicurum scripsit. Octavus, ex Hicesii Schola.

HERACLIDES
Medicus.

Diogenes: Ὄγδοος, ἰατρὸς τῶν ἀπὸ Ἱκεσίου. *Octavus, medicus ex discipulis Hicesiae*. Nonus, etiam Medicus,

HERACLIDES
Tarentinus.

Diogenes: Ἔννατος, ἰατρὸς Ταραντῖνος, ἐμπειρικός. *Nonus, medicus Tarentinus, empiricus*. Meminit eius Erotianus in Lexico Hippocratis: Ξενόκριτος γὰρ ὁ Κῷος, γραμματικὸς ὤν, ὥς φησιν ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης, πρῶτος ἐξελάβετο τὰς τοιαύτας ἐξαπλοῦν φωνάς. *Xenocritus enim Cous, grammaticus, ut dicit Tarentinus Heraclides, primus interpretatus fuit tales explicare voces*. Iterum: Θράσσει· Βακχεῖός φησι, κινεῖ, νύττει. Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος, ἐρεθίζει. Θράσσει. (*Perturbat*) *Bacchius dicit, movet, pungit. Heraclides Tarentinus, irritat*. Scripserat nempe,

Ἐξηγητικὸν τῆς Ἐπιδημίας.

Adparet ex eodem Erotiano alibi: Στρεγγίδα. Ἡρακλείδης μὲν ὁ Ταραντῖνος διὰ τοῦ ρ γράψας στρεγγίδα, ἐν δευτέρῳ Ἐξηγητικῷ τῆς τετάρτης Ἐπιδημίας, χρυσᾶ φησὶ τενίδια εἶναι, οἷς χρῶνταί τινες τῶν θεωρῶν. *Heraclides Tarentinus quidem per litteram r scribens* στρεγγίδα (*strigilem*) *in secundo Narratorio quartae Peregrinationis, aureos dicit tendunculos esse, quibus utuntur quidam legatorum ad sacra*. Meminit *ibidem* semel, iterumque, sed sine ullo Operis titulo; quemadmodum etiam Dioscorides in Prooemio lib. I. & ex eo Epiphanius, Adversus Haereses lib. I. Galenus initio lib. IX. Epidem. Καθάπερ ὁ Ἡρακλείδης ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ἐπιδημίων ἐποιήσατο. *Sicut Heraclides in secundo Peregrinationum fecit*. Laudat quoque saepissime in libris de Comp. Medic. Eiusdem

Περὶ τῆς τῶν φαρμάκων σκευασίας τε καὶ δυνάμεως, καὶ δοκιμασίας.

Dioscorides in Praef. lib. I. Πολλῶν, οὐ μόνον ἀρχαίων, ἀλλὰ καὶ νέων, συνταξαμένων Περὶ τῆς τῶν φαρμάκων σκευασίας τε καὶ δυνάμεως, καὶ δοκιμασίας, φίλτατε Ἄρειε, πειράσομαί σοι παραστῆσαι, μὴ κενὴν, μηδὲ ἄλογον ὁρμὴν ἐσχηκέναι πρὸς τήνδε τὴν πραγματείαν· διὰ τὸ τοὺς μὲν αὐτῶν μὴ τετελεωκέναι. τοὺς δὲ ἐξ ἱστορίας τὰ πλεῖστα ἀναγράψαι. Ἰόλας μὲν γὰρ ὁ Βιθυνὸς, καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος, ἐπ' ὀλίγον ἥψαντο τῆς αὐτῆς πραγματείας, τὴν βοτανικὴν παντελῶς ἐάσαντες παράδοσιν. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν μεταλλικῶν, ἢ ἀρωμάτων πάντων ἐμνήσθησαν. *Quum multi, non tantum veteres, sed & recentes, scripserint De Medicamentorum, & Confectione, & Potentia, & Exploratione, amicissime Arie, conabor tibi probare, nec inanem, nec ratione carentem, impetum habuisse ad hoc studium, propterea quod hi quidem illorum non perfecerint; illi vero ex auditione plurima descripserint. Iolas enim quidem Bithynus, & Heraclides Tarentinus, parum attigerunt hoc studium, herbariam omnino praetermittentes traditionem: sed neque metallicorum, aut aromatum omnium meminerunt*. Erant quoque

Interiorum Curationum

libri quos citat Caelius Aurelianus Chron. lib. I. cap. IV. *Item Heraclides Tarentinus, secundo libro Interiorum Curationum, eadem medicamina conscripsit*. Et lib. III. cap. VIII. *Heraclides Tarentinus, secundo libro Internarum passionum, sive humoris infusi, perforationem catasarcam vocat*. Deinde

Συμπόσιον

eius citatur ab Athenaeo lib. II. Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος ἐν τῷ Συμποσίῳ περιγράφων τοὺς βόλβους, φησί. *Heraclides Tarentinus in Convivio circumscribens bulbos, dicit*. Iterum: Ὁ δὲ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης ἐν τῷ Συμποσίῳ φησί. *Tarentinus autem Heraclides in Convivio dicit*. Et occurrit pluries apud eumdem lib. III. Decimus,

HERACLIDES.
Poeticus.

Cuius fuerunt,

Παραινέσεις.

Diogenes: Δέκατος, ποιητικὸς, Παραινέσεις γεγραφώς. *Decimus, poeticus, qui Praecepta scripsit*. Undecimus, statuarius,

HERACLIDES
Phocensis.

Diogenes: Ἑνδέκατος, ἀνδριαντοποιὸς, Φωκαιεύς. *Undecimus, statuarius, Phocaeensis*. Duodecimus,

HERACLIDES
Ligur.

Scripsit

Ἐπιγράμματα.

Diogenes: Δωδέκατος, Ἐπιγραμμάτων ποιητὴς, Λίγυρος. *Duodecimus, Epigrammatum poeta, Ligur*. Et istius esse arbitror Epigrammata, quae leguntur Anthologiae libro III. Titulis II. & III. Decimus tertius,

HERACLIDES
Magnesius.

Scripsit,

Μιθρι-

Μιθριδατικά,

Diogenes: Τρισκαιδέκατος, Μάγνης, Μιθριδατικὰ γεγραφώς. *Decimus tertius, Magnesius, qui Mitridatica scripsit.* Decimus quartus,

HERACLIDES
Mathemathicus,

Cuius Opus fuit,

Ἀστρολογούμενα.

Diogenes: Τεσσαρεσκαιδέκατος, Ἀστρολογούμενα συγγεγραφώς. *Quartus decimus, Astrologica conscripsit.* Et hi sunt, de quibus Diogenes. Verum mihi multo plures observati, quos hic referam. Decimus quintus,

HERACLIDES
Clazomenius,

Huius Plato, tamquam Rhapsoedi, extremo Ione mentionem facit: Καὶ Φανοσθένη τὸν Ἄνδριον, καὶ Ἡρακλείδην τὸν Κλαζομένιον, οὓς ἤδη ἡ πόλις ξένους ὄντας, ἐνδειξαμένους ὅτι ἄξιοι λόγου εἰσὶν, καὶ εἰς στρατηγίας, καὶ εἰς τὰς ἄλλας ἀρχὰς ἄγει. *Et Phanosthenem Andrium, & Heraclidem Clazomenium, quos iam urbs quum sint peregrini, demonstrantes se esse alicuius pretii, & ad praeturas, & alios magistratus ducit.* Et Hesychius: Ἡρακλείδης ὁ Κλαζομένιος τε καὶ ὁ Βαῦς καλούμενος. *Heraclides & Clazomenius, & qui Bays vocatur.* Vbi occurrit quoque decimus sextus,

HERACLIDES
Bays,

Decimus septimus,

HERACLIDES
Comicus.

Eius meminit Athenaeus lib. XII. Περὶ οὗ καὶ ὁ Ἡρακλείδης, ὁ τῶν Κωμῳδιῶν ποιητὴς, μέμνηται. *Cuius etiam Heraclides, Comoediarum poeta, meminit.* Decimus octavus.

HERACLIDES
Cretensis.

Qui scripsit,

Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων.

Apollonius: Ἱστοριῶν Θαυμασίων capit. XIX. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Κρητικὸς, ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων, κατὰ τὸ Πήλιον ὄρος φύεσθαί φησιν ἄκανθαν καρποφόρον. *Heraclides autem Creticus, in scripto De Vrbibus in Hellade, circa Pelium montem nasci dicit spinam fructiferam.* Decimus nonus,

HERACLIDES
Herophileus.

Eius apud Strabonem mentio est lib. XIV. Καὶ καθ' ἡμᾶς Ἡρακλείδης Ἡροφίλειος ἰατρὸς, συσχολαστὴς Ἀπολλωνίου τοῦ Μυός. *Et nostro tempore Heraclides Herophileus medicus, condiscipulus Apollonii Muris.* Vicesimus,

HERACLIDES
Lycius.

Is Sophista fuit; eiusque vitam descripsit Philostratus Sophist. lib. II. ubi Opus eius unum,

Πόνου ἐγκώμιον,

nobis commemorat: Καί ἐστιν αὐτῷ φρόντισμα οὐκ ἀηδὲς, βιβλίον ξύμμετρον, ὃ ἐπιγέγραπται, Πόνου ἐγκώμιον. *Et est illi meditatio non iniucunda, liber modicus, qui inscriptus est Laboris laus.* De eo ita Suidas: Ἡρακλείδης, ὁ Λύκιος, σοφιστὴς, ἔφη. Νικήτης ὁ κεκαθαρμένος. ἀγνοήσας, ἀκροθίνια Πυγμαῖον Κολοσσῷ ἐφαρμόζειν. *Heraclides, Lycius, sophista, dixit. Nicetes ille purgatus: nesciens, primitias spoliorum Pygmaeorum Colosso accommodare.* Habetque eadem in ἀκροθίνια. Sunt autem petita e Philostrati istis verbis in Niceta, Sophistarum lib. I. Τὸν δὲ ἄνδρα τοῦτον χρόνοις ὕστερον Ἡρακλείδης ὁ Λύκιος σοφιστὴς διορθούμενος, ἐπέγραψε Νικήτην τὸν κεκαθαρμένον. ἠγνόησε δὲ, ἀκροθίνια Πυγμαῖα Κολοσσῷ ἐφαρμόζων. *Hunc autem virum temporibus posterioribus, Heraclides Lycius sophista emendatus, inscripsit Nicetam purgatum. Nesciebat autem primitias spoliorum Pygmaeas Colosso accommodare.* Vicesimus primus, Pictor,

HERACLIDES
Macedo.

Plinius lib. XXXV. cap. XI. *Est nomen, & Heraclidi Macedoni. Initio naves pinxit: captoque rege Perseo, Athenas commigravit.* Moxque eius iterum meminit. Vicesimus secundus, Grammaticus,

HERACLIDES
Mopseates.

Stephanus in Μόψου ἑστία: Ἀφ' οὗ ὁ γραμματικὸς Ἡρακλείδης. ὁ Μοψεάτης. *A quo grammaticus Heraclides, Mopseates.* Athenaeus libro VI. Ὡς ὁ Μοψεάτης Ἡρακλείδης λέγει, καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἀπ' ἄλλων πόλεων. *Sicut Mopseates Heraclides dicit, enumerans illum quoque ab aliis urbibus.* Vicesimus tertius.

HERACLIDES
Odessites.

Historicus Stephanus in Ὀδησσός: Ἐχρημάτιζον δὲ Ἡρακλείδης, ἱστοριογράφος, καὶ Δημήτριος,

DE GLORIA

LIBER VNVS.

Ecclesiast. cap. 37. vers. 29.

Sapiens in populo hereditabit honorem, & nomen illius erit vivens in aeternum.

Cap. 41. vers. 15. 16.

Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, & magni.

Psalm. cxi.

Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Gloria, & divitiae in domo eius: & iustitia eius manet in saeculum saeculi.

Nobilibus, & bonae spei Adolescentibus, Fratribus

REGINALDO AB ORDENBARNEVELT
DOMINO DE GROENEVELT, ET RODERIS
GVLIELMO AB OLDENBARNEVELT
DOMINO DE CRAELINGERPOLDER, ET VVEDE

IOANNES MEVRSIVS S. D.

LYcon Philosophus, Adolescentuli nobiles, necessario adolescentiae vestrae inculcari aiebat cupiditatem Gloriae, videlicet, ut isto stimulo incitati alacriter ad praeclarissima quaeque contenderetis. Optime ille. Certe nullum virtutis magnificentius praemium haberi posse communis semper praestantissimorum virorum omnium fuit sententia, ideoque summis id viribus sunt sectati. Et profecto nihil illustrius est; imo in rebus humanis unum hoc plus, quam humanum. Proposui vobis ob oculos, non ex dignitate ipsius, qui enim possim? & quis possit? verum perspicue, ac breviter; qaemadmodum isti, qui ingentem hunc terrarum orbem unius tabulae ambitu circumscribunt, non parvo quidem magnitudinis detrimento, sed dispendio tamen nullo veritatis. Is autem mihi praecipuus finis, ut quamvis teneros adhuc animos ad eam erigerem, instruerem que. Scilicet ita oportet, si patria vestra, si patre dignos vos praestabitis, qui maximis in Rempub. beneficiis gloriam omnino immortalem consequutus est. Vos per vestigia ista ite, & faciliore gradu ad eam pervenietis; quippe multa nominibus dantur, fortunaque quibusdam pro virtute est; & vel eo patre genitos esse pro merito censebitur. Propter eum famam non habere non poteritis, at bonam, an malam habituri sitis, vestri arbitrii res erit. Qui in obscuro vitam agunt, latent in tenebris suis; fortunam, ac famam pares tenent; qui in claritate summa, eorum facta cunctis nota; ita in maxima fortuna, quam minimum licet, & necessario boni sunt, qui magni, ac magnis nati. Videte quantum vobis oneris tacite imposuerit Deus, quod cavete ne excutiatis, cum gravi illius offensa. Atque tum demum patriae satisfactum existimate, quum effeceritis, ut meritis in eam, non dicam medii, sed primi evaseritis. Alexander Macedo, quum legeret apud Homerum, Hectore adversarium sibi sorte de novem ducibus poscente, exercitum trepidum a Iove petiisse, ut vel Aiacem, vel Diomedem, vel Agamemnonem daret. occiderem, aiebat, illum, qui me tertium nominasset. Ecce, nominari inter novem Graeciae defensores tertius recusabat. O admirandum magni animi ardorem! Vos exemplum accipite, & imitamini. Primi, primi estote. Finiam in tam illustri nomine exhortationem; quippe, si persuasi, nihil pluribus opus; sin minus, quid verba perdam? sed prius isthoc spero. Valete tenelli surculi, & in Virtute ad Gloriam crescite, ne disciplinae meae alumnos fuisse me poeniteat. IV. Eid. Decemb. CIↃ. IↃ. C.

LECTOR CANDIDE.

EN tibi De Gloria librum nostrum; brevem istum, ac brevi tempore natum, scriptumque. Nam neque otii nobis nunc multum est, quod huiusmodi παρέργοις impendamus, & alio festinamus. Praeterea ingenii magis omnis haec res, quam laboris, aut industriae. Materia vero angusta, & arcta, in qua, quae dici debeant, non multa invenias; ideoque unius tantum libri universa scriptio. Nec plures dederunt olim Cleanthes, atque Sphaerus, quos in eodem Opere laborasse ex Laertio cognoscimus. Neque Cicero etiam, nisi nos coniectura fallit, nam etsi duos ille *De Honore, & Gloria*, reliquisse se testatur, ita tamen distribuisse existimamus, ut in primo De Honore, in altero De succedanea eius Gloria, tractarit, exemplo, ac filo illius, quem paulo ante laudavi, Cleanthis. Audio quoque Orosium scripsisse. Non, vidi, tu poteris, si voles; & haec nostra, quae rogo te boni consulas. Edidit, & amplum volumen Cassaneus, Praeses Provinciae. Verum longe diversam uterque viam insistimus. Ille occupatus tantum in externo isto, vanoque splendore, ambitionis pabulo; ego in praestantissimo vitae praeclare transactae fructu, virtutis incentivo. Addidi aliquid Philologicum, quo austeritatem Philosophici scripti temperarem. Nimium fortasse pro mantissa; at illuc indicium esse tibi volui, quam ipsi Auctori suo vile sit. Oblectabis te, si potes, si tanti erit. Vale, &, quisquis es: AEternitatem cogita.

In Ioannis Meursi v. cl.

LIBRVM DE GLORIA

CARMEN

BON. VVLCANII BRVGENSIS.

Αἰὼν λευγαλέος Κικέρωνος ὀλέσκετο βίβλον
    Ἣν περὶ φιλαρετῶν γράψατο εὐκλείας.
Τίς φθόνος; ἰσόροπος Μάρκῳ νῦν ΜΕΥΡΣΙΟΣ ὦρτο,
    Ὀλλυμένου τὸ βλάβος καὶ πόθον ἐξελάσας.

Tempus edax nobis librum Ciceronis ademit,
Cui Virtus titulum, & Gloria vera dedit,
Quis doleat? Marco dum suppar MEVRSIVS *exit,*
Explens amissi damna sitimque libri.

A L I V D

IACOBI GRVTERI.

QVI cavet aut legum, aut famae terrore sinistrae,
Vt male ne faciat, non facit ille male.
Qui virtutis amore, aut spe contendit honoris,
Vt faciat bene per se, facit ille bene.
Degeneres vero non territat illa, vicissim
Non insensatas attinet haec animas.
Sed nec vir bonus in mendaci laude stupere,
Vel trepidare pari natus in opprobrio.
At conscire sibi rectum, sanisque probare
Facta, infecta, virum iudiciis gravium:
Omniaque, & voces studiis audire faventum
Egregiis, laudique, & superesse suae.
Dulce brabium virtutis, dulce incentivum,
Vel sobri ingenua est pectoris illecebra.
Qui quamvis probus est sine speque, metuque futurus,
Quod tamen est, gravibus testibus esse iuvat.
Dictatis equidem his non sat sanosq; potesque.
Esse procul iuvenes censet Aristoteles,
At tu ingratia Aristotelis feliciter audes,
Et sane sapere, & vivere, IANE, *bene.*
Et dictare viris leges virtutis ephebus,
Quaeque vetet iuvenem scire, docere puer.
Quod facis, ore fave, factis operator Honoris;
Pauci utcumque unum, tu bene utrumque facis.

A L I V D

H. GROTII BATAVI

In quo potissimum argumentum Libri breviter declaratur.

QVicumque segnes infimo fixus solo
Demittis animos, degenerque originis,
Profecta summo, quae triumphat aethere,
Populare menti vividae imponis iugum,
Hanc cerne, Meursi, quae superbit nomine,
Doctam papyrum, qui magister optimus,
Quod in libello dictat, hoc vita probat.
Quam sit, velut sit expetenda Gloria
Hinc disce, Lector, sola quae magnas fovet,
Vritque mentes, classicoque nobili
Sequi beatae signa virtutis iubet:
Honorque quales ille alumnus artium,
Et altor idem terminos poscat sibi,
Revolve tacitus. Quid iuventuti tuae
Adscribis animi subiugis torpedinem?
Depone pectus vile: nulla Gloriam
Recusat aetas: omni ex aequo solet
Patere laudi. Si iuventutis vigor
Tua membra firmat, vigeat, & pectus tibi,
Spiretque digna. Si senectus debiles
Labefactat artus, fas sit animo corporis
Pensare vires: quid tot annis egeris
Ostende mundo: fac te, ut orbis tam diu
Vixisse credat, quumque morti proximus
Metam propinquam lucis adspicias tuae,
Post fata videas, ut superstes sis tibi.
Ad alta quaevis deserens humiles locos
Sustolle mentem: quaere iam Famae viam,
Insiste callem Gloriae, laudumque iter
Laboriosum; mox Honos, ut assecla
Te plebis ultra capita sublimem vehat.
Virtus magistra est, sola quae poterit Decus
Dare, & negare; quippe Doctrina viam
Si quaeritare Gloriae vis, falleris;
Facit illa quamdam nominis celebrem tibi
AEternitatem: Gloriam monstrat modo,
Dat sola virtus, maximo Respublica
Generata caelo, si licebit dicere,
Terrestris aether servat almi ianitrix
Fores Honoris: haec tibi pandet viam.
Vbi primum ahenae claustra conspicies tibi
Patere portae, duplicem cernes viam.
Sinistra plenas monstrat armorum manus,
Clipeosque, & enses, & feros bello duces.
Togata dextrum tramitem cohors terit;
Armata linguae fulmine, & prudentia
Patriam regente, commodumque publicum.
Hic siste gressum; poterit hac te ducere
Via ambulantem nobilis generis decus,
Et laus avita, si minus, maioribus
Sis ipse maior, quodque te nequit genus
Decorare decora, laude notescant tua
Potius parentes, acta retro Gloria
Ad avos trahatur profutura posteris.
Invidia laevum mox tibi claudet latus,
Fortuna dextrum, Livor est magnis comes,
Miserumque, cui non invidetur, arbitror.
Et sis profecto est: fulmen haud humiles casas,
Tuguriique parvos pauperis petit lares,
Montes, & altas semper ad turres volat.
Fac tota coeptis vita conveniat tuis;
Desiste numquam, fine quisquis deficit
Principia stultus damnat, & fructum boni
Amittit; actum semper eventus probat.
Sed & hoc monebit, parva quantumvis, mei
Te charta Amici, saepe vicini boni
Imaginem praeferre rem quamvis malam,
Virtutis umbra dum propinquae crimina
Nos tecta fallunt; saepe avarus Euclio,
Frugalis audit: liberalem, prodigus
Quum sit, vocamus: simplicem, qui non sapit;

Qui

Qui fallit omnes, callidum; nec perfido
Nomen negatur, nam superstitionibus
Vacuus putatur, putido scurrae damus
Titulum faceti, cuncta proximitas boni
Vitia recondit, sic & Ambitio, sibi,
Ferale rebus usque publicis malum,
Probatam honoris vindicat cupidinem.
Quicumque patriae rite consultum cupis,
Hanc nosce larvam, detrahe, & veros vide,
Caveque vultus, teque medium contine.
Nec tu, quod imum vulgus infelix putat,
Horresce lethum; Regium est, sanum mori.
Plerumque magna tribuit adgressis viris
Mors dura finem; nempe sublimis fuit,
Cui vita, raro morte plebeia perit.
Vos genere nati nobili fratres duo,
Quibus dicatur Gloriae doctor liber,
Spe capite magna, quae aggerata grandior
Donabit aetas, prima virtutem sequi
Suescat iuventus, traditurae mox viros
Patriae, patrique, sorte quem dignum sua
Positum supremo cernitis fastigio.
Praestare nobis commoda, & laudem sibi:
Cuius supremis, quamlibet gratas opes,
Plenoque honores larga donaret sinu,
Fortuna meritis se fatetur imparem.
Insistite ergo nobiles vestigiis
Iuvenes paternis, gloriamque quaerite.
Accipite laeta fronte, quod puertiae
Vestrae magister dedicat vobis opus.
Orphea talis, talis ingratus Linus
Sonare magna docuit Alciden lyra.
Morbos domanti talis AEsculapio
Chiron fuisti, talis, & Phthio duci,
Homicida cuius Hector occubuit manu,
Dum disciplina sub tua sobolem deum
Artes medendi, bellaque, & leges doces.
Iam tempus aderit, video, quum iuvenes duo,
Duo firma fulcra Barneveldiae domus,
Scandent ad almi procul honoris culmina,

A *Et astra gemino summa ferient vertice.*
Tunc illa lapsu temporis placentia
Magis, magisque dogmata, & censoria
Praecepta Meursi providi tenacibus
Animis revolvent gratulaturi sibi
Doctore tanto; & ille discipulis suis
Gaudebit iterum, quum bonorum seminum,
Quae manibus ipse iecit antea suis,
Messem videbit centuplo cum foenore.
Amice Meursi, grate Musis, & mihi
Carò sodali, care Thesea fide,
B *Livore tandem lucis obtutu tuae*
Domito triumpha, te Camoenarum novem
Cohors tuetur, simplicesque Gratiae,
Et Suada mitis, iam diu nexam tuo
Capiti coronam sacrat excelso gravis
Lycophron cothurno, quem Syracosius senex
Sequitur, tuisque rusticos praeconiis
Versus adornat; multa pro parva tibi
Macrobius ipse debitum fassus suum
Reddit papyro gratus, & tristis Cato
Tibi ridet uni, venit & Arnobius comes,
C *Qui de profanis nationum fabulis*
Ovans salutem muneri adscribit tuo.
Passus tot ante dexteras summam tamen
Plautus medelam nominat Meursi manum;
Hominumque mille turba reliqua, quos datum est
Tibi nosse soli, queisque te nosse est datum
Morbos levantem, vulnerumque pericula.
Postrema cunctos sequitur ingeniis sedens
Regina magnis Gloria, auri vestibus,
Varioque cumulo margaritarum nitens,
D *Rutila corusci luce vultus candidam*
Imitata lunam, quae tuum videns Librum
Ciceroniani codicis dispendium
Immota temnit, seque dat totam tibi.
Felix, Bataviae ocelle, qui, scripto tuo
Dum largus ipsi Gloriae das gloriam,
Tibi creditoris iure totam vindicas.

DE GLORIA

LIBER BREVIS.

CAPVT PRIMVM.

Praeparatio, & introitus ad ſcriptionem.

OPus adgredior valde illuſtre, ſi argumentum ſpecto; valde arduum, ſi vires meas. Perſeverabo tamen in audacia, cuius veniam mihi facilem ab animo aequo promitto, quia decora. Nec absterrebit infantia mea, quam nonnihil vereor, ut prodíturus nunc ſim; vel materia ipſa tam gravis, tam praeclara, ut dignitas eius non parum obſtet, ſplendorque aciem mentis perſtringat. Quando autem, quae volo, aut debeo, non poſſum; hoc ipſum, quod poſſum ſi velim, & praeſtem, omni me nota vacuum exiſtimabo. Neque enim, ſpero, ingenii imbecillitatem vitio quiſquam vertet, quinimmo, ſi ipſe minus ſatisfecero, aliorum certe ſolertiam ſubegero,

——— vice cotis, acutum
Reddere quae ferrum valet, exors ipſa ſecandi.

Atque vel ea demum ratione iuſto per me praeconio, & laude Gloria non carebit. Enimvero res admodum indigna, & cum perpetua Muſarum ignominia coniuncta, ex tot, tantiſque, earum alumnis in illuſtri hoc campo decurrere aut voluiſſe, aut auſum neminem fuiſſe, ut inde famae ſive naſcentis primordia, ſive adoleſcentis incrementa, peteret, utrumque potuiſſet. Indigna, inquam, res, quum tot ubique nugis occurratur, & periturae chartae. Atque utinam exſtaret magni illius Ciceronis, quod ſe ſcripſiſſe ipſe teſtatur, profecto nihil, aut parum omnino in propoſito Opere eſſet laborandum. Sed quando ἀνεμώλιον hoc votum eſt, ſi quid Gloria ipſa dignum, ſi quid me, poſſim, experiar, & ad finem perducere ſuſceptam ſemel ſcriptionem conabor,

——— καὶ γὰρ αἰσχύνην φέρει,
Πραγμ᾽ ἐς χέρας λαβόντ᾽ ἀπώσασθαι τόδε.
——— etenim pudore ſuffundit
Opus illud, quod adgreſſus fueris, abiicere.

C A P. II.

Vanitas cupiditatis humanae, quae ad Virtutem, & Gloriam, dumtaxat dirigenda.

ILle ſapientiae omnis apex Socrates nihil a diis immortalibus petendum arbitrabatur, quam, ut bona tribuerent, quod & libenter ipſi vellent, & eligere aptiſſima noſſent. Rectiſſime ſane. Contra autem variis mortales agitantur votis, in iiſque dum excuſſa gubernatrice Ratione fluctuant, vix vitae memores quaſi ſine ea conſeneſcunt, atque ita mentis expertes, vitae inopes, ante oppetunt mortem, quam moriantur; infelices, & miſeri. Neque morientes naturae debitum ſolvunt, quum ſpiritum quidem ei reddant, vitam vero ipſam, quam inter cupiditatum fluctus amiſere, non poſſint; imo ne, ad excuſationem, ubi amiſerint proferre. Quod non habent, optant; quod habent, non numerant; unum hoc in pretio eſt, quo carent, quamdiu carent; in paupertate miſeri; in divitiis pauperes. Expetunt anxie, quae non impetraſſe longe conducibilius foret; etenim obſcurata mens in latos errores caecas preces immittit. Hic nobilitatem eximiam deſiderat, & beneficio illam potius maiorum, ac Fortunae, quam ſuae ipſae virtutis merito tenere mavult. Ille neſcit quantum in paupertate felicitatis ſit, quantum ſapientiae, quantum ſecuritatis, quam damnum nullum metuat; neſcit, quam neque ſuperbia inflet quemquam, neque impotentia corrumpat, neque tyrannide efferat; neſcit ſolam artium cunctarum inventricem, flagitiorum inopem, gloriae abundantem. Itaque divitias primas putat, quae repente adfluunt, dilabunturque, & ſubito nonnumquam decurſu deſtitutum profundo aerumnarum ſubmergunt, nulli ſtabiles, nulli fidae. Quum pauca ſufficiant, ſupervacanea vult, & magnae ruinae ſtruit materiam. Aurum, argentumque quaerit, quod Natura, ut noxium, intra terrae viſcera abſcondit; gemmas petit, quas longe removit; quas, quia pretium illis ſtatui nollet, dedit quibus viles eſſent, ac pretii nullius. Aufert tamen, & exhauriendo cenſui cauſſam ponit, eripitque Naturae parenti per vim, quod dare noluit,

Audax Iapeti genus.

Ignorat opes melius concinnas haberi, quam magnas; ignorat quidquid aptam moderationem egreditur, ad vitae munia oneri eſſe, non uſui; ignorat navis curſum grandi nimis clavo turbari, non dirigi. Alteri ſumma potentia, ſumma imperia placent, quae exitus ſaepenumero maxime miſerabiles habuiſſe viſa. Eſt rurſus, cui felicitas, quam larga damnorum Fortuna, beneficiorum parca, nulli umquam dedit; ne Sullae iſti, qui Felicis nihilominus cognomen invenit; quae malevolen-

lentiae semper exposita eorum, qui bona alterius sua mala, alterius iacturam suum lucrum, divitias alienas suam inopiam, alienum funus suam immortalitatem putant; quae acrius animum explorare soleat, quam adversitas; quum ea toleretur fere semper, ista numquam non corrumpat; in ea raro consolatio desit; in ista plerumque consilium. Est, qui senectam adpetat, non ut eam consequatur, (consequutus enim ingemiscit,) sed ut diu vivat; & tamen idem longam vitam, neque si accipiat habet, quum uti ea nesciat, moriturque. Naturae monstrum, puer cum rugis, & canis, nescit quoque perdere se eam, dum petit; nescit nascentem se mori, & ab ipsa origine sua pendere finem; nescit extremum istud momentum non inferre mortem, sed adferre; non operari, sed consummare tantum; nescit singulos dies imminuere vitam, ultimum tollere; quodque extendere eam arbitratur, contrahere.

O caecas certe mentes, o pectora caeca [a]!

Alius matrimonia splendida adfectat. Fateor,

Μέγα μὲν κοιράνοισι γαμβρὸν πέλειν.

Magnum quidem, regum esse generum.

nec ad maiora tendenti negligenda, utpote decus, & spei suae robur firmissimum. Verum enimvero, ut illustrant nonnumquam, sic quoque, si ludum in adfinibus exercere Fortuna volet, evertunt plerumque. Per alterius quasi latus confossus cadit non petitus, ictu non sperato; trahitur in miseriam non sibi destinatam; in poenam non exigitur, & poenae supplementum est; alieno infortunio suam impendens felicitatem, alienae libidini ludibrium praebet. Quid multis? deplorata omnino conditio mortalium; in libertate media nemo fere liber, quin vix solum libertatis nomen remansit.

Alius libidini servit, alius avaritiae,
Alius ambitioni, omnes timori, omnes spei.

Adeo ut bene idem ille Socrates dixerit, ridere semper deos, quum vana haec cupiditatum inspiciant. Paucissimi autem Virtutis, ac Gloriae, amore accensi eo vota convertunt, ubi & honestissime possunt collocari, & sine ulla frustratione impleri; ubi vitam vere longam, nobilitatem veram, veros honores, veras divitias, veramque felicitatem, occuparent. Scilicet infensa hominibus Fortuna mentem, augustissimum istud animi concilium, malignitate sua corrumpit, ut, quid solide profuturum optet, deliberare non queat; consiliumque eripit, ut protervius illudat. At tu macte, o homo, mentem tibi liberam adsere, consilia sana, utiliaque expedi; in Virtutem, ac Gloriam, spes omnes dirige. Nihil te dignius, imo praeter istis nihil dignum; istis te natum credere debes; illam tibi in usum, hanc in fructum. Expende in quam excelso culmine positus sis; mundi arbiter rerum universarum tenes habenas; vide ut etiam tui; haec prima cura esto. Turpe molem tam vastam regere velle, teipsum non posse; te, teipsum in primis compesce, & inter Gloriae stimulos, fraena Virtutis, alacer curre quo debes. De Virtute autem, quia negat doceri, etsi Cynicis aliter videatur, dicere supersedebo; at Gloriam, ut inculcem, operam dabo. Attende.

[a] Lucretii versus ex quo parodia haec, ita habet:
O miseras hominum mentes, o pectora caeca.

CAP. III.

Gloria duplex est. Prior vera demum, eique posteriorem famulari volumus, quae describimus.

EST autem duplex: caelestis una, altera terrena. Caelestis ea vera, & aeterna, ad quam universi arbiter Deus omnes vocavit; ad hanc terrena comparata sunt, imo nihil. Hanc anima, terrenam animus desiderat, atque ut corporis Dux, & Imperator animus animae subiacet imperio, & ad leges, quas illa dictat, vitam formare humanam debet; ita ad caelestem referre etiam terrenam, neque hanc expetere, nisi propter istam. Facit secus? graviter peccat, nec Gloriae cupidus dicendus, sed vani solummodo cuiusdam splendoris, ac caduci, qui cum mundo corruet, at quoque ante eum, ultra certe non erit. Ecce, caelo suo se mundus insinuat, eiusque in gremio quasi conquiescit; scit non posse sine illo diurnare, non posse consistere; libens beneficium adgnoscit; quis indignabitur; & caelo mundum invidebit? frustra. Hoc tamen facere censendus, qui istud non facit. Verum, o coelestis Gloria, quoniam tua nos fugit magnitudo aciem humanae mentis perrumpens, in tacita te admiratione venerabundi reponemus, de terrena dumtaxat verba facturi; quamquam autem omnis institutio, quae a ratione de re aliqua suscipitur, a definitione debet incipere, ut intelligatur quid sit de quo tractetur; nos tamen Scepticos imitabimur, & nihil definiemus, descripsisse contenti. Ciceroni placuit, frequentem famam esse, cum laude; Senecae, constare eam iudiciis multorum, ut claritas bonorum, in quo profecto errat vehementer; potest enim sine Gloria esse claritas, sine claritate Gloria non item. Habe tibi eum, qui Dianae Ephesiae templo sceleratas iniecit faces, cuius nomen maxime clarum, at quis gloriosum dicere audebit? nemo, nisi cui

Νοῦς ἐκ ἐνὶ ταῖς κόμαις.

Cuius comis mens non inest.

Idem de Manlio Capitolino censendum, qui famam malebat magnam, quam bonam. Rectius ergo Tullius. Nobis ita describere visum. *Gloria est vitae humanae splendor, mortis mors, virtutis praemium, certo, ac constanti bonorum omnium iudicio viris praestantibus redditum.* Atque haec ipsa quem habeat ortum, utrum debeat comparari, an melius a virtute veluti non necessaria negligatur, deinde quaenam comparandae eius ratio, inspiciemus, & in pulcerrima ista contemplatione universam curam nostram defigemus.

CAP.

CAP. IV.

Eius ortus quoque duplex: prior antiquus valde, & illustris. Deinde ad alterum transitum.

VT Gloria duplex, ita posterioris quoque istius ortus. Ille extraneus est, hic intraneus: extraneum adpellamus, quatenus de caelo semina sua trahit; intraneum, quatenus in animo humano radicem figit. Primum ergo de extraneo, qui adeo antiquus, ut cum iis ipsis, qui αὐτοχθόνες haberi cupiebant; adeo clarus etiam, ac illustris, ut cum regibus contendere iure maximo possit. Antiquitas quanta sit, vel hinc cognoscitur, quod annorum mater iam olim a Bione nuncupata. Et quid hos praecedit, qui mundum hunc, in quo degimus, nascentem exceperunt, & ab incunabulis ad senectam usque perduxerunt aetatem? Abite Arcades, qui priores vos luna dictitare non erubuistis, quamvis manifestissimo mendacio, nisi risu digni estis,

——— γενοίμην ἐν Κρατίνυ κῳδίον,
Καὶ διδασκοίμην προσάδειν Μορσίμυ τραγῳδίαν.
——— *sim una Cratini villosa pellis,*
Et docear adcantare Morsimi tragoediam.

Quin eadem opera persuadere, quod illi apud Comicum, caelum furnum esse, nos carbones; o homines sine cerebro, sine fronte. &, uno verbo, ἀρχαῖυς. Iam & illustris est, quippe caelestis, utpote filia Virtutis, quae caeli ista chalcidica, inhabitat, Dei filia, imo Deus ipse. Et quis de tot Regibus, tot Imperatoribus genus, non dicam praeferre, sed componere aut ausit, aut queat? Audite hoc, qui contemnere illam sapientiam summam arbitramini:

——— *nanum cuiusdam Atlanta vocamus.*

ait iste in Satyra; non facimus, imo longe adhuc infra meritum praeconia nostra consistunt; siquidem excelsa laudum fastigia stilo, ac ne animo quidem complecti satis possumus. Dicas quidquid cogitaveris, cogita quidquid potueris, possis quidquid volueris, minus erit. Itaque reverentius, & maiestate eius dignius fuerit, integram, illibatamque mentis cogitationibus reservare; quum fere fiat, ut illa, de quibus taceas, tanta quanta sunt esse videantur. Superest, ut de intraneo ortu, quod initio promisi, absolvam. Geminus in homine adpetitus est; iusti, & commodi. Ille decoro, hic utili adhaeret; ab illo nascitur amor gloriae, libertatis, patriae, proximi; ab hoc cupiditas honoris, potentiae, & dominationis.

CAP. V.

Hominum mentes flectit, eaque de caussa statuae olim, & tropaea erecta.

ET prior ista, Gloriam dico, sola est, qua tamquam digno virtutis suae praemio ornantur boni; sola est, quae aemulam aliorum virtutem alit, & exemplo ad se trahit. Vere enim a Poeta dictum,

Τὴν τιμὴν ἄλλων περ ἐπιγνάμπτειν φρένας ἐσθλῶν.
Honorem aliorum etiam inflexisse mentes bonorum.

Et revera nutriunt altam indolem exempla praemiorum, incenduntque, neque quisquam exsistit, qui non eiusmodi stimulis alacrior ad praeclarissima quaeque rerum contendat. Nam animae vere nobiles eorum, quae magnifica aliis contigerunt, recordatione tacitas flammas concipiunt. Qualis, obsecro, ac quantus fuit iste Themistoclis ardor, cui somnum excutiebant tropaea Miltiadis? qualis Thesei, qui virtutum, & gloriae exemplar Herculem sibi proponebat? qualis denique Alexandri, cui terrarum orbis angustus etiam tum, quum ipse ei iam magnus? qui Anaxagora multos mundos narrante, in suspiria prorupit, & hanc vocem: Heu! miserum me, qui nec uno adhuc potitus sum! Huius res gestas C. Caesar in Hispania apud Herculis templum pictas conspiciens, pari animi motu & ingemuit, & illacrumatus est, veluti pertaesus ignaviae suae, quod nihildum laude dignum egisset ea aetate, qua ille orbem totum victor tenebat. Hannibal quoque ad tot, tantosque labores sola gloria se praedicat exstimulari. His verbis.

——— *mihi magna satis, sat vera superque*
Bellandi merces sit gloria, cetera vobis
Vincantur.

Hinc prisco seculo, quo suus Virtuti honos constabat, erecta tropaea, erectae statuae; non tam, ut iis ipsis quibus ponebantur essent honori, quam generosae virtuti stimulo. Domi item intra privatos parietes effigies maiorum constitutae cum titulis, ut res eorum praeclare gestas posteri non legerent solum, sed & aemularentur. Perspiciebant enim, qua erant prudentia, non quidem nudis istis figuris tantam inesse vim, verumenimvero rerum gestarum memoria eum in pectoribus ignem accendi, qui latentibus quibusdam fomentis semper maior, ante extingui non posset, quam famam eorum, atque gloriam omnem superassent, vel certe adaequassent. Bene Pindarus.

Θήξαις δέ γε φῶτ' ἀρετᾷ ποτὶ
Πελώριον ὥρμησε κλέος ἀ-
νὴρ, θεῦ σὺν παλάμᾳ.
Acuens vero hominem virtute ad
ingentem irruit gloriam vir
Cum Dei manu.

Et Iphiclo comes datus Iason,
Non operum in partem, monitus sed tradat ut acres,
Praeclaris, iuvenemque, ut laudibus urat avorum.

Quicumque igitur adolescens spiritus non degeneris, & gloriae ducitur studio in antiquorum istorum heroum virtutes, ortus, incrementaque avide inquiret; si memorentur, adtente aurem praebebit, ipse saepe praedicabit, & ad eas totum se diligenter componet. Ab hac indole certa mihi futurae magnitudinis spes. In Theseo enituit, cui Herculis claritas ita cor inflammarat, ut non alius

alius fere illi esset sermo: unus ille, ut animum, ita os quoque, & linguam implebat. Alexander, Magni postea meritus cognomen, ex legatis Regis Persarum plurima anxie de Rege percunctabatur, deinde de Persis, quales eorum vires, quae potentia. Hos vero quos imitandos sibi delegerit, quam maximos esse, ad gloriam etiam non leviter pertinebit. Horum memoriam veneratus omnia facta, dictaque secum revolvet, famam animo complectetur, & suis eam virtutibus consequi conabitur. Atque ita futurum est, ut in animis itidem posteritatis mansurus sit, quaeque a maioribus sumsit, eadem vicissim post mortem aliis exempla relicturus.

CAP. VI.

An adpetenda, nec ne. Imo.

VEtus hercle quaestio, & magno verborum flumine a multis disputata, an adpetenda. Negent, ac pravum hunc, ita volunt, adfectum calcare, in eo sapientiam collocant maximam, laudantes illa Agamemnonis Euripidei:

Ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον
Βίον ἐξεπέρασ' ἀγνὼς, ἀκλεὴς,
Τὺς δ' ἐν τιμαῖς ἧσσον ζηλῶ.

AEmulor ex hominibus, qui periculis liberam
Vitam exegit purus, inglorius,
Qui vero in honoribus sunt minus aemulor.

Verba indigna certe Agamemnone; illo, inquam, qui

Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Vtrumque, Rex bonus, fortisque bellator.

Fugientem, aiunt, sequitur. Virtutem quaere non propter illam, sed propter se; praeclaras res gere, non quod illam spectes, aut speres, sed quia aliter non queas. Virtutem habenti magna virtus est illam contemnere; ipsa sibi splendidum satis praemium. Omnino magnum est non expetere, quod merearis, imo maius, quam mereri. Aut, si hoc nequis; dissimula, & adpetere nolis, saltem videri; ultro tibi a tergo praesto erit, & quoquo te vertes comitem dabit, sequeturque nolentem, fugientem. Dissimula ergo, & adfectum istum frenans impera tibi; maximum imperium tenebis, maximum honorem, maximam gloriam. Atque haec Philosophorum quidem sententia, qui disputare de ea, quam adpetere malebant, aut aliquid denique ea dignum praestare, & ita vivebant, quasi pulcre philosophari, idem esset, quod bene vitam instituere, gloriam promereri. In Lacedaemonios dicebatur domi leones esse, Ephesi vulpes; tu, in istos torque, qui in schola leones fortiter de virtute quasi dimicabant, in vita autem, & actione, fucum faciebant; vulpes ignavissimae, & nihil praeter fraudem edoctae! Quis autem a virtute gloriam separaverit? quis sanus plus esse dixerit, non expetere, quod merearis, quam mereri? Fateor, vere a Livio dictum: *Spreta in tempore gloria cumulatior interdum redit*, aestimantibus ceteris spe maiorum praesentia negligi. Alias proprium sublimibus istis, ac erectis animis virtute sua in gloriam praecipites ire; virtus, votaque pariter in aperto, & latere aut occultari, plane difficile. Quidquid volunt, quia rectum, ubique prae se ferunt laeti, atque alacres. Alexander furari victoriam turpe censebat, illi gloriam. Et profecto, quum, quidquid bonum, laudabile merito habeatur; quae dementia est, istius in sese cupiditatem, spemque eo porrectam, aut nolle profiteri, aut non audere, aut denique non esse profitendam existimare? Qui recte facit, ne metuat male reprehensuros. Istud quidem extra controversiam: Virtutem sectari non propter gloriam oportet, sed etiam gloriam per virtutem. Ipsa sibi amplum satis praemium virtus, sed in hominum tamen mentibus; nescio quomodo, plurimum habet efficaciae gloria; magis excitat, invitat, impellit.

——— quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Praemia si tollas?

Vere iste ad Caesarem. *Gloria industria alitur, ubi eam demseris, ipsa per se virtus amara, atque aspera est.* Quotusquisque gratuito bonus esse cupit, aut potest? Ille mortalium imperator animus, quatenus quidem rectus, ac simplex, praeter virtutem quaerit nihil; at quatenus magnus, etiam gloriam. Vide itaque istorum praeclaram sapientiam. Non temere Socrates gratias egisse naturae fertur, quod homo factus esset; quid enim si veris nos pretiis aestimare velimus, ut omnino debemus, post Deum immortalem homine sublimius? quid excellentius? ad Dei enim imaginem creatus pene Deus in his terris existit; altissima quaeque capit, & sapit.

——— quem denique in unum
Descendit Deus, atque habitat, seque ipse requirit.

Abstinete ab iniuria, quaeso; intelligamus bona nostra, iisque dignos nos usu probemus; unicum hoc ἀντίδωρον pro immensa sua liberalitate rerum parens reposcit. Animo quid maius? quid nobilius? ille in nobis velut hospes Deus, terminorum angustia circumscribi nec vult, nec potest. Quemadmodum flamma eripit se a cespite, & in altum tendit; ita quoque a terra hac corporis igneus animus. Quin ergo eum ad eminentia quaeque adplicamus? Praeclare Imperator Iulianus. *Turpe esse sapienti, quum animum habeat, laudes quaerere ex corpore.* Thales admonebat unum quidpiam in vita eligendum illustre; at gloria quid magis tale? obsequamur, & hanc sequamur. Morem geramus voluntati Naturae, eique industria ipsi nostra ne desimus; quae uti spiritum nonnullis animantium ferum, nonnullis vafrum, nonnullis pavidum, sic nobis excelsum indidit, quaerentem ubi honestissime vivat. Et, ut verum fateamur, quid humana vita omnis absque gloria? nihil, nihil.

Καὶ μὴν τὸ καλόν γ' ἐνταῦθα βίου.

Et profecto hic vitae bonum.

Mundo solem eripere, homini gloriam, idem est; illo sublato, quis mundum optet? hac, quis vitam? solem tolle, & tenebrae erunt, atque iste ipse, quem terimus, terrae globus ignorabitur; ignorabitur caelum, &, quo fessi rebus humanis adspiremus, non habebimus; tolle gloriam; itidem tenebrae oborientur; non rectum, non turpe, non virtus, non vitium, non fas postremo, non nefas ullum adparebit; errabit, quasi in illuni nocte unusquisque, nescius ubi pedem figat, quo insistat. Euryphamus vitae partem adpellabat; sane magnanimo, qui vivere sine illa nullo modo potest. Suave melos hocce Dircaei cycni.

Ἐπάμεροι, τί δὲ τίς; τί δ' οὔτις;
Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι· ἀλλ' ὅταν αἴγλα
Διόσδοτος ἔλθῃ,
Λαμπρὸν ἔπεστι φέγγος ἀνδρῶν,
Καὶ μείλιχος αἰών.

Vnius diei vitae, quid vero quis? quid autem nemo?
Vmbrae somnium homines: sed quum splendor
Ab Iove datus venerit,
Lucidum inest lumen virorum,
Et dulce aevum.

Mirum igitur διόσδοτον αἴγλην, &, ut Plutarchus adpellat, venerabilem passim vel negligi, vel contemni. Sed de neglectu satis, superest, ut contemtum explodamus. Nec contemtus etiam merus, verum convitium quoque. Amat quis meliorem mentem, & extollere caput conatur supra inglorium, atque illaudatum vulgus? evestigio ambitio vocatur, & inculcatur illud tamquam caelo profectum, λάθε βιώσας. Quae dementia est, si non haec? In amplissimum theatrum, in omnium oculos productus a Deo, tu subripere te, ac latere postules? sive bonus, sive malus, non potes; quippe nec latebras virtus patitur, nec vitium invenit; observaris, & quidquid agis, quomodocumque agis, in propatulo est. Vt pleno foro transire frustra speres non visus ulli, sic in vita. Sed quemadmodum Philoxenus, & Gnatho, ut soli cibis se propositis replerent, alios sordibus narium in eos eiectis absterrebant; ita isti, gloriae distenti studio, traducunt eam apud alios, ut soli potiantur Helena sua; homines, ne quid gravius dicam, praepostéri! Latenter, inquiunt, vivendum. Ergo Thrasybulus ne occidat tyrannos; Lycurgus, Solon, Draco a legibus ferendis abstineant, ne servet Thebas Epaminondas, neve Graeciam a servitute vindicet; ne repellat Xerxem Themistocles; quiescant Camillus, Fabius, Metellus, Scipio, Cicero, Cato. Pessum eat Graecia, Roma, Europa, universus terrarum orbis; redeat antiquum chaos. Hi fructus otii inertis. Et profecto ipsa vita ad gloriam obtigit; vult Deus cognosci praestantissimum opus suum, vult dona, quae tam larga contulit, tam magna; & tu abiicis temet in tenebras? hoc est, ortum tuum fastidis, ac damnas? inique fers natum esse? occultas beneficia divina? eripis Deo honorem? improbe fur. Considera unam rationem, ut cetera taceam; quanti illam aestimare debes? supra omnia. Regina est, sine pari; illa huc adspirat, huc te impellit. Tu reluctaris, tamquam equus calcitrosus; neque id mirum, qui Deo audeas. Delibatus es e natura divina; Dei partem in te circumfers, quam vide ne ignavia inquines, aut socordia. Exhorresce ad praesentiam tanti numinis; erubesce ad inspectum tanti spectatoris, quem non fefelleris, non frustra irritaveris. Memineris prosapiae, quam e caelo trahis; ne dehonestes opificium tanti artificis. Non habes, quo culpam reiicias, tuus ipse custos es; tua negligentia est, si vagaris, & erras. Quod si pupillum tuae fidei commisisset Deus, nonne omni cura satageres? nonne in tutelam istam incumberes? omnino; nunc te ipsum tibi commisit, & officio dees. Per commoda tua, cogita illud, quod

——— *e caelo descendit*, γνῶθι σεαυτόν.

& quam nactus es Spartam exorna. Persuadeat prudentiae civilis pater Senatus, qui Tiberio olim ingerebat: *Optimos mortalium altissima cupere; contemtu famae contemni virtutes.* Et hoc sensere semper tot illustres, viri dicam, an heroes? Contemnentium autem tria sunt genera. Alii verecunda quadam modestia id faciunt, alii diffidentia, alii praefracta animi ignavia. Qui diffidentia levius peccant, etiam qui modestia, qui ignavia gravissime omnium Diffidentia excusari aliquatenus potest; modestia, & ignavia non item; quippe in utraque hac certissimae voluntatis est, quod in illa erroris. Ac, ut verum dicamus, non tam contemnit, quam de aptitudine sui ambigit, consequendaque votorum summa desperat. Nam quod de Virtute prolatum, de Gloria usurpabo.

Τῆς δόξης ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι. μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν,
Καὶ τρηχύς.

Ante gloriam sudorem Dei posuere
Immortales. Longa autem, & recta via ad illam,
Et aspera.

Sed & modestiae ignoscemus, quum nullum animi maligni habeat vitium. Non miratur? non expetit? at nec dictis dignitatem elevat, neque adpetentium quemquam absterret; tantum simplex contemtus est, ac innoxius, sine fastu, sine superbia, quae in ignavis istis tenebrionibus maxima, & minime ferenda. Quum enim a laboribus, molestiis, offensis, & quidquid asperum Respub. complectitur, abhorreant; animi morbum ad contemtum adplicant, alias adpetentissimi per se; itaque despicere iactant, quae veluti splendida alii admirantur, suscipiuntque; laudabilior illorum sententia, qui studio huc indefesso contenderunt. Haec iis prorsus summa boni, haec arx.

——— *ad hanc se*
Romanus, Graiusque, & Barbarus induperator

Ere-

Erexit: caussas discriminis, atque laboris
Inde habuit.

De Romanis Crispus testatur, laudis avidos, pecuniae liberales, gloriam ingentem, divitias honestas voluisse. Gloriam ardentissime dilexerunt; ob hanc solam, & vivere voluerunt; huic vitam impendere intrepidi non dubitaverunt, ceteras malas cupiditates hac una prementes. Etenim, ut in aedibus, rixantibus famulis, ac ancillis, subito Dominae interventu consternantur omnes, ac silent; sic in animo turbantibus adfectibus statim componuntur, si sola Gloriae cupido praesentem se stiterit. Valeant itaque isti, quibus negligenda, contemnendave videtur; plorent, ac caepas edant. Places, placebisque aeternum, tu pectoris honesti fax,

Tu sola animum, mentemque peruris.

CAP. VII.

Sed per Virtutem dumtaxat.

ADpetenda ergo, sed ubi invenietur? ubivis fere. Latus eius campus est, larga seges; e qua, quod concupiveris metas, & nemini debebis, nisi uni tibi. Tuum erit, quidquid in tuam inde falcem procumbet. Verum ad istum campum, qua tenditur? Virtutis tantum via, alia non patet; nisi istam quaeris, hunc non invenies. Invium erit, quocumque insistes; & quum diu, multumque te fatigaveris, non proficies hilum. Sisyphum nosti, & eius saxum? tu iste in hoc casu, & volves, ac revolves, sine ullo laboris fine. Zeno ecce ad aurem. *Non, si magnus fueris, bonus eris, sed magnus, si bonus.* Audi, sodes, recte monentem, & sequere. Vocat te ipsa Virtus, & ad Gloriam perducere ultro vult; hortatur, ut adsurgas, porrigit manum; adnitere, adnitere. Promittit, si velis, quod velis; tu ne spem, aut voluntatem abieceris. Vt felicitatis est, parem cum voluntate potestatem habere; ita magnitudinis, voluntatem cum potestate. Poteris, si voles; velis quoque, quia possis. Quod offert munus maximum est, nec dari amplius ullum potest; a benigna manu cape avida manu, & gratum habe.

Οὐ γὰρ ἀπόβλητ' ἐςὶ θεῦ ἐρικύδεα δῶρα.

Non enim abiicienda sunt Dei gloriosa dona. Hoc Natura quoque exigit, quae orbem tibi suum donavit, ut Virtutem quaereres, coleres, observares, atque ne in recto vitae cursu deflecteres, addidit aurigam Rationem Obsecunda, & illius te moderamini apta. Sed fertur equis praeceps, neque audit currus habenas, nec aberrantem frena compescunt, nec segnem stimuli incitant Quid obbrutuisti, quasi elephanti corio tectus? pareto Naturae; vive ut debes. Nisi facis, non vivis iam, sed mortuus es inter vivos, & turpissimum, monstrosissimumque cadaver oberras inter Orcum, & Solem, veluti infelices istae animae, quas recipere negat Charon. Sed quaenam, inquies, haec Virtus; facilius tibi eam laudavero, ac suasero, quam persuasero; qualis qualis tamen est, bonorum omnium, quotquot sunt, optimum, maximumque scito. Ad utilitatem festinas, & voluptatem? ea enim fere mortalium studia, utramque haec veram dabit, sine fuco, aut fallacia. Odit malas istas artes,

——— ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσι.

——— *aeque, ac Ditis portas.*

imo ignorat. Vide itaque, & adprehende. Quod si formam eius augustissimam usurpare oculis liceret, incredibilem omnino sui amorem tibi concitaret; nec quidquam ei praeferres. Hanc vigilans, hanc somnians, totus semper amares, velles, desiderares; non dies ulla, non hora, non momentum aliquod praeteriret suspirio vacuum, aut voto. Nec ipsam solum, sed vel imaginem nudam venerabundus complectereris. Quum autem videre minime possis, animo imprime, & illius obtutui repraesenta; aquilae oculos habet, atque inspicit, quam acerrime; fallere cum nihil potest. Habebis quod voles, quod debebis; & ad felicitatis cumulum nihil tibi deerit, quapropter

Quaere ubi sit Virtus, & posce exemplar Honesti.

CAP. VIII.

Et nisi ex magnis rebus, idque studio plane indefesso.

SIren illa Attica Philippo Regi dicebat. Ἐνθυμῦ ὅτι τὸ μὲν θνητὸν ἅπαντες ἔχομεν, κατὰ δὲ τὴν εὐδοξίαν, ϗ τὺς ἐπαίνυς, ϗ τὴν φήμην τὴν τῷ χρόνῳ συμπαρακολυθῦσαν, ἀθανασίας μεταλαμβάνομεν, ἧς ἄξιον ὀρεγομένυς, καθ' ὅσον οἷοιτ' ἐσμὲν, ὁτιῦν πάσχειν. *Cogita nos omnes mortales esse, gloria vero, & laudibus, & fama, quae tempus consequitur, immortalitatis nos esse participes, quam dignum ut adpetentes, quoad fieri potest, quodlibet perpetiamur.* Non sine caussa, ac temere, ὁτιῦν πάσχειν Atque ne cogitare quidem quid simus passuri, sed quo tendamus. Hoc ipsum Virtutis est, hoc Gloriae. Vide militem; gloriabitur ille in vulnerum multitudine, & periculo; effluentem istum sanguinem hilaris emittet; quinimo, si quidquam id huc pertinere putabit, aperiet grandius vulnus, & liberiore ire meatu iubebit, ut tanto splendidius gloriam paret; quippe, quod olim Porsenae Regi Mucius aiebat, *Vile corpus iis, qui magnam gloriam petunt.* Ardua autem valde, & difficilis haec via, nec quivis ingreditur. Vetus est verbum.

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλῦς.

Non hominis cuiusvis est navigare Corinthum.

Non male huc transferam. Pauci calcant, dum in obscuro, sed molli, ignaviae, atque ignorantiae antro malunt latere; hoc ipso beati, quod infelicitatem suam non adgnoscant, miseriae ignorationem in felicitatis opinionem convertentes. Absterret, arcetque horrida, & inculta Virtutis facies; haec aditum obstruit, haec aspero viatorem, tristique itinere ducit, quamvis angusto. Inertia blandiore invitat vultu, & veluti quibusdam voluptatum amoena floribus procliviorem tramitem osten-

ostendit. Quicumque vero semel vitae agendae inibis rationem, Hercules esto, & sapienter elige, quod si facis, Virtus tibi placebit, & per eam via ad Gloriae magnificentissimum templum. Principium quidem laboris, & molestiae habebit plurimum; at praestantissimarum rerum spes, ut in arduo sitae, ita, postquam semel alacriter fueris adgressus, incrementa non desunt. Atque inest profecto Gloriae cupiditati praealtus quidam spiritus, & ad maxima quaeque contendit: haec desiderat, haec optat, ut enitescere in iis virtus sua possit, nec difficultate terretur, aut magnitudine, quam utramque animo superans maximo adeo non defatigata labascit, ut maiora semper, praestantioraque cogitet, ac speret, numquam satiata, numquam satianda. In ceteris rebus insatiabili quadam cupiditate aestuare inhonestum est, non hic. Indefessum, atque constantem ardorem requirit. Gloria, quam si umquam, non dicam amittis, sed remittis, iam tibi plurimum de ea perit, nec reprehensionem effugere talis cessatio valet; nam recte olim Musonius. *Remittere animum, quasi amittere est.* Adspernatur, & irascitur, si quando subsistis, nec continuo gressu stadium emetiris. Deliaca navis, lignis integris suffectis a carie vindicata, ad quamdam quasi aeternitatem est perducta; idem tibi faciendum statue. Accedat semper aliquid novi, quo veterum gratiam augeas, firmesque. Summo studio coronas suas servabant athletae; & quantum praestat gloria? Atque facile hanc augere, facile conservare, plane ut flammam, quam difficulter quidem excitaveris, excitatam vero nullo negotio alas, foveasque. Lampis navicularius, quaerenti quomodo divitias parasset; magnas, inquit, sane sine magna molestia, parvas aegre. Huc adplica, & laudem omnem fatiges, neque te Virtus, alacer semper esto, & recens, & in splendidissimo, amplissimoque campo latis passibus ambula, idest, grandibus intentus ex parvis, ne quaere, quae nisi humilis, & parva, obsolescitque, quam citissime, quum splendoris nihil habeat, aut parum. Illiberalis nimis animi ista cupiditas, & angusti; tu contemne, & Silium ausculta iubentem,

Nec facilem populo, nec notam invadere
laudem.

CAP. IX.

An omnibus proposita.

SED, quid, omnes ne ad Gloriam voco? sine discrimine? Nequaquam. Hannibalem audio:

——— *ire per ora*
Nomen in aeternum paucis mens ignea donat,
Quos pater aethereus caelestum destinat oris.

Populum arceo, & quidquid populare. Hos mihi da, qui aliquam Reipubl. partem sustinent, quibus boni publici cura mandata. In populo animum tantum simplicem, ac rectum volo, non magnum; alias ad parendum non ita promtus, & quidquid praeter voluntatem imponitur, facile iniuriam interpretatur, minimeque ferendum existimat, atque inde in seditionem, & suam ipse perniciem convertitur. Non fert semet, ac magnitudinis mole laborat. Vt magna navis in procelloso mari deprehensa sine clavo, non potest quin fluctibus absorbeatur, & tot animas secum trahat in occasum; ita in isto hominum genere animus magnus ratione gubernatrice destitutus certo & perit ipse, & Rempubl. in eamdem ruinam involvit, nisi provideatur. In promto enim subditorum obsequio vis omnis, ac felicitas consistit imperii, quod frustra exerceas in eos, qui ad inobedientiam obstinati. Quamobrem ut spiritum in illis ingentem non requiro, sic neque ad Gloriam exstimulo, quibus honestae dumtaxat vitae laus, & fama proposita, qua contentos esse iubeo. Et si adfectent maxime, arcere natura manifesto videtur, quae sortem adtribuit longe alienam, longe ab hoc splendore remotam; quod quum ita sit, cur animum gerant super fortunam suam? Recte, & secundum leges vivant modo, honeste vitam tolerantes, Magistratus observantes, quieti, sine seditione, aut motu, cum finitimis amicitiam colentes, omni benevolentia certantes. Hac re apud exteros innotescant, apud posteros celebrentur, utrisque exemplar, quod admirentur aemuli, erubescant diversa sectantes. Hoc modo, quum gloriam consequi singuli non possint, universi habebunt. Vt enim astra minuta, etsi in terra non videantur, aut cognoscantur, ornant tamen caelum, & illuminant; ita plebecula, quae Gloria conspicua esse non potest, si vitae honestate decoret mundum, satis est.

——— *κ̀ γὰρ τὺς μὲν ἡ τυχὴ*
Ἡμῶν μεγάλοις ϖροσένειμε, τὺς δ' ἐλάτῖοσιν.
——— *etenim hos quidem fortuna*
Nostra magnis attribuit, illos vero minoribus.

CAP. X.

Nulla sine Fortuna, nec etiam Invidia.

APerit ergo viam Virtus, sed in reliquo itinere comites tibi duae: Fortuna, & Invidia. Impossibile enim Gloria antecellere alios, omnibusque ex aequo carum esse, & Invidiam vincere; impossibile etiam fere Gloriam sectari, & sine Fortuna eam consequi. Quidquid ages, quidquid conaberis, hanc desiderabis semper, illam numquam excludes. Iam a plurimis seculis & dictum, & creditum est, Fortunam in rebus humanis utramque facere paginam. Curtius eleganter. *Quis negat eximiam quamque gloriam saepius Fortunae, quam Virtutis esse beneficium?* &, ut iste, inquit,

——— *quidquid laudamus in ullo*
Maiorum Fortuna fuit.

Adeo supra Virtutem Fortuna est; &, qui utramque habet, is demum felix. Audi Thebanum vatem.

Τὸ

Τὸ δὲ παθεῖν εὖ, πρῶτον ἀέθλων.
Εὖ δ' ἀκύειν δευτέρα μοῖ-
ρ. ἀμφοτέροισι δ' ἀνὴρ
ὃς ἂν ἐγκύρσῃ, κὴ ἕλῃ,
στέφανον ὕψιστον δέδεκται.
Beneficiis autem adfici primum bonorum.
Bene autem audire secunda sors.
Vtrisque vero vir
Qui utique incurrerit, & ceperit,
Coronam altissimam excepit.

Hinc istud magni Caesaris symbolum: *Virtute duce, comite Fortuna.* Ille autem improbam eam, & male de se mereri existimabat, quum vota exspectaret; & quod necessarium esset futurum, non ante plena manu obgereret, quam optaret. Atque non obsequentem modo habuit, sed reverentem, ut in Hispania Marte plus quam dubio pugnantis, summumque in discrimen adducti, increpationem extimuerit. Alexandrum quoque vide; plurimum is virtuti suae debuit, plus tamen Fortunae, quam parum abest, quin in potestate tenuerit. Quoties in maxima pericula nimis calide ruentem sedula protexit, auferens temeritatis culpam, eventus felicitate? quoties, ut ad solidam perduceret Gloriam, a morte praesentissima liberavit, vitae tum denique statuens finem, quum ad fastigium evecto non ampliora essent incrementa speranda, ne in otium, atque ignaviam remissus eam perderet? Ac sane Pompeius iste, pari aetate, fama pari, si parem vitae terminum habuisset, illibatam ad manes Gloriam secum abstulisset. Etenim, quae subsequuta sunt tempora, multas pristinae luci tenebras offuderunt, dum potentia suis meritis acquisita abusus pro aliis est, & circumventus. Non iniuria ergo Comicus:

—— *ut quisque Fortuna utitur,*
Ita praecellet.

Sed propitia haec, & iuvat studia humana; aversa vero Invidia, & maligna; qui amoveas? non vi ulla, non astu. Argi oculos habet, quoquo effugere tentabis, observabit te. Velis, nolis, adhaerebit ubique, velut in sole ambulanti umbra. Nam, quod Aristo aiebat: *Neque fumus ignem gignit, neque invidiam gloria*; id profecto verum non est; & nollem ab hac mente Plutarchus esset, vir φιλοσοφώτατος, & iudicii alias recti. Solos Reges propter maiestatem reveretur, atque ita Alexander, qui invideret ipsi, habuit neminem. Iulio Caesari, quum in incremento adhuc esset, satis invidebatur; quum ad rerum pervenisset culmen, potentia extincta invidia in odium est conversa, cui tamdem succubuit. Vt sol, quorum supra verticem est, iis nullam umbram facit; sic qui supra aemulorum evecti caput, splendoris magnitudine oculos perstringunt eorum, ut contra obtueri, & invidere non possint. Nec prodest, quod tam acutum cernant,

Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius.

Verumtamen utilis est Invidia haec, etsi invita, non noxia; ideoque grata generosae Virtuti, quippe Gloriae index. Vulgi olim congratulantis ista formula, εὐτυχὲς, φθόνος δ' ἀπέστω, sed vulgi, qui alba linea signare quidquam nescit. Praestantes istae animae in infelicitatis id parte ponunt, & dolent. Themistoclem nosti, ac illustre viri dictum; hoc tene, animumque obfirma, quisquis ad augusta templa anhelas. Praeclare Pisoni apud Tacitum Galba. *Cum invidia quamvis, egregii erimus.*

CAP. XI.

Et neque solida fere ulli obtigit.

SED praeter utramque hanc aliud quidpiam Gloriam etsi avertere quidem non potest, infringit tamen, quod nescio, quo vel fati, vel humanae fragilitatis, infelicitatisque impedimento evenire dicam. Alius ecce paratam domi gloriam, in publico; alius in publico quaesitam, domi amisit; hic claritati in bello partae tenebras in pace offudit, ille togae honorem armis imminuit. Nec inventus fere quisquam est, de cuius praeclaris virtutibus confinio suo vitia nihil delibaverint. Sic diei quoque lucem nubes, aestatis amoenitatem contaminat Sirius. Quantum autem obest Achilli illa in Hectoris cadaver saevitia? Aiaci deorum contemtus? Alexandro superbia, poculorum certamen, & tot praestantium heroum iniusta caedes? Alcibiadi nequitia, fraus, calamitatesque maximae civibus illatae? Iulii Caesaris tanta claritudo quantum libidine, rapinis, & nefaria ad imperium grassatione obscurata? Repudium Antistiae, nuptiae cum AEmilia, convicia cum Lucullo, pecuniae populo pro Afranii consulatu tributim datae, pro Scipione socero preces, ut ius gratiae daretur, & alia multa, quam Pompeii gloria fuere indigna? Lucullus, quo Imperatore meliores inter Romanos non multos invenias, deliciis, & luxu universum decus amisit. Antonius Cleopatrae amore, avunculi proditione, Ciceronis caede, reliquum nominis sui lumen pene omne extinxit. Vide in Annibale crudelitatem, perfidiam; in Iugurtha insidias Hiempsali intentatas, pro alieno regno largitionem turpissimam, bellumque iniustissimum; in Sulla, in Mario, intolerandam tyrannidem. Scilicet adeo perfectum in humanis nihil, nihil parte ab omni beatum. Haec conditio mortalium, haec sors; &, quod Aristoteles aiebat, imbecillitatis exemplum sumus, temporis spolium, fortunae lusus, calamitatis trutina. Doleamus.

CAP. XII.

Eius cupiditas in magnis viris summa semper, nec ponitur nisi cum vita.

ADparuit autem semper in viris summis, quasi genitiva quaedam mentis altae nota, haec cupiditas, nec mirum. Animus enim magnus nihil vile expetit, sed magna omnia, semperque ei cogitatio digna se, quamvis alta nimis aliis. Et verum illud Senecae, velut ex tripode. *Numquam excelsi ingenii virum*

rum humilia delectant, & sordida; magnarum rerum species ad se vocat. Praeclarissima quaeque spectat, quibus ut dignus est, ita quoque dignum se existimat; magnificus quidem sui iudex, sed rectus, & integer, ac falli, aut fallere nescius. Supra contemtum sui, verum etiam infra insolentiam; quorum primum degeneris est, alterum impotentis. At hoc ignobile vulgus superbiam contumeliose nominat, in quo quam maxime errat, quod necessario usuvenit iis, qui ex opinione pleraque, ex veritate pauca aestimant. Vt enim Virtutem, quam laudamus, non extollimus, sed in sublimi collocatam offendimus; ita animus ille, quum de se ipse iudicat, non effertur, verum iam excelsus est. Neque movetur etiam pravo isto iudicio, non magis, quam artifici curae est, quid de opere eius iners aliquis censeat. Quin hoc cogitat, quod Cyro dicebat Antisthenes; regium esse, bene facere, male audire. Hoc itaque nexu, veluti Herculeo, Gloriae adstrictus est; ipse Gloriam magni ducit, Gloria paria facit; ipse hospitem alium admittit neminem; nec hospitium aliud quaerit ista, neque est, ubi lubentius habitet, aut habitare splendidius posse arbitretur. Adeo nimirum arcte amant; sic fratrem Pollux. Praeter hanc maiestatis similitudinem etiam dulcedo quaedam eam commendat, ut non iniuria apud Tragicum dicat Agamemnon. *Τὸ φιλότιμον γλυκὺ, ambitio dulcis*, & apud Lucianum. *Δόξη ἥδιςον πρᾶγμα, ὑπὲρ ἧς καὶ ἡμῶν ἕκαςος κινδυνεύειν ὑπομένει. Gloria, res dulcissima, pro qua nostrum quilibet periclitari substinet.* Intrat igitur eo acceptior gratiosa voluptatis praetexta induta; nec dimittitur, aut abit, nisi quum ab homine hospes animus, atque ita abit, ut, quem mortalem invenit, immortalem relinquat. Fuit quidem in nonnullis extinctus hic ardor, fateor, sed in animis pusillis, non istis magnis, qui vegeti semper, & recentes, in quavis negotiorum multitudine laboris mutationem pro oblectamento habent, & tum respirare se satis existimant, quum novum aliquid adgrediuntur. Pusilli sunt, & ignavi, qui tamquam nauseabundi statim languescunt, ac in rebus gerendis magnitudine earum non ad meliora excitantur, sed hebescunt. Vere in epistolis Theophylactus. *Τῷ ταχίςῳ καίρῳ αἱ τῶν ῥαθύμων ψυχαὶ δυλαγωγεῖσθαι εἰώθασι. Brevissimo tempore pigrorum animae in servitutem adduci consueverunt.* Magni animi virtus usque in incremento est, ulterius sese semper extendens; pusilli, quam citissime collabitur, ad floris instar, qui

> — *καλός ἐςιν ἐν εἴαρι, κ̀ ταχὺ γηρᾷ.*
> —— *pulcer est vere, & brevi senescit.*

Atque hoc evenire plerumque iis solet, qui vel levi quodam animi impulsu, vel vanae gloriae, vel contendendi studio, vel aliarum actionum inopia excitati ad Rempub. se conferunt. Nec aliter potest. Nam qui contentione, & ambitione, se quemadmodum histriones ad theatrum componunt, quomodo non consilium incusent suum, quum vel hos offendunt, quorum maxime gratiam captabant, vel iis subiacent, supra quos esse contendebant? At qui animi motu eo impelluntur, quum pernicie saepe sua adtingunt, quod C. Graccho accidit, qui quum recente adhuc fratris exitio longissime semet a Rep. abduxisset, quorumdam contumeliis accensus, administrationem eius adripuit; moxque rerum gestarum, ac gloriae satur, discedere volens, mutationemque, & otium quaerens, potentiam suam, quo pacto deponeret prae magnitudine non invenit, sed morte delevit. Enimvero ita omnino statuendum, eos, qui imparati ad Rempub. properant, in perturbationem, ac poenitentiam, incurrere; qui parati, praemeditatique, ferre alacres quidquid ingruit. Et hi quidem veri Gloriae alumni; hos amplector.

CAP. XIII.

Etiam a prima statim aetate se exserit.

Atque in iis quidem, qui magni olim erant futuri, a primis plerumque annis sese exseruit, adeo ut, & ipsa aetatis initia ad alta vocare manifesto viderentur. Rapitur quippe ad similitudinem sui excellens, quaeque natura, nec sensim, ac lente generositatis promit iudicia, sed obstantium impedimenta temporum perrumpens, animum super fortunam ostendit. Vehementes intus igniculos, quibus ad Gloriam accenduntur, sentiunt, etiam tum quum longe adhuc a magnitudine remoti, excitant hi igniculi nescio, quam spem, quae vicissim illos alit, fovetque, non aliter, ac sacros istos virgo Vestalis, atque ut absque illis haec non est, ita absque hac illi extinguuntur, & evanescunt. Hanc animus quoque substentat, interno quodam quasi testimonio certus fore, ut votorum aliquando suorum summam consequatur, nec praesagia eius fallit Virtus, quam in consilium adhibet, quam ducem habet. Certitudinis autem istius haec ei caussa, quod Naturae rectis studiis adnitatur.

> —— *τέχναι γ' ἑτέρων ἕτεραι.*
> *χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς*
> *ςοίχοντα μάρνασθαι φυᾷ.*
> *Artes vero aliorum aliae*
> *Oportet autem in rectis viis*
> *Ambulantem pugnare cum natura.*

Istis itaque igniculis accensi, ista spe pleni, animo comite, duce Virtute, vera via ad Gloriam tendentes, protinus in primore aetate quales, quantique mox sint futuri, evidentibus signis palam faciunt. Alexander certa futurae Virtutis spe Macedoniam totam nondum magnus implebat; adhuc puer minime puerilia quaerebat, loquebaturque de Rege Persarum, moribus populi, situ terrarum; paene puer effrenem istum Bucephalum domabat; in victoriis patris tristis, eius fortunam suum interpretabatur infortunium; unde praesagiens pater; *Quaere*, inquit, *mi fili, regnum tibi par, nam Macedonia te non capit.* Themistocles, quum in ludo literario praecoci quadam animi altitudine de rebus civilibus aliquid, atque bellicis, mallet; a praeceptore admirabundo haec verba expressit: *Tu,*

Tu, mi puer, numquam eris contemnendus. Idem spiritus in M. Catonis pueritia adparuit, quem neque minarum, neque periculi terrore frangere Tribuni plebis Latini potuerunt; & Praeextatus quum Sullae tyrannidem indignaretur, ferrum in necem eius a paedagogo Sarpedone poscere ausus fuit, neque optimates quosque, municipia tota, totas legiones trucidantem unus extimuit, quem Roma universa timebat, ad cuius nomen contremiscebat. Cicero quoque omnes in admirationem pertraxit, & illum ipsum ludum, in quo commorabatur; tanto scilicet videndi adolescentem insignem desiderio tenebantur. Quid alios plurimos commemorabo? Atque impetus, plerumque in iis admodum vehemens, quandoquidem hoc magnae illae animae adgnatum sibi habent, ut, quod bene volunt, etiam valde velint. Non frustra vero id rerum parens natura fecisse existimanda est, quae arcanis his tamquam monitis instruit illos, ut videlicet vitam, moresque Gloriae praestantissimo fructu dignos essingant; ut fortunae, & dignitatis, quam animo infixam tenent, in quam crescunt, sint capaces. Vt autem sapientiae initium est sapientiam amare, bonitatisque magna pars velle bonum fieri, ita ab hac cupiditate primordia Gloria capit; incipit quippe iam tum ea nostra esse, ubi mente complexi sumus. Quemadmodum enim Deo omnia futura etiam praesentia sunt, sic animo, qui in corpore humano hospes Deus, imitatur Deum.

CAP. XIV.

Qualis esse debeat, & intra quos fines consistere.

VErum enimvero in adpetenda vetus quoque istud Philosophorum placitum valere debet, μηδὲν ἄγαν, & ita habendus generosus hic spiritus, ut spatia ei ampla nimis non dentur, sed in curriculo suo quadrupli ci rationis fraeno compescatur; interna tui consideratione, an idoneus existat; & rerum, quas petis, an iusta consequendi sit spes, & temporis, an ferat, quod maximum omnino in quacumque re obtinet momentum, & modi, quo petas, an decorus, nec a virtute alienus; si quidquam horum fallet, frustra eris. Videndum itaque, ne, quod consequi possis, imprudenter petas, aut, quod non possis, temere; utroque modo spe cades. Inconsulta coepta, quia plus impetus habent, quam roboris, post ipsa statim principia languescunt; impossibilia vero pertinaci cupiditate sectari, exitio vicina dulcedo est, vel, ut Bias adpellabat, morbus animi. Altum te quidpiam spirare putas? erras; cadet, cadet necessario ille spiritus, quia sine solido fundamento. Vt ii, qui arborum magnarum fructus consectantes, dum altitudinem non metiuntur, & ad cacumina festinant praepropreri, cum ipsis, quos comprehenderint, ramis decidentes gravi sese ruina adfligunt; ita quoque hi, qui cupiunt incauti, quae minime capiant. Cave, quaeso te, ne vera rerum nomina corrumpas, aut commutes; non est magnitudo animi, sed superbia, & elatio, quae tantum ab illa differt, quantum a fortitudine audacia, a severitate crudelitas. Hinc saepenumero patriae proditiones, Rerumpubl. eversiones ortae. Recte Isocrates Philippo Regi. Χρὴ τῆς μείζονος δόξης τῶν ἄλλων ἐπιθυμοῦντας, περιβαλέσθαι μὲν τῇ διανοίᾳ τὰς πράξεις δυνατὰς μὲν, εὐχῇ δ' ὁμοίας. *Oportet maioris gloriae, aliorum adpetentes mente quidem actiones, quae fieri possint, complecti, voto vero persimiles*. Attende, attende; comprehendere animo oportet non ea, quae fieri minime possint, sed tamen voti similia sint, idest, summo dumtaxat labore, & industria ad exitum perducantur. Quorsum attinet caelum velle conscendere, & imponere Pelion Ossae?

Μὴ μάτευε ζεὺς γενέσθαι.

Ne quaeras Iupiter esse.

Etsi non hoc probaverim, quod sequitur.

Θνητὰ θνητοῖς πρέπει.

Mortalia mortalibus conveniunt.

Nam quum praestantissimum eorum, quae habeas, animus sit, & divinum quiddam, utpote ex universa mente divina delibatus; quin etiam summa ope nitaris, ut mortalitati temet eximas, siquidem morti non licet? tantum τὸ πρέπον obseruetur, & mortalitatem si solo moderato rerum usu spectaveris, satis est. Non de Titanum prosapia es, ad quid conatus isti plane Titanii? quos ubi casus eluserit, risum debes, & fabulam. Nec quantumvis principia, ut subinde fieri solet, felicia contingant, firmare id audaciam debet; invitat enim ad temeritatem Fortuna, quum pravo consilio propitia adridet, quae ita prodesse nonnumquam vult, ut vehementius noceat, seque tuo ludibrio effusius oblectet. Adfectabat paternos currus, & diuturnae lucis moderamina Phaethon, sed mundum vota illa incenderunt. Non erat ille magnanimus, sed stolidus, ὁ γὰρ μὴ κατ' ἀξίαν μεγάλων αὐτὸν ἀξιῶν ἠλίθιος, *qui enim non pro magnarum rerum dignitate seipsum aestimat, stultus*; ut inquit Philosophus. Et nihilominus magnanimum dicunt poetae; sed poetae, quibus quidlibet audendi data potestas, quippe narrantibus somnia sua, quae in Parnasso monte viderunt, poculis Hippocreneis depositis. At in Seneca quis ferat, homine sobrio, & philosopho? ille generosum adpellat; errat, & abutitur exemplo. Non irritat pericula magnus animus, aut occupat; verum, si ingruant, fortiter excipit; nec quaerere, nec timere, id demum Virtutis est; ille iuvenis contra, & supra modum iuveniliter. Sed, apage fabulam, inquies, Midae aures non habeo; tu ut verum contemplare, sub quo recondita latet veritas. Deme fabulae nomen, nuda adparebit; non nemo enim in Rebuspub. si non Phaethon est, tam belle tamen eum exprimit, ut nihilo melius magnum olim Agamemnonem histrio Pylades. Inhibendae ergo rapidae cupiditatum rotae, impetusque earum, quo dixi, sufflamine tardandus. Saepe enim usuvenit, ut multos immoderatus ardor pessum deiecerit, ad praeclarissima quaeque alioquin

per

perventuros, si spes effraenes animumque nimis in futura eminentem comprimere, ac sub compedibus habere potuissent. Exemplum dabunt ambo Gracchi, infelix par fratrum, qui si civilem dignitatis concupissent modum, nec impotenti quodam aestu exstimulati de recto tramite deflexissent, quidquid per tumultum, ac seditionem adipisci conabantur, quietis Respubl. obtulisset. Dabit etiam Iugurtha; quem P. Scipio monebat, ultro gloriam, & regnum obventura, si permaneret in virtute; sin properantius pergeret, praecipitem ruiturum. Vtinam, utinam audivisset!

CAP. XV.

Per convitium ambitio vocatur. Ambitio eius sibi nomen vendicat, ut sit commendabilis. Quid utraque differant.

NOnnulli vel maligno quodam livore, ac virtutis odio, vel, ut mitius dicam, iudicii imbecillitate, Gloriae cupiditatem cum ambitione confundunt, & inviso vitii vocabulo traducunt; quum ipsa ambitio virtutem fateatur, eiusque nomen usurpans honesta quodammodo praetexta ornata, ac personata, oculis se mortalium ingerat. Inde ille, inquit:

—— habitat sub pectore caeco
Ambitio, & morbum virtutis nomine iactat.

Et tam callide fallit, ut internosci, nisi difficulter, non queat; quumque merito reprehendatur, alteram illam immerentem in reprehensionis communionem pertrahere conatur. Quapropter illorum sive iniuriam, sive errorem, huius fucum, iusta inter sese contentione detegemus; impedi[illegible]um id quidem valde, & intricatum; attamen erit facillimum, si principio a quo utraque proficiscatur constituto, qua via, & quo tendant, bene perpenderimus. Gloriae cupiditas, ut abunde iam dictum, a magno animo est, ac regiam Virtutis viam insistens, ad honores, ac fasces pleno gradu contendit; non purpura, aut aureis virgis adducta, sed ut propinquis, civibus, omnibus denique mortalibus paratior, utiliorque sit; ut recte defuncta praeclarissimum fructum auferat, ut posteritati in animo, in oculis sit, cum laude, admiratione, & veneratione; huc vota eius festinant, huc cogitationes omnes diriguntur. In honoribus ita vivit, ut, licet amplissimos gerat, amplioribus adhuc digna habeatur, dignitatisque existimationem moribus semper vincat. Ambitio autem a superbia provenit, per fas per nefas, ad honores, atque potentiam grassatus; munia omnia occupat, &, quomodo ille Aristophanicus Cleon, pedem unum in foro, alterum in Pylo figit; laudem, ac gloriam post mortem non spectat, non expetit, nec odium quoque hominum, aut exsecrationem extimescit. Verum honorem non in iudiciis eorum statuit, sed externo isto, & fallaci titulorum splendore, quibus parem se reddere nullo modo curat; perinde quasi per se ipsi magnifici sint, non substinentium virtutem. Itaque, quae altissima quaeque culmina gestit conscendere, quam longissima adhuc misera infra nomina sua iacet; persona AEsopica. Plane febricitat, & quo plus bibit, eo magis sitit. Terminum nullum habet, ac, quod avaritiae commune, a fine rursus incipit, dum primo aequales, mox superiores, postremo suasmet ipsa spes antevertere parat. Non adspicit supra quos sit, sed infra quos; nec tam iucundum est post se plurimos maximo intervallo videre, quam paucos ante se grave; adeo ut neminem superare se existimet, quamdiu ab aliquo superetur. Nihil medium probat, tantoque se clariorem arbitratur, quanto fuerit altior, quasi non sol etiam ea sidera, quae excelsiorem caeli regionem occupaverunt, splendore antecellat. Quapropter dum cupiditatem pravam terminare illi ratio nequit, felicitatem ingratam amittit, & spei semper plena, vacua commodorum, dum futuris inhiat, caret etiam praesentibus. Deinde illa ipsa honorum summa fastigia adpetit potentiae dumtaxat consequendae caussa, inque iis collocata, undique subsidia quaerit anxia ne reprimatur. Gloriae cupiditas integritate freta, uti repulsae secura, ita neque vires quibus subsistat tutaque sit, aliunde sufficit. Ambitio denique potentiam nacta dum ea semper cogitat, quae sui sibi memoriam eripiunt, fortunam suam non tenet, aut regit; potentiam gratiae concedit, aut spei, aut praemio quoque, cum quo omnia honesta habet, amatque mercede potius delinquere, quam gratis recte facere; Rempub. pro aurea messe habet, quemadmodum tribunal suum Stratocles, ac Dromoclidas Regit, dat, adimit quae lubet, ut lubet; innocentes, ac simplices circumvenit, suos ad dignitatem extollit, eadem fortuna eodem modo usuros; non facinus ullum obstat, non flagitium, quo minus promoveat, quod commodum videtur trahit, rapitque; postremo tamquam in Rep. capta grassans voluntatem pro ratione, libidinem pro legibus, habet. Quod Caracallae Imperatori olim Iulia, id ipsa sibi dictat: *Si libet, licet.* Ad tyrannidem consurgit, quamquam nec ad regna, aut principatus pertingat, maximeque grassatur, si quando sub severitatis quapiam specie latebram inveniens, iniuriam gravitate possit tueri. Ad tyrannidem, inquam, consurgit; nam, qui minus tyrannum eum existimabimus, qui in Rep. quam Regno, Imperiove, amplissimo potentia ad libidinem, & crudelitatem abutitur; cuius saevitia iisdem quibus potentia finibus terminatur; non minor tyrannus certe, sed minus potens. Quotusquisque in Rebusp. saepe non talis? excutiamus eorum vitam, atque ad examen vocemus; quem dabis mihi, qui talem se inferioribus praestet, quales ipse sibi superiores optaret? Quam multos est videre eius farinae aucupes honorum; aut ne quid mentiar, non honorum, sed potestatum? Adhaerent potentioribus, Reip. se muniis ingerunt, virtutem simulant, probisque moribus tamquam alienis soleis utuntur, ut videantur mereri; profundunt patrimonia, nihil intentatum

tatum relinquunt; &, ut pro libidine dominentur, dominandi licentiam indefessi venantur. Non expendunt quantum habeat turpitudinis, quantum probri, a paucis emere, quod sit multorum. Indignor, & clamo.

—— ἑκὰς, ἑκὰς ἔςε βέβηλοι.

—— *procul hinc, procul este profani.*

CAP. XVI.

Itur ad eam per Reip. administrationem, in qua quaenam necessaria breviter declaratum.

LAxius hactenus per virtutem iter demonstravi, nunc pressius instruam, eamque in Rep. occupandam admonebo. Nihil autem in rebus humanis praestantius, nihil praeclarius, quam bene de ista mereri; in hoc verum demum, ac solidum decus positum; ideoq e tota mente in cura ea, cogitationeque persistendum. Vides ut illa, quae supra nos sunt, sidera aetherem suum sedulo illustrent, pro radiis unumquodque suis? terrestris quidam aether Respub. est, in quo tamquam sidera defixit nos homines natura; exsequamur munus nostrum, spargamus lumen, & irradiemus. Haec vero & in toga, & in sago administratur; in toga mens eius habitat, in sago manus laborat, atque vires suas exercet. Qui sagum amabit, eum animus interritus, praelioque strenua manus, & consilio bona mens clarum reddent, vel illa quoque sola. Nam coniuncta raro admodum contingunt cuiquam, quum temeritatem plerumq; audacia, timorem adferre providentia soleat. Priora duo in milite, posterius in duce requisiverim, huic enim imperandi tantum munus incumbit, illum obsequii laus manet; illi arma, & virtus propria; huic consilium, virtutisque regimen. Tantum autem in audacia, atque timore momenti, ut victoriae ista principium habeat; hic futurae cladis; imo vel hominis instar est, quippe praesagiente eventum animo. Qui vero pacis insigne togam maluerit, duo ab isto in primis exigit Gloria; prudentiam, ac animum magnum, qui in periculis constans offensam populi pro utilitate publica non reformidet. Praeclare Tiberius ad Senatum: *Maioribus meis dignum, rerum vestrarum providum, constantem in periculis, offensionum pro utilitate publica non pavidum credant; haec mihi in animis vestris templa, hae pulcerrimae effigies, & mansurae.* Et Mamertinus Consul ad Iulianum Imperatorem. *Hoc polliceor, semperque praestabo, mihi neque in suggerendis consiliis veritatem, neque in adeundis (si res poposcerit) periculis animum, neque in hominum voluntatibus pro Repub. laedendis libertatem, defuturam.* Ad posterius quod attinet, a patriae parente Cicerone etiam exemplum habe, qui frementi olim civitati, & ex indignatione clamorem tollenti, respondit: *Nihil me clamor iste commovet, sed consolatur, quum ostendit, quum indicat esse quosdam cives imperitos. Numquam, mihi credite, populus Romanus hic, qui silet, Consulem me fecisset, si vestro cla-*

more perturbatum iri arbitraretur. Alterum ecce praebebo in Fabio Cunctatore, qui milites, quum morae impatientes praelium poscerent, & minas adderent, hoc modo repressit;

Fervida si nobis corda, abruptumque putassent
Ingenium Patres; & si clamoribus istis
Turbari facilem mentem: non ultima rerum,
Et deplorati mandassent Martis habenas.

Sed desino plura coacervare, passim enim obvia in Historia tam Romana, quam Graeca. Ad prudentiam venio, cui tantum veteres illi tribuerunt, ut eam suum unicuique Deum dicere non dubitaverint; haec autem maxime in consiliis versatur, quae ut recte dentur, animum ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuum esse oportet; non enim facile quid utile, quid salutare expediet, ubi illa obstabunt. Ac multa sane exempla eorum, qui per adfectum abrepti male consuluerunt, & qui voluntati ipsi suae repugnantes recte atque ordine fecerunt. Et quamdiu vera consilia valuerunt, tamdiu prosperum imperium, omnia regna, nationes, civitatesque, habuerunt; contra, postquam gratia, lubido, metus ea corruperunt, imminutae opes, fracta potentia, ademtum imperium, servitus imposita fuit. Hoc quoque diligenter expendendum, utrum utile Reipub. sit, quod consulatur, item effectu promtum, aut certe non nimis arduum; quippe non parum confert ad consilii praestantiam, & laudem, facile esse quod utile. Saepenumero recta consilia, quia ad effectum perduci non potuerunt, statum rerum aut everterunt, aut graviter concusserunt; ita ut vel data ea non esse, vel quod proximum, non tentata longe conducibilius fuerit. Quod si voluntatem necessitas extorquebit, atque ad ardua erit confugiendum, adhibita tamen summa cautione, & constantia extrema experiatur, donec se Reipublicae, adiungat periculum suum, & si tanta Fortunae iniquitas sit, non reformidet cadere ea stante, qua cadente stare non possit. Quum autem consilia dare, teste magno Aristotele, res inter homines sit omnino divina, indignum profecto, miserumque est, conditionem eorum longe iniquissimam existere; tum enim bona tantum censentur, quum eventus bonus; quamobrem non iniuria Demonico dicit Isocrates. Ἡγοῦ κράτιστον εἶναι παρὰ μὲν θεοῦ εὐτυχίαν, παρὰ δ' ἡμῶν αὐτῶν εὐβουλίαν. *Optimum esse existima, a Deo quidem felicitatem; a nobis vero ipsis, rectum consilium.* Atque eventum quidem prosperum omnes sibi participes vendicant; alii invidi, quando iure delibare inde nihil possunt, in casum eum convertunt. At vero adversum uni consultori imputant, & fortunam in temeritatem declinant, fitque illud Ascraei.

Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Malum autem consilium consultori pessimum. Et licet antea probata sint, tamen, quia male ceciderunt, gravi supercilio ut perniciosa damnantur, fortuitaque in culpam tra-

huntur. Scilicet familiare hominibus, omnia sua, ut Maevius iste, sibi ignoscere, nihil aliis, & rerum invidias in personas, non caussas derivare. Plane quemadmodum in morbis sanitatem receptam numini imputant, artis beneficio tribuunt nihil; contra si natura morbum adiuvante mors invaserit, medicinam incusant, Deum praetereunt. Sed magna hic consolatio a bonae voluntatis conscientia; & quando absit a culpa, sine qua peccatum nullum, moderate quod evenit feras. Homo enim sapiens turpitudine, non casu, & delicto suo, non aliorum iniuria commovetur. Non sine caussa Naso quondam, etsi iratior:

—— careat successibus opto
Quisquis ab eventu facta notanda putat.

Opus autem, & heic est illa, quam modo dixi, animi magnitudine, qua utrumque casum & exspectet securus, & excipiat intrepidus; nec si, quem non speraverat, exitum sortiantur, illico deiiciatur (ut molles sunt in adversis animi,) quod numquam non cum gravissimo Reipubl. fit detrimento. Hoc credat potius; fata obstitisse, necesse fuisse, aliter evenire non potuisse; at necessitas, ut evitari non potest, ita neque debet percellere. Sapienter olim C. Caesar ille armis pariter, & animo maximus: *Necesse est evenire Caesari, quod necesse*. Idem sibi inculcet, obfirmetque sese, ancipiti fortunae matura virtute occurrens; &, quum omnia sollicite caverit, nihil timeat; quandoquidem impedita, incertaque consilia pavidi habent. Hinc adparet, quam grave, atque difficultatum plenissimum sit, Rempub. administrare; quamobrem recte Senatui respondebat Tiberius: *Experiendo didicisse, quam arduum, quamque fortunae subiectum, regendi onus*. At vulgus, quum splendorem istum, & speciem solummodo externam intueatur, amoenam, & amabilem faciem contemplans, ad invidiam properat, quod si ingruentem illam immanem vim curarum, vigiliarum, & reliqua tot tantorumque laborum aspera perspiceret, intelligeretque, eam ipsam vitam, cui ut beatissimae invidet, ut multo miserrimam irrideret. Sed ut severi patres durius habent, magisque exercent filios quos magis diligunt; ita quoque communis omnium parens Natura, quos Gloriae aptat. Tertiam vero praeterea virtutem tibi integram, & necessario, animi moderationem. Ea mentem impotenti superbiae incursu transversam ferri, & in praecipitia abripi non permittit. Audi a Rege vocem insignem, & dignam Rege. *Gloria in integro est addita modestiae fama, quae neque summis mortalium spernenda est, & a diis aestimatur*. Gravem oportet esse, item humanum illud ad Reipub. istud, at tuum honorem pertinet; utrumque autem utrique utile, nisi modum teneas, gravitas in superbiam exorbitabit, in contemtum humanitas declinabit. Contemtus Reipub. infringit commoda, cuius maxime interest, rectorem suum, ut dignitate eminentem, ita etiam auctoritate esse munitum: superbia de gloria, quam exspectas, non parum detrahet. Habe in oculis Laberianum hoc

Cito ignominia fit, superbi gloria.

Et Phalereus iste Philosophus dicet tibi: *Non negligendum esse supercilium, ut minutal quoddam faciei, posse enim vitam omnem obscurare.* Certe gravissimum a superbia metuendum periculum, quia corrumpit plerumque homines Fortuna; cui quum se permiserint, facile naturam, ac virtutem, dediscunt. Verum enimvero viri vere sapientis animum numquam mutabitur; quippe desciscere ab istis moribus, ob quos ad tantum fuerit evectus fastigium, turpissimum existimabit, certus eo se incrementis suis fore maiorem, quo sublimitatem ex decoro inclinabit magis, ac submittet. Praeclare Menelaus ad ambitiosum fratrem:

—— ἄνδρ᾽ δ᾽ οὐ χρεὼν
Τὸν ἀγαθὸν, πράσσοντα μεγάλα, τοὺς τρόπους μεθιστάναι.

—— virum autem non oportet
Bonum, qui magna operatur, modum transgredi.

Et profecto habet proprium hoc sibi, atque ingenitum virtus, ut honorum praemiis incitetur felicius; erigaturque, non efferatur. Summa ergo hic cura esto. Alios a privato homine mores exigas, alios a publico; & male habet rationem sui, qui publicam personam quum sustineat, privatum tamen agit; male quoque vulgus insanum adsciram ex muneris necessitate gravitatem fastus, ac superbiae vocabulis insectatur; quum hoc ipsum prudentiae maxime sit, tempori concedere, decoro se aptare, ex Reip. dignitate semper gerere. Et sane honoris oblatione hoc tacite abs te exegit Respub. tu, quum acciperes, promisisti; cognosce, quod promiseris; praesta, quod debes. Sed consideranda diligenter tempus, res, locus, ac homines, cum quibus agas. In publico gravis sis, in negotiis tractandis severus ad Catonis exemplum, facilis in miserorum aerumnis, adversus delicta sententiae tenax, uti boni perfugium in te sentiant, mali perniciem; in largiendo liberalis; dignis des, & quae digna; ne aut innocentiam aliorum corrumpas, aut tuam liberalitatem. Maioribus honorem, aequalibus amorem, minoribus comitatem exhibe; ubique tamen tui memineris, & temperes, ne vel servilis, vel animi impos, vel nimis facilis videare. Atque sic eveniet, ut nihil gravitati simplicitas, auctoritati humanitas sit detractura. Adiungam nunc pro coronide Eloquentiam; nam ex ea quoque Gloriam comparari veteres arbitrabantur, in quo alia mihi sententia. Vti ea debent Rempub. administrantes, ut auctoritatem adquirant suis dictis, nam nomini Gloriam non possunt; &, si possent etiam, ut magnanimis vile nimis esse oportet. Vt quid enim, quum res, praeclaraeque actiones istam praebeant, a verbis exigant? ventis, inquam, & in ventos abeuntibus? Proponam nihilominus veluti necessariam prudentiae armaturam, sine qua inermis sit, ac tueri sese, & adserere nequeat. Demetrius vere aiebat, quantum in bello ferrum, tantum in Reipub. hanc valere. Bona, malaque non sua natura, sed verborum maie-

state

ſtate aeſtimantur; non poteſt diſplicere ſatis, quod debeat, niſi turpitudo exaggeretur, neque item placere quidquam, niſi dignitas amplietur, ſemperque fere adparuit mutuam virtutem oppreſſam fuiſſe, vitia contra etiam ſine ulla voce oppreſſiſſe. Deinde quum crebro uſu veniat, ut quaedam, licet cogi poſsint, melius ſuadeantur; quid utilius, quam ut perſuadeantur? ac beneficium iſthoc omne haec una conferet, haec efficiet, ut, quod utiliter ſuadetur, placide perſuadeatur, libenter, benigneque accipiatur. Summa certe eius vis eſt, cui neque ira, neque arma reſiſtere ſaepenumero valuerunt. Piſiſtratus, quia diſertior, Solonem retudit, Regnum Athenienſibus abſtulit. Egit Athenas Pericles, verſavitque pro arbitrio, ſed abuſus uterque re praeſtantiſſima, ſicuti ambitio ſolet; pro publica utilitate utere, quiſquis uteris. Exemplum ecce unum, quo maius non invenio. Regibus exactis quum a patribus plebs diſſideret, armaque adverſus eos infeſta ſumſiſſet, conciderat in ipſis pene primordiis ampliſsimi ſpes imperii, niſi miſerrimo illo ſtatu divina Menenii Agrippae ſubveniſſet facundia; cui uni ſplendorem, monarchiam, aeternitatem urbium iſta urbs, cui haſtas, vexilla, phaleras, ſtatuas, triumphos, gloriam denique omnem viri magni, qui poſtea exſtiterunt, quaſi debent. Veteres quoque illi Reges, magni, & Iove prognati, ut ait Homerus, maieſtate, ac ſceptro non contenti, etiam oratores eſſe voluerunt. Neque Iovem ſolum conſiliarium, Martemve homicidam, aut bellicoſam Minervam coluerunt, ſed & Calliopen, illam facundiae praeſidem,

Τῆς ἔπε' ἐκ ςόματ☉ ῥεῖ μείλιχα.

Ex cuius ore dulcia verba fluunt.

Male enim, periculoſeque regit, qui in monendo, ſuadendove, aliena voce opus habet. Adparet igitur quanti uſus eloquentia, quanti fructus, quantae neceſsitatis; ideoque non neglexerunt homines in Imperiis, & Rebuspublicis ſummi; non negliges tu quoque, qui clavo te ac gubernaculo paras, aut iam tenes.

CAP. XVII.

Pacis ne an belli artibus maior comparetur.

SEd utrum? domi ne, an militiae; in toga, an ſago, comparatur maior? maxima quidem pars ſagum ſemper, ego togam praeferam, invitis Marte, ac Bellona, eorumque alumnis falſam praeſtantiae minuam opinionem. Facilior quidem illa bellica, atque promtior; quis negaverit? at civilis haec amplior. Atque ut ab eo, quod caput eſt incipiamus; quis umquam ſanae mentis bellum ante pacem, corpus ante rectorem animum poſuit? animi robur toga, corporis ſagum oſtendit; animi hic omne opus, qui, ſi in militia intrepidus, ſufficit; in toga magnus praeterea, & excelſus requiritur. Quippe non raro tranſverſi ingruunt turbines, tempeſtateſque graviſsimae, inter quarum violentiam minime tamen conſternari, clavum tenere, ne

A de manibus excutiatur providere, recteque navim iſtam publicam dirigere, cui tot hominum commiſſa vita; in omnem partem excubare; leges, iudicia conſtanter defendere, meminiſſe praeterita, proſpicere futura; nullo metu deiici, nulla ſpe, aut gratia flecti; nihil denique ab utilitate publica, nihil ab honeſti norma diſcedere, id vero ſupra omnia arduum: artis, induſtriae, laboris, conſtantiae pleniſsimum. Deinde ferro ibi, hic legibus; ibi vi, hic ratione agitur; ibi imperia parantur, hic adminiſtrantur, conſervantur. B Horrida, inquiunt, in bello cuncta, cuncta aſpera, ubique pericula, ubique plurima mortis imago, quae ad gloriae amplitudinem facere iſti multum volunt. Bona verba, ſodes. Quantum temporis in caſtris cura vacuum, aut periculo? incluſus intra vallum, veluti intra urbis muros, tutus deliteſcit, miles, nec miles; feriae multae, & otia, intraque ſecuritatem aleae, vini, luxus, longe remotus mortis iſte timor, quem iactant. C Quando aciem committit, manum conſerit, tum tantum viri, & militis nomina meretur, alias otioſa. At iſta quid? humi, & ſub adverſo Iove, requieſcere, inopiam, & laborem ſimul tolerare, corpus infatigabile, animum alacrem gerere, hiemis, & aeſtatis incommoda aequali patientia vincere? laudis plus habent, quam gloriae. Illa vero optima Reip. gloriam largiuntur; fortiter, ac ſtrenue facere, in periculis verſari, interque ea conſilium non amittere; praelia agitare, hoſtem ferire, intercipere; in id ſemper intendere; D non in mollitie deſidem eſſe, & exercitum ſupplicio cogere; non illum arcte, ſeſe laxe, ac ſine ullo freno habere; non illius laborem ſuam gloriam facere. Haec etſi magna omnino, nihil tamen ad perpetuas togae curas, & immenſam negotiorum multitudinem; certamina quoque plurima, & maxime periculoſa, contra populi cum tumultus, tum ſeditiones, ut mobilia eius ingenia, & vitia; quae quidem prudentia, & invicta a- E nimi fortitudine compeſcere, multo quam hoſtem laudabilius; ſiquidem, ut iſte ait, *excellentibus ingeniis citius defuerit ars, qua civem regant, quam qua hoſtem ſuperent.* Laudabilius, inquam, occultis enim armis, & veluti ex inſidiis illa pugnant, hic apertis; illa ſemper nocent, hic nocere ſaepius vult, quam poteſt. Age, etiam mortis horrorem inſpiciamus, quem obgerunt, in quo ſuperando gloriae meritum ponunt. Quoties pro libertate, pro ſalute publica ſpiritus vere di- F vinus de toga exceſsit, per ſeditionem, iram, & rabiem populi exactus? alius in patria iſta pro qua nihil non fecerat, nihil non paſſus ad maiorem patriae indignationem; alius extra illam, ipſa ſcilicet Fortuna erubeſcente, & ſceleris tanti ignominiam abſcondere, cupiente. In ſago plures occiderunt, in toga meliores: in ſago aliquando luctus cauſſam invenit Reſp. in toga ſemper. Antigonum Regem mortuo Zenone dixiſſe ferunt, *οἷον θέατρον ἀπολώλεκα! Quale ſpectaculum perdidi!* tu Reipub. vocem puta, in tali funere. At mite hic lethum, & per quietem oppeti-

tur; ibi inter infesta arma, strictos gladios, discurrentia tela, concurrentium exercituum inconditos clamores, raucos classicorum strepitus, quae omnia terrorem maiorem incutiunt, magisque percellunt. Quasi vero non semper interritus esse militis animus debeat, omni momento mortis contemtum stipendio suo profitentis; quasi etiam mors non ubique eadem, ubique aeque terribilis; quasi denique non melius sit praerupta ad eam via, & brevi, quam plana, ac longa contendere; quum ista tarditate, plerumque plus doloris adferre, haec brevitate molestiae habere minus soleat. Deinde, quid ibi praeter mortem magnopere metuendum? hic, quum omnes curae in publica salute fuerint defixae, summam etiam saepissime casuum acerbitatem subire necesse; pro gratia indignatio refertur, pro laude ignominia, pro mercede poena. Quae universa si recte inter sese comparentur, quis non Achilli Nestorem, Themistocli Solonem, Pausaniae, aut Lysandro Lycurgum, C. Mario M. Scaurum, Cn. Pompeio M. Ciceronem praetulerit? ego certe, & prae Marte Consum patrem laudaverim. Dicam igitur libera voce, etsi invisa iam olim verba,

Cedant arma togae.

Non autem, quae sequuntur,

——— *concedat laurea linguae.*

Ac sane existimo equidem veteres istos non tam indignatos, concedere debere togae arma sua, quam lauream imperatoriam linguae Oratoris. Et erras Cicero, erras.

CAP. XVIII.

An etiam Doctrina; item quantum illa momenti ad eam habeat.

ALteram item viam nonnulli volunt per Doctrinam. Desinant erroris, obsecro. Famam quidem, & nominis immortalitatem cum honore, ac laude coniunctam Musae largiuntur, at virtus sola gloriam, cui amplius quiddam, & illustrius inest, quod animo facilius complecti, quam lingua, aut stilo exprimere. Quantum inter lucem, ac splendorem discriminis, tantumdem hic. Virtus illa gloriae mater in actione consistit, rebusque gerendis; doctrina per vaga tantum cogitationum diffusa in mente sedem fixit, nec usquam sese profert, aut transit ad res. Iuvat tamen non segniter, & viae lenit difficultatem, quandoquidem ad augendam virtutem, & prudentiam, virium habet plurimum. Aliquid grandius dicam. Haec quid gloria sit, ubi sit, quomodo adquiratur ostendit, quum exempla illa maiorum, incitamenta, ac fomenta virtutis, contra novercantis oblivionis iniuriam benigna, & forti, manu adserit. Hoc mihi vide, atque pretio suo aestima. Etsi subsistere per se gloria possit, sine hac tamen ignorabitur, & nomen non habebit; tum enim denique ad gloriam quidquam confert illustribus viris sua virtus, quum noscendam eam posteris haec proponit. Patriae liberator, conservator; pater tum cognoscitur, & meritorum consequitur praemia, quum non perituris literarum monumentis haec consecrat Quis Achillem nosset, quis Alexandrum, quis Caesarem, quis ceteram tot praestantissimorum heroum manum, absque huius unius beneficio? Quantum putas regum maximorum iacere in tenebris, quos neque maiestas valet erigere, aut vindicare? quorum sceptra ligonibus mors aequavit?

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi; sed omnes illacrimabiles
Vrgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia vate sacro.

Niso, & Euryalo immortalitatem spopondit Virgilius, & promissi fidem implevit. Idomeneum, si gloriam quaereret stabilem, a suis eam scriptis exspectare iussit Epicurus. Non sine caussa Fulvius ille Nobilior novem Musarum simulacra ex Ambraciensi oppido translata Herculi consecravit, aede communi dicata. Intelligebat videlicet mutua opera ornari, iuvarique. Musarum siquidem quies ab Hercule defendi debet, Herculis virtus, Musarum voce cantari. Recte Pindarus.

Ο῎τα καλὰ ἔρξαις ἀοιδᾶς ἄτερ.
Α᾿γησίδαμ', ἐς ἀΐδαο σαθμὸν
Α᾿νὴρ ἥκηται, κενεὰ πνεύσαις,
Ε῎πορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνὸν
Τίν δ' ἁδυεπής τε λύρα,
Γλυκύς τ' αὐλὸς ἀνα-
πάσσει χάριν. ἔχοντι δ' εὐρὺ κλέος
Κόραι πιερίδες διός.

Quantacumque honesta feceris sine cantu,
Agesidame, in inferni stationem
Vir veniat, quum vana spiraverit
Dedit labori breve quid delectabile.
Suaviloqua verum Lyra,
Dulcisque tibia ad-
Spergit gratiam. Habent vero amplam gloriam
Puellae Pierides Iovis.

Iniquam hercle sortem, ut meliore conditione dicta agant, quam facta; & industriae virtutes esse, praemia fortunae. Hinc Alexander felicem praedicavit Achillem, quod Homerum laudatorem invenisset. Themistocles quoque illam se vocem libentissime auditurum adfirmabat, quae laudes suas optime esset decantatura. Caesar res a se gestas, ne posteritas nesciret, ipse memoriae mandavit, ut omnino se posset

Tollere humo, victorque virum volitare per ora.

Cicero idem se facturum minatus, si a Lucceio non impetrarit, idque ad clarissimorum virorum exemplum. His itaque, qui ad gloriam contendunt nihil expedit magis, quam ut Musarum semet alumnis insinuent, perennaturi una cum iis. Theophanem Mitylenaeum rerum suarum scriptorem Pompeius Magnus pro concione militum civitate donavit, beneficium tam amplum accurata oratione augens, qua non inchoare se, sed referre gratiam testaretur. Summo itidem amore Accium Poetam D. Brutus complexus est, magnopere eius laudatione delectatus. Quid Athenienses commemorabo, qui quod in asmate quodam a Pindaro essent laudati, tanti

gran-

grandiloqui istius vatis fecerunt testimonium, ut donis quamplurimis honoraverint, & a Thebanis suis ob id infensis mulctato, duplum eius pecuniae, quam mulctae nomine solverat, remiserint, statua insuper aenea ante regiam porticum collocata, cum diademate, pallio, lyra, libro. Huius aureo carmine optime finiam.

ταὶ μεγάλαι ἀλκαὶ
σκότον πολὺν ὕμνων ἔχοντι δεόμεναι
ἔργοις δ' καλοῖς ἐσο-
πτρον ἴσαμεν ἑνὶ σὺν τρόπῳ,
εἰ Μναμοσύνας ἕκατι λιπαράμπυκος
εὕρηταί τις ἄποινα μόχθων,
κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς.

Magna robora
Tenebras multas hymnorum habent indigentia;
Operibus vero pulcris Spe-
Culum scimus uno modo.
Si Memoriae gratia splendidum habentis reticulum
Inveniat quis pretia laborum
Inclitis versuum cantibus.

CAP. XIX.

Adolescentia prima capax eius. Prudentia, & ab ingenio, & ab experientia. Cur adolescentiam prudentem tam cito mors occupet. Et an ea adolescentia sit.

Veniam nunc ad illum humanae aetatis veluti florem Adolescentiam. Haec prima capax gloriae: haec decrescens, ut vitae incrementa dat, ac robur iustum, viribus quas amittit ipsi suffectis, ita, & gloriae: maxime si annos mens superet, & canitiem ostendat. Nam uti

φύονται καὶ νέοις
ἐν ἀνδράσι πολιαὶ
θαμὰ, καὶ παρὰ τὸν ἁλικίας
ἐοικότα χρόνον.

Nascuntur & iuvenibus
In viris cani
Simul, & praeter aetatis
Conveniens tempus.

sic saepe Virtus, Prudentia, ac per eas Gloria. Talis Achilles, talis Alexander, talis Iulianus, *Virtute senior, quam etatae*; ut ait Ammianus. Talis Piso iste apud Silium, qui

Ore puer, puerique habitu, sed corde sagaci
Æquabat senium.(a)

Et cum duplici a fonte nascatur prudentia, ingenio nempe, & experientia; ab ingenio tamen potissimum. Inde iam olim Plautus dicere non dubitavit,

Ingenio, non aetate apiscitur sapientia.

Quae ab ingenio prudentia est, ea matura valde, ac fructus in Remp. magni, certique; quae ab aetate, tarda, ac sera, & per casuum vadit praecipitia. Itaque isti, qui ingenii viribus minus pollent, sed ab experientia oculos accipiunt, magno frequenter damno Rempubl. adfligunt. Vnde tritum hoc: *Experientia magistra stultorum*. Pauci autem ingenita illa prudentia utilia a noxiis discernunt, plures exemplis, usuque rerum periculose docentur. Quod quum ita sit, ludit plerumque hic fortuna, ut praematuro quodam, & festinato abitu vitam relinquant, & quasi tempus ferre non possint, ad senectutem minime pertingant. Vnde Cato non iniuria filium admonuit, *Senilem iuventam signum esse praematurae mortis*. Sed isti etsi senes non decedunt, tamen in senecta, verum morum, quae multo laudabilior. Nam quotusquisque non in aetate maxime provecta, corpore senili, animo puerili extremum obit diem, vitamque, quam avide toties votis extendit, dum sine ratione consumsit, spe semper habet minorem? quotusquisque habet, quo vixisse se testari queat, praeter canos, & rugas, capitis dehonestamenta, & turpia senectae indicia? In otio, & ignavia elapsi anni, non vitam, sed umbram eius aliquam dumtaxat prae se ferunt. Nobiles istae animae, e corpore iuvenili, & vegeto abeunt seniles, imo senes; quippeni? quae quod vixerint non numerant, sed quod praeclare egerint: paucitatem annorum operum multitudine compensantes; parumque; illud, quidquid est, bene utendo amplissimum reddentes. Qui minus, licet in ipsa iuventa, senes dicas, qui plura paucis diebus, quam alii multis annis virtutis opera egerint? Numquam in excolenda gloria, cui se uni devoverunt, cessant; ubicunque sunt, in mangnificentissimo se semper universi terrarum orbis theatro esse existimant; nec quidquam suum vel dictum vel factum in occulto esse posse, quippe fortunam famae omnia noscenda proponere. Alteri hi, tamquam pulcerrimum istum virtutis solem ferre nequeant, veluti solifugae, noctuaeque omne tempus in latebris exigunt. Atque eorum quidem vita quid aliud est, quam mors? imo morte ipsa incommodi plus habet, plurimum ignominiae. Illorum vita vere vita, qui aliquid semper vita dignum efficiunt, nec per degenerem ignaviam senectutem obscuram, ac ignobilem, exspectant. Non aetati metiuntur se spatio, quam natura dedit, sed perennitatis, quam gloria promittit. Malunt celebrem vitam, quam longam; verum, & haec longissima est, ac finem nescit. In virtutis, atque gloriae palaestra, ut exerceri pulcrum arbitrantur, ita exspirare, quam citissime non reformidant; certe aeque ignavos, qui, quum non oportet, mortem desiderant, & refugiunt, quum sit opportunum. Quos si non senes, sed iuvenes fato suo fungi dicimus, nae pessime de illis iudicium ferimus, & nostram ipsi in iudicando temeritatem, ineptiamque prodimus. Illos quidem nihil laedimus, ἄτρωτοί γε θεῶν παῖδες. *Invulnerabiles Deorum filii.*

CAP.

(a) Egregie divinus Psaltes: *Super senes intellexi, quia mandata tua quaesivi*. Sic Ovidius:
Quid numeras annos? Vixit maturior annis;
Acta senem faciunt, haec numeranda tibi.
Non abludit quod in coelestibus litteris habetur: *Vae puero centum annorum.*

CAP. XX.

Nobilitate natalium, & opibus multum ad eam promovetur. Paupertati via ostensa.

NEcdum Adolescentiam stilus dimittit,

> Αἳ κάλλιστα μὲν ἐν ὄλβῳ,
> Κάλλιστα δ' ἐν πενίᾳ.
> *Quae pulcerrima quidem in divitiis,*
> *Pulcerrima vero in paupertate.*

Fatendum tamen; ut paupertas non plane avertit, ita multo faciliorem viam sternunt nobilitas & opes parentum, si ad fortunam virtutem quis adferat. Verum istud Tragici.

> Δεινὸς χαρακτὴρ, κἀπίσημος ἐν βροτοῖς
> Ἐσθλῶν γενέσθαι. κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
> Τῆς εὐγενείας τοὔνομα τοῖσιν ἀξίοις.
> *Dira figura & insignis inter mortales*
> *Miserum esse. Et in maius venit*
> *Nobilitatis nomen dignis.*

Excitat vehementer natalium splendor, & stimulus ingens est animo ingenuo gloria maiorum, ut impar esse illi nolit aut indignus. Ascanium istum adspice, quem

> *Et pater AEneas, & avunculus excitat Hector.*

Vt enim pugilum fortitudo spectantium clamoribus, parataeque ad praelium acies imperatoris sermone accenduntur, ita urit alacremque reddit, laus avorum. Atque hoc fuit, quod adolescentibus nobilibus, qui gloriae per maiores inserti suos, additi monitores, qui frequenti exhortatione, repetitaque ab atavis usque, & retro maioribus nobilitatis laudatione, in vera ad gloriam, & claritatem via per eorumdem vestigia ducerent; & quod a principe suo familia lumen acceperat, id ne posterorum desidia amitteret, sed continuata longa serie in manus traderet natorum natis. Huc Reperatum Vrbi praefectum rex Athalaricus quondam hortatus fuit: *Redde laudes posteris tuis, quas tu a maioribus accepisti.* (a) Porro non parum etiam natura iuvat, quae generosae mentis semina in ipsos transfudit; & sponte se in illis exserit, quod aliis adquirit industria.

> Φυᾷ τὸ γενναῖον
> Ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παισὶν λῆμα.
> *Naturae generositas*
> *Decorem adiungit ex parentibus filiis animi robur.*

Et, quod Venusinus.

> *Fortes creantur fortibus, & bonis.*
> *Est in iuvencis, est in equis patrum*
> *Virtus: nec imbellem feroces*
> *Progenerant aquilae columbam.*

In hos igitur coniecti omnium oculi, coniecti animi: quid agant, quomodo vivant inquiritur; & tamquam in clarissima luce versentur, nullum eorum vel dictum, vel factum, esse obscurum potest. Et hoc ipsum ad gloriam accommodatissimum est, in omnium oculis esse, penitus inspici. Dixi de Nobilitate; addo nunc iam Opes: has belli nervum Orator dixit, ego Nobilitatis. Πένης γαρ οὐδὲν εὐγενὴς ἀνήρ. *Pauper enim minime nobilis vir.* Colonus iste Mycenaeus in Electra.

> Λαμπροὶ γὰρ ἐις γένος γε· χρημάτων δὲ δὴ
> Πένητες. ἔνθεν ἡ εὐγένει' ἀπόλλυται.
> *Illustres enim genere; opibus autem certe*
> *Pauperes. Inde nobilitas perit.*

Et vero quum omni quidem ordini gravis sit paupertas, tum praecipue nobilitati, cui senium primo, mox mortem adfert. Opes vetustam originem in nobilitate continuant, novam admittunt; immo, ut nunc sunt tempora, inferunt, his deficientibus ex nobili plebs fies. Quoties hominibus summo loco natis per egestatis iniuriam pristinam tueri dignitatem non licuit? Dignitate autem perdita, sensim nobilitatis quoque existimationem interire est necesse: quam amittere, id vero est ipsa etiam nobilitate excidere. Itaque semel de fastigio devolutis adscendere rursus non datur, opprimiturque generosus animus, & postquam omnes conatus suos infelix consumsit, Virtutis Gloriaeque iter deserere cogitur; (b) non iniuria ergo Pindarus.

> Εἰ δέ μοι πλοῦτον θεὸς ἁβρὸν ὀρέξαι,
> Ἐλπίδ' ἔχω κλέος εὑρέσθαι κὴ ὑψηλὸν πρόσω.
> *Si vero mihi divitias Deus iucundas dederit*
> *Spem habeo gloriam inveniendi & sublimitatem ulterius.*

Adparet ecce quanta in hanc partem Fortunae sit vis, quanto adminiculo magnanimis, quae novercali nescio qua invidia animum magnum in paupere casa non admittit. Vt gemmae pretium maius, si auro inseratur, ita nobilitas splendidior, si opes adsint, sine quibus dignitatem tueri, atque obtinere, nequaquam potest. Non alia de causa Cicero exsul de filio solicitus ad uxorem scribebat. *Per fortunas miseras nostras, vide ne puerum perditum perdamus. Cui si aliquid erit: ne egeat mediocri virtute opus est, & mediocri fortuna, ut cetera consequatur.* Quamobrem iustum profecto votum illud apud Euripidem in Andromache.

> Ἢ μὴ γενοίμαν, ἢ
> Πατέρων ἀγαθῶν
> Εἴην, πολυκτήτων-
> τε δόμων μέτοχος.
> *Vel natus non fuerim, vel*
> *Patrum bonorum*
> *Sim, multarum possessionum-*
> *Que domorum particeps.*

Item hoc Callimachi ad Iovem.

Χαῖρε

[a] Nam ut *Aristoteles De Repub.* ait, Nobiles ii demum videntur esse, in quibus maiorum virtus inest. Egregie *Severinus Boethius Lib. III. De Consolat. Philos. Quod si quid est in nobilitate bonum, id esse arbitror solum, ut imposita nobilibus necessitudo videatur, ne a maiorum virtute degenerent.* Ad rem quoque *Faustus Andrelinus*, & non ineleganter quidem:

> *Est aliquid clarus magnorum splendor avorum:*
> *Illud posteritas aemula calcar habet.*
> *Scilicet ut nullus tantis sit degener actis.*
> *Magnanimum pectus strenua facta movent.*
> *Ceu tener instantem catulus quum viderit ursum*
> *In patrias vires aemula corda movet.*

[b] Nam ut *Iuvenalis* ait,

> *Non facile emergunt, quorum virtutibus obstat*
> *Res angusta domi.*

Χαῖρε πάτερ, χαῖρ' αὖθι· δίδου δ' ἀρετήν τ' ἄφενός τε.
Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν,
Οὐδ' ἀρετὴ ἀφένοιο.
Salve, Pater, ſalve iterum. Da vero virtutemque divitiaſque
Neque ſine virtute divitiae ſciunt viros augere:
Neque virtus ſine divitiis. [a]

Quod quamvis ita ſit, alacriter nihilominus tenuis fortunae, & obſcuri loci adoleſcentes magna ſpectare ſemper debent, ad eaque rectis ſtudiis contendere; quod firmiore facere animo licet, quia non modo non invidetur iſti aetati, verum etiam favetur. Viri quippe magni, ut ipſas ſe gloriae ſucceſſive ſeniorum meminerunt, etiam ad ſuam enitentes alias laeti adſpiciunt: bonamque indolem altius adſurgentem fovent, non reprimunt. Nec indignantur, ſi inter eximiam claritatem ſuam alienae quoque virtutis fulgor reſplendeat; quemadmodum in nocturno coelo magna illa lumina alia ſerius orientia non excludunt, aut eiiciunt. Sua in altero unumquemque natura delectat. Maligni nimis veteres trunci, qui virgulta prope ſubcreſcentia ſucco privant, & incrementa impediunt. Et vero ſimilem ſui evadere quemquam nolle, hoc eſt Reip. & omnis pene generis humani detrimentum expetere; quod in anguſtas iſtas animas non cadit. Primam autem & facillimam ad Gloriam viam adoleſcenti aperiet notitia hominum clarorum, & ſapientum, deque Rep. bene merentium: non aliter quam hedera, quae validam amplexa arborem, una cum ea erigit ſe, & attollit. Horum praeceptis gaudeat, horum exemplis ad virtutum ſtudia ducatur: ad hos ſi ſe frequens contulerit, opinionem adferet populo; eorum fore ſe ſimilem. Commune etenim cunctorum eſt iudicium, quod

Τοιοῦτός ἐσθ' ἕκαστος οἷσπερ ἥδεται ξυνών.
Talis erit quilibet ut hi quibus congredi delectatur.

Sic Phocioni ad honorem, & gloriam Chabriae familiaritas iter ſtravit. Ciceronis ignobilem adoleſcentiam Senatus princeps Mutius Scaevola ad Remp. capeſſendam inſtruxit. Cato maior ad Q. Maximum ſeſe adplicabat: C. Marius ad Caecilium Metellum. Ariſtides ad Cliſthenem, ad Ariſtidem iterum Cimon, ad Philopoemenem Polybius, ad Sullam Pompeius, ad Ageſilaum Lyſander, ad Epaminondam Pammenes; & per hos, quod quaerebant, quiſque invenit.

CAP. XXI.

Plurimi humili loco nati ad eius culmen pervenerunt.

QVamquam autem
Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi

permultos tamen obſcuro loco natos ad ſummum faſtigium adſcendiſſe, generiſque tenebras virtutis ſuae luce illuſtraſſe cognoſcimus. Vt enim imperiorum, provinciarum, urbiumque, claritas naſcitur, creſcit, floret, ſeneſcit interit; ſic familiarum: per vices ſurgunt, ſtant, cadunt; iſte fatorum luſus eſt. Rectiſſime paſtor ad Aſcra.

——— βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε, φατοί τε,
Ῥητοί τ', ἄῤῥητοί τε, διὸς μεγάλοιο ἕκητι.
Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει.
Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει.
Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.
——— Mortales homines pariter ignobiles, & nobiles,
Notique ignotique, Iovis magni voluntate.
Facile quidem enim extollit, facile vero ſe extollentem deprimit
Facile vero clarum minuit, & obſcurum auget
Facile vero dirigit obliquum, & fortem ſiccat
Iuppiter altitonans, qui ſupremas domos habet.

Et Phryx ille Fabulator a Chirone rogatus, quid rerum in coelo Iupiter gereret, reſpondit. Τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ. *Alta quidem humiliat, humilia vero exaltat.* Non debet ergo vel natalium obſcuritas, vel inopia, a praeclara hac cogitatione deiicere: nihil tam altum, quo non Virtus pertingat. Praeſtantius multo eſt a ſe profectum ad maxima pervenire, incrementaque omnia ſua ſibi debere, quam maioribus incumbere, & natalium excelſum ſublimitate verticem tenere Fortunae: beatioreſque illi ſunt, qui poſteros habere nobiles meruerunt, quam qui maiores habuerunt. A te memoriae ſuae initium maiores accipiant, poſteri virtutis exemplum. Pulcrum cum abavis etiam communicare, quod poſteris relinquas: quippe ſurſum, & deorſum radios Gloria ſpargit, & in omnem te proſapiam partitur, omnes partes implet: illis genuiſſe te decus adfert, his abs te genitos eſſe. Plus & illuſtrem eſſe, quam nobilem; talem te virtus faciet tua. Propone ob oculos quemlibet ex priſcis iſtis heroibus; quid eſt cur ſimi-

[a] Hinc Salomon ſapientiam cum divitiis a Deo popoſcit, & quod ſapienter popoſciſſet, obtinuit. Et *Ariſtoteles* quidem *Lib. I. Rhetor.* ait opulentum & locupletem eſſe in parte aliqua virtutis poni, quum ſit opulentia poſſeſſionis virtus, ex qua habenti plurima commoda oriuntur, unde illud Graeci Comici:
Δύναμις πέφυκε τοῖς βροτοῖς τὰ χρήματα.
Sita in opibus mortalium potentia.
Salomon autem ſcriptum in *Proverbiis* reliquit: *Redemtio animae viri divitiae ſuae.* Non reticendum & illud Proverbium. *Χρήματα ἀνήρ. Pecuniae vir.* Quo reſpiciat illud *Horatii Serm. I.*
Nil ſatis eſt, inquit, quia tanti, quantum habeas, ſis.
Et illud *Iuvenalis Satir. III.*
Quantum quiſque ſua nummorum ſervat in arca
Tantum habet & fidei.

[b] Sic de Deo in ſacris arcaniſque litteris dicitur: *Hunc humiliat, & hunc exaltat.*

ſimilem te his fieri poſſe deſperes? Audi Scipionem Livianum, iuvenem adhuc, & gloriae cupiditate flagrantiſſimum. *Maximo cuique id accidere animo certum habeo, ut ſe non cum praeſentibus modo, ſed cum omnis aevi claris viris comparet*. Maiores tui ſunt, & quaſi hereditarium gloriae tradent ſplendorem, ſi dignum te iis praeſtiteris: praeſtabis vero, ſi hoc plane conſtitueris, nulli te nobilitate eſſe inferiorem: & tantum habere unumquemque nobilitatis, quantum virtutis. Illud ſolum tuum, quod meruiſti, alienum, quidquid a maioribus tenes; in quod Fortunae plus iuris, quam tibi. Nullius non principium ultra memoriam remotum; a mundi initiis ad haec uſque tempora multoties alternata ſeries nos perduxit; ſi ab ultima origine inire numerum liceret, in eadem certe progenie tenebras cum luce commutatas, lucemque tenebris viciſſim obſcuratam deprehenderemus; ſordes in ſplendorem abiiſſe, hunc rurſus ſordibus inquinatum cognoſceremus. Non faciunt nobilem fumoſae imagines, ſed animus; ille, ille eſt qui nobilem te, ille qui ignobilem exhibebit; huic vel ex infima conditione ſupra omnia culmina licet adſcendere. Poteſt ex humili caſa prodire vir magnus. Oraculi vocem attende:

Summos poſſe viros, & magna exempla daturos,
Vervecum in patria, craſſoque ſub aere naſci.

Quid referam plurimos, quorum e tenebris denſiſſimis orta claritas etiamnum oculos nobis perſtringit, hiſtoriae abunde repraeſentant, & exempla non pauca ab avorum, ac patrum, immo noſtro quoque hoc aevo peti poſſunt. Sed vivorum ut magna admiratio eſt, ita cenſura difficilis. Quin eo ſuperbiae atque dementiae delapſi multi, ut quales ſint aeſtimari honorarique velint, quales fuerint agnoſcere nolint: quod ſane quid aliud eſt, quam beneficium numinis, aut inficiari, aut erubeſcere? Et tamen conveniebat fortunae in melius mutatae recordatione animum oblectare, Deoque, per quem tanti eſſent, gratias agere: memores offenſam eius bonitatem, quod benigne dederit, auferre cum poena: nec profecto pudori eſſe priſtina debet obſcuritas, quae ad gloriae ipſius amplitudinem confert plurimum: & quanto illa maior, tanto haec, denſiſsimis tenebris exoriens ſol mundo clarior refulget, nec cuiquam debet ſplendorem ſuum: ita tu, qui a maioribus nihil habes, omnia a teipſo; ſplendes totus, ſplendes ſolus in tua gente, neque eſt quod ulli feras acceptum; alii maioribus obnoxii ſunt; at quos humiles invenit, in ſublime evehit, hoc omnino velle iudicandus eſt, ut oſtendat nulla ſe habita natalium ratione paſſim beneficentiam ſuam extendere; quippe arcano quodam conſilio munera diſtribuit, beneficiaque tua hominum eripiens iudicio, cupit in abiectis ſtatuere miraculum, quo nemo vel ex contemtiſſima forte Virtute duce ad magna ſe pervenire poſſe deſperet. Ac certe, ubi in exempla haec oculos defigis, quid oberit, quo minus & ipſe meliora in dies cogitare de te audeas? quum ſtultiſſimum ſit vano aliquo puſilli animi terrore deiectum perpetuae ſe infelicitatis damnare, ſpemque, quae vel incerta recte fovetur, amittere, atque in deſperationem convertere. Quin immo ſi principia deſtituunt, fortiter ſpei tuae inſiſte, animumque Fortunae magnum oſtende: ſpondeo, mox defatigata, ubi vires exhauſerit, deſtituta eſt, & quem proterve exagitavit, dilicet revereri. Multos non tam illa votis deiecit, quam ſua deſperatio: neque tantum propriis viribus poteſt, quantum alieno metu, atque ignavia. Cave, cave, & iſtud Iulianum tene: *Magnae indolis ſignum eſt, ſperare ſemper*. Quum vero ab exili magnus evaſeris, ſolicite & caute utere felicitate tua: ſi negligis, cades profecto. Neque aliunde interitus, non dicam hominum, aut familiarum, ſed gentium, imperiorumque maximorum. Graeciam mihi adſpice, & Italiam, reliquumque tot regnorum, ac rerumpublicarum florem; iſtam invenies occaſus cauſam. Et hoc ipſum imminentis ruinae indicium eſt, Fortunam ſuam non regere, aut colere. Itaque quiſquis es, qui ſtas, & ſtare ultra voles, Agathocles eſto, &

Fortunam reverenter habe.

CAP. XXII.

Nonnulli priore aetate turpiter exacta viri poſtea clariſſimi evaſerunt.

VIdimus honeſtam paupertatem ad alta tendentem, & e tenebris prodeuntia illuſtria nomina: nunc eos, qui, infamiam iuventae cum ſumma virilis aetatis claritate commutantes, in virtutis quaſi adoptionem venerunt, laeti intueamur. Nonnullis enim illecebris ſuis male ſuada Siren luxuria impeditos tenuit, qui diu vehementi vitiorum iactati turbine, immo naufragi, ac iam iam profundis fluctibus abſorbendi, poſtea tamen ventis magis placidis, ac proſperis uſi portum invenerunt: quod neſcio quo ſecreto naturae evenire conſilio dicam. Videtur certe rebus cunctis ineſſe quidam veluti orbis, ut, quemadmodum mundi temporumque vices, ita etiam morum vertantur. Et quid mirum, ſi homo magnae iſtius molis, cuius expreſſam in ſe imaginem circumfert, motus, viciſſitudineſque, referat? Vt ille ſiderum princeps ſol, luminum omnium maximum, atque clariſſimum, toties in exortu cum matutinis nubibus diu multumque colluctatus, vix tamdem ſub medium diem, ac ſaepe iam declivis, radios terris oſtendit: ſic adoleſcentia nequitiae nubilo obfuſcata, virtus matura, & grandiore aliquando aetate, perruptis diſiectiſque quibus obſidebatur nubibus, clarius exſplendeſcit. Peregrinatus eſt in vitiis animus, non habitavit: cui a longa iſta & turpi peregrinatione tamquam ab inferis reduci, merito gratulandum. Themiſtocles aiebat pullos ferociſſimos, poſtquam domiti eſſent, equos fieri optimos: id ad vitam humanam non male traxeris. Q. Catulus quanto in luxu vixit? Quid Q. Fabio Maximo

ximo Allobrogico, quid C. Valerio Flacco magis infame? Themiſtocles ille, in quo communis Aſiae, & Europae, vel ſpes, vel deſperatio, poſtea ſtetit, toti Graeciae ruborem incutit. Quis ignorat quam turpiter Solon vixerit? Manlii Torquati initia mentis tarditate irriſa fuerunt; Cimon in ſtultitia creſcentem ſpiritum produxit. Atque hi omnes maximi tamen viri evaſerunt, imbecillae aetatis vitia robuſtae virtutibus abunde compenſantes. Quae tam contraria ſi attentiore cogitatione conſideraveris, duos in uno corpore exſtitiſſe homines credideris, adoleſcentem turpem planeque ſervilem, & virum divinum. De Mercuri Plautini proſapia non male dixeris, qui & ſuam dei, & Soſiae, nequam vernulae in ſcena perſonam ſuſtinet. Cavete tamen vos nepotuli ne latebram heic quaeratis, aut effugium: non dabo. Ab ipſis primis annis frugi eſtote, & virtutem colite. Huic debetis, quidquid vivitis; ſatis factum exiſtimatis, ſi partem ſaltem aliquam ei tribueritis? deponite vana iſta & noxia opinionum. Totos vos ſibi vendicat; quid fugitis, aut illuditis, tamquam cito fatis ad illam acceſſuri? nolite, & viam eius ſtatim, ſtatim calcate. Fatui eſt, immo inſani, a medio potius quam principio velle auſpicari: & imperfectum omnino, quidquid a principio ſuo initium non habet. Virtuti iniuriam facitis, naturae leges infringitis: hoc ſi movere necdum poteſt, illud certe moveat, quod ipſimet vobis miſeriam & acceleratis, & augetis. Dolet virtus, queritur natura, vos graviſſimum accipitis damnum: capite mentem ſanam, & vel a primordiis vitae ſapite. Hoc ſuadeo.

CAP. XXIII.

Nonnullis viciſſim a maiorum claritate degenerarunt.

AIt in Agamemnone ſua AEſchylus

> Οἴκων εὐθυδίκων
> Καλλίπταις πότμ☉ ἀεί.
> *Domorum iuſtarum*
> *Deficiens fortuna ſemper*

Et tamen, an quadam fati occulta directione? nimis verum eſt, quod ab Heraclidis in Euripide dicitur.

> ——— ἕν ἐν πολλοῖς ἴσως
> Εὕροις ἂν ὅςις ἐςὶ μὴ χέρων πατρός.
> ——— *Vnum in multis fere*
> *Invenias, qui patre peior non ſit.*

Cui ſimile illud vatum patris Homeri

> Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
> Οἱ πλέονες κακίυς, παῦροι δὲ πατρὸς ἀρέιυς.
> *Pauci enim filii ſimiles patri ſunt*
> *Plures peiores, pauci vero patre meliores.*

quae ſane ubi conſideraveris, non iniuria Demoſthenem dixiſſe exiſtimabis, τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ εἱμαρμένη εἶσι, φαῦλος ἀποβαίνειν τὺς υἱὺς. *Bonorum virorum, tamquam fatum ſit, deſcendere filios.* Vnde tritum iſtud, *Hominum filii noxae.* Ac profecto nimis ſaepe praeſtantiſſimorum virorum liberi, in ſummam provoluti infamiam, acceptam a maioribus lucem extinxerunt, tamquam ad ſubvertenda ea nati, quae virtute ipſi pepererant. Maioribus poſteriſque rei, cenſum avitum nobilitatemque in ſe demerſerunt, gurgites & ſepulcra patrimoniorum; rem indignam hercules! Melius cum illis actum, qui ſine poſteritate de rebus humanis exceſſerunt (a). Quid illuſtrius Scipione Africano mihi dabis? quid Q. Fabio Maximo Allobrogico? quid M. Tullio Cicerone? Excepere horum ſplendorem non homines, ſed portenta potius nobilia quaedam, teterrimis ignaviae, ac nequitiae ſordibus involuta. Felix Antoninus Philoſophus fuiſſet, ſi illud omnis turpitudinis exemplum, Commodum imperii heredem non reliquiſſet (b). Atque hos quidem tantos viros eo modo fortuna exagitavit; & quum in ipſos nihil ſibi liceret, in liberis ita proterve illuſit. Alios, quum de pluribus facilis bonos eligendi eſſet poteſtas, aut iudicium ſuum fefellit, aut praepoſterus quidam adfectus in errorem compulit. Itaque Auguſto & Traiano nec adoptivos habere bonos contigit, idque ad maiorem populi indignationem, qui aequiore ferre animo ſolet, ſi quem parum feliciter genuerit princeps ſucceſſorem, quam ſi quem male elegerit. Optimo iure exclamare poſſunt?

> Ζηλωτὴς τὶς εὐτύχησεν ἐν τέκνοις;
> *Quis aemulator proſperatus eſt in filiis?* (c)

Intuere etiam noſtrum hoc aevum, non invenies ſine eadem labe. Nobiles multos videbis, paucos audies: multi cinguli ius habent, pauci meritum; maiorum virtute deſtituti, gloria tumidi a quibus deſcenderint, & plane obliti ſunt, & nimis meminerunt. Bradeae olim iactanti apud populum nobilitatem ſuam, calceis eam tantum habere fuit exprobratum: & hos quoque iſto dicto percutias. At quam turpe eſt nomen habere ſine ſpecie? homines, ut Laberius ille, vere ſepulcri ſimiles! Sed relinquam in luto ſuo deformes animas, quae utinam tantum a maioribus lucis non accepiſſent; quorum quidem claritatem longiſſime remotam ut contingere non poſſunt, ita neque infuſcare, aut contaminare: non hercle magis, quam nitidum iſtum ſolem cloacae, aut alia quaevis obſcena loca, quae irradiat.

> Ὦ μέλανες ὗτοι θάτερον ζητῶ γέν☉.
> *O vos nigri, alterum quaero genus.*

M CAP.

[a] Hinc *Euripides* orbum hominem infortunio felicem dixit, δισυχῶν εὐδαιμονεῖ.

[b) Memorandum illud *Auſonii* de Marco Aurelio Epigramma:

> *Poſt Marco tutela datur, qui ſcita Platonis*
> *Fecit ad imperium patre pio melior.*
> *Succeſſere ſuo moriens, ſed principe pravo;*
> *Hoc ſolo patriae, quod genuit, nocuit.*

Ariſtoteles in *Problematis* cauſſam reddit inquiens; Mentem Viri praeſtantis magis a natura ſenſus carniſque remotam, ac quaſi ſubſpenſam, inopem ingenii conceptis genituram praeſtare.

[c] Num abs re ea *Euripidis* commemorare?

> Ἴςω δ' ἄφρων ὤν, ὅςις ἄτεκν☉ ὢν τὸ πρὶν
> Παῖδας θυραίους εἰς δόμους ἐκτήσατο.
> Τὴν μοῖραν εἰς τὸ μὴ χρέων παραστρέφων,
> Ὧ γὰρ θεοὶ διδῶσι μὴ φῦναι τέκνα
> Οὐ χρὴ ἐγκαλεῖσθαι πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλ' ἐᾷν.
> *Hic ſe ſtultum fateatur, qui quum antea liberis careret,*
> *Externam prolem aedibus ſuis accerſivit*
> *Fatum pervertens contra quam oportebat.*
> *Nam cui liberos procreare Dei non conceſſerunt*
> *Id pati debet, non incuſare Numen.*

CAP. XXIV.

Cur in viris maximis forma etiam praestans, inquisitum.

HOc nunc inquiram, quod etsi nihil ad Gloriam, raro tamen ab eius alumnis separatum est. Lege omnes Historicos; quotiescumque viri alicuius magni vultus depingitur, plurimo eum decore plerumque honestatum videbis. Sed quid? an hoc pictorum more, qui fingunt, adfingunt quidlibet? quia nimirum e pulcro corpore gratior venit virtus. Non hercle. Historicis id non licet, etsi Poetis: & veriora hic omnia sint oportet, quam illa, quae apud Sagram. Sed neque Poetae hac in re poetae: quin sententiam proferunt velut ex tripode. Apud Euripidem ita Creusam adfatur Ion.

Γενναιότης σοι ϗ τρόπων τεκμήριον,
Τὸ σχῆμ' ἔχεις τόδ', ἥτις εἶ πότ' ὦ γύναι;
Γνοίη δ' ἂν τὰ πολλά γ' ἀνθρώπε πέρι.
Τὸ σχῆμ' ἰδὼν τὶς, εἰ πέφυκεν εὐγενής.

Nobilitas tibi, & morum signum,
Figuram habes hanc, quae sis iam o mulier
Norit vero multa de homine
Faciem videns quis, an natus sit nobilis.

Nonnus de Emathione Dardani vultum admirante.

Θάμβεεν ἀνέρος εἶδος, ἐπεί νυ οἱ ἔμφυτος ἥβη
Ἠνορέην καὶ κάλλος ἐμίγνυε σύζυγι μορφῇ.
Θάμβεν τηλίκον εἶδος. ἀριφραδέων γὰρ ἀνάκτων
Αὐτόματοι κήρυκες ἀναυδέες εἰσὶν ὀπωπαί.

Admirabatur viri formam, quoniam tum ei innata pubes
Robur & pulcritudinem miscebat coniugi formae.
Stupebat talem formam. Insignium enim Regum
Spontanei praecones muti sunt adspectus.

Alexander quoque videns Abdolonymum regia quidem stirpe virum, sed inopem hortulanum: *Corporis*, inquit, *habitus famae generis non repugnat.* Et loquitur his quasi signis natura mores uniuscuiusque praedicans, speculumque quoddam animi facies est. Veteres etiam sapientes, qui naturalium momenta caussarum subtilius scrutantes in secreta coelestia mentis aciem direxerunt, augustissimam quamque speciem plurimum trahere de coelo existimarunt; divinum istum animum venturum in corpus, splendidum ante, & se dignum metari hospitium credentes. Quid vero mirum, si virtuti addat forma suffragium? Thersites, ille omnium ore maxime deformi, animum longe turpiorem vultu repraesentabat, adeo ut domicilio inclusus convenientissimo videretur. Nec ratione caret, quod philosophiae clarissimum lumen Pythagoras, adolescentum disciplinae suae initiandorum naturam sagaci quapiam coniectura de corporis totius filo, atque habitu, investigabat & qualis ibi habitaret spiritus eiusmodi indicio colligebat. Sed vel hoc quoque arcanam istam & abstrusam συμπάθειαν non parum declarat, quod laeto animo vultus gaudet, tristi dolet. In morbido etiam aut languido corpore prosterni fere, universum eius vigorem videmus aliquando, quod tristius, ne redire quidem, etiam quum redierit valetudo. Itaque C. Caesar ex vulnere ab Adduo circa Artageram in Armenia inflicto ut corpus inhabile, ita animum Reip. minus utilem habere coepit. Iure ergo laudabis formam; non illam a Venere; quae feminis indita manifestam prae te mollitiem fert; sed a virtute, quae intuenti tibi virum ostendat: in quo, quod audit, etiam videas.

CAP. XXV.

An gloriam adpetenti laudare seipsum liceat; & quatenus.

NOn inscite olim A. Caecinna. *Impeditum est, seipsum laudare, ne vitium adrogantiae subsequatur.* Quapropter non iniuria disputabitur, an integrum cuiquam sit, illi quidem qui ad Gloriam contendet. Dabo hoc summo viro, tot, reorum olim patrono, M, Tullio Ciceroni, qui male eo nomine apud suos audiebat, dabo, inquam, summo viro, & defendam: quid enim ni? nam si bonus quisquam est, nihil dicet, ac ne volet quidem, nisi quod verum: qui autem vera narrat, ecquid adrogat? non tribuit sibi laudem, sed vindicat; & propriam occupat: sin malus est, non iam laudat ipse sese, sed vituperat: vituperium enim merum laus falsa, & liceat Iureconsultorum verbo dicere, vitiosa. Quum vero unusquisque, ut maxime boni particeps, ita quoque laudabilis, cur non liceat ipsi, de eo quod habeat, honeste gloriari? apud probos quidem: nam apud improbos si faciat, nihilo melius egerit, quam robustus aliquis, qui imbecillos vires suas velit experiri. Apud veteres illos Romanos, quibus simplicitas nuda placebat vitam anteactam narrare non adrogantia censebatur, sed potius laudabilis quaedam morum fiducia; quae, quia in animis bonorum de adfectu simplici surgit, genus est virtutis. Ecce M. Valerium Volesi F. dictaturam deponentem; *Non placeo*, inquit, *concordiae auctor, optabilis medius fidius propediem, ut mei similes Romana plebs patronos habeat.* Livius Drusus, vir sanctissimus, meliore in omnia animo ingenioque usus, quam fortuna, in atrio domus suae percussus, quum extremum redderet spiritum, intuens circumstantium maerentiumque frequentiam. *Ecquando*, inquit, *propinqui, amicique, similem mei civem habebit Respublica?* Non adrogantia haec fuit, sed conscientiae convenientissima vox. Quid de Anaxagora censebimus, qui ab Atheniensibus exsilio multatus quum esset, eique diceretur: *Privatus es Athenis: immo illae me*, inquiebat. Plus sua opera Athenas indigere significans, quam se Athenarum. Paedarenus Lacon, quum in numerum trecentorum non esset adlectus, vultu

tu hilari surgens e Senatu discessit, hoc dicto: *Gratias vobis ago, dii immortales, quod urbi huic tam multos dederitis me meliores.* Cato quoque, illud virtutis exemplum, ita se vixisse aiebat, ut non frustra se natum existimaret. Quam plenae hac laudes? aut non laudes, sed verissima, ac integritati debita testimonia. Apud Homerum saepissime laudes suas praedicat Nestor: ille, inquam, Nestor, cui si decem similes συμφράδμονας habuisset Agamemnon, brevi se Ilio potiturum non dubitabat. Et cur vitio detur? adeo scilicet innocentiam, ac simplicitatem optime aestimabat illud aevum, quod uberrime proferebat. Sed hoc tum fuit, quum nemo recte faceret, ut facere videretur, sed quia aliter non poterat: quum id solum visum habere rationem, quod iustum esset: quum vitiorum immunes suam quisque fortunam in potestate teneret: cum memoratu digna ageret, nec probrum ullum, nec periculum haberet: quum ad gloriam sine gratia, aut ambitione, integritatis tantum fama ac praeconio iter pateret. Postea ubi infesta prorsus facta virtutibus tempora, & tamen pessimus quisque earum speciem adfectaret, nec posset nisi falso in se commemorare, ad eludendum mendacii fucum adrogantiae nomen inventum est, quod etiam bonis, sine discrimine, ab illis ipsis per invidiam adfictum. Hoc nimirum deerat infelicitati temporum summae, ut quando vix paucis aliqua esset recti cura, nemo recte facta sua vere narrare iudicaretur. Verum iusti tenax animus, qui nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam refert, interno testimonio contentus, recte factorum mercedem ex aliorum iudicio non petit, praeclarissimam de invidia vindictam in contemtu eius statuens. Vt enim honor collatus in alterum honor non est, nisi iste ita interpretetur, & ab animo patientis accipit pretium; sic iniuria, quae, nisi aegre feratur, neque laedit, neque iniuria est: tantum vanus, & sine effectu, conatus. Non frangitur itaque, sed acuitur: & ipsa offensa accensus, ardentiorem virtutis amorem concipit. Audi apud Salustium Marium illum, non iam ambitione in praeceps euntem, quod postea contigit; sed vera adhuc via ad Gloriam grassantem.

Scio, ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperium a vobis petere, & postquam adepti sunt, gerere: primo industrios, supplices, modicos esse, dein per ignaviam, & superbiam aetatem agere; sed mihi contra videtur: nam, quo pluris est Respublica quam consulatus, aut praetura; eo maiore cura administrari, quam haec peti debere; neque me fallit, quantum cum maximo beneficio vestro negotii sustineam, bellum parare, simul, & aerario parcere; cogere ad militiam eos, quos nolis offendere; domi, forisque omnia curare: & ea agere inter invidos, occursantes, factiosos; opinione, Quirites, asperius est. Ad hoc, alii si deliquere, vetus nobilitas, maiorum facta fortia, cognatorum & adfinium opes, clientelae multae, omnia haec praesidio adsunt: mihi spes omnes in memet sitae: quas necesse est & innocentia, & virtute tutari: nam alia infirma sunt. Et illud intelligo, Quirites, omnium ora in me conversa esse; aequos, bonosque favere; quippe benefacta mea Reipubl. procedunt; nobilitatem locum invadendi quaerere; quo mihi acrius adnitendum est, uti neque vos capiamini, & illi frustra sint; ita ad hoc aetatis a pueritia fui, ut omnis labores, pericula consueta habeam; quae ante vestra beneficia gratuito faciebam, ea uti, accepta mercede, deseram, non est consilium, Quirites. Illis difficile est in potestatibus temperare, qui per ambitionem sese probos simulavere; mihi, qui omnem aetatem in optimis artibus egi, bene facere iam ex consuetudine in naturam vertit. Bellum me gerere cum Iugurtha iussistis; quam rem nobilitas aegerrime tulit; quaeso, reputate cum animis vestris, num id mutari melius sit, si quem ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud tale munus mittatis, hominem veteris prosapiae, ac multarum imaginum, & nullius stipendii; scilicet uti tanta in re ignarus omnium trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo monitorem officii sui, ita plerumque evenit, uti, quem vos imperare iussistis, is sibi imperatorem alium quaerat. At ego scio, Quirites, qui, postquam Consules facti sunt, acta maiorum, & Graecorum militaria praecepta legere coeperint, homines praeposteri, nam gerere, quam fieri, tempore posterius; re, atque usu prius est. Comparate nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novum. Quae illi audire, & legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi; quae illi literis, ea ego militando didici; nunc vos existimate, dicta an facta pluris sint. Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam; mihi fortuna, illis probra, obiectantur; quamquam ego naturam unam, & communem omnibus existimo, sed fortissimum quemque generosissimum esse; ac si iam ex patribus Albini, ac Bestiae quaeri posset, mene, an illos, ex se gigni maluerint; quid responsuros creditis, nisi, sese liberos quam optimos voluisse? Quod si iure despiciunt me; faciant idem maioribus suis, quibus, uti mihi, ex virtute nobilitas cepit: invident honori meo, ergo invideant labori, innocentiae, periculis etiam meis, quoniam per haec illum cepi; verum homines corrupti superbia, ita aetatem agunt, quasi honores vestros contemnant; ita hos petunt, quasi honeste vixerint; nae illi falsi sunt, qui diversas summas res pariter exspectant, ignaviae voluptatem, & praemia virtutis. Atque etiam, quum apud vos, aut in Senatu, verba faciunt, maiores suos extollunt; eorum fortia facta memorando clariores sese putant; quod contra est: nam, quanto vita illorum praeclarior, tanto horum socordia flagitiosior, & profecto ita se res habet; maiorum gloria posteris lumen est, neque bona eorum, neque mala in occulto patitur. Huiusce rei ego inopiam patior, Quirites; verum id, quod multo praeclarius est, meamet facta mihi dice-

dicere licet; nunc videte, quam iniqui sint, quod ex aliena virtute sibi adrogant, id mihi ex mea non concedunt; scilicet, quia imagines non habeo, & quia mihi nova nobilitas est, quam certe peperisse melius est, quam acceptam corrupisse. Equidem ego non ignoro, si iam mihi respondere velint, abunde illis facundam, & compositam orationem fore, sed in maximo vestro beneficio, quum omnibus locis me, vosque maledictis lacerent, non placuit reticere; ne quis modestiam in conscientiam duceret; nam me quidem, ex animi sententia, nulla oratio laedere potest; quippe vera, necesse est bene praedicet; falsam vita, moresque mei superant; sed quoniam vestra consilia accusantur, qui mihi summum honorem, & maximum negotium imposuistis; etiam atque etiam reputate, num id poenitendum sit. Non possum, fidei caussa, imagines, neque triumphos, aut consulatus, maiorum meorum ostentare; at, si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia dona militaria, praeterea cicatrices adverso corpore; hae sunt meae imagines, haec nobilitas, non hereditate relicta, ut illa illis, sed quae ego plurimis meis laboribus, & periculis, quaesivi. Non sunt composita verba mea, parum id facio; ipsa se virtus satis ostendit; illis artificio opus est, ut turpia facta oratione tegant, neque literas Graecas didici; parum placebat eas discere, quippe quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt; at illa multo optima Reipubl. doctus sum, hostis ferire, praesidia agitare, nihil metuere, nisi turpem famam; hiemem, & aestatem iuxta pati, humi requiescere; eodem tempore inopiam, & laborem tolerare; his ego praeceptis milites hortabor, neque illos arcte colam, me opulenter; neque gloriam meam laborem illorum faciam; hoc est utile, hoc civile imperium; namque, quum tute per mollitiem agas, exercitum supplicio cogere, hoc est, dominum, non imperatorem esse; haec, atque talia maiores vestri faciundo, seque, remque publicam celebravere; quis nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illorum aemulos contemnit, & omnis honores non ex merito, sed quasi debitos a vobis repetit; ceterum homines superbissimi procul errant. Maiores eorum omnia, quae licebat, reliquere, divitias, imagines, memoriam sui praeclaram; virtutem non reliquere, neque poterant; ea sola neque datur dono, neque accipitur. Sordidum me, & incultis moribus aiunt, quia parum scite convivium exorno, neque histrionem ullum, neque pluris pretii coquum, quam villicum habeo, quae mihi lubet confiteri, Quirites; nam & ex parente meo, & ex aliis sanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem convenire, omnibusque bonis oportere plus gloriae, quam divitiarum, esse. Quin ergo, quod iuvat, quod carum aestimant, id semper faciant; ament, potent, ubi adolescentiam habuere, ibi senectutem agant, in conviviis, dediti ventri, & turpissimae parti corporis, sudorem, pulverem, & alia talia relinquant nobis, quibus ea epulis iucundiora sunt.

Elegantem hercule orationem, & excelsi spiritus indicem; in qua ecce tibi verum characterem, & laudis propriae praedicandae rectum exemplar. In his te terminis contine, hunc modum serva. Diversum quaeris? frustra; non ego dederim, aut quisquam alius sapiens, ac cordatus, & impotentis potius animi signum adparebit, quam magni. Cave iactes; at, ubi famae, auctoritatisve res agetur, si insultantibus te proponas, satis est; ut tempori, ut necessitati parere, non adfectui videare. Audeas magis, quam velis; ut non tam a te proficisci, quam exprimi ab aliis cognoscatur. Vt innocentiam probes, licet narrare virtutes tuas, ac vitam, imo necesse est; nam hic tacere non modestia sit, sed conscientia, aut degener quidam timor. Modum tantum inculco, modum, quem teneto.

——— *μέτρον γ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριςον*.
——— *mensura optima in omnibus* (a)

CAP.

(a) Nil magis vere, sapienterque, dictum adfirmatumque est, quam probos, honestosque, viros quadam moderatione adhibita posse se laudare; & emolliendi profecto illa Graecorum Comicorum praecepta.

Φίλων αἴπεινον μᾶλλον ἢ σαυτοῦ λέγε
Dic laudem amici potius ipse, quam tuam.
Ὑπὲρ σεαυτοῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμια.
Tuam caveto praedices laudem ipsemet.

Si enim laus vera est; veritas semper laudatione dignissima. Hinc Poetae suos herois sese laudantes passim induxere, & non temere, & inconsulte, ut videtur. Sic *Homerus Iliad.* Z ita Hectorem cum Andromache colloquentem inducit:

Οὐδέ με θυμὸς ἄνωγεν. ἐπεὶ μάθον ἔμμεναι ἐσθλὸς
Αἰεὶ, καὶ πρώτοισι μετὰ τρώεσσι μάχεσθαι
Ἀρνύμενος πατρός τε μέγα κλέος, ἠδ' ἐμὸν αὐτοῦ.
Neque me animus instigat, posteaquam didici esse generosus
Semper, & primos inter Troianos pugnare,
Servans patris magnam gloriam, & meam ipsius.

Et mox:

Ἕκτορος ἥδε γυνὴ, ὃς ἀριςεύεσθαι μάχεσθαι
Τρώων ἱπποδάμων, ὅτε ἴλιον ἀμφεμάχοντο.
Ὥς ποτέ τις ἐρέει.
Hectoris haec uxor, qui praestantissimus erat ad pugnam
Troianorum bellicosorum, quando de Ilio decertabant.
Sic aliquando quis dicet.

Sic apud *Virgilium AEneid.* ille inquiebat:

Disce puer virtutem ex me, verumque laborem,
Virtutem ex aliis.

Nil dicam de Aiace, & Vlysse, apud *Ovidium Lib.* XIII. *Metamorphos.*, quum ipsa de Achillis armis contentio ad sua merita recensenda quemque compelleret. Hinc ille:

Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset,
Nobilitate potens essem.

Hic vero:

Ergo operum quoniam nudum certamen habetur,
Plura quidem feci, quam quae comprehendere dictis,
In promtu mihi sit.

At caelestia ne documenta his repugnaverint? Ecce in Proverbiis *Salomon* monet: *Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.* Haec forte ita interpretanda veniant, ut excessum, importunitatem, vanitatem, damnent. Ecce divinus servator noster, ac magister *Iesus Christus*, *Quis arguet me de peccato?* inquit. *Paulus* autem Apostolus quammulta modeste de se dicit, quae sui laudem quamdam praeseferre videantur. Consulantur *Cap.* IX. *Epistolae* I. *ad Corinthios* & secundae *Cap* XI. ubi non improbandus Paulus, qui necessitate coactus haec scribit: *In quo quis audet (in insipientia dico) audeo, & ego. Ebraei sunt, & ego; Israelitae sunt, & ego; semen Abrahae sunt, & ego; Ministri Christi sunt (ut minus sapiens dico) plus ego; in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter &c.* & sic prosequens suos labores, res suas praeclare gestas enumerat, atque ita probat verum esse, quod ante dixerat: *Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis*

CAP. XXVI.

Cur viri plerique praestantissimi violenta morte occubuerint.

MOrs ultima linea rerum, ait Poeta; mihi libri erit. Dicam de extremo vitae fine, qui viris fere praestantissimis cruentus semper, vulgique iudicio infelix, & miser. In quo mehercules gravissimus error; nam si recte iudicare volumus ad gloriae consummationem maximopere pertinere censebimus. Audiamus ab Vlysse cunctorum vocem.

——— *εἰ θάνειν δεῖ, κατθανῶμεν εὐγενῶς.*
——— *si mori oportet, nobiliter moriamur.* [a]

At illa Augusti, quinimmo communibus totius plerumque mundi, votis petita, *εὐθανασία*, quid aut cum gloria coniunctum, aut ea ipsa dignum habet? Natura etiam hoc sensisse videtur, dum omnibus paene talem vitae clarissimae exitum dedit. Quin & animus, corporis huius, in quo vivimus, imperator, non aliam sibi convenientiorem arbitratur; quippe, ut magnus est, & maximorum semper desiderio tangitur, alacriter eam expetit, & fert intrepide; adeoque instanti, quod olim Zeno, fortiter dicit: *Ἔρχομαι, τί μ' αὔεις. Venio quid me vocas?* [b] Vt enim vitam praeclaris actionibus insignem transegit, sic ultimum illum spiritum in Virtutis, ac Gloriae sinum cum laude, & admiratione, gaudet effundere. Et vero, quid caedibus istis, trucidationibusque, inest miseriae? scilicet, quia vulgus abhorret ignavum a metu eius habebunt opinionem terroris, aut infelicitatis? Vim adpellamus; at magni animi est, istam non pati solum, sed contemnere. Verum, ut dixi, ipse sibi expetit; volenti autem neque iniuria ulla, neque vis fit. Imo neque vis est, illi quidem, qui supra violentiam omnem collocatus. Praeterea mors altera mollis, & muliebris plane, haec mascula; addo etiam, regia.

Ad generum Cereris sine caede, & sanguine pauci
Descendunt reges.

Aut potius haec vera mors est, illa altera exitus tantum quispiam mollis, ignavis istis, qui vitam quasi silentio transierunt, conveniens. Oportet, qui vere vixerunt, vere moriantur. Alexander, non Macedo, sed Romanus, quum violentam imminere mortem Thrasybulus Mathematicus praediceret, laetari se dixit, quia Imperatoria ea esset, neque alia summis quibusque, & optimis viris contigisset. Huc item AElii Veri istud spectat, qui Principem sanum, non debilem, mori debere pronuntiabat. Denique Helena apud Euripidem dicet tibi, sed e pectore virili verba depromens.

Σφαγαὶ δ' ἔχουσιν εὐγενές τι καὶ καλόν.
Caedes vero habent nobile quid & pulcrum. [c]

CAP. XXVII.

Epilogus operis, & ad verum, aeternamque gloriam exhortatio; item votum.

AT satis iam, satis terrenam gloriam ingessi; nunc averte mentem, &, ad caelestem istam erectus serio, AETERNITATEM mihi COGITA. Huic uni pareat omnis illa cupiditas, huc se referat, in hoc tranquillo portu anchoram figat. Cleobulus sublime aliquid, & illustre sapiendum esse aiebat; hic adplicabis, nulla sapientia sublimior, aut illustrior. Expende dona tua. Corpus Deus dedit, sed & animam; in mundo posuit, sed & caelum proposuit. Fruere corpore, animae fac satis, quam amplissimam mundo gloriam relinque, ad caelum quoque ad-

gnis Apostolis; nam etsi imperitus sermone, sed non scientia. Et idem praeceptor sapientissimus, pariter ostendit, quae requirantur, ut irreprehensibiliter quis laudare se possit, veritatem videlicet, & moderationem. Veritatem ubi ait: *Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in saecula, scit quod non mentior.* Moderationem, ubi capite superiori scribit: *Non enim audemus inserere, aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant: sed ipsis in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis. Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulae, qua mensus est nobis Deus.* Id quod *Meursius* noster hoc capite egregie docuit.

(a) Hinc ille apud *Tassum*:
Ch' anzi morir volessi ignobilmente,
Che di morte magnanima, e gentile.
Et *Virgilius*:
——— *mortem pro laude pacisci.*

[b] *Diogenes Laertius* in Vita scribit Zenonem quum abiret e schola offendisse, digitumque perfregisse; manu vero terram ferientem dixisse illud e Niobe:
Ἔρχομαι τί μ' αὔεις;
En adsum, quid me oro vocas?
continuoque se strangulantem interiisse.

[c] Si qui umquam, violenta morte obire esse pulcerrimum, seu dictis, seu factis ostenderunt, fuere Christiani. Quum enim ex divino Praeceptore didicissent ob veritatis, & iustitiae, professionem dolores omnes, & mortem ipsam, esse contemnendam, magni animi, & virtutis admirabilis, incredibilisque constantiae, maxima & celeberrima exempla praebuerunt. Non aetatis imbecillitas, non sexus levitas, non dignitatum splendor, non divitiarum potentia, non tormentorum crudelitas, non infamia supplicii, heroes eminentissimos a gloriosa morte subeunda deterruere. Non unus, aut alter tantum, sed numerosae turbae, integrae legiones, universae aliquando civitates, pro laude, pro iustitia, pro pietate, cum sanguine vitam profuderunt. Parum id fuisset, nisi pacem veluti ignavam aversati, caussas ipsi violentae mortis ultro fecissent, & tyrannos atque carnifices quodammodo provocassent. Immanis quidem virtus, & quae fines excederet, adeoque debita moderatione coercita; ea tamen semper, quae in sua imperfectione, invicti animi, & incredibilis roboris semina in Christianis martyribus arguat. Et vere numquam melius, aut opportunius, aut gloriosius quis moritur, quam quum pro laude, & virtute, naturae concedit. Quin quum semel moriendum sit, ignavum certe est, & vituperio dignissimum, oblatam pulcrae mortis occasionem evitare, ut moribunda nihilominus vita deinde exigatur. Non abs re ea videntur esse, quae *Augustinus Lib. I. De Civit. Dei Cap.* XI. disputat: *Sed enim multi etiam Christiani interfecti sunt: multi multarum mortium faeda varietate consumti. Hoc si aegre ferendum est, omnibus qui in hanc vitam procreati sunt utique commune est. Hoc scio, neminem fuisse mortuum, qui non fuerit aliquando moriturus. Finis autem vitae, tam longam, quam brevem vitam hoc idem facit. Neque enim aliud melius, aliud deterius: aut aliud maius, & aliud brevius est, quod iam pariter non est. Quid autem interest, quo mortis genere vita ista finiatur, quando ille, cui finitur, iterum mori non cogitur? Quum autem unicuique mortalium sub quotidianis vitae huius casibus innumerabiles mortes quodammodo contineantur, quamdiu incertum est, quaenam earum ventura sit: quaero utrum satius sit unam perpeti moriendo, an omnes timere vivendo? Nec ignoro, quod inertius eligatur diu vivere sub timore tot mortium, quam semel moriendo nullam deinceps formidare? Sed aliud est, quod carnis sensus infirmiter pavidus refugit; aliud quod mentis ratio diligenter enucleata convincit. Mala mors putanda non est, quam bona vita praecesserit* &c.

adſpira. Deus invitat; da blandienti, quod non poſſes recuſare iubenti; dolet, quum reluctaris; quid triſtitiae illi cauſſa es, qui tantum tibi propinat gaudiorum? Anima hortatur, obtempera; imo precatur, moveare; maximo vendit, qui preces accipit. Tu debes, ſolve debitum laetus, & alacer, accepturus longe plura, longe maiora. Res magna quidem exigitur abs te, ſed facilis, ſi voles; cave refractarius ſis. Niſi facis, graviſsima benignitati tanti numinis ira ſuccedet, quam nemo effugit umquam, nemo effugiet, nemo toleravit, nemo tolerabit. Pudeat mundo impendere te, quem caelo debeas. Accede ad Deum, cuius exemplum es, qui ubique ſe oſtendit, ubique offert; non potes neſcire eum, qui ubique ſe inculcat. Terram iſtam, quam calcas, intuere, Deum tibi ingeret; caelum ſuſcipe, & illinc maxime diſces. Quid terram dico? quid caelum? te, teipſum inſpice, invenies in pectoris tui penetralibus habitantem. Exue peccata tua, & abole. Pudor eſt, quum ingens haec mundi fabrica interitum promittat, ac minuatur quotidie, in te iſta non interire, aut minui. Quid? inquies; ut primum natus ſum a gloria illa prohibitus fui; quippe iam tum condemnari dignus, quum unius lapſus trahat in ruinam omnes; unius culpa omnes in poenam. Ante reum me natura fecit, quam culpa; & in naturam verſum peccatum. Bona verba, quaeſo. Non eſt verſum in naturam peccatum, ſed, dum mortem ingerit, exigit poenam ſibi debitam per naturam, Deus naturam ita fecerat, ut homines crearet ad vitam; quae tamen dum morti nolens generat, illi ſe peccato fatetur obnoxiam, cuius poenae deſervit in vita. Nam quis tam crudelem eam exiſtimet, ut foetus ſuos exſtinguere velle credat? Ingemiſcit certe, & condolet; libertatem amiſſam & ſuſpirat, & recipere deſiderat. Sed quid alterius tibi poenam obeſſe conquereris, qui ſcis alterius ſubveniſſe iuſtitiam? Obliviſcere damnatum te eſſe per Adamum, & per Chriſtum iuſtificatum memineris. Demerium eſt Tartaro grave iſtud pondus, quod in Tartarum te deprimebat, & quem morti primi parentis addixerat reatus, ſecundi gratia a poena revocavit ad vitam. Confige itaque cum peccato, ut cadat in triumphum tui victoris, ac gloriam; & doleat tamdem a ſervo aliquando ſuo ſecure calcari. Egregius animi miles non vult pugnae praemium, ſine pugna, quippe, quod non meruerit, atque quum meruerit, multo ſplendidius putat. Et tu miles es ſub Chriſti ſigno; ei ſacramentum dixiſti, quod quantum ſit, ſedulo tecum reputa, curatoque ne vel infrequens ſis, vel ordinem deſeras. Concludam voto. AEterne pater, qui ab aeterno fuiſti, in aeternum future, quandoquidem ſine ope tua fruſtra altum quidpiam ſpiramus mortales, rege hunc ſpiritum ad nominis tui ſanctiſsimi gloriam, Eccleſiae aedificationem, & animae ſalutem. Aperi oculos mentis meae, ut mirabilia legis tuae conſiderare queam; educ me de via iniquitatis, ut veritatis inſiſtam. Largire ſapientiam tuam, iſtam vitae arborem, & animae vitam; cuius viae amabiles ſunt, ſemitae tranquillae. Accende mihi pectus conſtanti erga te amore, ut decurſu hoc vitae curriculo in illam Gloriae domum intrare poſſim, celebraturus ibi vera, immortalique laetitia, cum cetero caeleſtium caetu nomen tuum.

EXAVDI O PATER, ET DA.

OR-

ORCHESTRA

SIVE

DE SALTATIONIBVS VETERVM.

LIBER SINGVLARIS.

VIRO NOBIL. ET AMPLISS.

CORNELIO VANDER MYLE

EQVITI DOMINO, VANDER MYLE, &c.

BELGII FOEDERATI SENATVS ADSESSORI, ET ACADEMIAE LEIDENSIS CVRATORI,

L. M. D. D. C.

IOANNES MEVRSIVS.

ERit fortaſſe, Vir Nob. & Ampl. qui iudicium hic meum requiret, quod Orcheſtram *tibi offeram, ceu indignum nimis Opus, nec pro gravitate tua. Verum huic reſponſum cupio; ſaltationem apud Veteres inter honeſta habitam eſſe, & heroas illos priſcos, philoſophoſque, non ſe tantum in ſpectanda oblectaſſe; ſed ſaltaſſe etiam ipſos: quin illius quoque laudem libro proprio celebraſſe Lucianum; quem qui legerit, is pro me ſententiam feret. Praeterea, quum tu Antiquitatem univerſam, eiuſque ſtudium, magni facias, non te quidquam, quod ad illuſtrandam illam pertineret, contemnere poſſe ſtatuebam. Ecce duplicem mihi cauſam fiduciae huius; ad quam tertia etiam accedit, benignitas tua tam inſignis, qua, quodcumque offertur tibi, ſi fortaſſe dignitati non reſpondeat, animum potius offerentis, quam oblatum munus, ſpectas. Efficit hoc humanitas tua, adeo magna, ut, quum omnia tibi ſumma, virtutes, honores, iiſque tuendis pares opes, benignus Deus liberali manu dederit, haec tamen, cum his contendens, palmam illis ambiguam faciat. Non in laudes nunc excurro, meliori eas loco reſervandas arbitratus; unum rogo, Vir Nob. & Ampl. quod facturum te confido, benigna fronte ut hunc ingenii mei foetum, meae in te obſervantiae monumentum, accipere velis, meque porro, & ſtudia mea, fovere pergas. Lugd. Bat. Kal. Febr.* cIↃ. IↃ. c. XVIII.

BENIGNE LECTOR.

PRomiſi nundinis praecedentibus *De Saltationibus Veterum*, & nunc habes. Scripſerunt de iis olim plures, & quae genera illarum fuerint, quaeque etiam nomina habuerint, tum quales ſingulae, atque a quibus primum inventae, adcurate pertractarunt. Id commemorat Lucianus ſuo Περὶ Ὀρχήσεως libro, in quo alibi iſte locus. Πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ ὀρχήσεως συγγεγραφότες, τὴν πλείστην διατριβὴν τῆς γραφῆς ἐποιήσαντο, πάντα τῆς ὀρχήσεως τὰ εἴδη ἐπεξιόντες, καὶ ὀνόματα αὐτῶν καταλέγοντες, καὶ οἷα ἑκάστη, καὶ ὑφ᾽ ὅτου εὑρέθη, πολυμαθείας ταύτην ἐπίδειξιν ἡγούμενοι παρέξειν. (a) Sed quando quidem eorum Operum nihil omnino ad nos pervenit, viſum mihi hanc iacturam antiquitatis quantum in me, reſtaurare. Vtere, ac fruere; &

AETERNITATEM COGITA.

SAL-

(a) Quum multi ante nos de Saltatione ſcripſiſſent, valde prolixam ſcriptionem fecerunt, omnes ſaltationis ſpecies percurrentes, & earum nomina recenſentes, & qualis quaelibet, & a quo inventa fuiſſet, hanc multiiugis eruditionis demonſtrationem ſe praebituros exiſtimantes.

SALTATIONVM INDEX.

ORCHESTRA

SIVE

DE SALTATIONIBVS VETERVM.

LIBER SINGVLARIS.

ΑΓΓΕΛΙΚΗ.

Saltatio erat inter symposia usitata. Hesychius. Ἀγγελίη, ὄρχησίς τις παροίνιος. *Nunciatio, saltatio quaedam inter vina.* Corrige. Ἀγγελικὴ, ὄρχησίς τ. Recte est apud Athenaeum lib. XIV. Καὶ τὴν Ἀγγελικὴν δὲ πάροινον ἠκρίβουν ὄρχησιν. *Et Nunciatoriam vero ad vina exercebant saltationem.* Eamdem designat Leontius Scholasticus in Epigrammate, quod scriptum in effigiem Xenophontis Smyrnaei legitur Anthologiae lib. IV. Tit. XXV.

> Καὶ Κάδμου τὰ πάρηβα χορεύματα, καὶ τὸν ἀφ' ὕλης
> Ἄγγελον, εὐιακῶν ἰχνελάτην θιάσων.
> *Et Cadmi ultra pubertatem saltationes, & illum ab silva*
> *Nuncium, Bacchicorum vestigatorem thiasorum.*

Et Pollux lib. IV. cap. XIV. Τὸ δὲ ἀγγελικὸν ἐμιμεῖτο σχήματα ἀγγέλων. *Nunciatorium vero imitabatur figuras nunciorum.* Et observa illic nominis originem; quod, qui saltaret, nuntii habitum exhiberet.

ΑΔΩΝΙΣ.

Adonis in hac repraesentabatur. Arnobius lib. VII. *Obliterabit offensam Venus, si Adonis in habitu gestum agere viderit saltatoriis in motibus pantomimum?* Prudentius Περὶ Στεφ. Hymno X.

> *Meretrix Adonim vulneratum scenica*
> *Libidinoso plangit adfectu palam.*

ΑΙΑΞ.

Hac Aiax repraesentabatur. Lucianus De Salt. Οἷον ἐγώ ποτε μέμνημαι ἰδὼν ποιοῦντα ὀρχηστὴν, εὐδοκιμοῦντα πρότερον, συνετὸν μὲν τἄλλα, καὶ θαυμάζεσθαι ὡς ἀληθῶς ἄξιον, οὐκ οἶδα δὲ ᾗ τινι τύχῃ εἰς ἀσχήμονα ὑπόκρισιν δι' ὑπερβολὴν μιμήσεως ἐξοκείλαντα. ὀρχούμενος γὰρ τὸν Αἴαντα, μετὰ τὴν ἧτταν εὐθὺς μαινόμενον, εἰς τοσοῦτον ὑπερεξέπεσεν, ὥστε οὐχ ὑποκρίνασθαι μανίαν, ἀλλὰ μαίνεσθαι αὐτὸς εἰκότως ἄν τινι ἔδοξεν. *Quale ego quondam memini vidisse facientem saltatorem, antea placentem, cetera quidem callidum, & sane quam admiratione dignum, nescio autem quo casu ad indecoram gesticulationem per nimiam imitandi adfectationem delapsum. Saltans namque Aiacem, post adversam sententiam statim insanum, in tantum extra modum evagatus fuit, ut non simularet insaniam, sed vere ipse insanire alicui videri posset.* Et mox. Αἰτούντων αὖθις τῶν συστασιωτῶν αὐτὸν, τὸν Αἴαντα ὀρχήσασθαι αὐτοῖς, παραιτησάμενος τὸν ὑποκριτὴν, ἔφη πρὸς τὸ θέατρον, ἱκανόν ἐστιν ἅπαξ μανῆναι. *Iterum factiosis eum postulantibus, ut Aiacem ipsis saltaret, recusans histrionem, dixit ad theatrum, sufficit semel insanivisse.*

ΑΛΗΤΗΡ.

Erat saltatio gravis, apud Sicyonios, & Ithacenses. Athenaeus lib. XIV. Ὁ μὲν κόρδαξ παρ' Ἕλλησι φορτικός. ἡ τ' ἐμμέλεια σπουδαία. καθάπερ καὶ ἡ παρὰ Ἀρκάσι κίδαρις, παρὰ Σικυωνίοις τε ὁ ἀλητήρ. οὕτως δὲ καὶ ἐν Ἰθάκῃ καλεῖται ἀλητὴρ, ὡς Ἀριστόξενος ἱστορεῖ ἐν πρώτῳ Συγκρίσεων. *Cordax quidem apud Graecos molestus; & exercitatio seria; sicut etiam apud Arcadas cidaris, & apud Sicyonios Aleter; ita etiam in Ithaca vocatur Aleter, prout Aristoxenus refert in primo Comparationum.*

ΑΛΦΙΤΩΝ ΕΚΧΥΣΕΙΣ.

Inter ridiculas saltationes censebatur. Athen. lib. XIV. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις, καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε καὶ σόβας. ἔτι δὲ μορφασμὸς. καὶ γλαὺξ, καὶ λέων, ἀλφίτων τε ἐκχύσεις. *Et ridiculae vero sunt saltationes, igdis & mactrismus, & apocinus & sobas: praeterea autem morphasmus, & noctua, & leo, & pultis effusiones.*

ΑΛΩΠΗΞ.

Hesychius. Ἀλώπηξ, ὄρχησίς τις. *Vulpes, saltatio quaedam.*

ΑΝΑΠΑΛΗ.

Similis erat ei, quae Γυμνοπαιδικὴ dicta. Athenaeus lib. XIV. Ἔοικε δὲ ἡ γυμνοπαιδικὴ τῇ καλουμένῃ ἀναπάλῃ παρὰ τοῖς παλαιοῖς. *Similis vero est nuda puerilis saltatio illi, quae apud Veteres vocatur anapale.*

ΑΝΘΕΜΑ.

Erat saltatio plebeia, in qua illud accinebant, Ποῦ μοι τὰ ἴα; ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα;

Vbi

Vbi mihi lilia? ubi mihi dulcia? Athenaeus lib. XIV. Ἦν δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἰδιώταις ἡ καλουμένη ἄνθεμα, ταύτην δὲ ὠρχοῦντο μετὰ λέξεως τοιαύτης μιμούμενοι, καὶ λέγοντες. πού μοι τὰ ῥόδα; πού μοι τὰ καλὰ σέλινα. *Erat vero etiam apud indoctos saltatio vocata anthema. Hanc saltabant cum hac dictione imitantes, ac dicentes, Vbi mihi rosae? ubi mihi dulcia?*

ΑΠΟΚΙΝΟΣ.

Inter lascivas saltationes erat. Pollux libro IV. cap. XIV. Καὶ ἀπόκινος, καὶ ἀπόσεισις. ἀσελγῆ εἴδη ὀρχήσεων, ἐν τῇ τῆς ὀσφύος περιφορᾷ. *Et apocinus, & aposeisis; lasciva genera saltationum in circumversione lumbi.* Athenaeus lib. XIV. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσιν ὀρχήσεις, ἴγδις, καὶ μακτρισμὸς, ἀποκισμὸς, ἀπόκινός τε καὶ σόβας. *Et ridiculae sunt saltationes, igdis & mactrismus, & apocinus & sobas.* Et paulo ante. Τὴν δ' ἀπόκινον καλουμένην ὄρχησιν, ἧς μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει, καὶ Κηφισόδωρος ἐν Ἀμαζόσιν, Ἀριστοφάνης τ' ἐν Κενταύρῳ, καὶ ἄλλοι πλείονες, ὕστερον μακτρισμὸν ὠνόμασαν. ἣν καὶ πολλαὶ γυναῖκες ὠρχοῦντο ἃς καὶ μαρκυπίας ὀνομαζομένας οἶδα. *Saltationem vero, quae vocatur apocinus, cuius meminit Cratinus in Nemesi, & Cephisidorus in Amazonibus, & Aristophanes in Centauro, & alii plures, postea vocaverunt mactrismum; quam & mulieres multae exercebant, quas etiam marcypias nominatas scio.* Scholiastes Aristophanis initio Equitum. Ἀπόκινον, φυγὴν, ἀποχώρησιν, ἔστι δὲ καὶ εἶδος ὀρχήσεως φορτικῆς. *Apocinon, fugam, recessum; est vero etiam genus saltationis molestae.* Suidas. Ἀπόκινος, εἶδος ὀρχήσεως. *Apocinus, genus saltationis.* Talis fuerit saltatio, in qua apud Alciphronem certant inter se Myrrhina & Thryallis. Locus est in Epistola Megarae ad Bacchidem. Δεινή τις φιλονεικία κατέσχε Θρυαλλίδα καὶ Μυῤῥίνην ὑπὲρ τῆς πυγῆς, ποτέρα κρείττω καὶ ἁπαλωτέραν ἐπιδείξει. καὶ πρώτη Μυῤῥίνη τὸ ζωνίον λύσασα, βόμβυξ δὲ ἦν τὸ χιτώνιον, δι' αὐτοῦ τρέμουσαν οἷόν τι μελίπηκτον γάλα τὴν ὀσφῦν ἀνεσάλευσεν, ὑποβλέπουσα εἰς τοὐπίσω πρὸς τὰ κινήματα τῆς πυγῆς. ἠρέμα δ', οἷον ἐνεργοῦσά τι ἐρωτικὸν, ὑπεστέναξεν. *Vrgens quaedam ambitio occupaverat Thryallidem & Myrrhinem de podice, utra ostentaret meliorem, ac molliorem. Et prima Myrrhine cingulum solvens (ex serico autem erat) per eam tremulum quodammodo quasi quoddam melle coagulatum lac lumbum commovit, respiciens versus posteriora ad concussiones podicis: exigue vero quasi operata aliquid amatorium subgemuit.* Et mox de Thryallide. Καὶ τοσοῦτον παλμὸν ἐξειργάσατο τῆς πυγῆς, καὶ ἅπασαν αὐτὴν ὑπὲρ τὴν ὀσφῦν τῇδε καὶ τῇδε ὥσπερ ῥέουσαν περιεδίνησεν, ὥστε ἀνακροτῆσαι πάσας, καὶ νίκην ἀποφήνασθαι τῆς Θρυαλλίδος. *Et tantam exsultationem podicis peregit, totumque eum supra lumbum hic & illic velut fluentem circumvoluit, ut omnes applauderent, & victoriam decernerent esse Thryallidis.* Et huiusmodi saltationem respexit Arnobius lib. II. *Animarum alia multitudo lasciviens incompositos corporum dissolveretur in motus, saltitaret, & cantaret, orbes saltatorios verteret, & ad ultimum clunibus, & coxendicibus sublevatis lumborum crispitudine fluctuaret.* Iterum lib. VII. *Quin & ipsos dicatis deos ludere, lascivire, saltare, obscenas compingere cantiones, & clunibus fluctuare crispatis?* Iuvenalis Sat. XI.

> *Forsitan exspectes ut Gaditana canoro*
> *Incipiat prurire choro, plausuque probato*
> *Ad terram tremulo descendant clune puellae.*

Martialis lib. V. epigram. LXXX.

> *Nec de Gadibus improbis puellae*
> *Vibrabunt sine fine prurientes*
> *Lascivos docili tremore lumbos.*

Videntur eiusdem saltationis diversa nomina fuisse, Ἀπόκινος, Ἀπόσεισις, Βακτριασμός, sive Μακτρισμὸς, Ἴγδις, Σόβας. De quibus singulis infra dicam suo loco.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Hesychius Ἀπόκρισις, ἐπιλογία, ἢ εἶδος ὀρχήσεως. *Apocrisis, clausula sermonis, aut genus saltationis.*

ΑΠΟΛΛΩΝ.

In hac Apollo exhibebatur, eiusque res gestae. Tatianus Orat. ad Graecos. Ποτὲ μὲν ὡς Ἀφροδίτη, ποτὲ δὲ ὡς Ἀπόλλων γινόμενος. *Interdum quidem instar Veneris, adiuvando autem Apollinem simulans.* Tertullianus in Apologetico. *Sed & histrionum litterae omnem eorum foeditatem designant. Luget Sol filium iactatum de coelo laetantibus vobis.*

ΑΠΟΣΕΙΣΙΣ.

Pollux inter lascivas saltationes. Vide locus in Ἀπόκινος.

ΑΠΟΣΚΕΛΗΣΙΣ.

Erat saltatio ludrica. Ostendunt illa Hesychii. Ἀποσκελῆσαι, παιδικὴν ὄρχησιν ὀρχήσασθαι. *Crure abigere, pucrilem saltationem saltare.*

ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

Arnobius lib. IV. *Gentis illa genitrix Martiae, regnatoris, & populi procreatrix, amans saltatur Venus, & per effectus omnes meretriciae vilitatis impudica exprimitur imitatione bacchari.* Augustinus de Civitate Dei lib. VII. cap. XXVI. *Quid sunt ad hoc malum Mercurii furta, Veneris lascivia, stupra, & turpitudines ceterorum? quae proferremus de libris, nisi quotidie cantarentur, & saltarentur, in theatris.* Hieronymus in Epistola ad Marcellam. *In theatralibus scenis idem histrio nunc Herculem robustus ostendit, nunc mollis in Venerem frangitur.* In Epistola de Hilarione. *In scenis theatralibus unus atque idem histrio nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelen.* Tatianus Orat. ad Graecos. Ποτὲ μὲν ὡς Ἀφροδίτη, ποτὲ δὲ ὡς Ἀπόλλων γινόμενος. *Interdum quidem instar Veneris, aliquando autem Apollinem simulans.*

ΒΑΘΥΛΛΕΙΟΣ.

A Bathyllo saltatore nobilissimo nuncupata. Plutarch. Sympoſiac. l. VII. qu. VIII. Ἀποπέμπω δὲ τῆς ὀρχήσεως τὴν Πυλάδειον, ὀγκώδη, καὶ παθητικήν, καὶ πολυπρόσωπον οὖσαν, οἶδα δὲ τῶν ἐγκωμίων ἐκείνων ἃ Σωκράτης περὶ ὀρχήσεως διῆλθε. δέχομαι τὴν Βαθύλλειον αὐτόθεν πεζὰν τοῦ κόρδακος ἁπτομένην. *Dimitto autem ab ſaltatione formam Pyladicam, tumidam, & concitatam, multaſque requirentem perſonas; ſed inflata eſt laudibus illis, quas Socrates de ſaltatione peregit. Accipio Bathylleam ex ſe pedeſtrem, cordacis perſimilem.* Quae poſtrema verba quomodo corrigenda, nam corrupta ſunt, vide infra in Κόρδαξ. Athenaeus libro I. Ἦν δὲ ἡ Πυλάδου ὄρχησις ὀγκώδης, παθητική τε, καὶ πολύκοπος. ἡ δὲ Βαθύλλειος, ἱλαρωτέρα. *Sed erat Pyladae ſaltatio tumida, & concitata, & multi laboris: verum Bathyllea hilarior.* Et obſerva, ut Plutarchus inquit, pedeſtrem humilioremque fuiſſe; ut Athenaeus, amoeniorem. Id autem eſt, quia Comica erat; atque in Comoedia humilia, & laeta omnia. Colligo ex Seneca Rhetore Declam. lib. III. in Epiſtola ad Novatum, Senecam, & Melam, filios. *Quidam melius equitem patiuntur, quidam iugum. Et ut ad morbum te meum vocem, Pylades in Comoedia, Bathyllus in Tragoedia, multum a ſe aberant.*

ΒΑΚΤΡΙΑΣΜΟΣ.

Inter laſcivas ſaltationes erat, Pollux lib. IV. cap. XIV. Βακτριασμὸς δὲ, καὶ ἀπόκινος, καὶ ἀπόσεισις, ἀσελγῆ εἴδη ὀρχήσεων, ἐν τῇ τῆς ὀσφύος περιφορᾷ. *Bactriaſmus autem, & apocinus, & depulſio, laſciva genera ſaltationum, in lumbi gyratione.* Vir Clariſſimus Iſaacus Caſaubonus, eamdem eſſe putabat, quae Μακτρισμὸς dicebatur; de qua mox dicturi ſumus ſuo loco.

ΒΑΚΧΙΚΗ.

Haec Satyrica erat, in Ionia, & Ponto maxime celebris. Lucianus de Saltatione. Ἡ μέν γε Βακχικὴ ὄρχησις, ἐν Ἰωνίᾳ μάλιστα, καὶ ἐν Πόντῳ σπουδαζομένη, καίτοι σατυρικὴ οὖσα. *Bacchica tamen ſaltatio, in Ionia maxime & in Ponto exercitata, quamvis ſatyrica.* Platoni Βακχεία dicitur, De Leg. lib. VII. Τὴν τοίνυν ἀμφισβητουμένην ὄρχησιν δεῖ πρῶτον χωρὶς τῆς ἀναμφισβητήτου διατεμεῖν. τίς οὖν αὕτη, καὶ πῇ δεῖ χωρὶς τέμνειν ἑκατέραν; ὅση μὲν Βακχεία τ' ἐστὶ καὶ τῶν ταύταις ἑπομένων. *Ambiguam igitur ſaltationem oportet primam ſeorſum ab indubitata diſſecare. Quae igitur iſta, & qua oportet ſeparatim ſecare utramque? Quota quidem & Bacchica eſt, & eorum has ſequentium.*

ΒΑΡΥΛΛΙΚΑ.

Saltatio a Baryllicho inventore ita dicta. Pollux loco citato. Καὶ Βαρύλλικα. τὸ μὲν εὕρημα Βαρυλλίχου. *Et Baryllica, inventum quidem Baryllichi.* Sed ſcribendum illic putarem Βαρυλλικά. Ac pro me facit analogia.

ΒΑΥΚΙΣΜΟΣ,

Scholiaſtes Ariſtophanis initio Equitum. Ἀπόκινον, φυγήν, ἀποχώρησιν. ἔστι δὲ καὶ εἶδος ὀρχήσεως φορτικῆς. οἱ δὲ μέλος. καὶ ὁ βαυκισμός. *Apocinum, fugam, receſſum. Eſt & genus ſaltationis vehementis; alii vero cantilenam; & baucisſmus.* Etymologici Auctor. Βαυκισμὸς, ὄρχησις. *Bauciſmus, ſaltatio.* Erat autem ſaltatio Ionica; nec ſaltatio dumtaxat, ſed & cantilena, quae ad eam facta. Heſychius. Βαυκισμὸς, Ἰωνικὴ ὄρχησις. καὶ εἶδος ᾠδῆς, πρὸς ὄρχησιν πεποιημένον. *Bauciſmus, Ionica ſaltatio; & genus cantilenae ad ſaltationem compoſitum.* Nomen datum a Bauco ſaltatore. Pollux lib. IV. cap. XIV. Καὶ βαυκισμὸς, Βαύκου ὄρχησις. *Et bauciſmus, Bauci ſaltatoris.*

ΒΕΡΕΚΥΝΘΙΑΚΗ.

Scholiaſtes Sophoclis ad Aiacem. Τῶν δὲ ὀρχήσεων ἡ μὲν Βερεκυνθιακὴ λέγεται, ἡ δὲ Κρητική. *Saltationum vero alia quidem Berecynthiaca dicitur, alia autem Cretica.*

ΒΙΒΑΣΙΣ.

Laconica ſaltatio, in qua praemia victoribus poſita, pueris pariter ac puellis. Ita autem ſaltabant, ut pedibus nates contingerent. Et numerabantur quoque ſaltus. Pollux loco citato. Καὶ βίβασις δέ τι ἦν εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως, ἧς καὶ τὰ ἆθλα προὐτίθετο, οὐ τοῖς παισὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κόραις. ἔδει δὲ ἅλλεσθαι, καὶ ψαύειν τοῖς ποσὶ πρὸς τὰς πυγάς. καὶ ἀνηριθμεῖτο τὰ πηδήματα. *Sed & Bibaſis, Inceſſus, erat genus Laconicae ſaltationis, cuius etiam praemia proponebantur, non pueris modo, ſed & puellis. Oportebat autem ſalire, & plaudere pedibus ad nates; & adnumerabantur ſaltus.*

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

Lucianus De Salt. Κατὰ τὸν τεταγμένον ἕκαστοι καιρὸν, ἁπάντων ἐπιλαθόμενοι τῶν ἄλλων, κάθηνται δι' ἡμέρας, Τιτᾶνας, καὶ Κορύβαντας, καὶ Σατύρους, καὶ βουκόλους ὁρῶντες, καὶ ὀρχοῦνταί γε ταῦτα οἱ εὐγενέστατοι. *Conſtituto reliqui tempore, obliti omnium aliorum deſident per dies, Titanas, & Corybantes, & Satyros, & Bubulcos ſpectantes: & haec ſaltant nobiliſſimi.* Hinc, qui ſaltarent, Βουκολιάζειν dicebantur. Atque inde eſt.

ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΜΟΣ.

Haeſych. Βουκολιασμὸς, μελοποιΐας τινὸς εἶδος, καὶ ὀρχήσεως, ἀμφότερα δὲ ἀγροικικά. *Bucoliaſmus ſymphoniae cuiuſdam ſpecies & ſaltationis, utraque autem ruſtica.* Meminit Athenaeus lib. XIV. Κῶμος βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος. *Comus, Bucoliaſmus, Gingras, Tetracomus.*

BPI-

ΒΡΙΚΙΣΜΑΤΑ.

Phrygiaca erat. Hesych. Βρικίσματα, ὄρχησις Φρυγιακή. *Bricismata, saltatio Phrygiaca.*

ΒΡΥΑΛΙΚΤΑΙ.

Saltatio quaedam bellica fuit, quam qui saltarent, Βρυαλικταὶ dicebantur. Hesychius. Βρυαλικταὶ, πολεμικοί. ὀρχησταὶ μὲν * αἰδοῖ πυ Ἴβυκος κὴ Στησίχορος. *Bryalictae, bellicosi; saltatores quidem * reverentia forsan Ibycus, & Stesichorus.* Interpungo, & rescribo, B. πολεμικοὶ ὀρχησταί. Μένανδρός πυ, Ἴβυκος κὴ Σ. *B bellicosi saltatores; Menander alicubi, Ibycus & S.*

ΒΡΙΔΑΛΙΧΑ.

Saltatio erat Laconica, quam saltabant cum personis muliebribus ridiculis, ac turpibus Hesychius. Βρυδαλίχα, πρόσωπον γυναικεῖον παρὰ τὸ γελοῖον κὴ αἰσχρὸν, ὀργ*τίθεται, ὁ Ῥίνθων, τὴν ὀρχήστραν κὴ γυναικεῖα ἱμάτια ἐνδέδυται. ὅθεν κὴ τὰς μαχλάδας Βρυδαλίχας καλῦσι Λάκωνες. *Brydalicha, persona muliebris praeter ridiculum & turpe orr*ponitur. Rinthon locum saltationis & muliebria vestimenta induit; unde etiam lascivas Brydalichas vocant Lacones.* Lucus & mutilus, & corruptissimus, ita e mendari debet. B. πρόσωπον γυναικεῖον, παρὰ τοῖς Λάκωσι γελοῖον, κὴ αἰσχρὸν, ὄρχημα τίθεται. ὁ Ῥίνθων τὴν ὀρχήστραν, κὴ γυναικεῖα ἱμάτια, ἐκτίθεται. ὅθεν κὴ μ. *B. persona muliebris: apud Laconas ridicula, & foeda saltatio ponitur. Rinthon locum saltandi, & vestes muliebres exponit. unde etiam l.* Atque inde Βρυδαλιχισταὶ dicebantur, οἱ αἰσχρὰ προσωπεῖα περιτιθέμενοι γυναικεῖα, κὴ ὕμνους ᾄδοντες. *Qui turpes personas circumdantes femineas, & hymnos canentes.* Ut paulo post idem nos Hesychius docet. Sed corrupte quoque illic editur hodie, Βρυλλοχισταί.

ΒΥΛΛΙΧΑΙ.

Et haec Laconica erat. Hesychius. Βυλλιχαι, χοροί τινες ὀρχηστῶν παρὰ Λάκωσι. *Byllichae, chori quidam saltatorum apud Laconas.*

ΓΑΝΥΜΗΔΗΣ.

Hac fabula de rapto Ganymede repraesentabatur. Arnobius lib. VII. *Si Europa, si Leda, si Ganymedes fuerit saltatus, aut Danae, motum compescit irarum?*

ΓΕΡΑΝΟΣ.

Hesychius. Γέρανος, ὄρχησις. *Grus, avicula quaedam, & saltatio.* Etymologici Auctor. Γέρανος, τὸ ζῶον. *Grus, animal.* Et mox. Ἔστι ϗ ποιά τις ὄρχησις. *Est & certa aliqua saltatio.* Lucianus De Saltatione. Παρεὶς τὸ θερμαυστρίζειν, γέρανον ὀρχεῖσθαι, κὴ τὰ ἄλλα. *Omittens saltationem sublimem, & pedibus suspensis gesticulantem, gruem saltare, & alia.* Instituta haec saltatio a Theseo fuit, repraesentabatque imagines exitus e Labyrintho. Describit Pollux lib. IV. cap. XIV. Τὴν δὲ γέρανον κατὰ πλῆθος ὠρχῦντο, ἑκάστω ἑκαστος κατὰ στίχον, τὰ ἄκρα ἑκατέρωθεν τῶν ἡγεμόνων, τῶν περὶ Θησέα πρῶτον περὶ τὸν Δήλιον βωμὸν ἀπομιμησαμένων τὴν ἀπὸ τῦ Λαβυρίνθυ ἔξοδον. *Gruem vero per multos saltabant, quisque ad alterum pro serie, principia utrinque obtinentibus ducibus, Theseo cum sociis primum circa aram Deliacam imitantibus exitum ex Labyrintho.* Plutarchus etiam narrat in Vita Thesei. Ἐκ δὲ τῆς Κρήτης ἀποπλέων εἰς Δῆλον κατέσχε, κὴ τῷ θεῷ θύσας, κὴ ἀναθεὶς τὸ Ἀφροδίσιον, ὃ παρὰ τῆς Ἀριάδνης ἔλαβεν, ἐχόρευσε μετὰ τῶν ἠιθέων χορείαν, ἣν ἔτι νῦν ἐπιτελεῖν Δηλίυς λέγυσι, μίμημα τ͂ ἐν τῷ Λαβυρίνθω περιόδων διεξόδον, ἔν τινι ῥυθμῷ παραλλάξεις κὴ ἀνελίξεις ἔχοντι γιγνομένην. καλεῖται δὲ τὸ γένος τῦτο τῆς χορείας ὑπὸ Δηλίων γέρανος, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος. *Ex Creta autem navigans Delum tenuit, & quum Deo sacrificasset, & Veneris simulacrum dedicasset, quod ab Ariadne acceperat, choream instituit cum adolescentibus, quam nunc Delios peragere dicunt, ad imitationem flexuum, & ambagum in Labyrintho, quae faceret ad quemdam modum praetergressus & revolutione. Vocatur autem istud choreae genus ab Deliis Grus, prout memorat Dicaearchus.* Hanc ipsam historiam tangit alibi etiam Hesychius. Δηλιακὸς βωμός. τὸ περιτρέχειν κύκλω τὸν ἐν Δήλω βωμὸν, κὴ τύπτεσθαι. ἤρξατο τῦτο Θησεὺς, εὐχαριστήρια τῆς ἀπὸ Λαβυρίνθω φυγῆς. *Deli prava ara, circumcursare per orbem aram Deliacam & verberari. Inchoavit hoc Theseus, ad gratias agendas fugae ex Labyrintho.*

ΓΙΓΓΡΑΣ.

Haec a tibiis, ad quas saltabatur, nominata Pollux. Ἦν δὲ κὴ γίγγρας πρὸς αὐλὸν ὄρχημα, ἐπώνυμον τῦ αὐλήματος. *Erat vero & gingras saltatio ad tibiam, dans nomen ipsi cantilenae.* Recenset Athenaeus lib. XIV.

ΓΛΑΥΚΟΣ.

Haec Glaucus repraesentabatur. Velleius de Munatio Planco lib. II. *Quum caeruleatus, ac nudus, caputque redimitus arundine, & caudam trahens, genibus innixus* GLAUCUM *saltasset in convivio.*

ΓΛΑΥΞ.

Hesychius. Γλαὺξ, νόμισμα Ἀθήνησι τετράδραχμον. ἐλέγετο δὲ καὶ ὀρχησίς τις. *Noctua, nummus, Athenis quatuor drachmarum Dicebatur vero, & saltatio aliqua.* Athenaeus libro XIV. Ἔτι δὲ μορφασμὸς, κὴ γλαὺξ, κὴ λέων. *Sed praeterea efformatio, & noctua, & leo.*

ΓΥΜΝΟΠΑΙΔΙΑ.

Laconica erat. Lucianus De Salt. Καὶ αἱ γυμνοπαιδίαι δὲ αὐτοῖς (loquitur de Lacedaemoniis) ὁμοίως ὄρχησίς ἐστιν. *Et nudae vero disciplinae apud eos. Similiter saltatio est.* Ita rescribo

rescribo. Nam male hodie illic editur, Γυμνοποδίαι. Et festum erat celeberrimum, & in eo saltatio. Meminit Plutarchus in Apophtegm. Laconicis. Ἔτι ᾗ παῖδα αὐτὸν ὄντα γυμνοπαιδίας ἀγομένης, ὁ χοροποιὸς ἔστησεν εἰς ἄσημον τόπον. *Illum vero adhuc puerum, quum nudae disciplinae sacrum ageretur, chori locator statuit eum in loco minus notabili.* Vide iterum in Agesilao. Thucydides lib. v. Καὶ Ἀργείων ὁ δῆμος κατ' ὀλίγον ξυνιστάμενός τε, καὶ ἀναθαρσήσας ἐπέθεντο τοῖς ὀλίγοις, τηρήσαντες αὐτὰς τὰς γυμνοπαιδίας τῶν Λακεδαιμονίων. *Et Argivorum populus paulatim se colligens, & animus recipiens, invasit paucos, observans ipsas illas nudas disciplinas Lacedaemoniorum.* Et mox. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἕως μὲν αὐτοὺς μετεπέμποντο οἱ φίλοι, οὐκ ἦλθον ἐκ πλείονος. ἀναβαλλόμενοι δὲ τὰς γυμνοπαιδίας, ἐβοήθουν. *Sed Lacedaemonii quamdiu quidem eos arcessebant amici, non venerunt ex multo tempore. Differentes autem nudas disciplinas adiuvabant.* Vbi Scholiastes. Ἑορτὴ τῶν Λακεδαιμονίων, ἐν ᾗ γυμνοὶ ἠγωνίζοντο. *Festum Lacedaemoniorum, in quo nudi certabant.* Procedebant vero chori duo; unus puerorum, alter virorum. Vtrique autem nudi erant, saltabantque, & cantabant Thaletae, aut Alcmanis, carmina; aut Dionysodoti Lacedaemonii paeanes: quique choros ducebant, coronas e palma gestabant, quae Θυρεατικοὶ dicebantur, quia id fieret in memoriam eius victoriae, quam ad Thyream obtinuissent. Athenaeus lib. xv. Θυρεατικοί. οὕτω καλοῦνται στέφανοί τινες παρὰ Λακεδαιμονίοις, ὥς φησι Σωσίβιος ἐν τοῖς περὶ Θυσιῶν, ψιλίνους αὐτοὺς φάσκων ὀνομάζεσθαι, ὄντας ἐκ φοινίκων. φέρειν δ' αὐτοὺς ὑπόμνημα τῆς ἐν Θυρέᾳ γενομένης νίκης τοὺς προστάτας τῶν ἀγομένων χορῶν ἐν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ. ὅτε καὶ τὰς γυμνοπαιδίας ἐπιτελοῦσι. χοροὶ δ' εἰσὶ τὸ μὲν πρόσω παίδων, τὸ δ' ἐξ ἀρίστων ἀνδρῶν ὀρχουμένων, καὶ ᾀδόντων Θαλήτου καὶ Ἀλκμᾶνος ᾄσματα, καὶ τοὺς Διονυσοδότου παιᾶνας. *Thyreaticae; sic vocantur coronae quaedam apud Lacedaemonios, ut ait Sosibius in scriptis de sacrificiis, eas dicens psilinas nunc nominari, factas ex palmis: ferre autem illas admonitionem victoriae in Thyrea partae praesites chororum, qui ducebantur in illo festo, quando etiam nudas disciplinas peragunt. Chori autem sunt in antecessum puerorum, postea vero optimorum virorum, qui nudi saltant, canuntque Thaletae aut Alcmanis cantilenas, & Dionysodoti paeanas.* Celebrabatur autem in foro, non Amyclaei templo ut quidam voluerunt; neque verberabant sese, sed choreas tantum agebant. Hesychius. Γυμνοπαιδία. ἔνιοι μὲν ἑορτήν φασι Σπαρτιατικήν, ἐν ᾗ τοὺς ἐφήβους κύκλῳ περιθεῖν τὸν ἐν Ἀμυκλαίῳ βωμὸν, τύπτοντας ἀλλήλων τὰ νῶτα. ταῦτα δέ ἐστι ψευδῆ, ἐν γὰρ ἀγορᾷ ἑορτάζουσι. πληγαὶ ᾗ οὐ γίνονται, ἀλλὰ πρόσοδοι χορῶν γεγυμνωμένων. *Nuda disciplina. Nonnulli quidem festum dicunt Spartiaticum, in quo ephebos in orbem circumire celeriter aram in Amyclaeo, caedentes alii aliorum terga. Sed sunt haec falsa. Nam in foro festum celebrant. Sed nec plagae adsunt, verum adventus chororum nudatorum.* Inde etiam tota illa fori pars Χορὸς dicebatur. Pausanias Laconicis. Σπαρτιάταις ᾗ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς Πυθαέως τέ ἐστι Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀρτέμιδος, καὶ Λητοῦς ἀγάλματα. Χορὸς δὲ οὗτος ὁ τόπος καλεῖται πᾶς, ὅτι ἐν ταῖς γυμνοπαιδίαις (ἑορτὴ δὲ εἴ τις ἄλλη καὶ αἱ Γυμνοπαιδίαι διὰ σπουδῆς Λακεδαιμονίοις εἰσὶν) ἐν ταύταις οὖν οἱ ἔφηβοι χοροὺς ἱστᾶσι τῷ Ἀπόλλωνι. *Verum Spartanis in foro sunt Apollinis Pythaensis, & Dianae, & Latonae imaginis. Chorus autem vocatur omnis ille locus, quia in nudis disciplinis; festum vero si quod aliud, etiam hae nudae disciplinae Lacedaemoniis curae est) in his igitur ephebi choros instituunt Apollini.* Et observa illud simul; Apollini dedicatas choreas fuisse. Quod Etymologici Auctor adserit, qui & addit, cantatos paeanes in honorem illorum, qui ad Pylaeam occubuissent. Γυμνοπαιδία, ἑορτὴ Λακεδαιμονίων. ἐν ᾗ παῖδες ᾖδον τῷ Ἀπόλλωνι παιᾶνας γυμνοὶ εἰς τοὺς περὶ τὴν Πυλαίαν πεσόντας. *Nuda disciplina, festum Lacedaemoniorum; in quo pueri canebant Apollini paeanas nudi in honorem eorum qui circa Pylaean occubuerant.* Alii volunt, in honorem eorum, qui ad Thyream cecidissent. Suidas. Γυμνοπαιδία (etiam hic rescribe Γυμνοπαιδία) χοροὶ ἐκ παίδων ἐν Σπάρτῃ τῆς Λακωνικῆς, εἰς θεοὺς ὕμνους ᾄδοντες, εἰς τιμὴν τῶν ἐν Θυρεαῖς ἀποθανόντων Σπαρτιατῶν. *Nuda disciplina, chori ex pueris in urbe Laconicae Sparta, in Deos canentes hymnos, ad honorem eorum Spartanorum, qui in Thyreis occubuerunt.* Idem est apud Athenaeum lib. xv. Ac introducti paeanes illi, a Thaleta Gortynio, Xenodamo Cytherio, Xenocrito Locrensi, Polymnesto Colophonio, & Sacada Argivo, Musicae secundae auctoribus. Plutarchus libro De Mus. Ἡ μὲν οὖν πρώτη κατάστασις τῶν περὶ τὴν Μουσικὴν ἐν τῇ Σπάρτῃ Τερπάνδρου καταστήσαντος γεγένηται. τῆς δευτέρας δὲ Θαλήτας ὁ Γορτύνιος, καὶ Ξενόδαμος ὁ Κυθήριος, καὶ Ξενόκριτος ὁ Λοκρὸς, καὶ Πολύμνηστος ὁ Κολοφώνιος, καὶ Σακάδας ὁ Ἀργεῖος, μάλιστα αἰτίαν ἔχουσιν ἡγεμόνες γενέσθαι. τούτων γὰρ εἰσηγησαμένων τὰ περὶ τὰς γυμνοπαιδίας, λέγεται κατασταθῆναι τὰ περὶ τὰς ἀποδείξεις τὰς Ἀρκαδίᾳ. *Prima quidem igitur constitutio Musicae artis in urbe Sparta Terpandro institutore contigit: secundae vero Thaletas Gortynius, & Xenodamus Cytherius, & Xenocritus Locrus, & Polymnestus Colophonius, & Sacadas Argivus, maxime famam habent fuisse auctores. His enim introducentibus ea, quae ad nudas disciplinas pertinebant, dicuntur instituisse illa, quae ad demonstrationes illas in Arcadia pertinent.* Saltatio autem erat poeseos Lyricae. Athenaeus lib. xiv. Τρεῖς δ' εἰσὶ τῆς σκηνικῆς ποιήσεως ὀρχήσεις, Τραγική, Κωμική, Σατυρική. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς λυρικῆς ποιήσεως τρεῖς. Πυῤῥίχη, Γυμνοπαιδική, Ὑπορχηματική. *Tres vero sunt theatralis poeseos saltationes, tragica, comica, satyrica. Similiter autem & lyricae poeseos tres, pyrrhicha, nudae disciplinae conveniens, gesticulatoria ad cantum.* Similis plane erat, quae a Veteribus Ἀναπάλη dicebatur. Athenaeus libro citato. Ἔοικε δὲ ἡ γυμνοπαιδικὴ τῇ καλουμένῃ ἀναπάλῃ παρὰ τοῖς παλαιοῖς, γυμνοὶ γὰρ ὀρχοῦνται οἱ παῖδες πάντες εὐρύθμους φορὰς τινὰς ἀποτελοῦντες, καὶ σχήματά τινα τῶν χειρῶν κατὰ τὸ ἁπαλὸν, ὥστ' ἐμφαίνειν θεώρημά τι τῆς παλαίστρας. καὶ τοῦ παγ-

παγκρατίυ, κινῦντες εὐρύθμως τὺς πόδας. τρόποι δ' αὐτῆς οἵ τε ὀσχοφορικοὶ, κ̓ οἱ Βακχικοὶ, ὥςε κ̓ τὴν ὄρχησιν ταύτην εἰς τὸν Διόνυσον ἀναφέρεσθαι. *Sed nudae disciplinae ratio videtur similis luctae, quae ab antiquis anapale dicitur. Nudi enim saltant pueri omnes, bene concinnos gressus quosdam amputantes, & species quasdam chororum ad mollius, ut adparet, quoddam spectaculum palaestrae & pancratii, moventes modulate pedes. Modi autem eius & in festo oschophoriorum & Bacchici, adeo ut & saltatio ista ad Bacchum referatur.* Vbi ecce vocat, θεώρημά τι τῆς παλαίςρας. *Spectaculum quoddam palaestrae.* Et Suidas palaestram ipsam esse putat, a Lycurgo institutam. Γυμνοπαιδία, ἡ παλαίςρα, ἣ τὺς ἐφήβυς Λυκῦργος ἠνάγκαζε. *Nuda disciplina, palaestra, quam ephebis Lycurgus iniunxit.* Dicit praeterea, εἰς τὸν Διόνυσον ἀναφέρεσθαι, *ad Bacchum referri.* Atque hoc omnino observandum est. Paeanes illi, qui canebantur, qui Apollini consecrati erant; ut iam ostendimus: saltatio vero, quae ad cantum istum fiebat, Baccho sacra censebatur. Antiqui vero, cum se in gymnopaedia exercuissent, priusquam theatrum ingrederentur, ab illa ad pyrrichen transibant. Athenaeus loco citato, ex Aristoxeno. Ἀριςόξενος δέ φησιν. ὡς οἱ παλαιοὶ, γυμναζόμενοι πρῶτον ἐν τῇ γυμνοπαιδικῇ, εἰς τὴν πυῤῥίχην ἐχώρυν, πρὸ τῦ εἰσιέναι εἰς τὸ θέατρον. *Aristoxenus vero dicit, antiquos primo exercitatos in nuda disciplina ad pyrrhicham accedere, antequam intrarent in theatrum.* Meminit τῆς γυμνοπαιδίας etiam Maximus Tyrius Dissert. XXXVI. Καλαὶ κ̓ Λακεδαίμονι αἱ γυμνοπαιδίαι, κ̓ τὰ Ὑακίνθια, κ̓ οἱ χοροί. *Pulcrae, & Lacedaemone istae nudae disciplinae, & Hyacinthia, & chori.*

ΓΥΠΩΝ.

Pollux lib. IV. cap. XIV. Οἱ δὲ Γύπωνες, ξυλίνων κώλων ἐπιβαίνοντες. ὠρχῦντο διαφανῆ Ταραντινίδι ἀμπεχόμενοι. *Gypones vero, ligneis frustis incendentes, saltabant vestiti pellucida Tarantinide.*

ΔΑΚΤΥΛΟΣ.

Athenaeus lib. XIV. Τὰ δὲ ςασιμώτερα, καὶ ποικιλώτερα, καὶ τὴν ὄρχησιν ἀπλυςέραν ἔχοντα, καλεῖται Δάκτυλος, Ἰαμβικὴ, Μολοσσικὴ. Ἐμμέλεια, Κόρδαξ, Σίκιννις. *Sed stabiliora, & magis varia, & saltationem simpliciorem habentia, vocantur Dactylus (vel Digitus) Iambica, Molossica, Concinnitas, Cordax, Sicinnis.* Puto autem fuisse Corybantiacam. Corybantes enim, ut notum etiam Δάκτυλοι dicebantur. Fuisse autem horum saltationem aliquam, docet nos Scholiastes Sophoclis ad Aiacem. Τῶν ὀρχήσεων αἱ μὲν εἰσι Διονυσιακαὶ, αἱ δὲ Κορυβάντιαι. *Saltationum aliae quidem sunt Bacchicae, aliae autem Coribantiae.* Eustathius ad Iliad. ί. Κυρῆτες (qui iidem cum Coribantibus) ἐν Κρήτῃ πρόπολοι Διὸς, νέοι τινὲς ἐνόπλιον κίνησιν μετ' ὀρχήσεως ἀποδιδόντες. *Curetes in Creta famuli Iovis, iuvenes quidam armatam agitationem cum saltatione exhibentes.* Strabo lib. X. Πιθανὸν δέ φησιν ὁ Σκήψιος Κυρῆτας μὲν κ̓ Κορύβαντας εἶναι τὺς αὐτὺς, οἱ περὶ τὰς τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἁγιςείας πρὸς ἐνόπλιον ὄρχησιν ἤιθεοι κ̓ κόροι τυγχάνυσι παρειλημμένοι. *Probabile autem dicit Scepsius Curetas quidem & Corybantas esse eosdem, qui circa matris Deum caerimonias ad armatam saltationem adolescentes & pueri sunt adsumti.* Diomedes Grammaticus lib. III. *Dactylus, quem Graeci* Πολιτικὸν *adpellant, constat ex longa, & duabus brevibus, temporum quatuor, ut,* Romulus, *a tractu digitorum dictus, quem ad exprimendam organi modulationem faberrime adsectabant; vel ab Idaeis Dactylis, quos Curetas, sive Corybantas, Poetae adpellabant. Ili namque in insula Creta Iovem custodiendo, ne vagitu se parvulus proderet, lusus excogitato genere, clypeolis aeneis inter se concurrentes, tinnitu aeris illisi, rhythmica etiam pedis dactyli compositione, celavere vocem infantis.* Atque ex his verbis adparet, cur ἐνόπλιον κίνησιν μετ' ὀρχήσεως, *armatam agitationem cum saltatione*, Eustathius, ἐνόπλιον ὄρχησιν, *armatam saltationem*, Strabo dixerit. Ac praeterea observandum, quod dicat. *Rhythmica etiam pedis dactyli compositione.* Huc pertinet illud, quod Hesychius ait. Δάκτυλος. ὕτω καλεῖται ῥυθμῦ εἶδος, κ̓ κρύματος. *Dactylus. Ita vocatur rhythmi genus, & pulsationis.* Eleganter describit Nonnus Dionysiac. lib. III.

> Τοῖσι δὲ δαινυμένοισιν ἐπήτριμος ἄλλος ἐπ' ἄλλον
> Ἔμπνοος ἐσμαράγησε δόναξ Κορυβαντίδος Ἴδης.
> Ἐκ δὲ πολυτρήτοιο πόρυ σκιρτήματι χειρῶν
> Σύνθροον (a) ἐκρύσαντο μέλος μυκήτορος αὐλῦ
> Δάκτυλοι ὀρχηςῆρες ἐπιθλίβοντες ἀοιδήν.
> *His vero epulantibus continua alia post aliam*
> *Inflata sonabat arundo Corybantidis Idae.*
> *Sed ex illo multum perforato transitu exsultatione manuum*
> *Concordes pulsabant cantum mugientis tibiae*
> *Digiti saltatores allidentes cantum.*

ΔΑΝΑΗ.

In hac saltatione fabula Danaes exprimebatur. Meminit Arnobius lib. VII. *Si Leda, si Ganymedes fuerit saltatus, aut Danae, motum compescit irarum.*

ΔΑΦΝΗ.

Hac fabula Daphnes repraesentabatur. Ausonius in saltatorem ineptum Epigramm. LXXXIV.

> *Daphnen, & Nioben, saltavit simius idem;*
> *Ligneus ut Daphne, saxeus ut Niobe.*

Transtulit autem de isto Palladae, quod exstat Antholog. lib. II. Tit. XXXVIII. cuius lemma est, Εἰς ὀρχηςάς.

> Δάφνην, κ̓ Νιόβην, ὠρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός.
> Ὡς ξύλινος, Δάφνην. ὡς λίθινος, Νιόβην.
> *Daphnen & Nioben saltavit Memphis ille incurvus.*
> *Vt ligneus Daphnen; ut lapideus Nioben.*

ΔΕΙ-

(a) Nam male in priore editione positum Σύνθρονον. *Iac. Gronov.*

ΔΕΙΝΟΣ.

Hesychius. Δεῖνος, δίνησις εἶδος δέος. φοβερά. καὶ εἶδος ἐκπόματος καὶ ὄρχησις. *Agitatio, gyratio; species timoris; meticulosa; & genus poculi; & saltatio.* Athenaeus lib. xi. Ἔστι (Δεῖνος) καὶ γένος ὀρχήσεως, ὡς Ἀπολλοφάνης ἐν Δαυλίδι παρίστησιν οὑτωσί·

Δεῖνός τις δεινὸς καὶ καλαθίσκος οὑτοσί.

Est (dinus vel agitatio) etiam genus saltationis, ut Apollophanes in Daulide comprobat ita;

Agitatio quaedam gravis & calathiscus ille.

ΔΙΑΠΟΔΙΣΜΟΣ.

Hesychius. Διαποδισμὸς, εἶδος ὀρχήσεως. *Diapodismus, genus saltationis.* Eamdem fuisse plane existimo, quae Διποδία quoque, & Διποδισμὸς, nuncupabatur. Ipse postea alio quodam loco. Διποδία, ὀρχήσεως εἶδος. οἱ δὲ, Διποδισμός. *Dipodia, genus saltationis; aliis autem (dicitur) Dipodismus.* Certe dipodismi nomen corruptum apud Athenaeum lib. xiv. Χεὶρ καταπρὴνὴς χερσί, μηδιποδισμὸς, ξύλου παράληψις. *Manus praeceps manibus, medipodismus, ligni adsumtio.* Restituo, Χεὶρ καταπρηνὴς, Χεὶρ σιμὴ, Διποδισμὸς, Ξύλου. *Manus praeceps, Manus curva, Dipodismus, Lignia.* Vide quae notavimus infra in Χεὶρ σιμή.

ΔΙΑΡΡΙΚΝΟΥΣΘΑΙ.

Vide infra in Ῥικνοῦσθαι.

ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΗ.

Erat Baccho sacra, ut nomen loquitur. Scholiastes Sophoclis Aiace Lorario. Τῶν ὀρχήσεων αἱ μὲν εἰσι Διονυσιακαὶ, αἱ δὲ Κορυβάντιαι. Νύσιαι οὖν αἱ Διονυσιακαὶ, παρὰ τὴν Νύσαν. Κνώσσιαι δὲ, αἱ Κορυβάντιαι. *Saltationum aliae quidem sunt Bacchicae, aliae vero Corybantiae. Nysiae igitur (sunt) Bacchicae ad Nysa: Cnosiae autem Corybantiae.* Maxime haec Athenienfibus usitata. Athenaeus lib. iv. Διάφορος ἦν ἡ μουσικὴ παρὰ τοῖς Ἕλλησι. τῶν μὲν Ἀθηναίων τοὺς Διονυσιακοὺς χορούς, καὶ τοὺς κυκλίους, προτιμώντων. Συρακουσίων δὲ τοὺς ἰαμβιστάς. *Diversa fuit musica apud Graecos; Atheniensibus quidem Bacchicos choros & orbiculares praeferentibus; Syracusanis vero iambistas.*

ΔΙΟΣ ΓΟΝΑΙ.

Hac Iovis incunabula repraesentabantur. Lucianus De Saltat. Τὰς Διὸς γονὰς ὀρχούμενός τις, καὶ τὴν τοῦ Κρόνου τεκνοφαγίαν, παρωρχεῖτο καὶ τὰς Θυέστου συμφορὰς, τῷ ὁμοίῳ παρηγμένος. *Aliquis Iovis partum saltans, & Saturni comestionem liberorum, erronee incidebat in Thyestae calamitates, similitudine deductus.*

ΔΙΠΛΗ.

Hesychius. Διπλῆ, ὀρχήσεως εἶδος, ἢ χρήματος. *Diple (dupla) genus saltationis, aut pulsationis.* Erat vero inter saltationes Tragicas. Pollux lib. iv. cap. xiv. Καὶ μὲν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σιμὴ, χειροκαλαθίσκος, χεὶρ καταπλανὴς, ξύλου παράληψις, διπλῆ. *Et quidem tragicae saltationis modi, incurva, manucalathiscus, manus praeceps, ligni adsumtio, dupla.* Aristophanes Thesmoph.

Ἔξαιρε δὲ προθύμως
Διπλῆν χαίρειν χορείας.
Exime autem alacriter
Duplam gaudere choreae.

ΔΙΠΟΔΙΑ. ΔΙΠΟΔΙΣΜΟΣ.

Erat saltatio Laconica. Pollux lib. iv. capit. xiv. Καὶ διποδία δὲ, ὄρχημα Λακωνικόν. *Sed & dipodia, saltatio Laconica.* Inde Διποδιάζειν, saltationem istam saltare. Lacon quidam apud Aristophanem Lysistrata.

Ὦ Πολυχαρίδα, λάβε τὰ φυσατήρια,
Ἵν' ἐγὼ διποδιάξω γε κἀείσω καλόν.
O Polycharida, sume haec flatoria.
Vt ego saltem dipodismum & cantavero bene.

Etiam Διποδισμὸς dicebatur. Hesychius. Διποδία, ὀρχήσεως εἶδος. οἱ δὲ, Διποδισμός. *Dipodia, saltationis genus: alii autem Dipodismus.* Et ita ab Athenaeo indigetatur. Vide supra in voce Διαποδισμός.

ΔΙΠΟΛΙΑ.

Erat etiam Laconica saltatio; ac puto saltari solitam fuisse Diipoliorum festo, atque inde ei nomen inditum. Hesychius. Διπόλια ἑορτὴ Ἀθήνησιν. οἱ δὲ, Διϊπόλια· ὡς προδεδήλωται· καὶ εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως. *Dipolia, festum Athenis: alii autem Diipolia; ut ante fuit significatum; & genus saltationis Laconicae.*

ΔΡΙΤΗ.

Hesychius. Δριτὴ, πύελος, σκάφη. καὶ εἶδος ὀρχήσεως. *Drite, solium, ligo: & genus saltationis.*

ΕΚΑΤΕΡΙΣ.

In hac manus maxime movebantur. Pollux loco toties citato. Ἑκατερίδες δὲ καὶ θερμαστρίδες, ἔντονα ὀρχήματα. τὸ μὲν, χειρῶν κίνησιν ἀσκοῦν. ἡ δὲ θερμαστρὶς, πηδητικόν. *Hecaterides & Thermastrides (sunt) saltationes intentae: altera quidem exercens manuum agitationem; thermastris vero saltatorium.* Apud Athenaeum lib. xiv Κατερὶς dicitur. Sed legendum ἑκατερίδες monuit illic Casaubonus, praeclarissimum quondam Galliae suae ornamentum.

ΕΚΛΑΚΤΙΣΜΑ. ΕΚΛΑΚΤΙΣΜΟΣ.

Erat mulierum. Pollux. Τὰ δὲ ἐκλακτίσματα γυναικῶν ἦν ὀρχήματα, ἔδει γὰρ ὑπὲρ τὸν ὦμον ἐκλακτίσαι. *Excalcitrationes autem sunt saltationes mulierum, oportebat enim calcitrando super humerum eicere.* Vbi simul vides, qualis saltatio ista fuerit. Calcibus nempe in altum iactatis humeros superabant. Hesychius. Ἐκλα-

Ἐκλακτισμὸς, σχῆμα χορικῆ ὀρχήσεως συντόνου. *Excalcitratio, forma saltationis, vehementis per chorum*. De hac saltatione est locus iste Aristophanis Vespis.

ΦΙ. Σκέλος οὐράνιον γ' ἐκλακτίζων
Πρωκτὸς χάσκει. ΟΙ. κατὰ σαυτὸν ὅρα.
ΦΙ. Νῦν γὰρ ἐν ἄρθροις τοῖς ἡμετέροις
Στρέφεται χαλαρὰ κοτυληδών.
PHI. Crus coeleste excalcitrans
Podex dehiscit. OI. In te ipsum respice.
PHI. Nunc enim in membris nostris
Vertitur laxa & agilis cavitas femorum.

ΕΚΤΩΡ.

Hac repraesentabatur Hector, atque inde nomen. Lucianus De Salt. Μικρῦ μὲν ὀρχηςῦ ἀσελθόντος, καὶ τὸν Ἕκτορα ὀρχυμένυ, μιᾷ φωνῇ πάντες ἀνεβόησαν, ὡς Ἀςυάναξ, Ἕκτωρ δὲ πῦ; *Parvo quidem saltatore ingresso, & Hectorem saltante; una voce omnes exclamarunt: Tamquam Astyanax, Hector vero ubi?* Exstat Epigramma in statuam Helladiae, Hectorem saltantis, Anthologiae lib. IV. Tit. XXV.

Ἕκτορα μέν τις ἄεισε νέον μέλος. Ἑλλαδίη δὲ,
Ἑσσαμένη χλαίναν, πρὸς μέλος ἠντίασε.
Ἦν δὲ πόθος καὶ δεῖμα παρ' ὀρχηθμοῖσιν Ἐνυοῦς,
Ἄρσενι γὰρ ῥώμη θῆλυν ἔμιξε χάριν.
Hectorem quidem cantabat aliquis novum cantum; Helladie autem,
Induta laenam, ad cantum occurrit.
Erat autem desiderium & metus in saltationibus Bellonae:
Virili enim robori muliebrem miscuit venustatem.

ΕΜΜΕΛΕΙΑ.

Erat saltatio Tragica. Hesychius. Ἐμμέλεια, εἶδος ὀρχήσεως. τραγικὴ δὲ ἡ ὄρχησις. *Concinnitas, genus saltationis: tragica autem est saltatio*. Scholiastes Aristophanis Nubibus. Τρία εἴδη ὀρχήσεως. ἐμμέλεια μὲν, τραγική. σίκιννις, σατυρική. κόρδαξ κωμική. *Tria genera saltationis; concinnitas quidem, tragica; sicinnis, satyrica; cordax, comica*. Ammonius De Diff. Voc. Καλεῖται δὲ ἡ μὲν τραγικὴ ὄρχησις, ἐμμέλεια. *Vocatur vero quidem tragica saltatio concinnitas*. Ita recte locum illum emendandum censet, doctissimus Gallicae iuventutis, Philippus Maussacus. Lucianus De Salt. Τραγικὴ μὲν ἡ ἐμμέλεια, κωμῳδικὴ δὲ ὁ κόρδαξ. *Tragica quidem concinnitas, comoedica vero cordax*. Habes quoque apud Suidam, Etymologici Auctorem, & Pollucem lib. IV. capit. XIV. Aristides Orat. Κατὰ τῶν ἐξορχυμένων. Οἶδα δὲ καὶ Λακωνικάς τινας ὀρχήσεις καὶ τραγικάς γ' ἑτέρας, ἐμμελείας, οἶμαι, καλυμένας. *Novi autem & Laconicas quasdam saltationes & tragicas alias, concinnitates, opinor, vocatas*. Laudat hanc saltationem Plato. Hesychius in Ἐμμέλεια. Καὶ Πλάτων ἐπαινεῖ τὴν ὄρχησιν. *Et Plato laudat saltationem*. Locus autem Platonis est De Leg. lib. VII. Καὶ δύο δὲ τῶν ὀρχήσεων τῶν καλῶν εἴδη κατεςήσατο, τὸ μὲν πολεμικὸν, πυῤῥίχην. τὸ δὲ εἰρηνικὸν, ἐμμέλειαν. ἑκατέρῳ τὸ πρέπον τε καὶ ἁρμόττον ἐπιθεὶς ὄνομα. *Et duo autem saltationum pulcrarum genera constituit, bellicum, pyrrhicham; pacificum vero concinnitatem; utrique decorum & congruum imponens nomen*. A Satyro aliquo, Bacchi ministro, & inventam, & nomen accepisse tradit Lucianus loco citato. Τριῶν γῦν ὄντων τῶν γενικωτάτων ὀρχήσεων, κόρδακος, καὶ σικιννίδος, καὶ ἐμμελείας, οἱ Διονύσυ θεράποντες οἱ Σάτυροι, ταύτας ἐφευρόντες, ἀπ' αὐτῶν ἑκάςην ὠνόμασαν. *Quum igitur tres sint generalissimae saltationes, cordax, & sicinnis, & concinnitas, Bacchi ministri Satyri, qui illas invenerunt, ab sese quamque nominaverunt*. Huius species erat Ξιφισμός. Eustathius ad Iliad. σ'. Ὁ δὲ Παυσανίας λέγει, καὶ ὅτι ὀρχήσεως εἶδος ὁ καὶ ξιφισμὸς, καὶ σχῆμα ἐμμελείας. *Pausanias vero dicit etiam saltationis speciem esse & xiphismum, & formam concinnitatis*. Ex hac, & cordace, ac sicinnide, composita erat Italica saltatio a Bathyllo. Athenaeus lib. I. Τὸν Βάθυλλόν φησιν Ἀριςόνικος, καὶ Πυλάδην, ὗ ἐςὶ καὶ σύγγραμμα περὶ ὀρχήσεως, τὴν Ἰταλικὴν ὄρχησιν συςήσασθαι ἐκ τῆς κωμικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ. καὶ τῆς τραγικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο ἐμμέλεια. καὶ τῆς σατυρικῆς ἣ ἐλέγετο σίκιννις. *Aristonicus autem Bathyllum & Pyladem, cuius est etiam scriptum de saltatione, Italicam saltationem constitutam esse ex comica, quae vocabatur cordax; & tragica, quae vocabatur concinnitas; & satyrica, quae dicebatur sicinnis*. Et eleganter hanc saltabat idem Bathyllus. Eustathius ad Odyss. ψ'. Ἦν γῦν καὶ τραγικὴ ὄρχησις, ἡ καὶ ἐμμέλεια, καθ' ἣν Βάθυλλός, φασιν, Ἀλεξανδρεὺς, νομίμως ὠρχήσατο. *Erat igitur & tragica saltatio, quae & concinnitas, iuxta quam Bathyllus, dicunt, Alexandrinus legitime saltavit*. Porro non sola saltatio Ἐμμέλεια dicebatur; sed & cantus ille, qui ad tibia inter saltandum canebatur. Eustathius ad Iliad. σ'. Ἐκαλεῖτο δέ φησιν ἐμμέλεια, καὶ τὸ ὑπὸ τὴν τραγικὴν ὄρχησιν ᾀδόμενον αὔλημα. *Vocabatur autem, dicit, concinnitas, etiam tibiae cantilena ad tragicam saltationem cantata*. Recenset item inter cantus Pollux lib. IV. capit. VII.

ΕΠΑΓΚΩΝΙΣΜΟΣ.

Athenaeus lib. XIV. Ξύλυ παράληψις ἐπαγκωνισμὸς, καλαθισμὸς, ςρόβιλος. *Ligni adsumtio, cubitorum impulsio, calathismus, strobilus*. Habes in recensione saltationum, quam illic instituit. Videntur, qui saltabant, cubitis se mutuo impulisse; atque ex ea re nomen datum.

ΕΠΙΒΗΜΑ.

Saltatio chorica. Hesychius. Ἐπιβήματα, εἴδη χορικῆς ὀρχήσεως. *Epibemata, genera saltationis ad chorum*.

ΕΠΙΖΕΦΥΡΙΟΣ.

Haec Locrensibus Epizephyriis propria. Athenaeus lib. I. Ὀρχήσεις ἐθνικαὶ αἴδε, Λακωνικαὶ, Τροιζηνιακαὶ, Ἐπιζεφύριοι, Κρητικαὶ, Ἰωνικαὶ, Μαντινιακαὶ, ἃς προκρίνει Ἀριςόξενος διὰ

τὴν τῶν χειρῶν κίνησιν. *Saltationes gentiles hae: Laconicae, Troezeniacae, Epizephyriae, Creticae, Ionicae, Mantiniacae, quas praefert Aristoxenus propter manuum agitationem.*

ΕΠΙΚΡΗΔΙΟΣ.

Cretica saltatio. Athenaeus lib. XIV. Καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος τρόπος (a) τῆς ὀρχήσεως, καὶ αἱ πολλαὶ παρονομασίαι αὐτῶν, ὡς παρὰ Κρησὶν ὀρσίτης, καὶ ἐπικρήδιος. *Et omnis ille huiusmodi modus saltationis, & istae multae denominationis earum, ut apud Cretas Orsites, & Epicredius.*

ΕΠΙΛΗΝΙΟΣ.

Erat cantilena pariter, & ad eam composita saltatio, utraque a torculari dicta, ad quod, absoluta vindemia, canebatur, saltabaturque. Ac saltatione quidem, quidquid in vindemia fieret, accurate repraesentabatur. De cantilena, est apud Pollucem lib. IV. capit. VIII. ubi recensetur inter cetera. Ἰθυφαλλικά, ὠσχοφορικά, παροίνια, βάκχοι, ὑπορχήματα, θρίαμβοι, ἐπιλήνια. *Ithyphallica, oschophorica, vinalia, Bacchi, subsaltationes, triumphi, ad torcular.* Et mox. Καί τι καὶ ἐπιλήνιον αὔλημα, ἐπὶ βοτρύων θλιβομένων. *Sed etiam cantus tibiae ad torcular, quum racemi premuntur.* Habes quoque apud Athenaeum lib. V. Ἐπάτουν δὲ ἑξήκοντα Σάτυροι, πρὸς αὐλὸν ᾄδοντες μέλος ἐπιλήνιον. *Calcabant vero sexaginta Satyri, ad tibiam canentes cantum torculari aptum.* De saltatione, elegantissimus plane locus est apud Longum, ubi plenissime eam describit. Exstat autem Ποιμενικῶν lib. II. Δρύας δὲ ἀναστὰς, καὶ κελεύσας συρίζειν Διονυσιακὸν μέλος, ἐπιλήνιον αὐτοῖς ὄρχησιν ὠρχήσατο. καὶ ἐῴκει πότε μὲν τρυγῶντι, πότε δὲ φέροντι ἀῤῥίχους, εἶτα πατοῦντι τοὺς βότρυς, εἶτα πληροῦντι τοὺς πίθους, εἶτα πίνοντι τοῦ γλεύκους, ταῦτα πάντα οὕτως εὐσχημόνως ὠρχήσατο Δρύας, καὶ ἐναργῶς, ὥστε ἐδόκουν βλέπειν καὶ τὰς ἀμπέλους, καὶ τὸν λῆνον, καὶ τοὺς πίθους, καὶ ἀληθῶς Δρύαντα πίνοντα. *Dryas vero exsurgens, iubensque sibilare Bacchicum cantum, saltabat illis saltationem ad torcular solitam. Videbaturque nunc quidem vindemianti similis, nunc ferenti corbes, deinde calcanti racemos, mox implenti dolia, tum bibenti mustum. Ista omnia tam decenter saltavit Dryas, & manifeste, ut viderentur cernere & vites, & torcular, & dolia, & vere Dryanta bibentem.* Hanc ipsam designat Philostratus Iunior in Iconibus; ubi Mysos describit. Τί δ' ἂν εἴποις περὶ τῶν τρυγώντων; οἳ διὰ στενῆς ταύτης εἰσόδου εἰσφρήσαντες ἑαυτοὺς, ταλάροις ἐναποτίθενται τὸν καρπὸν, μάλα ἡδεῖς, καὶ πρόσφοροι τὴν ἡλικίαν τῷ ἔργῳ. παρθένοι τε γὰρ καὶ ἠΐθεοι εὔιον καὶ βακχικὸν ἐν ῥυθμῷ βαίνουσιν, ἐνδιδόντος αὐτοῖς τὸν ῥυθμὸν ἑτέρου. ὃν, οἶμαι, ξυνίης ἀπό τε τῆς κιθάρας, καὶ τοῦ λεπτὸν προσᾴδειν δοκεῖν τοῖς φθόγγοις. *Quid vero dixeris de vindemiantibus? qui per angustum illum introitum immittentes seipsos, corbibus imponunt fructum, valde laeti, & aetate opportuni operi. Puellae enim & adolescentes Evium & Bacchicum ad numerum incedunt, modum alio illis dictante; quem opinor intelligas & ab cithara, & quod minuta voce videatur accinere accentibus.* Et Maximus Tyrius Diss. XIV. Δοκοῦσι δέ μοι μηδὲ τὴν ἀρχὴν συστήσασθαι ἑορτὰς καὶ τελετὰς θεῶν ἄλλοι τινὲς ἢ γεωργοὶ, πρῶτοι μὲν ἐπὶ ληνῷ στησάμενοι Διονύσῳ χορούς. *Sed neque videntur omnino constituisse festa & imitationes Deorum alii quidam quam rustici, primi quidem ad torcular sistentes Baccho choros.* Et quae sequuntur. Observo autem Romanis etiam usitatam. Ecce apud Tacitum Annal. XI. *Messalina non alias solutior luxu, adulto autumno, simulacrum vindemiae per modum celebrabat: urgeri prela, fluere lacus, & feminae pellibus accinctae adsultabant, ut sacrificantes vel insanientes Bacchae, ipsa crine fluxo, thyrsum quatiens, iuxtaque Silius, hedera vinctus, gerere cothurnos, iacere caput, strepente circum procaci choro.*

(a) Haec vox nunc ex Athenaeo inseritur, ante hac male omissa. *Iac. Gronov.*

ΕΠΙΦΑΛΛΟΣ.

Athenaeus lib. XIV. Ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος. ταῦτα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Epiphallus, Choreus, Callinicus, Bellicum, Hedycomus; haec cum saltatione canebantur tibia.* Eadem ex illo Eustathius ad Iliad. φ'.

Ε Ρ Μ Η Σ.

Haec ita dicta, quod Mercurius, eiusque facta, in ista exprimerentur. Meminit Augustinus De Civitate Dei lib. VII. cap. XXVI. *Quid sunt ad haec malum Mercurii furta, Veneris lascivia, stupra, & turpitudines ceterorum? quae proferremus de libris, nisi quotidie cantarentur, & saltarentur, in theatris.*

ΕΥΡΩΠΗ.

In hac fabula de Europa, a Iove in taurum mutato rapta, repraesentabatur. Arnobius lib. VII. *Aut si Europa, si Leda, si Ganymedes fuerit saltatus, aut Danae, motus compescit irarum?* Hanc ipsam respexerit Prudentius Περὶ Στεφ. Hymno X.

Saltat Tonantem tauriformem ludius.

Η Δ Ι Ω Ν.

Pollux lib. IV. cap. XIV. Ἦν δὲ καὶ κῶμος, εἶδος ὀρχήσεως. καὶ τετράκωμος, Ἡρακλέους ἱερὰ καὶ πολεμική. ἦν δὲ καὶ κωμαστικὴ, μάχην καὶ πληγὰς ἔχουσα. καὶ ἡδύκωμος, ἡδίων, καὶ κνισμός. *Erat vero & Commessatio species saltationis; & Quadricomus, sacra Herculi, & bellica. Erat & Comastice, pugnam & verbera habens; & Hedycomus, Dulcior, & Pruritus.*

ΗΔΥΚΩΜΟΣ.

Vide citata Pollucis verba in Ἡδίων. Hesychius cantionis genus dicit. Ἡδύκωμος, εἶδος τε ᾠδῆς. *Hedycomus, genus etiam cantilenae.* Sed sciendum est, cantionem simul, & sal-

& ſaltationem ad illam compoſitam, fuiſſe. Obſervo apud Euſtathium ad Iliad. φ'. Ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ ϗ κλαυσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως δέ φησιν αὐτὰ ηὐλεῖτο. καθὰ ἱϛορεῖ Τρύφων. *Hedycomus, ſicinnothyrbe, oſtiipulſatorium, quod & flebile ad ianuam, pruritus, adrogans, ſed cum ſaltatione dicit illa canebantur tibia; pront memorat Tryphon.* Idem teſtatur Athenaeus lib. XIV.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

In hac Hercules ſaltabatur, eiuſque duodecim labores exprimebantur. Hieronymus in Epiſt. Ad Marcellam. *In theatralibus ſcenis hiſtrio nunc Herculem robuſtus oſtendit, nunc mollis in Venerem frangitur.*

ΗΡΑΚΛΗΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΣ.

Hac repraeſentabatur Hercules furens. Macrobius Sat. lib. II, cap. VII. *Quum in Herculem furentem prodiiſſet, & nonnullis inceſſum hiſtrioni convenientem non ſervare videretur, depoſita perſona, ridentes increpuit,* μωροὶ, μαινόμενον ὀρχοῦμαι: *ſtulti, furentem ſalto.* Saltabatur autem ad modulos; itaque obſervare eſt apud Suetonium Nerone cap. XXI. *Inter cetera cantavit Canacen parturientem, Oreſtem matricidam, Oedipodem excaecatum, Herculem inſanum.*

ΘΕΡΜΑΥΣΤΡΙΣ.

Furioſam ſaltationem vocat Athenaeus lib. XIV. Μανιώδεις δ' ἐισὶν ὀρχήσεις κερνοφόρος, ϗ μόγγας, ϗ θερμαϋϛρίς. *Sed furibundae ſaltationes ſunt cernophorus aut foculum gerens, mongas, & thermayſtris.* Non recte mox apud eumdem ſcribitur, θαϋμαϛρίς. Pollux lib. IV. cap. XIV. Ἑκατερίδες δὴ, ϗ θερμαϋϛρίδες, ἔντονα ὀρχήματα. τὸ μὲν, χειρῶν κίνησιν ἀσκοῦν. ἡ δὲ θερμαϋϛρὶς, πηδητικόν. *Hecaterides autem, & thermayſtrides, intentae ſaltationes: altera quidem manuum exercitans agitationem: ſed thermayſtris ſaltatorium.* Heſychius. Θερμαϋϛρὶς, σκεῦος παραπλήσιον καρκίνῳ, ᾧ χρῶνται, οἱ χρυσόχοοι. ϗ ὄρχησις ἔντονος, ϗ διάπυρος, διὰ τάχους. *Thermayſtris, vas ſimile cancro, quo utuntur auri flatores; & ſaltatio violenta ac ignita propter velocitatem.* Athenaeus, ut diximus, μανιώδη ὄρχησιν vocat; fueritque de hoc genere *Lymphaticum tripudium,* quod dicit Apuleius Mileſ. VIII. *Brachiiſque ſuis, humero tenus renudatis, attollentes immanes gladios, ac ſecures; evantes exſiliunt, incitante tibiae cantu lymphaticum tripudium.* Quia gladiorum illic mentio, putaret quiſpiam eſſe Κυβίϛησιν, aut Ξιφισμὸν, de quibus paulo poſt agemus; ſed diſcrimen facile colligitur ex deſcriptione, quae mox ſequitur. *Diuque capite demiſſo, cervices lubricis intorquentes motibus, crineſque pendulos rotantes in circulum, & nonnumquam morſibus ſuos incurſantes muſculos, ac poſtremum ancipiti ferro, quod gerebant, ſua quiſque brachia diſſecant.* Porro ἀπὸ τῆς θερμαϋϛρίδος formatum eſt verbum Θερμαϋϛρίζειν, *Saltare thermayſtridem.* Lucianus De Saltat. Τοῦτο νῦν ὁ ἡμέτερος λόγος διεξέρχεται, παρεὶς τὸ θερμαϋϛρίζειν, ϗ γέρανον ὀρχεῖσθαι. *Illud nunc ſermo noſter exſequitur, omittens ſaltare eo modo, quem thermayſtridem aut gruem exprimere dicimus.* Ita autem ſaltabant; ut, quum exſiliiſſent, antequam in terram referrentur, pedes inter ſe reciprocarent. Docet Euſtathius ad Odyſſ. θ'. Ὀρχήσεως εἶδος ἦν ϗ ἡ τοιαύτη διὰ σφαίρας παιδιὰ, ὡς δηλοῖ ϗ ὁ οὕτω γράψας. θερμαϋϛρὶς, ὄρχησις διὰ ποδῶν σύντονος. φησὶ γοῦν Κριτίας οὕτως· ἀναπηδήσαντες εἰς ὕψος, πρὸ τοῦ κατενεχθῆναι ἐπὶ γῆν, παραλλαγὰς πολλὰς τοῖς ποσὶν ἐποίουν. ὃ δὴ θερμαϋϛρίζειν ἔλεγον. *Saltationis genus erat etiam hic per pilam luſus, ut declarat iſte, qui ſic ſcripſit: Thermayſtris ſaltatio per pedes vehemens. Dicit igitur Critias ita: exſultantes in altum, antequam deferrentur ad terram, varios geſtus multoſque pedibus exhibebant; id quod dicebant thermayſtrizein.*

ΘΡΑΚΙΟΣ.

Athenaeus lib. XIV. Τὰ δὲ ϛασιμώτερα, ϗ ποικιλώτερα, καὶ τὴν ὄρχησιν ἁπλουϛέραν ἔχοντα, καλεῖται, δάκτυλος, ἰαμβικὴ, μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις, Περσικὴ, Φρύγιος, νικατισμὸς, Θράκιος, Καλαβρισμός. *Stabiliora vero, & magis varia, & ſaltationem ſimpliciorem habentia, vocantur digitus, iambica, moloſſica, concinnitas, cordax, ſicinnis, Perſica, Phrygius, nicatiſmus, Thracius, Calabriſmus.* Inde nempe nomen accepit, quod Thracum eſſet, quemadmodum aliae ſaltationes a populis quoque nuncupatae. Ac puto illam ipſam eſſe, quam deſcribit Xenophon de Cyri exped. lib. VI. Ἐπεὶ δ' αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο, ϗ ἐπαιώνισαν, ἀνέϛησαν πρῶτον Θρᾷκες, ϗ πρὸς αὐλὸν ὠρχήσαντο σὺν τοῖς ὅπλοις, ϗ ἥλλοντο ὑψηλά τε ϗ κούφως, ϗ ταῖς μαχαίραις ἐχρῶντο. τέλος δὲ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον παίει, ὡς πᾶσι δοκεῖν πεπληκέναι τὸν ἄνθρωπον. ὁ δ' ἔπαισε τεχνικῶς πως. ϗ ἀνέκραγον οἱ Παφλαγόνες. ϗ ὁ μὲν, σκυλεύσας τὰ ὅπλα τοῦ ἑτέρου, ἐξῄει ᾄδων Σιτάλκαν. ἄλλοι δὲ ϗ τῶν Θρᾳκῶν τὸν ἕτερον ἐξέφερον ὡς τεθνεῶτα. ἦν δὲ οὐδὲν πεπονθώς. *Quum vero libationes contigiſſent, & paeanem ceciniſſent, ſurrexerunt primo Thraces, & ad tibiam ſaltaverunt cum armis & ſalierunt alte ac leviter, & gladiis utebantur. Tamdem vero alter alterum pulſat, ut omnibus videretur hominum pulſaviſſe. Ille autem artificioſe quodammodo tetigit: & exclamaverunt Paphlagones. Et hic quidem poſt ſpoliatum armis alterum exibat canens Sitalcen: alii vero etiam alterum Thracem efferebant ut mortuum. At illi nihil acciderat.*

ΘΥΡΟΚΟΠΙΚΟΝ.

Eadem etiam Κρουσίθυρον dicebatur. Erat vero & ſaltatio, & tibiae cantus, ad quam ſaltabatur. Athenaeus lib. XIV. Αὐλήσεων δὲ ἐισὶν ὀνόματα, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομασιῶν, αἵδε. κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ αὐ-

τὸ αὐτὸ κ͵ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Inflationum tibiae nomina sunt, ut ait Tryphon in secundo Nominationum, haec: Comus, Bucoliasmus, Gingras, Tetracomus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Polemicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, illud ipsum quoque Crusithyron, Cnismus, Mothon; haec vero omnia cum saltatione tibiis canebantur.* Et ex eo Eustathius ad Iliad. φ'. Αὐλήσεως ὀνομασίαι, ὡς ὁ Ἀθήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ κ͵ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως δέ, φησιν, αὐτὰ ηὐλεῖτο, καθὰ ἱστορεῖ Τρύφων. *Inflationum tibiae nomina, prout Athenaeus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Polemicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Tyrocopicon, quod etiam Crusithyron, Cnismus, Mothon. Cum saltatione autem ait, ista ad tibiam canebantur, prout memorat Trypho.* Mutilus est in vocis huius interpretatione Hesychius. Θυροκοπιστικὸν, ἢ θυροκοπικὸν, οὕτως ἐκαλεῖτο. *Thyrocopisticum aut Thyrocopicum, ita vocabatur.*

ΙΑΜΒΙΚΗ.

Laudat Athenaeus lib. XIV. Τὰ δὲ στασιμώτερα, κ͵ ποικιλώτερα, κ͵ τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν ἔχοντα, καλεῖται, δάκτυλος, ἰαμβικὴ, μολοσσική. *Stabiliora vero, & magis varia, saltationemque habentia simpliciorem, vocantur Dactylus, Iambice, Molossice.* Maxime Syracusanis placebat. Idem alibi lib. IV. Διάφορος ἦν ἡ μουσικὴ παρὰ τοῖς Ἕλλησι. τῶν μὲν Ἀθηναίων τοὺς Διονυσιακοὺς χοροὺς, καὶ τοὺς κυκλίους, προτιμώντων. Συρακουσίων δὲ τοὺς ἰαμβιστάς. *Diversa fuit apud Graecos musica; Atheniensibus quidem praeferentibus choros Bacchicos & circumforaneos; Syracusanus vero iambistas.* Erat autem sacra Marti. Observo apud Diomedem Grammat. lib. III. *Non immerito melon hunc Iambicum, Gradalem quidam nuncupant, Gradivoque Marti augurant, quod gradariae pugnae, huius effectu moveantur.*

ΙΓΔΗ, sive ΙΓΔΙΣ.

Pollux lib. X. cap. XXIV. Ἔστι μὲν ἴγδη καὶ ὀρχήσεως σχῆμα. *Est quidem igde etiam forma saltationis.* Et laudat istum fragmentum Antiphanis Κοροπλάθῳ.

Γύναι, πρὸς αὐλὸν ἦλθες, ὀρχήσῃ πάλιν
Τὴν ἴγδην. ———

*Mulier, ad tibiam venisti, saltabis rursus
Igden.* ———

Athenaeo Ἴγδις dicitur lib. XIV. Erat autem saltatio ridicula. Verba Athenaei ista sunt. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις. ἴγδις, κ͵ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε, κ͵ σόβας. *Sed & ridiculae saltationes sunt; Igdis & Mactrismus, & Apocinus, & Sobas.* Hinc Ἰγδίζειν, *Idem saltare;* & Ἴγδισμα, verbale. Etymologici Auctor Ἴγδη. Ἔστι δὲ κ͵ εἶδος ὀρχήσεως ἰγδίσματα, ἐν ᾗ ἐλύγιζον τὴν ὀσφῦν ἐμφερῶς τῷ δοίδυκι. *Sunt vero etiam genus saltationis Igdismata, in qua torquebant lumbum similiter ac pistillum.* Vbi observa saltationis etiam modum, nimirum, qui saltabat, lumbos huc illuc inflectens agitabat non secus atque in mortario tudicula solet, quum quid tunditur.

ΙΖΩΣ.

Hesychius. Ἴζως, σχῆμα, ὀρχήσεως. *Izos, forma saltationis.*

ΙΘΥΜΒΟΣ.

Erat inter saltationes Laconicas formidabiles. Pollux lib. IV. cap. XIV. Ἦν δέ τινα κ͵ Λακωνικὰ ὀρχήματα δειμαλέα. σειληνοὶ δ' ἦσαν κ͵ ἐπ' αὐτοῖς σάτυροι, ὑπότροχα ὀρχούμενοι, καὶ ἴθυμβοι, ἐπὶ Διονύσῳ. *Erant vero etiam Laconicae nonnullae saltationes terribiles. Sileni erant, & praeter eos Satyri leni cursu saltantes, & Ithymbi, in honorem Bacchi.* Et ecce, Baccho propria erat. Hesychio Ἴθυμβος exponitur γελοιαστής.

ΙΤΑΛΙΚΗ.

Ita dicta, quia Italorum esset. Evidens etymologiae ratio. Constituta haec erat a Bathyllo, ac Pylade, ex cordace, emmelia, & sicinnide. Athenaeus lib. I. Τοῦτον τὸν Βάθυλλον φησὶν Ἀριστόνικος, ὃ ἐστι καὶ σύγγραμμα περὶ ὀρχήσεως, κ͵ Πυλάδην, τὴν Ἰταλικὴν ὄρχησιν συστήσασθαι ἐκ τῆς κωμικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ. κ͵ τῆς τραγικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο ἐμμέλεια. κ͵ τῆς σατυρικῆς, ἣ ἐλέγετο σίκιννις. *Hunc ipsum Bathyllum ait Aristonicus, cuius est quoque scriptum de saltatione, & Pyladen, Italicam saltationem constituisse ex comica, quae vocabatur cordax; & tragica, quae vocabatur concinnitas; & satyrica, quae dicebatur sicinnis.* Et observa, non invenit constituitque tantum cum Bathyllo Pylades, sed librum quoque de ea composuit; idque testatur etiam Suidas. Πυλάδης, Κίλιξ, ἀπὸ κώμης Μισθαρνῶν, ἔγραψε περὶ ὀρχήσεως τῆς Ἰταλικῆς, ἥτις ὑπ' αὐτοῦ εὑρέθη. *Pylades, Cilix, ex pago Misthamis, scripsit de saltatione Italica, quae ab illo inventa est.* De Bathyllo autem, & Pylade, res est nota.

ΙΩΝΙΚΗ.

Haec ab Ionibus, quorum esset, nomen accepit. Saltabant autem maxime Siculi, in Dianae honorem. Pollux lib. IV. cap. XIV. Τὸ δὲ (ὄρχημα) Ἰωνικὸν, Ἀρτέμιδι ὠρχοῦντο Σικελιῶται μάλιστα. *Istam autem (saltationem) Ionicam Dianae in primis saltabant Siculi.* Et quidem Dianae, cognomento Chitoneae. Athenaeus lib. XIV. Παρὰ δὲ Συρακουσίοις κ͵ Χιτωνέας Ἀρτέμιδος ὄρχησίς τις ἐστιν ἴδιος, κ͵ αὔλησις. ἦν δέ τις καὶ Ἰωνικὴ ὄρχησις παροίνιος. *Sed apud Syracusanos & Chitonenses saltatio Dianae erat peculiaris, & tibiarum inflatio. Erat vero etiam aliqua Ionica saltatio inter vina.* Et observa, saltasse inter pocula. De hac loquitur Horatius lib. III. Carmin. ode VI.

*Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo.* ———

Quo loco Interpres vetus. *Motus Ionicos. Salta-*

Saltationes lascivas, ac petulantes, instar Ionum; qui mollem saltationem membrorum gestibus adinvenerunt. Meminit Ionicae etiam saltationis Plautus Stychus Act. v. Sc. VII.

Qui Ionicus, aut cinaedicus, qui tale hoc facere possit?
Si isthoc me versu viceris, alio me provocato.

Maximus Tyrius Differt. XXI. Συβαριτικῶν αὐλημάτων ἐρασαὶ γινόμενοι, κὴ ὄρχησιν ἐπιτηδεύσαντες, οἵαν ὁ αὐλὸς ἠνάγκαζεν Ἰώνων. *Sybariticarum tibiae inflationum amatores, & saltationem exercentes, qualem tibia Ionum iniungebat.* Et mox. Καὶ αὐλὰς Βαθύλλα, κὴ ᾠδὴν Ἰωνικήν. *Et tibias Batylli, & cantilenam Ionicam.*

ΚΑΛΑΒΙΣ.

Hesychius. Καλαβίς. τὸ περισπᾶν τὰ ἰσχία, καλαβῦσθαι, ἐν τῷ τῆς Δερεατίδος ἱερῷ Ἀρτέμιδος ᾀδόμενοι ὕμνοι. *Calabis, circumagere femora, calabousthai in templo Dianae Dereatidis cantati hymni.* Sed corruptum, ac luxatum locum autumo; ac restituendum. Καλαβίδες, ἐν τῷ τῆς Δερεατίδος ἱερῷ Ἀρτέμιδος ᾀδόμενοι ὕμνοι. τὸ περισπᾶν τὰ ἰσχία καλαβῦσθαι. *Calabides, in templo Dianae Dereatidis cantati hymni. Circumagere lumbos notat calubousthai.* Neque aliter legendum apud Athenaeum existimo. Σχήματά δ' ἐστιν ὀρχήσεως ξιφισμὸς, καλαθισμὸς, καλλαβίδες, σκώψ. *Formae autem saltationis sunt xiphismus, calathismus, callabides, scops.* Editur illic, καλλακίδες. Rectius in sequentibus statim verbis habetur AEschyli fragmentum ex Theoris.

Καὶ μὲν παλαιῶν τῶν δέ σοι σκοπευμάτων,
Καλλαβίδων τε. ———
Et plane antiquarum harum tibi iaculationum,
Et callabidum. ———

Et Eupolidis in Parasitis.

Καλλαβίδας, κὴ βαίνει. ———
Callabidas vero incedit. ———

Videtur autem Laconica fuisse, quia saltabatur in templo Dianae Dereatidis, quae in Laconica celebrabatur. Vidimus in citatis statim Pollucis verbis. Erat autem & saltatio & cantilena, ad quam saltabatur. Licet observare ex loco Hesychii. Alia autem erat, ne confundas,

ΚΑΛΛΙΒΑΣ.

Et distinguit clare Hesychius cuius ista alibi verba. Καλλίβαντες, ὅμοια σμιλίοις κὴ ψαλίσιν, ἐν αἷς τὰς ὀσφῦς κοσμῦσιν αἱ γυναῖκες. ἄνθη, ἢ γένος ὀρχήσεως, ἀσχημόνως τῶν ἰσχίων κρατυμένων. *Callibantes, similia scalpris aut forficibus, quibus supercilia exornant mulieres; flores, aut species saltationis, indecenter femoribus positis.*

ΚΑΛΑΒΡΙΣΜΟΣ.

Inter simpliciores saltationes commemorat Athenaeus lib. XIV. Τὰ δὲ σαστιμώτερα, κὴ ποικιλώτερα, κὴ τὴν ὄρχησιν ἁπλυσέραν ἔχοντα, καλεῖται, δάκτυλος, ἰαμβική, Μολοσσική, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις, Περσική, Φρύγιος, νικατισμὸς, Θράκιος, καλαβρισμὸς, Τελεσίας. *Stabiliora vero, & magis diversa, & saltationem habentia simpliciorem, vocantur, Dactylus, Iambice, Molossice, Concinnitas, Cordax, Sicinnis, Persice, Phrygius, Nicatismus, Thracius, Calabrismus, Telesias.* Apud Pollucem scribitur κολαβρισμός. Vide infra in ea voce. Non dubitem tamen vel hic, vel illic, mendum esse:

ΚΑΛΑΘΙΣΚΟΣ.

Hesychius. Καλαθίσκος, εἶδος ὀρχήσεως, κὴ σκεῦος γυναικεῖον. *Corbiculus, species saltationis, & vas muliebre.* Corrigendus Athenaeus lib. XIV. Σχήματα δ' ἐστιν ὀρχήσεως, ξιφισμὸς, καλαθίσκος, καλλακίδες, σκώψ, σκώπευμα. *Formae autem saltationis sunt Xiphismus, Corbiculus, Callacides, Scops, Scopeuma.* Ac meminit mox iterum. Perperam editur utrobique καλαθισμός. Pollux inter tragicas saltationes censet lib. IV. cap. IV. Καὶ μὲν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σίμη χὴρ, καλαθίσκος, χὴρ καταπρηνής, ξύλυ παράληψις. *Et tragicae quidem saltationis formae, curva manus, corbiculus, manus praeceps, ligni adsumtio.* Ita locum illum restituendum infra monebo in Χεὶρ καταπρηνής.

ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΣ,

Erat saltatio Herculi sacra. Pollux lib. IV. cap. XIV. Καὶ φαλλικὸν ὄρχημα ἐπὶ Διονύσῳ. κὴ καλλίνικος, ἐφ' Ἡρακλεῖ. *Et phallica saltatio in honorem Bacchi; & Callinicus in Herculis.* Nempe ob productum ab inferis Cerberum. Hesychius indicat. Καλλίνικος, ὄνομα κύριον, κὴ εἶδος ὀρχήσεως, ἐπὶ τῇ τῦ Κερβέρυ ἀναγωγῇ. *Callinicus, nomen proprium, & species saltationis, ad celebrandam Cerberi eductionem.* Erat autem & saltatio, & cantilena, ad quam saltabatur. Athenaeus lib. XIV. Αὐλήσεως δ' ἐστὶν ὀνόματα. ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομασιῶν, αἵδε. κῶμος, βυκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ αὐτὸ κὴ κρυσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Tibiae inflandae autem adpellationes sunt, ut ait Tryphon in secundo Nominationum, istae: Comus, Bucoliasmus, Gingras, Tetracomus, Epiphalles, Callinicus, Polemicon, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Tyrocopicon, quod ipsum & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Ista vero omnia cum saltatione cantabantur tibia.* Et ex eo Eustathius ad Iliad. φ'. Αὐλήσεων ὀνομασίαι, ὡς Ἀθήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ κὴ κρυσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως δέ φησιν αὐτὰ ηὐλεῖτο, καθὰ ἱστορεῖ Τρύφων. *Tibiae inflandae adpellationes, prout Athenaeus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Polemicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicum, quod & Crusithyron, Cnismus, Motum. Cum saltatione autem dicit illa canebantur tibia, sicut refert Tryphon.*

ΚΑ-

ΚΑΝΑΚΗ.

Hac fabula de Canace repraesentabatur. Ausonius in saltatorem ineptum Epig. LXXXIII.

In Canace visum multo felicior ipsa,
Quod non hic gladio viscera dissecuit.

Saltabatur autem ad modulos. Itaque est observare apud Suetonium Nerone cap. XXI. *Inter cetera cantavit Canacem parturientem, Orestem matricidam*. Ausonii distichon expressum est de isto Lucilii, quod exstat Antholog. lib. II. Tit. Εἰς ὀρχηστὰς XXXVIII.

Ἀλλ' ἐπὶ τῆς Κανάκης ἀφυῶς, ὅτι καὶ ξίφος ἦν σοι,
Καὶ ζῶν ἐξῆλθες. τοῦτο παρ' ἱστορίαν.

Sed in Canace indecenter, quod & gladius erat tibi,
Et vivus existi. Id praeter historiam.

ΚΑΠΑΝΕΥΣ.

Haec saltatio Capanei, fulmine percussi, fabulam exhibebat. Ausonius Epig. LXXXIII. cuius lemma est, *In saltatorem ineptum*.

Deceptae felix casus se miscuit arti;
Histrio saltavit, qui Capanea ruit.

Quae expressa sunt de istis Lucilii Antholog. lib. II. Tit. XXXVIII.

Πάντα καθ' ἱστορίαν ὀρχούμενος, ἓν τὸ μέγιστον
Τῶν ἔργων παριδὼν, ἠνίασας μεγάλως.
Τὴν μὲν γὰρ Νιόβην ὀρχούμενος, ὡς λίθος ἔστης.
Καὶ πάλιν, ὢν Καπανεὺς, ἐξαπίνης ἔπεσες.

Omnia iuxta historiam saltans, unum maximum
Agendorum negligens, turbavisti, magnopere.
Quippe Nioben quidem saltans, ut lapis stetisti
Et rursus, ut Capaneus, e vestigio lapsus es.

Lucianus De Salt. Ἄλλοτε δέ ποτε μηκίστου τινὸς ὑπὲρ τὸ μέτριον ὀρχεῖσθαι τὸν Καπανέα ἐπιχειροῦντος, καὶ προσβάλλειν τοῖς Θηβαίων τείχεσιν, ὑπέρβηθι, ἔφασαν, τὸ τεῖχος, οὐδέν σοι δεῖ κλίμακος. *Alias autem quandoque procerissimo aliquo ultra modum adgrediente saltare Capanea, & invadere muros Thebanorum, transscende, dicebant, murum, non eges scalis.*

ΚΑΠΡΙΑ.

Hanc in armis saltabant. Hesychius. Καπρία, εἶδος ὀρχήσεως ἐνόπλου. *Capria, species saltationis armatae*. Sed puto incidisse eum in mendosum codicem; ac potius legendum fuisse.

ΚΑΡΠΕΑ.

De qua non multo post ait. Καρπέα, ὄρχησις Μακεδονική. *Carpea, saltatio Macedonica*. Verum rectius erit,

ΚΑΡΠΑΙΑ.

Ita apud Xenophontem scribitur, De Cyri Exped. lib. VI. ubi accurate describitur istis verbis. Μετὰ τοῦτο Αἰνιᾶνες, καὶ Μάγνητες ἀνέστησαν, οἳ ὠρχοῦντο τὴν Καρπαίαν καλουμένην ἐν τοῖς ὅπλοις. ὁ δὲ τρόπος τῆς ὀρχήσεως ἦν ὅδε. ὁ μὲν, παραθέμενος τὰ ὅπλα, σπείρει καὶ ζευγηλατεῖ, πυκνὰ μεταστρεφόμενος, ὡς φοβούμενος. λῃστὴς δὲ προσέρχεται. ὁ δ', ἐπειδὰν προΐδηται ἅπαντα ἁρπάσας τὰ ὅπλα, καὶ μάχεται πρὸ τοῦ ζεύγους. (καὶ οὗτοι ταῦτ' ἐποίουν ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν) καὶ τέλος ὁ λῃστὴς δήσας τὸν ἄνδρα, καὶ τὸ ζεῦγος ἀπάγει. ἐνίοτε δὲ καὶ ὁ ζευγηλάτης τὸν λῃστήν. εἶτα παρὰ τοὺς βοῦς ζεύξας, ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένον ἐλαύνει. *Posthac AEnianes & Magnetes surrexerunt, qui saltabant illam quam vocant Carpaean in armis. Modus autem saltationis hic erat. Alter quidem, positis armis sementem facit & boves duos agitat, crebro revertens, tamquam metuens. Accedit autem latro. Ille autem simul ac prospexit, occurrit adreptis armis, & propugnat suos boves. (Et illi faciebant ista in concordi convenientia ad tibiam) & tamdem latro vinciens virum, etiam boum iugum abducit. Interdum vero & agitator boum latronem deinde adligans bubus, post terga manus revinctum agit.* Citat hunc Xenophontis locum etiam Athenaeus lib. V. De hac ipsa porro saltatione est locus iste Maximi Tyrii Dissert. XII. Οὐδὲ τὰ Αἰνιάνων θεάματα ἐπαινῶ, ὅσα ἐν Πόντῳ εὐφραίνονται Αἰνιᾶνες, οἱ μὲν δρῶντες, οἱ δὲ, ὁρῶντες. ἄνδρες δύο μιμοῦνται μάχην, ὁ μὲν αὐλοῦντος ἄλλου. ὁ μὲν αὐτοῖν, γεωργός τέ ἐστι καὶ ἀροῖ. ὁ δὲ, λῃστὴς, καὶ ὅπλα ἔχει. κεῖται δὲ καὶ τῷ γεωργῷ τὰ ὅπλα ἀσχοῦ. ἐπειδὰν δὲ ὁ λῃστὴς ἔλθῃ, ἀφέμενος ὁ γεωργὸς τοῦ ζεύγους, δραμὼν ἐπὶ τὰ ὅπλα, συμπεσόντες μάχονται, παίοντες τὰς ἀσπίδας, καὶ μιμούμενοι τὰ τραύματα καὶ πτώματα. θεάματα οὐ συμποτικά. *Neque AEnianum spectacula laudo, quae in Ponto hilares celebrant AEnianes, alii quidem facientes, alii vero videntes. Viri duo imitantur pugnam, alio tibiam inflante: alter eorum agricola est & arat; alter autem latro & arma habet. Sed & agricola habet prope posita arma. Igitur ubi venit latro, agricola omittens iugum boum, celeriter se conferens ad arma, congressi pugnant, verberantes facies, & imitantes vulnera & cadavera. Spectacula non convivalia.*

ΚΑΡΥΑΤΙΣ.

Erat Laconica & Dianae sacra. Pollux lib. IV. cap. XIV. Ἦν δέ τινα καὶ Λακωνικὰ ὀρχήματα δειμαλέα. Σειληνοὶ δ' ἦσαν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς Σάτυροι, ὑπότροχα ὀρχούμενοι. καὶ Ἴθυμβοι, ἐπὶ Διονύσῳ. καὶ Καρυατίδες, ἐπὶ Ἀρτέμιδι. *Erant quaedam & Laconicae saltationes terribiles. Sileni vero erant, & super hos Satyri leni cursu saltantes; & Ithymbi in honorem Bacchi; & Caryatides in Dianae.* Et saltare hanc, Καρυατίζειν dicebatur. Lucianus De Saltat. Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἄριστοι Ἑλλήνων εἶναι δοκοῦντες, παρὰ Πολυδεύκους καὶ Κάστορος καρυατίζειν μαθόντες. (ὀρχήσεως δὲ καὶ τοῦτο εἶδος, ἐν Καρύαις τῆς Λακωνικῆς

νικῆς διδασκόμενον) ἅπαντα μετὰ Μουσῶν ποιοῦσιν. *Lacedaemonii quidem, qui videntur esse optimi Graecorum, & ab Polluce & Castore didicerunt Caryatizare (quod & ipsum est genus saltationis in Caryis Laconici doceri solitum) omnia cum Musis faciunt.* Vbi simul hoc observa; a Caryis, Laconicae urbe, nomen accepisse; & a Dioscuris illic primum institutam.

ΚΑΤΕΡΙΣ.

Athenaeus in recensione saltationum antiquarum lib. XIV. Θαυμαστρὶς, κατερίδες, σκοπὸς, χεὶρ καταπρηνής. *Thaumastris, caterides, scopus, manus praeceps.* Sed corruptus est locus, legendumque, Ἑκατερίδες, non κατερίδες. Vide supra in Ἑκατερίς.

ΚΕΛΕΥΣΤΗΣ.

Athenaeus lib. XIV. Μετ' αὐλῶν δὲ ὠρχοῦντο τὴν τοῦ κελευστοῦ, καὶ τὴν καλουμένην πινακίδα. *Sed ad tibias saltabant illam celeustae, & quae vocantur Pinacis.* Et observa, ad tibias saltari consuevisse.

ΚΕΡΝΟΦΟΡΟΣ.

Erat furiosa. Athenaeus loco citato. Μανιώδεις δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, κερνοφόρος, καὶ μόγγας, καὶ θερμαυστρίς. *Furibundae vero sunt saltationes, Cernophorus, & Mongas, & Thermaystris.* Nominis rationem reddit Pollux lib. IV. capit. XIV. Τὸ γὰρ κερνοφόρον ὄρχημα οἶδα, ὅτι κέρνα, ἢ ἐσχαρίδεις, ἔφερον. *Nam cernophoron saltationem novi, quod cerna, vel foculos, portabant.*

ΚΙΔΑΡΙΣ.

Erat Arcadica. Athenaeus. Εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις, ὥσπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι, σπουδαῖαι καὶ φαῦλαι ὀρχήσεις. ὁ μὲν κόρδαξ παρ' Ἕλλησι φορτικὸς, ἡ δ' ἐμμέλεια σπουδαία. καθάπερ καὶ ἡ παρὰ Ἀρκάσι κίδαρις, παρὰ Σικυωνίοις τε ὁ ἀλητήρ. *Sunt vero etiam apud Graecos, seriae & vitiosae saltationes: cordax quidem apud Graecos atrox, sed concinnitas seria; sicut etiam cidaris apud Arcadas, & aleter apud Sicionios.*

ΚΛΩΠΕΙΑ

Hesychius. Κλώπεια, ὄρχησίς τις. ὡς Ἰόβας ἐν τετάρτῳ θεατρικῶν. *Furtum, saltatio quaedam, ut Iobas in quarto rerum theatralium.*

ΚΝΙΣΜΟΣ.

Pollux lib. IV. cap. XIV. Ἦν δὲ κῶμος εἶδος ὀρχήσεως, καὶ τετράκωμος, Ἡρακλέους ἱερὰ, καὶ πολεμική. ἦν δὲ καὶ κωμαστική, μάχην καὶ πληγὰς ἔχουσα, καὶ ἡδύκωμος, ἠδίων, καὶ κνισμός. *Erat vero Comus species saltationis, & Tetracomus, sacra Herculis, & bellica. Erat vero & Comessabunda pugnam & plagas habens, & Hedycomus, Edion, & Cnismus.* Erat autem pariter & saltatio, & cantus tibiae, ad quem saltabatur. Athenaeus lib. XIV. Αὐλήσεων δ' ἐστὶν ὀνόματα, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομασιῶν, αἵδε. κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ αὐτὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Tibiae inflandae nomina sunt, ut ait Tryphon in secundo Nominationum, haec: Comus, Bucoliasmus, Gingras, Tetracomus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod ipsum & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Haec vero omnia ad saltationem tibia canebantur.* Et ex eo Eustathius ad Iliad. φ'. Αὐλήσεως ὀνομασίαι, ὡς ὁ Ἀθήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως δὲ, φησιν, αὐτὰ ηὐλεῖτο, καθὰ ἱστορεῖ Τρύφων. *Tibiae cantilenarum nominationes, prout Athenaeus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Cum saltatione autem, ait, istae tibia canebantur, sicut refert Tryphon.* Ad cantum quod attinet, eius meminit Hesychius. Κνισμὸς, ζηλοτυπία, ἢ μέλος τι κνισμῷ αὐλούμενον. *Cnismus, amara vellicatio amoris causa, aut cantilena quaedam in pruritu tibia cantata.*

ΚΝΩΣΣΙΑ.

Sophocles Aiace.

——— ὅπως μοι
Νύσια, Κνώσια
Ὀρχήματα αὐτοδαῆ
Ξυνὼν ἰάψῃς.
——— *ut mihi*
Nyssae Cnossiae
Saltationes sponte discendas
Praesens addas.

Vbi Scholiastes vetus. Τῶν ὀρχήσεων αἱ μὲν εἰσὶ Διονυσιακαὶ, αἱ δὲ Κορυβαντίαι, καὶ ἐνόπλιοι. Νύσαι οὖν αἱ Διονυσιακαὶ, παρὰ τὴν Νύσαν. Κνώσσιαι δὲ, αἱ Κορυβαντίαι. καὶ Κνωσσὸς γὰρ πόλις Κρήτης. *Saltationum aliae quidem sunt Bacchicae, aliae vero Corybantiae, & armatae. Nysiae igitur Bacchicae ad Nysa: Cnossiae vero Corybantiae: nam & Cnossus urbs Cretae.* Demetrius Triclinius. Νύσσος, καὶ Κνωσσὸς, πόλεις, ἐν αἷς Διονύσου τιμωμένου ὀρχήσεις ἐγίνοντο. *Nyssus enim & Cnossus urbes, in quibus, quum coleretur Bacchus, erant saltationes.* Erat haec saltatio talis. Iuvenes puellaeque implicatis manibus choreas agitabant; quod saltandi genus a Daedalo auctore originem trahit. Observo apud Eustath. ad Iliad. extremum XVIII. Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ, ὅτι διακεχωρισμένως χορευόντων τῶν πρὶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, πρῶτοι οἱ μετὰ Θησέως σωθέντες ἐκ τοῦ λαβυρίνθου ἑπτὰ ἠΐθεοι καὶ τοσαῦται παρθένοι, ἀναμὶξ ἐχόρευσαν, ὑπὸ καθηγητῇ τῷ Δαιδάλῳ κατὰ Κνωσσὸν πόλιν Κρήτης. περὶ ἧς ἀλλαχοῦ τε, καὶ ἐν τοῖς τῶν Περιηγητοῦ δὲ ἐρρέθη, ἀφ' ἧς καὶ τὰ Κνώσσια παρὰ Σοφοκλεῖ ὀρχήματα. *Dicunt autem veteres, olim separatim choreas agentibus viris ac feminis, primos illos, qui cum Theseo fuerunt servati*

ex labyrintho septem adolescentes, & totidem puellae, mixtim chorum egisse sub ductore Daedalo in urbe Cretae Cnosso; de qua alibi & in commentariis Periegetae dictum est, a qua etiam Cnossiae saltationes apud Sophoclen. Ergo fuerit illa saltatio, quae alio nomine Ὅρμος dicebatur. De qua infra suo loco.

ΚΟΛΑΒΡΙΣΜΟΣ.

Erat armata saltatio Thracum, & Carum. Pollux lib. IV. cap. XIV. Καὶ κολαβρισμὸς, Θράκιον ὄρχημα, καὶ Καρικόν. ἦν δὲ καὶ τοῦτο ἐνόπλιον. *Et Colabrismus, Thracica saltatio, & Carica. Erat vero haec etiam armata.* Puto hanc esse, quam describit Thraces saltantes Xenophon De Cyri expedit. lib. VI. Ἐπεὶ δὲ αἱ σπονδαί τε ἐγένοντο, καὶ ἐπαιώνισαν, ἀνέστησαν πρῶτον Θρᾶκες, καὶ πρὸς αὐλὸν ὠρχήσαντο σὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ ἥλλοντο ὑψηλά τε καὶ κούφως, καὶ ταῖς μαχαίραις ἐχρῶντο. τέλος δὲ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον παίει, ὡς πᾶσι δοκεῖν πεπληγέναι τὸν ἄνθρωπον· ὁ δ᾽ ἔπαισε τεχνικῶς πως. καὶ ἀνέκραγον οἱ Παφλαγόνες. καὶ ὁ μὲν σκυλεύσας τὰ ὅπλα τοῦ ἑτέρου, ἐξῄει ᾄδων σιτάλκαν. ἄλλοι δὲ καὶ τῶν Θρακῶν τὸν ἕτερον ἐξέφερον ὡς τεθνεῶτα. (Vide supra in Θράκιος.) Huc pertinet illud Hesychius. Κολαβρίζειν, σκιρτᾶν. *Colabrizein, saltare.*

ΚΟΛΕΑ.

Hesychius. Κολέα, ποιά τις ὄρχησις. *Colea, qualiscumque saltatio.* Eadem, ut puto est,

ΚΟΛΙΑ.

Apud eumdem Hesych. Κολία, ὀρχήσεως εἶδος. *Colia, species saltationis.* Inde Κολιάζειν, saltationem illam saltare. Idem Hesychius Κολιάσαι, ὀρχήσασθαι. *Coliasai, saltare.*

ΚΟΜΗΤΙΚΗΝ.

Hesychius. Κωφικὸν τρόπον. κομητικὴν ὄρχησιν. *Leviculum modum; splendidam saltationem.* Sed puto scribendum, κωμητικὴν ὄ. *vicanam s.* Et fuisse videtur saltatio levicula, per vicos fieri solita.

ΚΟΝΙΣΑΛΟΣ.

Inter inhonestas erat. Hesychius. Κονίσαλος, κονιορτὸς, σκίρτησις σατυρικὴ, ἡ τῶν ἐντεταμένων τὰ αἰδοῖα. *Conisalos, pulvis, exsultatio satyrica cum erectis pudendis.* Et ecce, satyrica erat.

ΚΟΡΔΑΞ.

Comica erat. Pollux lib. IV. capit. XIV. Εἴδη δὲ ὀρχημάτων, Ἐμμέλεια, τραγική. Κόρδακες, κωμική, Σίκιννις, σατυρική. *Species vero saltationum, Concinnitas, tragica; Cordaces, Comica; Sicinnis, Satyrica.* Harpocration. Ὁ κόρδαξ κωμικῆς ὀρχήσεώς ἐστιν εἶδος, καθάπερ φησὶν Ἀριστόξενος ἐν τῷ περὶ τῆς τραγικῆς ὀρχήσεως. *Cordax comicae saltationis est species, sicut dicit Aristoxenus in scripto de tragica saltatione.* Moschopulus. Κόρδαξ, κωμικῆς ὀρχήσεως εἶδος. *Cordax, comicae saltationis species.* Vide quoque Etymologici Auctorem in Σίκιννις, & Suidam, ac Ammonium in Κόρδαξ. Lucianus De Saltatione. Δοκεῖς δέ μοι, ὅταν κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπαινῇς, ἐπιλελῆσθαι ὅτι καὶ ἐν ἑκατέρᾳ ἐκείνων ὀρχήσεων ἴδιόν τε εἶδός ἐστιν. οἷον, τραγικὴ μὲν, ἡ ἐμμέλεια. κωμῳδικὴ δὲ, ὁ κόρδαξ. *Videris autem mihi, quum comoediam & tragoediam laudas, oblitus esse, in utraque harum saltationum esse aliquam peculiarem speciem; utpote tragica quidem concinnitas; comoedica vero cordax.* Erat autem lascivior. Scholiastes Aristotelis ad Rhetor. lib. III. cap. VIII. Ἔστι δὲ τὸ κορδακίζειν, εἶδος ἀνειμένης ὀρχήσεως. *Est vero cordacizein genus remissae saltationis.* Scholiastes Aristophanis Nubibus ad istud Comici:

——— οὐδὲ κόρδαχ᾽ εἵλκυσεν.
——— *neque cordacem traxit.*

Ita notat. Κόρδαξ κωμικὴ (ὄρχησις) ἥτις αἰσχρῶς κινεῖ τὴν ὀσφῦν. *Cordax comica (saltatio) quae impudenter movet lumbum.* Hesychius. Κόρδαξ εἶδος ὀρχήσεως ἀσέμνως κοσμούσης. *Cordax, species saltationis, indecenter adrogantis.* Et mox. Κορδακίζουσα, αἰσχρὰ ὀρχήσασα. *Cordacizusa, turpia saltans.* Thomas Magister. Κόρδαξ, αἰσχρά τις ὄρχησις. *Cordax, foeda quaedam saltatio.* Suidas. Κορδακίζει, αἰσχρῶς ὀρχεῖται. *Cordacizei, turpiter saltat.* Ulpianus in Demosthenis Olynth. II. Κορδακισμός ἐστιν εἶδος ὀρχήσεως αἰσχρᾶς, καὶ ἀπρεποῦς. *Cordacismus est species saltationis turpis & indecorae.* Quippe saltabatur ab ebriis. Ideo Demosthenes in Oratione illa coniungit. Ἀκρασίαν τοῦ βίου, καὶ μέθην, καὶ κορδακισμούς. *Incontinentiam vitae, & ebrietatem, & cordacismos.* Scholiastes Anonymus in eamdem Orationem. Κορδακισμοὺς, τὰς μετὰ μέθης ὀρχήσεις. *Cordacismos, saltationes cum ebrietate.* Mnesimachus in Hippotropho apud Athenaeum lib. IX. Κρατὴρ ἐξερροίβδηται, οἴνου πρόποσις χορεῖ, λέπεται ὁ κόρδαξ. *Crater exhaustus est, vini propinatio venit, linquitur cordax.* Aristophanes Nubibus.

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
Ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους ἱππέας κακὸς κακῶς,
Προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην, τοῦ κόρδακος εἵνεκα.

Eupolis quidem Marican primum adtraxit,
Eiiciens nostros equites malus male,
Adponens sibi vetulam ebriam, cordacis causa.

Itaque Theophrast. in Eth. Charact. cap. περὶ ἀπονοίας, desperati notam dicit, sobrium aliquem saltare cordacem; quum nimirum ebriorum id tantum esset. Ἀμέλει δυνατὸς καὶ ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα, καὶ προσωπεῖον ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ. *Scilicet sustinens etiam saltare sobrius cordacem, & personam habens in comico choro.* Ex hac in partem constabat, Italica quae dicebatur. Athenaeus lib. I. Φησὶν Ἀριστόνικος τὴν Ἰταλικὴν ὄρχησιν συστήσασθαι ἐκ τῆς κωμικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ. *Dicit Aristonicus Italicam saltationem constitisse ex comica, quae vocabatur cordax.* Sed hoc de Bathyllea proprie intelligendum, ut observare est apud Plutarchum, qui hoc velle censeri debet, quum dicit illam τοῦ κόρδακος ἀπολομένου, *finitimam*

timam cordaci. Locus est Sympos. lib. VII Quaest. VIII. Ἀποπέμπω δὲ τῆς ὀρχήσεως τὴν Πυλάδειον, ὀγκώδη, καὶ παθητικὴν, καὶ πολυπρόσωπον οὖσαν. οἴδει δὲ τῶν ἐγκωμίων, ἃ Σωκράτης περὶ ὀρχήσεως διῆλθε. δέχομαι τὸν Βάθυλλον, αὐτόθεν πέζαν τοῦ κόρδακος ἁπτομένην. *Dimitto autem ab saltatione Pyladeam, tumidam, & concitatam, & multarum personarum. Est autem tuberosa encomiis, quae Socrates de saltatione exsequutus est. Accipio Bathylleam, ex se humilitatem cordacis tangentem.* Verum corruptus iste locus. Nam cui rei illic vox, πέζαν? Interpungo, & restituo, δ. τ. Β. αὐτόθεν, πεζὴν, τοῦ κ. ἁ. *accipio Bathylleam ex se humilem, c. t.* Vide antithesin. Negat placere sibi saltationem Pyladeam, utpote quae sit nimis tumida; contra autem placere Bathylleam ait, quippe pedestrem: id est, humilem, simplicemque. Opponitur ὁ πεζὸς τῷ ὀγκώδει, *pedester inflato*. Certissima emendatio mea. Nomen autem accepit a Cordace, Bacchi ministro, inventore. Lucianus docet lib. De Salt. Τριῶν γοῦν οὐσῶν τῶν γενικωτάτων ὀρχήσεων. κόρδακος, καὶ σικίννιδος, καὶ ἐμμελείας, οἱ Διονύσου θεράποντες οἱ Σάτυροι, ταύτας ἐφευρόντες, ἀπ' αὐτῶν ἑκάστην ὠνόμασαν. *Quum igitur tres sint maxime generales saltationes, cordax, & sicinnis, & concinnitas; Bacchi ministri Satyri, illi qui has invenerunt, ab illis unamquamque nominarunt.* Atque hinc intelligendus est Arrianus, Satyricam saltationem dicens; non quod talis illa esset (nam Comica erat, ut iam pluribus Auctorum locis satis ostensum) sed quod a Cordace Satyro inventa crederetur. Verba eius ecce in Indicis. Καὶ ὄρχησιν δὲ ἐκδιδάξαι (ὁ Διόνυσος ἔδωκε) τὴν Σατυρικὴν, τὸν κόρδακα παρ' Ἕλλησι καλούμενον *Et saltationem vero edocuisse (Bacchus videtur) Satyricam, cordacem apud Graecos vocatum.* Omnino illustrari debebat iste locus, aliter obscurus. Ab hoc cordace etiam Diana cognomento Κόρδακα dicta. Pausanias Eliac. II. Προελθόντι δὲ ὅσον τε στάδιον σημεῖά ἐστιν ἱεροῦ Κορδάκας ἐπίκλησιν Ἀρτέμιδος. ὅτι οἱ τοῦ Πέλοπος ἀκόλουθοι τὰ ἐπινίκια ἤγαγον παρὰ τῇ θεῷ ταύτῃ, καὶ ὠρχήσαντο ἐπιχώριον τοῖς περὶ τὸν Σίπυλον κόρδακα ὄρχησιν. *Progresso autem fere stadium signa sunt templi Cordacae cognomento Dianae; quoniam Pelopis asseclae victorias celebrarunt apud illam Deam, & saltaverunt indigenam Sipyli accolis saltationem cordacem.* Meminit huius saltationis Aristides Orat. in Prodit. Myst. Καὶ δῆτα ἡδὺς ἦν ὁ κορυφαῖος, ἰὼν κατόπιν τοῦ χοροῦ, προσῆπτον δέ τι καὶ ἄλλο τοῦ κόρδακος εἵνεκα. *Et sane suavis erat praesul, incedens post chorum. Adnexuerunt vero & aliud quid cordacis causa.* Cicero in Oratore. *Trochaeum autem, qui est eodem spatio quo choreus, cordacem (Aristoteles) adpellat, quia contractio, & brevitas, dignitatem non habeat.* Item Quintilianus lib. IX. capit IV. *Et (licet) herous, qui idem est dactylus, Aristoteli amplior, iambus humanior videatur: trochaeum, ut nimis currentem, damnet; eique cordacis nomen imponat.* Sed ego in Cicerone, *cordacicum adpellat*: in Quintiliano, *eique cordacici nomen*, i. legendum censuerim. Nam Aristoteles, quem uterque laudat, non κόρδακα dixit, sed κορδακικόν. Locus est Rhetoric. lib. III. cap. VIII. Τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος, σεμνὸς, καὶ λεκτικὸς, καὶ ἁρμονίας δεόμενος. ὁ δ' ἴαμβος, αὐτή ἐστιν ἡ λέξις τῶν πολλῶν. διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. δεῖ δὲ σεμνότητα γενέσθαι καὶ ἐκστῆσαι. ὁ δὲ τροχαῖος, κορδακικώτερος. *Rhythmorum vero herous, gravis, & dicendo aptus, & concordiam requirens. Iambus autem est ipsa dictio multorum. Idcirco dicentes maxime ex omnibus metris pronuntiant Iambica. Oportet vero gravitatem adesse & percellere. Trochaeus autem cordaci convenientior.* Mentio praeterea Cordacis etiam apud Nicetam occurrit in Man. Comneno lib. III. ubi de Camateo Logotheta. Ἀνθρώπων δὲ ὀψαγότατος ὢν, καὶ οἰνοφλύγων ὁ κράτιστος, πρὸς λύριον ἔψαλλε, καὶ πρὸς κιθάραν μετεῤῥυθμίζετο, καὶ κόρδακα ὠρχεῖτο, καὶ τὼ πόδε πολλάκις παρενεσάλευε. *Hominum vero voracissimus, & vinosorum praecipuus, ad lyram psallebat, & ad citharam gesticulabatur, & cordacem saltabat, & pedes saepe indecenter concutiebat.* A nomine Κόρδαξ dicebatur Κορδακίζειν: quod est, cordacem saltare. Suidas. Κορδακίζει, αἰσχρῶς ὀρχεῖται. *Cordacizei, impudenter saltat.* Hesychius. Κορδακίζουσα, αἰσχρὰ ὀρχουμένη. *Cordacizusa, pudenda saltans.* Schol Aristot. Rhet. lib. III. cap. VIII. Ἔστι δὲ τὸ κορδακίζειν εἶδος ἀνειμένου ὀρχήσεως. *Est autem cordacizein genus remissae saltationis.* Inde verbale, Κορδακισμός. Apud Demosthenem Olynth. II. ubi coniunctim nominat, ἀκρασίαν τοῦ βίου, καὶ μέθην, καὶ κορδακισμούς. *Intemperantiam vitae. & ebrietatem, & cordacis saltationes.* Ad quem locum Vlpianus. Κορδακισμός ἐστιν εἶδος ὀρχήσεως αἰσχρᾶς, καὶ ἀπρεποῦς. *Cordacismus est saltationis pudendae, & indecorae.* Scholiastes Homeri ad Iliad. π΄. Τρία εἴδη ὀρχήσεως. πυῤῥίχη, σίκιννις, ἥτις ἐστὶν ἱερατική. καὶ ὁ κορδακισμὸς, αἰσχρός τις ὢν, καὶ βεβήλοις ἁρμόδιος. *Tria genera saltationis, pyrriche, sicinnis, quae est sacerdotalis; & cordacismus, turpis quaedam, & profanis conveniens.* Ita enim illic lego. Perperam est, quod hodie editur, καὶ ὁ σκορδακισμός. Viri docti volunt, hanc ipsam saltationem a Terentio quoque innui in Adelphis Act. IV. Sc. VII.

D. *Tu inter eas restim ductans saltabis.* MIT. *Probe.*

Sed existimarunt Veteres quidam, institutam saltationem istam fuisse ad imitationem Troianorum, qui equum Durium fune attractum intra urbem introduxerunt; qua de re sunt isti versus Virgiliani, AEneid. II.

——— circum pueri innuptaeque puellae
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.

Hanc antiquorum ea de re sententiam exponit Donatus, sua etiam, quae ab ista aliena, mox adiecta. Ecce verba. *Lusus est, natus ab eo fune, quo introductus equus Durius in Troiam est. Cum nexis manibus fune, chorum ducunt saltantes. Hoc a quibusdam dicitur. Sed ego puto, manu consertos choros puellorum puellarumque cantantes, restim ducere existimari.* Quod si Donati explicationem sequimur, fuerit instar hormi, de quo infra suo loco.

ΚΟΡΥΒΑΝΤΙΑ.

Scholiaſtes Sophoclis Aiace. Τῶν ὀρχήσεων αἱ μὲν εἰσι Διονυσιακαὶ, αἱ δὲ Κορυβαντίαι. *Saltationum aliae quidem ſunt Bacchicae, aliae autem Corybantiae*. Nimirum a Corybantibus adpellata, qui primi eam ſaltarunt. Lucianus de Salt. Πρῶτον δέ φασι Ῥέαν ἡσθεῖσαν τῇ τέχνῃ, ἐν Φρυγίᾳ μὲν τοὺς Κορύβαντας, ἐν Κρήτῃ δὲ τοὺς Κουρῆτας ὀρχεῖσθαι κελεῦσαι. *Primum vero dicunt Rheam laetam iſto artificio in Phrygia quidem Corybantas, in Creta autem Curetas iuſſiſſe ſaltare*. Plutarchus in Erotico dixit, Κορυβαντικὰ σκιρτήματα, *Corybanticas exſultationes*.

ΚΡΗΤΙΚΗ.

Scholiaſtes Sophoclis ad Aiacem. Τῶν δὲ ὀρχήσεων ἡ μὲν Βερεκυνθιακὴ λέγεται, ἡ δὲ Κρητική. *Saltationum vero alia quidem Berecynthiaca dicitur, alia autem Cretica*. Athenaeus lib. I. Ὀρχήσεις ἐθνικαὶ αἵδε. Λακωνικαὶ, Τροιζηνιακαὶ, Ἐπιζεφύριοι, Κρητικαί. *Saltationes gentiles hae, Laconicae, Troezeniacae, Epizephyriae, Creticae*. Heſychius. Κρητικόν. ἱματίδιον, λεπτὸν, καὶ βραχύ. τὰ γὰρ τοιαῦτα Κρητικὰ ἔλεγον, καὶ γένος ὀρχήσεως. *Creticum; veſtimentum tenue & parvum. Talia enim Cretica dicebant; & genus ſaltationis*. Iterum. Κρητικὸν μέλος. οὕτω Κρῆτες ῥυθμοὶ ἐλέγοντο ἀπὸ Κρητῶν. καὶ γένος ὀρχήσεως. *Cretica cantilena. Sic Cretes rhythmi dicebantur ab Cretibus; & genus ſaltationis*. Erat vero nomen generale; cuius ſpecies erant Ἐπικρήδιος, & Ὀρσίτης. De quibus vide ſuo loco. Κατ᾽ ἐξοχὴν dicebatur Κρητικὴ etiam Pyrrhicha, de qua infra.

ΚΡΙΝΟΝ.

Erat ſaltatio chorica. Athenaeus libro III. Καὶ κρίνον καλούμενον, καὶ σχῆμά τι χορικῆς ὀρχήσεως, παρ᾽ Ἀπολλοφάνει ἐν Δαυλίδι. *Et Crinum, lilium vocatum, & forma quaedam ſaltationis per chorum, apud Apollophanem in Daulide*. Quem locum ob oculos habuit Euſtathius ad Iliad. ς. Καὶ παρ᾽ Ἡσιόδῳ ἐν τῷ, μάζα τ᾽ ἀμολγαίη, ὅπερ ἐστὶ ποιμενικὴ, καὶ ἀκμαία, κατὰ τὸν Ἀθήναιον, ὃς εἰς μάζας ἀναγράφει καὶ τὴν μελιτοῦταν, καὶ τὴν οἰνοῦτταν. ἔτι δὲ καὶ τὸ κρίνον, οὗπερ ὁμωνυμίαν πλατεῖαν δηλῶν, λέγει ὅτι καὶ σχῆμά τι χορικῆς ὀρχήσεως ἐλέγετο κρίνον. *Et apud Heſiodum in verbis, pulſque lactea, hoc eſt, paſtoralis, & vehemens, iuxta Athenaeum, qui inter pultes recenſet quoque placentam ex melle, & alteram ex vino; praeterea etiam crinum, lilium: cuius homonymiam latam declarans, dicit formam quoque ſaltationis ad chorum dictam fuiſſe crinon*. Heſychius. Κρίνον, τὸ ξηρόν. τάσσεται καὶ ἐπὶ πτωχοῦ, καὶ νεκροῦ, καὶ ἐκπεπτωκότος, καὶ σχῆμα χορικῆς ὀρχήσεως. *Crinon, ſiccum; ponitur & de paupere, & mortuo, & extorre: & forma ſaltationis ad chorum*.

ΚΡΟΝΟΥΤΕΚΝΟΦΑΓΙΑ.

In hac Saturnus, liberos ſuos devorans exhibebatur. Lucianus de Salt. Τὰς Διὸς γονὰς ὀρχούμενός τις, καὶ τοῦ Κρόνου τεκνοφαγίαν, παρωρχεῖτο τὰς Θυέστου συμφορὰς, τῷ ὁμοίῳ παρηγμένος. *Iovis nativitatem ſaltans aliquis, & Saturni devorationem liberorum, deflectebat ſaltando calamitates Thyeſtae, ſimilitudine deductus*.

ΚΡΟΥΣΙΘΥΡΟΝ.

Et ſaltatio erat, & cantus tibiae, ad quem ſaltabatur. Athenaeus lib. XIV. Αὐλήσεων δ᾽ ἐστὶν ὀνόματα, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομασιῶν, αἵδε. κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ αὐτὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. ταῦτα δὲ πάντα μετ᾽ ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Tibiae vero inflandae nomina ſunt, ut ait Tryphon in ſecundo Nominationum, haec: Comus, Bucoliaſmus, Gingras, Tetracomus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod ipſum, & Cruſithyron, Cniſmus, Mothon. Haec vero omnia cum ſaltatione tibia canebantur*. Et ex eo Euſtathius ad Iliad. φ΄. Αὐλήσεων ὀνομασίαι, ὡς ὁ Ἀθήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων, μετ᾽ ὀρχήσεως δέ, φησιν, αὐτὰ ἱστορεῖ ηὐλεῖτο, καθὰ Τρύφων. *Tibiae inflandae nominationes, ut Athenaeus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod, & Chruſithyron, Cniſmus, Mothon. Cum ſaltatione autem, ait, illa canebantur tibia, ſicut memorat Tryphon*. Corruptus eſt Heſychii locus. Κρουσίθυρος, μέρος τι οὕτως ἐκαλεῖτο. *Cruſithyrus, pars quaedam ita vocabatur*. Reſcribo, Κρουσίθυρος, μέλος τι. *Cruſithyrus, cantilena quaedam*. Nam, ut dixi, & cantus erat, & ſaltatio ad cantum inſtituta.

ΚΥΒΕΛΗ.

Hac Cybele repraeſentabatur. Hieronymus Epiſtol. de Hilarione. *In ſcenis theatralibus unus atque idem hiſtrio nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelen*. Neque aliam deſignat Arnobius lib. IV. *Saltatur & magna ſacris comta cum infulis mater; & contra decus aetatis illa Peſſinuntia Dyndimene in bubulci unius amplexu libidinoſa fingitur adpetitione geſtire*. Tertullianus in Apologetico. *Sed & hiſtrionum litterae omnem foeditatem eorum deſignant. Luget Sol filium iactatum de coelo laetantibus vobis; & Cybele paſtorem ſuſpirat faſtidioſum: non erubeſcentibus vobis*.

ΚΥΒΙΣΤΗΡΙΣ.

Inter ſaltationes tragicas numeratur a Polluce lib. IV. cap. XIV. Καὶ μὴν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σιμὴ, χειροκαλάθισκος, χεὶρ κατα-

κατακλανὴς [a] ξύλȣ παράληψις, διπλῆ, θερμαύςρὶς, κυβίςησις. Et sane tragicae saltationis species, Sime, Chirocalathiscus, Manus deorsum errans, Ligni adsumtio, Duplex, Thermaystris, Cibysteis. Apud Plutarchum De Orac. Pyth. Ὀρχηςὰς παίδων; καὶ κυβιςηςάς. *Saltationes puerorum, & iactationes corporum per caput.* Lucianus Κυβίςημα dixit περὶ γυμνασίων. Τί ἡ κόνις, κ̀ τὰ κυβιςήματα, συντελεῖ πρὸς ἀρετὴν αὐτοῖς. *Quid pulvis, & corporum iactationes per caput, conferunt ad virtutem illis?* Cretensibus maxime in usu erat, immo propria. Athenaeus lib. IV. Τοῖς μὲν ȣ̓ͅν Κρησὶν ἦτε ὄρχησις ἐπιχώριΘ, κ̀ τὸ κυβιςᾶν. *Cretibus quidem igitur, & saltatio popularis iactare corpus per caput.* Ita autem saltabant, ut se in caput deiicerent. Eustathius ad Iliad. ή. Κυβιςᾶν. τὸ ἐπὶ κεφαλὴν καθάλλεσθαι. *Cybistan, in caput desaltare.* Et ad Odyss. ά. Κυβιςᾶν, τὸ ἐπὶ κεφαλὴν πίπτειν. *Cybistan, in caput cadere.* Hinc est quod Hesychius Κυβιςίνδα exponit ἐπὶ κεφαλήν. Ita enim legendum illic censeo, non Κυβησίνδα. Item mox. Κυβιςήσω. ἐπὶ κεφαλὴν ῥίψω. *Cybistheso; in caput iaciam.* Perperam editur. Κυβιτίζω, ἐπὶ κ. ρ Et quidem in gladios. Pollux lib. III. cap. XXVIII. Τολμητὴς, κἂν εἰς πῦρ ἅλλοιτο, κἂν εἰς μαχαίρας κυβιςῶν. *Audaculus, vel in ignem saliat, etsi super gladios in caput saliens.* Artemidorus Onirocritic. lib. I. cap. LXXVIII. Μαχαίραις περιδινεῖσθαι, ἢ ἐκκυβιςᾶν, τοῖς μὲν ἔθΘ ἔχȣσιν, ȣ̓ πονηρόν. *Gladiis circumgyrare, aut in caput deiicere, illis, qui eum morem habent, non malum.* Explicabo magis adcurate. Saltabant in circulum, gladiis erectis plenum. Observare est apud Xenophontem in Convivio. Μετὰ δὲ τȣ̃το κύκλΘ εἰσηνέχθη περίμεςΘ ξιφῶν ὀρθῶν. εἰς ȣ̓ͅν ταῦτα ἡ ὀρχηςρὶς ἐκυβίςα τε κ̀ ἐξεκυβίςα ὑπὲρ αὐτῶν, ὥςε οἱ μὲν θεώμενοι ἐφοβȣ̃ντο μήτι πάθῃ, ἡ δὲ θαῤῥȣ́νως τε καὶ ἀσφαλῶς ταῦτα διεπράττετο. *Post hoc autem circulus illatus est circumcirca plenus erectorum gladiorum. Inter haec igitur saltatrix in caput saltabat, & super ea in caput exsiliebat, ita ut videntes metuerent, ne quid pateretur. Illa vero confidenter & illaese ista perficiebat.* Et mox. Καὶ μὴν ἔγωγε ἡδέως ἂν θεώμην Πείσανδρον τὸν δημηγόρον μανθάνοντα κυβιςᾶν εἰ τὰς μαχαίρας. *Et sane ego iucunde viderem Pisandrum concionalem docentem in caput saltare super gladios.* Et quidem deposita veste, ut expeditiores essent; ac interdum ignem quoque ore efflabant. Animadvertere est apud Athenaeum lib. IV. Ἡσυχίας γενομένης ἐπεισβάλλȣσιν ἡμῖν οἱ κἀν τοῖς Χύτροις τοῖς Ἀθήνησι λειτȣργήσαντες. μεθ' οὓς εἰσῆλθον ἰθύφαλλοι, κ̀ σκληροπαῖκται. καί τινες κ̀ θαυματȣργοὶ γυναῖκες εἰς ξίφη κυβιςῶσαι, κ̀ πῦρ ἐκ τȣ̃ ςόματΘ ἐκρίζȣσαι, γυμναί. *Silentio orto ingrediuntur ad nos illi, qui etiam in Chytris ministraverant Athenis: post quos intrarunt ithyphalli, & nani lusores, atque etiam nonnullae praestigiatrices mulieres super gladios in caput saltantes, & ignem ex ore efflantes, nudae.* Ubi observa, mulieres quoque factitasse. Hanc ipsam, puto saltationem innuit Apuleius Milesia X. *At illam, quam cultus armorum Minervam fecerat, duo pueri muniebant, praeliaris deae comites armigeri, Terror & Metus, nudis insultantes gladiis.*

ΚΥΚΛΩΨ.

Saltatio, ita dicta, quod Cyclopem in ea imitarentur, exprimerentque. Aristophanes Pluto.

> Καὶ μὴν ἐγὼ βȣλήσομαι, Θρεττανελὼ τὸν Κύκλωπα
> ΜιμȣμενΘ, κ̀ τοῖν ποδοῖν ὡδὶ παρενσαλεύων,
> Ὑμᾶς ἄγειν. ———
> *Et sane ego velim, Thretanelo Cyclopem*
> *Imitatus, & pedibus ita prope insiliens,*
> *Vos ducere.* ———

Horatius lib. I. Sat. V.

> *Pastorem saltaret uti Cyclopa, rogabat.*

Iterum lib. II. Epist. II.

> *Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur.*

ΚΩΛΑ.

Erat ea saltatio, quae alio nomine etiam Ξιφισμὸς dicebatur; de qua infra agemus suo loco. Hesychius. Κῶλα, ὀςᾶ, μέλη, ἢ ὅπλα. κ̀ εἶδΘ ὀρχήσεως, ὃ κ̀ ξιφισμός. *Cola, ossa, cantilenae; & arma, & species saltationis, quae & xiphismus.*

ΚΩΜΑΣΤΙΚΗ.

In hac pugnabatur. Pollux libro IV. cap. XIV. Ἦν δὲ κῶμΘ, εἶδΘ ὀρχήσεως. κ̀ τετράκωμΘ, Ἡρακλέȣς ἱερά. κ̀ πολεμική. ἦν δὲ κωμαςική, μάχλω κ̀ πληγὰς ἔχȣσα. *Erat vero Comus genus saltationis: & Tetracomus, Herculi sacra; & bellica: erat vero etiam comessabula, pugnam & verbera habens.*

ΚΩΜΗΤΙΚΗ.

Vide supra Κομητική.

ΚΩΜΟΣ.

Pollux loco paulo ante citato. Ἦν δὲ κ̀ κῶμΘ εἶδΘ ὀρχήσεως. *Erat vero, & Comus genus saltationis.* Suidas. ΚῶμΘ, ἡ μέθη, κ̀ ὁ ὀρχησμός. *Comus, ebrietas, & saltatio.* Erat inter lascivas. Pollux loco citato. ΚῶμΘ ἐπώνυμΘ, ἁβρά τις ὄρχησις, κ̀ τὸ σῶμα ἐξυγραίνȣσα. *Comus nomen praebens, delicata quaedam saltatio, & corpus molle reddens.* Hesychius pastoralem fuisse dicit. ΚῶμΘ, εἶδΘ ὀρχήσεως ποιμένΘ τινός, ἢ μένη τινός. *Comus species saltationis pastoris alicuius; aut vires alicuius.* Sed postrema ista corrupta sic restituo, ἢ μέλȣς τινός; *aut cantilenae alicuius.* Firmat emendationem meam Etymologici Auctor. Κωμάζειν, τὸ ποιῶς ὀρχεῖσθαι. ἐξ ȣ̃ καὶ κῶμΘ, εἶδΘ ὀρχήσεως. οἱ δὲ μέλȣς. *Comazein, comessare, certo modo saltare: unde & comus, genus saltationis; alii vero cantilenae.* Nam utrumque κῶμΘ significabat, & cantum, & saltationem ad illum accommodari solitam. Athenaeus libro XIV. Αὐλήσεων δ' εἰσὶν ὀνόματα,

[a] Alias citare solet κατατρητή. *Gronovius.*

τα, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομασιῶν, αἵδε. κῶμος, βουκολιασμὸς γίγγρας, τετράκωμος. *Tibiae vero inflationum nomina sunt, ut ait Tryphon in secundo Nominationum, haec. Comus, Bucoliasmus, Gingras, Tetracomus.* Et mox. Ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Haec vero omnia cum saltatione canebantur tibia.* Et ex eo Eustathius ad Iliad. φ'. Αὐλήσεων ὀνομασίαι, ὡς ὁ Ἀθήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως δέ φησιν αὐτὰ ηὐλεῖτο, καθὰ ἱστορεῖ Τρύφων. *Tibiae inflationum nomina, prout Athenaeus exponit, Comus Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicum, quod & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Cum saltatione vero, ait, ista canebantur tibia, sicut memorat Tryphon.* Quia autem & cantus erat, & saltatio ad illum aptari solita, inde est quod Κωμᾳδεῖν veterum quidam dixit pro ὀρχεῖσθαι. Observo in Hesychii Glossis. Κωμᾳδεῖν, ὀρχεῖσθαι. *Comadein, commessantem cantare, saltare.*

ΛΑΜΠΡΟΤΕΡΑ.

Hanc saltabant, nudi, & inter saltandum verbis utebantur obscenis. Pollux libro IV. cap. XIV. Λαμπροτέραν δὲ (ἐκάλουν) ἣν ὠρχοῦντο γυμνοὶ σὺν αἰσχρολογίᾳ. *Splendidiorem autem (vocabant) quam saltabant nudi cum turpitudine sermonis.*

ΛΕΩΝ.

Inter ridiculas saltationes fuisse tradit Athenaeus lib. XIV. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις καὶ μακτρισμός. ἀπόκινός τε καὶ σοβὰς, ἔτι δὲ μορφασμὸς, καὶ γλαὺξ, καὶ λέων. *Et vero ridiculae sunt saltationes, Igdis, & Mactrismus, & Apocinus & Sobas, praeterea vero Morphasmus, vel Formatio, & Noctua, & Leo.* Pollux terribilem fuisse auctor ex libro IV. capit. XIV. Ὁ δὲ λέων, ὀρχήσεως φοβερᾶς εἶδος. *Leo autem saltationis horrendae species.* Et hoc nomen ipsum probat, quod ea de causa illi inditum verisimile est.

ΛΗΔΑ.

In hac fabula Leda, a Iove in cycnum mutato compressa, repraesentabatur. Arnobius lib. VII. *Si Leda, si Ganymedes fuerit saltatus, aut Danae, motum compescit irarum?* Designat Prudentius Περὶ Στεφ. Hymno X.

Cycnus stuprator peccat inter pulpita.

Iuvenalis Sat. VI.

——*Ledam molli saltante Bathyllo,*
Tuccia vesicae non imperat.

ΜΑΓΩΔΗ.

Mollis saltatio erat, a Chrysogono mago adpellata. Hesych. Μαγῳδὴ, ὄρχησις ἁπαλὴ, ἀπὸ Χρυσογόνου μάγου. *Magode, saltatio tenera, ab Chrysogono mago.*

ΜΑΚΤΗΡ.

Hesychius. Μακτὴρ, ἡ κάρδοπος, ἡ πυελὶς, καὶ διφθέρα, καὶ ὀρχήσεως σχῆμα. *Macter, mactra, solium, & pellis pastoria, & saltationis forma.* Puto eamdem esse, quae, Ἀπόκινος primum dicta, postea

ΜΑΚΤΡΙΣΜΟΣ.

adpellata dicitur Athenaeo lib. XIV. Τὴν δ' ἀπόκινον καλουμένην ὄρχησιν, ἧς μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει, καὶ Κηφισόδωρος ἐν Ἀμαζόσιν, Ἀριστοφάνης τ' ἐν Κενταύρῳ, καὶ ἄλλοι πλέονες ὕστερον μακτρισμὸν ὀνόμασαν. *Apocinum vero vocatam saltationem, cuius meminit Cratinus in Nemesi, & Cephisodorus in Amazonibus, & Aristophanes Centauro, & alii plures postea nominaverunt mactrismum.*

ΜΑΝΤΙΝΙΑΚΗ.

Haec Mantineae Arcadiae urbi, propria; atque inde dicta. Athenaeus lib. I. Ὀρχήσεις ἐθνικαὶ αἵδε. Λακωνικαὶ, Τροιζηνιακαὶ, Ἐπιζεφύριοι, Κρητικαὶ, Ἰωνικαὶ, Μαντινιακαὶ, ἃς προκρίνει Ἀριστόξενος διὰ τὴν τῶν χειρῶν κίνησιν. *Saltationes gentiles istae; Laconicae, Troezeniacae, Epizephyrii, Creticae, Ionicae, Mantiniacae; quas profert Aristoxenus propter manuum gesticulationem.*

ΜΗΔΙΠΟΔΙΣΜΟΣ.

Apud Athenaeum ita laudatur libro XIV. Σκοπὸς, χεὶρ καταπρηνὴς χερσὶ, μηδιποδισμὸς, ξύλου παράληψις. *Scopus, manus praeceps manibus, medipodismus, ligni adsumtio.* Sed corruptum locum esse depravatumque istud nomen, ostendo infra χεὶρ σιμή.

ΜΗΝΕΣ.

Charinorum saltatio erat, ita dicta ab athleta inventore. Pollux lib. IV. capit. XIV. Καὶ μῆνες, Χαρίνων ὄρχημα, ἐπώνυμον δ' ἦν τοῦ εὑρόντος ἀθλητοῦ. *Et menses saltatio Charinorum: habebat autem nomen ab athleta qui invenit.* Sed quinam isti Charini? Puto rectius multo esse, Λαρίνων ὄρχημα, *Larinorum saltatio.*

ΜΙΜΗΤΙΚΗ.

Pollux lib. IV. cap. XIV. Μιμητικὴν δὲ ἐκάλουν, δι' ἧς ἐμιμοῦντο τοὺς ἐπὶ τῇ κλοπῇ τῶν ἑώλων μερῶν ἁλισκομένους, λαμπροτέραν δὲ ἣν ὠρχοῦντο γυμνοὶ σὺν αἰσχρολογίᾳ. *Vocabant vero Imitatricem, per quam imitabantur eos, qui in furto partium pridiani cibi deprehendebantur: Splendidiorem autem, quam saltabant nudi cum sermonum foeditate.*

ΜΟΓΡΑΣ.

Inter saltationes furiosas enumerat Athenaeus lib. XIV. Μανιώδεις δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, κερνοφό-

νοφόρος, καὶ μόγγας, καὶ θερμαύστρις. *Furibundae autem saltationes sunt, Cernophorus, & Mongas, Thermaystris.*

M O Θ Ω N.

Hesychius. Μόθων, εἶδός τι ὀρχήσεως. *Motho, species quaedam saltationis.* Scholiastes Aristophanis Equitibus. Μόθωνας ἐκάλουν οἱ Λάκωνες, τοὺς παρεπομένους τοῖς ἐλευθέροις. ἔστι δὲ καὶ γένος ὀρχήσεως. *Mothonas vocarunt Laconem, pedissequos ingenuorum: est vero etiam species saltationis.* Censebatur inter laudatas saltationes. Aristophanis Scholiastes alibi ad eamdem Fabulam. Μόθων, φορτικὸν ὀρχήσεως εἶδος. *Mothon, ingratum saltationis genus.* Ac servilem fuisse ait idem ad Plutum. Μόθων, εἶδος αἰσχρᾶς καὶ δουλοπρεποῦς ὀρχήσεως. *Mothon, genus turpis ac servilis saltationis.* Idem Suidas testatur. Μόθων, ὁ φορτικὸς, καὶ ἄτιμος. καὶ εἶδος αἰσχρᾶς καὶ δουλοπρεποῦς ὀρχήσεως, καὶ φορτικῆς. *Mothon, difficilis, & abiectus, & species foedae ac servilis saltationis & ingratae.* Pollux nauticam adpellat lib. IV. cap. XIV. Ο᾽ δὲ μόθων, φορτικὸν ὄρχημα, καὶ ναυτικόν. *Mothon vero, saltatio ingrata, & nautica.* Erat vero, & saltatio, & tibiae cantus, ad quem saltabatur. Athenaeus lib. XIV. Κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων, ταῦτα πάντα μετ᾽ ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Crusithyron, Cnismus, Mothon: haec omnia cum saltatione canebantur tibia.* Eustathius ex eo ad Iliad. Φ'. Αὐλήσεων ὀνομασίαι, ὡς ὁ Α᾽θήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ᾽ ὀρχήσεως δέ φησιν αὐτὰ ηὐλεῖτο. *Tibiae inflationum nominationes, prout Athenaeus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Sed cum saltatione, dicit, ista canebantur tibia.*

M O Λ O Σ Σ I K H.

Athenaeus lib. XIV. Τὰ δὲ στασιμώτερα, καὶ ποικιλώτερα, καὶ τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν ἔχοντα, καλεῖται, δάκτυλος, ἰαμβικὴ, μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις. *Stabiliora vero, & magis varia, & saltationem simpliciorem habentia vocantur Dactylus, Iambice, Molossice, Concinnitas, Cordax, Sicinnis.*

M O P Φ A Σ M O Σ.

In ea imitabantur omne genus animalia; atque inde nomen. Pollux lib. IV. capit. XIV. Ο᾽ δὲ μορφασμὸς, παντοδαπῶν ζώων μίμησις ἦν. *Sed morphasmus, conformatio, omnium animalium erat imitatio.* Athenaeus inter ridiculas recenset lib. XIV. Γελοῖαι δ᾽ εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις, καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε, καὶ σοβάς. ἔτι δὲ μορφασμὸς, καὶ γλαὺξ. *Ridiculae vero saltationes sunt Igdis, & Mactrismus, & Apocinus, & Sobas: praeterea etiam Morphasmus, & Noctua.* Haec ipsa est, quam designat Aristaenetus libro I. Epistola XXVI. quae est Speusippi ad Panareten saltatricem. Καὶ φύσεως ἁπάσης ἐναργὴς ὑπάρχει εἰκὼν, ἀντὶ χρωμάτων καὶ γλώττης χεῖρα πολυσχήμονα καὶ ποικίλοις ἔθεσι κεχρημένη. καὶ οἷά τις Φάριος Πρωτεὺς ἄλλοτε πρὸς ἄλλα, μεταβεβλῆσθαι δοκεῖς πρὸς τὴν εὔμουσον τῶν ὑπορχάτων ᾠδήν. *Et natura cuiuslibet manifesta est imago pro coloribus, & lingua manum multiformem, & mores varios usurpans; & tamquam aliquis Pharius Proteus alias ad alia transmutatus esse videris ad illam concordem subsultationum cantilenam.* Et ad hanc respexit Lucianus de Salt. Δοκεῖ γάρ μοι ὁ παλαιὸς μῦθος καὶ Πρωτέα τὸν Αἰγύπτιον οὐκ ἄλλο τι ἢ ὀρχηστήν τινα γενέσθαι λέγειν. *Videtur enim mihi vetus fabula, & Protea AEgytium nihil dicere quam saltatorem quemdam fuisse.*

N I B A T I Σ M O Σ.

Saltatio Barbarica. Hesychius. Νιβατισμὸς, εἶδος ὀρχήσεως βαρβαρικῆς. *Nibatismus, genus saltationis barbaricae.* Sed scribendum potius censeo, Νιβαδισμός. Nam Νιβάδες, ut idem Hesychius ibidem exponit, dicebantur αἱ τοὺς λόφους ἔχουσαι αἶγες. *Caprae in collibus pascentes.* Inde Νιβαδίζειν, capras imitari; & Νιβαδισμὸς, verbale. Notum autem, capras saltu maxime valere. Minus recte Νικατισμὸς scribitur apud Athenaeum lib. XIV. Τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν ἔχοντα καλεῖται δάκτυλος, ἰαμβικὴ, μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις, Περσικὴ, Φρύγιος, νικατισμὸς, Θράκιος, κολαβρισμὸς, τελεσίας. *Saltationem simpliciorem habentia vocantur Dactylus, Iambice, Molossice, Concinnitas, Cordax, Sicinnis, Persice, Phrygius, Nicatismus, Thracius, Colabrismus, Telesias.*

N I O B H.

Hac fabula Niobe repraesentabatur. Ausonius in saltatorem ineptum, Epigrammate LXXXIII.

Idem qui Niobem saltavit saxeus, ut tum
Spectator veram crediderit Nioben.

Iterum Epigramm. sequenti LXXXIV.

Daphnen, & Nioben, saltavit simius idem;
Ligneus ut, Daphnen: saxeus ut, Nioben.

Postremum de isto Palladae translatum, quod exstat Antholog. lib. II. Tit. XXXVIII. cuius lemma est, εἰς ὀρχηστάς.

Δάφνην, καὶ Νιόβην, ὠρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός.
Ω᾽ς ξύλινος, Δάφνην, ὡς λίθινος, Νιόβην.
Daphen, & Nioben, saltavit Memphis ille simus.
Vt ligneus, Daphnen; ut lapideus, Nioben.

Prius de isto Lucilli, quod exstat ibidem.

Η᾽ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐστὶ παλαιφάτου, ἢ ἀπὸ πέτρης,
Ο᾽ρχηστὴς, Νιόβης ἔμπνοον ἀρχέτυπον.
Aut enim ab quercu est vetusta, aut ab petra,
Saltator, Niobae spirans exemplar.

N Y M Φ A I.

Haec Nymphas exprimebat, atque inde dicta. Plato meminit de Leg. lib. VII. Τὴν τοίνυν ἀμφισβητουμένην ὄρχησιν δεῖ πρῶτον χωρὶς τῆς

τῆς ἀναμφισβητήτυ διατεμεῖν, τίς ὖν αὕτη, καὶ τῇ δεῖ χωρὶς τέμνειν ἑκατέρων; ὅση μὲν Βακχεία τ' ἐςὶ, καὶ τῶν ταύταις ἑπομένων, ἃς Νύμφας τε καὶ Πᾶνας καὶ Σειληνὺς καὶ Σατύρυς ἐπονομάζοντες, ὥς φασι, μιμῦνται κατοινωμένυς. *Igitur saltationem, de qua ambigitur, oportet primum sine illa, quae non dubitatur, dissecare. Quae igitur ista, & ubi oportet separatim secare utrisque? Quaecumque quidem, & Bacchica est, & eorum has sequentium, quas Nymphas & Panas, & Silenos, & Satyros cognominantes, prout dicunt, imitantur vino demersos.* Xenophon in Convivio. Εἰ δὲ ὀρχοῖντο πρὸς τὸν αὐλὸν σχήματα, ἐν οἷς Χάριτές τε καὶ Ὧραι, καὶ Νύμφαι γράφονται, πολὺ ἂν οἶμαι αὐτὺς γε ῥᾶον διάγειν, καὶ τὸ συμπόσιον πολὺ ἐπιχαριτώτερον εἶναι. *Sin autem saliantur ad tibiam figurae, in quibus & Charites, & Horae, & Nymphae pinguntur, multo reor illos facilius transigere, & convivium longe venustius esse.*

ΝΥΣΣΙΑ.

Quae a civibus urbis Nyssi in honorem Bacchi saltabatur. Sophocles Aiace.

——— ὅπως μοι
Νύσια Κνώσια
Ὀρχήματα αὐτοδαῆ
Ξυνὼν ἰάψῃς.
Νῦν γὰρ ἐμοὶ μέλει χορεῦσαι.
——— *Vt mihi*
Nyssia Cnossia
Saltationes sponte perceptas
Praesens iungas.
Nunc enim mihi curae est choreas ducere.

Ad quem locum Demetrius Triclinius. Νύσσος, καὶ Κνωσσὸς, πόλεις. ἐν αἷς Διονύσυ τιμωμένυ ὀρχήσεις ἐγίνοντο. *Nyssus, & Cnossus urbes; in quibus Bacchi celebrati saltationes fiunt.*

ΞΙΦΙΣΜΟΣ, sive ΞΙΦΙΣΜΑ.

Pollux lib. IV. cap. XIV. ubi saltationum varias species enumerat. Ἐκαλεῖτο δέ τι καὶ ξιφισμὸς, καὶ ποδισμός. *Vocabatur autem aliquod etiam xiphismus, & podismus.* Athenaeus libro XIV. Σχήματα δ' ἐςὶν ὀρχήσεως ξιφισμὸς, καλαθισμὸς, καλλακίδες. *Formae autem sunt saltationis Xiphismus, Calathismus, Callacides.* Hesychius. Ξιφισμάτων, ὀρχημάτων. *Xiphismaton, saltationum.* Saltabant autem cum gladiis, & nimirum inde nomen. Etymologici Auctor. Ξιφίσματα σημαίνει ὀρχήσεις τινὰς ποιὰς, ὡς τῶν ὀρχουμένων ξιφήρεων ὄντων. *Xiphismata denotant saltationes aliquas certi generis, utpote saltantibus enses habentibus.* Et extensa manu. Observare est ex eiusdem Hesychii verbis. Ξιφίζειν, ἀνατείνειν τὴν χεῖρα, καὶ ὀρχεῖσθαι. *Xiphizein, sursum tendere manum, & saltare.* Erat vero instar emmeliae. Idem Hesychius. Ξιφισμὸς, σχῆμα ὀρχηςικὸν τῆς λεγομένης ἐμμελείας ὀρχήσεως. *Xiphismus, forma saltatoria saltationis, quae dicitur Concinnitas.* Iterum alibi. Ἀποξιφίζειν, ὀρχεῖσθαι ποιάν ὄρχησιν. ὁ γὰρ ξιφισμὸς, σχῆμα τῆς ἐμμελείας, τραγικῆς ὀρχήσεως. *Apoxiphizein, saltare quandam saltationem. Nam xiphismus forma concinnitatis quae tragica saltatio.* Suidas. Ξιφισμὸς, σχῆμά ἐςι τῆς ἐμμελείας καλυμένης. *Xiphismus, forma est concinnitatis, quae vocatur.* Eustathius ad Iliad. σ'. Ὁ δὲ Παυσανίας λέγει καὶ ὅτι ὀρχήσεως εἶδος καὶ ὁ ξιφισμὸς, καὶ σχῆμα ἐμμελείας *Sed Pausanias dicit, & speciem saltationis quoque Xiphismum, & formam concinnitatis.* Eadem vero saltatio Κῶλα dicebatur Hesychius. Κῶλα, ὀςᾶ, μέλη, ἢ ὅπλα. καὶ εἶδος ὀρχήσεως, ὃ καὶ ξιφισμὸς. *Cola, ossa, cantilenae, aut arma; & species saltationis, & xiphismus.* Meminit eius Crates Trophonio, apud Etymologici Auctorem in Δαῤῥικνῦσθαι.

Ξίφιζε, καὶ σπόδιζε, καὶ διαῤῥίκνυ.
Salta manu elata ad ensis faciem, & cineribus opple, & lumbos acriter circumage.

ΞΥΛΟΥ ΠΑΡΑΛΗΨΙΣ.

Athenaeus in saltationum catalogo lib. XIV. Ξύλυ παράληψις, ἐπαγκωνισμὸς, καλαθισμὸς, στρόβιλος. *Ligni adsumtio, in ulnam receptio, Calathismus, Strobilus.* Erat autem inter tragicas. Pollux lib. IV. cap. XIV. Καὶ μὲν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σίμη, χειροκαλαθίσκος, χεὶρ καταπρηνὴς, ξύλυ παράληψις. *Et quidem tragicae saltationis formae, Sima, Cheirocalathiscus, Manus praeceps, Ligni adsumtio.*

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Hac Oedipus repraesentabatur. Macrobius Sat. lib. VII. cap. VII. *Saltabat Hylus Oedipodem, & Pylades hac voce securitatem saltantis castigavit,* Σὺ βλέπεις Saltabatur autem ad cantum. Itaque observare est apud Suetonium in Nerone cap. XXI. *Inter cetera cantavit Canacen parturientem, Orestem matricidam, Oedipodem excaecatum.*

ΟΚΛΑΣΜΑ.

Eadem cum Persica saltatione, de qua mox dicemus. Pollux lib. IV. cap. XIV. Ἦν δὲ καὶ κῶμος εἶδος ὀρχήσεως. καὶ τετράκωμος, Ἡρακλέυς ἱερά. καὶ πολεμικὴ. ἦν δὲ καὶ κωμαςικὴ, μάχην καὶ πληγὰς ἔχυσα. καὶ ἡδύκωμος, ἡδίων, καὶ κνισμὸς, καὶ ὄκλασμα. ὕτω γὰρ ἐν Θεσμοφοριαζέσαις ὀνομάζεται τὸ ὄρχημα τὸ Περσικὸν καὶ σύντονον. *Erat vero & Comus species saltationis; & Tetracomus, Herculi sacra; & bellica. Erat vero & Comastice, pugnam & verbera habens; & Hedycomus, Suavior, & Cnismus, & Ingeniculatio. Sic enim in Thesmophoriazusis nominatur saltatio Persica & vehemens.* Sed corruptus iste locus, scribendumque, Τῦτο γὰρ ἐν Θ. *Illud enim in Th.* Aristophanes designat; qui in fabula ista τὸ Περσικὸν non vocat Ὄκλασμα, ut vult haec lectio; sed τὸ ὄκλασμα contra vocat Περσικόν. Locus ecce iste est.

Σὺ δ' ὦ Τερήδων ἐπαναφύσα Περσικόν.
Tu vero o Teredon exsuffla Persicum.

Ipsum saltationis nomen Ὄκλασμα dicebatur, sed quia Persica erat, ideo eam Περσικὸν sc. ὄρχημα adpellavit Aristophanes. Hoc voluit indicare Pollux. Nuncupabatur vero Ὄκλασμα, quia inter saltandum flexis genibus procumbebant. Xenophon De Cyri Exped. libro

bro VI. Τέλ۞ ᵹ τὸ Περσικὸν ὠρχᾶτο, κροτῶν τὰς πέλτας, κ) ὤκλαζε, κ) ἀνίςατο. καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐποίει. *Tamdem vero Persicum saltabat, pulsans peltas, & ingeniculabatur, & rursus stabat: eaque omnia in rhythmo ad tibiam faciebat*. Vbi simul hoc observa, ad tibiae cantum saltari consuevisse. Meminit plenius Heliodorus AEthiopicorum extremo IV. Καὶ τὺς μὲν αὐτῦ καταλιπὼν, πρὸς αὐλοῖς ἔτι κ) ὀρχήσεσιν ὄντας, ὡς ὑπὸ πηκτίδων ἐπίτροχον μέλ۞ Α'σσύριόν τινα νόμον ἐσκίρτων, ἄρτι μὲν κούφοις ἅλμασιν εἰς ὕψ۞ αἰρόμενοι, ἄρτι ᵹ τῇ γῇ συνεχὲς ἐποκλάζοντες, κ) ςροφὴν ὁλοσώματον, ὥσπερ οἱ κάτοχοι, δινεύοντες. *Et eos quidem ibi relinquens, tibiis adhuc & saltationibus deditos, quas sub plectris volubilem cantilenam Assyrium quemdam nomon exsiliebant, modo quidem levibus saltibus in altum elati, modo autem in terra continenter ingeniculantes, & conversionem universi corporis, tamquam inspirati, volventes*.

ΟΡΜΟΣ.

Erat adolescentibus pariter ac puellis communis; qui in ea alternatim inter se implexi instar monilis, unde nomen. Ducebat choream adolescens, eumque puella, decenter saltans, sequebatur. Lucianus docet libro de Salt. Ο'μοια ᵹ κ) οἱ τὸν ὅρμον καλέμενον ὀρχύμενοι ποιῦσιν. ὁ ᵹ ὅρμ۞, ὄρχησίς ἐςι κοινὴ ἐφήβων τε κ) παρθένων παρ' ἕνα χορευόντων, κ) ὡς ἀληθῶς ὅρμῳ ἐοικότων. κ) ἡγεῖται μὲν ὁ ἔφηβ۞, τὰ νεανικὰ ὀρχύμεν۞, κ) ὅσοις ὕςερον ἐν πολέμῳ χρήσεται. ἡ παρθέν۞ ᵹ ἕπεται κοσμίως, τὸ θῆλυ χορεύειν διδάσκυσα, ὡς εἶναι τὸν ὅρμον ἐκ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας πλεκόμενον. *Similia vero & illi faciunt, qui saltant Hormum, quem vocant. Hormus vero saltatio est communis ephebοrum, & virginum singulatim choream ducentium, & quam verissime monili similium. Et praeit quidem ephebus, iuvenilia saltans, & quibuscumque postea in bello utetur. Puella vero sequitur modeste, puellas agere choream docens, ut sit Hormus ex continentia, & virilitate nexus*. Haec est illa ipsa, cuius meminit Homerus, a Daedalo institutam dicens. Locus est Iliad. XVIII.

> Ε'ν ᵹ χορὸν ποίκιλλε περίκλυτ۞ ἀμφιγυήεις,
> Τῷ ἴκελον οἷόν ποτ' ἐνὶ Κνωσῷ εὐρείῃ
> Δαίδαλ۞ ἤσκησεν καλλιπλοκάμῳ Α'ριάδνῃ.
> Ε'νθα κ) ἠίθεοι κ) παρθένοι ἀλφεσίβοιαι
> Ω'ρχεῦντ', ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔχοντες.
> *Sed & chorum in eo variegavit inclitus Vulcanus,*
> *Isti similem, qualem aliquando in Gnosso lata*
> *Daedalus exercuit pulcricomae Ariadnae.*
> *Ibi quidem adolescentes & virgines eminentes*
> *Saltabant, invicem in carpo manus tenentes.*

Nam olim, cum viri semper sequiorque sexus seorsim saltarent, postea una iuvenes septem, qui cum Theseo labyrintho incolumes rediissent, puellaeque totidem, Daedalo docente, plexis manibus saltare inceperunt. Eustathius ad citatum Homeri locum. Φασὶ ᵹ οἱ παλαιοὶ, ὅτι διακεχωρισμένως χορευόντων τὸ πρὶν ἀνδρῶν τε κ) γυναικῶν, πρῶτοι οἱ μετὰ Θησέως σωθέντες ἐκ τοῦ λαβυρίνθυ ἑπτὰ ἠίθεοι, κ) τοσαῦται παρθένοι, ἀναμὶξ ἐχόρευσαν, ὑπὸ καθηγητῇ τῷ Δαιδάλῳ. *Dicunt autem vetusti, antea separatim choros agentibus viris & feminis, primos illos, qui cum Theseo servati sunt ex labyrintho septem adolescentes, & totidem virgines, mixtim choream celebrasse sub ductore Daedalo*. Et postea. Σημείωσαι ᵹ ἐνταῦθα, ὅτι ὐ τῷ Θησεῖ τῷ ἀλλοδαπῷ τὸν χορὸν ἐκεῖνον ὁ ἐκ Κρήτης, Δαίδαλ۞ ἤσκησεν, ἀλλὰ τῇ τῶν βασιλέων θυγατρὶ Α'ριάδνῃ, τῇ τῦ Θησέως ἐρωμένῃ. *Hic vero nota, non Theseo alienigenae chorum illum ex Creta istum Daedalum celebravisse, sed regum filiae Ariadnae, Thesei amatae*. In hanc ipsam rem est locus Philostrati Iunioris in Iconibus, ubi Mysos describit. Λοιπὸς, οἶμαι, χορός τις ὑτοσὶ προσόμοι۞ τῷ Δαιδάλυ. φασὶ δ' αὐτὸν Α'ριάδνῃ τῇ Μίνω πρὸς αὐτῦ δοθῆναι. τίς δ' ἡ τέχνη; παρθένοις ἠίθεοι τὰς χεῖρας ἐπιπλέξαντες χορεύουσι. *Reliquus, opinor, chorus aliquis hic persimilis Daedaleo. Dicunt vero illum Ariadnae Minois filiae ab eo datum esse. Quod vero artificium? virginibus adolescentes manus innectentes chorum celebrant*. Et adludit Callistratus Ε'κφράσεσι, ubi de statua Cupidinis. Ε'μοὶ ᵹ θεασαμένῳ τὴν τέχνην ἐπῄει πιςεύειν, ὅτι καὶ χορὸν ἤσκησε κινύμενον Δαίδαλ۞. *Mibi autem videnti artem incessebat credere, quasi etiam chorum exerceret mobilem Daedalus*. Sub posterioribus Imperatoribus Constantinopolitanis mansit id saltationis genus, & nautis maxime usitatum. Eustathius loco citato. Καὶ τὸ ἔργον ἐκεῖνο τῦ Δαιδάλυ μετῆλθεν εἰς μίμησιν. ἐ νῦν ἔτι πολλοὶ, κ) μάλιςα ναυτικοὶ, ὅσοι πρὸς τὸ παλαιὸν ἀνδρῶδες παρεκνεύυσι, χορόν τινα ἑλίττυσι ποικιλόςροφον κ) πολυκαμπῆ, τὰς τῦ λαβυρίνθυ μιμεῖσθαι θέλοντες ἕλικας. *Et factum istud Daedali transiit in imitationem. Et bodieque multi, & maxime nautici, quotquot ad illam priscam virilitatem inclinant, chorum quemdam volvunt multis ambagibus, & flexibus, labyrinthi imitari volentes errorem*. Porro in verbis Luciani, initio laudatis, istud observa, quod dicat: τὰ νεανικὰ ὀρχύμεν۞, καὶ ὅσοις ὕςερον ἐν πολέμῳ χρήσεται. *Iuvenilia saltans, & qualibus postea in bello utetur*. Hinc est nimirum, quod Apuleius bellicosum adpellat, Milesf. X. *Pone tergum tibicen hormum canebat bellicosum, & permiscens bombis gravibus tinnitus acutos, in modum tubae, saltationis agilis vigorem suscitabat*.

ΟΡΣΙΤΗΣ.

Erat Cretensium. Athenaeus lib. XIV. Καὶ πᾶς ὁ τοιῦτ۞ τρόπ۞ τῆς ὀρχήσεως, κ) αἱ πολλαὶ παρονομασίαι αὐτῶν, ὡς παρὰ Κρησὶν ὀρσίτης, κ) ἐπικρήδι۞. *Et omnis talis modus saltationis, & illae multae cognominationes earum, ut apud Cretas Orsites, & Epicredius*.

ΠΑΝ.

Hac Pan exprimebatur. Plato de Leg. libro VII. Τὴν τοίνυν ἀμφισβητυμένην ὄρχησιν δεῖ πρῶτον χωρὶς τῆς ἀναμφισβητήτυ διατεμεῖν. τίς ἂν αὐτη, κ) πῇ δεῖ χωρὶς τέμνειν τὴν ἑκατέραν, ὅση μὲν

μὲν Βακχεῖα τ' ἐστὶν, καὶ τῶν ταύταις, ἃς Νύμφας τε καὶ Πᾶνας, καὶ Σιληνοὺς, καὶ Σατύρους ἐπονομάζοντες, ὥς φασι, μιμοῦνται κατοινωμένους. *Igitur ambiguam saltationem oportet primum absque illa de qua non ambigitur, dissecare. Quae igitur ista, & ubi oportet seorsum secare utramque? Quaecumque quidem est Bacchica, & quae his similes, quas & Nymphas, & Panas, & Silenos, & Satyros cognominantes, ut dicunt, imitantur vinosos.* Longus Ποιμενικῶν lib. II. Οἱ δὲ μάλιστα ταχέως ἀναστάντες, ὠρχήσαντο τὸν μῦθον τοῦ Λάμωνος. ὁ Δάφνις Πᾶνα ἐμιμεῖτο. *Illi vero citissime resurgentes, saltabant fabulam Lamonis. Daphnis Panem imitabatur.*

ΠΑΝΟΣΚΩΛΟΝ.

Hesychius, Πανόσκωλον, ὄνομα σχήματος. *Panoscolon, Panis crus, nomen figurae.*

ΠΑΡΑΒΗΝΑΙ ΤΕΤΤΑΡΑ.

Inter Tragicas saltationes censebatur Pollux lib. IV. cap. XIV. Καὶ μὲν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σιμὴ, χειροκαλαθίσκος, χεὶρ καταπρηνὴς, ξύλου παράληψις, διπλῆ, θερμαυστρὶς, κυβίστησις, παραβῆναι τέτταρα. *Et quidem tragicae saltationis figurae, Sima, Cheirocalathiscus, Manus praeceps, Ligni adsumtio, Dipla, Thermaystris, Iactatio in caput, Excedere quatuor.*

ΠΑΡΙΣ.

In hac Paridis iudicium repraesentabatur. Apuleius Mil. lib. X. *At ubi discursus reciproci multimodes ambages tubae terminalis cantus explicuit, auleo subducto, & complicitis sipariis, Paridis scena disponitur.* Vocatur ab eo *scena Paridis*, in qua Paris saltandus esset. Et habes in verbis illic sequentibus id, quod dicimus, bellissime expressum.

ΠΕΡΣΙΚΗ.

A gente Persarum dicta. Athenaeus libro XIV. Τὰ δὲ στασιμώτερα, καὶ ποικιλώτερα, καὶ τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν ἔχοντα, καλεῖται δάκτυλος, ἰαμβικὴ, Μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις, Περσικὴ, Φρύγιος. *Stabiliora autem, & magis varia, & saltationem habentia simpliciorem, vocantur Dactylus, Iamblica, Molossica, Concinnitas, Cordax, Sicinnis, Persica, Phrygius.* Hesychius. Περσικὰ, εἴδη καρύων. ἢ εὐτελῆ ὑποδήματα, καὶ ὀρθαὶ βακτηρίαι. καὶ ὄρχησις, Περσική. *Persica, genera ficuum; aut viles calcei, aut recta bacilla; & saltatio, Persica.* Pollux lib. IV. cap. XIV. Ἐν Θεσμοφοριαζούσαις ὀνομάζεται τὸ ὄρχημα τὸ Περσικὸν, καὶ σύντονον. *In Thesmophoriazusis nominatur, saltatio Persica, & contenta.* Aristophanis, quem designat in ea fabula locus est.

Σὺ δ' ὦ Τερήδων ἐπαναφύσα Περσικόν.

Tu vero o Teredon exsuffla Persicum.

Inter saltandum in genua procumbebant. Observare est apud Xenophontem de Cyri Exped. lib. VI. Τέλος δὲ τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, κροτῶν τὰς πέλτας, καὶ ὤκλαζε, καὶ ἀνίστατο. *Denique vero Persicum saltabat, pulsans peltas, & ingeniculabatur, & resurgebat.* Atque inde Ὄκλασμα etiam dicebatur, ut paulo ante in illa voce a me ostensum est. Saltabant vero ad tibiae cantum. Xenophon clare illud indicat, cum citatis verbis subiungit. Καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐποίει. *Et haec omnia in numero ad tibiam faciebat.* Et hinc est illud in citato Aristophanis versu,

——— ἐπαναφύσα Περσικόν

———*Exsuffla Persicum.*

ΠΙΝΑΚΙΣ.

Saltabatur haec quoque ad tibiae cantum, Athenaeus lib. XIV. Μετ' αὐλῶν δὲ ὠρχοῦντο τὴν τοῦ κελευστοῦ, καὶ τὴν καλουμένην πινακίδα. *Cum tibiis vero saltabant saltationem celeustae, & illam vocatam pinacida, vel tabellam.* Dicebatur etiam plurali numero,

ΠΙΝΑΚΙΔΕΣ.

Pollux lib. IV. capit. XIV. Τὰς δὲ πινακίδας ὠρχοῦντο, οὐκ οἶδ' εἴτ' ἐπὶ πινάκων, εἴτε πίνακας φέροντες. *Pinacidas vero, vel tabellas saltabant, nescio utrum supra tabulas, an tabulas ferentes.* Corruptus hodie de hac saltatione Hesychii locus. Πινακιδοῦς, ὄρχησις ποιά. *Pinacidus, saltatio certa.* Restituo, Πινακίδες, ὄρχησις π. *Pinacides saltatio c.*

ΠΟΔΙΚΡΑ.

Laconum erat. Hesychius. Ποδίκρα, ὄρχησις πρὸς πόδα γινομένη. Λάκωνες. *Podicra, saltatio ad pedem fieri solita; Lacones.*

ΠΟΔΙΣΜΟΣ.

Pollux lib. IV. cap. XIV. Ἐνόπλιοι ὀρχήσεις, πυῤῥίχη τε καὶ τελεσίας, ἐπώνυμοι δύο κριτῶν ὀρχηστῶν, Πυῤῥίχου τε καὶ Τελεσίου. ἐκαλεῖτο δέ τι καὶ ξιφισμὸς, καὶ ποδισμὸς, καὶ ῥικνοῦσθαι. *Armatae saltationes, Pyrrhicha & Thelesias, nomina nactae ab duobus iudicibus saltatorum, Pyrrhicho & Thelesia. Vocabatur vero etiam Xiphismus, & Podismus, & Lumbum iactare.* Et Ποδίζειν dicebatur ipse actus. Crates Trophonio apud Ethymologici Auctorem in Διαῤῥικνοῦσθαι.

Ξίφιζε, καὶ πόδιζε, καὶ διαῤῥίκνου.

Salta manu extenta ad ensis instar, & compedes iniice, & lumbos circumage.

Ita enim illum locum emendandum esse censeo. Perperam editur.

Ξίφιζε, καὶ σπόδιζε. ———

Salta manu ad gladii modum extenta, & cineribus opple.

ΠΟΙΦΥΓΜΑ.

Hesychius. Ποίφυγμα, σχῆμα ὀρχηστικόν. *Poephygma, forma saltatoria.* Videtur fuisse saltatio quaedam composita ad terrorem incutiendum, dicta ἀπὸ τοῦ ποιφύσσειν; quod est ἐκφοβεῖν.

ΠΟΛΕΜΙΚΗ.

Pollux lib. IV. cap. XIV. Ἦν δὲ κῶμος, εἶδος ὀρχήσεως, καὶ τετράκωμος, Ἡρακλέους ἱερά. καὶ πολεμική. *Erat vero Comus, species saltationis, & Tetracomus, Herculi sacra; & bellica*. Erant inter eas, quae ad tibiae cantum saltabantur. Athenaeus lib. XIV. Αὐλήσεων δ' εἰσὶν ὀνόματα, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομασιῶν, αἵδε. κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ αὐτὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Tibiae vero inflationum nomina, ut ait Tryphon in secundo Nominationum, ista; Comus, Bucoliasmus, Gingras, Tetracomus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod ipsum & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Haec vero omnia cum saltatione canebantur tibia*. Et ex eo Eustathius ad Iliad. φ'. Αὐλήσεως ὀνομασίαι, ὡς Ἀθήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως [a] δέ, φησιν, αὐτὰ ηὐλεῖτο, καθὰ ἱστορεῖ Τρύφων. *Tibiae inflandae nominationes, ut Athenaeus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Cum saltatione autem, ait, ista canebantur tibia, prout memorat Tryphon*.

ΠΡΥΛΙΣ.

Callimachus Hymno in Iovem.

Οὖλα δὲ Κούρητες γε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο
Τεύχεα πεπλήγοντες.——
Salubria autem Curetes prylin circum saltaverunt
Arma percutientes.——

Erat armata saltatio. Et Scholiastes ibi πρύλιν interpretatur, ἐνόπλιον. Hesychius eamdem cum Pyrricha facit. Πρύλιν, πυῤῥίχην, *Prylin, pyrrhicham*. Aristoteles Pyrrhicham Cyprorum lingua πρύλιν vocari auctor est. Docet Scholiastes Pindari Pythionic. Od. II. Ἀριστοτέλης δὲ, πρῶτον Ἀχιλλέα ἐπὶ τῇ τοῦ Πατρόκλου πυρᾷ τῇ πυῤῥίχῃ φησὶ κεχρῆσθαι, ἣν παρὰ Κυπρίοις φησὶ πρύλιν λέγεσθαι. *Aristoteles vero primum Achillen ad Patrocli rogum dicit pyrrhiche usum fuisse, quam apud Cyprios ait prylin dici*.

ΠΥΛΑΔΕΙΟΣ.

Haec a Pylade, saltatore nobilissimo, ita dicta. Plutarchus Sympos. lib. VII. Quaest. VIII. Ἀποπέμπω δὲ τῆς ὀρχήσεως μὲν Πυλάδειον, ὀγκώδη, καὶ παθητικὴν, καὶ πολυπρόσωπον οὖσαν. *Dimitto autem ab saltatione quidem Pyladeam tumidam, & concitatam, & multarum larvarum*. Athenaeus lib. I. Ἦν δὲ ἡ Πυλάδου ὄρχησις ὀγκώδης, παθητική τε, πολύκοπος. *Erat vero Pyladae saltatio tumida, & concitata, & multi laboris*. Et observa, tumidam fuisse; quod ideo fuit, quia Tragoediae, in qua talia omnia alia omnia, propria erat: nam in Tragoediis saltabat hic Pylades, ibique excellebat, in Comoedia sibi dissimilis, in qua regnum Bathyllus tenebat. Accipere licet ex Seneca Rhetore Declam. lib. III. ubi in Epistola ad Novatum, Senecam, & Melam, filios, ita ait. *Equorum non omnium, quamvis celeberrimi sint, idonea curriculis velocitas est. Quidnam melius equitem patiuntur, quidam iugum. Et ut ad morbum te meum vocem, Pylades in Comoedia, Bathyllus in Tragoedia, multum a se aberant*. Huc pertinet Epigramma Boethi, quod exstat Anthologiae lib. I. cap XI.

Εἰ τοῖος Διόνυσος ἐς ἱερὸν ἦλθεν Ὄλυμπον,
Κωμάζων Λήναις σύν ποτε καὶ Σατύροις,
Οἷον ὁ τεχνήεις Πυλάδης ὠρχήσατο κεῖνον
Ὀρθὰ κατὰ τραγικῶν τέθμια μουσοπόλων,
Παυσαμένη ζήλου Διὸς ἂν φάτο σύγγαμος Ἥρη,
Ἐψεύσω Σεμέλη, Βάκχον ἐγὼ δ' ἔτεκον.
Si talis Bacchus in sacrum venit Olympum,
Comessabundus cum prelis aliquando & satyris.
Qualem artificiosus Pylades saltavit illum
Secundum recta tragicorum praecepta musarum studiosorum,
Omittens invidiam Iovis, dixerit coniux Iuno
Mentita fuisti Semele, sed Bacchum ego peperi.

In quibus versibus plana omnia, & recta: nec causa est, cur vir magnus mutatum vellet.

ΠΥΡΡΙΧΗ.

Erat armata saltatio. Suidas. Πυῤῥίχαις, ταῖς ἐνοπλίοις ὀρχήσεσι. *Pirrhichis, armatis saltationibus*. Pollux lib. IV. cap. XIII. Πυῤῥίχη, εἶδος ἐνόπλου ὀρχήσεως. *Pyrrhicha, species armatae saltationis*. Scholiastes Aristophanis Avibus. Ἐνόπλιος ὄρχησις ἡ πυῤῥίχη. *Armata saltatio Pyrrhicha*. Hesychius Πυῤῥίχαι, τὰς ἐνοπλίους ὀρχήσεις. *Pyrrhichas armatas saltationes*. Vlpianus ad Olynth. II Τῶν ὀρχήσεων ἡ μέν ἐστι πολεμικὴ, ὡς ἡ πυῤῥίχη. ἡ δὲ γελοιαστικὴ, ᾗ χρῶνται ἐν θεάτροις, καὶ πότοις. *Saltationum alia quidem est bellica, ut pyrrhicha; alia vero ridicularis, qua utuntur in theatris, & potationibus*. Scholiastes Hephaestionis de pyrrhichio pede. Ὀξεῖαν ποιεῖται τὴν κίνησιν τῶν χρόνων, ὥσπερ καὶ ἡ καλουμένη πυῤῥίχη, ἐνόπλιος ὄρχησις οὖσα. *Acutam facit commotionem temporum, sicut & quae vocatur pyrrhiche, armata saltatio*. Pertinebat autem ad poesim Lyricam. Athenaeus libro XIV. Τρεῖς εἰσι τῆς σκηνικῆς ποιήσεως ὀρχήσεις, τραγικὴ, κωμικὴ, σατυρική. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς λυρικῆς ποιήσεως τρεῖς, πυῤῥίχη, γυμνοπαιδικὴ, ὑπορχηματική. *Tres sunt scenicae poeseos saltationes, Tragica, Comica, Satyrica. Similiter vero etiam lyricae poeseos tres Pyrrhiche, Gymnopaedice, vel nuda puerilis, & Hyporchematice*. Qualis autem ea fuerit, observare est apud Platonem De Leg. lib VII. Τὴν πολεμικὴν (ὄρχησιν) δὴ τούτων, ἄλλην οὖσαν τῆς εἰρηνικῆς, πυῤῥίχην ἄν τις ὀρθῶς προσαγορεύοι. τὰς δὲ εὐλαβείας πασῶν πληγῶν καὶ βολῶν ἐκνεύσεσι καὶ ὑπείξει πάσῃ καὶ ἐκπηδήσεσιν ἐν ὕψει καὶ

[a] Quippe temere hic edebatur αὐλήσεως.

ξὺν ταπεινώσει μιμουμένην, καὶ τὰς ταύταις ἐναντίας, τὰς ἐπὶ τὰ δραστικὰ φερομένας αὖ σχήματα, ἔν τε ταῖς τῶν τόξων βολαῖς καὶ ἀκοντίων καὶ πασῶν πληγῶν μιμήματα ἐπιχειροῦσας μιμεῖσθαι. *Bellicam (saltationem) ex his, diversam ab Pacifica Pyrrhicham recte quis adpellaverit; scilicet cautelas omnium plagarum & iactuum declinationibus, & cessione omni, & exsultationibus in alto, & cum contractione imitantem, easque quae sunt his contrariae, ad agiles gestus comparandos adiuvantes, tum in sagittarum iactibus & iaculorum, & omnium plagarum exempla imitari conantes.* Nomen accepit ab inventore Pyrrho. Solinus, ubi de Creta loquitur cap. XVII. *Prima mari potuit navibus, & sagittis; prima litteris iura iunxit. Pyrrhichen docuit, Pyrrho repertore.* Ita Proclus quoque in Chrestomathia. Εὑρετὰς δὲ τούτων φασὶν οἱ μὲν Κουρῆτας. οἱ δὲ, Πύῤῥον τὸν Ἀχιλλέως, ὅθεν καὶ πυῤῥίχην τι εἶδος ὀρχήσεως λέγουσιν. *Inventores vero earum dicunt alii quidem Curetas; alii vero Pyrrhum Achillis filium, unde quoque Pyrrhicham, speciem quamdam saltationis, dicunt.* Diomedes libro III. *Quae compositio huiuscemodi modulationi Pyrrhichae convenit. Vel a Pyrrho, Achillis filio, qui crebris, & citis exsultationibus; his breviter prominentem clipeum genibus incumbens, & per hunc terrorem hostibus immittens, inferebatur.* Alii Pyrrhichum quemdam Lacedaemonium inventorem esse volunt. Athenaeus lib. XIV Ἀριστόξενος δέ φησι τὴν πυῤῥίχην ἀπὸ Πυῤῥίχου, τοῦ Λάκωνος τὸ γένος, τὴν προσηγορίαν λαβεῖν. *Aristoxenus autem dicit ab Pyrrhicho, Lacone ab origine, adpellationem accepisse.* Pollux lib. IV. cap. XIV. Ἐνόπλιοι ὀρχήσεις, πυῤῥίχη τε καὶ τελεσίας, ἐπώνυμοι δύο κριτῶν ὀρχηστῶν, Πυῤῥίχου καὶ Τελεσίου. *Armatae saltationes, Pyrrhicha & Telesias, cognomina adeptae ab duobus iudicibus saltatorum, Pyrrhicho, & Telesia.* Strabo lib. X. Ἡ δὲ ἐνόπλιος ὄρχησις στρατιωτική, ἡ καὶ πυῤῥίχη. δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Πύῤῥιχος· ὃν φασιν εὑρετὴν εἶναι τῆς τοιαύτης ἀσκήσεως τῶν νέων ἐπὶ τὰ στρατιωτικά. *Sed armata saltatio militaris, quae & Pyrrhiche. Manifestat vero etiam Pyrrhichus; quem aiunt inventorem esse huiusmodi exercitationis adolescentum ad militaria.* Eustathius ad Iliad. ί. Τὴν ἐνόπλιον ὄρχησιν, ἥτις ὑπὸ Κουρήτων κατεδείχθη, Πύῤῥιχος συντάξας, πυῤῥίχην ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ἐκάλεσεν. *Armatam saltationem, quae ab Curetibus demonstrata fuit, Pyrrhichus componens, ab se vocavit Pyrrhicham.* Iterum ad Iliad. ν΄. Ἦν δὲ πολεμικὴ ὄρχησις καὶ ἡ Πυῤῥίχη, ἣν ἔνοπλοι παῖδες ὠρχοῦντο, κληθεῖσα ἀπὸ Πυῤῥίχου ἀνδρὸς Λάκωνος. *Erat vero bellica saltatio etiam Pyrrhiche, quam armati pueri saltabant, vocata ab Pyrrhicho viro Lacedaemonio.* Eadem tradit Lucianus lib. De Salt. Etymologici Auctor & Pyrrhi, & Pyrrhichi, meminit, & tertiam quoque nominis originem addit, τὸ διάπυρον τῶν ὀρχουμένων, *istud igneum, & ardens saltantium.* Locus iste est. Πυῤῥίχην. σημαίνει τὴν σύντονον ὄρχησιν, ἀπὸ Πύῤῥου, ἢ Πυῤῥίχου· ἢ παρὰ τὸ διάπυρον τῶν ὀρχουμένων. *Pyrrhicham, significat intentam saltationem, ab Pyrrho, aut Pyrrhicho; aut propter igneum saltantium.* Triplex hoc etymon complectitur Hesychius. Τὴν ἐνόπλιον ὄρχησιν, καὶ σύντονον, πυῤῥίχην ἔλεγον· οἱ μὲν, ἀπὸ Πυῤῥίχου τοῦ Κρητός· οἱ δὲ, ἀπὸ τοῦ διάπυρον εἶναι· οἱ δὲ, ἀπὸ Πύῤῥου τοῦ Ἀχιλλέως. ἐφησθέντα γὰρ τῶν Εὐρυπύλου φόνων ὀρχήσασθαί φησιν Ἀρχίλοχος. *Armatam saltationem, & intentam Pyrrhicham dicebant: alii quidem ab Pyrrhicho Crete; alii vero ab eo quod esset ignea; alii denique ab Pyrrho Achillis filio; etenim perlaetantem caedibus Eurypyli dicit eum saltavisse Archilochus.* Ita enim illic scribendum; quum perperam edatur, τῶν Εὐρυπύλου φωνῶν, *Eurypyli vocibus.* Quartam originem ex Aristotele tradit Scholiastes Pindari Pythionic. Od. II. nempe ἀπὸ τῆς πυρᾶς, *ab rogo.* quod ad Patrocli rogum saltasset Achilles. Verba eius ita habent. Διέλκεται δὲ ἡ τῆς πυῤῥίχης ὄρχησις, πρὸς ἣν τὰ ὑποχήματα ἐγράφησαν. ἔνιοι μὲν οὖν φασι πρῶτον Κούρητας τὴν ἔνοπλον ὀρχήσασθαι ὄρχησιν. αὖθις δὲ Πύῤῥιχον Κρῆτα. συντάξασθαι Θάλητα δὲ πρῶτον τὰ εἰς αὐτὴν ὑπορχήματα. Σωσίβιος δὲ, τὰ ὑπορχηματικὰ πάντα μέλη, Κρητικὰ ἀξιοῖ λέγεσθαι. ἔνιοι δὲ, οὐκ ἀπὸ Πυῤῥίχου τοῦ Κρητὸς τὴν πυῤῥίχην ὠνομάσθαι, ἀλλ᾽ ἀπὸ Πύῤῥου τοῦ Ἀχιλλέως παιδὸς, ἐν τοῖς ὅπλοις χρησαμένου, ἐν τῇ κατὰ Εὐρυπύλου τοῦ Τηλέφου νίκῃ. Ἀριστοτέλης δὲ πρῶτον Ἀχιλλέα ἐπὶ τῇ τοῦ Πατρόκλου πυρᾷ τῇ πυῤῥίχῃ φησὶ κεχρῆσθαι, ἣν παρὰ Κυπρίοις φησὶ πρύλιν λέγεσθαι· ὥστε παρὰ τὴν πυρὰν τῆς πυῤῥίχης τὸ ὄνομα θέσθαι. *Traducitur autem Pyrrhicha saltatio, ad quam subsaltationes scriptae sunt. Nonnulli quidem igitur dicunt primum Curetas saltavisse saltationem armatam: postea autem Pyrrhichum Cretem: Thaletem tamen primum composuisse ad eam subsaltationes. Sosibius autem omnes subsaltatorios cantus, postulat Creticos dici: quidam vero non ab Pyrrhicho Crete nominatam fuisse Pyrrhicham, sed ab Pyrrho Achillis filio in armis uso in victoria de Eurypylo Telephi filio. Aristoteles autem primum Achillem in rogo Patrocli pyrrhicha dicit usum esse, quam apud Cyprios dicit Prylin dici; ut ab pyra nomen poneretur pyrrhichae.* Historiam de Pyrrhicho, Pyrrho, & Achille, denominatae pyrrhichae tradit etiam Marius Plotius; nisi quod Pyrrhichi ibi nomen corruptum. Ecce libro De Metris. *Pyrrhicha dicta est a Pyrrho Cydonio, qui primus Cretenses sub armis saltare ad huius pedis sonitum instituit. Alii a Pyrrho, Achillis filio, quem dicunt primum in tumulo patris sui armatum honoris gratia saltasse. Aristoteles autem Achillem ait huius lusus inventorem fuisse.* Scribendum autem illic omnino, *Dicta est a Pyrrhicho Cydonio.* Sed, & in citato, paulo ante Solini loco, itidem legendum: *Pyrrhichen docuit, Pyrrhicho repertore.* Nam qui in Creta reperisse traditur, Pyrrhichus dicebatur, non Pyrrhus. Nicolaus Damascenus libro De Moribus Gentium, apud Stobaeum Ecloga XLII. Τὴν ἐνόπλιον πυῤῥίχην ἐκπονοῦντες, ἥν τινα πρῶτος εὗρε Πύῤῥιχος, Κυδωνιάτης, Κρὴς τὸ γένος. *Armatam pyrrhicham exercentes, quam primus reperit Pyrrhichus, Cydoniates, genere Cretensis.* Nonnus fuse Dionys. lib. XXVIII.

——— ἐν δὲ κυδοιμοῖς

Εἰλι-

Εἰλιπόδην ἔςησε Μίμας εὔρυθμον Ἐνυὼ
Καὶ ςρατὸν ἐπτοίησε χοροίτυπον ἄορ ἑλίσσων,
Σκαρθμὸν ἔχων ἀγέλαςον ἐνόπλιον ἴδμονι ταρσῷ,
Οἷον ὅτε Κρονίοισιν ὑπ' οὔασι δοῦπον ἐγείρων
Πύῤῥιχος Ἰδαίοισι σάκος ξιφέεσσιν ἀράσσων,
Ψευδομένης ἀλάλαζε μέλος μενεδήιον ἠχοῦς,
Ζηνὸς ὑποκλέπτων παλιναύξεως ἔγκρυφον ἥβην,
Τοῖον ἔχων μιμηλὸν ἐνόπλιον ἅλμα χορείης
Χαλκοχίτων ἐλέλιζε Μίμας ἀνεμώδεα λόγχην.

——— *Sed in proeliis*
Volventem pedes statuit Mimas bene congruam pugnam,
Et exercitum terruit in saltando pulsantem ensem vibrans.
Habens tripudium sine risu armatum perita planta,
Quale cum Saturniis sub auribus strepitum excitans
Pyrrhichus Idaeis scutum ensibus pulsans,
Mendacis resonabat carmen bellicum sonitus,
Iovis suffurans rursum crescentis occultatam aetatem,
Talem habens imitabundum armatum saltum choreae
AEreo vestitu vibrabat Mimas ventosam lanceam.

Et quia in Creta, ut nonnullis placet, inventa pyrrhicha, ideo etiam Κρητικὴ nuncupata fuit. Hinc est, quod ait Scholiastes Sophoclis ad Aiacem. Τῶν δὲ ὀρχήσεων ἡ μὲν Βερεκυνθιακὴ λέγεται· ἡ δὲ, Κρητικὴ· ἡ καὶ πυῤῥίχη. *Saltationum vero alia quidem Berecynthiaca dicitur; alia vero Cretica, quae & pyrrhicha.* Ecce duplex nomen habuit; unum, ab inventore: alterum, a regione, in qua inventa. Alii a Curetibus inventam dicunt; alii a Minerva. Dionysius Halicarnasseus lib. VII. Ἑλληνικὸν δ' ἄρα καὶ τοῦτο ἦν ἐν τοῖς πάνυ παλαιὸν ἐπιτήδευμα, ἐν ὅπλοις ὄρχησις, ἡ καλουμένη πυῤῥίχη, εἴ τε Ἀθηνᾶς πρώτης, ἐπὶ Τιτάνων ἀφανισμῷ χορεύειν καὶ ὀρχεῖσθαι σὺν ὅπλοις ταπινίκια ὑπὸ χαρᾶς ἀρξαμένης. εἴ τε παλαιότατον ἔτι Κουρήτων αὐτὴν καταςησαμένων· ὅτε τὸν Δία τιθηνούμενον θέλγειν ἐβούλοντο κτύπῳ τε ὅπλων, καὶ κινήσει μελῶν, καὶ ῥυθμῷ, καθάπερ ὁ μῦθος ἔχει. *Graecum vero & illud erat inter praecipuos antiquum studium, saltatio in armis, quae vocabatur pyrrhiche, sive Minerva prima in Titanum internecione choream agere & saltare cum armis praemia victoriae cum gaudio exorsa; sive vetustissimam adhuc Curetibus illam constituentibus; quando Iovem lactentem oblectare voluerunt strepitu armorum & cantilenarum motu ac rhythmo, prout habet fabula.* De Minerva inventrice, est quoque locus apud Scholiasten Pindari Pythion. Od. II. Ὁ δὲ Ἐπίχαρμος τὴν Ἀθηνᾶν φησι τοῖς Διοσκούροις τὸν ἔνοπλον νόμον ἐπαυλῆσαι. *Epicharmus vero Minervam dicit Castori & Polluci armatum modum tibia cecinisse.* Atque hinc est, quod in honorem eius pyrrhichistas quoque dabant Athenienses maioribus Panathenaeis. Observo apud Lysiam in Oratione, quae inscribitur, Ἀπολογία δωροδοκίας. Ἐγὼ γὰρ ἐδοκιμάσθην μὲν ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος· καταςὰς δὲ χορηγὸς τραγῳδοῖς, ἀνήλωσα τριάκοντα μνᾶς· ἐπὶ δὲ Γλαυκίππου ἄρχοντος, εἰς πυῤῥιχιςὰς Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ὀκτακοσίας. *Ego enim probatus quidem fui archonte Theopompo; constitutus vero praebitor tragoedis impendi triginta minas: Glaucippo autem archonte in pyrrhichistas Panathenaeis magnis octingentas* (a). Ad Curetas autem quod attinet, eos etiam inventores tradit Dionysius, quem citavi lib. II. Χορείαν δὲ κίνησιν ἐνόπλιον, καὶ τὸν ἐν ταῖς ἀσπίσιν ἐπιτελούμενον ὑπὸ τῶν ἐγχειριδίων ψόφον, εἴ τι δεῖ τοῖς ἀρχαίοις τεκμηριοῦσθαι λόγοις, Κούρητες ἦσαν οἱ πρῶτοι καταςησάμενοι. *Choream vero & motum armatum, illumque strepitum in clipeis excitari solitum ab gladiolis, si quid ex antiquis oportet coniectare sermonibus, Curetes sunt qui primi constituerunt.* Theon in Aratum de Corybantibus ait; qui, ut notum, iidem cum Curetibus esse existimati. Ὁ δὲ μῦθος βούλεται ταύτας ἀνατετραφηκέναι ἐν Κρήτῃ, ὅτε τὴν πυῤῥίχην, ἥ ἐςιν ἔνοπλος ὄρχησις, εὑρέσθαι λέγεται, ἣν ὀρχούμενοι οἱ Κορύβαντες ἐπὶ ὅλον ἐνιαυτὸν, τὸν Δία ἔθρεψαν λανθάνοντες τὸν Κρόνον. *Fabula vero vult eas enutrivisse in Creta, quum pyrrhicha, quae est saltatio armata, exorta esse dicitur, quam saltantes Corybantes per totum annum nutriverunt Iovem, fallentes Saturnum.* Et hinc Dioni Chrysostomo Κουρητικὴ dicitur haec saltatio. Locus exstat in Orat. II. De Regno. Τὴν ἐνόπλιον (ὄρχησιν) τὴν Κουρητικὴν, ἥπερ ἦν ἐπιχώριος τοῖς Κρησὶ, τὴν ὀξεῖαν καὶ ἐλαφρὰν κίνησιν. *Armatam (saltationem) Cureticam, quae erat popularis Cretensium, illum acutum, & levem motum.* Sed Cureticam, & pyrrhicham, diversas facit. Plinius lib. VIII. cap. LVII. *Saltationem armatam Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrhus, utramque in Creta.* Omnibus autem his inventoribus Castorem, & Bacchum, accenset Eusthathius ad Iliad. π'. Ἱςέον δὲ ὅτι κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὴν ῥηθεῖσαν Κουρητικὴν ἢ πυῤῥιχιακὴν ὄρχησιν οἱ πλείους μὲν εἰς Κρῆτας ἀνάγουσι. τινὲς δὲ, Νεοπτολέμῳ ἀνατιθέασι τὴν αὐτῆς εὕρεσιν. ἕτεροι δὲ, Κάςορι· καὶ ἄλλοι, Διονύσῳ. *Sciendum vero etiam iuxta veteres dictam Cureticam vel pyrrhichiacam saltationem plures quidem referre ad Cretenses: nonnulli vero Neoptolemo attribuerunt eius inventionem: alii autem Castori: & alii Baccho.* Atque hinc a Castore hoc Καςόρειον μέλος nuncupatur. Pindarus Pythionic. Od. II.

——— τόδε μὲν κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολὰν
Μέλος ὑπὲρ πολιᾶς ἁλὸς πέμπεται.
Τὸ Καςόρειον
Δ' ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς
Θέλων, ἄθρησον χάριν ἑπτακτύπου
Φόρμιγγος ἀντόμενος.

——— *hic quidem more Phoenissae mercis*
Cantus super canum mare mittitur.
Castoreum
Vero in AEoliis nervis.
Volens specta gratiam septisonae
Citharae occurrens.

Quo loco Scholiastes. Καςόρειον εἶπε, διὰ τὸ τὴν ἔνοπλον ὄρχησιν κατ' ἐνίους τοὺς Διοσκούρους εὑρεῖν. ὀρχηςικοὶ γάρ τινες οἱ Διόσκουροι. *Castorium dixit, quia armatam saltationem secundum aliquos Dioscuri invenerunt. Saltatione enim gaudentes quidam Dioscuri.* Et in Castoris etiam honorem, qui Lacon erat, Lacones praelia ad

(a) Consule *Panathenaea Cap. XII. Tom. II.*

ad hoc melos capessebant. Idem Scholiastes loco citato. Τινὲς δὲ, ῥυθμὸν τινά φασι τὸ Κασόρειον. χρῆσθαι δὲ αὐτῷ τὺς Λάκωνας, ἐν ταῖς πρὸς τὺς πολέμυς συμβολαῖς. *Quidam vero rhythmum quemdam dixere Castoreum: uti autem eo Laconas in congressibus bellorum.* Pollux lib. IV. cap. X. Μέλος δὲ, Κασόρειον μὲν, τὸ Λακωνικὸν ἐν μάχαις, ὑπὸ τὸν ἐμβατήριον ῥυθμόν. *Cantum vero Castoreum quidem, Laconicum in pugnis, sub rhythmo ad quem incedunt.* Videmus exemplum apud Plutarchum Lycurgo. Ἤδη δὲ συντεταγμένης ἅμα τῆς φάλαγγος αὐτῶν, καὶ τῶν πολεμίων παρόντων, ὁ βασιλεὺς ἅμα τήν τε χίμαιραν ἐσφαγιάζετο, καὶ σεφανῦσθαι παρήγγελε πᾶσι, καὶ τὺς αὐλητὰς αὐλεῖν ἐκέλευε τὸ Κασόρειον μέλος. ἅμα δ' ἐξῆρχεν ἐμβατηρίυ παιᾶνος. *Iam vero composita simul phalange ipsorum, & hostibus propinquis Rex pariter & capram immolabat, & omnibus denunciabat coronari, & tibicines tibia canere iussit Castoreum cantum; simul vero exorsus est incessorium paeana.* Ineptissimum est, quod a fibro nomen datum Suidas tradit. Ecce verba. Κασόρειον μέλος, τὸ τῦ κάσορος τῦ ζώυ. *Castoreum cantum, illum castoris animalis.* Saltabatur autem a pueris. Athenaeus lib. XIV. Πολεμικὴ δὲ δοκεῖ εἶναι ἡ πυῤῥίχη. ἔνοπλοι γὰρ αὐτὴν παῖδες ὀρχῦνται. *Bellica vero videtur esse pyrrhiche: armati enim pueri eam saltant.* Eustathius ad Iliad. ν'. Ἦν δὲ πολεμικὴ ὄρχησις καὶ ἡ πυῤῥίχη, ἣν ἔνοπλοι παῖδες ὠρχῦντο. *Erat vero bellica saltatio etiam pyrrhicha, quam pueri armati saltabant.* Dion Cassius lib. LX. Ἄρκτοι τε γὰρ μεταξὺ τῦ δρόμυ αὐτῶν ἐσφάγησαν, καὶ ἀθληταὶ ἠγωνίσαντο. πυῤῥίχην τε Ἀσιανοὶ παῖδες μετάπεμπτοι ὠρχήσαντο. *Vrsi enim inter cursum eorum occisi sunt, & athletae certabant, & pyrrhicham Asiani pueri arcessiti saltaverunt.* Suetonius in Iulio cap. XXXIX. *Pyrrhicham saltaverunt Asiae Bithyniaeque principum liberi* Iterum in Nerone cap. XII. *Exhibuit & Naumachiam, marina aqua innatantibus belluis; item pyrrhichas quasdam e numero epheborum.* Heliodorus AEthiopic. lib. III. Τὺς παρθενικὺς χορὺς, τὰς αὐλητρίδας, τὴν ἐνόπλιον τῶν ἐφήβων τε καὶ πυῤῥίχιον ὄρχησιν. *Virgineos choros, tibicinas armatam epheborum & pyrrhichiam saltationem.* Apuleius Milesia X. *Puelli, puellaeque virenti florentes aetatula, forma conspicui, veste nitidi, incessu gestuosi, Graecanicam saltantes pyrrhicham, dispositis ordinationibus decoros ambitus inerrabant; nunc in orbem rotatum flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi, & in quadratum patorem cuneati, & in catervae dissidium separati.* Et Cretenses saltare hanc pueros docebant. Nicolaus Damascenus apud Stobaeum loco citato. Οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ μετ' ἀλλήλων σκληραγωγύμενοι, καὶ θήρας καὶ δρόμυς τε ἀνάντες ἀνυπόδητοι κατανύοντες, καὶ τὴν ἐνόπλιον πυῤῥίχην ἐκπονῦντες. *Cretum vero liberi congregantur communiter inter se austere viventes, & venationes cursusque adclives sine calceis peragentes, & armatam pyrrhicham elaborantes.* Lacedaemonii suos liberos, simul quintum aetatis annum attigissent, hanc docebant. Athenaeus lib. XIV. Παρὰ μόνοις δὲ Λακεδαιμονίοις διαμένει προγύμνασμα ὄν (ἡ πυῤῥίχη) τῦ πολέμυ. ἐκμανθάνυσί τε πάντες ἐν τῇ Σπάρτῃ ἀπὸ πέντε ἐτῶν πυῤῥιχίζειν. *Apud solos vero Lacedaemonios permanet exercitium istud (pyrrhicha) praeparans bello: ediscuntque omnes in urbe Sparta ab quinque annis pyrrhicham saltare.* Hanc saltationem innuit Quintilianus Institut. Orat. lib. I. cap. XI. *Lacedaemonios quidem etiam saltationem quamdam, tamquam ad bella quoque utilem, habuisse inter exercitationes accepimus.* Certe puerorum fuisse, innuit etiam Martianus Capella lib. IX. *Pyrrhichius vero, id est, proceleusmaticus, quia hic adsiduus, vel in certamine, vel in ludo quodam puerili.* Et Isidorus Orig. lib. I. cap. XVI. *Pyrrhichius dictus est, quia hic adsidue vel in certamine, vel in ludo puerili, saepius frequentabatur.* Nonnulli hanc eamdem esse cum ea, quae Troia adpellata, censuerunt. Servius ad illud AEneid. V.

Troiaque nunc pueri, Troianum dicitur agmen.

Ludus, inquit, *ipse, quem vulgo Pyrrhicham adpellant, Troia vocatur.* Sed erroris ego eum facile convinco. Nam ecce manifesto distinguit Suetonius in Iulio cap. XXXIX. Ac primo de Pyrrhicha ait. *Pyrrhicham saltaverunt Asiae, Bythyniaeque, principum liberi.* Deinde de Troia, illo ipso capite. *Troiam lusit turma duplex, maiorum minorumque puerorum.* Discrimen isthoc, quod in equis Troiam luderent, pedibus Pyrrhichen. De Pyrrhicha, notum est ex locis antecedentibus; de Troia, satis clare Festus. *Troia, & regio Priami, & lusus puerorum equestris dicitur.* Dio Cassius lib. XLIII. Τήν τε ἱππασίαν, τὴν Τροίαν καλυμένην, οἱ παῖδες οἱ εὐπατρίδαι κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐποιήσαντο. *Et equitationem, Troiam vocatam, pueri patricii ex more veteri fecerunt.* Iterum lib. XLVIII. Τὴν ἱπποδρομίαν ἐπὶ δύο ἡμέρας ἐποίησε, τῇ τε Τροίᾳ καλυμένῃ διὰ τῶν εὐγενῶν, παίδων ἐγαυριώθη. *Cursum circensem per biduum fecit; & Troia, ut vocant lusum, per nobiles pueros exsultavit.* Et lib. LI. Ἔνθ' ὃν τῇ τῦ ἥρωος ὁσιώσει ἀγῶνές τε παντοδαποὶ ἐγένοντο καὶ τὴν Τροίαν εὐπατρίδαι παῖδες ἵππευσαν. *Itaque in monumenti dedicatione certamina omnis generis fuerunt & Troiam patricii pueri equitarunt.* Tacitus Annal. XI *Sedente Claudio Circensibus ludis, quum pueri nobiles equis ludicrum Troiae inirent.* Suetonius in Iulio loco citato. *Troiam lusit turma maiorum minorumque puerorum.* Dicit, ecce, *lusit turma.* Atqui turma equitum erat, ut cuivis notum. Deinde pyrrhicha Pyrrhi, aut Pyrrhichi, inventum erat, quemadmodum ostendi; Troia Ascanii. Virgilius docet AEneid. V.

Hunc morem: hos cursus, atque haec certamina primus
Ascanius, longam muris quum cingeret Albam,
Retulit; & priscos docuit celebrare Latinos:
Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes,
Albani docuere suos: hinc maxima porro
Accepit Roma, & patrium servavit honorem.
Troiaque nunc pueri, Troianum dicitur agmen.

Porro

Porro in exercitio Troiae equeſtri pyrrhicham pedeſtrem imitabantur. Agathias de Narſete, milites ſuos exercente, initio libri II. Ναρσῆς δὲ ἐξασκεῖν γε ἐπὶ πλεῖον αὐτοὺς (τοὺς στρατιώτας) ἐκέλευε τὰ πολέμια, καὶ ἐπεῤῥώννυε τὸν θυμὸν ταῖς καθημέραν μελέταις, τροχάζειν τε ἀναγκάζων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἵππων ἐν κόσμῳ ἀναπάλλεσθαι, ἔς τε πυῤῥίχην τινὰ ἐνόπλιον περιδινεῖσθαι. *Narſes vero exercere ad ſummum eos (milites) iuſſit bellica, & indurabat animum quotidianis meditationibus, & decurrere in orbem cogens, & in equis ordinate emicare, & ad pyrrhicham quamdam armatam circumagere.* Herodianus in exſequiis Severi lib. IV. Ἐπὰν δὲ μέγιστον χῶμα ἀρθῇ τῶν ἀρωμάτων, πᾶς τε ὁ τόπος πληρωθῇ, ἱππασία περὶ τὸ κατασκεύασμα ἐκεῖνο γίγνεται. πᾶν τε τὸ ἱππικὸν τάγμα περιθεῖ κύκλῳ μετά τινος εὐταξίας, καὶ ἀνακυκλώσεως, πυῤῥιχίῳ δρόμῳ καὶ ῥυθμῷ. *Poſtquam vero maximus agger elevatus fuit aromatum, & univerſus locus repletus, equitatio circa ſtructuram illam exſtitit; & omnis equeſter ordo circumcurrit in orbem cum quodam recto ordine & revolutione, pyrrhicho curſu & congruentia.* Sed duplicem ego pyrrhicham obſervo; unam antiquiorem, militarem, de qua iam dixi: alteram recentiorem, Dionyſiacam, & in qua pro haſtis thyrſi erant, ferulaeque, & faces; ac Bacchi res geſtae, & eiuſmodi, repraeſentabantur. Athenaeus manifeſte docet. Nam poſtquam de priore illa quaedam dixit, mox de altera ſubiungit. Ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς πυῤῥίχη Διονυσιακή τις εἶναι δοκεῖ, ἐπιεικεστέρα οὖσα τῆς ἀρχαίας. ἔχουσι γὰρ οἱ ὀρχούμενοι θύρσους ἀντὶ δοράτων. προΐενται δὲ ἐπ' ἀλλήλους καὶ νάρθηκας, καὶ λαμπάδας φέρουσιν, ὀρχοῦνταί τε τὰ περὶ τὸν Διόνυσον, καὶ τὰ περὶ τοὺς Ἰνδοὺς, ἔτι τε τὰ περὶ τὸν Πενθέα. *Noſtri temporis pyrrhicha videtur eſſe quaedam Bacchica, lenior illa quam vetus. Habent enim ſaltantes thyrſos pro haſtis. Deiiciunt vero in ſeſe etiam ferulas, & faces ferunt, & ſaltant illa, quae feruntur de Baccho, & de Indis, & praeterea illa de Pentheo.* Atque haec nimirum erit intelligenda, quam inter ridiculas alio quodam loco refert. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις, καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινος τε καὶ σοβάς. ἔτι δὲ μορφασμὸς, καὶ γλαὺξ, καὶ λέων, ἀλφίτων τε ἐκχύσεις, καὶ χρεῶν ἀποκοπὴ, καὶ στοιχεῖα, καὶ πυῤῥίχη. *Et ridiculae ſunt ſaltationes, Igdis, & Mactriſmus, & Apocinus, & Sobas. Inſuper & Formatio, & Noctua, & Leo, & Polentarum effuſiones, & Abolitio debitorum, & Elementa, & Pyrrhiche.* Neque alia item, quam lyricae Poeſeos eſſe dixi ex eodem antea una cum gymnopaedia, & hypochermatica. Ac recentiores iſtae, ſine dubio, de quibus Suetonius agit in Nerone cap. XII. *Inter pyrrhicharum argumenta, taurus Paſiphaen ligneo iuvencae ſimulacro abditam iniit, ut multi ſpectantium crediderunt.* Et iſta quoque, de qua eſt Apuleii locus Mileſia decima, quam iam paulo ante produxi. Itaque, diſcriminis cauſa, antiqua illa *Militaris* dici coepta eſt. Obſervo apud Spartianum in Hadriano. *Militares pyrrhichas populo frequenter exhibuit.* Neque ἐνόπλιον alia de cauſa Agathias dixit, niſi ut diſtingueret. Ecce in verbis paulo ante citatis. Τροχάζειν τε ἀναγκάζων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἵππων ἐν κόσμῳ ἀναπάλλεσθαι, ἔς τε πυῤῥίχην τινὰ ἐνόπλιον περιδινεῖσθαι. *Et decurrere in orbem cogens, & in equis ordine emicare, & ad pyrrhicham quamdam armatam circumgyrare.* Et fallitur omnino vir in litteris hiſce ſummus, Iſaacus Caſaubonus, qui in iſto Spartiani loco τὸ *Militares* negat eſſe διακριτικόν. Immo, quia in Troia pyrrhicham repraeſentabant, ut iam dixi, video illic quoque diſcrimen veteris ac recentioris notatum eſſe. Dion Caſſius in verbis citatis paulo ante e libro XLIII. Τήν τε ἱππασίαν, τὴν Τροίαν καλουμένην, οἱ παῖδες οἱ εὐπατρίδαι κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐποιήσαντο. *Et equitationem, Troiam vocatam pueri patricii more veteri fecerunt.* Vides diſerte, κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐποιήσαντο. De antiqua pyrrhicha locus eſt Xenophontis in Opere De Cyri Expeditione, quem ſtatim producemus. Etiam ille Ariſtophanis Ranis.

Τὴν πυῤῥίχην τίς ἔμαθε τὴν Κινησίου;
Pyrrhichen quis didicit Cineſiae?

Item iſte Ammiani lib. XVI. *Quum exercere praeludia diſciplinae caſtrenſis Philoſophus cogeretur ut princeps, artemque modulatius incedendi per pyrrhicham concinentibus diſceret fiſtulis: vetus illud proverbium,* Clitellae bovi impoſitae ſunt; plane non eſt noſtrum onus: *Platonem crebro nominans, exclamabat.* Saltabatur vero etiam a ſexu ſequiore. Animadverto apud Xenophontem De Cyri Expedit. lib. VI. Ὀρχηστρίδα εἰσάγει, σκευάσας ὡς ἐδύνατο κάλλιστα, καὶ ἀσπίδα δοὺς κούφην αὐτῇ. ἡ δὲ ὠρχήσατο πυῤῥίχην ἐλαφρῶς. *Saltatricem inducit, exornatam ut potuit formoſiſſime, & clipeum illi praebens levem: illa autem ſaltavit agiliter pyrrhicham.* Itaque ad exemplum veteris, in recentiore etiam pyrrhicha factum eſt. Ecce apud Apuleium loco ſemel iterumque citato. *Puelli, puellaeque, virenti florentes aetatula, forma conſpicui, veſte nitidi, inceſſu geſtuoſi, Graecanicam ſaltantes pyrrhicham.* Quia autem in militari, ceu praeexercitamento militiae; ſaltantium viſus ad ferociam militarem compoſitus erat, hinc Πυῤῥίχην βλέπειν, pro *Feroci adſpectu eſſe*, dixit Ariſtophanes Avibus.

Ἀλλ' ὡδὶ, φύλαξ γὰρ τῶν ἐκεῖθεν ἄγγελος
Ἐσθεῖ πρὸς ἡμᾶς δεῦρο, πυῤῥίχην βλέπων.
Sed age, cuſtos enim rerum inde nuncius
Currit huc ad nos, pyrrhicham videns.

Vbi Scholiaſt. Πυῤῥίχην βλέπων. ἔνοπλον, καὶ πολεμικόν. *Pyrrhicham videns, armatam & bellicam.* Porro *Pyrrhicham ſaltare*, Πυῤῥιχίζειν dicebatur. Pollux lib. IV. cap. XIII. Πηδῆσαι, πυῤῥιχίσαι. *Salire, pyrrhicham agere.* Etymologici Auctor in Ὀρχησταί. Ἐπυῤῥίχιζον γὰρ ὅπλοις οἱ Κρῆτες πρὸς ἄσκησιν τῶν πολεμικῶν. *Quippe pyrrhicham agebat armis Cretenſes ad exercitationem bellicorum.* Athenaeus lib. XIV. Ἐκμανθάνουσί τε πάντες ἐν τῇ Σπάρτῃ ἀπὸ πέντε ἐτῶν πυῤῥιχίζειν. *Ediſcuntque omnes in Sparta ab annis quinque pyrrhicham ſaltare.* Schol. Homeri ad Iliad. π'. Ἐπυῤῥίχιζον τοῖς ὅπλοις οἱ Κρῆτες πρὸς ἄσκησιν τῶν πολεμικῶν. ὅ ἐστιν, σὺν τοῖς ὅπλοις τὸν πυῤῥίχιον καὶ ἔνοπλον ὄρχησιν ἤσκουν. *Pyrrhicham agebant armis Cretenſes ad exercitationem bellicorum; hoc eſt, cum armis* pyr-

pyrrhichiam & armatam saltationem exercebant. Artemidorus Oneirocritic. lib. I. cap. LXXVIII. Τὸ δὲ πυῤῥιχίζειν, τὸ αὐτὸ τῷ ὀρχεῖσθαι σημαίνει. *Verbum vero pyrrhichissare, idem notat verbo saltare.* Occurrit quoque apud Hesych. Atque inde Πυῤῥιχισμὸς, ipsa actio. Iosephus Antiquit. Iudaic. lib. XIX. Τρέπεται δὲ κατὰ στενωπὸν ἠρεμηκότα, καὶ ἐπὶ τόπον πρὸς λουτροῖς γενησόμενος, ἅμα καὶ παῖδας, οἱ ἥκεσαν ἐκ τῆς Ἀσίας, κατανοήσων, πομπῆς αὐτῶν ἐνθένδε γενομένης ἐπὶ ὕμνοις μυστηρίων, ἃ ἐπετέλει, ἔνιοι δὲ κατὰ πυῤῥιχισμοὺς, οἱ ἐν τοῖς θεάτροις ἔσοιντο. *Vertitur autem ad angiportum incelebrem, & ad locum prope balnea venturus, simul & pueros, qui venerant ex Asia, inspecturus, pompa eorum inde composita ad hymnos mysteriorum, quae celebrabat; nonnulli vero ad pyrrhichae saltationes, quae in theatris erant futuras.* Inde Πυῤῥιχισταὶ, qui pyrrhicham saltabant. Etymologici Auctor. Πυῤῥιχισταὶ οἱ τὴν ἔνοπλον ὀρχούμενοι ὄρχησιν. *Pyrrhichistae, saltantes saltationem armatam.* Lysias in Orat. iam laudata, quae inscribitur Ἀπολογία δωροδοκίας. Ἐπὶ δὲ Γλαυκίππου ἄρχοντος, εἰς πυῤῥιχιστὰς Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ὀκτακοσίας. *Sed Glaucippo archonte ad pyrrhichae saltatores Panathenaeis magnis octingentas.* Et Isaeus emendandus in Orat. περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου. Ἄξιον δὲ ὑμῖν λογίσασθαι, οὗτος γὰρ τῇ μὲν φυλῇ εἰς Διονύσια χορηγησία τέταρτος ἐγένετο, τραγῳδοῖς δὲ καὶ πυῤῥιχισταῖς ὕστατος. *Dignum vero etiam coram vobis computare. Ille enim tribui quidem ad Bacchanalia praebitoria quartus fuit, tragoedis vero & pyrrhicham saltantibus postremus.* Mendose editur, καὶ πυῤῥιέταις ὕστατος. *Et pyrrhietis postremus.* Eustathius ad Iliad. Ὅρα δὲ φιλομαθῆ τὸν Αἰνείαν, εἰ πυῤῥιχιστὰς τοὺς ἐκ Κρήτης ἱστορήσας οἶδε. *Vide vero avidum discendi AEnean, si pyrrhicham saltantes illos ex Creta ex adspectu novit.* Latine *Pyrrhicharii* dicuntur ab Vlpiano in l. *Aut damnum.* §. *Quicumque.* D. De Poenis. *Instituuntur venatores, aut pyrrhicharii, aut in aliam quam voluptatem, gesticulandi, vel aliter se movendi gratia.* Hinc Πυῤῥιχιστικὸν αὔλημα, apud Pollucem lib. IV. cap. IX. sect. VI. Αὔλημα δὲ ὄρθιον, πομπικὸν, παροξυντικὸν, ἐνόπλιον πυῤῥιχιστικόν. *Tibiae vero cantus rectus, pompae serviens, incitabundus, armatus, pyrrhichae congruus.* Ab hac vero saltatione nomen accepit pes pyrrhichius. Scholiast. Hephaestionis. Ἔστιν οὖν πρῶτος ὁ πυῤῥίχιος ἐκ δύο βραχειῶν συγκείμενος. ἐκλήθη δὲ οὕτως, ὅτι βραχύτατόν ἐστι, καὶ ὀξεῖαν ποιεῖται τὴν κίνησιν τῶν χρόνων, ὥσπερ καὶ ἡ καλουμένη πυῤῥίχη. *Est ergo primus pyrrhichius ex duabus brevibus compositus: vocatus vero fuit ita, quia est brevissimus, & acutam celeremque facit commotionem temporum, sicut etiam ista quae vocatur pyrrhiche.* Hesychius in Πυῤῥιχίζειν, postquam de pyrrhicha est loquutus. Ὅθεν καὶ ὁ πυῤῥίχιος πούς ὠνομάσθη. *Vnde etiam pyrrhichius pes nominatus est.* Sidonius lib. IX. epist. XV.

Resonetque mixtus ille pes celerrimus,
Bene nuncupatus quondam ab arte pyrrhicha.

Cledonius in Arte. *Pyrrhichius dictus ab actu pyrrhichae.* Marius Victorinus Artis Gramm. lib. I. *Pyrrhichius autem a celeri motu, ac recursu, qui in pyrrhicha habetur, nuncupatus est.* Huc pertinent etiam ista apud Dionysium Longinum lib. Περὶ ὕψους. Μικροποιὸν δ' οὐδὲν οὕτως ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, ὡς ῥυθμὸς κεκλασμένος λόγῳ, καὶ σεσοβημένος. οἷον δὴ πυῤῥίχιοι, καὶ τροχαῖοι, καὶ διχόρειοι, τέλεον εἰς ὀρχηστικὸν ἐκπίπτοντες. *Nihil vero sic in sublimibus deprimit & imminuit, quam rhythmus sermone fractus & abactus: quale sane pyrrhichii, & trochaei, & dichorei, penitus ad saltatorium declinantes.* Et occurrit apud alios Grammaticos. Porro dicebatur pyrrhicha etiam Χειρονομία, & accedebant ad eam antequam theatrum intrarent. Athenaeus lib. XIV. Οἱ παλαιοὶ γυμναζόμενοι πρῶτον ἐν τῇ γυμνοπαιδικῇ εἰς τὴν πυῤῥίχην ἐχώρουν πρὸ τοῦ εἰσιέναι εἰς τὸ θέατρον. καλεῖται δὲ ἡ πυῤῥίχη καὶ χειρονομία. *Antiqui quum primum exercerentur in nudis puerilibus exercitiis ad pyrrhicham concedebant antequam intrarent in theatrum. Vocatur vero pyrrhiche, & chironomia, vel manuum gesticulatio.* Sed hac de re pluribus vide quae infra a me notata in Χειρονομία. Vt autem finiam, similem pyrrhichae vetustissimam Romanorum saltationem esse existimo, a Romulo institutam, quae *Bellicrepa* dicebatur. Festus. *Bellicrepam saltationem dicebant, quando cum armis saltabant, quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur quod fecerat ipse, quum a ludis Sabinorum virginem rapuit.* (a)

ΡΑΚΤΗΡΙΟΝ.

Hesychius. Ῥακτήριον, ὄρχησίς τις. *Racterion, saltatio quaedam.*

ΡΙΚΝΟΥΣΘΑΙ.

Pollux lib. IV. capit. XIV. Ἐκαλεῖτο δέ τι (ὄρχημα) καὶ ξιφισμὸς, καὶ ποδισμὸς, καὶ ῥικνοῦσθαι, ὅπερ ἦν τὸ τὴν ὀσφῦν φορτικῶς περιάγειν. *Vocabatur vero aliqua (saltatio) etiam xiphismus, & podismus, & rhyknusthai, quod erat lumbum moleste circumagere.* Etymologici Auctor Διαῤῥικνοῦσθαι dixit, voce composita. Διαῤῥικνοῦσθαι, τὸ τὴν ὀσφῦν φορτικῶς περιάγειν. *Diarrhiknusthai notat lumbos moleste circumagere.* Deinde laudat versum Cratetis e Trophonio.

Ξίφιζε, καὶ ποόδιζε, καὶ διαῤῥίκνου.
Salta brachio ut ense porrecto, & cinere opple, & lumbos impudenter flecte.

Hesychius. Διαῤῥικνοῦσθαι, ἐπὶ σχήματος ὀρχηστικοῦ τίθεται. *Diarrhiknusthai, de forma saltatoria ponitur.*

ΣΑΛΜΟΞΙΣ.

Hesychius. Σάλμοξις, ὁ Κρόνος, καὶ ὄρχησις. *Salmoxis, Saturnus, & saltatio.*

ΣΑΤΥΡΟΣ.

Erat ita dicta, quod Satyrus ea repraesentaretur. Horatius lib. II. epist. II. ad Iulium Florum.

Ludentis speciem dabit, & torquebitur; ut, qui Nunc

(a) Pyrrhichae saltationis specimen ex *Hieronymo Mercuriali De Arte Gymnastica* hic proferimus.

Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur.

Virgilius Ecloga v.

Saltantes Satyros imitabitur Alphesiboeus.

Censebatur inter saltationes Laconicas formidabiliores. Pollux lib. IV. cap. XIV. Ἦν δέ τινα καὶ Λακωνικὰ ὀρχήματα, δειμαλέα. σειλινοὶ δ' ἦσαν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς, σάτυροι, ὑπότροχα ὀρχούμενοι. *Erant vero quaedam & Laconicae saltationes, horridae; Sileni autem erant, & praeter hos Satyri, celeri motu saltantes.* Meminit Lucianus De Salt. Κατὰ τὸν τεταγμένον ἕκαστοι καιρὸν, ἁπάντων ἐπιλαθόμενοι τῶν ἄλλων, κάθηνται δι' ἡμέρας, Τιτᾶνας, καὶ Κορύβαντας, καὶ Σατύρους, καὶ βουκόλους ὁρῶντες. καὶ ὀρχοῦνταί γε ταῦτα οἱ εὐγενέστατοι. *Singuli ad constitutum tempus, neglectis aliis rebus omnibus, desident interdiu, Titanas, & Corybantas, & Satyros, & bubulcos spectantes, & saltant omnino ista nobilissimi.* Plato De Leg. lib. VII. Τὴν τοίνυν ἀμφισβητουμένην ὄρχησιν δεῖ πρῶτον χωρὶς τῆς ἀναμφισβητήτου διατεμεῖν. τίς οὖν αὕτη, καὶ πῇ δεῖ χωρὶς τέμνειν ἑκατέραν; ὅση μὲν Βακχεία τ' ἐστὶ, καὶ τῶν ταύταις ἑπομένων, ἃς Νύμφας τε καὶ Πᾶνας, καὶ Σειληνοὺς, καὶ Σατύρους ἐπονομάζοντες, ὥς φασι, μιμοῦνται κατοινωμένους. *Igitur ambiguam saltationem oportet prius seorsum ab illa, quae non ambigitur, dissecare. Quae igitur ista, & ubi oportet dissecare utramque? Quaecumque quidem & Bacchica est, & illorum, quae his adiuncta sunt, quas Nymphas, & Panas, & Silenos, & Satyros, cognominantes, ut dicunt, imitantur vino ebrutos.* Qui autem saltationum hanc saltabant, hircinis pellibus amicti erant, setasque in capite horrentes gerebant; aliaque, istis similia. Dionysius Halicarnasseus lib. VII. Σκευαὶ δὲ αὐτοῖς ἦσαν, τοῖς μὲν εἰς Σειληνοὺς εἰκασθεῖσι, μαλλωτοὶ χιτῶνες, οὓς ἔνιοι χορταίους καλοῦσι, καὶ περιβόλαια ἐκ παντὸς ἄνθους. τοῖς δὲ εἰς Σατύρους, περιζώματα, καὶ δοραὶ τράγων, καὶ ὀρθότριχες ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς φόβαι, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. *Paratus vero illis erant quidem, qui Silenos imitarentur, villosae vestes, quas quidam hirsutas vocant, & amicula ex omni florum genere; illis vero qui Satyros luderent, cincturae, & pelles hircorum, & in capitibus adrecti crines, & quae his similia.* Pollux lib. IV. cap. XVIII. Ἡ δὲ σατυρικὴ ἐσθὴς, νεβρὶς, αἰγῆ, ἣν καὶ ἰζάνην ἐκάλουν, καὶ τραγῆν. καί που παρδαλῆν ὑφασμένην. *Vestis vero Satyrica, pellis caprina, quam & izanen vocabant, & hircinam; & alibi pardaleam textam.*

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

Saltatio Laconica, qualis Σάτυρος; de qua iam dixi. Vide locus Pollucis, Platonisque, quos illic produxi. Qui saltabant, tunicis villosis circumdati erant, & amiculis ex omni florum genere contextis. Dionysius loco paulo ante citato in Σάτυρος. Illic vide. Pollux lib. IV. cap. XVIII. Χλανὶς ἀνθινὴ, καὶ φοινικοῦν ἱμάτιον, καὶ χορταῖος, χιτὼν δασὺς, ὃν οἱ Σειληνοὶ φοροῦσι. *Laena florida, & purpurea vestis interior, & hirsuta, exterior pinguis, quam Sileni ferunt.* Tunicarum villosarum meminit etiam AElianus Var. Hist. lib. III. cap. XL. Ἐσθὴς δὲ ἦν τοῖς Σειληνοῖς, ἀμφίμαλλοι χιτῶνες. αἰνίττεται δὲ ἡ στολὴ τὴν ἐκ τοῦ Διονύσου φυτείαν, καὶ τὰ τῶν οἰνάδων, καὶ τὰ τῶν κλημάτων δάση. *Amictus vero erat Silenis interiores vestes utrimque villosae: significat autem hic habitus plantationem ab Baccho factam, vitiumque ac racemorum luxuriam.* Vbi vide quoque vestitus eius significationem. Dionysius χορταίους χιτῶνας nominat, ut & Hesychius. Χορταῖος, δασὺς χιτὼν, οἷος τῶν Σειληνῶν. *Hirsuta, densa vestis, qualis Silenorum.* Inde nimirum Χορταιόβαμοι, & Χορταιοβάμονες dicti Sileni. Observo apud eumdem Hesychium. Χορταιόβαμος, ὁ Σειληνὸς, χορταιοβάμων. Χορταῖον, τὸ ἔνδυμα τοῦ Σειληνοῦ. *Hirsutigradus, Silenus, villose incedens. Hirsutum indumentum Sileni.*

ΣΕΜΕΛΗ.

Haec Semeles fabulam repraesentabat. Lucianus De Salt. Καὶ ἄλλος τὴν Σεμέλην ὑποκρινόμενος, βαλλομένην κεραυνῷ, τὴν Γλαύκην αὐτῇ εἴκαζε, μεταγενεστέραν οὖσαν. *Et alius Semelen exhibens, ictam fulmine, Glaucen illi comparabat, quae fuit posterior.* (a)

ΣΙΚΙΝΝΙΣ.

Saltatio Satyrica. Pollux lib. IV. cap. XIV. Εἴδη δὲ ὀρχημάτων, ἐμμέλεια, τραγική. κόρδακες, κωμική. σίκιννις, Σατυρική. *Genera vero saltationum, concinnitas, tragica; cordaces, comica; sicinnis, Satyrica.* Scholiastes Aristophanis Nubibus. Τρία εἴδη ὀρχήσεως. ἐμμέλεια μὲν, τραγική. σίκιννις, Σατυρική. κόρδαξ, κωμική. *Tres quidem species saltationis; concinnitas quidem, tragica; sicinnis, Satyrica; cordax, comica.* Eustathius ad Iliad. σ'. Αἴλιος δὲ Διονύσιός φησι καὶ αὐτὸς, ὅτι ἐμμέλεια, τραγικὴ ὄρχησις. ὥσπερ ἡ κωμικὴ, κόρδαξ. καὶ ἡ Σατυρικὴ, σίκιννις. *AElius autem Dionysius dicit & ipse, concinnitatem esse tragicam saltationem; sicut comica, cordax; & Satyrica, sicinnis.* Est quoque legere apud Ammonium De Diff. Voc. in Κόρδαξ. Habuisse vero aliquid etiam comoediae adfine censeri possit; idque innuere Eustathium voluisse Commentario ad Iliad. π'. cum inquit. Ἦν δὲ καὶ σίκιννις κωμικωτέρα. *Sicinnis autem erat magis comica.* Totum locum mox adscribam. Quia autem Satyrica erat, ut ostensum; hinc est quod Satyri Σικιννισταὶ adpellati. Athenaeus lib. I. Καὶ τῆς Σατυρικῆς (ὀρχήσεως) ἣ ἐλέγετο σίκιννις. διὸ καὶ οἱ Σάτυροι σικιννισταί. *Et Satyricae (saltationis) quae dicebatur sicinnis. Ideo & Satyri sicinnistae.* Iterum lib. XIV. Καλεῖται δ' ἡ μὲν Σατυρικὴ ὄρχησις, ὥς φησιν Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ περὶ χορῶν, σίκιννις. καὶ οἱ Σάτυροι, σικιννισταί. *Vocatur vero Satyrica quidem saltatio, & ait Aristocles in scripto de choris sicinnis; & Satyri, sicinnistae.* Eustathius ad Odyss. ψ'. Καὶ σίκιννις, καὶ ἡ Σατυρι-

(a) Heic opportune protulerim, quae *Iac. Gronovius Praefat. Volum. VIII. Thes. Graec. Antiquit.* habet, quaeque alia etiam Meursianae orchestrae capita respiciunt. *In ea parte haereo*, inquit, *quod vix adpareat qui certae & legitimae saltationis genus existimari potuerit, simulatque in theatro Hylas aut Bathyllus fabulam aliquam saltavisset. Sic enim plane erit, ut in infinitum crescant illa saltationum nomina, & ferme quot fabulae ex vetustate narrabantur, tam multiplex statuatur istarum quoque numerus.*

τυρική. ἐπεὶ καὶ οἱ Σάτυροι, σικιννισαί. *Et sicinnis, quae etiam Satyrica; quoniam & Satyri sicinnistae*. Quin etiam sicinnistas fuisse Satyros clare liquet ex istis Dionysii verbis Antiquit. Rom. lib. VII. Μετὰ γὰρ τοὺς ἐνοπλίους χοροὺς οἱ τῶν Σατυριςῶν ἐπόμπευον χοροὶ τὴν Ἑλληνικὴν εἰδοφοροῦντες σίκιννιν. *Nam post armatos choros in pompa incedebant chori Satyristarum, speciem gerentes Graecanicae sicinnios*. Et mox. Προηγουμένους τῆς κλίνης Σατυριςὰς χορούς, κινουμένους τὴν σίκιννιν ὄρχησιν. *Praeeunte lecto Satyristas choros, motos more saltationis, quae dicitur sicinnis*. Et Persius, qui Bathyllum saltatorem *Satyrum* adpellat, sicinnistam fuisse innuere voluit Sat. V.

——— nec, quum sit cetera fossor,
Tres tantum ad numeros Satyri moveare Bathylli.

Atque hinc *Satyrus gestus* sicinnistae eleganter dicitur a Manilio lib. V.

Nunc Satyro gestu, referetque adfectibus ora.

Non recte illic vir magnus mutat, legique cupit, *saturo gestu*; quod interpretatur, παντόμιμον ὑπόκρισιν. Hesychium militarem saltationem vocat. Σίκιννις, ὄρχησίς τις σρατιωτικὴ Σατύρων σύντονος. *Sicinnis, saltatio quaedam militaris Satyrorum vehemens*. Etymologici Auctor in Ὀρχησαὶ sacerdotalem esse dicit. Τρία γὰρ εἴδη ὀρχήσεως. πυῤῥίχη, σίκιννις, ἥ τις ἐςὶν ἱερατική. καὶ ὁ κορδακισμός, αἰσχρός τις ὤν, καὶ μᾶλλον κωμικοῖς ἁρμόδιος. *Tria enim genera saltationis; pyrrhiche, sicinnis, quae est sacerdotalis: & cordacismus, foedus quidam, & magis conveniens comicis*. Ac consentit Scholiastes Homeri ad Iliad. π'. ubi iisdem pene verbis. Τρία γὰρ εἴδη ὀρχήσεως. πυῤῥίχη, σίκιννις, ἥ τις ἐςὶν ἱερατική. καὶ ὁ κορδακισμὸς, αἰσχρός τις ὤν, καὶ βεβήλοις ἁρμόδιος. *Tria enim genera saltationis; pyrrhiche, sicinnis, quae est sacerdotalis: & cordacismus, foedus quidam, & profanis conveniens*. Nam ita legendum illic, non, καὶ ὁ σκορδακισμὸς, supra ostendi, quum de cordace agerem Invenit, ac nomen a se dedit, Satyrus quidam, qui in comitatu Bacchi. Lucianus De Saltat. Τριῶν γοῦν οὐσῶν τῶν γενικωτάτων ὀρχήσεων, κόρδακος, καὶ σικιννίδος, ἐμμελείας, οἱ Διονύσου θεράποντες οἱ Σάτυροι, ταύτας ἐφευρόντες. ἀπ' αὐτῶν ἑκάςην ὠνόμασαν. *Quum ergo tres sint generales maxime saltationes, cordax, & sicinnis, & concinnitas, Bacchi ministri Satyri, qui has invenerunt, ab illis quamque nominaverunt*. Nomen Satyri non exprimit quidem, sed id Sicinnis, aut Sicinnus, fuerit oportet. Et invenio apud Suidam. Σίκιννις, ὄνομα κύριον. καὶ εἶδος ὀρχήσεως. *Sicinnis, nomen proprium; & genus saltationis*. Et apud Athenaeum lib. I. qui non Satyrum eum facit, verum Barbarum, aut Cretensem Σίκιννις, ἧς εὑρετὴς Σίκιννός τις βάρβαρος. οἱ δέ φασιν, ὅτι Κρὴς ἦν ὁ Σίκιννος. *Sicinnis, cuius inventor Sicinnus quidam barbarus: alii vero dicunt Cretensem fuisse Sicinnum*. Item lib. XIV. Τινὲς δέ φασι Σίκιννόν τινα βάρβαρον εὑρετὴν αὐτῆς (τῆς σικιννίδος) γενέσθαι. ἄλλοι δὲ Κρῆτα λέγουσι τὸ γένος εἶναι Σίκιννον. *Nonnulli vero dicunt Sicinnum quemdam barbarum inventorem eius (sicinnidis) fuisse. Alii vero Cretensem dicunt genere fuisse Sicinnum*. Eustathius ad Odyss. ψ'. Καὶ σίκιννις, ἧς εὑρετὴς Σίκιννός τις βάρβαρος, ἢ Κρής. *Et Sicinnis, cuius inventor Sicinnus quidam barbarus, aut Cretensis*. Ad barbarum quod attinet, fuerit ille ipse Persa, quem captivum, Themistocli carum, & liberis eius praeceptorem ab ipso datum, tradit Plutarchus in Themistocle. Ἦν δὲ τῷ γένει Πέρσης ὁ Σίκιννος αἰχμάλωτος, εὔνους δὲ τῷ Θεμιστοκλεῖ, καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ παιδαγωγός. *Erat autem genere Persa Sicinnus captivus, sed benevolus Themistocli, & filiorum eius paedagogus*. Et disertis verbis dicit in Σίκιννις Auctor Etymologici, ubi inter ceteras nominis origines hanc quoque ponit. Οἱ δὲ, ἀπὸ τοῦ παιδαγωγοῦ τῶν Θεμιςοκλέους παίδων Σικίννου. *Alii vero ab paedagogo Themistoclis liberorum Sicinno*. Ita enim ibi legendum, non Σικανοῦ, ut hodie editur; quod recte etiam a doctissimo Sylburgio monitum animadverto. Alii dictam esse volunt, παρὰ τὸ σείεσθαι, καὶ κινεῖσθαι. Hesychius. Σίκιννις, ὄρχησίς τις, ἀπὸ τοῦ σείεσθαι, καὶ κινεῖσθαι. *Sicinnis, saltatio quaedam, ab quatiendo & movendo*. Hanc quoque originem tradit Etymologici Auctor, & alteram item addit a Sicano, Atheniensium rege. Εἴρηται σίκιννις, παρὰ τὸ σείεσθαι καὶ κινεῖσθαι. ἢ ἀπὸ Σικανοῦ, τοῦ Ἀθηναίων βασιλέως. *Dicta est sicinnis ab quatiendo & movendo; aut ab Sicano Atheniensium rege*. Verum enim vero etiam isthic recte Sylburgius legendum monuit, ἢ ἀπὸ Σικίννου, *aut ab Sicinno*. Sed Atheniensium tamen regem Sicinnum in Historia eius populi non temere invenies. Alii tradunt inditum nomen a Nympha Sicinnide, Cybeles pedissequa; ac saltasse primos Phrygas in honorem Bacchi Sabazii. Eustathius ex Arriano ad Homeri Iliad. π'. Ἦν δὲ καὶ σίκιννις κωμικωτέρα, ἣν πρῶτοί φασιν ὀρχήσαντο Φρύγες ἐπὶ Σαβαζίῳ Διονύσῳ, ὀνομασθεῖσαν κατὰ τὸν Ἀῤῥιανὸν ἐπὶ μιᾷ τῶν ὀπαδῶν τῆς Κυβέλης Νυμφῶν *Erat vero & sicinnis magis comica, quam primi, dicunt, saltaverunt Phryges in honorem Sabazii Bacchi, nominatam iuxta Arrianum ab una comitum Cybeles Nympharum*. Ob hanc etymi incertitudinem L. Accius, Poeta vetus, sicinnistas *Nebuloso nomine* adpellasse videtur. Agellius lib. XX. cap. III. *Sicinnium, genus veteris saltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quae nunc stantes canunt. Posuit hoc verbum L. Accius poeta in Pragmaticis, adpellarique sicinnistas ait* nebuloso nomine: *credo propterea* nebuloso, *quod, Sicinnium cur diceretur, ei obscurum esset*. Dixi paulo ante, primos sicinnim saltasse Phrygas, Eustathii testimonio, ex Arriano; a quo seorsim abit Athenaeus, qui primum saltasse eam Thersippum tradit lib. XIV. Σκάμων δ' ἐν πρώτῳ περὶ εὑρημάτων (φησὶ) σίκιννιν αὐτὴν ἐῤῥήθη ἀπὸ τοῦ σείεσθαι, καὶ πρῶτον ὀρχήσασθαι τὴν σίκιννιν Θέρσιππον. *Sed Scamon in primo de inventionibus (ait) sicinnin ipsam dictam fuisse ab quatiendo, & primum saltavisse sicinnin Thersippum*. Porro erat haec pars Italicae. Idem Athenaeus libro primo. Τοῦτον τὸν Βάθυλλόν φησιν Ἀριςόνικος, ὃ ἐςι καὶ σύγγραμμα περὶ ὀρχήσεως, καὶ Πυλάδην, τὴν Ἰταλικὴν ὄρχησιν συςήσασθαι ἐκ τῆς κωμικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ.

δαξ. κ, τῆς τραγικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο ἐμμέλεια. κ, τ̃ σατυρικῆς, ἣ ἐλέγετο σίκιννις. *Hunc ipsum Bathyllum ait Aristonicus, cuius est quoque scriptum de saltatione, & Pyladen, Italicam saltationem constituisse ex comica, quae vocabatur cordax; & tragica, quae vocabatur concinnitas; & satyrica, quae dicebatur sicinnis.*

ΣΙΚΙΝΝΟΤΥΡΒΗ.

Erat & cantus, & saltatio, ad illum accommodata. Athenaeus lib. I. Αὐλήσεων δ' εἰσὶν ὀνόματα, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομασιῶν, αἵδε. κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ αὐτὸ κ, κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. ταῦτα ἣ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Tibiae vero inflandae nomina sunt, ut ait Tryphon in secundo Nominationum, haec: Comus, Bucoliasmus, Gingras, Tetracomus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod ipsum, & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Haec vero omnia cum saltatione canebantur tibia.* Et ex eo Eustathius ad Iliad. φ'. Αὐλήσεων ὀνομασίαι, ὡς ὁ Ἀθήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων, μετ' ὀρχήσεως δέ, φησιν, αὐτὰ ἱστορεῖ ηὐλεῖτο, καθὰ Τρύφων. *Tibiae inflandae nominationes, ut Athenaeus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod, & Chrusithyron, Cnismus, Mothon. Cum saltatione autem, ait, illa canebantur tibia.*

ΣΙΜΗ ΧΕΙΡ.

Vide infra Χεὶρ σιμή.

Meursii Tom. V.

ΣΙΧΘΑΡΙΣ.

Saltatio Libyca. Hesychius. Σιχθαρίς, Λιβικὴ ὄρχησις. *Sichtharis, Libyca saltatio.*

ΣΚΙΦΙΣΜΟΣ.

Eadem, quae Ξιφισμὸν, de qua supra a me dictum. Hesychius. Σκιφίζει ξιφίζει. ἔστι δὲ σχῆμα μαχαιρικῆς ὀρχήσεως. *Sciphizei, xiphizei, manu instar ensis extenta saltat. Est autem forma machaericae saltationis.*

ΣΚΟΠΟΣ.

Athenaeus commemorat lib. XIV. Σχήματα δ' ἐστὶν ὀρχήσεως ξιφισμὸς, θερμαΰστρις, ἑκατερίδες, σκοπὸς, χεὶρ καταπρηνής. *Formae vero sunt saltationis Xiphismus, Thermaystris, Hecaterides, Scopus, Manus praeceps.* Hesychius in Ὑπόσκοπον χέρα. Σχῆμα δέ ἐστιν ὀρχηστικὸν ὁ σκόπος. *Hyposcopum manum. Forma vero est saltatoria scopus.* Non recte faciunt viri docti, qui hanc lectionem sollicitant.

(a) ΣΚΩΨ. ΣΚΩΠΕΥΜΑ. ΣΚΩΠΙΑ.

De scope, & scopia, est locus Pollucis lib. IV. cap. XIV. Ἦν δέ τι κ, σκὼψ, τὸ δ' αὐτὸ κ, σκωπία. εἶδος ὀρχήσεως, ἔχων τινὰ τοῦ τραχήλου περιφορὰν κατὰ τὴν τοῦ ὄρνιθος μίμησιν, ὃς ὑπ' ἐκπλήξεως τ̃ ὀρχήσεως ἁλίσκεται. *Erat vero aliquid etiam scops, sed illud ipsum quoque scopia. Species saltationis, habens quamdam cervicis gyrationem ad imitationem volucris, quae perculsa ab saltatione capitur.* De scope, & scopeumate, Athenaeus lib. XIV. Σχήματα δ' ἐστὶν ὀρχήσεως, ξιφισμὸς, καλαθισμὸς.

R   καλλα-

[a] Quum singularem nummum, & Anaglyphum plurimi faciendum, saltationis genus, quod Σκὼψ ab antiquis adpellatum est, vel memorantem, vel exhibentem, vir Eruditissimus *Edm Chishullus* veluti operis utilissimi, quod *Antiquitates Asiaticae Christianam aeram antecedentes* inscribitur, πάρεργον & appendicem & exhibuerit, & illustraverit; non abs re nostra esse arbitratus sum Dissertationem elegantissimam heic adtexere, quum & *Meursium* nostrum exornare, & multa patefacere videatur, quae saltationem illam magis atque magis ob oculos ponant, & non minimam παρασκευῆς partem insinuent. Nos autem non Dissertationem tantum, sed & nummi ipsius Ephesiorum, & anaglyphi ἀμηχάνου imaginem, qualem ipse *Chishullus* edidit, proferimus, nequid operis integritati deesse videatur.



EDMVNDI CHISHVLLI

AD EGREGIVM VIRVM

NICOLAVM FRANCISCVM HAYM,

Quum THESAVRVM ederet BRITANNICVM A. D. 1720.

De nummo CΚωΠΙ inscripto DISSERTATIO, nunc correctior.

HAbes, Vir egregie, has meas coniecturas, non inanes spero, nec suo pondere carentes, de nummo isto plane singulari, quem ipse olim accuratissimus Bellorius, *sed nec explicatum, nec bene lectum, protulit. Tu vero nunc longe sinceriorem, atque omnibus suis apicibus conspicuum, e* Celsissimi Devoniae Ducis *thesauro depromsisti. Mire perstrinxit oculos nova illa & insolita Inscriptio; neque aliud mihi in mentem primo adspectu revocavit, quam* Ἐφέσια *quae vocantur* Γράμματα; *hoc est enormes illas, absonas, & ignotas voces,* Suidae, Hesychioque *memoratas, quas Incantamenti loco, nonnulli secum Ephesii circumtulisse*

καλλακίδες, σκὼψ, σκώπευμα. ἦν ϑ ὁ σκὼψ τ̃ ἀποσκοπέντων τὸ χῆμα, ἄκραν τὴν χεῖρα ὑπὲρ τῦ μετώπυ κεκυρτωκότων. *Figurae autem ſunt ſaltationis Xiphiſmus, Calathiſmus, Callacides, Scops, Scopeuma. Erat vero ſcops ab proſpicientibus, quod ad habitum, ut extremam manum ſuper frontem haberent incurvatam.* Deinde laudat verſum AEſchyli e Theoris.

> Καὶ μὲν παλαιῶν τῶν δέ σοι σκωπευμάτων.
> *Et quidem veterum horum tibi ſcopeumatum.*

Ac de ſcope etiam dixit lib. IX. Τὸ ϑ αὐτὸ ποιεῖν λέγυσι ϰ̀ τὺς σκῶπας. καὶ γὰρ τούτους ὀρχήσει λόγ@ ἁλίσκεσθαι. μνημονεύει δ' αὐτῶν Ὅμηρ@. γέν@ τε ὀρχήσεως ἀπ' αὐτῶν καλεῖται σκώψ. λαβὼν τοὔνομα ἀπὸ τ̃ περὶ τὸ ζῶον ἐν τῇ κινήσει ποικιλίας, *Sed id ipſum facere dicunt etiam ſcopas. Nam & hos ſermo eſt ſaltationne capi. Meminit eorum Homerus, & genus ſaltationis ab eis vocatur ſcops; nacta nomen ab varietate, qua utitur hoc animal in motu.* Et ex eo Euſtathius ad Odyſſ. έ. Ε'ν δὲ τοῖς τοῦ Α'θηναίυ φέρεται, ὅτι καθὰ οἱ ὦτοι τὸ ὄρνεον, ὧν μνεία καὶ ἐν τοῖς εἰς τὴν Ι'λιάδα κεῖται, οὕτω καὶ οἱ σκῶτες ὀρχήσει ἁλίσκονται. καὶ ὅτι καὶ γέν@ ὀρχήσεως ἀπ' αὐτῶν καλεῖται σκώψ. *Sed in ſcriptis Athenaei dicitur, ſicut oti avicula, quorum mentio etiam in illis ad Iliada ponitur, ſic & ſcopes ſaltatione capi, atque etiam genus ſaltationis ab illis vocari ſcops.* Heſychius. Σκῶπες, εἶδ@ ὀρνέων. οἱ ϑ, κολοιύς. καὶ εἶδ@ ὀρχήσεως. *Scopes, ſpecies avium; alii autem graculos, & ſpecies ſaltationis.* Ad ſcopeuma, quod attinet, conſentanea quoque Athenaeo dicit Heſychius. Σκωπευμάτων, σχῆμα τῆς χειρὸς πρὸς τὸ μέτωπον τιθεμένης, ὥσπερ ἀποσκοπύντων. *Scopeumatum, figura manus ad frontem*

liſſe dicebantur. At utramque nummi faciem attentiore cura perpendenti, paulatim mihi viſum eſt aperiri reconditum hoc, quod ſequitur, Antiquitatis eruditae ſpecimen.

I. *Adverſa Nummi facies aream videtur exhibere, inſcriptam literis* Є Φ, *& circulari quadam linea undiquaque terminatam. Huic inſiſtit Cervus capitis ſui, atque colli circumductione notabilis; cui* CKωΠI *vocula, aut voculae certe pars ſubiicitur. Hanc ego aream, literulis* Є Φ *notatam, theatri Epheſini* Orcheſtram *eſſe arbitror; hoc eſt locum in theatro ſaltationibus deſtinatum, proprio ſuo* ſcammate, *ſive linea circumſeptum. Cervus agillimum animalium, notum alias Epheſiorum ſymbolum, hic adpoſite ſaltatorum eximiam agilitatem denotat. At ſingularis iſta colli circumductio, cum adiecta vocis* CKωΠI *inſcriptione, tantum non clare eloquitur ſatyricam quamdam ſaltationis ſpeciem, non Epheſi ſolum, ſed & tota paſſim Ionia, celebratam. Nomen indidit ſaltationi Avis ſaltatrix* Σκὼψ; *quae* Ariſtoteli *inter edulia, & delicias admodum laudata, noſtratibus, ni fallor,* Dotterellus, *VVillughbeio* Morinellus *audit. Motus eius ſatyricos, non addito Latino nomine,* Plinius *dubitanter adtigit: aliique capi avem tradidere, ab aucupe iſtos motus non inſcite imitante.* Athenaeus *de Oto, ave columbae magnitudine, illud referens, ſubdit ſtatim,* καὶ τὺς σκῶπας ὀρχήσει λόγ@ ἁλίσκεσθαι... γέν@ τε ὀρχήσεως ἀπ' αὐτῶν καλεῖται σκώψ. *i. e.* Quin & *ſcopas* quoque perhibent ſaltatione capi. Et quoddam ſaltationis genus ab iis vocatur *ſcops*, lib. 9. cap. 10. *Paria his & plura* Pollux, *apud quem* σκὼψ, *& variato nomine* σκοπίας, *ſub morphaſmo, hoc eſt ſaltatione mimica, tamquam ei cognata recenſetur.* Ο' δὲ μορφασμὸς (*inquit*) παντοδαπῶν ζώων μίμησις ἦν. ἦν δέ τι ϰ̀ σκὼψ, τὸ δ' αὐτὸ ϗ σκωπίας, εἶδ@ ὀρχήσεως ἔχον τινὰ τῦ τραχήλου περιφορὰν, κατὰ τὴν τοῦ ὄρνιθ@ μίμησιν, ὡς ἀπ' ἐκπλήξεως τὴν ὄρχησιν ἁλίσκεται. ὁ δὲ λέων ὀρχήσεως φοβερᾶς εἶδ@. *i. e.* Morphaſmus ſaltatio fuit omnium cuiuſcumque generis animalium imitatrix. Fuit etiam in honore *ſcops*, ſeu, quod idem eſt, *ſcopias*, ſaltationis ſpecies, habens certam quamdam *colli* circumgyrationes, avis iſtius imitatione, quae attonita ſaltando capitur. At *leonem* quod attinet, erat ea horrificae ſaltationis ſpecies. *vid. Iul. Poll. lib. 4. cap. 14. & in voce* μορφάσαι. *cap 13.*

Nec mirum forſitan videbitur, mimica iſta ſaltatione Epheſium hunc nummulum inſigniri, reputantibus quae retulerit Lucianus, *de Ionum ingenio in hanc rem perdite propenſo „ Bacchica ſaltatio in Ionia praecipue, & in Ponto adſueta celebrari, ſatyrica licet fuerit, gentis illius animos ita tamen mancipavit, ut ſinguli, ſtata occaſione, ceterorum omnium obliti de die in diem ſedeant, ſpectantes Titanas, Corybantas, Satyros, & Bubulcos. Saltant haec nobiliſſimi quique, & cuiuſque civitatis principes. Nec id, ut erubeſcentes certe; imo eo ſe nomine longe magis efferentes, quam aut nobilitate ipſa aut muneribus publicis, aut dignitatibus maiorum. Haec* Lucianus περὶ ὀρχήσεως, *ubi per ſtatam occaſionem indigitat ille & annua, & quinquennalia certamina, deorum indigenarum feſta, nec non &* πανηγύρεις, *ſive conventus mercatorios, ad quos populus magna frequentia e finitimis paſſim regionibus commeabat. Hinc in lapide honorario, quem ex Aſia in Britanniam tranſtulit, huius quoque nummuli repertor, doctiſſimus* Gullielmus Sherard, *LL. D. nobiles duas faeminas a Smyrnaeis celebratas legimus,* quod *ſaltationem*, & omnia ad *Cereris* religionem ſpectantia, & Myſterum feſtum intentius exhibuerint: ΤΗΝ ΟΡΧΗΣΙΝ ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΤΕ ΠΕΡΙ ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ ΤΗΣ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΤΗΝ ΤΩΝ ΜΥΣΤΩΝ ΕΟΡΤΗΝ ΕΚΤΕΝΩΣ ΠΑΡΑΣΧΟΥΣΑΣ. *Iam vero, ut Smyrnaei Deae Cereri, ita Epheſii Dianae ſuae frequentiſſimi ſaltavere. Atque hanc ob rem tot nudi ſaltatores ſymbolicas, quae adhuc extant, Dianae Epheſiae ſtatuas affabre effictі ambiunt. Tres certe iſtius numinis marmoreae figurae, e totidem Italiae nobiliſſimis Cimeliothecis, auctore* Claudio Menetreio *in lucem datae, hunc ipſum clare exhibent ſaltatorem ſcopicum; idque non ſolum collo iſto circumducto, ſed [quo* CKωΠA *certius cognoſcas] alato quoque humero conſpiciendum.*

Sed erit fortaſſe maiori adhuc oblectamento muſivam adire tabulam prope villam Corſinam in via Aurelia, erutam, atque in ea ad libitum contemplari ſaltatores duos colliflexos, quibus bis geminae hinc inde adſtant ipſae aves ſcopes, *ad vivum iuſta magnitudine depictae, caudae & colli flexu mirum in modum geſticulantes.* Vid. Fig. 18. *inter* Bartolii Sepulchra Veterum *a Bellorio* explicatam. *Nos ex ea ſaltatorem, & ſaltatricem avem hinc inde cum ipſo nummo ſuperius depictam dedimus. Abſit enim verbo invidia, tum hancce tabulam, tum ſymbolicas illas* Dianae Epheſiae *ſtatuas, noſter iſte nummulus longe felicius explicabit.*

II. *Averſa nummi facie impreſſam habemus apem; &, cum ape, inſcriptionem prorſus ſingularem:* ΚΗΡΙΑ ΛΙCωΔЄ ΠΡΟC ΠΛΛΥΡΝ *Qui quidem typus nullum in ſe ſervat characterem ordinariae monetae Epheſinae. Nullus enim urbis magiſtratus, nulla in eo Epheſiorum religio conſpicitur. Tot etiam quoad literas admiſſa ſphalmata privati alicuius artificis inſcitiam loquuntur, non publici Monetarii curam. Quum enim literate inſculpendum eſſet* ΚΗΡΙΑ ΔΙCωΔΗ ΠΡΟC ΠΛΕΥΡΑΝ *[quod quale ſit poſtea videbimus] pro eo ſculptor illiteratus fecit* ΚΗΡΙΑ ΛΙCωΔЄ ΠΡΟC ΠΛΛΥΡΝ; *ſcilicet* Є *pro* Η *inſculpta, tribuſque literis* Α, Δ, Λ, *uno eodemque ductu praepoſtere formatis. Nequeo igitur monetam hic adgnoſcere auctoritate publica percuſſam. Crediderim potius* ſymbolum *fuiſſe, e* Theoricorum *genere, Latine* teſſeram theatralem, *Horum uſum praeſtabant era diobolaria, quae, Gymnaſiarchorum iuſſu, magno numero percuſſa, viritimque populo diviſa, locum ſingulis in theatro ad ſaltationem ſpectandam darent. Vnde Luciani iſta in* Timone *phraſis,* διανέμειν τὸ Θεορικὸν, *i. e.* diſtribuere Theoricum. *At* Theoricum *opportune nobis explicarunt, & Pollux lib* VIII. *& Suidas in* ΘΕΩΡΙΚΑ. *Quorum ille pecuniolae cuiuſdam meminit plebi diebus feſtis diſtributae. Eaque ſic data, inquit,* Theoricum *vocata eſt. Hic vero,* τὸ παλαιὸν ὄχλου γενομένου ἐν θεάτροις, καὶ τῶν ξένων τὰς θέας προκαταλαμβανόντων, διεδίδοτο τοῖς πολίταις τὸ ΘΕΩΡΙΚΟΝ, ὅπερ ἦσαν δύο ὀβολοὶ, ἵνα τῦτο λαμβάνοντες οἱ πολῖται διδῶσιν αὐτὸ τῇ πόλει μισθὸν τῆς θέας, *i. e.* Olim quum in theatris tumultuatum eſſet, & peregrini ſpectacula praeoccuparent, diſtributum eſt civibus *Theoricum*, quod nummus erat diobolaris; nempe ut cives hoc accipientes, civitati idem ad ſpectacula redimenda redderent.

Huic igitur quum deſtinata eſſet nummuli noſtri ſcopici *adverſa facies; ne averſa prorſus vacua, & infructuoſa relinqueretur, occuparunt eam Gymnaſiarchi, qui in ſpectaculis ſoli omnia potuerunt, pharmaci cuiusdam publicatione. Pharmaci dico, quod apud ipſos, aut eorum ſaltem adminiſtros, balneatores nempe, unguentarios, & iatraliptas, propalam in Balneis, & Gymnaſiis venale proſtitit. Hoc ſuadebit certe duarum inſcriptionis partium diviſa commode interpretatio, quarum prima ſic apertius legitur* ΚΗΡΙΑ ΛΙCωΔЄ, *at altera paulo intricatius* ΠΡΟC ΠΛΛΥΡΝ.

1. ΚΗΡΙΑ ΛΙCωΔЄ [*corrupte pro* ΚΗΡΙΑ ΔΙCωΔΗ] *non male* Favos Bithymos *interpretabere. Nam Favos quidem hic intelligi ſuadet, & perſuadet apes, ingenioſa favorum artifex, in eadem nummi area ſignata.* Favos *vero* Bithymos, *ſive favos bina thyma redolentes auctores nobis tradidere* Ariſtoteles, Pliniuſque; *favos ſcilicet colores albos, melli faciundo*

tem positae, instar porro respicientium. Respexit autem, ut puto, versum AEschyli e Theoris, quem ex Athenaeo proposui. Ad figuram manus, quod attinet, de qua Hesychius, quam formabant οἱ ἀποσκοπῦντες; tali sciendum Panes, Satyrosque repraesentari solitos fuisse. Docet alibi idem Hesychius. Ὑπόσκοπον χέρα. Αἰσχύλ☉ ὥσπερ οἱ ἀποσκοπῦντες, οὕτω κελεύει σχηματίσαι τὴν χέρα, καθάπερ τὺς Πᾶνας ποιῦσι. *Hyposcopum manum. AEschylus tamquam procul respicientes sic iubet formare manum, prout exhibent Panas*. Habes, ecce, de Panibus exemplum; de Satyris est apud Plinium lib. xxxv. cap. xi. *Sed (& laudatus Antiphilus) nobilissimo Satyro cum pelle pantherina, quem* ἀποσκοπῦντα *adpellant*.

Σ Ο Β Α Σ.

Inter ridiculas recensetur ab Athenaeo lib. xiv. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε καὶ σοβάς. *Et ridiculae vero saltationes sunt, Igdis, & Mactrismus, & Apocinus, & Sobas*.

Σ Τ Ο Ι Χ Ε Ι Α.

Itidem inter ridiculas censetur ab Athenaeo lib. xiv. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις, καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε καὶ σοβάς· ἔτι δὲ μορφασμὸς, καὶ γλαὺξ, καὶ λέων, ἀλφίτων τε ἐκχύσεις, καὶ χρεῶν ἀποκοπὴ, καὶ στοιχεῖα. *Et ridiculae vero saltationes sunt, Igdis, & Mactrismus, & Apocinus, & Sobas. Praeterea vero formae imitatio, & noctua, & leo, & polentarum effusiones, & debitorum abolitio, & elementa*.

Σ Τ Ρ Ο Β Ι Λ Ο Σ.

Suidas. Στρόβιλ☉, ἡ νῆσ☉, καὶ εἶδ☉ ὀρχήσεως. *Strobilus, insula, & species saltationis*. Etymologici Auctor. Στρόβιλ☉, παρὰ τὸ στρέφω στρόφιλ☉, καὶ στρόβιλ☉· σημαίνει δὲ ἡ λέξις τὺς κοχλίας, καὶ τὺς θαλασσίυς κήρυκας, καὶ εἶδ☉ ὀρχήσεως. *Strobilus ab verbo strepho, quod notat verto, Strophilus, & Strobilus. Vox illa autem notat cochleas, & marinos cerycas, & speciem saltationis*. Hesychius. Στρόβιλ☉, συστροφὴ ἀελλώδης, καὶ ἡ πίτυς, καὶ ὁ καρπὸς αὐτῆς. καὶ εἶδός τι ὀρχήσεως. *Strobilus, vertigo procellosa & pinus, & fructus eius, & species quaedam saltationis*. Inter lascivas saltationes enumerat Pollux lib. iv. cap. xiv. Βακτριασμὸς δὲ, καὶ ἀπόκιν☉, καὶ ἀπόσεισις, ἀσελγῆ εἴδη ὀρχήσεων, ἐν τῇ τῆς ὀσφύ☉ περιφορᾷ, καὶ στρόβιλ☉. *Bactriasmus autem & Apocinus, & Aposeisis, vel Amotio, lascivae species saltatio-*

ciundo non omnino aptos, sed ad medicamina, & varios curationum usus adprime commendatos. Ita enim de cera, de melle, & favis agens Aristoteles, *De Hist. Anim. lib.* ix. *cap.* xl. τὸ δὲ λευκὸν [κηρίον *inquit*] ὑκ ἐκ θύμυ εἰλικρινῦς, ἀγαθὸν δὲ πρὸς ὀφθαλμὺς καὶ ἕλκη. *Iam locum istum sic expressit* Plinius *lib.* xi. *cap.* xvi. Album mel non sit, quod *bithymum* est, sed oculis, & ulceribus aptissimum existimatur. *Nec hanc solum, sed & alias* favi bithymi *virtutes ex* Plinio *aliud agente obiter colligimus. Nam*, duo, *inquit*, sunt genera thymi . . . utraque oculorum claritati multum conferre existimantur . . . *item*, si lateralis dolor sit, *aut inter scapulas, aut in thorace, lib.* xxi. *cap.* xxi.

Celebre hoc pharmacum vetusta diu fama, & opinione nobilitatum, una cum ceteris & medicinae, & luxuriae inventis (unguentis nempe, odoribus, oleis factitiis, & ceromate, post edita spectacula, ab athletis iam sudantibus deterso) aut ipsi illi Gymnasiarchi, aut eorum certe ministri in Balneis, & Gymnasiis, venditabant. Illic enim, & medicinam eos factitasse, & mercaturam, ex auctoribus abunde constat. Hinc Plinius *lib.* xxviii. *capit.* iv. *non sine indignatione quadam* quaestuosorum *depraedicat* Gymnasia Graecorum. *Nec immerito, si eidem sic prius scribenti fides*. Vsum eius (*i. e olei*) ad luxuriam vertere Graeci, vitiorum omnium genitores, in *Gymnasiis* publicando. Notum est magistratus honoris eius octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse, *lib.* xv. *cap.* iv.

Festo igitur tempore, iamque ad saltationes, ad luctatus, ad pugilatus, & ad alia id genus spectacula undique confluente populo, haec sua κηρία δισώδη *balneator quis, aut unguentarius, aut iatraliptes publicavit; idque adrepta huius* symboli saltatorii *occasione, quo latior rei notitia per manus, hinc inde, volitaret. Latinas huiusmodi publicationes, utcumque vulgo non notatas, at revera, mercimonii ergo, a veteribus olim factas, nemo est, qui recte pernegabit. Tales enim duas, cerae pulcre impressas, & a tesseris archetypis longiusculis more quodam Typographico desumtas, adhuc apud me servo; aliquot ab hinc annis, a Domino* Lufkinx *Pharmacopola Colcestrensi, antiquitatum harum studioso, humaniter mihi communicatas. Hae igitur ad Colcestriam, Romanam olim coloniam, repertae, & [quod mirandum subit] in usus etiam iatraliptae cuiusdam, sive Medici Romani, fabrefactae, dici vix potest, quantum & in re ipsa, & verborum formula, huic nostrae nummulariae publicationi adamussim per omnia respondeant. Sunt enim huiusmodi*

QVIVLMVRRANIMELI	QVIVLMVRRANISTAGIV
NVMADCLARITATEM	MOPOBALSAMATADCAP

i. e. Quinti Iuli Murrani Melinum, *sive ex malis cotoneis oleum*, ad claritatem *oculorum faciens. Iterumque* Quinti Iuli Murrani stagium opobalsamatum, *sive myrrhae oleum opobalsamo permixtum*, ad cap. i. e. *ad caput medicandum utile. Similia his vide apud* Sponium *in Miscellaneis eruditae Antiquitatis, pag.* 237. 238. *ubi* Sabiniani chloron ad clar. *item* C. Cap. Sabiniani nardinum ad impetum, *&c.*

2\. *Sed his tandem adductis, redeat iterum sub oculis inscriptionis illa pars posterior* ΠΡΟϹ ΠΛΛΥΡΝ. *Iam enim maturius, & securius deveniendum erit ad coniecturam; quaerendumque de vocula* πρὸς, *post pharmacum sic posita, & expressa, an non satis aperte oleat notam medicorum phrasin, qua hoc aut illud pharmacum ad hunc illumve morbum, curationem, aut partem corporis, bonum, atque utile, compendio quodam, commendatur. Sic [ut cognata solummodo exempla adducamus]* κηρίον *hocce* Aristotelis πρὸς ὀφθαλμὺς καὶ ἕλκη· Κηρώματα Hippocratis πρὸς ἀλγήματα πλευρῶν: *melinum illud* Murranii *ad claritatem oculorum; stagium eiusdem opobalsamatum ad caput, & passim illa* Plinii *pharmaca, ad claritatem, ad argema, ad albugines, ad luxata membra, ad nervos, ad sanguinem, ad tussim, ad lateris dolores; quibus addi poterit integer ille Apuleii*, de virtutibus herbarum, *liber. His positis in abstruso isto* ΠΛΛΥΡΝ *clare mihi videor deprehendere* ΠΛΕΥΡΑΝ. *Quumque duo thymi genera (ut a* Plinio *iam didicimus) ad lateralem dolorem faciant; neque id solum, sed &* ΚΗΡΙΑ *quoque ab* Hyppocrate *ad eumdem saepius commendentur; lego tandem* κηρία δισώδη πρὸς πλευρὰν, *hoc est [phrasi* Murraniana] favi bithymi ad latus: *sive favi* bina thyma *redolentes ad lateris dolorem utiles. Artifex enim scalpturam [ut par est credere] magis quam literaturam callens, suum illud* Λ, *loco* Α, *&* Λ *ex errore prius usurpatum, hic quoque, loco* Ε, *errante effinxit manu. Et tum demum spatio destitutus.* Α, *&* Ν *literas, in unum [ut fit plerumque] colligatas, eruditorum crucem, & antiquariis offendiculum reliquit.*

Finieram, nisi quod aliquid mihi theologicum ex hac ethnica farragine colligendum restet. Est vero loci Tertullianei *ad* Scapulam, *capite quarto, vindicatio. Proculum quemdam Christianum ibi memorat Tertullianus*, Evodiae, Procuratorem, qui Severum, *Antonini patrem*, per oleum aliquando curaverat. *Hic vero, extrusa voce* Evodiae, *Evodi legunt emendatores, & ad Evodium nos nescio quem remittunt, cuius negotia Proculum hunc nostrum procurasse suspicantur. At re ipsa* Evodiae procurator erat εὐωδίας, *hoc est odorum, unguentorum, oleorum sub Gymnasiarcho aliquo in balneis praefectus. Quumque tales (uti vidimus) constanter Iatraliptas agerent; Proculus noster, eo nomine evocatus, oleo perite administrato, Imperatori saluti fuit.*

Vale, Vir accuratissime, & dum, solerti quo polles ingenio, evanescentia in dies monumenta ab interitu revocare pergis; monumentum tibi para inscribendum REPERTIS BRITANNIAE THESAVRIS. *Dabam e villa VValthamstoensi prope Londinum, Calendis Februarii, A. D.* 1720.

tationum, in lumborum circulatione, & strobilus. Meminit quoque Athenaeus lib. XIV.

ΣΥΒΑΡΙΤΙΚΗ.

Erat haec sine dubio, pariter atque ipse populus, mollissima. Meminit Maximus Tyrius Dissertat. XXXIII. Τὰ δὲ ὑπὸ τῶν σοφιστῶν θρυλλούμενα ἐς αὐτὴν, ἡ Σαρδαναπάλου τρυφὴ, καὶ ἡ Μηδικὴ χλιδὴ, καὶ ἡ Ἰωνικὴ ἁβρότης, καὶ τράπεζαι Σικελικαὶ, καὶ ὀρχήσεις Συβαριτικαὶ, καὶ ἑταῖραι Κορίνθιαι, ταῦτα ἀθρόα, καὶ ὅσα τούτων ποικιλώτερα, οὐχ ἡδονῆς ἔργα, ἀλλὰ τέχνης καὶ λόγου. *Illa, quae ab declamatoribus vulgo in eam solent proiici, luxuria Sardanapali, & Medica corruptela, & Ionica mollities, & mensae Siculae, & saltationes Sybariticae, & meretrices Corinthiae, illa crebra, & quaecumque illis magis varia, non voluptatis opera, sed artis, & rationis*.

ΣΧΙΣΤΑΣ ΕΛΚΕΙΝ.

Erat saltatio chorica. Pollux lib. IV. capit. XIV. Ἦν δὲ καὶ τὸ Σχιστὰς ἕλκειν σχῆμα ὀρχήσεως χορικῆς. ἔδει δὲ πηδῶντα ἐπαλλάττειν τὰ σκέλη. *Sed erat quoque calceos trahere, species saltationis choricae; oportebat autem salientem alternare crura*. Erant vero Σχισταὶ, calceorum genus. Idem Pollux lib. VII. capit. XXII. Σχισταὶ, πολυτελὲς ὑπόδημα, καὶ θρυπτικόν. *Schistae, pretiosum calceamentum, & luxuriosum*. Respexit hanc saltationem Hesychius isto loco. Σχῆμα ποδὸς, τὰ σχίσματα, καὶ ὀρχηστικὸν σχῆμα. *Figura pedis, schismata, vel discrimina, & saltatoria figura*.

ΤΕΛΕΣΙΑΣ.

Saltatio militaris erat, & cum armis fiebat, a Telesia inventore ita dicta. Athenaeus lib. XIV. Τελεσιὰς, ἀπὸ Τελεσίου πρώτου μετὰ ὅπλων ταύτην ὀρχησαμένου. *Telesias, ab Telesia, qui primus cum armis saltavit*. Et mox iterum. Τελεσιὰς δ' ἐστὶν ὄρχησις καλουμένη. στρατιωτικὴ δ' ἐστιν αὕτη, ἀπό τινος ἀνδρὸς Τελεσίου λαβοῦσα τοὔνομα, μεθ' ὅπλων τὸ πρῶτον αὐτὴν ἐκείνου ὀρχησαμένου, ὥς φησιν Ἱππαγόρας ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς Καρχηδονίων πολιτείας. *Telesias vero est saltatio vocata; est autem haec militaris, ab viro quodam Telesia nomen adepta, qui primum eam cum armis saltavit, ut ait Hippagoras in primo de Republica Carthaginiensium*. Pollux libro IV. cap. XIV. Ἐνόπλιοι ὀρχήσεις, πυῤῥίχη τε καὶ τελεσιὰς, ἐπώνυμοι δύο κριτῶν ὀρχηστῶν, Πυῤῥίχου τε καὶ Τελεσίου. *Armatae saltationes, Pyrrhycha, & Telesias, cognomines duae iudicum saltatorum, Pyrrhichi & Telesiae*. Hesychius. Τελεσιὰς, ἡ μετὰ ξίφους ὄρχησις, ἀπὸ τοῦ εὑρόντος Τελεσίου. *Telesias, saltatio cum gladio, ab eo, qui invenit Telesias*. Ita enim scribendum illic, non Τελεσία, ἡ μετὰ ξ.

ΤΕΤΡΑΚΩΜΟΣ.

Erat Herculi consecrata. Pollux lib. IV. cap. XIV. Ἦν δὲ καὶ κῶμος εἶδος ὀρχήσεως, καὶ τετράκωμος, Ἡρακλέους ἱερά. *Erat vero, & Comus species saltationis, & Tetracomus, Herculi sacra*. Nec saltatio tantum erat, sed & cantus ad quem saltabatur, ac dicebatur, quasi τέσσαρες κῶμοι. Hesychius. Τετράκωμος, μέλος τι σὺν ὀρχήσει, πεποιημένον εἰς Ἡρακλέα ἐπινίκιον, ἐκαλεῖτο δὲ τέσσαρες κῶμοι. *Tetracomus, cantilena quaedam cum saltatione, facta in Herculem ad cantandam victoriam; vocabatur autem quadruplex comessatio*. Et Athenaeus quoque lib. XIV. inter eos cantus commemorat, ex Tryphone, qui communi cum saltatione nomen haberent. Longe diversum quid erat Τετράκωμοι Atticae; itaque male dubitare se ait Pollux sub finem capitis citati. Ὁ δὲ τετράκωμος, τὸ τῆς ὀρχήσεως εἶδος, οὐκ οἶδα εἴ τι προσῆκον ἦν τοῖς Ἀθήνῃσι τετρακώμοις. *Tetracomus vero, species saltationis, nescio an aliquo adfinis fuerit tetracomis Athenarum*. Non erat hoc in dubium vocandum.

ΤΙΤΑΝΕΣ.

Haec nimirum ita dicta, quod in ea Titanes exprimerentur. Meminit Lucianus. Κατὰ τὸν τεταγμένον ἕκαστοι καιρὸν, ἁπάντων ἐπιλαθόμενοι τῶν ἄλλων, κάθηνται δι' ἡμέρας, Τιτᾶνας, καὶ Κορύβαντας, καὶ Σατύρους, καὶ βουκόλους ὁρῶντες. καὶ ὀρχοῦνταί γε ταῦτα οἱ εὐγενέστατοι. *Statuto tempore singuli, neglectis aliis rebus omnibus, sedent interdiu, Titanas, & Corybantas, & Satyros, & bubulcos spectantes; & saltant illa nobilissimi*.

TITIVS.

Haec Romanorum erat, a Sexto Titio ita dicta, cuius gestus in ea exprimebantur. Cicero De Clar. Orat. *Quos Sextus Titius consequutus, homo loquax sane, & satis acutus, sed tam solutus, & mollis, in gestu, ut saltatio quaedam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset*.

ΤΡΟΙΖΗΝΙΑΚΗ.

Haec Troezeniis propria. Athenaeus libro I. Ὀρχήσεις ἐθνικαὶ αἵδε. Λακωνικαὶ, Τροιζηνιακαὶ, Ἐπιζεφύριοι, Κρητικαὶ, Ἰωνικαὶ, Μαντινιακαὶ, ἃς προκρίνει Ἀριστόξενος διὰ τὴν τῶν χειρῶν κίνησιν. *Saltationes gentiles hae: Laconicae, Troezeniacae, Epizephyrii, Creticae, Ionicae, Mantiniacae, quas praeponit Aristoxenus propter manuum agitationem*.

ΤΥΡΒΑΣΙΑ.

Erat dithyrambica. Pollux lib. IV. capit. XIV Τυρβασία δὲ ἐκαλεῖτο τὸ ὄρχημα, τὸ διθυραμβικόν. *Tyrbasia vero vocabatur saltatio dithyrambica*. Hesychius. Τυρβασία, χορῶν ἀγωγή τις διθυραμβικῶν. *Tyrbasia, ductus chorum aliquis dithyrambicorum*.

ΤΑΛ-

ΥΑΛΚΑΔΑΙ.

Erat saltatio puerorum Laconica. Hesychius. Ὑαλκάδαι, χορὸς παίδων, Λάκωνες. *Hyalcadae, chorus puerorum, Lacones.*

ΥΓΡΑ.

Erat quae Ὄκλασμα quoque, & Περσικὴ, dicebatur; de quibus dictum a me suis locis. Pollux lib. IV. cap. XIV. Καὶ ὄκλασμα. τοῦτο γὰρ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις ὀνομάζεται τὸ ὄρχημα τὸ περσικὸν, καὶ σύντονον. τὴν δ' αὐτὴν καὶ ὑγρὰν ὠνόμαζον. *Et ingeniculatio; illa enim in Thesmophoriazusis nominatur saltatio Persica, & vehemens. Hanc vero ipsam quoque hygran, madidam, nominabant.*

ΥΠΟΓΥΠΩΝΕΣ.

Pollux lib. IV. cap. XIV. Οἱ δὲ ὑπογύπωνες, γερόντων ὑπὸ βακτηρίαις τὴν μίμησιν εἶχον. *Subcurviones, senum sub baculis imitationem habebant.* Et observa; repraesentabantur in ista saltatione senes incurvi, quique baculo gradum fulcirent.

ΥΠΟΡΧΗΜΑΤΙΚΗ.

Erat Lyricae poeseos. Athenaeus lib. XIV. Ὁμοίως δὲ καὶ τῆς λυρικῆς ποιήσεως (ὀρχήσεις εἰσὶ) τρεῖς. πυρρίχη, γυμνοπαιδικὴ, ὑπορχηματική. *Similiter & Lyricae poeseos (saltationes sunt) tres; Pyrrhiche, nuda puerilis, subsaltatoria.* Mox cordaci non dissimilem inquit. Ἡ δ' ὑπορχηματικὴ τῇ κωμικῇ οἰκειοῦται, ἥτις καλεῖται κόρδαξ. παιγνιώδεις δ' εἰσὶν ἀμφότεραι. *Sed subsaltatoria comicae domestica est, quae vocatur cordax: sunt autem utraeque lusoriae* Saltabat in ea chorus canens. Athenaeus ibidem. Ἡ δ' ὑπορχηματική ἐστιν, ἐν ᾗ ᾄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται. *Sed subsaltatoria est, in qua cantans chorus saltat.* Erat autem virorum, & mulierum. Idem Athenaeus loco citato. Καὶ ἔστιν ὑπορχηματικὴ ὄρχησις ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. *Et est subsaltatoria saltatio virorum, ac mulierum.* De hac saltatione intelligendus Eunapius in AEdesio. Πρῶτος Ἀριστοφάνης ἐπὶ διεφθαρμέναις ψυχαῖς τὸν γέλωτα ἐπεισαγαγὼν, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς σκηνῆς κινῶν ὑπορχήματα, τό τε θέατρον ἀνέπεισεν. *Primus Aristophanes depravatis mentibus risum insuper admovens, & in scena agitans illas subsaltationes, & theatro persuasit.* Et quae sequuntur. Propria autem τὰ ὑπορχήματα fuisse videntur Apollini, quemadmodum οἱ παιᾶνες. Menander Rhetor satis clare in Prooemio. Ἔπαινος δέ τις γίνεται ὅτε μὲν εἰς θεοὺς ὕμνους καλοῦμεν. καὶ τούτους οὖν διαιρούμεθα κατὰ θεὸν ἕκαστον, τοὺς μὲν γὰρ εἰς Ἀπόλλωνα παιᾶνας, καὶ ὑπορχήματα, νομίζομεν. *Laudatio autem aliqua fit, quomodo quandoquidem in Deos vocamus hymnos: eosque distinguimus secundum singulos. Nam paeanas quidem in Apollinem etiam subsaltationes, pro iusto habemus.* Dicta autem Ὑπορχήματα, quod ad praescriptum poetarum saltarent. Nam olim ingenui poetae saltationum modos praescribebant, figurasque depingebant, quae cantionum essent quasi notae; id, quod virile, ac generosum esset, sedulo praescribentes, atque ad praescriptum istud saltabatur. Athenaeus lib. XIV. Ἐξαρχῆς συνέταττον οἱ ποιηταὶ τοῖς ἐλευθέροις τὰς ὀρχήσεις, καὶ ἐχρῶντο τοῖς σχήμασι σημείοις μόνον τῶν ᾀδομένων. τηροῦντες ἀεὶ τὸ εὐγενὲς καὶ ἀνδρῶδες ἐπ' αὐτῶν, ὅθεν καὶ ὑπορχήματα τοιαῦτα προσηγόρευον. *Ab principio componebant poetae ingenuis saltationes, & gestibus utebantur tantum signis canentium; servantes semper illud generosum, ac virile in illis, unde etiam vocabant istas subsaltationes.* Etymologici Auctor ita adpellata tradit, quod canerentur, saltarenturque, a cursantibus circum aras, dum hostiae illic cremarentur. Ἰστέον, inquit, ὅτι τῶν μελῶν καὶ τῶν ὕμνων τὰ μὲν, καλεῖται προσῳδία. τὰ δὲ, ὑπορχήματα. τὰ δὲ, στάσιμα. καὶ προσῴδια μὲν τὰ λεγόμενα ᾄσματα, εἰσφερομένων εἰς τὸν βωμὸν τῶν ἱερέων παρὰ τὸ, προσιόντων εἰς τὸν βωμὸν τῶν θυμάτων, ταῦτα λέγειν. ὑπορχήματα δὲ, ἅ τινα πάλιν ἔλεγον ὀρχούμενοι, καὶ τρέχοντες κύκλῳ τοῦ βωμοῦ, καιομένων τῶν ἱερέων. *Scire oportet cantuum, & hymnorum nonnulla quidem vocari prosodia, vel accentus; alia vero subsaltationes, alia denique stabilia. Et prosodia quidem (sunt) cantus, qui dicuntur illatis in aram hostiis ex eo, quod illos dicunt sacrificiis ad aram accedentibus. Subsaltationes vero, quas postea dicebant saltantes, & circa aram in orbem currentes, dum cremantur hostiae.* Alii inde nomen derivant, quod chorum ducentem sequentes subsultarent. Lucianus De Salt. Παίδων χοροὶ συνελθόντες ἐν αὐλῷ καὶ κιθάρᾳ, οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπωρχοῦντο δὲ οἱ ἄριστοι προκριθέντες. τὰ γοῦν τοῖς χοροῖς γραφόμενα τούτοις ᾄσματα ὑπορχήματα ἐκαλεῖτο. *Puerorum chori coeuntes in tibia, & cithara, alii quidem choream agebant, subsaltabant vero optimi, qui electi erant. Illae igitur cantilenae, quae choris istis scribebantur, vocabantur subsaltationes.* Apud Catullum, οἱ Ὑπορχησταὶ dicuntur Salisubsuli, Carm. XVII.

> *Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat;*
> *In quo vel salisubsuli sacra suscipiunto.*

Et apud Senecam philosophum *saltus Saliaris* non alius est intelligendus, quam ἡ Ὑπορχηματική. Locus eius ecce iste Epist. XV. *Sunt exercitationes & faciles, & breves; quae corpus & sine mora laxent, & tempori parcant: cuius praecipua ratio habenda est. Cursus, & cum aliquo pondere manus motae; & saltus, vel ille qui corpus in altum levat, vel ille qui in longum mittit, vel ille, ut ita dicam, Saliaris.* Dixi ex Etymologici Auctore, saltasse circum aras, dum hostiae cremarentur. Habes id ipsum apud Virgilium AEn. VIII.

> *Tum Salii ad cantus incensa altaria circum*
> *Populeis adsunt evincti tempora ramis.*

Ita autem saltationem instituebant, ut primo a sinistra dexteram versus, inde a dextra sinistram versus procederent: prius ad Zodiaci circuli, alterum ad coeli imitationem facientes; ac postremo totam aram circumibant. Accipio ex citato iam Etymologici Auctore.

ctore. Ὅτε δὲ περιέτρεχον τὸν βωμὸν, ἀπῄεσαν πρότερον μὲν ἀπὸ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους ἐπὶ τὸ δεξιὸν, κατὰ μίμησιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τὴν ἐναντίαν τῷ οὐρανῷ ποιεῖται κίνησιν, ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολὰς φερόμενος. ὕστερον δὲ πάλιν, ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν ἴεσαν, κατὰ μίμησιν τοῦ οὐρανοῦ. τελευταῖον δὲ, πάντα τὸν βωμὸν περιέτρεχον. *Quando autem currebant circum aram, discedebant primum quidem ab sinistra parte ad dextram, ex imitatione zodiaci circuli, quia & ipse contrarium coelo facit motum, ab occasu ad ortum delatus: Postea vero rursus ab dextra ad sinistram ibant ad imitationem coeli. In fine autem aram omnem circumcurrebant.* Hoc ipsum nempe Salii etiam faciebant, ut adparet ex citatis Virgilii versibus; idque *Amtruare*, & *Redamtruare*, Latini veteres dicebant. Festus. *Redamtruare dicitur in Saliorum exsultationibus, quum praesul amtruavit, quod est, motus edidit; & referuntur invicem iidem motus.*

ΦΑΛΛΙΚΟΝ.

Baccho sacra erat. Pollux lib. IV. cap. XIV. Καὶ φαλλικὸν ὄρχημα ἐπὶ Διονύσῳ. *Et phallica saltatio in honorem Bacchi.* Ita scribo; non recte editur, Φαλικόν. Corruptus quoque hac de re Hesychii locus. Φαλλίκων, ὄρχημά τι. οἱ δὲ, μέλος. ἄλλοι ᾠδὴν αὐτοσχέδιον, ἐπὶ τῷ φαλλῷ ᾀδομένην. *Phallicorum, saltatio quaedam: alii vero cantum; alii cantionem subitam & inconditam, in phallo cantatam.* Rescribo ad eumdem modum. Φαλλικὸν, ὄρχημά τι. *Phallicum, saltatio quaedam.*

ΦΡΥΓΙΟΣ.

Athenaeus lib. XIV. Τὰ δὲ στασιμώτερα, καὶ ποικιλώτερα, καὶ τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν ἔχοντα, καλεῖται δάκτυλος. ἰαμβικὴ, μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις, Περσικὴ, Φρύγιος. *Sed stabiliora, & magis varia, & saltationem habentia magis simplicem, vocantur Dactylus, Iambica, Molossica, Concinnitas, Cordax, Sicinnis, Persica, Phrygius.* Erat autem rusticorum temulentorum. Lucianus De Salt. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο τὸ Φρύγιον τῆς ὀρχήσεως εἶδος, τὸ παροίνιον καὶ συμποτικὸν, μετὰ μέθης γιγνόμενον, ἀγροίκων πολλάκις πρὸς αὔλημα ὀρχουμένων σφοδρὰ καὶ καματηρὰ πηδήματα, καὶ νῦν ἔτι ταῖς ἀγροικίαις ἐπιπολάζοντα, ὑπ' ἀγνοίας παρέλιπον. *Neque enim illam Phrygiam saltationis speciem vino & conviviis accommodam, cum ebrietate fieri solitam, rusticorum saepe ad tibiam saltantium vehementes & laboriosos saltus, etiam nunc in rusticorum viciniis usurpatos, per ignorantiam praetermisi.*

ΧΑΡΙΤΕΣ.

Hac Gratiae repraesentabatur. Xenophon in Convivio. Εἰ δὲ ὀρχοῖντο πρὸς τὸν αὐλὸν σχήματα, ἐν οἷς Χάριτές τε, καὶ Ὧραι, καὶ Νύμφαι γράφονται, πολὺ ἂν οἶμαι αὐτούς γε ῥᾷον διάγειν, καὶ τὸ συμπόσιον πολὺ ἐπιχαριτώτερον εἶναι. *Si vero ad tibiam saltarentur gestus, in quibus & Gratiae, & Horae, & Nymphae pinguntur, multo opinor commodius illos agere, & convivium multo pluribus venustatibus abundare.*

ΧΕΙΡ ΚΑΤΑΠΡΗΝΗΣ.

Erat e tragicis. Athenaeus lib. XIV. Σχήματα δ' ἐστὶν ὀρχήσεως, ξιφισμὸς, σκοπὸς, χεὶρ καταπρηνής. *Figurae autem saltationis sunt, brachii ad gladii speciem Extensio, Scopus, Manus praeceps.* Emendandus Pollux lib. IV. cap. XIV. Καὶ μὲν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σίμη, χειροκαλαθίσκος, χεὶρ καταπρηνὴς, ξύλου παράληψις. *Et quidem tragicae saltationis figurae, curva, Manucalathiscus, Manus praeceps, Ligni adsumtio.* Hodie editur, Χεὶρ καταπλανής. *Manus deerrans.* Erat quoque

ΧΕΙΡ ΣΙΜΗ.

Et ipsa e tragicarum numero. Sed huius nomen ubique corruptum. Ecce apud Pollucem loco citato. Καὶ μὲν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σιμὴ, χειροκαλαθίσκος, χεὶρ καταπρηνής. *Et quidem tragicae saltationis figurae, Curva, Manucalathiscus, Manus praeceps.* Restituo, Σιμὴ χεὶρ, ὁ καλαθίσκος, χεὶρ κ. *Curva manus, Calathiscus vel corbiculus, Manus p.* Et apud Athenaeum lib. XIV. Σχήματα δ' ἐστὶν ὀρχήσεως, ξιφισμὸς, σκοπὸς, χεὶρ καταπρηνὴς, χερσὶ, μηδιποδισμὸς, ξύλου παράληψις. *Figura vero sunt saltationis, brachii ad gladii formam Extensio, Scopus, Manus praeceps, Manibus, Medipodismus, Ligni adsumtio.* Omnino emendandum censeo, χεὶρ καταπρηνὴς, χεὶρ σιμὴ, διποδισμὸς, ξύλου π. *Manus praeceps, Manus curva, Dipodismus, Ligni ads.* Dixi tragicam fuisse, idque ex Polluce; adparetque ex Hesychii isto loco. Σιμὴ χεὶρ, σχῆμα τραγικόν. *Curva manus, figura tragica.* Verum illic quoque minus recte hodie legitur, Σιμὴ χεὶρ, σχῆμα τ.

ΧΕΙΡΟΚΑΛΑΘΙΣΚΟΣ.

Ita Polluci memoratur, loco proxime citato. Sed mendum ibi manifestum esse, iam ostendi.

ΧΕΙΡΟΝΟΜΙΑ.

Eadem quae Πυῤῥίχη, de qua supra abunde dictum. Athenaeus lib. XIV. Καλεῖται δὲ ἡ πυῤῥίχη, καὶ χειρονομία. *Vocatur autem Pyrrhiche etiam Chironomia, vel gesticulatio manuum.* Eustathius ad Iliad. ν'. Ἦν δὲ πολεμικὴ ὄρχησις καὶ ἡ πυῤῥίχη, ἣν ἔνοπλοι παῖδες ὠρχοῦντο. κληθεῖσα ἀπὸ Πυῤῥίχου, ἀνδρὸς Λάκωνος, καὶ παραμείνασα μέχρι πολλοῦ ἐν Λακεδαίμονι, καλουμένη καὶ χειρονομία. *Erat autem bellica saltatio etiam Pyrrhiche, quam armati pueri saltabant; vocata ab Pyrrhicho viro Lacone, eaque permansit diu Lacedaemone, vocata etiam Chironomia.* Animadvertere etiam licet in loco Plutarchi Sympos. lib. VIII. Quaest. XV. Ὠρχήσατο γὰρ πιθανῶς τὴν πυῤῥίχην, καὶ χειρονομῶν ἐν ταῖς παλαίστραις ἐδόκει διαφέρειν τῶν παίδων. *Saltabat enim scite Pyrrhicham, & gesticu-*

sticulans manibus in palaestris videbatur excellere inter pueros. Erat nempe gesticulatio manuum, qua omnia, in pyrrhicha fieri solita, exprimebant; & quasi cum umbra pugnantes, decertabant, Σκιαμαχεῖν quoque dicebantur οἱ χειρονομοῦντες. Observo apud Platonem De Leg. lib. VIII. Καὶ ἔτι πάντων τῶν τε ἐμψύχων καὶ τῶν ἀψύχων ἀπορήσαντές ποτε, ἐρημίᾳ συγγυμναστῶν ἄραγε τοὺς ἐτολμήσαμεν σκιαμαχεῖν ὄντως; ἢ τί ποτε ἄλλο τὴν τοῦ χειρονομεῖν μελέτην ἄν τις φαίη γεγονέναι. *Et adhuc omnibus animatis & inanimatis carentes aliquando inopia eorum cum quibus exerceremur, ergone sustinuimus illos in umbra pugnare vere? Aut quid aliud tamdem meditationem gesticulationis manuum aliquis dicat fuisse?* Et apud Pausaniam Eliac. II. Σκιαμαχοῦντος γὰρ ὁ ἀνδριὰς παρέχεται σχῆμα. ὅτι ὁ Γλαῦκος ἦν ἐπιτηδειότατος τῶν κατ' αὐτὸν χειρονομῆσαι πεφυκώς. *Nam in umbra pugnantis figuram exprimit statua; quia Glaucus erat prae aequalibus suis habilis ad gesticulandum manibus*. Hesychius τὸν χειρονόμον interpretatur ὀρχηστήν. Ecce. Χειρονόμος, ὀρχηστής. *Gesticulator manibus, saltator*. Et est observare apud Aristaenetum lib. I. epist. XXVI. Καὶ πᾶς θεατής, ὑφ' ἡδονῆς χειρονόμος εἶναι πειρᾶται. ἕνα δὲ μόνον προσφυῶς μιμουμένη τὸν Καράμαλλον τὸν πάνυ ἀτάσταν ἔχεις τὴν μίμησιν ἀκριβῆ. *Et omnis spectator prae voluptate tentat esse gesticulator manibus. Sed unum solum accurate imitans Caramallum istum praestantissimum habes omnium imitationem exactam*. Et Cassiodorus quoque τοῖς ὀρχησταῖς adnumerat chironomum. Locus est Var. lib. IV. epist. LI. *His sunt additae orchestarum loquacissimae manus, linguosi digiti, clamosum silentium, expositio tacita, quam Musa Polymnia reperisse narratur, ostendens, homines posse & sine oris adfatu suum velle declarare*. Tamen diserte a saltatione chironomiam distinguit Xenophon in Symposio. Καὶ αὐτὸς ἐλθὼν οἴκαδε, ὠρχούμην μὲν οὔ. οὐ γὰρ πώποτε τοῦτ' ἔμαθον. ἐχειρονόμουν δέ. ταῦτα γὰρ ἠπιστάμην. *Et ipse domum veniens, non saltabam quidem; numquam enim id didiceram; sed manibus gesticulabar: illa enim noveram*. Dicam discrimen. Saltatio pedibus fiebat chironomia manibus; & saltantes ἐχειρονόμουν. Observare est apud Iuvenalem Sat. V.

Structorem interea, ne qua indignatio desit,
Saltantem spectes, & chironomunta volanti
Cultello, donec peragat mandata magistri
Omnia. ———

Iterum Sat. VI.

Chironomo Ledam molli saltante Bathyllo,
Tuccia vesicae non imperat. ———

Aristenaetus lib. I. epist. X. Αἱ δὲ τῆς παιδὸς ἡλικιώτιδες ἐνεργὸν ὑμέναιον ᾖδον, οὐκ ἀναβαλλόμενον ἔτι, οὐδὲ διακοπτόμενον νόσῳ. καὶ ἡ διδάσκαλος ἐπέβλεπε τὴν ἀπᾴδουσαν, καὶ εἰς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐνεβίβαζε, χειρονομοῦσα τὸν τρόπον. *Sed virginis aequales operosum hymenaeum canebant, non dilatum amplius, nec morbo interpellatum. Et magistra respiciebat deviantem ab cantu, & ad cantilenam commode resistebat, manibus gesticulans modum*. Ad chironomiam respexit Leontius Scholasticus, quum dixit, σοφὰ χειρῶν δάκτυλα. Locus exstat in Epigrammate Antholog. lib. IV. Tit. XXV.

Ὄμματα σεῖ, καὶ ταρσὰ ποδήνεμα, καὶ σοφὰ χειρῶν
Δάκτυλα, καὶ Μουσῶν κρέσσονα καὶ Χαρίτων.

Oculi tibi, & plantae pedum ventosae, & sapientes manuum
Digiti, & Musis meliores & Gratiis.

Per catechesim dixit χειρονομεῖν σκέλεσι Herodotus lib. VI. ubi de Hippoclide narrat. Τὴν κεφαλὴν ἐρείσας ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε. *Caput fulciens in mensa cruribus gesticulatus fuit*. Et mox. Ὡς δὲ εἶδε τοῖσι σκέλεσι χειρονομήσαντα, οὐκέτι κατέχειν δυνάμενος, εἶπε, ὦ παῖ Τισάνδρου, ἀπορχήσαό γε μὴν τὸν γάμον. *Vt vero vidit cruribus gesticulantem, quum non posset se continere, dixit, O fili Tisandri, exsultasti sane nuptias*. Nempe quia pedibus eadem omnia faceret, quae manibus fieri solebant. Ita explicat recte eum locum Eustathius ad Iliad. α. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερά τινα τοιαῦτα, οἷον καὶ τὸ, ἐχειρονόμησε τοῖς σκέλεσιν ὁ Ἱπποκλείδης ἐκεῖνος. ὃς καὶ μεμφθεὶς εἶπε τὸ θρυλλούμενον, ὡς οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. καὶ ἐνταῦθα γὰρ τὸ χειρονομεῖν οὐκ ἔστι κυρία λέξις ἐπὶ ποδῶν. *Sunt vero & alia quaedam talia, quale & istud, Gesticulatus fuit cruribus Hippoclides ille, qui etiam reprehensus dixit illud pervulgatum, quasi non curat Hippoclides. Et illic enim Gesticulari manibus non est propria dictio de pedibus*. Et paulo post. Χειρονομεῖν δὲ σκέλεσι, τὸ ποιεῖν τοῖς ποσὶν ὅπερ ὁ χειρονομῶν. *Gesticulari vero cruribus, est facere pedibus quod gesticulator manibus*. Referebatur vero τῆς χειρονομίας inventio ad Musam Polyhymniam. Anonymus in Carmine De Musarum inventis.

Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.

Lucianus de hac ipsa lib. De Salt. Πρὸ πάντων δὲ Μνημοσύνην, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτῆς Πολυμνίαν, ἵλεων ἔχειν αὐτῇ πρόκειται. *Ante omnes vero Mnemosynen & filiam eius Polymnian propiciam habere illi propositum est*. Et videre est item in Cassiodori verbis, paulo ante citatis. Porro de chironomia intelligi debet Cyprianus De spectaculis. *Vir ultra muliebrem mollitiem dissolutus, cui ars sit verba manibus expedire*. Iterum. *In articulos sonum frangens, loqui digitis laborabat, ingratus artifici, qui linguam dedit*. Claudianus De Consulatu Manlii.

Qui nutu, manibusque, loquax.

Latinis χειρονομεῖν est *Gesticulari*. Suetonius Nerone cap. XLII. *Quum prosperi quiddam ex provinciis nuntiatum esset, super abundantissimam coenam iocularia in defectionis duces carmina, lasciveque modulata, quae vulgo innotuerunt, etiam gesticulatus est*. Columella in Praefat. lib. I. *Gesticulatorem scrupulosissimae requirant saltationis, ac Musicae artis, studiosi*. Valerius Maximus lib. II. cap. IV. *Primus omnium poeta Livius ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit. Isque sui operis actor, quum saepius a populo revocatus vocem obtudisset, adhibito pueri & tibicinis concentu, gesticulationem tacitus peregit*. Et occurrit alibi quoque apud Auctores.

ΧΟΡΕΙΟΣ.

Erat inter illas saltationes, quae cum eo cantu, ad quem saltabantur, nomen commune habebant. Athenaeus lib. XIV. Αὐλήσεων δ' ἐστὶν ὀνόματα, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομασιῶν, αἵδε, κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος. ταῦτα δὲ πάντα μετ' αὐλήσεως ὠρχεῖτο. *Tibiae vero inflationum nomina, ut ait Tryphon in secundo Nominationum, haec: Comus, Bucoliasmus, Gingras, Teiracomus, Epiphallus, Chorius: haec vero omnia cum tibiae cantu saltabantur* Quae eadem quoque ex eo commemorat Eustathius ad Iliad. φ'.

ΧΡΕΩΝ ΑΠΟΚΟΠΗ.

Inter ridiculas commemorat Athenaeus lib. XVI. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις, καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε καὶ σοβάς. ἔτι δὲ μορφασμὸς, καὶ γλαὺξ, καὶ λέων, ἀλφίτων τε ἐκχύσεις, καὶ χρεῶν ἀποκοπὴ, καὶ στοιχεῖα, καὶ πυῤῥίχη, quae aliquoties supra occurrunt.

ΩΡΑΙ.

Hac Horae exprimebantur. Xenophon in Convivio. Εἰ δὲ ὀρχοῖντο πρὸς τὸν αὐτὸν σχήματα, ἐν οἷς Χάριτές τε, καὶ Ὧραι, καὶ Νύμφαι γράφονται, πολὺ ἂν οἶμαι αὐτούς γε ῥᾷον διάγειν, καὶ τὸ συμπόσιον πολὺ ἐπιχαριτώτερον εἶναι, quae citata in V. ΧΑΡΙΤΕΣ. (r)

DE

(r) Quum quaedam in pereruditum hunc *Meursii* nostri libellum a V. Cl. *Iac. Gron. in Praefat. Volum. VIII. Thesauri Graecar. Antiquit.* animadversa fuerint, quae quidem scitu digna sunt; nec omnia apte in ipso operis decursu inseri potuerint, huc opportune eas reiecimus: quae quidem ita habent. Heic exhibentur *Io: Meursii, qui unus Graeciam perspexit, & nullum officii onus in ea reparanda fecit reliquum, opera Saltationes veterum Graecorum complexa. In his enim licet spectentur celebrenturque tantum artus & modi insignes flexili agilitate, aut hominum catervae modulatis incessuum ambagibus, & ancipiti errorum anfractu decentes; titulis nihilominus Deorum Sacrorumque licentiam istam exornatam & velatam fuisse hinc ita discimus, ut nec spectaculum sine idolo, nec ludum sine sacrificio clamitaverint tum viventes Christiani; quod quidem in tantum bonae fidei esse deprehendimus, ut vocabula interdum ab solo saltationum ritu ducta cum ipsis festis fuerint commixta. Hinc & partim Dii Deaeque, partim Heroes istis gesticulationibus exhibebantur, Saturnus, Berecynthia, Venus, Titanes, Corybantes, Satyri, Europa, Leda, Ganymedes, Danae, Glaucus, Daphne, Niobe, Canace, Capaneus, Cyclops, Thyestes, Horae, Gratiae Nymphaeque & Panes; partim illis sacras habitas, & nunc Baccho, nunc Marti, Herculi, Dianae, Rheae, Apollini dicatas istas saltationes fuisse cognosces, ut harum mancipes adpellentur. Et quae tamdem festa laetitia sine choris? Quae quidem omnia ut specie, ut gravitatis quadam umbra incertos & caecos magis fallerent, leges dictae & constituti indices. Quid quod & auctores nonnullis inscriptos Deos sis visurus, quum aliis suffecerit ab locis & civitatibus adpellari, aut aliunde originem nominis arcessiverint, adeo ut in his Calabria quoque sit, quae venditet καλαβρισμὸν suum [iam Henr. Stephano ista iungente in Thesauro] si fides columnae 1255. & 1259. etsi mirer cur sic ediderit ac citaverit Meursius, quum loco suo posuerit* Κολαβρισμόν.

Congesserat iam has ὁ Δῖος Scaliger pater in caput XIV. *de Comoedia, nec sine documento magni iudicii, quo subspicabatur multas illarum praeter nomen veteribus, a quibus eas nominibus proditas habemus, fuisse ignoratas. Non absterruit haec occupatio Meursium, quin ordinatio magis & commodiore quodam ad spectandas singulas docendumque more suam hanc orchestram expoliret; & sane feliciter, ut probat vel una illa* χεὶρ σιμή. *In ea parte haereo, quod vix adpareat qui certae & legitimae saltationis genus existimari potuerit, simulatque in theatro Hylas aut Bathyllus fabulam aliquam saltavisset. Sic enim plane erit, ut in infinitum crescant illa saltationum nomina, & ferme quot fabulae ex vetustate narrabantur, tam multiplex statuatur istarum quoque numerus. Nec vero potest probari ab Meursio [saepe non respiciente quae ante ipsum tradita] neglectum adeo fuisse Scaligerum nomen, ut ne meminisse quidem dignatus fuerit, praesertim quum reperias apud Scaligerum, quae omissa Meursio. Ille audivit Baryllica ab inventore in Apollinis honorem ac Dianae a viris saltatam & mulieribus simul mistis. Ille* καλαυριςμὸν *nominatum Thraca: & Caras armatos saltavisse: Ille in* Διποδίᾳ *picas imitari conatos. Ille novit* Κόσμου ἐκπύρωσιν & Ἰσχοφορικὸν *in Liberi Patris honorem. Nulla haec in Meursio.*

Sed ut his saltationum descriptionibus addatur aliquod spectaculum, iam diu est, quum adspexi marmor Oxoniense *collocatum num.* XLIV. *& quo contemtius in illo volumine iacet, eo magis crebrum frequensque mihi incurrit in oculos, ut illustrationem merere decernerem. Propterea quum Meursius Cordace attingeret explicationem quorumdam, qui cordacem miscerent cum saltatione eorum, qui ductarent restim ex Terentio [quod quidem nescio, cur fecerit, quum Ios. Scaliger hac in parte errorem Vertranii iam notavisset in Coniectaneis pag. 63.] non putavi mentionem vocis, quae oculis in lapide cernebatur, negligendam esset. Certe enim sive cordax [cuius vestigium nullum in descriptionibus antiquis huc congruum deprehendimus] sive alio nomine vocari debet, restis vel funis adparet, & quidem commoda descriptione ad trahendum equum Durateum, ut diducatur foraminibus, per quae collum inseri posset. In qua forma agnoscis speciem saltationis, quae imitatrix sit animalium, ut docuit Meursius quoque, in quo ita illi sibi placuerunt, ut etiam saltationes has adpellationibus ipsorum animalium distinxerint & insigniverint. Ceterum in istam saltationem admissas etiam puellas quum ibi legas ex Virgilio & Donato, quae hinc sunt abactae, satis patet alienam quamdam ab ea saltationem esse, & propter eamdem causam convenire nec* ὅρμον hormo, *de quo ibidem & peculiari loco Meursius. Hinc igitur marmoris illius conspectus propiore indicio monstratur ab Ill. Scaligero, cuius verba ex notis ad Rem Rusticam Varronis pag. 240. huc transfero: Saltantes enim, alias* ἐπὶ καρπῷ χειρὸς *(ut apud Poetas Graecos) se tenebant, alias restem te-*
„ nentes haerebant. Erat etiam similis ludus puerorum qui du-
„ cebant sparteam restem, & tamdiu trahebant, donec aut
„ rumperent, aut alteruter omissa funis prehensione, in nates
„ caderet, cuius ludi meminit Aristides Sophista. Sed ne sic quidem vides descriptionem penitus concordem; & adparet maximo illi viro ignaram fuisse hanc saltationem per capita resti inserta, non solum restim vel ducendam, vel manibus tenendam. Est quidem in Ludis actum de modo Ἑλκυστίνδα *&* *altero* Διελκυστίνδα, *sed in utroque aliqua sunt diversa. Talem utique saltationem vides, in qua etiam bestiae faciebant portenta, ex suovetaurilibus dispositi triplici genere, quum taurus velut in genua lapsus & sic adquiescens se spectandum praebeat, sus & caper colliment capita habitu corporis artificiose accommodato, &c. . . . . Itaque integra bibliotheca & ipsum Musarum numerum aequantia ingenia sequuntur, quibus placuit cura velut aedilicia ludos adornantibus in ea theatra ire & singula illic peculiaria sive patentia, sive post siparium latentia animadvertere, ut foras proferrent. Horum* πρωταγωνιστὴς *longo intervallo censeri debet Scaliger, cuius nervosa & per singulas fere voces ad illustria auctorum loca alludens, certe hinc collecta brevitas, & ingens cupiditas erudiendi multa filii in contractissimis verbis quantopere potuisset extendi vel unum caput XIV. fatetur, quod saltationis innumeram diversitatem legesque continet, solum certe integro Meursiano operi citationibus iterandis nimium dedito comparandum. Neque vero intelligo, quemadmodum illud plane Meursio notum non fuerit, sic ut ibi pariter nulla saltet* πυρκαταία, *quae non minus apud Scaligerum meditatur quam* κιλδυσός. *Ac nescio an non nimia brevitatis cura offecerit illustri viro, certe filio erepturа fuerit aciem intentionis, ubi dicuntur* Primi ordines XIV. Senatoribus, atque Equitibus restituti, *& lectis ab Iulio in Senatum & Equestrem ordinem multis,* tantum multitudinis nequit XIV. ordinibus capi. *Nempe quum paulo ante Orchestra illic esset adsignata saltantium choris, & hinc Graeca cum Romanis essent confusa, ibi debuit scribi, quod Romani nuspiam tradiderunt. Hinc quoque contigisse opiner, ut Pythii ludicri formam contemplans scribat argumentorum ac rationem tractum totum in Apollinis pugna* quinque partibus *constitisse, quum in sequentibus primam constituat* ἀνάκρουσιν, *secundam* ἀμπῆραν, *tertiam* παρακελευσμὸν, *postremam* δάκτυλον *fuisse adpellatam, dubium quinta sic ab eo dicatur, an quarta; certe una illarum quinque partium nulla est, & quatuor partibus ita constitit, quum tamen Strabo (cuius licet suppressi locum ante oculos habebat ex libro* IX. *pag* 421.) *quinque partes faciat, non ut* δακτύλων *eos ab imitatione sibilantis inter moriendum serpentis Syringa cognominasse doceat, sed ut quartam partem sicut ab nomine* δακτύλων δακτύλους, *ita etiam ab iamborum usu* ἰάμβους, *deinde quintam vocatam* Σύριγγας *declaret.*

F I N I S.

DE PVERPERIO
SYNTAGMA.

NOBILISS. AMPLISSIMOQVE VIRO

CORNELIO VANDER MYLE

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI MAVRITIO
A CONSILIIS.

IOANNES MEVRSIVS

S. D.

HOC Syntagma quum ederem, V. N. & A. inscribere tuo nomini decretum fuit. Causae mihi non diu quaerendae, quae in promtu. Coniunctio animorum, & blanda conspiratio Genii utriusque nostrum. Amavimus enim inter nos constanter a teneris usque unguiculis, in eodem ludo, sub iisdem praeceptoribus crevimus, eadem studia habuimus in eadem Academia, donec exteras nationes videndi desiderium, quod te capiebat, disiunxit. Sed redux postea de amore, & adfectu erga me nihil remisisti. Et ne nunc quidem honoribus auctus, qui mutare mores solent, veterem amicum dedignaris, etsi infra te collocatum. Idem es, qui fuisti; & nihil in te iuris habere Fortunam ostendis. Macte ista virtute; & animum mihi porro illum tam benevolum, tam addictum serva: ego tibi cultum, quem debeo. Eius pignus hoc De Puerperio *accipe, cum voto ut semper id felix sit tuae Iunoni. Vale Vir Nob.* & *Ampl. Hagae-Comitis. Postridie Id. Iul.* CIↃ.IↃ.C.IV.

DE PVERPERIO SYNTAGMA.

CAPVT PRIMVM.

Vota parentum pro liberorum susceptione. Nova nupta insidebat Mutini fascino. Sacra eidem a mulieribus facta. Dii praestites concubitus. Mulieres steriles se Lupercis verberandas offerebant. Amiculum Iunonis. Praegnantes in Graecia ante quadragesimum diem fanum non ingrediebantur: & Parilia diem festum habebant. Quae formae studiosae uterum celabant.

IVNO Lucina fave, ad Puerperium vocaris, etsi non a puerpera: puerperium, quod tibi mulier nulla conabitur, sed illae, ut Ausonius adpellat, Cadmi nigellae filiae; neque in terra partus statuetur, sed niveo chartae solo. Qualecumque vero futurum est, alienum a tua ope non erit, quippe quam omni passim Puerperio praefecit maritus, & frater ille tuus,

Ζεὺς ὑψιβρεμέτης ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.

Iuppiter altitonans qui supremas domos habes

Adesto itaque ad munus propitia. Non alte repetam principia, aut causas, e Medicorum aut Mathematicorum libris, quo quid tempore perficiatur, & quonam cuiusque planetarum opus sit: hoc enim esset a Ledae ovo ordiri bellum Troianum. Ab ipso mihi Puerperio initium erit, & puncto temporis, quo in communem hanc lucem proruptura est nova proles. Paucula tamen, quae non abs re, praemittam, veluti clamores suos mulier dum parturit. Summum omnino parentibus votum erat liberorum, itaque nova nupta, ne sterile coniugium haberet, in Mutini, sive Priapi, fascino sedere solebat. Augustinus De Civit. Dei lib. VI. cap. IX. *Sed quid hoc dicam, quum & ibi sit Priapus nimis masculus, super cuius immanissimum, & turpissimum, fascinum sedere nova nupta iubebatur more honestissimo & religiosissimo matronarum?* Arnobius lib. IV. *Etiamne Mutinus, cuius immanibus pudendis horrentique fascino inequitare matronas & auspicabile ducitis, & optatis?* Idem quoque legere est apud Lactantium lib. I. [a] Hic Tetinus quoque dicebatur, quippe cui tendendi nervi cura esset, mulieresque ei in Veliis sacrificabant velatae togis praetextis. Festus. *Mutini Tetini sacellum fuit Romae, cui mulieres velatae togis praetextis solebant sacrificare.* Hinc quoque Dii culti plurimi, ipsius coitus praesides, Subigus, Prema, Pertunda, Perfica. Saturnus, ut semen conferret; Liber, & Libera, ut semen emitterent, hic viris, illa feminis: Ianus, ut semini in matricem commeanti ianuam aperiret: Iuno, & Mena, ut fluores menstruos regerent ad foetus concepti incrementum: Vitunus, ut vitam donaret: Sentinus, ut sensum. Sed maxime omnium culta Iuno, & quasi familiam haec ducebat. Arnobius lib. III. *Parturiunt, pariunt, ut difficiles puerperiorum tricas Iuno mulceat, corripiatque Lucina.* Deinde. *Puerperiis Iuno praeposita est, & auxiliatur genitricibus foetis.* Hinc illi cognomina Februlis, Fluonia, Opigena, Lucina. Itaque fiebant ei sacra mense Februario, eiusque feriae erant Lupercalia, & steriles quae essent Lupercis februantibus verberandas se praebebant. Discimus ex Iuvenali Sat. III.

Interea tormentum ingens nubentibus haeret,
Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos.
Sed melius, quod nil animis in corpore iuris
Natura indulget, steriles moriuntur, & illis
Turgida non prodest condita pyxide Lyde,
Nec prodest agili palmas praebere Luperco.

Interpres vetus. *Steriles mulieres februantibus Lupercis se offerebant, & ferula verberabantur.* Erat autem ista Ferula ex pelle caprina, & Amiculum Iunonis dicebatur. Festus docet. *Mulieres februabantur a Lupercis amiculo Iunonis, id est, pelle caprina.* Praegnantes autem Parilia colebant, dicis causa in lecto cubantes. Festus: *Parilia festa sibi observanda indicant privatim ipsae quoque puerperae domi in stratis, ut in pariendo ab eis quasi stabiliantur.* At haec Romae; transeamus in Graeciam. Ibi similiter solicita vota pro liberis, & sacra facta Iunoni, Veneri, Gratiis, Etymologici Auctor. Φασὶ γαμηλίαν θυσίαν, ἣν ἔθυον τοῖς δημόταις, οἱ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφόμενοι, καὶ οἱ μέλλοντες γαμεῖν

[a] Videnda quae in hanc rem congerit Oct. Falconerius Dissertat. De nummo Apamensi. Nova nupta immani fascino insidens marmoreo simulacro repraesentatur Florentiae in Museo Gaddiano, illiusque imaginem hic exhibemus,



μεῖν. ἐγίνετο δ' ἡ θυσία τῇ Ἥρᾳ, καὶ Ἀφροδίτῃ, καὶ Χάρισι. *Dicunt nuptiale sacrificium, quod sacrificabant popularibus, qui inter Ephebos cooptati fuerant, & qua nupturi erant, Fiebat vero sacrificium Iunoni, & Veneri. & Gratiis*. Et has *Gamelias Virgines* intelligit Festus, quum inquit *Gameliis Virginibus supplicare nupturae solitae erant*. Neque turbare aliquem debet, quod Iuno, & Venus virgines adpellentur, nam virgo Latinis, ut παρθένος Graecis, commune etiam nuptiarum vocabulum est[a]. Athenienses etiam Cotto, Hygi, & Briareo, quos τριτοπάτορες dicebant, sacrificabant. Phanodemus lib. VI. apud Suidam. Μόνοι οἱ Ἀθηναῖοι θύουσί τε καὶ εὔχονται αὐτοῖς· (τοῖς τριτοπάτορσιν) ὑπὲρ γενέσεως παίδων. *Soli Athenienses sacrificantque & supplicant ipsis (Tritopatribus) quo generatione liberorum*. Praegnantes autem factae ante quadragesimum diem fanum non intrabant. Censorinus capit. XI. *In Graecia dies habent quadragesimos insignes, namque praegnans ante diem quadragesimum non prodit in fanum*. Illud vero pene me fugerat monere, fuisse etiam *Nixios deos* apud Romanos; quorum signa genibus nixa in Capitolio ante cellam Minervae colebantur, quae M. Acilius Glabrio, superato Syriac rege Antiocho, Pop. Romano attulit. Festus. *Nixii dii adpellantur in Capitolio tria signa ante cellam Minervae, genibus nixa, velut praesidentes parientium nixibus*. Supplicabant quoque Prosae & Postvortae, ne infans in pedes conversus prodiret ex utero matris, quum ille partus periculosissimus haberetur. Varro apud Agellium lib. XVI. cap. XVI. *Quandoque pueri contra naturam forte conversi in pedes, brachiis plerumque diductis retineri solent: aegriusque tunc mulieres enituntur: huius periculi deprecandi gratia arae statutae sunt Romae duabus Carmentibus: quarum una Postvorta nominata est, Prosa altera; a recti perversique partus potestate, & nomine*. Macrobius Saturnal. libro I. cap. VII. Prosam nominat Antevertam, sed hoc ἰσοδυναμεῖ, itaque exercere nihil nos debet: aliud vero etiam illi munus adsignat. Remedia autem etiam quaesita, ut facilis esset partus. Aliquis tectum parturientis transmittebat lapide vel missili, quo homo, aper, ursa, singulis ictibus essent interfecti: vel hasta quoque velitari, evulsa ex hominis corpore, quae terram non tetigisset: vel ipse quoque maritus cinctu suo soluto illam cingebat, & iterum solvebat, adiecta precatione, se vinxisse eam, & soluturum quoque. Vide Plinium lib. XXVIII. cap. IV. Nefas quoque parturienti adsidere poplite in alterum genu imposito, vel digitis pectinatim inter se implexis. Vide eundem libro citato, cap. VI.

[a] Eodem sensu usurpatur etiam *Fanciulla* apud nos, quod multis exemplis ostendit *Fr. Rhedius* in quadam Epistola. Hinc apud Petrarcham:

E la vaga fanciulla di Titone.

[b] Sunt qui Declamationes Quintiliano abiudicent.

CAP. II.

Deorum benevolentiae, & pudicitiae maternae signa habebantur, gemellos parere, & sine dolore, item similes. Puerperae dii custodes tres.

Vidimus quae pro partu, ante partum: nunc ad ea quae in partu, & ab illis fieri solita, veniamus. Signum habebatur & benevolentiae deorum, & pietatis pudicitiaeque puerperae, si gemellos peperisset. Abunde id docuerit vel unus Plauti locus Amphitr. Sc. *Spes atque opes*:

——— BRO. *ego faciam tu idem aliter praedices,*
Amphitruo, piam & pudicam esse uxorem tuam ut scias.
De ea re signa atque argumenta paucis verbis eloquar.
Omnium primo Alcumena geminos peperit filios.
AMPH. *Ain' tu, geminos?* BRO. *geminos.* AMPH. *dii me servant.* BRO. *sine me dicere.*
Vt scias tibi tuaeque uxori deos esse omnes propitios.

Quid pote clarius? sodes. Tacitus Annal. II. *Soror Germanici Livia, nupta Druso, duos virilis sexus simul enixa est, quod rarum laetumque etiam modicis penatibus*. Erat & aliud iudicium: puta, si sine dolore; & facilis partus esset. Ideoque sequitur apud Plautum;

——— *uxorem tuam*
Neque gementem neque plorantem nostrum quisquam audivimus,
Ita profecto sine dolore peperit. ———

Apud Callimachum quoque Hymno in Dianam est:

——— *nec pariens, uteri nec pondera gestans*
Indoluit mater, nulloque enixa dolore est,

Item apud Theocritum Idyll. XVII. in nativitate Ptolemaei regis:

Adstitit haec illi facilis, sensumque doloris
Omnibus exemit membris. ———

Et luculentum quoque exemplum est in Plutarchi Cicerone, ipso statim principio: *Ferunt quoque Ciceronem sine dolore ullo, ac labore enixam esse matrem*. In similitudine quoque vultus magnum pudicitiae esse argumentum existimabatur. Horatius libro IV. Od. V.

Laudantur simili prole puerperae.

Quintilianus[b] Declam. XVIII. *Quae pudicitiae prima fiducia est, edidit partum quem maritus adgnosceret: non timuit ne stupra furtivosque concubitus parvuli vultus, aut crescentis infantiae similitudo, detegeret*. Nam parentibus dissimiles illegitimi censebantur. Phocylides.

Non similes natos lectus ducit adulter.

Huc facit iocus Liviae Augusti filiae, quae consciis flagitiorum mirantibus, quomodo similes

miles Agrippae filios pareret, quum tam vulgo potestatem sui corporis faceret, dixit: *Non nisi plena navi tollo vectorem*. Et qui gratiam alicuius captabat, adspectis liberis, dicebant esse patri simillimos. Sic ille apud Theophrastum in Ethic. Charact. capit. de Blanditiis. *Et ad coenam vocatus, convivii dominum iubebit vocare liberos suos, ingressosque magis similes patri dicet, atque ficus fici*. Tres autem puerperae dii addebantur custodes adversus Silvanum. Hi erant, Intercidona, Pilumnus, Deverra. Atque eius rei significandae causa constituebantur tres viri, qui noctu aedes circumirent, quorum primus securi limen feriret, secundus pilo, tertius scopis deverreret. Augustinus de Civit. Dei lib. VI. cap. IX. *Mulieri foetae post partum tres deos custodes commemorat adhiberi, ne Silvanus deus per noctem ingrediatur & vexet, eorumque custodum significandorum causa tres homines noctu circumire limina domus, & primo limen securi ferire, postea pilo, tertio deverrere scopis: ut his datis culturae signis deus Silvanus prohibeatur intrare*.

CAP. III.

Omina futurae magnitudinis unde capi solita.

OMina vero futurae magnitudinis etiam capi solita e corporis statura, atque magnitudine, & robore membrorum. Itaque placebat supra modum, si magni essent infantes nati. Liquet ex Amphitruone Plauti, Sc. *Spes atque opes*:

BRO. *Postquam peperit, pueros lavare iussit, nos occepimus.*
Sed puer ille, quem ego lavi, ut magnus est, & multum valet?

Et profecto non inane omen isthoc fuit, nam Hercules postea maximus exstitit. Huc pertinent ista e Truculento eiusdem Comici. Sc. *Ne exspectetis*:

AS. *Peperit puerum nimium lepidum*. ST. *ecquid mihi simili' st*. AS. *rogas?*
Quin ubi natus esset iam machaeram & clipeum poscebat sibi.
ST. *Meus est, scio iam de argumentis: nimium quidem simili' st. papae!*
Iamne magnus est? iamne lectat legiones, quas spoliare velit?

CAP. IV.

Infantes nati Genii & Iunonis tutelae tradebantur. In terra statuebantur, captaque auspicia an vitales forent; & sternebatur lectus Pilumno ac Picumno. Suetonius illustratus. Referebantur in acta: quod neglectum excitavit iterum M. Aurelius.

NAto infante, si masculus erat, Genio in tutelam tradebatur: si de sequiore sexu, Iunoni. De Genio adparet ex isto loco Arnobii lib. II. *Toga sternitis lectulos, & maritorum Genios advocatis*. Item ex isto Iuvenalis Sat. VI.

——— *vetus est alienum, Posthume, lectum*
Concutere, atque sacri Genium contemnere fulcri.

De Iunone clarum faciet Tibullus:

Haec per sancta tuae Iunonis numina iuro.

Et lib. III. Eleg. VII.

Et si perque suos fallax iuravit ocellos,
Iunonemque suam. ———

Apud Petronium Quartilla. *Iunonem meam iratam habeam*. (a) Item ab obstetrice in terra statuebatur, auspicabaturque an rectus, ac vitalis foret, & lectus sternebatur Pilumno, ac Picumno. Varro De Vita Pop. Rom. lib. II. *Natus si erat sublatus, ab obstetrice statuebatur in terra, ut auspicaretur vitalis, ac rectus esse; diis coniugalibus Pilumno, & Picumno, in aedibus lectus sternebatur*. Hanc domesticam religionem adpellat Suetonius Claudio cap. XII. *Natalemque geniti nepotis silentio, ac tantum domestica religione, transegit*. Patres autem natos sibi liberos profitebantur apud praefectos aerarii, qui in acta referebant. Apuleius. *Pater natum sibi filium ceterorum more professus est*. Scaevola lib. 28. De Probat. *Mulier gravida repudiata, absente marito filium enixa, ut spurium in actis professa est*. Iuvenalis Sat. IX.

Nullum ergo meritum est ingrate, ac perfide, nullum,
Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me?
Tollis enim, & libris actorum inspergere gaudes
Argumenta viri. ———

Postea neglectius hoc fieri cepit, sed excitavit M. Aurelius Imp. iussitque intra trigesimum diem facere. Capitolinus in Vita eius. *Liberales causas ita munivit, ut primus iuberet apud praefectos aerarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri intra trigesimum diem, nomine imposito*.

CAP. V.

Clipei, & vanni pro cunis; & cuius rei id auspicium. Infantes vesperi lavari soliti. Lacaenae in clipeis pariebant. Dii infantum curatores. Fabii.

POrro in clipeo infantem, aut in vanno deponebant; hi enim apud Veteres loco cunarum erant. De clipeo est fragmentum. Ennii apud Nonium.

Nam ubi introducta est, puerumque, ut laverant, locant
In clipeo. ———

Et apud Theocritum insignis locus est Idyll. XXIV.

Vtrumque ablutum, & iam plenum lactis: alieno
Deposuit clipeo. ———

Ex quibus locis duobus liquet etiam, ablui solitos pueros vesperi, antequam dormituri in

(a) Christiani credunt Angelum uniuscuiusque hominum custodiae ab ipsa natali die, & ante etiam fortassis praefici; cui Genius, & Iuno antiquorum respondeant: res enim eadem est, nomina differunt.

in cunas reppnerentur. De vanno legitur apud Callimachum Hymn. in Iovem.

——— *Nemesis sopivit in aureo*

Te vanno. ———

Etymologici Auctor. *Veteres in vannis liberos suos dormire faciebant*. Qui in ventilabris collocabant, in auspicium futurarum divitiarum id faciebant, ut docet Scholiastes vetus Callimachi. *In ventilabris olim infantes dormituros collocabant, in futurarum divitiarum, & adfluentiae auspicium*. Qui in clipeo, illis fortitudinis id auspicium erat. Itaque Hercules in clipeo positus legitur, qui postea fortitudine omnes antecelluit. Quin & Lacaenae in clipeo pariebant, teste Nonno Dionys. XLI.

——— Λακωνίδες οἷα γυναῖκες

Υἱέας ὠδίνουσιν ἐπ' εὐκύκλοιο βοείης.

——— *Lacaenae ut mulieres*

Filios parturiunt supra rotundum scutum.

Quo autem id voto? nisi hoc ipso, quod dixi. Et vero nota est eorum hominum virtus bellica, & symbolum quoque incisum scutis: ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τάν. *Aut hoc, aut in hoc*. In cunis vero cubantes tutabatur Dea Cunina, quae eo nomine colebatur, ut testatur Lactantius lib. I. & Augustinus De Civit. Dei lib. IV. Sed & alii dii culti, Vaticanus vagientibus praeerat, Rumina sugentibus, Statilinus, sive Statanus, stare incipientibus, Cuba cubantibus, Edulia edentibus, Potina bibentibus. Quae omnia reperiuntur apud Agellium, Augustinum, Donatum Terentii interpretem, Lactantium, Nonium Marcellum, Tertullianum. Fabulino quoque sacra fiebant pro accepta iam voce; nam pueri, ut, quum loqui nondum possent, infantes dicebantur; ita, quum inciperent loqui, Fabii, atque inde huic Deo nomen. Prius est videre apud Varronem de Liberis educandis. *Quum primo fari incipiebant, sacrificabant divo Fabulino*. Posterius ex Glossario liquet, in quo legitur, *Fabia*, παιδίσκη.

CAP. VI.

Puerperae Zonas Dianae consecrabant, & vestimenta. Χιτώνη. ἀμφιδρόμια. δεκάτην θύειν. ἑστιᾶσαι. *Lustricus, dies. Dea nundina. Munera Puerperae mitti solita*.

Abieram paululum ad partum, nunc ad ipsas puerperas revertar. Hae a primo partu Zonas suas Dianae suspendebant, quae & Λυσιζώνη ea ex re cognominata. Apollonii Scholiastes. *Solvunt Zonas primum parientes, & consecrant Dianae. Vnde & Lysizonae Dianae templum Athenis* (a). Suidas, aliique auctores sunt, ante coitum id fieri consuevisse. Est & Agathiae epigramma huc pertinens, quod nos alibi citavimus. Vestimenta quoque illi dedicabant. Callimachi Scholiastes docet Hymno I. *Natis infantibus consecrant vestimenta Dianae*. Et ab hac re illa χιτώνη nominata. Inde est Inscriptione antiqua:

(a) Consule *Meursii* nostri *Populos Atticos*.

VIRGINI CHITONE SACRVM

Quintus dies a partu Ἀμφιδρόμια dicebatur, & tum infans circa aram curriculo gestabatur, & purgabant manus suas obstetrices. Docent id nos Grammatici Graeci. Et sacra quoque faciebant Iunoni εἰλειθυίᾳ Graeci; Lucinae Romani. Plautus Truculento Sc. Num tibi.

Quin diis sacrificare hodie pro puero volo,

Quinto die, quod fieri oportet. ———

Illudque sacrificium pluribus describit, Scena sequente sub finem. Ephippus in Geryone.

Οὐ κνῖσα κρούει ῥινὸς ὑπεροχὰς ἄκρας.

Ἀμφιδρομίων ὄντων. ———

Non nidor percellit navis eminentes summitates

Quum sint Amphidromia. ———

Decimo die amicos convocabant, sacrificabant iterum, deinde nomen infanti dabant, postremo convivium agitabant. Videmus apud Polyaenum Strateg. lib VI. Ac de convocatione quidem amicorum, in istis verbis. *Et filio sibi aliquando nato, quum nomen impositurus esset, convocatis Graeciae optimatibus, advocavit etiam fratrem, ut susceptioni adsisteret*. De sacrificio, & convivio, in sequentibus. *Festinus ad coenam rediit, & fratri libationem incipere, ac puero imponere nomen permisit*. Suidas plenissime. *Mos est Atheniensibus, natis liberis decima a nativitate nocte convocare agnatos, ac cognatos, & sanguine proximos, iisque praesentibus, & nomina dare infantibus, & sacrificare diis, postremoque convivium agitare*. Convivium legimus etiam apud Capitolinum in Albino. *Hora convivii, quod celebritati pueri deputabatur, quum ei fierent nomina, septem aquilae parvulae de nido adlatae sunt*. Adponi vero illic apud Graecos quidem solita frustra casei Chersonitae assi, brassica item in oleo cocta, columbae, turdi, carduelis, sepiolae, loligines, ac polypi, bibebanturque calices meraciores. Vide Ephippi versus apud Athenaeum lib. II. & IX. Sacrificium vero illud, ut & convivium, δεκάτη adpellabatur, & parentes convivium quum exhiberent, δεκάτην ἑστιᾶσαι; quum sacrificarent, δεκάτην θύειν dicebantur. Aristophanes Avibus.

Οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην ταύτης ἐγώ;

Καὶ τοὔνομ' ὥσπερ παιδίῳ νῦν δὴ θέμην.

Nondum sacrifico decimam huius ego?

Et nomen, ut puerulo nunc profecto posui.

Constat quoque ex Harpocratione, Hesychio, Suida, Auctore Proverbiorum, Aristophanis Scholiaste, & aliis. Nec decimo tantum die semper nomina imposita, sed etiam septimo aliquando. Harpocration. Τοῖς ἀποτεχθεῖσι παιδίοις τὰς ἑβδομάδας, καὶ τὰς δεκάτας ἦγον, καὶ τάγε ὀνόματα ἐτίθεντο αὐτοῖς· οἱ μὲν τῇ ἑβδόμῃ, ὡς καὶ ὁ ῥήτωρ λέγει· οἱ δ' τῇ δεκάτῃ. *Genitis filiis septimas, & decimas celebrabant, & nomina ei imponebant; hi quidem septima, ut etiam Rhetor ait; illi vero decima*. Septimi rationem reddit Aristotel. De Anim. lib. IX. Porro quinto munera quoque puerperae mittebant consanguinei. Auctor Proverb.

verb. in descriptione Amphidromiorum. *Et munera mittunt consanguinei, ut plurimum polypos, ac sepias*. Scilicet, quia horum usus in isto convivio, ut iam ex Ephippo docui. Plautus Truculento.

PH. *Quin diis sacrificare hodie pro puero volo,*
Quinto die quod fieri oportet. DI. *Censeo*.
PH. *Non audes aliquod mihi dare munusculum?*

AEschylus quoque primis Eumenidibus γενέθλιον δόσιν, *natalem dationem*, nominat. Et est clarus apud Terentium Phorm. Act. I. Sc. I.

——*porro autem Geta ferietur*
Alio munere, ubi hera pepererit.

Nominis autem dies apud Romanos *Lustricus* adpellabatur. Tertullianus vocat *Nominalia*. Atque is maribus nonus, feminis octavus statuebatur, testibus Festo, Macrobio, Plutarcho. Et huic praeerat Dea Nundina, teste Macrobio Saturnal. lib. I. cap. XVI.

CAP. VII.

Virga populea depangi solita. Palma a parturientibus tacta. Coronae in foribus suspensae. Brassica Puerperis data. Earum aedes intrare superstitiosiores nolebant. Diogenes Laertius emendatus. Iustum Puerperii tempus, & eo exacto festum τεσσαρακοςόν.

MOris erat in Italia populeam virgam defigere solo. Donatus in Vita Virgilii. *Virga populea more regionis in puerperiis eodem statim loco depacta ita brevi coaluit, ut multo ante satas populos adaequarit; quae arbor Virgilii ex eo dicta, atque consecrata est, summa gravidarum religione, suscipientium ibi, & solventium vota*. Tradunt quoque palmam in partu tactam fuisse, quia illa ad facilitatem partus conferre multum censebatur Et adnotant Scholiastae veteres ad illud Theognidis.

—— θεὰ τέκε πότνια Λητὼ
Φοίνικ☉ ῥαδινῆς χερσὶν ἐφαψαμένη.
—— *dea peperit veneranda Latona*
Palmam...... manibus quum tetigisset.

Coronas quoque in foribus suspendebant. Iuvenalis Sat. IX.

—— *foribus suspende coronas;*
Iam pater es. ——

Statius Silv. lib. IV. ad Iulium Menecratem, cui ob prolem gratulatur.

—— *quumque tibi vagitet tertius infans,*
Protinus ingenti non venit nuntia cursu
Litera, quae festos cumulare altaribus ignes,
Et redimire chelym, postesque ornare iuberet?

Manavit hic mos item a Graecis, qui id quinto die faciebant. Ephippus in Geryone.

Οὐ στέφαν☉ ὐδ' εἷς ἐστι πρόσθε τῶν θυρῶν,
Ἀμφιδρομίων ὄντων. ——
Non corona ulla est ante fores
Quum sint Amphidromia. ——

Toto vero puerperii tempore brassicam Athenienses edendam puerperae dabant. Athenaeus auctor est lib. IX. *Athenis brassica in cibum parabatur puerperis, veluti remedium aliquod*. AEdes autem eius, ut & hoc moneam per occasionem, intrare homines superstitiosi nolebant. Ecce apud Euripidem in Iphigenia Taurica.

Si quis nocentes caede consceleret manus.
Corpusve tangat mortuum, aut puerperam,
Altaribus ceu impium prohibet suis.

Vide etiam Porphyrium De Abstinentia lib. II. Aut egressi rursum se purgabant, non secus, atque a funere redeuntes. Corrige itaque Diogen. Laertium lib. VIII in Pythagora. Διὰ ταῦτα αὐτὸν καθαρεύειν ἀπό τε κήδυς, καὶ λέχυς. *Propterea ipsum purgare a caede, & puerpera*. Theophrastus De Superstitione. Οὔτ' ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, ὔτ' ἐπὶ λεχώ. *Neque ad mortum ire, neque ad puerperam*. Iustum autem puerperii tempus censebant quadraginta dies, nisi si morbi iuberent producere; itaque post illos dies festum agitabant, quod τεσσαρακοςὸν dicebant. Censorinus cap. XI. *In Graecia dies habent quadragesimos insignes; namque praegnans ante diem quadragesimum non prodit in fanum, & post partum quadraginta diebus pleraeque foetae graviores sunt, nec sanguinem interdum continent, & parvuli ferme per hos dies morbidi sine risu, nec sine periculo sunt: ob quam caussam, quum is dies praeterierit, diem festum solent agitare, quod tempus adpellant τεσσαρακοςόν* (a).

(a) Consonat his Lex Moysis, & mos Christianorum.

FINIS.

DE

DE FVNERE
LIBER SINGVLARIS
IN QVO
GRAECI ET ROMANI RITVS.

ILLVSTRISSIMIS, AMPLISSIMISQVE

ORDINIBVS

PROVINCIAE VLTRAIECTINAE

IOANNES MEVRSIVS

DEDICO.

COnsideranti mihi mortalium conditionem, Illustriss. & Amplis. Ordines, admirari saepenumero libet, cur qui in magna quandoque, ac lauta familia nati, tam parvam omnino studiorum habeant rationem, praesertim si ad natalium benignitatem ingenii quoque praestantia accedat. Destituunt Fortunam, ac Naturam; paucique adeo exsistunt, qui ostendendum putent, quid in magna fortuna, & ingenio, magna item possit industria. Nimiae Opes, & huic cognata ignavia, voluntatem discendi omnem excutiunt. Indigna res, & irae profecto divinae obnoxia. Et hi quidem mox rebus admoti efficiunt, ut honoris minus studiis sit, & aliorum quoque animos ista re avertunt; quod quid aliud est, quam quodam quasi Domitiani edicto bonas Artes in exsilium mittere, Barbariem advocare, quam tamen profligatam totius humani generis interesse viri ab omni aevo maximi existimarunt. Olim ex Imperatoribus quidam regem Galliarum exhortans, ut regni sui heredes liberos disciplina instrui honesta liberaliter curaret, addebat; sciret, Regem illiteratum esse asinum coronatum. *Egregia vox, & plane regia. Et quid iam nobiles censeamus? Imperatoris huius verbis:* asinos bene natos. *Egregiam vero laudem! Sed mehercule numquid hi sunt dehonestamenta nobilitatis suae, & patriae, ad quam illustrandam Deus illos, & Natura supra ceteros obligarunt? Cui non sano bilem haec res moveat? Literas tractare probrum censent; exsensi Cecropidae! Sed imagines posse maiorum numerare, hoc vero pro quavis Doctrina. Cetera Doctrinae nulla aestimatio est, ut neque Doctorum. At plane aliter viri nobiles, aevo vetere. Scipio Africanus numquam discedere a latere suo Ennium passus est, hortos ei suis proximos largitus, statuamque defuncti sepulcro imponi suo voluit. Cn. Pompeius domum Posidonii ingressurus, fores percutere lictorem vetuit, fascesque suos ianuae Philosophi submisit is, cui se Oriens totus, Occidensque. Quid autem viros tantum nobiles refero? Reges, Imperatores citabo. Macedoniae Rex Philippus, quum filio auctus esset Alexandro, gratulari sibi magnopere dixit, quod in Aristotelis tempora natalis eius incidisset, a quo erudiri posset. In eadem Macedonia Archelaus summis honoribus Euripidem adfecit. Phalaris Agrigentinus, etsi Tyrannus, templum tamen Stesichoro mortuo aedificandum curavit, divinosque illi honores in urbe patria decrevit. Iulius ille Caesarum primus, & maximus, omnes liberalium Artium Doctores, qui Romae essent, civitate donavit. Atque is honos extero summus, neque ullo pretio aestimandus. Dionem Prusiaeum curru plerumque suo dignatus est Traianus, etiam Romam ingressus cum triumpho. Vespasianus Graecis, Latinisque Rhetoribus annua centena constituit, idest, quinque mille florenos. Medicis quingena data, idest, florenorum viginti quinque*

mil-

millia. Adeoque Constantius Eumenio sexcenta largitus est, ea sunt triginta millia. Tam ubere salario viros doctos praestantissimi Imperatores cohonestatos voluerunt ad ostendendam doctrinae dignitatem. Quid ad haec genus Cecropis? Ergo vilior illis esse debet, quam maximi Imperatorum tantis sibi praemiis esse ornandam arbitrati sunt? Non otiosi, inquient, omnes sumus; Martem quoque tractamus, & vel sic patriae nos nostrae mancipamus. Profecto,

——— titulo res digna sepulcri!

Et laudem omnino meretur, fatendum est. Sed hoc quoque scire debent, felicius eum armis uti, qui scientia sit imbutus. Atque audiant Alphonsum Regem. Ille olim interrogatus, quid ita erga Literas esset adfectus? armorum se ex his & iura, & modum didicisse, *respondit. Nulla aetas maius aliquid in bellis vidit* C. *Iulio Caesare; hic tamen armorum laudem literarum cognitione aequavit. Nescias utrum Imperator maior an Philosophus Xenophon fuerit. Alexander Magnus sine Homeri Iliade somnum numquam capessebat, Scipio sine Xenophontis libris, Alphonsus sine Commentariis Caesaris, Carolus Quintus sine Historia Cominaei. In Coriolano, & Mario; in Hannibale, & Iugurtha, ad summum militaris laudis fastigium praeter unam doctrinam nihil defuisse etiam veteres iudicarunt. Quam si habuissent, profecto non tantum illustrium virtutum effreni ferocioris animi impotentia corrupissent. Et nonne Palladem armatam finxit Antiquitas? Atque id sola hac de caussa. Inspiciamus penitus. Quis adeo sine fronte ulla, aut mente; qui vel negare ausit, vel non intelligat, quantum momenti ad res feliciter, ac praeclare, gerendas habeat? Haec iudicium format, haec animum firmat, haec consilium addit; spem saepe cum acie profligatam restaurat, & fortunam adeo ipsam corrigit, dat victoriam. Uno verbo, quaedam quasi bellantum tutela est. Vos vero rem memoria dignam facitis, qui inter tantas bellorum circumstrepentium turbas, tantam negotiorum publicorum molem, studiorum quoque curam fovetis, erecto illo vestro ad D. Paulum Collegio, quod quomodo aliter adpellare fas est, quam aliquod Musarum prytaneum. Macti ista virtute! Ivit procul dubio ad exteros ea fama, & magis iam vos hostes timent, quibus tantum a gravissimis curis animi superesse cognoscunt. Herculem prudens Antiquitas Musageten constituit, & necessario, causaque evidenti. Succedunt illi, qui arma tenent cum imperio. Vos in foederatis Provinciis alacres pro parte vestra; qua re doctorum studiosorumque omnium studia obstrinxistis. Certe mea: idque adeo, ut nisi nomen profiteor, perpetuo me ingratitudinis convitio verberandum, tacite existimarem. Huc illud accedit, quod vester ego sum origine, atque conceptione, ac principia nativitatis meae sub vestro aere hausi, in vestro solo, vestra urbe. Accipite causam, & cum ea quidquid hoc est libri, quod sub vestro nomine in aede Musarum consecratum volui. Valete Illustrissimi, Amplissimique Ordines. Deum Opt. Maximum rogo, ut vestris in communem salutem consiliis benedicat. Hagae-Comitis postrid. Id. Sextil.* cIɔ. Iɔ. c. IV.

AD LECTOREM.

DAmus tibi DE FVNERE, mi Lector, & PVERPERIO. Promissum illud quidem ante hos viginti amplius annos viris magnis, sed hoc tandem dubitandum non est, quin aliae eos occupationes distraxerint. Carere autem diutius hoc Tractatu studiosam literarum iuventutem nolui, cuius intererat semel scire, & sub una serie perdiscere, quidquid olim in Funere. Sunt qui sparsim quaedam ex his delibarint, & per partes. Alii, qui universim pertractare voluerunt, adeo curiosi fuerunt, ut Barbaras quoque gentes advocarint, & omnia sine ordine ullo congesserint. Nobis praeter Graecos, & Romanos, citare consilium non fuit. Non pauca vero post alios primi proferimus; quaedam etiam aliter capienda, quam hactenus accepta a doctis ostendimus. Sed praedicare hic operam non est nostrum. Adiunximus DE PVERPERIO, breve Syntagma, ut quae in exordio vitae humanae, item, quae in exodio fieri solita repraesentaremus, etsi ordine commutato. Tu utroque utere, fruere, mi Lector, cum benivola memoria Auctoris. Vale, & quisquis es

AETERNITATEM COGITA.

AD CL. V.

D. IOANNEM MEVRSIVM

Quum vulgaret Funus.

NAEnia forte placet MEVRSI *prae carmine legum,*
Et prae luce fori funus in Exquiliis.
Vt splendore Tribunalis, tituloque procaci
Consulti spreto, atque ambitione procul,
Designator ames cinctus lictoribus atris
In pompa partes didere funerea.
Thesaurum Libitinae orcinum promere priscae,
Et Latii oblitas funeris exsequias.
Non tam femineo quid plangat praefica lesso,
Aut unctum ut condat vespa cadaver humo:
Quam quibus ingenuam exemplis accendere pubem
Curarint Pulcri, & Laudis amore Patres.
Cui non defigant spectacula dulcia pectus?
Quis pare proposito nolit honore mori?
Qui spectet longo spirantes agmine vultus,
Fascibus, & nota quemque toga, & titulo:
Curribus excelsos veneranda incedere pompa,
Aut medio in Tyriis stare foro thalamis;
Audeat & privas cuiusque ab origine laudes,
Et fremitum plebis, atque patrum fremitum,
Plus etenim spes in generoso pectore laudis,
Quam legum pollet suppliciique metus.
Et praesens non parva quidem, sed postuma nata est
Menti incentiva subdere mira bonae.
Ergo dum nota MEVRSI *haec & talia cura*
Eruis e veterum semisepulta libris:
Devincis vivosque tibi, manesque sepultos,
Atque pio iuvenes officio, atque senes.
Subiicis his calcar, vitae his solamen honestae,
Spesque suas vivis, praemiaque exanimis.

IACOBVS GRVTERVS.

IN EIVSDEM

DE

FVNERE, & PVERPERIO.

VNa papyrus habet supremaque primaque rerum,
Naturae fines continet iste labor.
Lucinae pia sacra docet tibi nata recenter
Pagina: non foetus dulcior ille fuit
Funera tu recitas, MEVRSI, *quae nulla libellis*
Opto tuis veniant, nec nisi sera tibi.
Cernimus hic cunas, atque addita nomina fatis.
Et bene solicitos in duo vota patres.
Cum fletu tamen ille rudi ventura fatetur,
Et non visa prius respicit astra puer.
En tumulos, en busta virum, luctusque superbos.
Quorum se pretiis excitat ipse dolor.
Hinc alius iterum lacrimas miserabilis urnae,
Quas bibat, & celso raptus ab igne cinis.
In laudes vagire tuas tener incipit infans.
Quis scit an & Manes hic quoque tangat honos?
Omnes crede tibi populos, tibi dicere Mundum:
QVI SVNT, QVI NON SVNT, TV FACIS ESSE TVOS.

HVGO GROTIVS.

DE FVNERE
LIBER SINGVLARIS
IN QVO
GRAECI ET ROMANI RITVS.

CAPVT PRIMVM.

Mortis vocabula, & gradus, quodnam genus miserrimum. Fame interficere ne Iudici quidem fas. Naturalis Apollini, & Dianae imputata. Rhamnus, & laurus foribus adfixae, pro deprecatione, ἄυτηνοι. Immatura mors Gelloni imputata. Mortis ara unica, & ubi.

EXitae aetati, ut Veteres loquebantur, proxima mors est, vitae mortalium quaedam quasi corona. Funeri, de quo dicere statui, bono iure praemittam, quippe istius caussam, &, ut ita dicam, matrem. Antiquis illis non uno nomine adpellata fuit: *abitio*, *fera*, *letum*, *nex*, *somnus*. Prima, & ultima adpellatio ab εὐφημίᾳ profectae; nam omnino a mortis nomine abhorrebant. Festus: *Avitionem antiqui dicebant mortem*. Plinius lib. II. Epist. I. *Et ille quidem plenus annis abiit, plenus honoribus, illis etiam quos recusavit*. Pedo in Elegia De Morte Drusi:

——— *victoria parta est,*
Auctor abit operis, sed tamen exstat opus.

Ausonius in Epicedio Patris:

Numine adorato vitae abitum petere.

Chion in Epistola ad Platonem: Μετὰ Παιᾶνος ἂν καὶ νικητηρίων ἀπαλλάττοιμι τὸν βίον, εἰ καταλύσας τὴν τυραννίδα ἐξ ἀνθρώπων ἀπελεύσομαι. *Cum Paeane utique, & Epiniciis vitam relinquam, si quum tyrannidem dissolvero, abibo ex hominibus*. Vetus inscriptio:

RECESSIT SVB
VIIII. KAL. AVGVSTAS
P. C. LAMPADI. ET
ORESTIS. VV. CC. IND. VIIII. (a)

Sic *ire* simpliciter. Propertius:

——— *non oculos quisquam inclinavit euntis.*

Eodem modo οἴχεσθαι, & οἰχόμενοι apud Graecos. Sed etiam FVIT dicebant. Pedo:

Iamne meus non est? nec me facit ipse parentem?
Iamne fui Drusi mater? & ipse FVIT?

Tibullus lib. III. eleg. IV.

Vivite felices, memores & vivite nostri,
Sive erimus, seu nos fata FVISSE *velint.*

Item VIXIT Seneca epist. XII. *Pacuvius, qui Syriam usu suam fecit, quum vino, & funereis illis epulis, se sepelisset, quasi sibi parentaverit, sic in cubiculum ferebatur a coena, ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur*, βεβίωκε, βεβίωκε. Etiam κέκμηκε. Phurnutus Κεκμηκέναι λέγομεν τοὺς τετελευτηκότας. *Κεκμηκέναι dicimus mortuos*. Hinc καμόντες, pro mortuis passim apud Poetas Graecos.

Atque haec omnia, ut dixi, κατ' εὐφημίαν, qui detestabantur, *feram* nominabant; hinc *feralia*, quaecumque ad mortuos, vel manes pertinebant. *Ferales* cyparissi apud Ovidium, *feralia* officia apud Apuleium, *ferale* epulum, *ferales* reliquiae, apud Plinium, & Tacitum. Omnium maxime vulgare, atque tritum *leti* nomen erat; & praeco quum funus indiceret, clamabat: OLVS LETO DATVS EST. Iam *necem* dicebant, quum fame quis, aut veneno interfectus. Festus: *Neci datus proprie dicitur, qui sine vulnere interfectus est, ut veneno, aut fame*. Vltimum, & placidissimum nomen, *Somnus*, Callimachus Epigr. XIV.

Patre Dicone Saon sacrum Acanthius hic modo somnum
Carpit. ———

Et Epigr. XXI.

——— *at illam*
Iste sopor, cunctos qui manet, adripuit.

Moschus Idyll. III.

Infinita gravi premimur per secula somno.

Orpheus in Argonauticis:

Dormis Agniade dulci percussa sopore.

Vetus Inscriptio:

SOMNO. AETERNA
LI. VLPIAE. EVTERPE
MATRI. DVLCISSIM
VLPIA. PAVLINA
FEC.

Sic

(a) Inscriptionem Christianam addam ex *Boldettio*.

LEO THELESPHORO PATRI BENE
MERENTI IN PACE DECESSIT VI.
KALENDAS AVGVSTAS

Sic AEſchylo in Eumenidibus mortui εὔδοντες dicuntur, & Lycophron noſter ſepulcrum εὐναστήριον vocavit. Id vero inde profectum, quia dormientibus mortui ſimiles, unde & mortis fratrem ſomnum eſſe dixerunt. Athenagoras De Reſurrectione Mortuorum. *Quamobrem, opinor, nonnulli fratrem mortis ſomnum adpellant, non tamquam iisdem parentibus natos, ſed quia eodem modo adfecti ſint mortui, & dormientes* (a). Morti vero tres gradus ſtatuebant, fatum, caſum, genituram. Epicurei hominem fato mori dicebant, Stoici caſu, Pythagorici genitura. Vide Acronem veterem Horatii interpretem. Fatalem vero mortem, ut hoc obiter addam, obire neminem cenſebant, niſi recedente aeſtu maris. Plinius lib. II. cap. XCVIII. *Ariſtoteles nullum animal niſi aeſtu recedente exſpirare adfirmat. Obſervatum id multum in Gallico Oceano, & dumtaxat in homine compertum* (b). Miſerrimum mortis genus cenſebant fame perire. Homerus Odyſſ. μ'.

> *Mors quaevis inviſa venit mortalibus aegris;*
> *Sed magis illa fame miſeros, quae ſueta necare.*

Vel naufragio quoque. Vegetius lib. IV. capit. XLIV. *Alii ferro interimuntur, alii ardere coguntur in fluctibus; inter tanta tamen mortium genera, qui acerrimus caſus eſt, abſumenda piſcibus inſepulta ſunt corpora.* Ovid. Triſt. lib. I. Eleg. II.

> *Demite naufragium, mors mihi munus erit.*
> *Eſt aliquid fatoque ſuo ferroque cadentem*
> *In ſolita moriens ponere corpus humo,*
> *Et mandare ſuis aliqua, & ſperare ſepulcrum,*
> *Et non aequoreis piſcibus eſſe cibum.*

Certe ad famem quod attinet, impium olim etiam Iudicibus exiſtimatum fuit, illa quemquam necare. Itaque damnatis, ne hoc facere viderentur, cibi ſemper aliquid adponi iubebant. Clarum exemplum eſt apud Sophoclem in Antigone:

> CH. *Sed fata, quae illi, quod paras mortis genus?*
> CR. *Deſerta triſtem ſemitam monſtrat via,*
> *Huc ducam, & atro concavi ſaxi ſpecu*
> *Vivam ſepeliam, paullulum donans cibi,*
> *Ne ſcelere tota polluatur civitas.*

Triclinius: *Antiquus mos erat, quos e medio ſublatos vellent, devovere, & cibi illis paucillum adponere, hoc modo expiare ſe credentes. Hoc autem faciebant, ne fame interficere viderentur, quod impium cenſebatur.* Naturalem mortem, & ſponte obvenientem imputabant Apollini, & Dianae. Strabo lib. XIV. *Apollini, & Dianae mortes ſponte accidentes imputant.*

Sane hac de cauſſa Veteres in graviſſimis, ac deſperatis iam morbis, cum rhamno etiam lauri ramum ſupra ianuam ponebant, tamquam deprecantes, rogantesque Apollinem, vellet parcere iſtis aedibus, quas tutari videret amatam ſibi tantopere Daphnen. Veſtigium huius moris exſtat apud Diogenem Laertium in Vita Bionis Boriſthenitae lib. IV.

> Ῥάμνον τε καὶ κλάδον δάφνης
> Ὑπὲρ θύρην ἔθηκεν.
> Ἅπαντα μᾶλλον ἢ θανεῖν
> Ἕτοιμος ὢν ὑπουργεῖν.
> *Rhamnumque, & lauri ramum*
> *Ianuae impoſuit.*
> *Cuncta magis quam mori*
> *Paratus adminiſtrare.*

Et hos ramos ἀντήνους vocabant. Etymologici Auctor: Ἀντήνους τοὺς τῆς δάφνης ὅρπηκας, πρὸ τῶν θυρῶν ἱσταμένους. *Antenos, lauri ramos ante fores collocatos.* Romani quoque faciebant. Statius Silv. V. ubi de Abaſcanto nihil non faciente pro uxore Priſcilla graviter decumbente:

> *Ille modo infernae nequidquam flumina Lethes*
> *Incorrupta rogat. Nunc anxius omnibus aris*
> *Illacrimat, ſignatque fores* ———

Et clare Iuvenalis Sat. XII.

> ——— *laribuſque paternis*
> *Tura dabo, atque omnes violae iactabo colores,*
> *Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos.*

Adpoſite pro reditu peregrinantis navi, & tres tantum digitos, ſecundum Philoſophi dictum, imo vulgi etiam opinionem, a morte ſua abſentis. Immaturam vero mortem Gelloni tribuebant Lesbii. Lucillus Tharraeus. *Gello virgo quaedam erat, quae quoniam immatura morte obiit, dicunt Lesbii ſpectrum eius pue-*

[a] Praeter adlata Graecorum exempla, plura alia ex Latinis Auctoribus repeti potuiſſent. Ecce *Virgilius* VI. *AEneid.*

> *Et conſanguineus leti ſopor.*

Homerum imitatus, qui eum mortis σύναιμον dixit. Item *Ovidius*.

> *Stulte quid eſt ſomnus, gelidae niſi mortis imago?*

Quare mors ipſa non tam ab Homero χάλκεος ὕπνος dicta fuit, quam ab imitatore *Virgilio ferreus ſomnus*:

> *Olli dura quies oculos, & ferreus urget*
> *Somnus; in aeternam clauduntur lumina noctem.*

Sed omnium, qui *ſomnum* mortem dixerint, praecipui vere Chriſtiani, fuerunt. Hinc illa phraſis in caeleſtibus litteris paſſim occurrit, *obdormivit in Domino*, pro naturae conceſſit. Hinc illae in Chriſtianorum ſepulcris: *In pace. Depoſitus. Dormit in pace. Bene quieſcit.* En exempla ex *Boldettii* Coemeteriis:

AFRODISIVS
PALVBVS AFRODISIVS
FECERINT
DEPOSITVS II. IDVS.

Et in eodem lapide:

...... SIMO AFRODISIO QVI VIXIT ANNIS
...... D. V. DORMIT IN PACE.

Et alia Inſcriptio:

VIII. K. MAR. MOR.
GEMELLINA. QVE. VIXIT
ANN. PL. M. V. BENE
QVIESCIT.

Et alia:

VANDVLVS QVI VIXIT ANNIS P. M. N. L.
ET FECIT CVM VXORE
ANNIS N. VIIII. ET MENSES. N. XI. ET DIES
N. XIII. VXOR DVLCISSIMA IN PACE.

Hinc pariter ſepulcreta a Chriſtianis κοιμητήρια quaſi dicas *dormitoria* adpellata ſunt; quod Chriſtiani, cunctique homines tamdem reſurrecturi ſint, & a morte, veluti a longo ſomno, excitandi. Hinc illud Chriſti ſervatoris: *Non mortua eſt puella, ſed dormit.*

[b] *Virgil.* IV. *AEneid.*

> *Sed quia nec fato, merita nec morte peribat.*

pueros territare, illorumque mortem huic imputant [a]. Hoc autem obſervatione omnino dignum; quum omnibus diis, & arae ſuae fuerint, & templa, ſoli morti, utpote implacabili, nuſquam aliquid erectum, praeter unam aram, in extremis Gadibus, ut memorat Euſtathius Iliad. IX. & ad Dionyſii περιήγησιν.

CAP. II.

Mercurii numen morientes invocabant, & ſupremum illi poculum libabant. Annuli iis detracti. Crinem tonderi a Proſerpina crediti, & in mortuales tabulas referri; ſenſum habere etiam poſt mortem putati; & nefas illis convitiari. Quomodo item mentio eorum facta.

IGnoſce mihi, Lector, ſi de funere pollicitus a vivis adhuc incipio. Nam ut Veteres illi ignorabant, dieine an nocti crepuſculum adnumerare deberent; ita ego quoque, utrum inter vivos reponere, an vero mortuos, illos qui moribundi, & tantum non extremum ſpiritum exhalarunt. Statuam tamen mortuis pares, a quibus, ut ut ſit, diſtare certe non multum ſolent. Atque hi quidem Mercurii numen invocabant, quippe quem animas ad inferos deducere credebant; itaque ſupremo ſumto poculo, priuſquam biberent, defundebant aliquid inſtar ἀπαρχῶν. Exſtat eius conſuetudinis monimentum apud Valer. Maximum lib. II. cap. VI. ubi hiſtoriam narrat matronae veneni ſupremum poculum bibiturae. *Poculum, in quo venenum temperatum erat, conſtanti dextera adripuit. Tum defuſis Mercurio delinimentis, & invocato numine eius, ut ſe placido itinere in meliorem ſedis infernae deduceret partem, cupido hauſtu mortiferam traxit potionem* [b]. Annulum vero illis aliqui propinquorum digito detrahebant. Plinius lib. XXXIII. cap. I. *Morientibus annuli detrahuntur, maiorque vitae ratio circa hoc inſtrumentum eſſe cepit.* Et videmus apud Suetonium Tiberio cap. LXXIII. *Nonnulli pulvinum iniectum (tradunt) quum extractum ſibi deficienti annulum mox reſipiſcens requiſiiſſet.* Alexander apud Curtium lib. X. ipſe ſibi detrahit, quod noli credere factum eſſe praeter morem, aut ſuperſtitionem: *Detractum annulum digito Perdiccae tradidit, adiectis mandatis, ut corpus ſuum ad Ammonem ferri iuberet.* Morientibus crinem detondere Proſerpina credebatur. Virgilius AEneid. IV.

Nondum illi flavum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.

Euripides Alceſtide:

Nam conſecratus inferis ille eſt diis.

Cer-

[a] De Gellone conſulendus *Meurſius* noſter *Lib.* III. *Lect. Attic. Cap.* XVII. ſed digna ſunt, quae huc transferantur illa *L. Allatii* Viri doctiſſimi, quae *Libro De Opinionibus quibusdam Graecorum Cap* III. ita habent: *Maleficam, ab Latinis deflexo vocabulo*, στρίγλαν, ſtriglam *vocant, & reconditiori nomine* Γελοῦ, *ſive* Γελλὼ, *ſive* Γιλλὼ, Gelu, *ſeu* Gello, *ſive* Gillo. *Narrant veteres; Gellonem, puellam formoſiſſimam, virginem vita deceſſiſſe, & eius ſpectrum, in lecto oberrans, immaturam pueris necem adferre, voluntque, illius meminiſſe Sapphonem; hincque ortum adagium*, Γελλοῦς παιδοφιλοτέρα, *de iis, qui puerorum amore inſanirent. Suidas.* Γελλοῦς παιδοφιλωτέρα. αὕτη ἄωρος ἐτελεύτησε, καὶ τὸ φάσμα αὐτῆς ἐδόκουν ἐπὶ τὰ τοὺς ἀώρους θανάτους εἶναι. Gellone ipſa magis pueros amans. Haec immatura morte obiit; illiusque ſpectrum in pueros, & immaturas mortes, abire exiſtimabant. *Proverbiorum ſylloge.* Γελλὼ παιδοφιλοτέρα, ἐπὶ τῶν ἀώρως τελευτησάντων. ἤτοι ἐπὶ τῶν φιλοτέκνων μὲν τρυφῇ δὲ διαφθειρόντων αὐτά. Γελλὼ γάρ τις ἦν παρθένος. καὶ ἐπειδὴ ἄωρος ἐτελεύτησε, φασὶν οἱ Λέσβιοι αὐτῆς τὸ φάντασμα ἐπιφοιτᾶν ἐπὶ τὰ παιδία, καὶ τοὺς τῶν ἀώρων θανάτους αὐτῇ ἀνατιθέασιν. μέμνηται ταύτης Σαπφώ. Gello magis amans pueros, de iis, qui immature moriuntur, vel de iis, qui filios tenere amant, ſed luxu eos perdunt. Gello enim erat virgo quaedam; & quum immature obiiſſet, tradunt Lesbii, eius ſpectrum ad pueros accedere, & mortes aliorum immaturas ipſi adſcribunt; meminit illius Sappho. *Ignatius Diaconus Conſtantinopolitanus in Vita Taraſii Patriarchae, quando verba Graeca non habui.* Eſt enim apud Graecos in fabulis femina quaedam, Gello nomine, quae dicitur, quum immatura morte vitam abrupiſſet, quibusdam ſpectris acceſſiſſe ad recens natos infantes, & eos interfeciſſe; huius fabulae pellecti, ac decepti ſpiritu, qui ea dicebant probabiliter, conantur ad mulierculas transferre hoc exſecrandum ſcelus, & eis adſcribere, in ſpiritum converſis, cauſam eorum, qui moriebantur ante tempus. *Ex eo factum eſt, ut ad praeſens Striges, quia infantibus mala machinantur, & eorum ſanguinem exſugentes, ſive alia ratione, mortem conciliant, Gellones dicantur. Nicephorus Calliſtus lib.* XVIII *cap.* IX. Ἡ δέ γε μήτηρ κατὰ τὸν τοῦ τόκου καιρὸν ἐκ γῆς ξενίζουσάν τινα, καὶ παρηλλαγμένην ἔλεγεν εὐωδίαν ἀναῤῥυῆναι. Καὶ τὸ γραῶδες δὴ τοῦτο. καὶ ἐμοὶ τέως ἄπιστον προστίθησι, πολλάκις λέγουσα, καὶ τὴν ἣν φασιν ἔμπουσαν, Γιλὼ δ' ἂν ἄλλος εἴποι τῆς κοίτης μετατεθῆναι τὸ βρέφος. ὡς τοῦτο βράξουσαν, μηδαμῶς δὲ δυνηθεῖσαν τοῦτο λυμαίνεσθαι. Mater vero ipſa, partus tempore, e terra novum quemdam, & variantem ſuavitatis odorem redditum eſſe dixit; illud inſuper, quod anicularum eſt, & mihi prope incredibile, addens, perſaepe eam, quae Empuſa vocatur, alius vero Gilo dixerit, infantem ex cubiculo, veluti eum devoraturam abſtuliſſe, nihil tamen detrimenti ei adferre potuiſſe. *Michael Pſellus, nomen eſſe ex Ebraeis deductum, fatetur.* Ἡ δὲ Γιλλὼ τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον καὶ πολυθρύλλητον ὄνομα, οὔτε δαίμων τίς ἐστιν, οὔτε ἄνθρωπος ἀθρόον εἰς ὠμότητα θηρίου μετενεχθείς. Ἀπήρηται γὰρ πᾶσι φιλοσόφοις, τῆς φύσεως ἡ μετάβασις, καὶ οὔτε θηρίον ποτὲ ἂν ἐξανθρωπισθείη, οὔτε μὴν ἄνθρωπος εἰς θῆρα μετενεχθείη. ἀλλ' οὔτε εἰς δαίμονα, οὔτε εἰς ἄγγελον. ὀνόματα δὲ δαιμόνων, καὶ δυνάμεις αὐτῶν πολλάς τε καὶ ἐν πολλοῖς γνοὺς, οὔτε παρὰ τοῖς λογίοις, οὔτε παρὰ ταῖς ἀγυρτικαῖς βίβλοις τοῦ Πορφυρίου τῇ Γιλλῷ ἐντετύχηκα. ἀπόκρυφον δέ μοι βιβλίον ἑβραϊκὸν τοῦτο τὸ ὄνομα προσέπλασεν. ὁ δὲ τὸ βιβλίον γράψας τὸν Σολομῶντα ποιεῖται ὑπόθεσιν, κἀκεῖνον εἰσάγει, ὥσπερ ἐν δράματι τὰ τῶν δαιμόνων ὀνόματα καὶ τὰς πράξεις ἀγγέλλοντα. ἔστι γοῦν παρ' αὐτῷ ἡ Γιλλὼ δύναμίς τις πρὸς τὰς γενέσεις, καὶ τὰς οὐσίας ἀντίθετος. αὕτη γοῦν τά τε κυοφορούμενα φησὶν, ἀναιρεῖ, καὶ ὁπόσα τῆς μήτρας διολισθαίνει, καὶ χρόνος αὐτῇ τῆς ἀναιρέσεως ἐνιαύσιος ὥρισται. εἶτα δὴ δεσμεῖ αὐτὴν ἡ Ἀδράστεια. ἀλλ' ἥγε τήμερον ἐπιχοῦσα δόξα ταῖς γραϊδίοις τὴν δύναμιν ταύτην παρέχεται. πτεροῖ γοῦν τὰς παρηβηκυίας, καὶ ἀφανῶς εἰσοικίζει τοῖς βρέφεσιν. εἶτα θηλάζειν ποιεῖ ταύτας καὶ πᾶσαν τὴν ἐν τοῖς βρέφεσιν ἀποῤῥοφᾶν ὥσπερ ὑγρότητα. τὰ γοῦν συντακέντα τῶν νεογνῶν Γιλλόβρωτα αἱ περὶ τὴν λεχὼ ὀνομάζουσιν. Gillo vero, antiquum, & apud omnes decantatum nomen, neque daemon eſt, neque homo ſtatim in belluae crudelitatem tranſvectus. Pernegant enim omnes Philoſophi naturae immutationem; & neque bellua umquam hominem induet, neque homo beſtia fiet; imo neque Daemon, neque Angelus. Nomina porro Daemonum, & eorum facultates multas apud pleroſque quum adgnoverim, neque apud Eruditorum, neque Porphyrii monumenta, quae de Praeſtigiis tractant, Gillonis nomen oſtendi. Sed illud mihi volumen reconditum, Ebraice nomen ſuggeſſit. Auctor Solomonem ipſum veluti in dramate introducit, nomina Daemonum actionesque enunciantem. Ergo, concepta utero, & in lucem prodeuntia perimit, ut aiunt; caediſque ipſi tempus anniverſarium conceditur; tum demum eam Adraſtea vinculis adſtringit. Sed opinio, quae modo omnium animos occupat, vetulis facultatem ſimilem exhibet. Effoetis itaque iam aetate alas addit, & clanculum ad infantulos convehit; tum exſugere facit, omnemque, qui in infantulis eſt, humorem abſorbere. Quare, quae recens nata contabuerunt, mulieres, quae cuſtodiendae puerperae operam navant, Gillobrota, hoc eſt a Gillone devorata, nuncupant. Quod nomen Ebraicum putat *Pſellus*, in mentem revocat fabellam quamdam Ebraicam non omnino abſimilem, ubi Gello, *Lilit* vocatur, de qua conſulendus *Paulus Medices De Ritibus, & Inſtitutis Ebraeorum Cap.* II.

[b] Vide illuſtre Socratis exemplum in *Phaedone Platonis*.

Cervice cuius ensis hic metet comam.
Atque hoc pertractavit olim Macrobius libro v. cap. xix. Mortuos vero eadem dea in tabulas mortuales suas referre existimabatur, quas ad postem suspensas adservabat. Hinc intelligendus Papinius lib. viii.

Nec dum illum, aut trunca lustraverat obvia taxo
Eumenis aut furvo Proserpina poste notarat,
Coetibus absumtum functis. ——

Illud demum coronidis loco addam, quod sensum quoque superesse iam mortuis putaverint, non vulgus modo, sed & Philosophi homines. Seneca De Remed. Fortuit. *Si nihil sentio, omnis sepultura tormentum est.* Plato in Epistola ad Dionysium. *Coniicio aliquem mortuis sensum esse eorum, quae hic fiunt, optimae enim animae vaticinantur haec ita habere, pessimae vero negant.* Sed explodit hanc sententiam, & merito, Plinius libro vii. cap. lv. [a] Convitiari porro illis inhonestum censebatur. Suidas: *Mos erat apud Veteres vita functis non convitiari.* Atque id lege lata caverat Solon. Auctor Plutarchus in Vita eius. Quin imo, si facienda mentio esset, testabantur se nolle inquietare memoriam eorum. Plinius lib. xxviii. cap. ii. *Cur ad mentionem defunctorum testamur memoriam eorum a nobis non solicitari?*

CAP. III.

Extremus spiritus a proximis excipi solitus; & oculi decenter condi. Suggillare. Lex Maenia. Osculum quoque datum, & membra reliqua correcta.

VNum est, quod omisi, adhuc morientibus fieri solitum; sed decore tamen & hic incipiam, ubi Veteribus etiam funeris faciendi quoddam quasi principium, ritu, quem sine flagitio non omittam, quum pietatis plenus sit. Ille vero talis. Volebant parentes, vel genere proximi, exspirantem deosculari, quasi excepturi ore fugientem animam. Apud Virgilium AEneid. iv. Anna in funere Didonis sororis:

—— *extremo si quis super halitus errat*
Ore legam. ——

Quo loco Donatus: *Hunc carissimi colligere se posse arbitrantur, etsi teneri non possit.* Manilius lib. v.

Pernoctesque patres cupiant extrema suorum
Oscula, & in proprias animam transferre medullas.

Cicero in Verrem: *Filiorum suorum extremum spiritum ore excipere liceret.* Pedo De morte Drusi:

At miseranda parens suprema neque oscula fixit,
Frigida nec fovit membra tepente sinu.
Non animam opposito fugientem excepit hiatu,
Nec traxit caecas per tua membra comas.

Quintilianus Declam. vi. *Non morienti pater adsedi, non aegri caput molliori sede composui, non fatigatum latus mutavi, non spiritum excepi.* Hinc intelligendus quoque Papinius Silv. v. de Priscilla moriente:

—— *sociosque amplectitur artus,*
Haerentemque animam non segnis in ora mariti
Transtulit. ——

Ac quum mortui essent, & ultimum iam spiritum excepissent, condebant oculos, & labra decenter, si dolor ea forte diduxisset. Propertius:

At mihi non oculos quisquam inclinavit euntis,
Condita sunt nostra lumina vestra manu.

Homerus Odyss. xxiv.

Non pulcre dotata, & prudens Penelopea
Rite suum, ut decuit, potuit componere Vlyssem,
Suggillans oculos; functis honor ille supremus.

Virgilius AEneid. ix.

—— *nec te tua funera mater*
Produxi, pressive oculos. ——

Valerius Maximus lib. ii. cap. vi. *Filiarum manus ad supremum opprimendorum oculorum officium advocavit.* Val. Flaccus lib. iii.

—— *fera componunt lumina dextra.*

Et hoc *Suggillare* proprie dicebant, quasi *Subcillare*, idest, sub cillis, vel palpebris, oculos recondere. Romanis interdictum lege Maenia fuit, ne interdiu id facerent. Varro Geminis: *Lex Maenia est impietatis, ne filii patribus luci claro suggillent oculos.* Osculum quoque addebant. Pedo:

At miseranda parens suprema neque oscula fixit.

Seneca Consolat. ad Martiam cap. iii. *Non licuerat matri, ut filii oscula, gratumque extremi sermonem oris, hauriret.* Inde corrigebant membra dolore mortis adtracta, & curabant, ut εὐσχημόνως iacerent. Eurip. Hippol. Coron.

NVNT. *Miserum cadaver dirigite, & extendite;*
Officia dominis tristia infelicibus.
CHOR. *Infelix illa perdita est leto gravi,*
Extenditur nunc instar ad cadaveris.

CAP. IV.

Lavari, ungi, coronari, & vestiri splendide soliti. Labra huic usui in quibusdam templis. Alexandrinorum mos, & Smyrnaeorum. Ἔρωτες. Cur coronati. Vestimenta funebria a quibus texta, cuius coloris, & qualia. Occisorum capita velabantur.

DEinde lavabant, ungebant, splendide vestiebant, & coronabant. Lucianus De Luctu: *Posthaec totos eos quasi infernalis palus lavandis ibi degentibus non sufficeret, & unguentis optimis delibuto corpore, devicta iam graveolentia, pulcerrimisque floribus corona-*

[a] *Plinium* tamquam impium non miror, sed miror *Meursium*, qui animum immortalem esse censebat, haec dicere. Sensum antiqui in mortuis servabant, quod aeternus animus multa, quae in hoc mundo fiunt sentire credebatur. Adi *Platonem* in *Phaedone*, & *Ciceron.* I. QQ. *Tuscul.*

ronatos proponunt splendide vestitos. Homerus Iliad. xxiv.

Quem postquam famulae lavere, unxereque multum,
Supremum addiderunt pretiosae vestis honorem.

Lautionis quoque meminit Aristides in Orat. contra criminantes, & Euripides Hecuba:

Tu vero ahenum famula sumens caerulo
Mergas profundo, & huc mihi; fas ultimis
Thetidis marinae fluctibus sponsam meam
Sponso carentem, & virginem nec virginem
Abluere. ———

Nonnullae urbes labra in templis habebant, huic usui destinata. Asconius docet in Divinat. *Alii delubra dicunt ea templa, in quibus sunt labra abluendorum corporum mortuorum, ut Dodonaei Iovis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripodesque visuntur.* Et imitati quoque, ut cetera, Romani sunt. Ennius:

Exin Tarquinium bona faemina lavit, & unxit.

Virgilius AEneid. vi.

Pars calidos latices, & ahena undantia flammis
Expediunt, corpusque lavant frigentis, & ungunt.

Caussam vide apud Plinium in Histor. Nat. Martialis lib. iii. epigr. xii.

Qui non coenat, & ungitur, Fabulle,
Hic vere mihi mortuus videtur.

Apuleius Florid. iv. *Iam coenae paratum contemplatus.* Iuvenalis Sat. iv.

Et matutino sudans Crispinus amomo,
Quantum vix redolent duo funera.

Medio aevo Alexandrini hoc faciebant sacerdotibus, & Patriarchis solis. Balsamon in Respons. Ἀρχαῖον ἔθος εἰς τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκράτησε χώραν, τοὺς τελευτῶντας ἱερεῖς καὶ ἀρχιερεῖς δι' ἁγίου μύρου χρίεσθαι, καὶ ἐνταφιάζεσθαι. *Antiquus mos in Alexandrinorum regione invaluit, mortuos Sacerdotes, & Pontifices sancto unguento ungendi, & sepeliendi.* Arnobius lib. v. & alii Scriptores non pauci. Dixi vero etiam coronari solitos. Euripidis Scholiastes Phoenissis, εἰώθασι στέφειν τοὺς νεκροὺς: *mortuos coronare consuerunt.* Statius Thebaid. iv.

——— *deflet iamque omnis ephebum*
Turba, coronato contenta est funere mater.

Minutius Felix in Octavio: *Nec mortuos coronamus. Ego vos magis in hoc miror, quemadmodum tribuatis exanimi, ut sentienti facem, aut non sentienti coronam; quum & beatus non egeat, & miser non gaudeat floribus.* Aristophanes Concionantibus.

Οἴχου καταλιποῦσ' ὡσπερεὶ προκείμενον,
Μονονουχὶ στεφανώσασ', οὔτ' ἐπιθεῖσα λήκυθον.
Abi derelinquens veluti propositum,
Quasi coronans, neque imponens lecythum.

Smyrnaei honoratioribus auream coronam imponebant. Cicero pro L. Flacco: *Possem recitare psephismata Smyrnaeorum, quae fecerunt in Castricium mortuum; primum, ut oppidum introferretur, quod aliis non concedi-*

tur; deinde, ut ferrent ephebi, postremo, ut imponeretur aurea corona mortuo. Et vocabantur hae coronae ἔρωτες. Etymologici Auctor. ἔρως, *corona ex omnis generis floribus, quae mortuis imponenda vendebatur.* Ratio huius rei apud Clementem Paedag. lib. ii. cap. viii. *Tranquillae securitatis symbolum est corona, ideo etiam mortuos coronant.* Sed Suidas in μελιτοῦττα auctor est, datam fuisse coronam, tamquam qui vitae agonem absolvissent: *Placenta dabatur tamquam pro Cerbero, & obulus merces portitori, & corona tamquam iis, qui vitae certamen decertassent.* Superest, ut de veste dicam, qua induebantur, ut patet ex Luciani, & Homeri, locis supra citatis. Texebant hanc mulieres maritis, & filiis; de maritis constat ex Homero Odyss. xix. ubi Penelope his verbis procos suos adloquitur:

Exspectate torum festini, dum mihi triste
Vestis opus (ne tot frustra male stamina perdam)
Absolvam, qua supremum Laertius heros
Ornetur, quum dura illi mors lumina claudet.

De filiis, ex Virgilio AEneid. ix. ubi sic Euryalum interfectum mater adloquitur:

——— *nec te tua funera mater*
Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi,
Veste tegens, tibi quam noctes festina diesque
Vrgebam, & tela curas solabar inanes.

Erat autem albi coloris in Graecia. Artemidorus lib. ii. cap. ii. *Viro aegrotanti albis indutum esse vestibus mortis imminentis signum est, quia mortui in albis efferuntur.* Romae nigri. Iuvenalis Sat. i.

Instituitque rudes melior Locusta propinquas
Per famam, & populum nigros efferre maritos (a).

Et Graecis quidem pallium. Apuleius Florid. i. *Pallio cadavera operiri (videret) & philosophos amiciri.* Romanis toga. Iuvenalis Sat. iii.

Pars magna Italiae est, si verum admittimus, in qua
Nemo togam sumit nisi mortuus. ———

Martialis lib. ix. epigr. lviii.

Nec pallens toga mortui tribulis.

Atque haec in vulgo vulgaris, in magistratibus, & sacerdotibus, praetexta. Livius De Bello Maced. lib. iv. *Purpura viri utemur; praetextati in magistratibus, in sacerdotiis, nec id, ut vivi solum habeant tantum insigne, sed etiam ut cum eo crementur mortui.* Et uxoribus quoque habitus hac in re honos coniugum suorum. Hinc Cornelia apud Propertium lib. iv. eleg. ult.

Et tamen emerui generosos vestis honores,
Nec mea de sterili facta rapina domo.

Censores totam purpuream, viri triumphales togam palmatam habebant, ut scimus ex Polybio lib. vi. Certe magnatum a priscis temporibus purpura erat. Virgil. AEn. vi.

Fit gemitus; tum membra toro defleta reponunt,
Purpureasque super vestes velamina nota
Coniiciunt. ———

[a] *Nigros maritos Romae elatos vides observari propter vestem supremam, vel sepulcralem, quae albi coloris fuerit in Graecia, Romae nigri, idque ex Iuvenalis isto loco, ubi certissima est significatio veneni, quod colligitur satis ex mentione Locustae, & nisi ad hanc mentem intelligatur, omne acumen satirae evanescit.* I. Gronovius.

tem XI. in funere Pallantis:

Tum geminas vestes ostroque auroque rigentes
Extulit AEneas, quas illi laeta laborum
Ipsa suis manibus quondam Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas discreverat auro.
Harum unam iuveni supremum moestus honorem
Induit. ——

Bion in Epitaphio Adonidis:

Mollis purpurea in tunica decumbit Adonis.

Postea auratae vestes usurpatae. Hieronymus De Vita Pauli Eremitae: *Cur mortuos vestros auratis obvolvitis vestibus? cur ambitio inter luctus lacrimasque non cessat? an cadavera divitum nisi in serico putrescere nesciunt?* Video, & caput velasse, sed eorum tantum, qui interemti. Virgilius De Pallante:

Harum unam iuveni supremum moestus honorem
Induit, arsurasque comas obnubit amictu.

Velleius lib. II. *De tanti viri morte nulla habita est quaestio, eiusque corpus velato capite elatum est, cuius opera super totum terrarum orbem Roma extulerat caput.* Atque hinc intelligendus Seneca De funere Claudii: *Iniicit illi manum Talthybius deorum nuntius, & trahit capite obvoluto, ne quis eum possit adgnoscere.*

CAP. V.

Nummum mortuis in ore ponebant, polentam mulso conditam in manu. Vitalia quoque eruebant. Δανάκης. *Pollinctores.* Καταγεῶτες.

NVmmum quoque ori imponebant, quem nimirum pro vectura acciperet Charon. Lucianus De Luctu: *Haec usque adeo valide vulgi animos pervaserunt, ut simul familiaris quispiam mortuus fuerit, in primis obolum ei in os imponant, quem pro vectura sit accepturus portitor.* Iuvenalis Sat. III.

Iam sedet in ripa, tetrumque novitius horret
Porthmea, nec sperat coenosi gurgitis alnum
Infelix, nec habet quem porrigat ore trientem.

Interpres vetus: *Athenienses mortuis solent in ore nummum immittere, ut apud inferos non tamquam inopes errent; unde naulum Charon accipere solebat.* Apud Apuleium Milesf. VI. *Nec non quum ad flumen mortuum venies, cui praefectus Charon protinus expetens portorium, sic ad ripam ulteriorem sutili cymba deducit commeantes. Huic squallido seni dabis nauli nomine de stipibus, quas feres, alteram.* Propert. lib. IV.

Vota movent superos, ubi portitor aera recepit,
Obserat herbosos lurida porta rogos.

Aristophanes Ranis:

Hac te carina navita annis obsitus
Obolis duobus transvehet nigram Styga.

Ecce ille Comicus duos obolos pro naulo ponit, & adnotat quoque eius Scholiastes auctum Charonti stipendium, & ad triobolum perventum fuisse ab opulentioribus potentioribusque, ne ceterae multitudini aequarentur. Graecis hic nummus δανάκης dicebatur, & aliquanto plus obolo valebat. Etymologici Auctor: Δανάκης *numismatis barbarici nomen est, obolo plus, quod mortuis in ore ponebant.* Suidas: Δανάκης, *hoc numismatis est genus, quod olim mortuis dabant pro Acherusiae traiectione; est vero Acherusia palus apud inferos, quam traiiciunt mortui, praedictum nummum dantes portitori.* Callimachus in Hecale:

Propterea hic tantum non solvunt naula Charonti
Vmbrae pallentes, alios quae ferre necesse est,
Tristis ut infelici Acherusia tradat Averno.

Addebant item polentam mulso conditam, qua Cerberum placari credebant. Suidas in Μελιτοῦτα: *Sciendum est, placentam mortuis dari solitam, quam Cerberus liguriret; & obolum, quem pro naulo acciperet portitor.* Adludit manifesto Apuleius Milesia sexta, ubi Psyche instruitur descensura ad inferos: *Sed non hactenus vacua debebis per illas tenebras incedere, sed offas polentae mulso concretas ambabus gestare manibus, ac ipso ore duas ferre stipes.* Geminata hic omnia, quia eundum illi, & redeundum. Eruebant etiam vitalia. Seneca docet, epistola centesima: *Quam multi, quum maxime funus locantur; quam multi quum vitalia eruuntur, lugent?* Atque haec omnia *Pollingere* Romani, quique id facerent *Pollinctores*, adpellabant. Nonius Marcellus: *Pollinctores sunt, qui mortuos curant.* Varro Mutuum muli: *Itaque plures dies inter medici discessum, & adventum pollinctoris interfuerunt.* Plautus Asinaria:

—— *ecquis currit pollinctorem adcersere?*

Et in Poenolo:

Quia mihi pollinctor dixerat, qui eum pollinxerat.

Apuleius in Hermagora: *Pollinctor eius funeri dum unctionem parat.* Item Florid. IV. *Iam miseri illius membra omnia aromatis perspersa, iam os ipsius unguine odoro delibutum, iam eum pollinctum, iam coenae paratum, contemplatus.* Graeci, καταγεῶτας dicebant, ut ex Hesychio discimus.

CAP. VI.

Cadaver ita ornatum e cubiculo producebatur, & in vestibulo collocabatur, humi prius, mox in lectu; capite effulto, pedibus foras spectantibus. Factumque id a sanguine proximis. Custos quoque adpositus, & ara. Acerra. Πρόθεσις. *Collocatio. In infantibus haec omissa.* Συγκομιδή.

POst haec omnia producebatur cadaver e cubiculo. Lucianus De Luctu: *Posthaec cadavere loto, & unguentis pretiosissimis delibuto, coronatoque pulcerrimis floribus, collocant in vestibulo.* Et collocabatur in vestibulo. Seneca epist. XII. *Quis est iste decrepitus, & merito ad ostium admotus? foras enim*

enim spectat. Suetonius Augusto cap. c. De cadavere eius: *A Bovillis equester ordo suscepit, urbique intulit, atque in vestibulo domus collocavit*. Neque aliter intelligi debet locus Asconii ad Orat. pro Milone: *Perlatum est corpus Clodii ante primam noctis horam; infimaeque plebis, & servorum maxima multitudo magno luctu corpus in atrio domus positum circumstetit*. Virgil. AEn. XI.

——— recipitque ad limina gressum,
Corpus ubi exanimi positum Pallantis.———

Hinc illud est, quod in Isidori Glossis legitur: *Limina portarum, loca mortuorum*. Ita vero collocabantur, ut pedes foras spectarent. Homerus Iliad. XVII. de Patroclo:

Vestibulum versus pedibus iacet.———

Quo loco Scholiastes: *Ita collocantur cadavera, quia mortui in aedes numquam revertuntur*. Persius Sat. III.

——— tandemque beatulus alto
Compositus lecto, crassisque lutatus amomis,
In portam rigidos calces extendit.———

Antiquitus humi simpliciter ponebantur, & in panno lacero. Artemidorus lib. I. capit. XIV. *Mortui laceris involvuntur pannis, & humi ponuntur*. Valerius Maxim. lib. I. cap. VIII. *Aliquid admirationis civitati nostrae Acilii etiam Aviolae rogus adtulit, qui & a medicis, & a domesticis mortuus creditus, quum aliquamdiu humi iacuisset, elatus*. Parthenius Ἐρωτ. IV. *Alexander animum despondens exspiravit. Oenone vero quum mortuum iam videret humi iacentem*, &c. Postea in lectis collocabantur, & istis sublimioribus. Hinc illud Persii:

——— tandemque beatulus alto
Compositus lecto.———

Lucianus De luctu: *Hic vero decorus, ac formosus, & magnifice coronatus sublimis iacet, & excelsus, veluti in pompam ornatus*. Et capite quidem ornate subfulto. Virgilius AEneid. XI.

Ipse caput nivei fultum Pallantis, & ora
Vt vidit.———

Fiebat autem haec collocatio a sanguine proximis, ut observarunt etiam viri docti ex isto Dionis loco, De excessu Liviae. *Tiberius neque ad decumbentem illam visendi caussa venerat, neque defunctam collocavit*. Et addebatur cadaveri custos aliquis e senioribus familiae. Virgil. ingerit in istis:

——— recipitque ad limina gressum,
Corpus ubi exanimi positum Pallantis Acetes
Servabat senior.———

Ara quoque adponebatur, in qua odores incendebantur, ad arcendam graveolentiam; & ea, *Acerra* indigitabatur. Festus: *Acerra, ara, quae ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebantur*. Hanc rem Graeci, προτίθεσθαι, Latini, *collocare* dicebant, ut notum. Sed haec collocatio, ut alia quoque funebria, in infantum morte neglecta. Plutarchus Consol. ad uxorem. *Patriis vero, atque antiquis moribus, ac legibus, magis huius rei veritas illustratur. Infantibus enim mortuis, neque inferias ferebant, neque alia faciebant, quae in funere fieri solent*. Vniversa vero haec cura συγκομιδὴ dicebatur. AEschyli Scholiastes ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. Συγκομιδὴ dicitur omnis accuratio funeralis.

CAP. VII.

Graeci efferebant primo tertio die, inde postridie coeptum est. Sed aliud in magnatum funere observatum. Tempus elationis matutinum, & a quo constitutum. Mox tamen neglectum, sed revocatum a Iuliano. Ἡμέρας ἁρπαγή. Fabulae de raptibus deorum unde.

SEquitur elatio, cuius tempus non idem Graecis, quod Romanis. Efferebant illi postridie mortem, hi octavo demum die. De illis testatur Ciceronis locus in Oratione pro Cluentio: *Eo ipso die puer quum hora undecima in publico valens visus esset, ante noctem mortuus, & postridie antequam luceret, combustus est*. Callimachus epigrammate XIX.

Fausta sibi deinceps quis crastina spondeat? En te
Hesternum Charmi vidimus his oculis,
Lugentes hodie tumulavimus.———

Hinc capienda illa Pherecydae iam iam mortem expectantis, in Epistola ad Thaletem: *Et praedixit ipsis, venirent postridie ad Pherecydis exsequias*. Et notissimum est Hipponactis dictum, de quo adumbratum illud Plautinum Aulul. Sc. *Velim te arbitrari:*

Sed his legibus, si quam dare vis ducam, quae
Cras veniat, perendie foras feratur, soror.

Antiquissimi tres dies lugebant, & quarto demum efferebant. Apollonius Argon. II.

At vero ornantes supremo funus honore,
Tres totos condunt lugubri murmure soles,
Magnifice tumulant quarto———

Postea in magnorum virorum funeribus aliud observatum fuit; & ut splendide illi sepelirentur, dabatur spatium aliquot dierum parando funeri, & convocandis vicinis peregrinisque. Plutarchus in Timoleonte: *Dies aliquot definiti sunt, intra quos & funus pararent, & vicini peregrinique ad id ducendum convenirent*. Atque haec satis de elationis die, nunc de tempore agendum, quod matutinum, ipso diluculo. Heraclides libro De Alleg. Hom. *Olim mortuos neque noctu, neque interdiu efferebant, sed summo mane, sole non gravi*. Callimachus epigr. XXV.

Ivimus exsequias Melanippi mane, sed ecce
Occidit, & quum sol occubuit Basilo.

Cicero loco citato: *Ante noctem mortuus est, & postridie ante quam luceret combustus*. Plutarchus in Sulla: *Ceterum quum ab aurora dies iste nubilus fuisset, pluviaeque metuerentur, nona demum hora funus elatum est*. Demosthenes in Orat. De Sacra Sorte: *Lex est, mortuum collocare intus quomodo velint, postridie vero efferre, ante solem exortum*. Apud Virgilium quoque AEneid. XI. Pallantis cadaver mane effertur. Auctor huius consuetudinis Demetrius Phalereus. Cicero II. De

De Leg. *Iste igitur (Demetrius) sumtum minuit non solum poena, sed etiam tempore; ante lucem enim iussit efferri*. Iterum tamen hoc postea neglectum, & efferebant multa luce, per frequentem populum, donec tamdem inhibuit, & revocavit Iulianus Imperator. Ecce *l. pergit audacia* 5. *Cod. Theodos.* De sepulcris violatis: *Efferri cognovimus cadavera mortuorum per confertam populi frequentiam, & per maximam insistentium densitatem, quod quidem oculos hominum infaustis incestat adspectibus. Qui enim dies est bene auspicatus a funere? aut quomodo ad deos, & templa venietis? Ideoque quoniam, & dolor in exsequiis secretum amat, & diem functis nihil interest, utrum per noctes, an per dies efferantur; liberari convenit populi totius adspectus, ut dolor esse in funeribus, non pompa exsequiarum, non ostentatio videatur*. Atque ob matutinam hanc elationem, si formosum aliquem, & nobilem iuvenem mori contigisset, eius elatio *Diei raptus* adpellabatur. Heraclides lib. De Alleg. Hom. *Quum igitur nobilis aliquis adolescens, formaque excellens moreretur, matutinam huius elationem molliore vocabulo adpellabant* DIEI RAPTVM, *tamquam non mortuus esset, sed amoris desiderio raptus*. Hinc est illud in vetere arula sepulcrali:

SOL. ME
RAPVIT.

Nec aliud quidquam sibi velle tot deorum raptus omnino arbitrandum est. Nimirum hinc illae Fabulae.

CAP. VIII.

Apud Romanos idem tempus, nisi si pauperes, aut servi. Sed in die non item, qui octavus, praeterquam quum funus immaturum.

ROmani in elationis tempore non abierunt a Graecis, nisi si pauperum exsequiae essent, aut servorum, quae vesperi fiebant, sine ulla pompa. Festus: *Vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt*. Sed in die variatum, nam octavum observabant, non secundum, aut tertium. Servius ad AEn. VI. *Servabantur cadavera septem diebus, & calida abluebantur, & post ultimam conclamationem comburebantur*. Itaque octavo incendebant, nono sepeliebant. Idem Servius AEneid. V. *Apud maiores, ubicumque quis fuisset extinctus, ad domum suam referebatur, & illic septem reservabatur diebus, octavo die incendebatur, nono sepeliebatur*. Porphyrion ad Horatii Epod. XV. *Novendiale dicitur sacrificium, quod mortuo fit nona die, qua sepultus est*. Aliter tamen faciebant, si funus immaturum; quippe hoc, tamquam magis luctuosum, citius efferebant, ut parentum oculis subtraherent. Tacitus Ann. XIII. *Festinationem exsequiarum edicto Caesar defendit, id a maioribus institutum referens, subtrahere oculis acerba funera, neque laudationibus, aut pompa detinere*. Et quidem non in aurora, quemadmodum cetera, sed ante lucem adhuc, ad faces, & cereos, ut posteà dicam.

CAP. IX.

Pronubae non veniebant ad exsequias. Opulentiores, & magnificentiores veniebant in equis, aut lecticis; nisi si quos maxime cohonestatos vellent. In primatum funere albati erant, & coronati. Frequentia exsequiarum, eaque coercita. Via, qua elatum recens cadaver, ut polluta vitari solita.

PRosequebantur autem funus omnes amici, ac propinqui, nisi si quae pronuba esset. Ea post elationem tertio die veniebat ad tumulum, & deflebat calamitatem. Docet id Synesius epist. III. *Tertium iam diem AEschynes sepultus erat. Eius vero e sorore neptis, tunc primum venit ad sepulcrum; non enim, opinor, ius est pronubas ire exsequias*. Et prosequebantur quidem in equis, vel lecticis, qui opulentiores magnificentioresque, quandoquidem extra urbem erant monumenta, & nonnumquam aliquanto longius. Sed quibus magnum habere honorem vellent, ad eorum exsequias pedibus ibant. Diogenes Laertius in Vita Theophrasti lib. V. *His dictis exspiravit, ipsumque, ut fertur, Athenienses publico funere extulerunt, pedibus honoris maioris gratia prosequuti*. In virorum primatum, & praeclare de Repub. meritorum funere, tamquam festum diem celebrantes, albati, & coronati incedebant. Videmus clare apud Plutarchum in Timoleonte: *Prosequebantur vero multae myriades virorum feminarumque, quos videre erat ceu festum agitantes, omnibus coronatis, & alba veste amictis*. Iterum in Arato: *Mutato in festum luctu statim ex AEgio funus coronati, albatique, cum paeanibus, & choreis in urbem reduxerunt, locumque eligentes illustrem veluti conditorem, ac servatorem urbis sepeliverunt*. Atque summa erat prosequentium frequentia; ecce enim in citatis Plutarchi verbis: *Prosequebantur vero multae myriades virorum, feminarumque*. In publica hoc sepultura, inquies; imo & privata. Tamdem, quia nimis hac in re peccaretur, vetuit Pittacus, ne quis ad alienas exsequias veniret; etsi postea non semper obtinuerit. Cicero II. De Leg. *Sublata etiam erat celebritas virorum, ac mulierum, quo lamentatio minueretur. Habet enim luctum concursus hominum; quocirca Pittacus omnino accedere quemquam vetat in funus aliorum*. Vnum hic praeterea admonendum. Viam, qua recens exsequiae factae essent, tamquam pollutam superstitiose admodum vitabant. Liquet ex Eunapii Iamblicho: *Exclamavit: alia via eamus, hac enim funus deductum est, & cum dicto aliam ingressus est, quae purior videbatur*.

CAP.

CAP. X.

Crematio quando inceperit, & quis eius auctor. A magis, ut impia damnabatur. Romanis non omnino recepta, & quo tempore; item a Graecis.

ELata itaque iam comburebant, ut dixi, Graeci pariter, & Romani. Romani a Graecis acceperunt, Graeci ab Hercule, qui primus omnium Argium Licymnii filium mortuum cremavit. Narrat omnem rem ex Androne vetus Homeri Interpres ad Il. ά. his verbis: *Caussa cremandorum corporum Graecis haec est. Primum ferunt ita sepultum esse Argium Licymnii filium ab Hercule ex necessitate. Hercules enim adducto ad Ilium exercitu, Laomedonte ipsi fidem non servante, neque dante equos promissos ob liberatam a ceto filiam eius Hesionem, poscebat etiam Argium. Sed Licymnius Argii pater metuens, quia etiam filium maiorem eorum quem cum Hercule Lacedaemonem miserat, amisisset, quum non daret, Hercules iuravit se reducturum ipsum. Quum vero fatalis interim hora Argium opprimeret, Hercules ignarus, quo pacto iusiurandum praestaret, cremavit ipsum.* Magi id impium censebant. Diogenes Laertius in Prooemio, ubi de ipsis loquitur: *De iustitia verba facere, iniquumque arbitrari, atque impium igni sepeliri.* Apud Romanos vero non omnes cremavere, nam servatus a multis adhuc familiis mos priscus; adeoque in gente Cornelia ante Sullam crematus nemo fuit. Plinius lib. VII. cap. LIV. *Ipsum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti, terra condebantur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc institutum. Et tamen multae familiae priscos servavere ritus; sicut in Cornelia nemo ante Sullam dictatorem traditur crematus, idque voluisse, veritum talionem, eruto C. Marii cadavere.* Cicero II. De Leg. *Gentem Corneliam usque ad memoriam nostram hac sepultura scimus esse usam. C. Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sulla victor, acerbiore odio incitatus; quod haud scio an timens suo corpori posse accidere, primus e patritiis Corneliis igni voluit cremari.* Postea omitti plane crematio iterum coepit. Macrobius de suo aevo testatur lib. VII. cap. VII. *Licet urendi corpora defunctorum usus nostro seculo nullus sit.* Viri docti putant incepisse sub Antoninorum tempora, sed falluntur. Ecce Statius De Abascanto, sub Domitiani imperio:

Hic te Sidonio velatam molliter ostro
Eximius coniux (nec enim fumantia busta,
Ardoremve rogi potuit perferre) beato
Composuit Priscilla toro, nil longior aetas
Carpere, nil aevi poterunt vitiare labores
Siccatam membris ——

Et Quintilianus Declamat. x. *Oderat ignes, oderat rogos; reponi corpus, & servari membra cupiebat.* Et Graeci quoque ipsi desierunt, integra deinde corpora terrae mandantes.

CAP. XI.

Sepeliebantur versus orientem, Megarenses, & Phoenices versus occidentem. Item apud Graecos, qui occisi, aut naufragio eiecti. Disputatio contra AElianum, & Plutarchum. In singulis sepulcris cadavera quoque singula tantum collocata.

SEpeliebant vero ita, ut ore orientem versus spectarent. Diogenes Laertius lib. I. in Solone: *Ostendit cadavera ad orientem conversa, quo modo Atheniensibus sepelire solenne erat, & ipsa quoque sepulcra orientem spectantia.* Itaque mirum, quod de eodem hoc Solonis facto verba faciens AElianus Var. Histor. lib. VII. inquit: *Antiqua sepulcra referens ostendit omnes Athenienses ad occasum iacentes secundum morem patriae.* Item Plutarchus ante eum: *Praeterea vero, quo magis Megarenses refelleret, contendit, cadavera non Megarensium, sed Atheniensium more condita esse; nam Megarenses orienti obvertunt, Athenienses vero occasui.* Et impugnavit id olim quoque Hereas Megarensis, teste ibidem Plutarcho, cui fas habere fidem in ritu patriae suae. Certe non Athenienses solum, sed omnes Graeci versus orientem sepeliebant, praeter Megarenses, qui vultu occidentem versus condebant; & cum Megarensibus quoque Phoenices. De Megarensibus scimus ex Plutarcho. De Phoenicibus docet eruditissimus Scholiastes Thucydidis libro I. istis verbis: *Phoenices agnoscebantur ex sepulturae modo; reliquis enim ita mortuos collocantibus, ut orientem spectent, Phoenices eos ad occasum convertunt.* Illi dumtaxat, qui insepulti iacebant, puta occisi a latronibus, aut naufragio eiecti, quia non naturali, & sua morte, sed violenta obiissent, ut cognoscerentur a praetereuntibus, contrario prorsus modo sepeliebantur. Atque hoc colligere possumus ex AEliani Var. Histor. lib. V. *Et haec quoque Attica lex est, si quis in cadaver humanum insepultum incidat, omnino ut terram iniiciat, sepeliat vero occasum spectans.* Ecce, tamquam receptae sepeliendi consuetudini contrarium, addit: *sepeliat vero occasum spectans*; quod observandum. In singulis vero sepulcris singulos tantum collocabant Athenienses, quum Megarenses etiam quaternos. Plutarchus: *Praeterea vero singulos Athenienses unum habere sepulcrum, Megarensium vero etiam tres, & quatuor in eodem conditos esse.*

CAP.

CAP. XII.

Sepulcra electa, & lapide nigro signata, supra terram eminente. Eius inscriptio, & coronatio. Apio opus habet, proverbium. Πόθος. Vbi nobiles habere soliti, & populus. Ἠρία. Ἡρῷα. Honoratiores apud Athenienses in Ceramico extra urbem; item in acie mortui. Alii in agris.

ET sepulcri quidem locum ipsi sibi vivi adhuc saepenumero eligebant, puta, qui opibus magni, aut dignitate; eumque lapide nigro, & funesto signabant. Licet haurire ex isto Festi Pompeii loco: *Niger lapis in Comitio locum funestum significat Romuli morti destinatum, sed non usu obvenit, ut ibi sepeliretur.* Nec ad aliam rem ille apud Euripidem, sub quo Hecuba, quia necdum a funere occupatus locus, thesaurum occultatum fingit Polymnestori:

HEC. *Nostin' Minervae templa ubi stent Iliae?*
POL. *Thesaurus illic conditur? quae signa sunt?*
HEC. *Vix nigra saxi leviter exsurgens solo.*

Vnde etiam discas, aliquantum supra terram eminuisse lapidem istum sepulcralem. Postea occupato iam sepulcro, & illato mortuo, incidebantur nomen, genus, patria. Callimachus epigr. xx.

Timonoe quaenam es? non te hercle, non ego nossem,
Ni patris in cippo nomina Timothei
Vidissem, & patriae Methymnae. ———

Diogenes Laertius lib. I. in Solone: *Ostendit sepulcra orientem spectantia, & familiarum nomina insculpta.* Theophrastus Ethic Charact. cap. περὶ περιεργίας, *Et uxore defuncta inscribere monumento, & mariti, & patris, & matris, & ipsius quoque mulieris nomen & cuiatis sit.* Coronabant autem hunc lapidem. Lucianus De Luctu: *Quid vero stratus in sepulcro lapis coronatus.* Philostratus in Heroicis auctor illam consuetudinem manasse a Thessalis, qui primi Achillis tumulo ita fecerunt. Siculis in hunc usum apium erat. Polyaenus Strateg. lib. VIII. *Milites ad sepulcri adspectum perculsi fuerunt, quia apud ipsos mortuorum sepulcra apio coronantur.* Hinc proverbio, qui graviter decumberent, apio opus habere dicebantur. Plutarchus Timoleonte: *Collem iam scandentibus, quo superato erant in conspectu habituri copias hostium, muli apium portantes occurrunt. Visumque id inauspicatum omen militibus, eo quod sepulcra apio coronare solemus. Et natum inde proverbium est, Graviter decumbentem apio opus habere.* Vide eumdem Sympos. v. Quaest. IV. Alii Graeci potho utebantur; imo ipsam coronam πόθον nominabant. Athenaeus Dipnos. libro XV. πόθος. *Ita corona quaedam adpellatur. Est vero duplex: hic florem habens hyacintho similem, alter vero decolor, & albicans, quo utuntur ad sepulcra.* Erant vero sepulcra ipsa, populi quidem, in plano, & ἠρία proprie dicebantur. Suidas ἠρία, *sepulcra. Aiunt vero nonnulli ita communiter quidem adpellari quaevis sepulcra, in primis vero, quae in plano exstructa.* Nobiliores & potentiores in montibus sepeliebantur, aut ad eorum radices. Virgil. AEn. IX.

——— *fuit ingens monte sub alto*
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum.

Servius: *Apud maiores nobiles, aut sub montibus, aut in montibus sepeliebantur,* Quae verbo paene tenus transscripsit Isidorus Orig. lib. XV. cap. XV. Aurel. Victor, ubi de origine gentis Romanae: *Post illum regnavit Aventinus Silvius; isque finitimis bellum inferentibus in dimicando circumventus ab hostibus, prostratus est, ac sepultus circa radices montis, cui ex se nomen dedit.* Lycophron:

At tres sepelient Cercaphi valles cavae.

Theocritus Idyll. I.

——— *Helices iuga linque, & celsa sepulcra.*
Sacra Lycaonide. ———

Clare quoque apud Strabonem videmus libro VI. *Ostenduntur vero Dauniae circa collem, cui Drium nomen, heroa; hoc Calchantis in supremo cacumine, illud Podalirii infra ad radicem.* Et haec ἡρῷα nuncupabantur, ut ista ἠρία. Res est notissima. Athenienses autem in acie interemtos honoris ergo in Ceramico extra urbem sepeliebant. Suidas: *Duo erant Ceramici: hic intra Vrbem, ille extra. Vbi etiam in bello mortuos publice sepeliebant, & orationes funebres recitabant.* Neque hos tantum, sed & quosvis honorariores. Sic apud Diog. Laertium lib. VI. decernunt iubentque Zenoni, *Exstruere sepulcrum publice in Ceramico* [a]. Alii de populo sepeliebantur, vel in suis agris, si locupletes essent; sin minus, in agris publicis. Peregrini locum a magistratu redimebant. Videmus apud eumdem Laertium libro VIII. in Empedocle: *Acrone medico petente a senatu locum sepulcro paterno.* In veteri quoque Inscriptione:

ΕΥΚΡΑΤΙΔΑΣ ΠΕΙΣΙΔΑΜΟΥ
ΡΟΔΙΟΣ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ ΕΠΙΚΟΥΡΕΙΟΣ
ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ ΤΗΣ ΒΡΕΝΔΕΣΙΝΩΝ ΒΟΥΛΗΣ
ΕΙΣ ΤΑΦΗΝ ΨΗΦΙΣΑΜΕΝΗΣ.

CAP. XIII.

Nefas cremari, qui manus sibi intulissent; item qui naufragio periissent. Eorum mos adligandi brachio pretium sepulturae. Hoc accepto, qui non sepeliisset, impius habebatur. Obiter Spartanorum quoque militum mos adnotatus.

SCiendum autem, dum crematio adhuc in usu, ab ea arceri consuevisse illos, qui manus sibi ipsi violentas intulissent; nefas enim putabant. Philostratus in Heroicis: *Sepelierunt ipsum (Aiacem) condentes in terra,*

[a] Consule Ceramicum nostri *Meursii Tom. I.*

ra, monente Calchante nefas esse sepeliri, qui mortem sibi ipsi conscivissent. Item, qui naufragio periissent. Et hi ne vel sepultura saltem eiecti carerent, pretium membro alicui adligabant, quod sepulturus acciperet. Planum id ex quadam Synesii epistola: *Deinde praedicat quidam, ut qui haberent aurum sibi adnecterent; & quibus erat, adnexum est & aurum, & quidquid auro dignum. Mulieres quoque ipsae se praeparabant, & funiculos indigentibus distribuebant. Olim fuit hoc ostensum fieri consuevisse, hac ratione. Cadaver ex naufragio eiectum pretium sepulcrale adferre oportet, nam quicumque hoc acceperit, lucrumque fecerit, Nemesin atque eius leges timebit, ne non parum illi retribuat, a quo plurimum accepit*. Interpres Historiae Apollonii Tyrii: *Iubet consecari, & compaginari tabulas, rimas, & foramina bitumine liniri, & facere loculum, & charta plumbea intus posita obturari iussit. Perfecto loculo regalibus ornamentis exornat puellam, & in loculo posuit, & viginti sestertia auri ad caput eius posuit*. Id aurum in hanc rem adpositum fuisse docent postea verba epistolae illius resignatae: *Quicumque hunc loculum inveneris, habes viginti sestertia auri; peto ut decem habeas, decem funeri impendas*. Itaque accepto eo pretio sepeliebant, aut saltem ter plena manu pulverem iniiciebant; & nisi fecissent, impii habebantur. Sophoclis ad Antigonem: *Cadaver videntes insepultum, neque pulverem iniicientes, impii censebantur*. AElianus Var. Hist. lib. v. *Lex etiam erat Atheniensium, si quis insepultum in cadaver incideret, ut omnino terram iniiceret*. Horatius lib. I. Ode XXVIII.

At tu nauta vagae ne parce malignus arenae
Ossibus, & capiti inhumato
Particulam dare. ———

Quo loco Acron vetus Interpres: *In sacris hoc genus sepulturae tradebatur, ut etsi non obrueretur, manu plena ter iacta terra cadaveri pro sepultura esset*. Quintilianus Declamat. v. *Ignotis cadaveribus humum congerimus, & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulocumque veneretur aggestu*. Iterum Declamat. VI. *Nobis Natura adversus exanimes genuit non solum miserationem, quae cogitationi nostrae subiit, sed religionem. Inde ignotis corporibus transeuntium viatorum collatitia sepultura, inde iniecta ab alienis humus* [a]. Inferebant quoque tumulo fragmenta navium, quae essent veluti Manium donaria. Lycophron noster:

Mopsum Titaeroneum ubi olim navitae
Busto indidere mortuum, & busto super
Statuere cippum funebrem Argoae trabis
Transtrum revulsum, manium donarium.

Porro quod ad istum naufragio periturorum morem attinet, non absimile omnino, quod milites Spartani in acie, quum desperarent victoriam, pugnandumque tamen esset, tesseram dextro brachio adligabant, in qua & suum quisque, & patris nomen perscripserat, ut isto indicio avitis sepulcris inferri possent. Ex Iustino adparet lib. III. *Tantum ardorem militibus (Spartanis) iniecit, ut non de salute, sed de sepultura soliciti, tesseras insculptis suis, & patrum nominibus, dextro brachio deligarent; ut si omnes adversum proelium consumsisset, & temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturae possent.*

[a] Sic Palinurus apud Virgilium VI. AEneid. quum insepultus in ignota arena iaceret, ait AEneae inferos invisenti: *Eripe me his, invicte, malis; aut tu mihi terram Iniice.*

CAP. XIV.

Aqua etiam inferis elata. Χθόνια λυτρά. Arferial. Arferia aqua. Quinam id fecerint. Venus ἐπιτυμβία Delphis. In infantum sepulturis omitti solita.

QVum funere efferebant etiam aquam inferis libandam. Iustinus Martyr Apolog. II. *Quod solum nobis obiicere potestis, quod non eosdem vobiscum deos colimus, neque mortuis inferias, aut suffitum facimus, neque coronas, aut sacra ad sepulcra ferimus*. Apuleius De Mundo: *Diis sacrificatur, Geniis ministratur, obitis libatione profunditur*. Sophocles Antigone:

Sic ipsa nudum ubi cadaver adspicit,
Soluta luctu, tristibus diris nimis
Rei patratae obnoxium auctorem vovet.
Statimque manibus aridum fert pulverem,
Canoro ex aere fundit arferias aquas,
Libamen Orcinum, & coronat mortuum.

Orpheus in Argonauticis:

——— *peregrinus arena*
Heu iacet extrema tumulo sine, sed Rhea
mater
Funeris hinc illi tristes decrevit honores,
Manibus inferias. ———

Eam aquam χθόνια λυτρὰ nominabant. Auctor Proverb. Χθόνια λυτρὰ, τὰ τοῖς νεκροῖς ἐπιφερόμενα, ἐπικομίζετο γὰρ ἐπὶ τοὺς τάφους λυτρά. Vide Hesychium, & Suidam. Latini *Arferial*, & *Arferiam* aquam. Glossae veteres: ὕδωρ τὸ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς σπενδόμενον, *Arferial*. Festus: *Arferia aqua, quae inferis libabatur*. Portabant eam, si vir, aut femina excessisset, mulieres, quae ἐγχυτρίστριαι, *nominabantur, quae inferias mortui ferrent*. Sin iuvenis quispiam, aut virgo; tum puer genere proximus. Idem Etymologicographus: *Mos vero erat etiam in celibum funere inferias ferre; faciebatque hoc puer genere proximus*. Vide etiam Harpocrationem. Delphis erat icuncula Veneris ἐπιτυμβίας, ad quam haec fiebant. Plutarchus in Rom. Quaest. *Delphis imaguncula Veneris ἐπιτυμβίας, ad quam inferias mortuis ferebant*. Ad infantum tamen sepulcra haec non elata. Idem Auctor Consolat. ad Vxorem: *Patrio vero, atque antiquo ritu, ac more magis rei huius veritas ostenditur. Infantibus enim mortuis neque inferias ferunt, neque reliqua faciunt, quae in aliorum funere recepta sunt.*

Huius moris vestigia apud Germanos remansere; ubi enim cadavera humantur, omnis qui comitati sunt, terram illi certatim iniiciunt, ut Vindobonae observavi.

CAP.

CAP. XV.

Feriis publicis efferre nefas. Ante elationem parentes coronati, matres quoque riciniatae. Funus adspicere nefas Pontifici, & Censori; contrectare Imperatori. Dion refutatus. Ludi funebres. AEdium purgatio. Exverrae. Porca Cereri immolata, eaque Presentanea. Proprii huic purgationi sacrificuli.

HActenus de Graecis maxime; veniamus ergo nunc ad Romanos, qui octavo demum die efferebant, ut supra dictum, nisi tamen feriae publicae essent, tum enim plane non licebat. Columella lib. II. cap. XXII. *Feriis publicis hominem mortuum sepelire non licet.* Quo vero tempore nondum elatum cadaver, parentes coronati, etiam in exsequiis. Plinius lib. XXI. cap. III. ubi de coronarum honore: *Quis ergo honos? ut ipsi mortuo, parentibusque eius, dum intus positus esset, forisve ferretur, sine fraude esset imposita.* Cicero II. de Leg. *Illa iam significatio est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, coronam virtute partam, & ei, qui peperisset, & eius parenti, sine fraude esse lex impositam iubet.* Sed hoc nobiliorum tantum erat. Incertus Auctor apud Suidam in κατάγειν: *Viros illustres coronatos esse, & coronas deducere, liberis suis mortuis.* Matres erant riciniatae. Varro De Vita Pop. Rom lib. I. *Mulieres in adversis rebus, ac luctibus, quum omnem vestitum delicatiorem, ac luxuriosum postea institutum ponunt, ricinia sumunt.* Iterum clarius: *Dum supra terram essent mortui, riciniis lugerent; funere ipso, ut pullis pallis amictae.* Haec vocavit *Malaca mortualia.* Naevius Lycurgo:

Pallis, patagiis, crocotis, malacis mortualibus.

Funus vero, dum ita iaceret, aut quocumque demum loco, Pontifici adspicere nefas. Seneca Consolat. ad Marciam cap. XV. *Stetitque in conspectu posito corpore, interiecto tantummodo velamento, quod Pontificis oculos a funere arceret.* Item Censori, quum lustrum suum conderet. Dio lib. LIV. in funere Agrippae: *Corpus eius in urbem advexit, ac in foro propositum funebri laudatione decoravit velo ante mortuum expanso. Quod quidem ego nescio quare fecerit; alii volunt, quia Pontifex esset, alii, quia Censor. Sed falluntur. Neque enim Pontifici mortuum videre interdictum est, neque Censori, nisi cum lustrum condit.* Vbi hoc quoque observandum, quod Senecae opinionem refutet; nec scio, an recte. Ergo tam magnus vir, & tanta doctrina ignoraverit quid in sui aevi ritu, aut superstitione? Cras credo, hodie nihil. Sane Virgilii quoque interpres Servius AEneid. III. pugnat pro Seneca: *Moris Romani fuerat ramum cupressi ante domum funestam poni, ne quisquam Pontifex per ignorantiam pollueretur ingressus.* Ecce, ne ingredi quidem in funestas aedes licebat. Quid pote clarius? Vt autem adspicere Pontifici nefas, aut Censori lustrum condenti, ita Imperatori tangere. Suidas in Augusto: *Augusto Caesare mortuo, Tiberius, & Drusus ducebant funus, cadaver nequaquam adtingentes. Non enim licet Imperatoribus.* Dion lib. LV. *Postea Tiberio venia data fuit cadaveris tangendi, quod nefas alias erat.* Vbi obiter quoque dissensum nota utriusque Scriptoris. Imo ne feralia quidem ulla. Tacitus Annal. II. *Neque Imperatorem auguratu, & vetustissimis caerimoniis praeditum, contrectare feralia debuisse.* Neque domum quoque eius funere pollui fas; quin si quis aegrotaret, & mortis esset periculum, antequam exspiraret, efferebatur in alias aedes. Plutarchus Sulla: *In medio vero epulo dies iam multos continuato obiit ex morbo Metella; sacerdotibus vero Sullam non accedere ad ipsam permittentibus, neque aedes funere pollui, misso repudii libello, viventem adhuc in aliam domum transferri iussit.* Dum autem pompa instrueretur, si patritium funus esset, ludi dabantur, ad retinendum populum. Donatus in Prolegomenis ad Terentium: *Funebres ludi ad retinendum populum instituti, dum pompa funeri decreta in honorem patritii viri plene instruitur.* Et antequam efferretur cadaver, aedes scopis purgabantur, eaeque purgationes *Exverrae* nomine antiquo dicebantur. Festus: *Exverrae sunt purgatio quaedam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quae fit per everriatorem, certo genere scoparum adhibito.* Porca quoque Cereri immolabatur, quae *Praesentanea nominata*, quia in praesentia mortui. Idem Festus: *Presan ... porca dicitur, ut ait Veranius, quae familiae purgandae caussa Cereri immolatur; quod pars quaedam eius sacrificii fit in conspectu mortui, cuius funus instituitur.* Atque ita censueram, quum monitus sum idem olim Turnebo etiam visum, gratumque fuit intelligere, coniecturam meam tanti in litteris viri suffragio stabiliri. Proprii autem erant huic purgationi sacrificuli, homines non usque adeo magno in honore habiti. Colligere licet ex Asconio ad Milonianam: *Responderat Pompeius Licinium quemdam de plebe, sacrificulum, qui solitus esset familias purgare, ad se detulisse.*

CAP. XVI.

Funeri quae necessaria ubi emta. Libitina. Numae institutum. Pontificum hac in re munus. Publicum funus praetores locabant. Funus facere quinam dicti, & in praetexta pulla. Libitinarius. Funera totius anni in tabulas ab eo relata. Pollinctores. Vespillones. Barginnae. Vstores. Hieronymi error, & alterius viri docti. Imagines deorum, dearumque habitu factae in solatium, & cultae. Vestes quoque servatae.

ISta ante elationem fieri fas, ista nefas. Paremus nunc elationi funus; cui, quae necessaria, in Libitina coemebantur; is loco nomen. Acron ad Horat. lib. II. Sat. VI. *Est*

Est Libitina locus in urbe, quo constituuntur, qui efferenda cadavera conducunt, & praebent funeribus necessaria. Livius lib. XL. *In urbe tanta fuit pestilentia, ut vix tunc Libitina sufficeret.* Suetonius Nerone: *Pestilentia unius autumni, qua triginta funerum millia in rationem Libitinae venerunt.* Plutarchus Qu. Rom. XXIII. Deam nuncupat, & templum eius locum funeralium: Τὰ πρὸς τὰς ταφὰς πιπράσκουσιν ἐν τῷ τεμένει τῆς Λιβιτίνης. *Ea, quae sepulcra attinent, emunt in fano Libitinae.* Idque ex instituto Numae, uti ibidem docet, & in Vita quoque ipsius. Et praescribebant Pontifices iis quibus opus esset. Plutarchus in Numa: Οἱ δ' ποντίφικες καὶ τὰ περὶ τὰς ταφὰς πάτρια τοῖς χρῄζουσιν ἀφηγοῦνται. *Pontifices vero etiam, quae mos patrius circa sepulturam exigeret, iis, quibus opus, praescribunt.* Atque privatum quidem funus quisque dominus locabat, publicum vero praetor. Valerius Maximus lib. V. capite II. *M. Cornuto Praetore funus Hirtii, & Pansae iussu Senatus locante, qui tunc Libitinam exercebant, cum rerum suarum usum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt.* Et hi *Funus facere* dicebantur, solique ius habebant praetextae pullae. Docet haec duo non simul uno loco Festus: *Praetexta pulla nulli alii licebat uti, quam ei, qui funus faciebat.* Qui Libitinae praeerant, Libitinarii dicebantur. Vlpianus *l. quicumque D. de inst. act. Si Libitinarius, quem Graeci κτεριστὴν vocant, servum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliaverit, dandam in eum quasi institoriam actionem.* Seneca De Benefic. lib. VI. cap. XXXVIII. *An tu Aruntium, & Ateium non putas eadem habere, quae designatores, & libitinarios, vota?* Habebant autem hi tabulas, in quas mortuorum nomina referebant, ut sciri posset, quantum quoque anno funerum fuisset. Clare cognosci potest ex Suetonio in Claudio Nerone cap. XCIII. *Accesserunt tantis ex principe malis, probrisque, quaedam & fortuita; pestilentia unius autumni, qua triginta funerum millia in rationes Libitinae venerunt.* Eusebius in Chronico: *Lues ingens Romae facta, ita ut per multos dies in Ephemeridem decem millia ferme mortuorum hominum referrentur.* Itaque hic prostabant lecti, sandapilae, & alia mortualia; homines item ministri funerum, puta pollinctores, qui mortuos lavabant, ungebant, coronabant; vespillones, qui efferebant, & incendebant, unde νεκροφόροι, νεκροθάπται, & κοπιάται, in veteribus Glossis nominantur. Fulgentius De Prisco Serm. *Mnaseas in Europa scripsit, Apollinem, postquam ab Iove victus, atque interfectus esset, a vespillonibus ad sepulturam elatum esse.* Hieronymus tamen interpres Ezechielis cap. XXXIX. pollinctorem cum vespillone eumdem facit: *Statuent iuxta illud titulum, donec sepeliant illud pollinctores in valle multitudinis Gog.* Sed confundit, & errat. Vt autem pollinctorem pro vespillone Hieronymus, ita pro pollinctore vespillonem posuit Martialis lib. I. epigr. XXX.

Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus;

Coepit, quo poterat, clinicus esse modo.

Etiam *Barginnae* dicebatur. Glossae: *Barginna*, νεκροφόρος. Item *Vstores*. Eaed. Glossae: *Vstor*, νεκροκαύστης. Lucanus lib. VIII.

Robora non desint misero, nec sordidus ustor.

Catullus:

Quum devolutum ex igne prosequens panem,
Ab semiraso tunderetur ustore.

Martialis lib. III. epigr. XCIII.

Vstorque taedas praeferat novae nuptae.

Vidi virum doctum, qui inter libitinarios, designatores, pollinctores, vespillones discriminis nihil faceret; non placet, & aliter se habere rei veritatem ostendi, & ostendam. Vnum superest adhuc, non omittendum in hac cura. Illi, ad quos funus pertinebat, ante elationem, in solatium imaginem sibi defuncti, & saepe non unam, fieri curabant. Statius in lacrimis Etrusci:

——— te lucida saxa,
Te similem doctae referet mihi linea cerae,
Nunc ebur, & fulvum vultus imitabitur aurum.

Iterum de Abascanti pietate in Priscillam:

Sic auferre rogis umbram conatur, & ingens
Certamen cum morte gerit, curasque fatigat
Artificum, inque omni te quaerit amare metallo.

Atque adeo maritos in deorum alicuius habitu mulieres, viri iterum uxores in dearum formabant, ut maiorem illis, & iustiorem cultum tribuerent. De virorum pietate clarum testimonium apud eumdem hunc Statium, in ea ipsa Silva, quae de Abascanti pietate:

——— mox in varias mutata novaris
Effigies; hoc aere Ceres, hoc lucida Gnosis,
Illo Maia tholo, Venus hoc non improba saxo
Accipiunt, vultus haud indignata decoros,
Numina. ———

At de mulierum Apuleius Milesf. VIII. ubi de luctu Charites in funere mariti Leopolemi: *Imaginem defuncti, quam ad habitum dei Liberi formaverat, adfixo servitio divinis percolens honoribus, ipso se solatio cruciabat.* Ad virorum consuetudinem pertinent illa Corneliae apud Propertium lib. IV.

Atque ubi secreto nostra ad simulacra loqueris,
Vt responsurae singula verba iace.

Nec imagines tantum servabant, sed & vestes. Quintilianus Declam. X. *Si mehercule notas in corpore unici vestes subtrahere tentaret, dicerem, succurre solatio meo. Haec omnia apud me filii membra sunt; ego osculabor, amplectar, flebo supra.* [a]

[a] Locus eximius apud *Augustinum De Civit. Dei*.

CAP. XVII.

Quid funus familiare, quid indictivum. Indictionis formula, & tempus. Indicere. Conclamare. Quid publicum, quid Censorium, quid Militare, quid Imaginarium, quid Tacitum. Lampridius, & Seneca illustrati.

DE generibus funerum adhuc dicendum est; ea septem reperimus. Familiare, Indictivum, Publicum, Censorium, Imaginarium, Militare, Tacitum. Familiare erat, quod soli familiares deducebant. Nam cives primarii, & nobiles, quorum magna esset familia, ea contenti nullos alios vocabant. Vocabantur autem etiam amici de meliore nota, quod illos amicitia quasi inseruisset familiae, & vocabantur a liberto, pridie elationis. Constat ex Varrone De Re Rustic. lib. I. cap. LXIX. *Quum haec diceret Stolo, venit libertus aeditumi ad nos flens, & rogat, ut ignoscamus, quod simus retenti, & ut ei in funus postridie prodeamus*. Itaque pauperes, quibus neque familia ulla, neque amici, maxime si peregrini, vix aliquis prosequebatur. Terent. Phorm. Act. I. Sc. II.

Modo quamdam vidi virginem hic viciniae,
Miseram, suam matrem lamentari mortuam;
Ea sita erat ex adverso, neque illi benevolens,
Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam,
Quisquam aderat, qui adiutaret funus. ——

Qui familia sua non contenti, populum per praeconem convocabant; & hoc funus *Indictivum* dicebatur. Festus: *Indictivum funus ad quod per praeconem evocabantur*. Cicero II. De Leg. *Reliqua sunt in more, funus, ut indicatur*. Suetonius Iulio cap. LXXXIV. *Funere indicto, rogus exstructus est in Martio Campo iuxta Iuliae tumulum*. Manil. lib. IV.

Indicitque rogum summis, statuitque sepulcrum.

Atque hoc in tenuiorem etiam civium elatione factum. Animadvertere possumus ex Varrone De Ling. Lat. lib. IV. *Ex aedibus efferri indictivo funere praeco etiam eos dicit, qui e tabernis efferuntur*. Nam in tabernis habitabant homines non sane primarii. Et ut alii ad magnificentiam, ac pompam faciebant, ita hi ex necessitate, ut honeste saltem funus efferretur; alii civium praecipuos curabant vocari, hi tantum vicinos. Quum vero indiceret praeco, his verbis utebatur: EXSEQVIAS. QVIBVS COMMODVM. TEMPVS. ESIT. OLLVS QVIRIS. LETO. DATVS. EST. Vide Festum in Quirites, & Varronem De LL. lib. IV. Addebant etiam tempus exsequiarum, & dicebant: EXSEQVIAS. CRAS. QVIBVS COMMODVM. Plane ut in familiari; neque quidquam differentiae, quam quod libertus ibi vocabat, hic praeco indicebat. Iam sub elationis tempus iterum clamabat praeco: EXSEQVIAS. QVIBVS. COMMODVM. TEMPVS. EST. OLLVS. AEDIBVS. ECFERTVR. Et adparent vestigia in citatis Varronis verbis, e libro quarto. Terentius Phorm. Act. V. Sc. IX.

Exsequias Chremeti, quibus est commodum, ire tempus est.

Hoc vero *Conclamare funus* adpellabant. Seneca De Tranquill. Vitae lib. I. capit. XI. *Toties in vicinia mea conclamatum est, toties praeter limen immaturas exsequias fax, cereusque praecessit*. Lucanus lib. II.

——— *sic funere primo*
Adtonitae tacuere domus, quum corpora nondum
Conclamata iacent, nec mater crine soluto
Exigit ad saevos famularum brachia planctus.

Publicum dicebatur eius, quem Senatus de aerario publico, & collecta populi stipe sepeliret. Plutarchus Publicola: *Populus, tamquam vivo nihil eorum, quae meritus fuerat persolvisset, sed omnem adhuc deberet gratiam, decrevit, ut corpus eius publica sepultura adficeretur, quadrantemque unusquisque honoris ergo ad eam rem contulit*. Vide eumdem Plutarchum in Aristide, & Timoleonte. Livius lib. III. *Romam ferri protinus Siccium placebat, ni Decemviri funus militare ei publica impensa decrevissent*. Tacitus Annal. lib. IV. *Novo homini Censorium funus, effigiem apud forum Augustum, publica pecunia Patres decrevere*. Et Annal. VI. *Dein Piso viginti per annos pariter probatus, publico funere ex decreto Senatus celebratus est*. Efferebant autem Senatus, & ad exsequias aderat universus populus. Quintilianus Declamat. CCCXXIX. *Corpus illud omnibus, sibique ipsi damnatum, publicis scilicet exsequiis efferemus? Hoc agite, ducatur ingens funeris pompa, eat primus Senatus, & ordo ille sanctissimus, quamquam recepta modo libertate laetus, vultus tamen habitusque ad moestitiam transferat; dum maxima multitudo quaeque, dum universus denique populus lustret, atque ambiat rogum, adiiciamus & lacrimas*. Et reversus domum unusquisque, ut esset liberis tamquam incentivum ad virtutem, commemorabat, dicebatque, haec praemia habere virtutem. Idem Quinctil. loco citato. *Tum domum reversi narremus liberis nostris; haec virtus habet praemia*. Errant vero docti viri, qui Indictivum, Publicum, & Censorium confundunt. Nam neque Indictivum erat Publicum, aut Censorium; neque Publicum Censorium, aut Censorium quoque Publicum. Vtrumque tamen erat etiam Indictivum. Atque, ut semel recte teneamus, hic est funerum istorum ordo. Familiare, quod Seneca Tacitum dixit, ut mox explicabimus; atque illo maius, quod erat, Indictivum, deinde Publicum iterum maius, postremo omnium magnificentissimum Censorium, quemadmodum Censoria quoque dignitas honorum omnium maxima. Tale illud Lucillii Longii Senatoris apud Tacitum Annal. IV. *Quamquam novo homini Censorium funus effigiem apud forum Augusti, publica pecunia Patres decrevere*. Et Annal. VI. *Extremo anni mors AElii Lamiae funere censorio*

rio celebrata, qui administrandae Syriae imagine tandem exsolutus, urbi praefuerat. Sed quid eximium habuit? hoc puto, quod omnia in eo purpurea fuerint, vestes, stragulaeque, quae in aliis tantum purpura praetexta; ita docet recte Cl. V. Iust. Lipsius. Iam quid est Militare funus? Ecce apud Livium lib. III. De L. Siccio: *Invidiaeque plena castra erant, & Romam ferri protinus Siccium placebat; ni Decemviri funus militare ei publica impensa facere maturassent*. Arbitror, quod non populus, sed milites deducebant; & quidem incomtis signis. Tacitus De Germanici Annal III. *Tribunorum, centurionumque humeris cineres portabantur, praecedebant incomta signa*. Vertebant quoque haec. Papinius lib. VI. Thebaid.

——— versis ducunt insignibus ipsi
Graiugenae reges. ———

Et reliqua item arma. Virgilius AEneid. XI. in Pallantis:

——— tum moesta phalanx, Teucrique sequuntur,
Tyrrhenique duces, & versis Arcades armis.

Servius: *Lugentum more mucronem non cuspidem hastae contra terram tenentes; scuta etiam invertentes, propter numina illic depicta, ne eorum simulacra cadaveris polluerentur adspectu*. Efferebantur quoque arma ipsorum defunctorum, & producebatur equus inornatus sine phaleris. Ecce in eodem funere Pallantis:

Post bellator equus positis insignibus AEthon
It lacrimans, guttisque humectat grandibus ora.
Hastam alii, galeamque ferunt, (nam cetera Turnus
Victor habet.) ———

Et obtinuit hic mos multo quoque post, sub Imperatoribus, etiam in non militari. Chrysostomus Hom. III. ad Pop. Antiochenum. *Divite aliquo mortuo non servos solos, & ancillas, sed & equos necessarii sacco amicientes, & agasonibus tradentes, ad sepulcrum sequi iubent, calamitatis magnitudinem ostentantes, & omnes ad misericordiam adlicientes*. Sane etiam hodie in magnatum exsequiis videmus usitatum. Quandoque etiam flammae, ad testandum luctum, arma sua iniiciebant milites, puta si Imperator decessisset. Suetonius Iulio cap. LXXXIV. *Iniecere flammae, & veteranorum militum legionarii arma sua, quibus exculti funus celebrabant*. Et haec de militari.

Nunc videamus, quid Imaginarium sit, apud Iulium Capitolinum in Pertinace: *Funus*, inquit, *imaginarium ei, & censorium ductum est, & ab ipso Severo funebri laudatione honoratus est*. An intelligit cenotaphium? non potest; nam haec facta peregre tantum mortuis. Quid igitur? Dicam. In elatione principum virorum nonnullis etiam imagines suae ponebantur. Nam multi, etsi censorio quidem funere efferrentur, non tamen habebant honorem imaginis collocandae; itaque censorium funus simpliciter legas apud Tacitus lib. IV. Histor. de Sabino fratre Imperatoris: *Funusque Censorium Flavio Sabino ductum*. Et lib. XII. Annal. *Decretum Claudio Censorium funus, & mox consecratio*. Imago ecce praeterea posita. Idem Tacitus Annal. IV. de Lucillio Longo Senatore, Tiberio unice caro: *Quamquam novo homini Censorium funus, effigiem apud forum Augusti, publica pecunia Patres decrevere*. Atque hoc *imaginarium* vocat Capitolinus, scriptor eius aevi, quo non parum iam linguae Romanae decor cum imperio quoque suo declinabat. Finem imponerem Capiti, sed aurem mihi vellit funus *Tacitum* Senecae De Tranquillit. Vitae libro I. cap. I. *Quid opus est seculis duratura componere? Vis tu nunc id agere, ne posteri te taceant? Morti natus es; minus molestiarum habet funus tacitum*. Viri docti interpretantur, sine cantu, & symphonia, sine dissignatore, ludis, pompa, praecone, indictione. Ergo erit illud, quod nos Familiare antea esse ostendimus. Faveo. Et sic Plutarchus Consolat. ad Vxorem: *Hoc quoque narrant, qui interfuerunt, & admirantur te neque lugubrem sumsisse vestem, neque vel tibi, vel ancillis ullam intulisse deformitatem, ullum planctum; neque fuisse in sepultura sumtum ullum insolentem, aut magnificum adhibitum, sed cum necessariis omnia esse peracta decore, & tacite*. Sed aut ego fallor valde, aut voluit dicere, funus ignobile, & de quo nihil post mortem fama loquatur. Vis, inquit, scriptis famam comparare, & vereris ne post mortem nemo te noverit? natus es, ut moriaris. Minus molestiae, minus laboris habet funus inglorium; nam ut illud nobile consequaris, maximo eoque adsiduo labore est opus. Ista sententia est loci, quam quid attinet torquere? Et haec mihi universim de generibus funerum venere in mentem; spero tractasse sine lapsu, quod difficile tamen, in re tam impedita.

CAP. XVIII.

Praeibant parentes, coniuges, & propinqui. Inde tibicines. Tibia iuvenum funeri propria, tuba virorum. Tamen postea non observatum est. Eius rei origo. Ὀλοφυρμός. Αἶνος. Αἴλινος. *Qui moduli in hoc cantu. Tibiarum genera. Tibia funebres, & tubae. Numerus iis certus per* XII. *Tabulas. Quando desierint. Defletio, & ea ubi facta. Praeficae. Naeniae. Praeficae quando desierint, & quando inceperint. Naeniae quis auctor. Lessus. Quae musicae totius exsequialis ratio.*

ORdinemus nunc funus; efferendum est. Parentes, liberi, coniuges, & reliqui deinde propinqui, pro sanguinis quisque gradu, antecedebant. Atque hoc, *ducere funus*, dicebant. Iuvenalis Sat. X.

Ut vigeant sensus animi, ducenda tamen sunt
Funera gnatorum. ———

Plinius lib. II. cap. ult. *Diem obiit in patria.*

tria. Funus duxere ei propinquae, ad quas pertinebat hereditas. Idem lib. VIII. cap. XLII. *Rex defuncto ei duxit exsequias; urbem tumulo circumdedit nomine eius.* Suidas in Augusto: *Augusto Caesare mortuo, Tiberius, & Drusus ducebant funus.* Seneca Theb.

Animosa virgo funus extendis meum,
Longasque vivi ducis exsequias patris.

Etiam *producere* dicebant. Statius Epicedio in Glauciam:

Ipse etenim tecum nigrae solemnia pompae
Spectatumque urbi scelus, & puerile pheretrum
Produxi. ———

Virgilius AEneid. IX.

——— *nec te tua funera mater*
Produxi, pressive oculos. ———

Lucanus lib. II.

——— *ceu morte parentem*
Gnatorum orbatum longum producere funus
Ad tumulum iubet ipse dolor. ———

Sequebantur tibicines, & tubicines. At tibiam iuvenibus tribuunt, tubam viris. Videamus. Servius AEneid. V. *Sciendum maioris aetatis funera ad tubam solere proferri, minoris vero ad tibias.* Lutatius ad Theb. VI. *Iubet religio, ut maioribus mortuis tuba, minoribus tibia caneretur.* De tuba Persius Satyr. III.

Hinc tuba, candelae. ———

Hinc Proverbialiter dicebant, *licet ad tubicines mittas*, in desperatis morbis. Petronius Satirico: *Numquam ego aegrum tam magno periculo vidi; mediusfidius tam peristi. Quod si idem frigus genua, manusque tentaverit tuas, licet ad tubicines mittas.* Minoris aetatis tibia erat, ut dixi. Statius lib. VI.

Quum signum luctus cornu grave mugit adunco
Tibia, cui teneros suetum producere manes
Lege Phrygum moesta. ———

Apud Matthaeum in Evangelio cap. IX. *Et quum venisset Iesus in domum principis, vidissetque tibicines, & turbam tumultuantem, dicit eis: recedite, non enim mortua est puella, sed dormit.* Vsitatum id iam a Pelopis temporibus. Statius loco citato subnectit:

——— *Pelopem monstrasse ferebant*
Exsequiale sacrum, carmenque minoribus umbris
Vtile, quo geminis Niobe consumta pharetris,
Squallida bissenas Sipylon deduxerat urnas.

Sed non obtinuit hoc semper. Ecce tibicines quoque in funere Iulii Caesaris apud Suetonium cap. LXXXIV. *Tibicines, & Scenici artifices vestem, quam ex instrumento triumphorum ad praesentem usum induerant, detractam sibi, atque discissam iniecere flammae.* Item in Claudii apud Senecam: *Tibicinum, cornicinum, omnisque generis aeneatorum turba tanta, tantus conventus, ut etiam Claudius audire posset.* Ovidius Trist. lib. V. eleg. I.

Tibia funeribus convenit ista meis.

Graeci ὀλοφυρμὸν vocabant. Athenaeus libro XIV. ubi de tibiarum carminibus: *In funere vero, & luctu cantus* ὀλοφυρμὸς vocatur, vel *λῖνον* quoque, & *αἴλινον*, & *ἰάλεμον*. Idem Athenaeus: *In nuptiis* ὑμέναιος, *in luctu* ἰάλεμος. λῖνος *vero, &* αἴλινος *non tantum in luctu, sed & laeto aliquo cantu.* De Ialemo apud Theocritum est Idyl. XV.

——— τὸν ἰάλεμον ἠρίστευσε.
——— *optime se gessit in Ialemo.*

At vero *αἴλινον* invenies passim apud Cailimachum, Moschum, Sophoclem, Euripidem. Canebant autem modis Lydiis, qui luctui proprii. Apuleius Flor. I. *Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculae melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator, seu tu velles AEolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.* Milef. IV. *Sonus tibiae Phrygiae mutatur in querulum Lydii modum, cantusque laetus Hymenaei lugubri finitur ululatu.* Sed ecce plane contra Acron lib. IV. Ode XV. *Lydiis tibiis laeta cantabantur, Phrygiis tristia.* Et ipse hic Apuleius sibi contrarius, Milef. X. *Iam tibiae multiforatiles cantus Lydios dulciter resonant.* Propertius libro IV. eleg. VII.

Ecce coronato pars altera vecta phaselo,
Mulcet ubi Elysias aura beata rosas;
Qua numerosa fides, quaque æra rotunda Cybeles,
Mitratisque sonant Lydia plectra choris.

Et non absurdum omnino censebit, quisquis Lydiorum mollitiem, & luxum norit. Sed discrimen sciendum in tibiis fuisse, nam & funeribus aptae illae, & ludis. Ovidius in Fastis:

Cantabat fanis, cantabat tibia ludis;
Cantabat moestis tibia funeribus.

Quae ad ludos pertinebant, ex loto fiebant, ossibusque asininis, & argento. Vide Plinium lib. XVI. capit. XXXVI. Et multa habebant foramina, ut edere quemvis sonum possent, quod aptum laetitiae. Inde Apuleius loco citato. *Tibiae multiforatiles cantus Lydios dulciter resonant.* Illae lugubres non tam multa habebant, quippe quae non voluptati, sed querelis destinatae. Et tales erant Veterum. Horatius in Arte:

Tibia non ut nunc orichalco vincta, tubaeque
AEmula, sed tenuis, simplexque, foramine pauco.

Habebant autem quatuor dumtaxat foramina. Acron ad Horatii locum: *Varro ait ad Marcum de Lingua Latina quatuor foraminum fuisse tibias apud Antiquos, & seipsum in templo Marsiae vidisse tibias quatuor foraminum.* Quem locum frustra quaeras hodie in Varronis Fragmentis, quae habemus. Hae itaque reiectae postea ingravescente luxu, damnataeque luctui, & propriae *funebres* dictae; nefasque eas audire Flamini. Festus: *Funebres tibiae dicuntur, quibus in funere canitur, quas Flamini audire putabant illicitum.* Vt vero tibiae distinctae, sic quoque tubae illae mortuales. Clare docet A-gellius lib. XX. cap. II. *In Capitonis Ateii Coniectaneis invenimus, Siticines adpellatos, qui apud*

apud situs canere soliti essent, hoc est, vita functos, & sepultos; eosque habuisse proprium genus tubae, a ceterorum differens. Et magno quidem numero adhibebant, ad ostentationem; sed restrinxit lex XII. Tabularum, & ad decem redegit. Ovidius Fast. VI.

Temporibus veterum tibicinis usus avorum
Magnus, & in magno semper honore fuit.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis;
Cantabat moestis tibia funeribus.
Dulcis erat mercede labor; tempusque sequutum est,
Quod subito gratae frangeret artis opes.
Adde quod aedilis, pompa qui funeris irent,
Artifices solos iusserat esse decem.

Cicero lib. II. De Leg. *Extenuato igitur sumtu, tribus riciniis, & vinculis purpurae, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem*. Sed desiit hic mos aevo Augusti Caesaris. Audi Ovidium loco citato:

Quaeritur in scena cava tibia, quaeritur aris;
Ducit supremos naenia nulla toros.

Et signate Dio quoque lib. LVI. notat in funere Augusti: *Tiberius, filiusque eius Drusus, pullam forensi more paratam amicti, thure ipsi quoque rem sacram fecerunt, tibicine omisso*. Cum tibicinibus erant mulieres, quae voce sua tibiarum, tubarumque lamentis respondebant. Lucianus De Luctu: *Quid vero eiulatio vestra prodest, & illa ad tibiam pectoris verberatio, mulierumque immodica lamentatio*. Sed ubi defletio haec, & lamenta? passimne, in tota elatione? Non, sed in foro. Clare Tacitus Ann. III. *Ipsum quoque asperrimo hiemis Ticinum usque progressum, neque abscedentem a corpore simul urbem intravisse; circumfusas lecto Claudiorum Liviorumque* (ita recte Lipsius emendat) *imagines defletum in foro, laudatum pro rostris, cuncta a maioribus reperta, aut quae posteri invenerint, cumulata*. Hae vero mulieres lamentorum principes *praeficae* nuncupabantur. Festus: *Praeficae dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae, quae dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae*. Nonius: *Praeficae dicebantur apud veteres, quae adhiberi solent funeri mercede conductae, ut & flerent, & fortia facta laudarent*. Glossae: *Praefica*, ἡ πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ ἐκφορᾷ κοπτομένη. θρηνῳδὸς ἐπ' ἐκφοράν. *Quae ante lectum in elatione planget; lamenta canens ad elationem*. Naevius:

——— *haec quidem*
Mehercle, opinor, praefica est, sic mortuum
Collaudat. ———

Retinuit id nomen ad bellum usque punicum. Varro De Vita Pop. Rom. lib. IV. *Deinde naeniam cantari solitam ad tibias, & fides, eorumque ludistricas, cursitassent. Haec mulier vocitata olim Praefica usque ad Punicum bellum*. Carmen autem, quod cantabat, *Naenia* adpellabatur. Nonius: *Naenia, ineptum, & inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quae praefica diceretur, iis, quibus propinqui non essent, mortuis adhiberet*. Festus: *Naenia est carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam*. Varro De Vita Pop. Rom. lib. IV. *Ibi a muliere, quae optima voce esset, perquam laudari, deinde naeniam cantari solitam ad tibias, & fides*, Nec praeficarum tantum, sed tibicinum quoque. Cicero II. De Leg. *Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque etiam cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen naeniae, quo vocabulo etiam a Graecis cantus lugubres nominantur*. Suetonius in Augusto cap. C. *Canentibus naeniam principum liberis utriusque sexus*. Refertur vero auctor Simonides. Horatius lib. II. Ode I.

Sed ne relictis Musa procax iocis
Ceae retractes munera naeniae.

Acron: *Naeniae, carmen lugubre, quod mortuis dicebatur, quod nunc Graece ἐπιτάφιον adpellatur, quod Simonides Graecus Poeta Lyricus primus instituit*. Sed quando praeficae hae, earumque naeniae ortae? Non facile dixerim. Arbitror tamen usurpari coepisse, quum lessum XII. Tabulae prohibuerunt, ut vel sic satisfacerent vehementiae doloris sui, & decoro, ut existimabant, matronae. Erat vero Lessus, non vestimentum aliquod funebre, quod ex antiquis doctis quidam voluit; sed eiulatio lugubris, quod Ciceroni quoque placuit II. De Leg. & II. Tuscul. Plautus clare:

Thetis quoque ipsa lamentando lessum fecit
filio.

Et nihil aliud est, quam Graecorum Λῖνος. Nam *Lesus* Tarentini dicebant, ut pro ἐσθής, *vestis*; ᾠὸν, *ovum*, & talia infinita paene. N autem in S mutatur, ut ἀρχιτέκτων, *architectus*; Γοργὼν, *Gurges*. Postea *Lessus* dici coeptum est, quum antiquitus consonantes literas non geminarent. Rationem vero musicae huius exsequialis tradit Macrobius in Somn. Scip. lib. II. cap. III. *Mortuos quoque ad sepulturam prosequi oportere cum cantu plurimarum gentium, vel regionum instituta sanxerunt, persuasione hac, quia post corpus animae ad originem dulcedinis musicae, idest, ad caelum, redire credantur*.

CAP. XIX.

In ditiorum, & nobilium funere mimi praecedebant, & imagines praeferebantur maiorum, nec suae tantum familiae, sed earum etiam quibus sanguine iuncti. Nomina imaginibus adposita, ut noscerentur. Vetitum id quoque, quum ignominiae, tum honoris caussa. Ipsa quoque defuncti effigies in fronte lecti posita. Si triumphales viri essent, tum triumphi quoque ferebantur.

SI quis e nobilioribus decessisset, praecedebant mimi, qui vitam defuncti actam repraesentarent, & sicinnim saltarent. Dionys. Halicarnass. docet lib. VII. *Vidi vero etiam in virorum clarorum exsequiis praeter ceteram pompam satyristas ante lectum choreas ducentes, & sicinnim saltantes*. Suetonius Vespas. cap. XIX. *In funere Favo archimimus personam eius ferens, imitansque, ut mos est, facta, ac dicta vivi*. Et hi sunt, qui

Sici-

Siciniſtae vulgo dicebantur, ut tradit Gellius lib. xx. cap. III. Praeferebantur etiam imagines. Horatius Epod. VII.

Eſto beata, funus atque imagines
Ducant triumphales tuum.

Quo loco Acron: *Tamquam nobilium funus imagines te praecedant maiorum*. Porphyrion: *In funere nobiliſſimi cuiuſque ſolebant praeferre imagines maiorum*. Seneca lib. I. Declam. VI. *Pompeium, ſi hereditariae extuliſſent imagines, nemo Magnum dixiſſet*. Propertius lib. II.

Nec mea tunc longa ſpatietur imagine pompa;
Nec tuba ſit fati vana querela mei.

Valerius Max. lib. XIII. cap. XV. *Africanus imaginem in cella Iovis Optim. Max. poſitam habet; quae quotieſcumque funus aliquod Corneliae genti celebrandum eſt, inde petitur; unique illi inſtar atrii Capitolium eſt. Tam hercle, quam ſuperiori Catoni Curia; unde effigies illius ad eiusdem generis officia expromitur*. Vide Dionem lib. LVI. in funere Augusti. Tacitus Annal. II. de funere Germanici: *Funus ſine imaginibus, & pompa per laudes, & memoriam virtutum eius celebre fuit*. Statius Thebaid. VI.

Exin magnanimum ſeries antiqua parentum
Invehitur. ———

Nec ſuae tantum familiae erant imagines, ſed omnium quoque earum, quas ſanguine adtingebant. Plinius lib. XXXV. cap. II. *Expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis, ut eſſent imagines, quae comitarentur gentilitia funera, ſemperque defuncto aliquo totus aderat familiae eius, qui umquam fuerat, populus. Stemmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas*. Et nomine prae ſe ferebant, cuius unaquaeque eſſet. Tacitus Annal. III. De funere Iuniae, illuſtris feminae: *Viginti clariſſimarum familiarum imagines antelatae ſunt, Manlii, Quinctii, aliaque eiusdem nobilitatis nomina*. Iterum Annal. IV. *Funus imaginum pompa maxime illuſtre fuit, quum origo Iuliae gentis AEneas, omneſque Albanorum Reges, & conditor Vrbis Romulus, poſt Sabina nobilitas, Atta Clauſus, ceteraeque Claudiorum effigies, longo ordine ſpectarentur*. Sed ſi qui damnati, eorum imagines non circumferebantur. Diſco ex eodem Tacito Annal. II. *Tunc Cotta Meſſallinus, ne imago Libonis exſequias poſterorum comitaretur, cenſuit*. Imo & honoris ergo Imperatoribus conceſſum. Dio lib. LVI. De mortuo Auguſto: *Decretum eſt ne eius imago in cuiuſquam exſequiis duceretur*. Cauſſa haec, quia iam divus. Ille ipſe exponit lib. XLVII. *Dixerunt porro ne in funeribus eorum, qui Caeſari ſanguine iuncti eſſent, Caeſaris, nimirum, qui vere deus exſiſteret, ulla imago geſtaretur*. Et hoc obſervatum fuiſſe videmus apud eumdem iterum lib. LVI. in funere Auguſti. Praeter has maiorum imagines ipſa quoque defuncti ferebatur, in fronte lecti. Obſervo ex Tacito Annal. III. *Vbi illa Veterum inſtituta? praepoſitam toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes, & lacrimas*. Et in magnatum funere plures una. Dio de Auguſti lib. LVI. *Imago autem eius cerea, habitu triumphali, conſpiciebatur. Hanc a palatio ducebant conſules deſignati; altera aurea ex curia; tertia in curru triumphali ducebatur. Poſt has avorum ipſius, ac cognatorum vita functorum*. Ferebantur autem in celſis ferculis. Silius lib. X.

——— *celſis de more pheretris*
Praecedens priſca exſequias decorabat imago.

Si viri triumphales eſſent etiam triumphi ferebantur. Lucanus lib. VIII. de Pompeii funere:

Praeferat, ut veteres feralis pompa triumphos.

CAP. XX.

Pheretrum quid, & unde. Cadaver in illo ferebatur. Lectus mortualis. Libitina. Erat nobilium. Faſces quoque impoſiti, ſi magiſtratus efferretur. Manilius correctus. Multi efferebantur, ſed lex coercuit, etſi non ſemper. Sandapila erat populi, & damnatorum, arca plebis, & ſervorum. Arcae Maſſilienſium. Bacca. Damnati Imperatorum temporibus impoſiti plauſtris.

POſt imagines pheretrum erat, quod quid fuerit ipſi illi antiquiores Grammatici Servius, Lutatius, Fulgentius, non ſatis tenuiſſe videntur, dum cum ſandapila, ſive capulo confundunt. Neque rectius nos docet Nonius, qui a ſepulcro neſcit diſtinguere. Sane unus locus Varronis περὶ φθορᾶς κόσμου, quem ipſe citat, cornua illi manifeſto obvertit: *Propter cunam capulum poſitum nutrix tradidit pollinctori*. Sed huius hominis magna nobis habenda ratio non eſt, quippe iam dudum communi omnium eruditorum ſuffragio ineptiarum damnati. Qui autem Graecam eſſe dictionem contendunt, iis non venit in mentem Latinos non minus *Fero*, quam Graecos dixiſſe, voce propria. Hoc de vocabulo. Ipſum autem erat e cupreſſo. Statius Thebaid. lib. VI.

Triſtibus interea ramis, teneraque cupreſſo
Damnatus flammae torus, & puerile pheretrum
Texitur. ———

Hinc intelligendus Horat. lib. II. ode XIV.

Linquenda tellus & domus, & placens
Vxor, neque harum quas colis arborum
Te praeter inviſas cupreſſos
Vlla brevem dominum ſequetur.

Vel etiam e quercu, & erat cratis inſtar. Virgilius id nos docet AEneid. XI.

Haud ſegnes alii crates, & molle pheretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno.

Licet quoque colligere ex Papinio, apud quem legimus:

——— *& puerile pheretrum*
Texitur. ———

Ecce *texitur*, ergo crates. Iacebat in eo mortuus, lectulo impoſitus. Livius De Bello Macedonico lib. VIII. *Tradunt pileatum, ſicut in triumpho erat, in funere quoque ante le-*

te lectum isse. Philostratus De Vita Sophist. lib. II. in Herode. *Mortuo vero ipso Marathone, quum mandasset libertis, ut ibi se sepelirent, Atheniensium adolescentum manibus raptum in Vrbem intulerunt, omni aetate lectum praeeunte*. Et hic lectus proprie funebris, diversusque a convivali. Tamen sub Imperatoribus illustriores damnati, noctu propter Imperatorum metum, sine solita pompa, & in convivali tantum, saepe efferebantur. Tacitus De Agrippina Annal. XIV. *Cremata est nocte eadem, convivali lecto, & exsequiis vilibus*. Funebris autem ille proprie *Libitina* dicebatur. Horatius lib. III. ode XXX.

Non omnis moriar, multaque pars mei
Vitabit Libitinam. —

Acron: *Libitina lectus est, in quo mortui efferebantur*. Martialis lib. VIII. epig. XLIII.

Victores committe Venus, quos iste manebit
Exitus, una duos ut libitina ferat.

Quintilianus Declamat. VI. *Inanis domi libitina plangitur*. Sed errat Acron, aut quicumque auctor istorum Scholiorum; nam potius pheretrum erat, cui impositus lectus. Nemo nos hoc melius docuerit uno Pediano ad Orat pro Milone: *Fasces ex lecto libitinae raptos adtulit ad domum Scipionis, & Hypsaei*. Nec unus ille erat, sed multi, ad ostentationem; pro opibus cuiusque, & dignitote. Servius ad AEneid. V. *In honorem Regum cum jaculis procedebatur a populis, postea etiam funebres lecto proferre ceperunt*. Ad librum sextum vero dicit: *Hoc apud maiores gloriosum fuerat, & dabatur pro qualitate fortunae*. Certe Marcellus Octaviae Augusti sororis filius sexcentos, Sulla sex millia, habuisse traditur. Vide luxum. Tamen legibus XII. Tabularum cautum erat, ne plures singulis haberent. Cicero II. De Leg. *Credoque, quod erat factitatum, ut uni plura fierent, lectique plures inferrentur: id quoque ne fieret lege sancitum est*. Sed pervicit iterum postea ambitio, neque fraenum a lege ullum fuit. Viri consulares, & qui curuli magistratu functi, curru, & sella curuli efferebantur. Hinc capiendus Livius ab V. C. lib. II. *Monent honoribus, & administratione Reipub. abstineant. Consulares vero fasces, praetextam, curulemque sellam, nihil aliud, quam pompam funeris putent* (a). Idem honos matribus quoque eorum habitus, & uxoribus. Cornelia apud Propertium lib. IV. eleg. ultima:

——— *sim digna merendo*
Cuius honoratis ossa vehantur equis.

Hoc item addendum, fasces etiam, Magistratus insignia, lecto imponi, unaque efferri consuevisse. Locus est Pediani ad Orat. pro Mil. e quo haurio: *Fasces ex lecto libitinae raptos adtulit ad domum Scipionis, & Hypsaei*. Et Livius citato loco in funebri pompa clare fasces ponit. Manilius ex Romano hoc more dixit lib. IV.

Nec sunt immensis opibus venalia fata,
Sed rapit, & sceptro funus Fortuna superbum,
Indicitque rogum summis, statuitque sepulcrum.

Ita lego. Male hodie, *ex sceptro funus Fortuna superbo*. Nam quid est, quaeso, *Fortuna rapit, funus ex sceptro*. Quis sic umquam loquutus est? Eleganter vero, & plane poetice dixit, *Funus superbum sceptro*, in quo sceptrum libitinae impositum effertur. Sed redeam nunc ad lectos. Erant vi solum virorum clarorum; populus enim in sandapila efferebatur. Fulgentius De Prisco Sermone: *Sandapilam dici Antiqui voluerunt pheretrum mortuorum, idest, loculum, non in quo nobilium corpora, sed in quo plebeiorum, atque damnatorum cadavera portabantur*. At vero errat, quod pheretrum cum sandapila idem esse putat, ut supra dixi; & plebem cum populo confundit. Martial. lib. VIII. epigramm. LXXV.

Permutatur onus, stipataque tollitur alte
Grandis in angusta sarcina sandapila.

Et videre est ex non uno loco eiusdem Poetae. Suetonius Domitiano cap. XVII. *Cadaver eius populari sandapila per vespillones exportatum*. Gladiatores quoque mortui ex amphitheatro in sandapila eiiciebantur, ut docet Interpres vetus Iuvenalis ad illud Satyr. VIII.

Inter carnifices, & fabros sandapilarum.

Servi quoque testamento manumissi, quos libertos Orcinos ex iure nostro vocatos scimus, certum quoddam, & proprium sandapilae genus habebant. Martialis lib. X. epigrammate V.

Voces beatos clamitetque felices,
Orciniana qui feruntur in sponda.

Plebis erat arca. Lucanus lib. VIII.

Da vilem Magno plebeii funeris arcam,
Quae lacerum corpus siccos effundat in ignes.

Item servorum. Constat ex Horatio lib. I. Sat. VIII.

Huc prius angustis eiecta cadavera cellis
Conservus vili portanda locabat in arca.

Massilienses duas habebant, in quarum altera ingenuos, altera servos, evehebant. Valerius Maximus lib. II. cap. VI. *Duae etiam ante portas eorum* (*Massiliensium*) *arcae iacent; altera, qua liberorum, altera, qua servorum corpora ad sepulturae locum plaustro devehuntur*. Posteriore aevo sandapila, sive arca etiam *Bacca*, dici coepit. Glossae Isidori: *Bacca, capulus, in quo mortui deferuntur*. Omnino autem cavendum est, ne quis has arcas confundat cum illis, quibus circumdari sepulcra solita infra ostendemus. Hoc volebam monitum. Sub Imperatoribus postea plaustris imposita damnatorum cadavera. Herodianus lib. V. *Cadavera plaustris omnibus per contumeliam imposita, atque extra urbem exportata*.

(a) *Neque vero quum dicit Polybius lib.* VI. *cap.* LI. Συνθλωμένης τῆς ἐξουσίας, *id Latine exprimi debebat*: confecta elatione. *Iac. Gronov.*

CAP.

CAP. XXI.

Pheretro, qui subierint in funere domestico, extraneo, Imperatorio; qui item in pauperum, servorum, damnatorum. Et illi quidem capitibus velatis. Viri humeris efferebantur, mulieres manibus, nisi quae seculo renuntiassent. Pueros lactentes ipsae matres sub uberibus efferebant.

SVbibant in parentum funere filii, & generi. Valerius Maximus lib. VII. cap. I. *Q. Metellum ultimae senectutis spatio defunctum, lenique genere mortis inter oscula complexusque carissimorum pignorum extinctum, filii, & generi humeris suis per Vrbem latum rogo imposuerunt*. Lucanus lib. VIII.

Vt Romana suum gestent pia colla parentem.

Plinius lib. VII. cap. III. *Inter quas legitur Eutyche, a viginti liberis rogo illata Trallibus, enixa triginta partus*. Et erant velatis capitibus. Plutarchus in Quaest. Rom. *Parentes filii quidem efferunt velatis capitibus* [a]. Si filii, aut generi nulli essent, succedebant, qui genere proximi; si neque illi, tum servi, sed manumissi; & illi quoque capitibus velatis. Vides ecce apud Persium Sat. III.

——— *at illum*

Hesterni capite induto subiere Quirites.

Posteriori aevo in Christianorum exsequiis, praeter propinquos etiam sacerdotes efferebant. Sidonius lib. II. epist. VIII. *Sacerdotum propinquorumque manibus excepta, perpetuis sedibus dormienti similior illata est*. In extraneo funere subibant amici; in magnatum, ac virorum praeclarorum, iuvenes nobiliores. Plutarchus in Lucullo. *Corpus a nobilissimis adolescentibus in forum prolatum quum esset, in Campum Martium efferre, ibique, ut & Sullam sepelire contendit*. Idem in Timoleonte: *Lecti suffragio adolescentes primarii pheretrum subierunt*. Cicero pro L. Flacco: *Possem recitare psephismata Smyrnaeorum, quae fecerunt in Castricium mortuum. Primum, ut oppidum introferretur, quod aliis non conceditur; deinde, ut ferrent ephebi*. Imperatorum lectos ferebant Senatores. Suetonius Augusto cap. C. *Senatorum humeris delatus in campum, crematusque*. Et in Iulio. cap. LXXXIV. *Lectum pro Rostris in forum, magistratus, & honoribus functi tulerunt*. Sub posterioribus Imperatoribus ad iuvenes iterum hoc officium delatum est, legebanturque ex Equestri, & Senatorio ordine. Herodianus lib. IV. in funere Severi: *Vbi iam visus obiisse diem, lectum humeris adtollunt equestris, senatoriique ordinis nobilissimi, ac lectissimi iuvenes, perque viam sacram in vetus forum deferunt*. Et humeris quidem efferebant, si virile funus. Valerius Maximus: *Humeris suis per Vrbem latum rogo imposuerunt*. Suetonius: *Senatorum humeris delatus in Campum*. Inde nimirum *Subire* dicebant. Virgilius:

——— *pars ingenti subiere pheretro.*

Plutarchus in Othone: *Efferebant in armis, qui lectum subire, & ferre occupassent*. Sed si muliebre funus, manibus ferebatur; quippe esse supra se illum sexum, ne mortuum quidem volebant, quem sciebant submitti sibi debere. Propertius lib. IV.

Num minus immites habuit Cornelia Parcas,
Et sum, quod digitis quinque levatur onus?

Et obtinuit hic mos etiam ad tempora usque Maiorani, & Anthemii Imperatorum. Testis Sidonius eius aevi Scriptor, lib. II. epistola VIII. *Quum libitinam ipsam flentes omnes externi quoque prensitarent, remorarentur, exoscularentur, sacerdotum, propinquorumque manibus excepta, perpetuis sedibus dormienti similior illata est*. Postea tamen apud Christianos habitus is honos iis, quae seculo renuntiassent, & digniores iam multo viris, qui adhuc in seculo. Apud Hieronymum in epistola ad Eustochium De Epitaphio Paullae: *Translataque Episcoporum manibus, & cervicem pheretro subiicientibus, quum alii Pontifices lampadas, cereosque praeferrent; alii choros psallentium ducerent, in media Ecclesia in spelunca Salvatoris est posita*. Pueros lactentes adhuc efferebant ipsae matres, sed pheretrum illis erant suae manus, & ferebant sub uberibus. Indicat Statius clare Epicedio in filium:

Si qua sub uberibus plenis ad funera natos
Ipsa gradu labente tulit, madidumque cecidit
Pectus, & ardentes restinxit lacte favillas.

Ovidius in Epistola Sapphus:

Non aliter, quam si nati pia mater ademti
Portet ad exstructos corpus inane rogos.

Pauperum, servorum, & damnatorum cadavera per homines viles, & mercede conductos efferebantur. Iuvenalis Sat. III.

——— *vivant Artorius istic,*
Et Catulus: maneant, qui nigrum in candida vertunt,
Queis facile est aedem conducere, flumina, portus,
Siccandam eluviem, portandum ad busta cadaver.

Horatius lib. I. Sat. VIII.

Hic prius angustis eiecta cadavera cellis
Conservus vili portanda locabat in arca.

Martialis lib. VIII. epigr. LXXV.

Quatuor inscripti portabant vile cadaver,
Accipit infelix qualia mille rogus.

CAP. XXII.

Incedebant tardo gradu. Quis numerus subeuntium. Post lectum lances cum aromate, & ture. Inde populus sequebatur, capite prono; ferebant autem prius in Rostra, ad laudationem. AEdiculae ligneae, sub quo lectus tantisper, & mortuus in eo plerumque erectus. Saltem extra portas prosequi mos. Praecurrentis plebis multitudo. Prosequutis ad rogum mulsum propinatum.

INcedebant autem tardo gradu. Hinc Propertius lib. IV.

Si

(a) In funeribus etiam apud Graeco moris fuit capita velare, quod late ex Euripide ostendit *M. Car. Henr. Langius, De Luctu veteris Graeciae ex Euripide*.

Si piguit portas ultra procedere, at illud
Iussisses, lectum lentius ire meum.

At quam multi, qui ferebant? Honestiorum sub lectis sex erant. Martialis libro II. epigramm. LXXXI.

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit,
Quum tamen haec tua sit, Zoile, sandapila.

Item lib. VI. epigr. LXVII.

Invidiosa tibi, quam sit lectica requiris?
Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Nonnumquam etiam octo. Idem Martialis lib. IX. epigr. III.

Octo Syris suffulta datur lectica puellae,
Nudum sandapilae pondus amicus erit.

Quod si populare funus, aut plebeium, quatuor tantum. Idem Epigrammatarius lib. VIII. epigramm. LXXV.

Quatuor inscripti portabant vile cadaver.

Post lectum ferebantur in lancibus tura, aliaque aromata, comburenda una cum mortuo. Propertius lib. II.

Nec mihi tum fulcro sternatur lectus eburno,
Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.
Desit odoriferis ordo mihi lancibus; adsint
Plebeii parvae funeris exsequiae.

Et erant hae lances magno numero. Inde illa Statii Silv. libro quinto De Priscillae funere:

——— *quis carmine digno*
Exsequias, & dona malae feralia pompae
Perlegat? omne illic stipatum examine longo
Ver, Arabum, Cilicumque fluit, floresque Sabaei,
Indorumque arsura seges, praereptaque templis
Tura. ———

Inscribebanturque illis, quid quaeque continerent. Statius Theb. VI.

Portant inferias, arsuraque fercula primi
Graiorum, titulisque pios testantur honores.

Deinde sequebatur longo ordine populus, & capite in terram deiecto, in tristitiae signum. Propertius lib. IV.

Denique quis nostro curvum te funere vidit?
Atram quis lacrimis incaluisse togam!

Hinc Seneca epist. c. capiendus: *Ego duritiam suadeo, & in funere ipso erigere vultum volo, & animum ne contrahi quidem volo.* Ferebant autem prius in forum ad Rostra, ut oratio ibi haberetur in laudem defuncti; ut notum est ex infinitis Auctorum locis, adeo ut vix ignorent illi, qui a primo saltem limine has literas politiores gustarunt. Dum vero laudatio perageretur, lectos deponebant sub aediculis, quas ligneas fuisse docet nos Polybius lib. VI. Mortui ipsi, quorum laus esset recitanda, erigebantur plerumque, & tamquam sensus adhuc illis inesset, quasi ad audiendum componebantur, Polyb. lib. VI. [a] *Confecta elatione perducitur cum reliquo ornatu in forum ad Rostra, aliquando quidem erectus, paullulum vero inclinatus.* Finita oratione, in rogum ferebant, prosequebanturque. Sed si ad rogum usque

(a) *Illo ipso tempore conficiebatur, & utique sic concipitur ipse sermo, ut praesentis temporis notam habeat.* Iacob. Gronovius.

ire non libebat, saltem extra portam prosequebantur, atque tum officio satisfecisse existimabantur. Hinc est illud apud Propertium.

Si piguit portas ultra procedere, at illud
Iussisses, lectum lentius ire meum.

Et huc pertinet Senecae querela Nat. Quaest. lib. III. cap. XVIII. *Quotusquisque funus domesticum ad rogum prosequitur? fratrum, propinquorum extrema hora deseritur, ad mortem nulli concurritur.* Caussa autem non ulterius prosequendi erat, vel coeli saepe inclementia, vel longitudo etiam viae. Nam cremare cadavera intra quindecim ab Vrbe stadia non licebat, quod cautum fuit anno V. C. septingentesimo decimo sexto, Appio Claudio, C. Norbano Coss. Dio libro XLVIII. *Praeterea edictum est, ne mortui cremarentur intra quindecim ab urbe stadia.* Atque hinc laudat illud δημοτικὸν Tiberii Suetonius cap. XXXII. *Quorumdam illustrium exsequias usque ad rogum frequentavit.* Praecurrere autem ad exsequiarum spectaculum magna frequentia plebs solebat. Statius Epicedio in Glauciam:

——— *plebs cuncta nefas, & praevia flerunt*
Agmina, Flaminio quae limite Milvius agger
Transvehit, immeritus flammis dum tristibus infans
Traditur. ———

Sic apud Graecos quoque. Philostratus in Herode: *Adolescentum manibus rapientes in Vrbem intulerunt, omni aetate lectum praeeunte.* Vni Scipioni habitus hic honos, ut qua praeterferretur eius cadaver, flores a populo iacerentur. Notat Plinius lib. XXI. cap. III. *Florum quidem Pop. Romanus honorem Scipioni tantum habuit. Serapio cognominabatur, propter similitudinem suarii cuiusdam negotiatoris. Ob id erat in tribunatu plebeii admodum gratus, dignusque Africanorum familia. Nec erat in bonis funeris impensa, Asses ergo contulit populus, ac funus elocavit; quaque praeferebatur, flores e prospectu omni sparsit.* Quum ventum iam ad rogum esset, qui magnificentiores, mulsum prosequutis propinabant. Videmus apud Livium De Bello Macedonico, lib. VIII. *Hunc Praetorem adeo amicum Corneliae familiae, ut qui Romae mortuum, elatumque P. Scipionem (est enim ea quoque fama) tradunt, pileatum, sicut in triumpho ierat, in funere quoque ante lectum isse, memoriae prodiderunt, & ad portam Capenam mulsum prosequutis funus dedisse.*

CAP. XXIII.

Funerae, quae dictae. Capite nudo, & capillo passo efferebant; item atratae, quum reliquae tantum anthracinatae. Genas radebant, donec id XII. Tabulae vetarent. Servii ineptia. Vbera quoque lacerabant.

Efferebant; feminis locus suus in exsequiis erat, non minus, quam viris. Et du-

cebant reliquum agmen item matres, coniuges, filiae, sorores, sanguine proximae; ad quas funus pertinebat, & *Funerae* dicebantur. Servius AEneid. IX. *Apud maiores Funeras dicebant eas ad quas funus pertinet, ut sororem, matrem*. In funere parentum filiae incedebant capite nudo, coma passa. Plutarchus Rom. Quaest. XIV. *Parentes efferunt filii quidem velatis, filiae vero nudis capitibus, & capillis solutis*. Nec hae tantum, sed quaecumque prosequebantur. Virgil. AEneid. III.

——— stant manibus arae,
Caeruleis moestae vittis atraque cupresso,
Et circum Iliades crinem de more solutae.

Petronius Satirico: *Quum virum extulisset, non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus*. Herodianus lib. I. *Solutis crinibus abiiciens se in terram nihil aliud, quam lugentis habitum prae se ferebat*. Quae genere proximae, atratae erant; reliquae propinquae, anthracinatae. Varro De Vita Pop. Rom. lib. III. *Propinquae anthracinis, proximae amiculo nigello, capillo demisso, sequerentur lectum*. Radebant quoque genas, ut doloris vehementiam testarentur. Servius AEneid. II. *Moris fuerat, ut ante rogos humanus sanguis effunderetur vel captivorum, vel gladiatorum; quorum si forte copia non fuisset feminae laniantes genas suum effundebant cruorem, ut rogis illa imago restitueretur*. Verum, o cerebrum Grammatici! non haec caussa, at illa, quam dixi. Sed postea vetuerunt Leg. XII. Tabularum. Plinius lib. XI. cap. XXXVII. *Infra oculos malae, homini tantum, quas Prisci genas vocabant, XII. Tabularum interdicto radi eas a feminis vetantes*. Habemus quoque apud Festum, & Cic. II. De Leg. Laniabant etiam mammas. Artemidorus lib. I. cap. XLII. *Ipsae enim (mulieres) in luctu etiam mammas laniant*. Propertius lib. II.

Tu vero nudum pectus lacerata sequare.

CAP. XXIV.

Immatura funera ad faces, & cereos elata. Faces eae olim e funibus, postea ex scirpo fieri solita.

MInora, & immatura funera, quum ante lucem id facerent, ut antea dixi, ad cereos, facesque efferebant. Testis mihi locuples Seneca loco non uno, De Brevitate Vitae cap. XX. *Istorum funera, tamquam minimum vixerint, ad faces, & cereos deducenda sunt*. Epist. CXXIII. *Quantulum enim a funere absunt, & quidem acerbo, qui ad faces, & cereos vivunt?* De Tranquillitate vitae lib. I. cap. XI. *Toties in vicinia mea conclamatum est, toties praeter limen immaturas exsequias fax, cereusque, praecessit*. Fiebant vero hae faces e scirpo. Plinius libro XVI. cap. XXXVII. *Nec in fruticum, nec in veprium, cauliumve, neque in herbarum, aut alio ullo, quam suo genere numerentur iure scirpi fragiles, palustresque ad tegulum, tegetesque; e quibus detracto cortice candelae luminibus, & funeribus serviunt*. Antiquitus tamen funes erant. Servius AEneid. I. *Funalia sunt, quae intra ceram sunt, atque sunt dicta a funibus, quos ante usum papyri cera circumdatos habuere maiores. Vnde & funera dicuntur, quod funes incensos mortuis praeferebant*.

CAP. XXV.

Pyra. Rogus. Bustum. Bustar. Quam longe abesse ab aedibus debuerit. Pyrae magnitudo pro qualitate defunctorum. Quadrangula, & aequis lateribus, quatuor tabulatis, iisque pictis. Arae instar formata. Cupresso circumdata. E quernis lignis exstructa, primo rudibus, mox politis; donec XII. Tabulae vetuerunt. Querna ligna postea viluerunt. Gradus in ea.

VEntum est ad pyram; videbimus quid illa, & quae ad illam. Nondum accensa *Pyra* dicebatur; quum accenderetur, *Rogus*; quum deflagrasset, *Bustum*. Servius AEneid. XI. *Pyra est lignorum congeries; Rogus, quum ardere coeperit, dicitur: Bustum vero iam exustum vocatur*. Si tamen ibi combustum tantum cadaver *Vstrina*, vocabatur. Festus: *Bustum proprie dicitur locus, in quo mortuus est combustus, & sepultus. Vbi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is locus ab urendo ustrina vocatur*. Apud Charisium quoque *Bustar*, invenio, lib. I. *Bustar, locus, ubi cremantur mortuorum corpora*. Leges XII. Tabularum volebant pedes sexaginta abesse ab aedibus alienis, nisi earum dominus consensisset; idque ad vitandum incendium. Cicero lib. II. De Leg. *Rogum, bustumve novum vetat propius sexaginta pedes adiici aedes alienas invito domino, incendium veretur acerbum*. Non enim sine periculo esse eventus docuit, quippe funere P. Clodii curia incensa, & conflagravit basis statuae Attii Navii, quae ante eam, & ambusta basilica Porcia [a]. Testes Dio lib. XL. Plinius lib. XXXIV. cap. V. & Asconius ad Milonianam. Faciebant autem grandem, pro qualitate defunctorum; docet Servius ad AEneid. IV. & VI. Et quidem ad arae instar. Inde dixit Virgil. AEn. VI.

——— aramque sepulcri
Congerere arboribus, caeloque educere tentant.

Servius: *Pyram dicit, quae in modum arae lignis construi solebat*. Praeterea quadrangulam, & lateribus aeque latis. Herodianus lib.

[a] *Non recte nec loco videtur probare bonitatem legis, quae sexaginta pedes removebat ab aedibus alienis rogum, bustumve, ex eo, quod contigit in crematione Clodii; neque enim id ad rem pertinet; & mirum non est, si quum ab Asconio populus dicatur corpus P. Clodii in curiam intulisse, cremavisseque subselliis & tribunalibus, & mensis, & codicibus librariorum, ipsa quoque curia flagraverit. Res plane aliena ab ordinarii moris funere, perinde ut fuit funus Iulii Caesaris, quod describentem Suetonium citat; unde non debuit scribi*: Ac subsellia integra cremari pro iis coepta; *neque enim turbidae plebis furor pertinet ad mores, vel consuetudines, aut eis initium, vel modus, ab tali improbo facinore iniungi potest.* Iac. Gronovius.

lib. VI. *Qua latissime campus patet suggestus quidam specie quadrangula, lateribus aequis adsurgit, nulla praeterquam lignorum ingentium materia compactus in tabernaculi formam*. Nonnus Dionys. XXXVII.

Extruxere rogum pedibus centum undique celsum.

Quatuor quoque erant quasi tabulata, in quorum inferiore stramina erant posita, quae facile flammam incensa conciperent; in proximo flores, in tertio tura, reliquaque aromata, in quarto vestes pretiosissimae ex auro, argento, bysso, purpuraque. Clare docet Statius Theb. VI.

——— ima virent agresti stramina cultu,
Proxima gramineis operosior area sertis,
Et picturatus morituris floribus agger.
Tertius adsurgens Arabum strue tollitur ordo
Eoas complexus opes, incanaque glebis
Tura, & ab antiquo durantia cinnama Belo:
Summa crepant auro. ———

Paullatim vero superiora decrescebant, & erant minora, ad instar phari. Herodianus lib. IV. *Supra vero alterum, minusculum quidem positum est, sed forma, & ornatu persimile, portis, ianuisque patentibus. Tertiumque item, & quartum semper superiore contractius; ac deinceps alia, donec ad extremum, quod est omnium brevissimum, perveniatur* [a]. Tota autem pyra picta erat. Plinius lib. XXXV. cap. VII. *Et pericula expingimus, ne quis miretur, & rogos pingi*. Herodianus loco citato: *Id quidem* (loquitur de rogo) *interius totum est aridis fomitibus oppletum, extra autem intextis auro stragulis, atque eboreis signis, variisque picturis exornatum*. Struebant vero ex lignis quernis. Virgilius AEneid. VI.

Principio pinguem tedis, & robore secto
Ingentem struxere pyram. ———

Sophocles Trachiniis:

Deinde robur altiradicum manu
Tondens, & oleam agrestem multam masculam,
Pyram exstrue, inque hanc corpus infelix iace.

Apud Homerum Iliad. Ψ. in extruenda pyra Patrocli:

Adgressi saeva mox robora celsa bipenni
Festini secuere. ———

Primo quidem rudia erant, & impolita; deinde poliri ea, & asciari coepta; donec leges XII. Tabularum iterum prohibuerunt. Cicero II. De Leg. *Hoc plus*, inquit, *ne facito. Rogum ascia ne polito*. Postea adeo e-

Meursii Tom. V.

(a) Exibeo heic Romanum nummum, in quo huiusmodi pyra exstat.

viluerunt, ut vix populari rogo sint adhibita. Statius Theb. XII.

——— nec robora vilem
Struxerunt de more rogum, nec bellicus agger
Curribus, & clypeis, Graiorumque omnibus armis
Sternitur. ———

Lucanus lib. VIII.

Da vilem Magno plebeii funeris arcam,
Quae lacerum corpus siccos effundat in ignes;
Robora non desint misero, nec sordidus ustor.

Ac subsellia integra cremari pro iis coepta, & quidquid tale. Suetonius Iulio cap. LXXXIV. *Virgulta arida, & cum subselliis, tribunalia quidquid praeterea ad domum aderat, congessit*. Dio lib. XL. *Corpus Clodii sublatum ad curiam honeste collocatum tulerunt, idque rogo ex subselliis constructo, quum ipsa curia combusserunt*. Circumdabat autem universam cupressus. Virgilius:

Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris
Intexunt latus, & ferales ante cupressos
Constituunt. ———

Servius: *Varro dicit pyras, ideo cupresso circumdari, propter gravem ustrinae odorem, ne eo offendatur populi circumstantis corona*. Et idem colligere ex Statio est, Theb. lib. VI.

Tristibus interea ramis, teneraque cupresso
Damnatus flammae torus, & puerile pheretrum,
Texitur. ———

Erant vero certi gradus in illa. Ecce AEneid. IV. Anna Didoni sorori in rogo iam ardenti opitulatura accurrens:

——— gradus evaserat altos
Semianimemque sinu germanam amplexa fovebat
Cum gemitu. ———

CAP. XXVI.

Oculi in rogo aperti. Facem, qui iniecerint, & quomodo. Impensae rogi. Earum magna pars plerumque donata ab amicis; item diripi solita a scurris. Legibus obviam itum est. Cicero correctus. Lycurgi institutum. Pythagoricus mos. Venti observati, & invocati. Aliquando denis virorum cadaveribus singula mulierum addita. Membrum abscindere mortuo quid.

PER hos adscendebant ad fastigium, & lectum rogo imponebant. Quum imposuissent, oculos iterum, quos antea domi condiderant, clauserantque aperiebant. Plinius lib. XI. cap. XXXVII. *Morientibus illos* (*oculos*) *operire, rursusque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sacrum est. Ita more condito, ut neque ab homine supremum eos spectari fas sit, & caelo non ostendi*. Deinde accendebant, & quidem parentes, vel filii, vel genere proximi. Lucretius lib. VI. extremo:

Namque suos consanguineos aliena rogorum
Insuper exstructa ingenti clamore locabant,

Subdebantque faces. ———
Hercules ipse apud Sophoclem Trachiniis, ubi filio Hyllo praecepta sepulcralia dat, iubet.

Piaque piceam dextera prendens facem,
Accende. ———

Idem faciebant parentes. Calpurnius Declamat. contra divitem XXVIII. *Ego autem quid faciam? laqueum filiae solvam, an flammeum superponam? facem nubenti praeferam, an rogum iacentis accendam?* Statius Epicedio Pileti:

——— *miserum est primaeva parenti*
Pignora, surgentesque nefas accendere natos.

Lucanus lib. II.

——— *ceu morte parentem,*
Gnatorum orbatum longum producere funus,
Ad tumulum iubet ipse dolor, iuvat ignibus atris
Inseruisse manus, constructoque aggere busti
Ipsum atras tenuisse faces. ———

Vel uxores quoque. Cornelia Pompeii apud eumdem Lucanum lib. IX.

Ergo indigna fui, dixit, Fortuna, marito
Accendisse rogum? ———

In Imperatorum funere faciebat Imperii heres, & is, plerumque filius. Herodianus lib. IV. *Quae ubi celebrata sunt, facem capit Imperii successor, eamque tabernaculo admovet.* Quod si contigisset novam nuptam, ipso nuptiarum tempore excedere, tum facibus nuptialibus rogum accendebant. Heliodorus docet AEthiopic. lib. II. *Eadem autem nocte, qua marito accubuerat, mortua est, infelix, quum fulmen quoddam, seu manu excitatus ignis in cubile incidisset. Atque ita hymenaeum, qui canebatur adhuc, excipit luctus, & ex thalamo ad sepulcrum deducebatur, & faces, quae lumen ediderant nuptiales, eaedem ipsae funebrem rogum succendebant.* Et clarissime Seneca quoque libro VI. Declam. VI. *Versae sunt in exsequias nuptiae, genialisque lectus mutatus est in funebrem. Subiectae sunt rogo infelices faces.* Ecce, faces vocat *infelices*, quia destinatae gaudio adhibebantur luctui. Incendebant vero aversi, Virgil. in funere Miseni AEneid. VI.

——— *pars ingenti subiere pheretro*
Triste ministerium, & subiectam more parentum
Aversi tenuere facem. ———

Comburebant, & multa alia, quae iniecerant, puta tus, & talia. Virgilius, loco citato:

——— *congesta cremantur*
Turea dona, dapes, fuso crateres olivo.

Gemmas quoque, aurum, argentum, & pretiosas vestes. Statius Thebaid. VI. in funere Archemori:

Ditantur flammae; non umquam opulentior illo
Ante cinis, crepitant gemmae, atque immane liquescit
Argentum, & pictis exsudat vestibus aurum.

Etymologici Auctor: *Veteres, quae pulcerrima, & pretiosissima habebant, mortuis in honorem inspergebant.* Plutarchus in Sulla: *Ferunt tantum a mulieribus aromatum Sullae ingestum, ut praeter ea, quae in CCX. pheretris illata sunt, iustae magnitudinis imago ipsius efficta sit, atque lictoris, ex ture pretioso, & cinnamomo.* Ipsi quoque servi, etsi alias sine ture ullo, aut aromate cremati per vespillones, hunc honorem tulerunt a dominis, quibus supra modum erant chari. Papinius in Epicedio Pileti Vrsi servi:

——— *sed nec servilis ademto*
Ignis, odoriferos exhausit flamma Sabaeos,
Et Cilicum messes, Phariaeque exemta volucri
Cinnama, & Assyrio manantes gramine succos.

Et diripiebant haec saepe scurrae semicremata. Martialis locus est, qui docet lib. XI. epigr. LV.

Vnguenta, & casias, & olentem funera myrrham,
Turaque de medio semicremata rogo;
Et quae de Stygio rapuisti cinnama lecto,
Improbe de turpi, Zoile, redde sinu.

Donabantur autem plerumque ab amicis. Statius lib. V. Sylv.

——— *quis carmine digno*
Exsequias, & dona malae feralia pompae
Perlegat? omne illic stipatum examine longo
Ver Arabum, Ciliciumque fluit, floresque Sabaei,
Indorumque arsura seges, praereptaque templis
Tura ———

Suetonius Iulii capit. LXXXIV. *Praeferentibus munera, quia suffecturus dies non videbatur, praeceptum est, ut omisso ordine, quibus quisque vellet itineribus urbis, portaret in campum,* Herodianus lib. IV. *Igitur lecto in secundum tabernaculum sublato, aromata, & suffimenta omnis generis fructus, herbasque, succosque omnes odoratos conquirunt, atque acervatim effundunt; quippe neque gens est, neque civitas, neque qui honore ullo, aut dignitate praecellat, quin certatim pro se quisque suprema illa munera principis honori deferant.* Haec ipsa intelligit Martialis lib. VI. epigr. LXII.

Amisit pater unicum Silanus.
Cessas mittere munera, Appiane?

Quod ad vestes, inhibuit Solon, & lege lata vetuit, ne plures tribus iniicerentur. Plutarchus in Vita eius: *Bovem vero immolare non permisit, neque plura tribus vestimenta in rogum addere.* Hinc illa Romae de tribus riciniis, ex XII. Tabulis. Cicero II. De Leg. *Nam de tribus riciniis, & pleraque illa Solonis sunt.* De auro, vetuerunt quoque XII. & erat in earum legibus: NEVE. AVRVM ADDITO. AST. QVOI. AVRO. DENTES VINCTI. ESONT. IM. CVM. ILLO. SE PELIRE. VREREVE. SE FRAVDE. ESTO. Ita corrigo apud Ciceronem lib. II. De Leg. Male enim hodie legitur: VT. QVOI. AVRO. DENTES. VINCTI. ESSENT. ASTIM. CVM. ILLO. &c. Sed & legem tulit L. Sulla Dictator, quam tamen in Metellae coniugis funere ipse transgressus est. Etiam Lycurgus sustulit morem de pretiosis vestibus, vo-

voluitque, ut Spartani sui puniceo tantum amiculo, oleaeque foliis involutum tumulo componerent. Plutarchus auctor nobis est in Vita eius, & Institutis Laconicis. Atque hinc intelligendus Artemidorus lib. IV. cap. LIX. *Cum mortuis oleas efferunt*. Et Chion in Epistola ad Platonem: *Et sacra omnia, & auguria, & omnia vaticinia mortem mihi significant opere hoc perfecto. Quin & in somno mulier divina forma, & magnitudine visa est redimire me oleastro, & taeniis, ac paulo post commonstrare splendidum monumentum, dicens: Quum defunctus eris Chion, in hoc monumento quiesces*. Pythagorici in myrti, oleae, & populi nigrae foliis involvebant suos mortuos, eumque morem imitatus Varro. Plinius lib. XXXV. cap. XII. *Quin & defunctos sese multi fictilibus doliis condi maluere, sicut M. Varro Pythagorico modo, in myrti, & oleae, atque populi nigrae foliis*. Hoc quoque attendendum, sedulo illis ventos observatos fuisse, qui si vehementes, ut cito deflagraret pyra, bonum esse omen existimabatur. Plutarchus in Sulla: *Ventus cum procella in rogum incubuit, multaque flamma excitata corpus cremavit*. Et mox addit: *Vt videatur Fortuna eius quoque funus curasse*. Sic apud Homerum Iliad. Ψ. in funere Patrocli supplicat ventis Achilles.

Tunc heros aliud Pelides volvere mente,
Ac supplex ventorum animas orare duorum,
Et Boreae, & Zephyri, promittens plurima sacra.
Multa etiam aurato libans cratere rogabat
Exsequias irent rapidi, flammasque iuvarent.

Et ad Achillis imitationem, Antoninus apud Herodianum lib. IV. *Phialamque manu tenens, vinumque libans, ventos precabatur*. Bacchus in funere Opheltae apud Nonnum lib. XXXVII.

——— Eurum errantem Oriente vocavit
Ocius ingerere in tumulum contraria flabra.

Propertius lib. IV.

Cur ventos non ipse rogis, ingrate, petisti?

Quandoque etiam, si multa essent cadavera cremanda, puta grassante pestilentia, aut magna aliqua strage edita, ut citius arderent, denis virorum corporibus unum muliebre addebant. Macrobius Saturnal. lib. VII. cap. VII. *Si quando usu veniret, ut plura corpora simul incenderentur, solitos fuisse funerum ministros denis virorum corporibus singula muliebria adiicere, & unius adiutu, quasi natura flammei, & ideo celeriter ardentis, cetera flagrabant*. Illud unum adhuc mihi hic adnotandum. Non totum cadaver comburebant, sed digitum abscindebant, ad quem iusta postea facerent, atque hoc *Membrum abscindere*, adpellabant. Festus: *Membrum abscindi mortuo dicebatur, quum digitus eius decidebatur, ad quod servatum iusta fierent reliquo corpore combusto*.

CAP. XXVII.

Flamma vino extincta, in puerili funere lacte. Rogi circumitio. In funere Imperatorum Aquila emitti e quarto rogi tabulato solita, quae animam in caelum deferre credebatur. Osse conspecto defuncti divinitas credita. Vniversus ritus colligendorum cinerum, & condendorum. Quid componere mortuum, & funus facere. Ollae in urnis. Duodecim Tabularum de sepultura placitum. Coma secta, & imposita. In violento funere excusata caedes. Salus data mortuis. Exsequiantes lustrati, & dictum, Ilicet.

QVum iam combustum crederent, ac residere flamma inciperet, porro extinguebant rogum. Statius Theb. VI.

Finis erat, lapsusque putres iam Mulciber ibat
In cineres, instant flammis, multoque soporant
Imbre rogum. ———

Faciebant vero id vino, nempe in claris funeribus. Quintus Smyrnaeus lib. III. in funere Achillis:

Tunc vino extinxere rogum. ———

Achilles ipse Iliad. Ψ. in funere Patrocli:

Prima rogum nigro properate extinguere vino
Qua flammae vis quumque fuit grassata, deinde
Ossa Menoetiadae nostri suprema legemus.

Nonnus Dionys. lib. XXXVII.

——— alternantique patella
Busta viri fuso extinxerunt rore Lyaei.

Et domini quoque fecerunt aliquando in funere servorum carorum. Statius Epicedio Pileti Vrsi servi:

——— nec non tibi Setia canos
Restinxit cineres, gremio nec lubricus ossa
Quod vallavit Onyx, miseris acceptius umbris,
Quam gemitus, ———

Puerorum rogi solo lacte restinguebantur, & quidem a matribus. Idem Statius Epicedio in filium:

Si qua sub uberibus plenis ad funera natos
Ipsa gradu labente tulit, madidumque cecidit
Pectus, & ardentes restinxit lacte favillas.

Circumibant deinde rogum filii in funere domestico, vel genere proximi. Plutarchus ex Varrone Rom. Quaest. XIV. *Etenim in exsequiis, ut Varro inquit, circumeunt, honorantes parentum monumenta, ut diis sacra*. At vero in publico, universus populus. Herodianus lib. IV. *Vbi vero ingens aromatum acervus aggestus est, ac locus omnis expletus, tum circa aedificium illud adequitant, universis equestris ordinis certa quadam lege, ac recursu, motuque pyrrichio, numeroque in orbem decurrentibus*. Dio lib. LVI. in funere Augusti: *Postquam cadaver rogo in Campo Martio impositum fuit, primum omnes Pontifices id circumierunt, deinde equites tum legio-*

legionarii, reliquique milites, & ii demum, qui custodiae praefuerant. Quintilianus Declam. CCCXXIX. *Dum maxima multitudo quaeque, dum universus denique populus lustret, atque ambiat rogum*. Apud Virgilium in funere Pallantis:

Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter moestum funeris ignem
Lustravere in equis. ———

Vbi conflagrasset, in funere Imperatoris, Aquila emittebatur, quae animam defuncti in caelum referre credebatur. Dio, libro LVI. *Haec autem conflagrabat, Aquila vero ex ipsa emissa evolabat, tamquam, quae animam eius caelo inferret*. Emittebatur autem ex ultimo pyrae tabulato. Herodianus lib. IV. *Mox ab extremo, minimoque tabernaculo, tamquam e fastigio quodam, simul quum subiecto igni adscensura in aetherem Aquila dimittitur; quae in caelum creditur ipsam principis animam deferre* [a]. Mox colligere ossa, & cineres incipiebant, inventoque primo osse, eum, qui crematus, divinitatem esse consequutum dicebant. Plutarchus Rom. Quaest. XIV. *Et crematis parentibus, ubi primum in os inciderunt, deum esse eum, qui defunctus sit, dicunt*. Colligebant autem sanguine proximi, ut apud Tibullum:

——— *non hic mihi mater*
Quae legat in moestos ossa perusta sinus.

Vel his deficientibus heredes. Martialis, libro VIII.

Ossaque defunctis licet olim non legat heres,
Hoc sibi iam Picens praestitit officium.

Principum, vel Imperatorum reliquias legebant Consules, vel equestris ordinis primi. Suetonius Augusto cap. C. *Reliquias legerunt primores equestris ordinis, tunicati, & discincti, pedibusque nudis*. Et hoc faciebant discincti, ut adparet ex citato Suetonii loco, item isto Tibulli lib. III. eleg. II.

Pars quae sola mei superabit corporis, ossa
Incinctae nigra candida veste legant,

Ergo errat vir doctus, qui soli Augusto hoc factum putat, quod omnibus fiebat; atque ex aliqua causa, quod ex more, ac religione. Hic vero erat universus ritus. Primum mortui manes invocabant, tum lotis manibus ossa legebant, vino, & lacte perfundebant, ventis siccanda exponebant, siccata aromatibus, & odoribus commixta reponebant, reliquiis deinde lacrimas superfundebant. Clare haec omnia docet nos unus Tibullus loco citato:

Ergo ego quum tenuem fuero mutatus in umbram,
Candidaque ossa super nigra favilla teget.
Ante meum veniat longos incomta capillos,
Et fleat ante meum moesta Neaera rogum.
Sed veniat carae matris comitata dolore;
Moereat haec genero, moereat illa viro.
Praefatae ante meos manes, animamque, rigatae,
Perfusaeque pias ante liquore manus;
Pars quae sola mei superabit corporis, ossa
Incinctae nigra candida veste legant,
Et primum annoso spargant collecta Lyaeo,
Mox etiam niveo fundere lacte parent.
Post haec carbaseis humorem tollere ventis,
Atque in marmorea ponere sicca domo.
Illic quas mittit dives Panchaia merces,
Eoique Arabes, dives & Assyria;
Et nostri memores lacrimae mittantur eodem.
Sic ego componi versus in ossa velim.

Vino perfusa fuisse, etiam Prudentius meminit De Coronis, Hymno VI.

Tum de corporibus sacris favillae,
Et perfusa mero rigantur ossa.

Virgilius AEneid. VI.

Postquam collapsi cineres, & flamma quievit,
Reliquias vino, & bibulam lavere favillam,
Ossaque lecta cado texit Chorineus eburno.

Et hoc *componere mortuum*, dicebant. Tibullus:

Sic ego componi versus in ossa velim.

Horat. lib. I. Sat. IX.

Interpellandi locus hic erat, Est tibi mater?
Cognati, queis te salvo est opus? Haud mihi quisquam;
Omnes composui. Felices. ———

Ausonius Parent.

Gaudent compositi cineres sua nomina dici.

Improprie Persius de nondum combusto:

——— *tandemque beatulus alto*
Compositus lecto, crassisque lutatus amomis.

Etiam *Funus facere*. Cicero II. De Leg. *Homini mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat*. Et eleganter Plautus Menaechmis.

Fecisti funus absenti me prandio.

Sed generaliter tamen hoc usurpabatur de eo, qui dominus funeris, ad quem tota cura pertinebat. Ita intelligi debet apud Festum: *Praetexta pulla nulli alii licebat uti, quam ei, qui funus faciebat*. Acron: *Funus praestare* posuit pro eodem, apud Horat. lib. I. epist. VII. Vrnae vero hae, in quibus condebant, plures aliquando ollas continebant; & videre est expressam figuram *Inscriptionum Smetianarum*, fol. CXXXIV. Aliquando autem simplex tantum olla erat. Sic in isto Vetere Lapide:

IVLIAE. PLEBEIAE.
IN. HONOREM.
ALEXANDRI. ET. DEMETRI. CAESARIS. AVG. L.
EX. DECRETO. DECVR.
OLLA. PVBLICE. DATA. EST.

Et in alio:

Q. IVLIVS. HERMES. FECIT.
DVAS. OLLAS. COSERVAE. SVAE.

Propertius lib. IV. *Amphoram* vocavit;

Sit tumulus lenae curto vetus amphora collo.

Nec in urnis quoque semper condebant, sed & in templis spargebant nonnulli. Lucanus libro IX.

Ossibus, & tepida vestes implere favilla,
Quid-

[a] Hinc Aquila adponitur in nummis Romanorum, ut consecratio indicetur; sed Pavus ad feminae apotheosin significandam.

Quidquid ab extincto licuisset tollere busto,
Et templis sparsura deum. ———

Lex XII. Tabularum vetuit alibi sepeliri, quam in loco ubi combustum cadaver esset; nisi si quis militiae, aut peregre, mortuus fuisset. Cicero II. De Leg. *Homini*, inquit, *mortuo, ossa ne legito, quo post funus faciat. Excipit bellicam, peregrinamque, mortem.* Itaque legitur apud Virgilium AEneid. libro XI.

Moerentes altum cinerem, & confusa ruebant
Ossa focis, tepidoque onerabant aggere terrae.

Quum sepeliissent, etiam comam tondebant, & imponebant tumulo. Ovidius in Epistola Canaces:

Non mihi te licuit lacrimis perfundere iustis,
In tua nec tonsas ferre sepulcra comas.

Statius Thebaid. VI.

At genitor sceptrique decus, cultusque Tonantis,
Iniicit ipse rogis, tergoque & pectore fusam
Caesariem ferro minuit. ———

Homerus Iliad. Ψ.

Haud capite mihi fas ullas infundere lymphas,
Ante rogum cari monumentaque summa Patrocli,
Abscissamque comam. ———

Et Odyss. Δ.

Vnus honos vita exutis supremus habetur,
Et crinem metere, & lacrimas impendere fato.

Apud nullum fere poetam non mentio huius moris. Catullus in Nuptiis Pelei, Ovidius Metamorphos. III. Bion in Epitaphio Adonidis, Solinus cap. XV. Philostratus in imagine Hippolyti, Quintus Calaber libro III. Nonnulli ad cutem usque radebant. Alcaeus in Epigramm. Graecis Antholog.

Omnis te extinctum Pylade nunc Graecia deflet,
Explicitas amens in cute tonsa comas.

Thessali equorum quoque iubas detondebant, ut est apud Plutarchum in Pelopida. Si violento fato decessissent, puta interfecti, aut ferro, aut veneno, excusantes inter sepeliendum SE NON FECISSE dicebant. Quintilianus Declamat. XI. *Miser ego nec ad cadavera accessi, nec in sepulcra maiorum meis manibus intuli, nec licuit super ipsa corpora proclamare*, NON FECI. Post haec, peractis iam omnibus funeralibus, parentes, & amici *Salve*, atque *Vale* supremum sepulto dicebant. Statius Sylv. lib. III. in Lacrimis Etrusci:

Salve supremum genitor mitissime patrum,
Supremumque Vale. ———

AEneas in Funere Pallantis:

——— *Salve aeternum mihi maxime Palla,*
AEternumque Vale. ———

Servius: *Varro in libris Logistoricis dicit, idem mortuis Salve, & Vale, dici, non quod valere, aut salvi esse, possint, sed quod ab his recedimus eos numquam visuri.* Haec novissima verba adpellat Virgilius. Nec ita simpliciter dicebant, sed *Vale*, aut *Salve. nos te ordine, quo Natura permiserit, cuncti sequemur.* Docet Servius ad AEneid. III. Sed prius tamen, quam hoc fieret, dominus funeris eos, qui ad exsequias venerant, ter pura aqua adspergebat, ut ita pollutos a funere lustraret, purgaretque. Virgil. AEneid. VI.

Idem ter socios pura circumtulit unda,
Spargens rore levi, & ramo felicis olivae;
Lustravitque viros, dixitque novissima verba.

Huius adspersionis quoque mentio apud Festum est. Adspergillum erat oleaginum. Hinc illud:

——— *ramo felicis olivae.*

Deinde abstinebat a naenia sua praefica, & ILICET populo dicebat. Servius: *Tamdiu stabat (populus) respondens fletibus praeficae, quamdiu consumto cadavere, & collectis cineribus, dicebat novissimum verbum*, ILICET.

CAP. XXVIII.

Domum reversi sese purgabant. Quale id purgationis genus. Suffitio. Sulphuris in hac usus, & lauri. Quis primus aedes purgaverit.

A Funere domum reversi ignem supergrediebantur, atque ita se porro purgabant, eaque *Suffitio* dicebatur. Festus: *Funus prosequuti redeuntes ignem supergrediebantur aqua adspersi, quod purgationis genus vocabant Suffitionem.* Graecos quoque post funus se purgasse constat ex Diogene Laertio lib. VIII. *Propterea purgasse ipsum, & a funere reversum, & a puerpera, & ab omni cetero inquinamento.* AEdes quoque ipsas purgabant, e quibus funus elatum; & sulphuris ad eam rem magnus usus, quemadmodum in omnibus purgationibus. Plinius libro XXXV. cap. XV. *Habet & in religionibus locum sulphur, ad expiandas suffitu domos.* Sed & laurus usitata; nam Festus in Laureati milites scribit: *Laurum omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat.* Fluxit hic purgandi mos ab Epimenide, qui primus id fecisse traditur. Diogenes Laertius in Vita eius: *Dicitur & ipse primus domos, agrosque purgasse.*

CAP. XXIX.

Novendialia. Libatio, & in ea sanguis, ac lac. Vinum quoque, sed id vetitum postea. Respersum vinum. Murrata potio. Flores item, & taeniae, e lana. Frondes e lauro, vel caprifico, si inimici essent. Coronae oblongae, sed & illae vetitae; sacrae AEsculapio, & Laribus. Libatio in summo tumulo facta.

POst sepulturam fiebant libationes; erigebantur in sepulcro columnae, & pyramides, ponebantur inscriptiones, dabantur ludi, habebantur funebres laudationes, ac postremo epulum erat. Praeit hunc ordinem

nem Lucianus De Luctu: *Nam libationes, pyramides, columnae, tituli, ad breve tempus duratura, an non supervacanea, & ludicris simillima? Sunt vero, qui ludos quoque constituant ad sepulcrum, ac funebres orationes habeant perinde quasi patrocinentur, ac testimonium perhibeant defuncto apud inferos iudices. Post haec omnia superest exsequialis coena.* Quod ad libationem attinet, sacrificium, & epulas; iterabant ea quotannis, & Parentalia adpellabant. Libatio, sacrificium, epulum nono fiebant die, qui ultimus funeralium. Donat. ad Phorm. *In nuptiis septimus dies instaurationem voti habet, ut in funere nonus, quo parentalia concluduntur.* Apuleius Milef. IX. *Iamque nono die rite completis apud tumulum solennibus, familiam supellectilemque, omnia iumenta ad hereditariam deducit actionem.* Scimus etiam ex Virgilio, & Statio. Et *Novendialia* dicebantur. Glossae: *Novendialia*, ἔννατα ἐπὶ νεκρῷ ἀγόμενα. Percurram autem omnia singillatim. In libatione sanguis, & lac erant. Virgilius AEneid. lib. III.

Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis & sacri pateras, animamque sepulcro,
Condimus. ——

Statius in funere Archemori Theb. VI.

Spumantesque mero paterae verguntur, & atri
Sanguinis, & rapti gratissima cymbia lactis.

Sophocles in Electra solius lactis meminit:

Vbi ad sepulcrum patris antiquum fui,
Enata tumulo de supremo contuor
Fluenta lactis. ——

Lutatius ad Statii locum, quem produximus: *Libatio duabus rebus expeditur, lacte, & sanguine, quod alterum eorum alimonium sit vitae retinendae; alterum virium continendarum, quia vita hominum his rebus iuvatur, etiam propterea sepulturae commendare solent.* Sed vinum quoque addebant. Vidimus iam in Statii verbis. Nonnus Dionys. XXXVII.

—— *tristi comitante Lyaeo*
Asterius ducens Dictaeum sanguine iunctum
Cnossia pocla tenens nigro spumantia vino,
Suaveodora, sola effundens terrae ebria fecit,
Funus Arestoridae supremoque auxit honore.

Virgilius AEneid. V.

Hic duo rite mero libans carchesia Baccho
Fundit humi. ——

Et hoc *Respersum vinum* dicebatur. Festus: *Respersum vinum significat apud Antiquos, quia in sacris Novendialibus vino mortui sepulcrum spargebatur.* Sed vetuit postea lex Postumia Numae. Plinius lib. XIV. cap. XII. *Numae regis Postumia lex est; vino rogum ne respergito.* Postea murratam potionem adhibuerunt, sed & hanc vetuerunt XII. Tabulae. Festus: *Murrata potione usos Antiquos indicio est, quod etiam nunc AEdiles per supplicationes diis addunt ad pulvinaria, & quod XII. Tabulis cavetur, ne mortuo indatur.* Meminit item *Sumtuosae respersionis* prohibitae Cicero II. De Leg. Addebant quoque flores. Virgilius AEneid. V.

Hic duo rite mero libans carchesia Baccho
Fundit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro,
Purpureosque iacit flores. ——

Sophocles Electra:

—— *& coronatum undique*
Bustum parentis generis omnis floribus

Hinc Persius illustrandus:

—— *nunc non e manibus illis,*
Nunc non e tumulo, fortunataque favilla,
Nascentur violae. ——

Et observa purpureos flores a Marone nominari, & tales praecipue erant; puta violae, quarum Persius meminit, & rosae, quarum Propertius lib. I. eleg. XVII.

Molliter & tenera poneret ossa rosa.

Et in vetere Epitaphio:

QVOTIENS. QVIS. EORVM. SVIS. CORONAS. PONENT. ET. ARAM. NOSTRAM. CORONENT.

Imo curabant sibi quotannis fieri nonnulli. Lapis vetus testatur:

CENTENI. QVINQVAGENI. QVODANNIS. DARENTVR. VT. EX. EA. SVMMA. SICVT. SOLITI. SVNT. ARCA. PVBLICIORVM. FLAVIANI. ET. ITALICI. FILIORVM. ET. ARCAM. IN. QVA. POSITA. EST. FLAVIA. SALVTARIS. VXOR. EIVS. ROSIS. EXORNENT.

Rationem purpurei coloris reddit Servius: *Purpureos flores, ad sanguinis imitationem, in quo est sedes animae.* Atque errat Statii Interpres Lutatius, qui inquit: *Flores sparguntur in honorem mortuorum infantum.* Nam promiscue omnibus id fiebat. Ferebant etiam lanam. Varro De Ling. Lat. lib. VI, *Quum ad sepulcrum ferunt frondes, atque flores, addunt nunc etiam lanam.* Videmus item in Magnae Matris luctu apud Arnob. libro VI. *Quid coronae? quid violae? quid volucra mollium velamenta lanarum?* Et certae erant taeniae e lana. Caecilius apud Festum:

Sepulcrum plenum taeniarum, ita ut solet.

Propertius lib. III.

Et strigis inventae per busta iacentia plumae,
Cinctaque funesto lanea vitta viro.

Meminit Varro quoque frondium, ut videmus. Illae erant e lauro. Propert. lib. II.

Et sit in exiguo laurus superaddita busto.

Inimici vero caprifici folia ingerebant, eaque gravia sepultis existimabant, Hinc idem Propertius:

Vrgeat hunc supra vis caprifice tua.

Martialis lib. X. epigr. II.

Marmora Messalae findit caprificus, & audax
Dimidios Crispi mulio ridet equos.

Arnobius porro etiam coronas nominat loco citato; hae tales erant, quae sepulcro potius aptae, quam capiti, quippe longae. Cicero De Leg. lib. II. *Ne sumtuosa respersio, ne longae coronae, nec acerrae praetereantur.* Vetitae autem eae postea, quia sacrae diis quibusdam, inter hos AEsculapio. Aristides Sacrorum Serm. I. *Videbantur coronam mittere Deo ex longis, quales sunt*

sunt quas propria AEsculapio ferunt. Item Laribus. Festus: *Donaticae coronae magnificentiae causa institutae sunt super modum aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt, quum Lares ornantur*. Hoc etiam observandum, libationem hanc fieri solitam in summo sepulcro. Apud Euripidem in Oreste:

Sacrumque veniens ad Clytaemnestrae rogum,
Mel lacte mistum fundito, & spumans merum,
Summoque verba haec vertice e busti iace.
Has Helena mittit tristis inferias soror.

Item in Hecuba:

Polyxenamque Pyrrhus adprehendens manu,
Tumulo supremo constitit.

Item apud Sophoclem loco citato.

CAP. XXX.

Sacrificium Novendiale, idque ovilli generis, & nigri coloris. Ovis maxima hostia, & post bovem eam ne nominare quidem licebat. Olim bove fiebat, sed postea vetitum. Immolabatur in scrobe. Humanum sacrificium. Inferia. Quis haec primus fecerit.

SAcra etiam faciebant. Meminit vetus Lapis sepulcralis:

ARCAM. PVBLI CIORVM. FLAVIANI. ET. ITALICI FILIORVM. ET. ARCAM. IN. QVA POSITA. EST. FLAVIA. SALVTARIS VXOR. EIVS. ROSIS. EXORNENT. DE XXV. SACRIFICENTQ. EX. XX. HS.

Et hoc sacrificium *Novendiale* nominabant. Porphyrion ad Horatii Epod. in Canidiam: *Novendiale dicitur sacrificium, quod mortuo fit nona die, qua sepultus est*. Immolabant vero antiquissimi ovem, & quidem nigram. Apollonius lib. II. Argonaut.

——— *furvasque beatis*
Manibus inferias mactarunt rite bidentes.

Homerus Odyss. IX.

Vni Tiresiae nigram sacrabo bidentem.

Et oves quidem, quia maximam hanc esse hostiam Veteres censebant, ut ex Festi schedis cognoscimus. Adeoque lege cautum erat, ne bovem prius ove nominaret, qui mulctam indiceret. Testis Plinius lib. XVIII. cap. III. De maximae hostiae immolatione tradit Cicero II. De Leg. *Hostia maxima parentare, pietatis adiunctum putabat*. Postea etiam boves mactari coeperunt, donec Solon iterum lege prohibuit. Plutarchus in Vita eius. *Immolare bovem non permisit, neque vestes in rogum addere praeter tres*. Immolabant vero in effossa scrobe. Lycophron noster:

Vmbris hianti sanguinem obsipans solo.

Porphyrius De Nymph. Antro: *Diis consecrarunt templa, delubra, & aras: Heroibus vero focos; Manibus autem scrobes*. Vide plura, quae ad Lycophronem, si tanti. Atque hoc *Humanum sacrificium* dicebatur. Festus: *Humanum sacrificium dicebant, quod mortui caussa fiebat*. Item *Inferiae*. Idem Festus: *Inferiae, sacrificia, quae diis manibus inferebant*. Nam haec sacra pro mortuis diis manibus peragebantur. Nec propinquis tantum haec propinqui faciebant, sed etiam amici amicis, & maxime viris illustribus, quorum memoriam sanctam haberent, quorumque virtutes admirarentur. Suetonius Caligulae cap. III. De Germanico: *Sicubi clarorum virorum sepulcra cognosceret, inferias Manibus dabat*. Auctor horum omnium Diespiter, unde & vita functis imperare est creditus, teste Diodoro Siculo.

CAP. XXXI.

Columnae in sepulcris, & pyramides, Effigies in iis quoque mortuorum. Altitudinis modus constitutus a Demetrio. Hermae etiam ponebantur, & cur. Lucernae ex iis suspensae. Mensae item dicatae, & arae, quae inter parentandum vittis, & cupresso coronatae.

NVnc de columnis videamus, & pyramidibus. Isidorus lib. XV. cap. XI. *Apud maiores potentes aut in montibus, aut sub montibus sepeliebantur. Inde tractum est, ut super cadavera aut pyramides fierent, aut ingentes columnae collocarentur*. Et erant in his columnis effigies impositae mortuorum. Festus: *Ossa postea ex prodigiis, oraculorumque responsis, Senatus decreto intra Vrbem in Vulcanali, quod supra comitium, obruta sunt, superque ea columna cum ipsius effigie posita est*. Hinc apud Laertium lib. VI. in sepulcro Diogenis Cynici erecta columna legitur, cui pro sua effigie impositus canis, quia nimirum talis propter mores dicebatur: *Imposuerunt vero ipsi columnam, & in ea canem ex marmore Pario* [a]. In sepulcro quoque uxoris Charetis damalis imposita fuit columnae, quia ita dicta fuerat. Codinus in Constantinopoli: *Vxorem, quae sequuta ipsum erat, morbo tactam amittens, sepelivit, statuens ei aram, & columnam, in qua damalis ostenditur ex lapide polito*. In Isocratis columna Siren erat, cui propter orationis suavitatem comparabatur. Plutarchus in Vitis X. Rhet. *Isocratis monumento columna imposita erat cubitorum triginta, in qua Siren cubitorum septem*. Has porro columnas, qui magnificentiores, excelsas valde ponebant, & ecce illa Isocratis, quam dixi, triginta cubitorum erat. Sed modum altitudini nimis iam exorbitanti statuit postea Demetrius Phalereus, & ad tres cubitos reduxit. Cicero II. De Leg. *Super terrae tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis ne altiorem*. Neque singulas eas ponebant, sed multas quoque; puta in honoratiorum monumentis. Suidas: *Stesichorum dicunt Catanae sepultum ad portam ex eius nomine Stesichoream dictam, monumento habente octo columnas*. Nonnulli has cum Mercurii imagine faciebant. Cicero: *Nec Hermas*

[a] Hoc monumentum adhuc exstat Athenis, eiusque imaginem ex *Sponio*, & *Vhelero* repetere est.

mas hos, *quos vocant*, *licebat imponi*. In promtu ratio, quia nimirum ille est inter infernales deos, credebaturque animas ad inferos deducere. Et suspendebant in his lucernas. Dion in Domitiano: *Ac primum quidem columnam singulis sepulcralem addidit, cum nomine, & lucerna parva, qualis in monumentis pendet*. Atque huc pertinent illa Suetonii Augusto cap. XVIII. *Masgabae ante annum defuncti tumulum quum ex triclinio animadvertisset magna turba, multisque luminibus, frequentari, versum compositum ex tempore clare pronuntiavit:*

Κτίϛυ δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον.

Addebant item mensas. Plutarchus in Isocrate: *In his mensae erant sex, quae nunc perierunt*. Postea: *Erat & ipsi mensa proxima, ad quam poetae, eiusque discipuli*. Iterum in Vita Lycurgi Rhetoris: *Elatus vero & ipse, & nepotum aliqui funere publico, exstantque eorum monumenta contra Paeoniam Minervam, in horto Melanthii Philosophi, mensae elaboratae, & ipsae Lycurgi, eiusque filiorum, nominibus inscriptae, ad nostra usque tempora servatae*. Sane, & has adtigit cura Demetrii. Vide Ciceronem loco citato. Sed & aras ponebant. Vetus lapis:

L. FADIO. L. F
CAEDIANO. EQVITI
ROMAN. PIETATIS
RARISSIMAE. FILIO
CAEDIA. FESTA. MATER
INFELICISSIMA
MONVM. ET. ARAM FECIT
VIX. ANNIS. XXV
MENS. V. DIEB. IIII

Codinus loco citato. *Statuens ei & aram, & columnam*. Has autem, quum parentarent, vittis & cupresso coronabant. Virgil. AEneid. III.

Ergo instauramus Polydoro funus, & ingens
Adgeritur tumulo tellus, stant manibus arae
Caeruleis moestae vittis, atraque cupresso.

C A P. XXXII.

Inscriptio, & sculptura sepulcri, quibus permissa a Lycurgo. Modum constituit Plato. Memoriae. Monumenta. Γνωρίσματα.

INscriptiones praeterea erant, quae continebant defuncti nomen, genus, patriam; qua de re supra me dicere memini. Inscribebant quoque encomia, si praestantes viri essent. Diogenes Laertius in Vita Biantis: *Et magnifice ipsum extulit civitas, sepulcroque inscripsit:*

Ille Bias, decus Ioniae, quem clara Priene
Extulit, hoc saxo mortuus ossa tegit.

Et lib. II. in Vita Anaxagorae: *Defunctum vero honorifice sepelierunt Lampsaceni, sepulcro inscribentes:*

Dius Anaxagoras veri fastigia prendens,
Orbis honos superi, conditur hoc tumulo.

Lycurgus hoc Spartanis suis interdixit, nisi vir in bello, & mulier sancte, obiisset. Plutarchus in Vita eius. *Funus vero facientibus defunctum honestare inscriptione non licebat, nisi si in bello vir, mulier sancte spiritum reddidisset*. Iterum in Laconicis Institutis: *Sustulit etiam inscriptiones monumentorum, praeterquam eorum, qui in acie cecidissent*. Plato modum statuit, nec vult quatuor heroicos versus excedere. Lib. XII. De Leg. *Saxa vero monumentorum non maiora facere, quam quae recipere defuncti encomia possint non ampliora quatuor heroicis versibus*. Dicebantur vero *Memoriae*, & *Monumenta*. Servius. *Adparatus mortuorum funus dici solet; exstructio lignorum, rogus; subiectio ignis, pyra; crematio cadaveris, bustum; locus, ustrina; operis instructio, sepulcrum; inscriptum nomen, memoria, atque monumentum*. Neque aliud est *Memoria* in illis Ciceronis verbis: *Nec sepulcra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam*. Graeci adpellabant γνωρίσματα. Glossae: Γνωρίσματα τὰ ἐπὶ τάφων. *Monumenta*. Neque inscribebant tantum sepulcris, sed insculpebant quoque, si quid alicui praeclare in vita esset gestum. Cognoscimus ex Suetonii Claudio (a) cap. XLI. *Quum adnotasset insculptum monumento, militem Gallum ab equite Romano oppressum trahi crinibus, ad eam speciem exsiluit, caelumque adoravit*.

C A P. XXXIII.

Ludi funebres, & quis eorum auctor. Praemium in iis corona ex apio. Romae matronis spectare non licebat. Novendiales ludi. Simpludearia funera. Designatores, eorumque lictores, & quidem atrati. Dominus funeris etiam cum accenso, & lictore. Spectatores atrati, & in toga. Quae caussa institutionis.

OFferunt se nobis ludi, & certamina tam gymnica, quam equestria, quae in defunctorum magnatum honorem instituta. Sic AEneas Anchise apud Virgilium AEneid. V. Achilles Patroclo apud Homerum Iliad. Ψ. Bacchus Opheltae Nonni Dionys. XXXVII. Pater ille filio Archemoro apud Statium Thebaid. VI. Primus autem ea instituit Acastus, inde Theseus. Plinius lib. VII. cap. LVI. *Ludos gymnicos instituit in Arcadia Lycaon, funebres Acastus in Iolco, post eum Theseus in Isthmo*. Dabanturque in his coronae ex apio. Artemidorus lib. V. cap. LXXIX. *Ex apio corona aegrotantes perimit, & plerumque hydropicos, proppter frigidum, & humidum, & quia funebri certamini convenit*. Romani non permittebant matronis haec spectare. Adparet ex eo, quod Sempronius uxorem repudiaverit ob id factum. Plutarchus Rom. Quaest. XIV. *Tertius vero repudiavit uxorem Publius Sempronius, quod ludos funebres spectasset*. Et nota sunt munera gladiatoria, quae

(a) Ex Suetonii Nerone citandum fuerat observante *Gronovio*.

quae edi huic rei coeperunt, primo a Brutis in foro Boario. Valerius Maxim. lib. II. cap. IV. *Gladiatorum munus primum Romae datum est in foro Boario Appio Claudio M. Fulvio Coss. dederunt M. & D. Bruti funebri memoria patris cineres honorando*. Et *Novendiales* ludi dicebantur. Servius AEneid. V. *Etiam ludi, qui in mortuorum honorem celebrabantur, Novendiales dicuntur*. In nonnullis funeribus praeter ludos etiam desultores erant, & quae solos ludos haberent, ea funera *Simpludearia* adpellari consuevisse cognoscimus ex Festo. Ac protracti saepe hi ludi in aliquot dies. Ecce triduum apud Livium lib. XXIII. *M. AEmilio Lepido, qui bis Consul fuit, filii tres L. M. Q. ludos funebres per triduum, & gladiatorum paria* XXII. *per triduum in foro dederunt*. Plinius lib. XXXV. cap. VII. De L. Terentio: *Avo suo, a quo adoptatus fuerat, triginta paria in foro per triduum dedit*. Nonnumquam etiam quatriduum. Livius libro XXXI. *Ludi funebres eo anno per quatriduum in foro, mortis M. Valerii Laevini caussa*. Non dabant quidem ultro semper, sed poscebantur a plebe quoque; eo postea vesaniae perventum est. Suetonius Tiberio cap. XXXVII. *Quum Polentina plebs funus cuiusdam primipilaris non prius ex foro misisset, quam extorta pecunia per vim heredibus ad munus gladiatorium*. Qui praeerant his ludis, *Designatores* nominabantur. Donatus Adelph. Act. I. Sc. II. *Designatores dicti, qui ludis funebribus praesunt*. Dissentit Acron ad Horat. lib. I. epig. VII. *Designatores dicuntur, qui ad locum Libitinae funera praestanti conducuntur, ut defuncti cum honore efferantur*. Ergo explicabo, ne hic haereatur in posterum a quoquam. Designatores primum domi ordinabant omnia funeri curando, & ornando necessaria, atque in elatione suum cuique ordinem, & locum designabant, ut cum honore mortuus efferretur; deinde foris ludis praeerant, & suum unicuique, pro ordine quem teneret, locum dabant in spectaculo, ac scena. Priorem muneris partem Acron, posteriorem Donatus tradit. Vlpianus: *l. Athletas D. de his, qui not. infam. Designatores autem, quos Graeci βραβευτὰς adpellant, artem ludicram non facere Celsus probat, quia ministerium, non artem ludicram, exercent*. Vetus quoque Inscriptio:

T. STATILIVS. CALOCAERVS. NOMENCL
CVM. STATILIO. DIONYSIO. TRIB
LEG. XVI. FLAVIAE. ET. STATILIO
MVRONE. DISSIGNATORE. SCENAR
FILIIS

Quintilianus Declam. VI. *Lacrimas ipsas novissime perdo, inanis domi libitina plangitur, derisus designator redit, refertur rogus*. Seneca De Benef. lib. VI. cap. XXXVIII. *An tu Aruntium, & Ateium non putas eadem habere, quae designatores, & libitinarios, vota?* Cicero ad Attic. lib. IV. epist. III. *Desertus a suis vix iam Decimum designatorem, vix Gellium retinet*. Designatoribus his, ut pareret turba, dati honoris ergo lictores, & hi atrati, tamquam funerum ministri. Hinc Horatius lib. I. epist. VII.

——— dum ficus prima calorque,
Designatorem decorat lictoribus atris.

Prudentius περὶ στεφ. Hymno VI.

Hic flammante pyra niger minister.

Ipse etiam dominus funeris accenso, & lictoribus, utebatur. Cicero II. De Leg. *Reliqua sunt in more, funus, ut indicatur, si quid ludorum, dominusque funeris utatur accenso, atque lictoribus*. Spectabat autem populus atratus. Dio lib. LV. *Hic etiam gladiatorium munus in honorem Agrippae, & omnibus aliis, & ipsis quoque Augusti liberis pullatis, excepto tamen Augusto*. Et quidem in toga. Sed Tiberius [*] palliolatus spectavit praeter morem, propter valetudinem. Suetonius notat in Vita eius, cap. II. *Ob hanc eamdem valetudinem, & gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoriae patris edebat, palliolatus novo more praesedit*. Commodus totum aliquando populum penulatum spectare iussit, & id quoque praeter receptam consuetudinem. Lampridius in Vita eius. *Contra consuetudinem penulatos iussit spectatores, non togatos ad munus convenire, quod funeribus solebat*. Quid pote clarius? Fallitur ergo vir magnus, qui in funebri munere penulam censet fuisse, in alio togam. Imo plane contra, alia munera spectabant in penula. Suetonius Claudio cap. VI. *Et spectaculis advenienti adsurgere, & lacernas deponere solebat*. Et haec candida, convenitque color, ibi niger, hic albus. Martialis aperte testatur lib. IV. epigr. II.

Spectabat modo solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Quum plebs, & minor ordo, maximusque,
Sancto cum Duce candidus sederet.
Toto nix cecidit repente caelo,
Albis spectat Horatius lacernis.

Videndus idem Lemmate CXXXVII. lib. XIV. Si tamen pluvias, aut nives, metuerent, ne albae lanae inquinarentur, pullas penulas sumebant. Observare licet ex isto Horatii facto apud Martialem; & de Tiberio narrat Dio lib. LVII. *Pluvia vero in panegyri quadam ingruente, penulam pullam superinduit*. At quis finis horum ludorum? quae caussa? Nimirum, ut oblectamentis illis dolorem suum lenirent. Seneca ad Albinam capit. XVI. *Ferox, & adversus omne remedium contumax dolor est. Volumus eum interim obruere, & devorare gemitus, per ipsum tamen compositum, fictumque, vultum lacrimae profunduntur. Ludis interim, aut gladiatoribus, animum occupamus*.

[*] Claudius dicendum fuerat, animadvertente *Gronovio*

CAP. XXXIV.

Oratio funebris, eiusque origo, Romae in rostris habita, Athenis in Ceramico extra urbem. Concessus hic honos etiam mulieribus Romae, & qua de caussa. Laconum mos in regis funere.

ORationes quoque funebres habitae a filiis, & recitatae in iis defunctorum laudes. Hieronymus in Vita Nepotiani: *Moris quondam fuit, ut super cadavera defunctorum in concione pro Rostris laudes liberi dicerent, & instar lugubrium carminum ad fletus, & gemitus audientium pectora concitarent.* Philostratus in Heroicis: *Collocabant vero cadaver Athenienses, & Menestheus oratione celebravit, quem honorem Athenis habent in bello interfectis.* Vide Dionys. Halicarnass. lib. v. Primus Romae id fecit Valerius Publicola mortuo Bruto, & post eum institutum est, ut deinceps fieret in funere clarorum virorum. Plutarchus in Publicola: *Et funebrem illi orationem dixit, quae ita Romanis placuit, tantaque cum gratia excepta fuit, ut omnibus ex eo tempore praestantibus, magnisque viris haberi istum in funere honorem vellent.* Atque illas, quae semel dictae essent, servabant, ut in alio familiari funere iterum recitarentur. Cicero De Clar. Horat. *Nonnullae mortuorum laudationes forte delectant, & Hercules hae quidem exstant, ipsae enim familiae sua quasi ornamenta, ac monimenta, servabant, & ad usum, si quid eiusdem generis occidisset, & ad memoriam laudum domesticarum, & ad illustrandam nobilitatem suam.* Romani in Rostris faciebant, ut notum; Athenienses in Ceramico extra Vrbem. Suidas: *Duo erant Ceramici: hic intra urbem, ille vero extra; ubi & in bello mortuos publice sepeliebant, orationesque funebres recitabant.* Nec viris tantum concessus is honos apud Romanos, sed & matronis. Suetonius Iulio cap. VI. *Quaestor Iuliam amitam, uxoremque Corneliam, defunctas laudavit e more pro Rostris.* Dio lib. XXXIX. extremo, De Pompeii uxore in puerperio mortua: *Laudataque in foro est, & in Campo Martio sepulta.* Concessum in bello Gallico, quia quum redimenda ab hoste esset civitas, nec publicum aurum sufficeret, suum ipsae contulissent, ut a sacro abstineretur. Livius lib. v. ab V. C. *Iam ante in eo religio civitatis adparuerat, quod quum in publico deesset aurum, ex quo summa pactae mercedis Gallis confieret, a matronis collatum acceperant, ut sacro auro abstineretur. Matronis gratiae actae, honosque additus, ut earum, sicut virorum, post mortem solennis laudatio esset.* Lacones in funere regum suorum, lebetem pulsabant. Theocriti Scholiastes Idyll. II. *Apud Lacones rege defuncto lebetem pulsare solent.*

CAP. XXXV.

Epulum funebre: περίδειπνον. Silicernium. Exsequium. Etiam aris insculpebatur. Duo eius genera. Mortui quando securi credebantur. Christianorum mos. Augustinus emendatus. Culina. Ante epulum triduum ieiunaverant. Graeci septimo die sumebant, non nono. Fabae hic usus, quam ideo nefas tangere, aut nominare Flamini Diali. Eadem similis inferorum portis putata. Apud Graecos sacris omnibus prohibita. Apii usus, item cammari, & ovi. Luxus Romanorum. Edebant coronati, albati, & in templo Castoris. Eiusque rei data ratio. Visceratio quoque exhibita.

POstremum Novendialium epulum erat, de quo sic Artemidorus lib. v. cap. LXXXII. *Mos est convictoribus etiam in defunctorum aedes ingredi, & epulari. Epulum vero a defuncto exhibitum dicitur pro honore, quem defuncto convictores habent.* Vsus eius sane vetus. Ecce apud Homerum Odyss. Γ.

Exhibuit caeso hoc epulum ferale Argivis,
Invisae matris simul, imbellisque AEgisthi.

Et vocabant περίδειπνον. Etymolog. Περίδειπνον, ἡ ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσι γινομένη ἑστίασις. *Peridipnon, convivium, quod pro mortuis fit.* Scholiastes ad Iliad. Ψ. Περίδειπνον, τὸ ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι παρασκευαζόμενον. *Peridipnon, id quod in mortuorum honorem paratur.* Cicero τὸ περίδειπνον transtulit Circumpotationem lib. II. De Leg. *Quae servilis unctura tollitur, omnisque circumpotatio.* Latini *Silicernium*, & *Exsequium*. Festus: *Silicernium, coena funebris, quam alio nomine Exsequium scriptores vocant.* Donatus Adelph. *Silicernium, coena, quae infertur diis manibus.* Eadem Nonius Marcellus. Tertullianus: *Quid differt ab epulo Iovis silicernium?* Insculpebant etiam coenas ferales aris sepulcralibus, & testatur Smetius fuisse in ara istius Inscriptionis:

D. M
T. HORTESIO
MVCRONI. NAT
MARSAQVEO. V. AN
XXXV. AEL.
VERINVS. ARM. CVST
EQ. SING. AVG. FRATRI
F. C

Sciendum vero duplicem fuisse hanc coenam: unam, quam domi amici defuncti comedebant, alteram, quae ad sepulcrum ferebatur, a paupertina plebe diripienda. Hanc intellexit Varro De Ling. Lat. lib. v. *Feralia ab inferis, & ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulcrum, quibus ius ibi parentare.* Item Ovidius Fast. II.

Nunc animae tenues, & corpora functa sepulcris
Errant, nunc posito pascitur umbra cibo.
Hanc, quia iusta ferant, dixere Feralia lucem;

Vlti-

Ultima placandis manibus illa dies.

Et tum demum securos esse mortuos credebant. Tertullianus De Testim. Animae. *Vocas securos mortuos, si quando extra portam cum obsoniis, & mattiis tibi potius parentans ad busta cedis, aut a bustis dilutior redis*. Ad Christianos quoque nonnullos hic mos postea transiit; sed illi, quum orassent, auferebant, & edebant ipsi, vel pauperibus donabant. Augustinus De Civ. Dei lib. VIII. cap. XXVII. *Quicumque etiam epulas suas eo deferunt, quod quidem a Christianis melioribus non fit, & in plerisque terrarum nulla talis est consuetudo; tamen quicumque id faciunt, cum quas adposuerint, orant, & auferunt, ut vescantur, vel ex iis etiam indigentibus largiantur*. Ita corrigo; nam male hodie est, quas quum adposuerint. Hinc intelligendus Prudentius De Coronis Hym. XI.

Illa sacramenti donatrix mensa, eademque
Custos fida sui martyris adposita,
Servat ad aeterni spem iudicis ossa sepulcro,
Pascit item sanctis Tibricolas dapibus.

In Orientali Ecclesia haec dabantur Episcopis, qui distribuebant, vel clericis, & peregrinis hospitio exceptis, vel egenis alioquin fratribus. Balsamon in Respons. *Esculenta, & poculenta, quae iuxta morem sanctorum memoriis, & pro mortuorum commemorationibus inferuntur in templum, & quae pro animalibus traditionibus Ecclesiis a quibusdam offeruntur, Episcopis dari canonice statutum est, & ab his distribui in clericos peregrinos hospitio exceptos, & alioquin inopia pressos fratres, pro ipsorum arbitrio*. Non aliam caenam intelligit Catullus:

——— *saepe quam in sepulcretis*
Vidistis ipso rapere de rogo caenam.
Quum devolutum ex igne prosequens panem
Ab semiraso tunderetur ustore.

Et hinc illud Terentii est:

E flamma cibum te petere posse arbitror.

Locus, in quo comburebatur, *Culina* nuncupabatur. Festus: *Culina vocatur locus, in quo epulae in funere comburuntur*. Alia porro, ut dixi, domesticorum erat, & propinquorum, quam sumebant praeterito triduo ieiunio consumto. Lucianus De Luctu: *Posthaec omnia silicernium superest, iamque adsunt necessarii, ut defuncti parentes consolentur, suadentque uti cibum capiant; quamquam illi per Iovem non illibentes ad id compelluntur, quippe continuum iam triduum enecti fame*. Apud Graecos non nonus, sed septimus dies epuli erat. Synesius epist. III quae est ad Euoptium: *Exspectans septimum diem, quo nos silicernium habemus*. Maximus vero hic usus leguminum. Plutarchus Quaest. Rom. XCV. *Ad silicernia, & advocationes mortuorum, maxime utuntur leguminibus*. Et inter legumina maxime fabae, quae primum in his locum obtinet. Plinius libro XVIII. cap. XII. *Prisco ritu fabacia suae religionis diis in sacro est praevalens pulmentari cibo, & hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere. Ob hoc Pythagorica sententia damnata, vel, ut alii tradidere, quod mortuorum animae sint in ea, qua de caussa parentando utique adsumitur*. Itaque nec nominare eam Flamini Diali licebat. Festus: *Fabam nec tangere, nec nominare Diali Flamini licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & Lemuralibus iacitur Larvis, & parentalibus adhibetur sacrificiis*. Sane & inferorum portis similes eas esse Veteres existimabant. Diogenes Laertius lib. VIII. in Pythagora: *Aristoteles vero libro de Fabis ait, iussisse ipsum abstinere a fabis, sive quod pudendis similes essent, sive quod inferni portis*. Et id huc quoque referri non inepte potest. Atque hoc Romae, ubi etiam in publicis sacrificiis, in pulte eius usus; nam apud Graecos omnino omnibus festis, & sacrificiis, erat interdicta. Artemidorus lib. I. cap. LXX. *Faba fracta, & integra, seditionem significant; illa, quia fracta sit; haec, quia flatum absurdum gignit*. *Nec hac solum de caussa, sed quod etiam ab omni festivitate, ac sacrificio, excludatur*. Apii item hic usus. Plinius lib. XX. cap. XI. *Chrysippus, & Dionysius dicunt neutrum apium ad cibos admittendum; imo omnino nefas, nam id defunctorum epulis feralibus dicatum esse*. Romani etiam cammaro, & ovo, utebantur. Iuvenalis Sat. V.

Sed tibi dimidio constrictus cammarus ovo
Ponitur, exigua feralis caena patella.

Conveniebant huc consolaturi. Lucianus loco citato: *Post omnia haec silicernium superest, iamque adsunt necessarii, ut defuncti parentes consolentur*. Atque inibant coronati. Cic. II. De Leg. *Sequebantur epulae, quas inirent propinqui coronati*. Postea crescente magnitudine Romana, & simul luxu, non iam amicis tantum, & propinquis, sed toti populo dabant, qui magnificentiores haberi volebant. Nec in virorum tantum funere, sed & mulierum factum est. Primus auctor Iulius Caesar. Suetonius capit. XXVI. *Munus populo, epulumque in filiae memoriam pronuntiavit, quod ante eum nemo*. Vestibus vero caenatoriis color hic non a purpura, aut cocco, ut in aliis caenis; non ater, qui luctui conveniret, sed albus. Cicero in Vatinium: *Quis umquam caenavit atratus? ita enim illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulae quidem ipsae dignitatis. Sed omitto epulum, Pop. Romani festum diem, argento, veste, omni adparatu, ornatuque visendo; quis umquam in luctu domestico, quis in funere familiari caenavit cum toga pulla? cui de balneis exeunti, praeter te toga pulla umquam data est? quum tot hominum millia accumberent? quum ipse epuli dominus Q. Arrius albatus esset?* Et locus quidem epulo in Templo Castoris. Docet ibidem Cicero: *Tu in Templum Castoris te cum C. Fidulo atrato, ceterisque tuis furiis funestum intulisti; quis tum non ingemuit? quis non doluit Reipub. casum? quis sermo alius in illo epulo fuit*, &c. Sed cur albati? cur in templo? dicam caussam. Quasi supplicatio erat epulum istud. Liquet ex illis verbis eiusdem Orationis: *Dices te supplicationes illas non probasse*. Et postea: *Nulla supplica-*

plicatio fuerit; cedo, quis umquam caenavit atratus? Atqui in supplicationibus necessario erant albati. Valerius Maximus lib. I. cap. I. *Depositisque doloris insignibus, candidam induere vestem, & aris dare tura coactae sunt.* Persius Sat. II.

Ast ego nutrici non mando vota, negato
Iupiter hoc illi, quamvis te albata rogarit.

Plautus Rudente, Sc. *Qui sunt*, ubi Ampeliscam, & Palaestram viduas a mari, votaque facturas sacerdos ita adloquitur:

——— ergo aequius vos erat
Candidatas venire.

Homerus Odyss. XVII.

Haec corpusque abluta, & pura veste recincta
Promisit caelo plenas supplex hecatombas.

Diogenes Laertius lib. VIII. in Pythagora. *Honores diis habendos esse, & heroibus, sed non aequales. Ceterum diis semper quidem cum laudibus alba in veste.* At cur in Templo Castoris potissimum hoc epulum? quia nimirum Sospitatores Dioscuri. Artemidorus lib. II. cap. XLII. ubi de illis loquitur: *Ab omnibus periculis illaesos liberant, Sospitatores enim hi dii sunt.* Germanicus: *Iupiter, utrosque caelo intulit, sideribusque Geminos nominavit, qui salutares sunt adpellati.* Hinc est illud in vetere Inscriptione:

CASTORI. ET. POLLVCI.
DIs. MAGNIS
SVLPICIAE. Q. SVLPICI. F
VOTVM
OB. FILIVM. SALVTI
RESTITVTVM

Ecce invocabant eos, & in morbo, ut liberarent, & in luctu, ut prohiberent, ne ulterius mors grassaretur. Visceratione quoque populo dabant nonnulli. Livius ab V.C. lib. VIII. *Populo visceratio data a M. Flavio in funere matris.*

CAP. XXXVI.

Parentalia annua apud Graecos Nemesiis, apud Romanos Februario, apud Latinos Maio. Larentiae Decembri. Observatur in iis mensis, & diei finis. A Numae instituto, vel AEneae. Γενέσια. Νεκύσια. Grammaticorum veterum error. In Genesiis etiam coronati erant.

ITerabant haec omnia quotannis in defuncti memoriam. Virgil. AEneid. III.

Solennes tum forte dapes, & tristia dona
Ante urbem in luco falsi Simoentis ad undam
Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum.———

Sacer huic rei apud Romanos mensis Februarius, ut notum: Latini mense Maio faciebant. Plutarchus Quaest. Rom. LXXXVI. *Multi Latinorum isto mense (Maio) mortuis parentant.* Et Accae Larentiae Decembri parentabatur. Observabant autem mensis, & diei finem. Plutarchus Quaest. Rom. XXXVI. *Die in vesperam vergente, & mense decrescente, solent mortuis parentare.* Institutum est a Numa. Ausonius in Parental. *Titulus libelli est* PARENTALIA *antiquae adpellationis hic dies, & iam inde ab Numa cognatorum inferiis institutus.* Ovidius Fast. II. ad AEneam refert:

Est honor & tumulis animas placare paternas
Parvaque in exstructas munera ferre pyras.
Hunc morem AEneas pietatis idoneus auctor
Attulit in terras, iuste Latine, tuas.

Graeci vocabant νεκύσια, & γενέσια, confuse, ut docebo; itaque nimis curiosi Grammatici, qui tam accurate distinguunt. Faciebantque in festo Nemesios. Moschopulus: *Nemesia, festum Nemesios, in quo mortuis iusta solvebant.* Proprie autem *Parentalia* sunt νεκύσια. Glossae: *Parentalia*, νεκύσια. Suidas: Νεκύσια, ἡ τῶν νεκρῶν ἑορτή. *Necysia festum mortuorum.* Sed haec duplicia erant, fiebantque & natali, & mortuali die, in memoriam defuncti. Idem Suidas: Γενέσια, ἡ δι' ἐνιαυτοῦ ἐπιφοιτῶσα τοῦ τεχθέντος μνήμη. *Genesia, memoria geniti, quae per annum recurrit.* Ecce, τοῦ τεχθέντος, & ita Moschopulus, & Favorinus, neque τεθνεῶτος, rescribendum est, quod nuper in Notis ad Phrynichum voluit vir eruditus Nunesius. Nam quod Ammonius ait: *Genesia in mortuorum honorem celebrantur, quo quisque die mortuus est;* profecto error est Grammatici. Et proprie quidem γενέσια erant, quae natali die; νεκύσια, quae mortuali; sed tamen promiscue alterum pro altero usurparunt; non quod idem uterque dies esset, sed quod eadem fere omnia utroque die fierent; & quod non minus ille, quam hic in defuncti gratiam celebraretur. Hinc Hesychius: *Genesia, festum lugubre apud Athenienses, sive Necysia.* Dio lib. LX. *Et Druso patri, & Antoniae matri, ludos equestres Genesiis dedit.* Clare autem natalis diei testimonium perhibet Diogenes Laertius lib. X. Vbi in testamento exprelse Epicurus: *Parentalia patri, matri, fratribus, ac nobis fieri curent die solenni natali.* Iam inter *Genesia* quoque, & *Genethlia* discrimen statuunt, nec hoc tamen omnibus observatum. Ecce in Evangelio Matthaei capit. XIV. vers. 6. *Genesia vero celebrante Herode, saltavit filia Herodiadis.* Porro hoc discriminis habuisse *Necysia* videntur, quod tum etiam carmen lugubre canerent ancillae, & quae cum illis. Ammonius subgerit, ubi de Threni, & Epicedii differentia: *Hi vero differre Threnum, & Epicedium dixerunt, quod Threnus canatur in ipsa miseria ante elatum funus, & post elatum, & quotannis, canentibus ancillis, & quae cum illis.* Certe *Genesiorum*, ut proprie loquamur, clarum vestigium exstat apud Suetonium in Domitiano cap. X. *Salvium Cocceianum interemit, quod Othonis Imperatoris patrui sui diem natalem celebraverat.* Martialis lib. VIII. epigr. XXXVIII.

Qui

Qui solennibus anxius sepulti
Nomen non sinis interire Blaesi,
Et de munifica profusus arca,
Ad natalicium diem colendum,
Scribarum memori piaeque turbae
Quod donas, facis ipse Blaesianum.

Et convivium tunc celebrabatur. Ostendit vetus Lapis:

Q. MINVCIVS. Q. L. ANTEROS. VI. VIR AVGVSTAL
HIC. SEVIRIS. AVGVSTAL. ALBTRINAT LEGAVIT. HS. CCIↃↃ. QVOIVS. EX. REDITV QVOD. ANNIS. NATALI. SVO. VI. ID FEB. VESCERENTVR

Et coronati hic quoque. Iuvenalis Sat. V.
Quale coronati Thrasea Helvidiusque bibebant
Brutorum & Cassi natalibus. ———

CAP. XXXVII.

Everriatores. Iusta facere. Intra quod tempus facere coacti. Poena negligentium. Porca Praecidanea. In quo iusta fecerint. Cicero correctus. Quando sepulcrum crederetur, & familia, pura. Denecales feriae, & quot dierum. Cicero iterum correctus. Extera. Denecalibus mulos iungere nefas. Fulmine ictis iusta non fiebant. Heres Martea, eiusque sacrificium.

NON omittenda nobis iusta sunt, quam tertiam esse iustitiae speciem Plato olim dixit. Haec facere heredes tenebantur, & *Everriatores* nominabantur. Festus: *Everriator vocatur, qui accepta iure hereditate iusta facere defuncto debet, quae si non fecerit, seu quid in ea re turbaverit, suo capite luat.* Iusta autem facere, hoc erat glebam iniicere, tenebanturque praestare antequam novas fruges gustarent. Qui neglexissent, capital commisisse credebantur, ut ex citatis Festi verbis adparet. Sed ad expiationem porcam Cereri immolabant praecidaneam. Festus: *Praecidanea agna vocabatur, quae ante alias caedebatur; item porca, quae Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset, idest, glebam non obiecisset, quod mos erat iis facere prius, quam novas fruges gustarent.* Iniiciebant vero in digitum idcirco abscissum cadaveri, antequam combureretur. Idem Festus: *Membrum abscindi mortuo dicebatur, quum digitus eius decidebatur, ad quod servatum iusta fierent, reliquo corpore combusto.* Male itaque apud Ciceronem legitur Lib. II. De Leg. *Quemadmodum os reiectum terrae obtegatur, quaeque in porca contracta iura sint.* Corrigendum censeo ex antiquo ritu, *os resectum terra obtegatur.* Porro hoc etiam obiter monendum, errare viros doctos, qui hanc glebae iniectionem, a terra insepultis tumultuarie iniici solita, distinguere nesciunt. Ac tum demum humatus esse mortuus intelligebatur, & sepulcrum habere. Cicero II. De Leg. *Prius quam in os iniecta gleba est, locus ille, ubi crematum est corpus, nihil habet religionis; iniecta gleba tum & ille humatus est, & sepulcrum vocatur; ac tum denique multa religiosa iura complectitur.* Nec familia quoque antea pura. Varro De Vita Pop. Rom. lib. III. *Quod humatus non sit, heredi porca praecidanea suscipienda Telluri, & Cereri; aliter familia pura non est.* Purgabatur itaque iustis familia, feriasque in hanc rem habebant, quae *Denecales* nuncupabantur. Festus: *Denecales feriae colebantur, quum hominis mortui caussa familia purgabatur.* Et erant triduanae. Praestantissimus locus est apud Ciceronem II. De Leg. qui id docet, sed contaminatissimus, & nostra opera adiuvandus. Hodie certe vix aliquid in eo sani. Videamus: *In eo, qui in navi necatus, deinde in mare proiectus esset, decrevit P. Mutius familiam puram, quod os supra terram non exstare portam heredi esset; contra censet habendas triduum ferias, & porco femina piaculum pati, si in mari mortuus esset, eadem praeter piaculum, & ferias.* ATT. *Video, quae sint in pontificio iure, sed quaero ecquidnam sit in legibus.* Ecce praeterquam, quod ipsa verba pessime adfecta sunt, Attici etiam persona loco suo mota est. Corrigo: *Decrevit P. Mutius familiam puram, quod os non supra terram, extera porcam heredi esse; contra censet habendas triduum ferias, & porco femina piandum apte, si in mari mortuus esset.* ATT. *Equidem, praeter piaculum, & ferias, video, quae sint in pontificio iure,* &c. Volo attentum Lectorem, & illic fatebitur non parum operae me contulisse, nisi me amo. *Extera* Veteres dicebant, ut *Infera, Intera, Supera*; notumque id Antiquitatis studiosis. Iam *extra porcam*, valet, praeter porcam, sine porca; & est ea vocis notio non infrequens in Auctorum monumentis. Plautus Amphitr.

Vt mihi extra unum te mortalis nemo corpore
Contigit, qui me impudicam faceret.

Terentius Phorm.

Neque cognatus extra unam ancillulam quisquam aderat.

Porro his feriis mulos iungere non licebat. Columella lib. II. cap. XXII. *Apud Pontifices legimus, feriis tantum denecalibus mulos iungere non licere, ceteris licere.* Si quis autem fulmine ictus esset, & iusta nulla fieri debebant. Exstatque lex Numae, quae id vetat. HOMO. SI. FVLMINE. OCCISVS. EST. EI. IVSTA. NVLLA. FIERI OPORTET. Vide Festum in Occisum. Praeter haec iusta defunctorum etiam Heri Marteae sacrificabant. Festus: *Herem Marteam antiqui accepta hereditate colebant, quae a nomine adpellatur heredum, & esse una ex Martis comitibus putabatur.*

CAP.

CAP. XXXVIII.

Sepeliri, non cremari, soliti fulmine icti, & in ipso loco ubi icti. Accedere eos, aut adtingere, nemo volebat, ut neque loca fulgurita. Seneca emendatus. Lex Numae, non solicitanda. Quid in ea, supra genua ne tollito. Aruspicum munus. Ex infantibus, qui non cremati. Subgrundaria.

AD sepulcra iam ipsa properabam, sed in medio impetu revocor, & cogor dicere aliquid extra ordinem, nondum dictum. Omnes ne cremarunt Romae? docui supra, non fecisse; &, etiamne cremati omnes? nego. Nam ecce, qui fulmine icti, sepeliebantur. Plinius lib. II. cap. LIV. De Catholicis fulgurum: *Hominem ita exanimatum cremari fas non est, condi terra iubet religio*. Et quidem eo ipso in loco, ubi icti. Artemidorus lib. II. cap. III. *Fulguriti enim non transferuntur, sed quocumque eos loco ignis reliquerit, ibi sepeliuntur*. Nam invisi erant omnibus, neque attingere quisquam, aut accedere volebat. Seneca De Ira lib. III. cap. XXIII. *Nullum illi limen praeclusa Caesaris domus abstulit; historias, quas postea scripserat, recitavit, & combussit; & libros acta Caesaris Augusti continentes in ignem posuit. Inimicitias gessit cum Caesare Augusto. Nemo amicitiam eius extimuit, nemo quasi fulguritum refugit*. Persius Sat. II.

Triste iaces lucis, evitandumque bidental.

Posuit *Bidental* pro fulgurito, locum pro homine, quia eadem utriusque est ratio. Non enim magis locum fulmine ictum accedere fas erat, quam hominem. Plutarchus in Pyrrho: *Loca fulmine icta manent inaccessa*. Itaque lex Numae vetabat eum, qui ita mortuus esset, supra genua tollere. Apud Festum in Occisum: SI. HOMINEM FVLMINIBVS. OCCISIT. NE. SVPRA GENVA. TOLLITO. Scio viros magnos so licitare, haec verba, sed ignoscent mihi, si non sequor, quum rationem ipsi nullam facti sui reddant. Vetat Numa supra genua tollere, idest, curare, pollingere, & vestimenta funebria induere; quae certe fieri non poterant, nisi mortuum supra genua tollerent. Ideo autem accedere ad hos nemo volebat, quia invisos Iovi ob scelus aliquod existimabant, unde & damnatos *Fulguritos* dicebant. Artemidorus loco citato: *Damnatos dicimus fulguriri*. Hos autem sepelire aruspicum erat. Clare discimus ex Seneca De Clementia lib. I. cap. VII. *Et quis regum erit tutus, cuius non membra aruspices colligant? Quod si dii placabiles sunt, & aeque delicta potentium non statim fulminibus persequuntur, quanto aequius est hominem hominibus praepositum miti animo exercere imperium?* Atque ut fulmine icti ita neque infantes cremabantur, qui intra quadragesimum diem decessissent; sed sepeliebantur in protecto, sive subgrunda conditorii, ut infra admonebo, unde & sepulcra eorum *Subgrundaria* dicebantur. Fulgentius De prisco Serm. *Subgrundaria anti qui dicebant sepulcra infantium, qui necdum quadraginta dies implessent, quae nec iam busta dici poterant, quia ossa, quae comburerentur, non erant; nec tanta cadaveris immanitas, qua locus tumesceret, unde neque tumuli adpellari merebantur*. Rutilius Geminus Astyanacte:

Melius subgrundarium quaereres, quam sepulcrum.

Hinc illustro Iuvenalem Sat. XV.

Naturae imperio gemimus, quum funus adultae
Virginis occurrit, vel terra clauditur infans,
Et minor igne rogi.

CAP. XXXIX.

Peregre mortuorum cineres in urnis domum referebant. Lacones solis hoc regibus suis faciebant. Vrnae illae coronatae sertis, aut diademate etiam, si regum essent reliquiae, aut principum. Nomina quoque ter vocata. Longobardorum perticae. Memoria celebrata Compitalibus.

HOC quoque sciendum Veteres illos maxime expetivisse, ut in avitis monumentis reconderentur, praeter solos Lacedaemonios, qui unumquemque ubi terrarum mortuus esset, sepeliendum relinquebant, excepto rege suo, cuius cadaver melle circumlitum Spartam referebant. Plutarchus in Agesilao. *Quum vero mos Laconibus esset aliorum quidem peregre morientium cadavera ilic funerata relinquere, rogum autem domum referre, Spartani, qui aderant, quum mel ad manum non esse, cera liquefacta, cadaverique circumfusa, Lacedaemonem abduxerunt*. Reliquae gentes urnis conditos cineres in patriam remittebant. Lycophronis Scholiastes: *Mos erat peregre mortuos cremare, cineremque ipsorum urnis, arculis, aut amphoris inclusos in patriam perferre*. Ovidius Trist. III.

Ossa tamen facito parva referantur in urna.
Sic ego non etiam mortuus exsul ero.

Tacitus Annal. III. de Agrippina, quae Germanici cineres Romam perferebat: *Postquam duobus cum liberis feralem urnam tenens egressa navi defixit oculos, idem omnium gemitus*. Ammianus lib. XIX. *Post incensum corpus, ossaque in argenteam urnam coniecta, quae ad gentem humo mandanda portari statuerat pater*. Atque has urnas, perinde ut mortuos, sertis coronabant; & id faciebant urbes quoque per quas ferebantur in itinere. Tamquam has inferias sepulcro ferentes, vel etiam adiungebant, qui publico nomine quasi exsequias irent. Sed hoc factitatum nonnisi in magnatum, & honoratiorum funere. Plutarchus in Demetrio: *Vrbes vero, quas accedebant, vel sertis urnam ornabant, vel viros lugubri habitu mittebant una cum aliis funus curaturos, prosequuturosque*. Sertorum, & coronarum ecce ite-

iterum vestigium in Philopoemene: *Erat autem videre hostes captivos in vinculis ductos, ipsam vero urnam prae taeniarum, ac sertorum, copia vix conspicuam*. Iterum in Marcello: *Corpus digno habitu ornatum, honorificeque amictum cremavit, reliquiasque componens in urnam argenteam, aureamque iniiciens coronam, misit ad filium eius*. Regum, aut Principum urnis addita diademata. Plutarchus iterum in Demetrio. *Classe navigante Corinthum urna ex puppe insignis conspiciebatur, purpura regia, & diademate ornata*. Vbi vero monumentis inferrentur, praeter cetera, quae in ipso quoque funere fieri solita, nomina etiam invocabant; imo etiamsi urnas non habebant. Pindari Scholiastes Pyth. od. IV. *Mos erat peregre mortuorum, si non cadavera essent penes ipsos, saltem manes quibusdam mysteriis invocare, & tamquam una navigantes in patriam traiicere*. Virgil. AEneid. III.

Solennes tum forte dapes, & tristia dona
Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum. ———

Philostratus Heroicis: *Ad mare vero venientes manes eius* (de Palamede interfecto loquitur) *vocare, atque lamentari, Agamemnonem autem detestari*. Parthenius Erot. XXXVI. *Illa autem, ut mortuum intellexit, abiit rursus ad locum, in quo nuptias cum eo primum fecerat, sortemque deplorans, saepius Rhaesum clamabat*. Ausonius in Coronide:

——— *nomina tantum*
Voce ciere suis sufficiet tumulis.

Extendebant quoque inter vocandum manus versus regiones illas, in quibus decessisse credebantur. Ovid. Trist. III. eleg. III.

Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri
Indeploratum barbara terra teget?
Ecquid, ubi audieris, tota turbabere mente,
Et feries pavida pectora fida manu?
Ecquid in has frustra tendens tua brachia partes,
Clamabis miseri nomen inane viri?

Huc pertinet Langobardorum mos, qui perticis columbas ligneas imponebant, adspicientes eam regionem, in qua sepulti iacerent. Vide Paulum Diaconum lib. V. cap. XXXV. vocabant autem ter. Didymus Odyss. IX. *Antiquus mos est, peregre mortuorum manes ter vocare*. Virgilius AEneid. VI.

——— *& magna manes ter voce vocavi.*

Ausonius Parentalibus:

Ille etiam moesti cui defuit urna sepulcri,
Nomine ter dicto paene sepultus erit.

Et memoriam quoque eorum Compitalibus colebant. Charisius lib. I. *Compitalia, ludi quibus eos, qui peregre moriuntur colunt*. Glossae: *Compitalia*, θεῶν ἀγυιαίων ἑορταὶ, αἱ γινόμεναι ἐν ταῖς ὁδοῖς ὑπὸ τῶν προσηκόντων τοῖς νεκροῖς. *Deorum compitalium festa, quae in viis ab mortuorum propinquis agebantur*.

CAP. XL.

Sepulcrorum genera. Requietorium. Loca. Cineraria. Cinerarii. Familiaria sepulcra, & Hereditaria. Communis locus. Prodigi avitis monimentis prohibiti. Ἀπόταφοι. *Puplica sepulcra. Cenotaphia. Pythagoricorum mos.* Πολυάνδρια.

ERgo nunc ad sepulcra accedamus; & primum quid de iis, deinde ubi fuerint, dicemus. Sane veteres illi, vel comburebant cadavera, atque ita in urnis sepeliebant, vel terra obruebant, vel lapidi solido cavato includebant. Seneca De Remed. Fort. *Non defunctorum caussa, sed vivorum inventa est sepultura, ut corpora, & visu, & odore foeda amoverentur; alios terra obruit, alios flamma consumsit, alios lapis ossa redditurus inclusit*. Et iterum: *Insepultus iacebis, ac tu combustus; at tu obrutus; at tu inclusus; at tu putridus; at tu eviscer atus, & constrictus; at tu traditus lapidi, qui te paullatim edat, & exsiccet*. Mentio est lapidis quoque in iure *l. invit. D. de relig. & sumt. fun. Invito, vel ignorante te, ab alio illatum corpus in puram possessionem, vel lapidem, locum religiosum facere non potest*. Vt autem plene rem hanc omnem teneamus, sciendum est sepulcra facta, aut singulis hominibus, aut coniugibus, aut universae denique familiae, & heredibus quoque. Et *Requietoria* adpellabant. Inscriptio vetus:

P. SCANTIVS. PHILETVS. FECIT. SIBI.
ET. SCANTIAE. NICE. LIB. REQVIETORIVM

Quomodo Lycophron noster εὐνας ήριον. Aut *Loca* quoque dicebantur, ut est videre in Iure, & Inscriptionibus antiquis. Augustinus De Civitate Dei lib. I. *Testantur hoc martyrum loca, & basilicae mortuorum*. Et *Cineraria* etiam invenimus in quadam Inscriptione; unde etiam *Cinerarii*, qui cineraria, & reliquias, Martyrum honorabant, apud Hieronymum in epistola quadam ad Riparium: *Ais Vigilantium os foetidum rursus aperire, & putorem spurcissimum contra sanctorum proferre reliquias; & nos, qui eas subspicimus adpellare cinerarios*. Quae faciebant heredibus suis, *Hereditaria*, quae familiae tantum, ea *Familiaria* vocabantur, Caius *l. familiaria D. de relig. & sumt. fun. Familiaria sepulcra dicuntur, quae quis sibi familiaeque constituit; hereditaria autem, quae quis sibi heredibusque suis*. Itaque familiaria semper prae se ferebant has literas, H. M. H. N. S., idest, *Hoc monumentum heredes non sequetur*. Contra in hereditariis, H. M. H. S. idest, *Hoc monumentum heredes sequetur*. Haec intellexit Ovidius Metamorphos. XIII.

At puto funeribus dotabere regia virgo,
Condeturque tuum monumentis corpus avitis.

Quintilianus Declam. XI. *Miser ego nec ad cadaver accessi, non in sepulcra maiorum meis manibus intuli*. Et dicebatur etiam *Commu-*

nis locum. Artemidorus lib. I. capit. LXXX *Communis ille locus vocatur, qui mortuos accipit*. Sic in Prologo Casinae Plautinae:

Ea tempestate flos poetarum fuit,
Qui nunc abierunt hinc in communem locum.

Cicero Verr. VI. *Dico nihil istum eiusmodi rerum in provincia reliquisse, nihil in aedibus cuiusquam, nihil in oppidis, nihil in locis communibus, ne in fanis quidem.* Item *Commune sepulcrum*. Inscriptio vetus:

PA
TERNOS CINERES EX HISPA
NIA EXPORTATE COMMVNIQVE
SEPVLCRO CONDITE QVO
AVITIS CINERIBVS IMMIXTI
SACRO GAVDEANT ANNIVER
SARIO PARENTARI

Graeci in ignominiam arcebant his prodigos. Diogenes Laertius lib. IX. in Democrito: *Quum lex esset, quae eum, qui patria bona prodegisset, sepulcro in patria indignum censeret.* Quicumque autem in his non conderentur, ἀπόταφοι dicebantur. Harpocration: Ἀπόταφος, ἀντὶ τοῦ ἀπεστερημένος τῶν προγονικῶν τάφων. *Apotaphos, pro eo, qui avitis sepulcris privatur.* Erant praeterea *Publica*, in quibus nimirum ii collocabantur, qui propter inopiam funeris impensam non habebant. Aggenus De Limit. Agr. *Sunt in suburbanis loca publica, inopum destinata funeribus.* Acron ad Horatii lib. I. Sat. VIII. *Tanta misericordia tenebantur maiores, ut etiam publica monumenta pauperibus, & servis, aedificarent.* Mentio eorum quoque apud Siculum Flaccum, lib De Condit. Agr. Nec *Cenotaphia* item omittere hoc loco debemus, quae cognoscimus exstructa fuisse iis, qui peregre essent defuncti. Pausanias Corinth. *Non longe ab his statuis ostenditur Danai monumentum, & cenotaphium Argivorum, qui & ante Ilium, & in reditu, mortui essent.* Agathias in epigr.

Quisquis transieris, rogo te, narrato marito,
Patria conspicitur si tibi Thessalia,
Mortem obiit coniux tua, quam pia terra recondit
Hei hei non procul a littore Bosporio.
Sed mihi tu prope te tumulum sacrabis inanem,
Vt memori vivam condita mente tibi.

Xenophon Expedit. Cyri lib. VI. *Quos vero non reperiebant, cenotaphium iis magnum fecerunt.* Virgil. AEneid lib. III.

——— *manesque vocabat*
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,
Et geminas caussam lacrimis sacraverat aras.

Suetonius, *honorarium tumulum* adpellat, Claudii cap. I. *Ceterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret, Galliarumque civitates publice supplicarent.* Et infinita sunt de iis loca apud Poetas. Iurisconsulti proprie *Monumenta* vocant. Florentinus *l.* 42. *D. de relig. & sumt. fun. Monumentum generaliter res est memoriae causae in posterum prodita, in quam si corpus, vel reliquiae, inferantur, fiet Sepulcrum; si vero nihil eorum inferatur, erit Monumentum, memoriae caussa factum, quod Graeci κενοτάφιον adpellant.* Pythagorici iis, qui a Philosophia sua descivissent, haec exstruebant, veluti iam mortuis. Clemens Strom. V. *Dicunt Hipparchum Pythagoricum accusatum, quod arcana Pythagorae claritate scripti prodidisset, exactum esse disciplina, columnamque ipsi statutam, tamquam mortuo.* Habebant quoque Xenotaphia, in quibus peregrinos sepeliebant, quae *Polyandria* etiam aliter adpellabant, quia essent omnibus communia. Suidas: *Polyandrium, monumentum, sepulcrum, quod a multis Xenotaphium vocatur.* Incertus Auctor apud ipsum: *Gaianas vero urbe excedebat, relinquens ipsam veluti polyandrium, magnificumque tumulum, nondum sepultis civibus.* Arnobius lib. VI. *Polyandria illa Varronis, quibus templis contegantur.* AElianus: *Sepultis vero cadaveribus fecerunt commune polyandrium.* Vetus Lapis:

FORTISS. MIL. V. ET. XIX. LEG
QVORVM. OPERA. FORTITER
VETERA. CASTRA DEFENSA. SVNT
POLYANDRION

Nec aliud quoque, quam polyandria, intelligit Prudentius περὶ στεφ. Hymno XI.

Sunt & multa tamen tacitas claudentia turbas
Marmora, quae solum significant numerum.
Quanta virum iaceant congestis corpora acervis
Nosse licet, quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic defossas mole sub una
Reliquias memini me didicisse hominum.

Et Suetonius Augusto cap. II. *Mutinensi acie interemtorum civium tumulo publice exstructo adscripserant, pro libertate eos occubuisse.*

CAP. XLI.

Ossuarium, & ustrina. Nonnulli ustrinam adplicari sepulcris nolebant. Servi epulas ferebant ad sepulcra. Tabernae quoque superinductae, & sepimenta circumducta. Arcae. Custodes etiam additi. Habitari in illis coeptum, & prohibitum. Vlpianus I. C. emendatus. Clarorum virorum cineribus, porticus, palaestrae, imo templa superstructa. Super Imperatorum sepulcra velum purpureum expandebatur. Arbores quoque impositae, & quae.

ADiunctae sepulcris cellae erant, in quibus reponebantur ossa eorum, quorum in loco iam novum cadaver erat collocandum, & *Ossuaria* dicebantur: Vetus Lapis:

IVLIA

IVLIA
FVSCINIA
OSSVARIVM. VIVA
SIBI. FECIT

Item alius:

M. AVRELIO. M. AVG. L. BATHYLLO
M. AVRELIVS. THALLVS. CVST
OPER. MESORVM. AEDIFICIORVM
PATRONO. OSS. DE. SVA
PECVN. ORNAV

Vlpianus *l. si sepulcra D. de sepul. viol. Idem quaerit, si neque adplumbata fuerit, neque adfixa, an pars monumenti effecta sit, an vero maneat in bonis nostris. Et Celsus scribit sic esse monumenti, ut ossuariam.* Erant quoque ustrinae, quas tamen adplicari monumentis suis nonnulli vetabant. Lapis vetus:

HVIC
MONVMENTO
VSTRINVM
APPLICARI
NON. LICET

Item alius:

AD. HOC
MONVMENTVM
VSTRINVM. APPLICARI
NON. LICET

Ad has ustrinas erant loca, in quibus epulae coquebantur, & *Culinae* nominabantur. Quod ex Festo scimus. Quod si adiunctae hae non essent, (nam nonnulli vetabant fieri, ut iam dixi) curabant epulas ad sepulcrum per servos deferri. Iuvenalis Sat. III.

Centum convivae; sequitur sua quemque culina.
Corbulo vix ferret tot vasa ingentia, tot res,
Impositas capiti quas recto vertice portat
Servulus infelix, & cursu ventilat ignem.

Atque haec *Funerum fercula* adpellat Plinius lib. X. cap. X. ubi tradit sancta haec esse milvis. Haec sunt verba: *Notandum in milvis, rapacissimam, & famelicam, semper alitem nihil esculenti rapere umquam ex funerum ferculis.* AEdificia quoque superinducebant; puta tabernas, & caenacula, in quibus epulae sepulcrales peragebantur; & sepiebant quoque ad prohibendum accessum, pauperes maceria. Luculentum testimonium est in Vet. Inscript.

HVIVS. MONVMENTI. IVS. QVA. MACERIA
CLVSVM. EST. TABERNA. ET. CENACVLO
HERED. NON. SEQVETVR
NEQVE. INTRA. MACERIA. HVMARI
QVEMQVAM. LICET

Item ista:

AD. ID
SEPVLCRVM. HORTVS. QVI. EST. CINCTVS
MACERIA. ET. DIETA. ADIVNCTA. IANVAE
CVSTODIAE. CAVSA. SEPVLCRO. CEDAT

Suetonius Nerone cap. XXXIII. *Denique bustum eius consepiri, nisi humili, levique maceria, neglexit.* Hae vero maceriae, quae sepiebant, *Arcae* vocabantur. Invenio in fragmentis Auctorum De Limit. *Arca aliquoties circa sepulcrum sine dubio ponitur, & super ipsam arcam memoriae constitutae.* Vetus Inscriptio:

EX. EA. SVMMA. SICVT. SOLITI. SVNT
ARCAM. PVBLICIANORVM. FLAVIA
NI. & ITALICI. FILIORVM. &. ARCAM
IN. QVA. POSITA. EST. FLAVIA. SA
LVTARIS. VXOR. EIVS. ROSIS. EXOR
NENT.

Ditiores sepiebant saxo, vel marmore. Statius de Priscillae sepulcro:

——— *tantas venerabile marmor*
Sepit opes. ———

Virgilius Culice:

——— *tumulus formatum crevit in orbem,*
Quem circum lapidum levi de marmore formas
Conserit adsiduae curae memor. ———

Suetonius Nerone cap. L. *In eo monumento solium Porphyretici marmoris superstanti Lunensi ara circumseptum est lapide Thasio.* Nec sepimento solum muniebant, imo etiam custodes addebant. Horatii vetus Interpres ad illud: *Novendiales dissipare pulveres* clare notat. *Pauperum, nam divitum sepulcra suis custodibus curae erant.* Coeperam autem dicere de tabernis sepulcralibus, itaque huc revertar. Habitare quoque in illis coeperunt, videturque originem traxisse ab incendio Neroniano. Suetonius cap. XXXVIII. *Per sex dies, septemque noctes ea clade saevitum est, ad monumentorum, bustorumque diversoria plebe compulsa.* Sed, ut indecorum, merito legibus prohibitum est. Vlpianus *l. Praetor D. de sep. viol. Si quis in sepulcro dolo malo habitaverit, aedificiumve aliud quidquam, quod sepulcri caussa factum sit, habuerit, in eum, si quis agere eo nomine volet, ducentorum aureorum iudicium dabo.* Ita corrigo; nam male hodie legitur, *aedificiumve aliud, quam quod;* plane contrario legi sensu. Graeci principum virorum sepulcris porticus circumstruebant, & palaestras superinducebant. Plutarchus in Timoleonte: *Humatum est corpus eius in foro, sepulcroque postea porticus circumductae, palaestraeque inaedificatae; quae gymnasium essent iuvenum, & Timoleonteum adpellarunt.* Quin templa etiam superstruebant. Arnob. lib. VI. *Multa ex his templa, quae tholis sunt aureis, & sublimibus elata fastigiis, auctorum conscriptionibus comprobatur contegere cineres, atque ossa, & functorum esse corporum sepulturas.* Et quae ibi sequuntur multa, dignissima inspectione. Clemens Protreptic. *Praeterea redarguam ipsa templa, quae benigniore vocabulo adpellabant, sepulcra esse*

templa cognominata. Et Ciceronem quoque in Epiſtolis ad Atticum lib. XII. filiae ſuae mortuae fanum cogitaſſe legimus, ad imitationem videlicet antiquiſſimorum Graecorum [a]. Poſteriore aevo ſuper Imperatorum ſepulcra velum purpureum extendebatur. Patet ex Ammiano lib. XVI. *Suaſitque conſarcinatis mendaciis laeſae maieſtatis arceſſere maritum inſontem, & fingere, quod velamen purpureum a Diocletiani ſepulcro furatus, quibusdam conſciis occultabat*. Non ſemper autem monumenta ſtructa ex ſaxo, ſed arbores ſuperimpoſitae ſepulcro. Nempe buxi, & palmites. Martial. lib. I. epig. LXXXVIII.

Alcime, quem raptum domino creſcentibus annis
Labicana levi ceſpite velat humus;
Accipe non Pario nutantia pondera ſaxo,
Quae cineri vanus dat ruitura labor;
Sed fragiles buxos, & opacas palmitis umbras,
Quaeque virent lacrimis roſcida prata meis.
Accipe, care puer, noſtri monumenta doloris,
Hic tibi perpetuo tempore vivet honor.
Quum mihi ſupremos Lacheſis perneverit annos,
Non aliter cineres mando iacere meos.

Cognoſcimus quoque ex Dolabella De Lim. Agr. *Fines ſepulturarios, ſive cinerarios ſic intelligis, quo vadant rigores inter poſſeſſiones. Iuxta ſepulturam ſunt buxus*.

CAP. XLII.

Antiqui in cavernis ſepeliebant. Puticuli. Poſtea in aedibus coeptum eſt. Larium cultus unde. Cella mortualis. Conditorium. Forum. Nomina mortuorum in limine perſcribi ſolita. Gloſſaria mortuaria. Catonis dictum illuſtratum. Veſtimenta etiam ibi recondita. Subgrundaria. Duodecim Tabulae vetuerunt in urbe ſepeliri; quibus tamen permiſſum. Qui coloniam duxiſſet in media urbe ſepeliebatur. Forum honeſtiſſimus locus ſepulcri. Tyrannicidae ibi ſepulti. Mileti ignominia erat, vel efferri per forum. Hadriani reſcriptum. Lycurgus ſepulcra in urbe permiſit. Mox prope portas ſepultum eſt, quae inde ἡρία etiam Athenienſibus dictae. Imo longius ad vias publicas. Romani nobiliores ad Flaminiam, Latinam, Appiam, faciebant. Poſitio ſepulcrorum; & ſaepe pro terminis erant. Hygenus emendatus. Item Frontinus. Lex Tiberii. Inopum ſepulcra in ſuburbanis. Culinae. Etiam damnatorum. Herodianus correctus. Eſquiliae, cloacae. Gemoniae. Hamotrahones.

DIxi, quid de ſepulcris, & quae circa illa; nunc de loco, quod promiſeram, implendum eſt. Antiquiſſimi certe ſepeliebant in cavernis. Etymologici Auctor: *Olim in cavernis terrae ſepeliebant neque ferro, neque aere, utentes*. Romani *Puticulos* adpellabant. Feſtus: *Puticulos antiquiſſimum genus ſepulturae adpellatos, quod ibi in puteis ſepelirentur homines*. Poſtea vero in aedibus quiſque ſuis coepit. Iſidorus lib. XV. cap. XI. *Sepulcrum a ſepulto dictum eſt. Prius autem in domo quiſque ſua ſepeliebatur*. Inde Lares quoque coli coeperunt. Servius AEneid. VI. *Apud maiores omnes homines in ſuis domibus ſepeliebantur; unde ortum eſt, ut Lares quoque colerentur in aedibus*. Et poſtea quoque factitarunt nonnulli. Statius in Lacrimis Etruſci:

Non totus rapiere tamen, nec funera mittam
Longius; hic manes, hic intra tecta tenebo.

Seneca lib. IV. Controv. I. *Cineres meorum in ſepulcro video, magnum ſolatium eſt adpellare nomina filiorum non reſponſura*. Et erant illi uſui cellae. Phlegon Trallianus De Mirabil. *Aperta vero cella, in qua poſita omnium familiarium cadavera, in aliis quidem lectis conſpiciebantur corpora*, &c. Proprie *Conditoria* dicebantur. Solinus cap. V. *Quorum reliquiae in conditorio Saluſtianorum videntur*. Plinius lib. XXXVII. cap. II. *Quae in dolorem credo ſeculi, invidiamque fortunae, tamquam Alexandri Magni corpus in conditorio ſervari, ut oſtentarentur, placebant*. Petronius Satirico: *In conditorium etiam proſequuta eſt defunctum*. Seneca *Conditivum* adpellat, epiſt. LXI. *Qui latitant, & torpent, ſic in domo ſunt, quomodo in conditivo*. Iterum LXXXIII. *Non multum intereſt inter otium, & conditivum*. Erantque in introitu etiam veſtibula, quae *Fora* nuncupabant. Feſtus: *Id forum antiqui adpellabant, quod nunc ſepulcrum dici ſolet*. Cicero II. De Leg. *Quod autem forum, ideſt, veſtibulum ſepulcri, uſucapi vetat, tuetur ius ſepulcrorum*. In hoc vero, atque adeo in ipſo limine, perſcribebant nomina conditorum. Haurio ex Senecae loco, quem modo proferre coeperam: *Qui latitant, & torpent, ſic in domo ſunt, quomodo in conditivo; horum licet in limine ipſo nomen marmori inſcribas, mortem ſuam anteceſſerunt*. Hoc Cato apud Agell. lib. XVIII. cap. VII. adludens *Gloſſarium mortuarium* dixit, quia perſcripta nimirum habebat nomina mortuorum. Et ita eleganter per translationem adpellavit philoſophos, qui, non aliter atque conditorii limen, nomina tantum mortua prae ſe ferrent, neque vivere ſe ulla re praeclara teſtarentur. Intra hoc porro recondebant etiam veſtimenta ſepultorum. Oſtendunt illa Suetonii Caligula cap. LII. *Triumphalem quidem ornatum etiam ante expeditionem adſidue geſtavit; interdum & Magni Alexandri thoracem repetitum e conditorio eius*. Curius Fortunatianus Artis Rhetor. lib. I. *Commendatam ſibi ab ephebo chlamydem, defuncto eo, in monumentis maiorum ei poſuit*. Nec veſtes tantum, ſed ſpecula quoque, ſtrigiles, & talia. Plinius lib. XXXVI. cap. XVII. *Mutianus ſpecu-*

[a] *Verbis claris exprimit ſenſum verum, & integrum* [*Et Ciceronem quoque in Epiſtolis ad Atticum libro* XII. *filiae ſuae mortuae fanum cogitaſſe legimus*] *eius enim indicia plura exſtant illic. Sed quum haec ipſa iunguntur cum eo, quod ſcribit in argumento eius capitis* [*clarorum virorum cineribus, porticus, palaeſtrae; imo templa ſuperſtructa*] *ſane de iis non recte cogitatum fuit. Nam Cicero ubicumque potius voluit erigere fanum, quam ad tumulum filiae*. Iac. Gronovius.

specula quoque, & strigiles, & vestes, & calciamenta usata, (sarcophago Assio) omnia lapidea fieri, auctor est. Ante conditorium erat protectum, sive subgrunda, ubi sepeliebantur infantes intra quadragesimum diem mortui, unde & sepulcra eorum *Subgrundaria* dicebantur, ut supra explicavi. In aedibus ergo suis, & in urbe sepeliebantur. Sed vetuit olim lex XII. Tabularum, & expresse in illis erat: *Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito.* Imperatores tamen, & Vestales Virgines immunes erant. Servius AEneid. XI. *Ante omnes in civitate sepeliebantur, quod postea Duillio Consule Senatus prohibuit, & cavit,* (ita lego cum Clariss. IC. Franc. Hotomanno) *ne quis in urbe sepeliretur. Vnde Imperatores, & Virgines Vestae, quia legibus non tenerentur, in civitate habebant sepulcra. Denique etiam nocentes Virgines, licet vivae, tamen intra Vrbem in Campo scelerato obruebantur.* Et viris quoque praeclaris honoris ergo est permissum. Cicero II. De Leg. *Post Duodecim in Vrbe sepulti sunt clari viri.* Sic Publicolae, totique eius generi, sepulcrum intra Vrbem destinatum. Plutarchus in Vita eius. *Sepultus vero & hic est ex plebiscito intra Vrbem iuxta Veliam, & universo eius generi illic sepeliri concessum.* Et apud Graecos coloniarum ductores in media urbe sepeliebantur. Pindari Scholiastes Olymp. ode I. *Colonias, qui deduxissent in mediis urbibus sepeliebantur ex more.* In media urbe, idest, in medio foro; ille enim locus honoratissimus. Tacitus Annal. II. de funere Germanici: *Corpus, antequam cremaretur, nudatum in foro Antiochensium, qui locus sepulturae destinabatur.* Et tyrannicidis decretus hic honos. Quintilianus Declamat. CCCXXIX. *Ad exemplum posteritatis ostendatur in foro sepulcrum, ne quis audeat tyrannus esse; ut omnes homines monumentis eius sciant, quibus praemiis adversus tyrannos tyrannicidae armentur.* De Heraclito narrat Diogenes Laertius lib. X. *Ita maceratum postridie obiisse, & in foro sepultum fuisse.* Plutarchus De Timoleonte: *Humatum est corpus eius in foro.* Contra, ut hoc moneam, apud Milesios ignominiosum erat, vel efferri dumtaxat per forum. Manifestum id est ex uno Polyaeni loco, lib. VIII. *Milesia mulier auctor fuit, ut, laqueo vitam quae finiissent, per forum efferrentur, atque hoc decretum inhibuit homicidas virgines, probrum enim post mortem, & pompam illam per forum non ferentes, a laqueis abstinuerunt.* Hadrianus Imperator rescripsit poenam quadraginta aureorum in eos, qui in civitate sepeliebant; eamdem quoque in magistratus, qui id permisissent; locum item publicari, corpusque transferri, voluit. Vide *l. Praetor §. D. Hadrianus D. de sepul. viol.* Imo ne in itinere quidem per vicos, aut oppida, transvehere licebat, sine permissu magistratus. Lycurgus contra universim permisit in sua Spartana Repub. ut nimirum quotidiana sepulcrorum adspectione populo mortis horrorem imminueret. Plutarchus in Vita eius: *Primum omni superstitione sublata, mortuos intra urbem humari, monumentaque prope templa poni non prohibuit, huiusmodi spectaculis adolescentes adsuefaciens, ne mortis recordatione perturbarentur, eamque exhorrescerent, quasi eos, qui cadaver tetigissent, aut per sepulcretum transiissent, polluentem.* Itaque, ut dicere coeperam, extra urbem ferebant, & prope portas condebant. Suidas in Stesichoro: *Pallanta Arcadiae profugum venisse Catanam dicunt, ibique mortuum, & sepultum ante portam, quae ab ipso Stesichorea adpellata.* Diogenes Laertius lib. VI. in Vita Cynici: *Venientibus autem eorum patribus, maioribusque, ab ipsis sepultum esse iuxta portam, qua itur in Isthmum.* Marcellinus in Vita Thucydidis: *Estque ipsius sepulcrum ad portam in regione Attica, quae Cava dicitur.* Inde videlicet, & ipsas portas ἠρία nominarunt Athenienses. Etymologici Auctor: Ἠρία, *portae ab Atheniensibus adpellantur, quod illuc efferantur mortui ad sepulcra.* Vel longius quoque a portis abscedebant, & ob vias sepeliebant. Theocritus Idyll. VII.

> *Plus medium superabat iter, Brasilaeque sepulcrum*
> *Conspectum nobis nondum fuit.* ———

Tacitus Annal. XIV. *Domus corporibus exanimis, itinera funeribus, complebantur.* Propertius lib. IV.

> *Cynthia namque meo visa est incumbere fulcro,*
> *Marmor ad extremae nuper humata viae.*

Hinc illud Artemidori est lib. I. cap. LXXXIV. *Propter viam dormire aegrotantibus mortem praedicit.* Et sunt alia loca apud Plutarchum in Lysandro, in Isocrate Quaest. Graec XXII. & apud alios item Scriptores, quos non recenseo Haec sufficiunt. Romani nobiliores sepeliebant ad Flaminiam, & Latinam. Inde Iuvenalis Sat. I.

> ——— *experiar quid concedatur in illos,*
> *Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina.*

Statius Epicedio in Glauciam;

> *Quid mirum? plebs cuncta, nefas, & praevia flerunt*
> *Agmina, Flaminio qua limite Milvius agger*
> *Transvehit, immeritus flammis dum tristibus infans*
> *Traditur.* ———

Martialis lib. XI. epigr. XIV.

> *Quisquis Flaminiam teris viator,*
> *Noli nobile praeterire marmor.*

Et Mausoleum quoque Augustus struxit sexto Consulatu suo inter viam Flaminiam, ripamque Tiberis, ut testatur in Vita eius Suetonius cap. C. Latinae meminit etiam Prudentius contra Symmachum lib. I.

> ——— *Diis Manibus illis*
> *Marmora secta lego, quacumque Latina vetustos*
> *Custodit cineres, densisque Salaria bustis.*

Atque observa inibi Salariae mentionem ubi tamen promiscue quorumvis e populo sepulcra fuisse, vel inde licet colligere, quod ait, *densis bustis*. Sed & in Appia erant. Cor-

Cornelius Nepos in Vita Attici: *Sepultus est iuxta viam Appiam ad quintum lapidem, in monumento Q. Caecilii avunculi sui.* Statius de funere Priscillae Abascanti:

Est locus ante Vrbem, qua primum nascitur ingens
Appia, quaque Italo gemitus Almone Cybele
Ponit, & Idaeos iam non reminiscitur amnes.
Hic te Sidonio velatam molliter ostro,
Eximius coniux (nec enim fumantia busta,
Ardoremque rogi potuit perferre,) beato
Composuit Priscilla toro. ———

Hinc intelligi Seneca debet ludens in mortem Claudii: *Appiae viae curator est, qua scis & divum Augustum, & Tiberium Caesarem, ad deos isse.* Solebant autem praeterea strui, ut neque hoc negligam, in finibus agrorum, nisi si steriles, aut saxosi essent. Siculus Flaccus De Condit. Agr. *Inspiciendum erit & illud, quoniam sepulcra in extremis finibus facere soliti sunt, & cippos ponere, ne aliquando cippus pro termino errorem faciat. Nam in locis saxuosis, & in sterilibus, etiam in mediis possessionibus faciunt.* Itaque erant saepe pro terminis: hinc *Sepultura finalis* apud Hygenum De Limit. Constit. Item *Fines sepulturarii.* Dolabella: *Fines sepulturarios, sive cinerarios, sic intelligis, quo vadant rigores inter possessiones.* Et *sepultura limitaris* apud eumdem Hygenum, sed male hodie *militaris* legitur. Neque est, quod quis de funere militari obiiciat ex Livio, nihil ad rem. Plenissime vero universam hanc monumentorum positionem tradit lex Tiberii Caesaris apud Frontinum De Limit. Agr. quam Antiquitatis illustrandae caussa adscribendam censeo: *Monumentum plurimis est constitutum rationibus. Est unum, quod ad itinera publica propter testimonium perennitatis est constitutum; est & aliud, quod proximis aedibus vix unus, quis miles, vel consors condidit in portionibus suis, vel ad progeniem futuram, heredibusve suis testis loco, vice instrumentorum, tabellarumve. Est & aliud, quod non longe ab aedibus, vel itinere publico, constitutum est, iuxta legem Semproniam, & Iuliam. Et alia intra agros sita sunt, quae partes militum* (corrigo *limitum*) *servant. Sunt etiam monumenta in itineribus constituta, quae fidem publicam tenent.* Iam inopum sepulcra in suburbanis erant, & *Culinas* indigetabant. Aggenus Vrbicus De Limit. Agr. *Sunt in suburbanis loca publica, inopum destinata funeribus, quae loca Culinas adpellant.* Ovidius Fast. II.

Non impune fuit, nam dicitur omine ab isto
Roma suburbanis incaluisse rogis.

Et damnati quoque, quod est notissimum. Itaque corrigendus insignis locus Herodiani lib. II. de cadavere Commodi: Νύκτωρ ὀχήματ' ἐπιθέντες, εἰς προάστειον ἀπέπεμψαν. *Noctu, quum vehiculo imposuissent, in suburbium miserunt.* Male hodie, εἰς τὸ ἀριστεῖον legitur. Atque hinc est illa somnii interpretatio apud Achmetem cap. CXXX. *Si quis compellatum se viderit a mortuo, ut secum in suburbium, aut locum suum, exeat, morietur.* Sed in Herodiani verbis observa etiam plaustro (a) impositum, ut damnatis fiebat, quod item emendationem nostram firmat. Maxime vero in Esquiliis. Horatius lib. I. Sat. VIII. de novis hortis, quos propter aeris salubritatem ibi fecerat Maecenas:

Hoc miserae plebi stabat commune sepulcrum.

Vel insepulti quoque eodem abiiciebantur. Inde eo ipso in loco:

Nunc licet Esquiliis habitare salubribus, atque
Aggere in aprico spatiari; quo modo tristes
Albis informem spectabant ossibus agrum.

Et Epod. V.

Post insepulta membra different lupi,
Et Esquilinae alites.

Vel abiiciebantur in cloacas. Herodianus lib. I. *Obtruncatos in cloacas abiecerunt.* Iterum lib. V. *Per totam Vrbem tracta, obtruncataque, in cloacas abiecta sunt.* Et lib. VII. *Administri, exsequutoresque, saevitiae eius a populo in cloacas iaciebantur.* Et trahebantur huc unco, ut patet ex his ipsis locis iam citatis; idque ab antiquiore longe tempore. Seneca De Ira lib. III. capit. III. *Equuleus, & fidiculae, & ergastula, & cruces, & circumdati defossis corporibus ignes, & cadavera quoque trahens uncus.* Nec in Esquilias quidem semper, aut cloacas, sed etiam Gemonias. Tacitus Hist. III. *Tunc confossum, conlaceratumque, & absciso capite truncum, corpus in Gemonias tractum.* Suetonius Tiberio cap. LXI. *Nemo punitorum non & in Gemonias abiectus, uncoque tractus.* Iterum cap. LXXV. *Alii uncum & Gemonias, cadaveri minarentur.* Et ministri huius rei *Hamotrahones* adpellabantur. Festus: *Hamotrahones, alii piscatores, alii qui unco cadavera trahunt.*

CAP. XLIII.

Sepulcra sancta, & iurari per ea solitum. Deorum Manium tutelae dicata. Inimicis inaccessa. Terram levem imprecandi mos. Terra levis, & gravis in sepulcris, quid sit. Imprecabantur quoque, ut insepulti iacerent. Ἐκπίπτειν χθονός. *Superstitiosa de insepultis opinio.*

VT mortui sancti, ita quoque habita sepulcra. Quintilianus Declam. X. *Sacratos morte lapides, etiam cineres, & ossa religiose quiescentia fracta sparsisset urna.* Catullus:

Laserpiciferis iacet Cyrenis,
Oraclum Iovis inter aestuosi,
Et Batti veteris sacrum sepulcrum.

Cicero Philipp. IX. *Sepulcrorum sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moveri, neque deleri potest, atque ut cetera extinguuntur, sic sepulcra ipsa fiunt sanctiora vetustate.* Huc refer-

(a) *Non opinor tam commode in Herodiani loco* ὄχημα *Latine dici* plaustrum, *quam quidem ab Politiano* vehiculum. *Iacob. Gronovius.*

referri debent ista Plinii lib. II. ubi de terra loquitur: *Novissime complexa gremio a reliqua natura abdicatos; tum maxime, ut mater operiens, nullo magis sacramento, quam quo nos sacros facit, etiam monumenta, ac titulos gerens, nomenque prorogans nostrum, & memoriam extendens contra brevitatem aevi.* Festus non sacra, sed religiosa esse vult. Sic Curius Fortunatianus Rhetor lib. II. *Positivum quot modis consideramus? Octo, publico, ut theatro, stadio; privato, ut domo, villa; sacro, ut templo, adyto; religioso, ut mausoleo, sepulcro* [a]. Itaque iurabant quoque per ea, sed si virorum illustrium essent. Seneca lib. I. Suas. II. *Coestius quum descripsisset honores, quos habituri essent, si pro patria cecidissent, adiecit: Per sepulcra vostra iurabitur.* Et liberi per parentum suorum. Idem lib. II. Controv. I. *Ergo morientem videbo, per cuius cineres iuraturus sum?* Claudianus in Ruf. lib. I.

——— fratresque necare
Ludus, & occisos pulcrum iurare parentes [b].

Putabantur vero esse in tutela deorum Manium; unde & in Inscriptionibus, D. M. id est, *Diis Manibus*, ponebant. Interpres Historiae Apollonii Tyrii: *Fabricant loculum ex aere collato, & scripserunt:* DII. MANES CIVES. TARSIAE. VIRGINI. PRO. BENEFICIIS. PATRIS. EIVS. SEPVLCRVM. EX ÆRE. COLLATO. FECERVNT. Prudentius contra Symmachum lib. I.

——— Dis Manibus illis
Marmora secta lego, quacumque Latina vetustas
Custodit cineres. ———

Itaque violari sepulcra nefas, impiumque habebatur. Synesius epist. CLIII. *Existimo magis impium mortuorum laudes furari, quam vestes, quod est sepulcrum effringere.* Et scimus ex Iure nostro, quam poenam inrogandam censuerint Imperatores. Imo ne accedere quidem inimico licebat, multo minus violare. Ecce Teucer apud Sophoclem in Aiace, ita Vlyssem adfatur:

Te vero Vlysse Laerte ab antiquo sate
Illud sepulcrum tangere haud permiserim,
Ne res sit illa manibus functi gravis.

Occiderat enim seipsum Aiax, quia arma Vlyssi erant adiudicata; itaque non licitum illi prope sepulcrum interfecti accedere. Isaeus in Orat. qua de hereditate Astyphili est: *Quum moreretur Euthycrates mandavit domesticis, neminem e Theudippi familia ad monumentum ipsius accedere permitterent.* Idem plane apud Romanos obtinuit, ne Graecorum superstitionem tantum credas; adeoque caverunt Inscriptionibus. Lapis vetus:

M. AEMILIVS. ARTEMA
FECIT
M. LICINIO. SVCCESSO. FRATRI
BENE. MERENTI
ET. CAECILIAE. MODESTAE
CONIVGI. SVAE. ET. SIBI. ET
SVIS. LIBERTIS
LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM
EXCEPTO. HERMETE. LIB. QVEM
VETO. PROPTER. DELICTA. SVA
ADITVM. AMBITVM. NE. VLLVM
ACCESSVM. HABEAT. IN. HOC
MONVMENTO

Qui accedebant, terram levem imprecabantur. Pedo in eleg. de obitu Maecenatis:

——— tellus levis ossa teneto,
Pendula librato pondus & ipsa tuum.

Iuvenalis Sat. VII.

Di maiorum umbris tenuem, & sine pondere terram.

Et infinita sunt loca Auctorum. Hinc cippis quoque inscribebant, H. S. E. S. T. T. L. *Hic situs es, sit tibi terra levis.* Credebant autem Antiqui illi sepultos adhuc incantationibus esse obnoxios, ideoque ne eae nocerent, tumulo bene precabantur, idest, terram levem. Nam si incantari contigisset, tum *Terra gravis* dicebatur. Quintilianus Declamat. X. De sepulcro incantato, nos hoc docet: *Nunc barbaro carmine gravem terram totis noctibus pulsat, & impositum sibi sepulcrum, quod non possit evolvere, quae solebat ipsos discutere inferos, umbra miratur.* Iterum: *Queritur solito terram graviorem, utique quum sentit venisse noctem, qua umbrae feliciores dimittuntur ad matres.* Qui itaque male alicui volebant, imprecabantur terram gravem, idest, ut sepulcrum incantaretur, quo scilicet umbra oppressa e tumulo prodire non posset, quod e Quintiliano satis clare haurimus. Plinius lib. II. *Cuius (terrae) numen ultimum iam multis imprecamur irati grave, tamquam nesciamus hanc solam esse, quae numquam irascatur homini.* Tertullianus De Testim. Animae capit. IV. *Terram gravem imprecaris, & cineri penes inferos tormentum.* Tanti autem Veteres sepulturam aestimarunt, ut quum gravissime imprecari inimicis vellent, imprecarentur, ut insepulti post mortem iacerent, idque dicebant, *ἐκπίπλειν χθονός*. Sophocles Aiace:

——— εἰ δέ τις στρατοῦ
Βίᾳ σ᾽ ἀποσπάσειε τοῦδε τοῦ νεκροῦ,
Κακὸς κακῶς ἄθαπτος ἐκπέσοι χθονός.
——— si vero quis exercitus
Vi se avulserit ab hoc mortuo
Malus male insepultus excidat terra.

Interpres Historiae Apollonii Tyrii: *Si aliud feceris, quam quod dolor exposcit, ultimum diem incidas, nec sit, qui corpus tuum sepulturae commendet.* Caussa vero haec, quia insepultos credebant errare, ut cognoscimus ex Homero Iliad. Ψ. & Virgil. AEn. VI.

CAP.

(a) Locus religiosus Iureconsultis dicitur, in quem vel cadaver, vel caput cadaveris, illatum est.

(b) Hinc illud *Demosthenis*: Non per eos, qui in Campis Marathoniis fortiter pro patria dimicando occubuerunt.

CAP. XLIV.

Sumtus funebres. Gladiatorum, & servorum in pompam manumissorum numerus. Lex Fusia Caninia, quae postea sublata. Et servorum pretium inquisitum. C. Curionis theatrum ingeniosum. Claudii Isidori testamentum. Anterotis legatum ad epulum annuum. Suetonius emendatus. Lex Sullae. C. Figuli sepulcrum. Quid apud Athenienses super sepulcrali sumtu statutum.

VIdimus antea pompam omnem funebrem; at quanti in illa sumtus? vix credamus, pro nostro aevo. Plato merito modum poni voluit in sua Repub. pro ordine cuiusque, & censu. Minam unam impendere permittebat infimi census hominibus, duas aliis, qui maiores, tres iis, qui supra hos, quinque autem viris primatibus, idest, centum florenos. Vide lib. XII. De Leg. Sed non obtinuit, maxime apud istos, qui in dignitate aliqua, & honore. Plutarchus in Timoleonte: *Populus Syracusanus Timoleontem hunc Timodemi F. Corinthium sepelit ducentis minis*. Ducentas minas, inquit, impensas, quae efficiunt nostro calculo tres mille quingentos florenos Carolinos. Audiamus aliquid magnificentissimum, & poene supra fidem, nisi ab Alexandro esset, isto Magno. Curtius lib. x. narrat: *Verum est, quod Alexander Hephaestioni tamquam heroi sacrificari iusserit. In funus, atque monumentum ei faciendum, plusquam duodecim millia talentorum impensa sunt*. Plutarchus, & Arrianus decem tantum tradunt, quod ipsum etiam satis. Ponamus calculum, & reducamus ad nostram monetam; decem illa millia efficient duodecim milliones florenorum. Quanto frugaliores veteres Romani? Valerius Maximus lib. IV. cap. IV. de Menenio Agrippa: *Nisi a populo collatis in capita sextantibus funeratus esset, ita pecuniae inops decessit, ut sepulturae honore caruisset*. Incertum quot illo aevo capita in populo, sed non iniusta tamen subsequutorum temporum consideratione, detractis, quae per ea fieri potuerunt incrementis, & habita illorum quoque ratione quos continua bella hauserunt, circiter centum millia fuisse statuere possum, & cum suffragio eorum, qui rei Romanae periti. Contulerit ergo haec multitudo in sextantibus praeterpropter sexcentos florenos. Eadem fere tempestate, idest, decennio ante, decessit quoque Valerius Publicola in summa inopia: *Populus vero, tamquam vivo nihil eorum, quae meritus fuerat persolvisset, sed omnem adhuc deberet gratiam, decrevit, ut publico funere efferretur, quadrantem singulis conferentibus*; inquit Plutarchus; Quadrantem unusquisque tribuit, id est, universi octingentos quinquaginta circiter florenos. Tantum impendit paupertina illa Roma, quae necdum tunc pervenerat ad centesimam magnitudinis suae partem, quam postea habuit. Mox vero, ut crevit Vrbis imperium, ita civium quoque opes, & cum iis luxus; adeoque in Sullae rogum iniecta sunt CCX. aromatum pheretra; ipsius quoque & lictoris statuae duae iustae magnitudinis, ex ture, & cinnamomo. Vide Plutarchum, qui tibi id dicet. Statius de Priscillae funere:

——— quis carmine digno
Exsequias, & dona malae feralia pompae
Perlegat? omne illic stipatum examine longo
Ver Arabum Cilicumque fluit, floresque Sabaei,
Indorumque arsura seges, praereptaque templis
Tura, Palaestini simul, Ebraeique liquores,
Coryciaeque comae, Cynareia germina, & altis
Ipsa toris Serum Tyrioque umbrata recumbit
Tegmine. ———

Nero in funere Poppeae plus cinnamomi, & casiae combussit, quam toto anno Arabia universa ferret. Plinius lib. XII. cap. XVIII. *Beatam Arabiam fecit hominum etiam in morte luxuria, quae diis intellexerat genita adhibens urendis defunctis. Periti rerum adseverant, non ferre tantum annuo foetu, quantum Nero princeps novissimo Poppeae suae die concremaverit*. Quantum igitur impendium in aromatis solis fuisse censes? Audi Plinium computantem: *AEstimentur singulis annis tot funera acervatimque congesta honori cadaverum, quae diis per singulas micas dantur. Minima computatione millies centum millia sestertium annis omnibus India, & Seres, peninsulaque illa imperio nostro adimunt. Tanti nobis deliciae, & feminae, constant*. Ecce, facit illa summa quinque milliones. At feminas quoque in partem trahit, & scimus magnum quoque illarum luxum fuisse. Sed tamen vix tertiam partem vindicare sibi poterunt. Iam quanti sumtus censes ipsam rogi struem, tantum pretiosissimarum vestium, tantum auri, argentique, tantum gemmarum, quae in rogum iniiciebantur? quanti censes epulum populo datum, ludos funebres, munera gladiatoria, magnas moles sepulcrorum? anne excedere multa millia florenorum? imo centena saepe aliquot? imo milliones? Examinemus in parte, & inde totum iusta proportione aestimemus. Servorum gladiatorum multi centum paria dabant. Persius:

——— at tu meus heres,
Quisquis es, a turba paullum seductior audi.
Dis igitur, genioque ducis, centum paria ob res
Egregie gestas.

Horatius:

——— gladiatorum dare centum
Damnati paria. ———

Adde iam multos quoque centenos saepe manumissos in pompam, qua in re tam prodigi, ut obviam ire lex Fusia Caninia debuerit, quae centenarium numerum excedere vetaret. Testes Caius Instit. cap. III. & Iul. Paulus Recept. Sentent. lib. IV. capit. XIV. Et

Et haec obtinuit ad Iustinianii usque tempora, a quo rursum, veluti invida libertati, sublata est. Ineamus nunc rationem a pretio servorum, quod quale fuerit ostendemus. Plutarchus De Catone Maiore narrat in Vita eius: *Numquam pluris emisse servum, quam mille quingentis drachmis*. Mille autem quingentae drachmae valent sex millia nummum. Columella lib. III. cap. III. De servo vinitore: *Vulgus quidem parvi æris, vel de lapide noxium posse comparari putat; sed ego plurimorum opinioni dissentiens, pretiosum vinitorem imprimis censeo; isque licet sit emtus sex, vel potius sestertiis octo millibus*. Et Iuvenalis de mullo sex millibus emto Sat. IV.

——— *potuit fortasse minoris*
Piscator, quam piscis emi; Provincia tanti
Vendit agros. ———

Scio maiori quandoque pretio venundatos fuisse, nam Calvisius Sabinus apud Senecam lib. III. epist. XXVII. centenis millibus nummum emit. Et Martialis lib. XI. epig LXXI. exprobrat Tuccae:

Vendere, Tucca, potes centenis millibus emtos.

Apud Plinium vero lib. VII. cap. XXXIX. alii etiam longe pluris. Sed sequamur illam iudicii normam Catonem, & rerum omnium iustissimum censorem. AEstimemus singulos servos sex millibus nummum; ergo in ducentis impenderint sexaginta mille florenos. Atqui haec quidem illi non referebant in rationes; augeri sic magnificentiam exsequiarum sine suo sumtu censentes, quum plerumque non emtitios eos, sed vernas, & domi natos haberent, aut ex hereditate quoque. Hoc tantum numerabant, quod expendere opus esset. Et ut maiores sumtus fierent daturi ludos, ac munera, argenteo aliqui arenae adparatu, & argenteis hastis utebantur; primusque id fecit Iulius, & ab illo mox alii Plinius lib. XXXIII. capit. III. *Caesar, qui postea Dictator fuit, primus in aedilitate, munere patris funebri, omni adparatu arenae argenteo usus est; ferasque argenteis hastis incessere, tum primum visum*. Nonnulli, non contenti publicis theatris, temporaria exstruebant, mox iterum destruenda. Plinius ingerit lib. XXXVI. cap. XV. de Curione quodam. Sic inquit: *C. Curio, qui bello civili in Caesarianis partibus obiit, funebri patris munere, quum opibus, adparatuque non posset superare Scaurum (unde enim illi vitricus Sulla, & Metella mater proscriptionum sectrix?) quum iam ne ipse quidem Scaurus comparari sibi posset, quando hoc certe incendii illius praemium habuit, convectis ex orbe terrarum rebus, ut nemo postea par esset insaniae illi. Ingenio ergo utendum fuit; operae pretium est scire quid invenerit, & gaudere moribus nostris, ac nostro more nos vocare maiores. Theatra duo iuxta fecit ex ligno cardinum singulorum versatili suspensa libramento, in quibus utrisque antemeridiano ludorum spectaculo edito inter sese aversis, ne invicem obstreperent scenae; & repente circumactis, ut contra starent; postremo iam die discedentibus tabulis, & cornibus inter se coeuntibus, faciebat Amphitheatrum, & gladiatorum spectacula edebat*. Admirandum opus, & magnae impensae; quanti aestimas reliquum funus? Idem Plinius lib. XXXIII. cap. X. tradit. Coss. L. Asinio Gallo, C. Marcio Censorino, idest, sub Augusto, quemdam C. Caecilium Claudium Isidorum iussisse funerari se undecim millibus sestertium; hoc est, quingentis quinquaginta millibus florenorum. Dic, sodes, Plini, an bona fide tu hoc? oportet. Et exigua haec etiam, prae divitiis istorum hominum, ut video: nam ille ipse Isidorus te teste, etiamsi multa civili bello amisisset, edixit tamen testamento relinquere se servorum quatuor millia centum sedecim, iuga boum tria millia sexcenta, reliqui pecoris ducenta quinquaginta millia, in numerato sestertium sexcenties, idest, tres milliones florenorum. Obstupesco. Ergo olim civi, & quandoque alicui de media plebe funus factum, quale non hodie vel Regum maximo, aut Imperatorum? Accipe aliud, quod non minus mireris. Q. Minucius Anteros, homo libertus, sed Sevir Augustalis, praeter sumtus funerales legavit Seviris collegis suis decem millia sestertium, idest, quingenta millia florenorum; e quorum reditu quotannis natali suo epulum agitarent. Lapis vetus ostendit:

Q. MINVCIVS. Q. L. ANTEROS. VI. VIR
AVGVSTAL
HIC SEVIRIS. AVGVSTAL. ALETRINAT
LEGAVIT. HS. CCIↃC. QVOIVS. EX REDITV
QVOD. ANNIS. NATALI SVO. VI. ID.
FEB. VESCERENTVR

Iam computemus hos reditus semiunciario tantum foenore; erunt supra viginti mille florenos. At veniamus ad Imperatores, quantae hic impensae! Suetonius de Vespasiano cap. XIX *Interrogatis palam procuratoribus, quanti funus, & pompa constaret, ut audiit sestertium c. exclamavit, centum sibi sestertia darent, ac se vel in Tiberim proiicerent*. Sed non potest non mendum esse. Quid enim? ut Imperatoris funus non pluris constiterit quingentis millibus florenorum? Apage. Homo plebeius, ut iam narravi ex Plinio, destinavit sibi quingenta quinquaginta. Ergo rescribo, *sestertium* ∞. *idest, millies*, Ea summa faciet quinque milliones. Atque adeo recte me emendasse fidem faciet ipse Suetonius, qui cap. L. de Nerone narrat: *Funeratus est impensa ducentorum millium*, idest, decem millionum. Et haec omnino iustior proportio Sed vero damno, damno luxum vestium Romani, qui tantas opes etiam mortui prodegistis, ad Naturae gravius opprobrium. Non tamen heredum semper haec ambitio, sed ipsorum morientium, qui testamento saepe cavebant. Seneca De Brevitate vitae cap. XX. *Quidam disponunt etiam illa, quae ultra vitam sunt, moles magnas sepulcrorum, & operum publicorum dedicationes, & ad rogum munera, & ambitiosas exsequias*. An vero nemo compescuit?

ſcuit? Difficile id ea tempeſtate, qua univerſa Roma quoddam quaſi ergaſtulum luxuriae. Fecit nihilominus ante Imperatorum tempora Sulla, & legem tulit, quam tamen ipſe in Metellae uxoris funere transgreſſus eſt. Plutarchus in Vita eius. *Legem, quam de ſumtu funerali ipſe tulerat, transgreſſus eſt, nullis impenſis parcens.* At qualis haec lex? vellem non tam obiter dixiſſet, neque nunc cogeremur ignorare. Hoc unum ſcimus poenam transgreſſori ſtatutam, qui plus monumento impendiſſet, quam lege eſſet permiſſum, ut tantumdem populo daret. Cicero lib. XII. ad Atticum: *Numquam mihi venit in mentem, quum plus inſumtum in monumentum eſſet, quam neſcio quid, quod lege conceditur, tantumdem populo dandum eſſe; quod non magnopere moveret, niſi neſcio quomodo* ἀλόγως *fortaſſe, nollem illud ullo nomine niſi Fani adpellari.* Sed quantum illud eſt, quod proprie monumento impenſum? Incertum omnino; hoc tamen certiſſimum, permagnum fuiſse. Ecce tibi, Optio quidam centuriae praelegavit ſepulcro ſuo faciendo ſeſtertium bis mille, ideſt, centum millia florenorum. Lapis vetus teſtimonium perhibet:

C. LVCILIVS. C F. VEL. VINDEX
MIL. COH. VI. PRAET. VIXIT. AN
NIS. XXX. MILITAVIT. ANNIS. XII
PRINCIPALIS. BENEFICIARIVS. TRI
BVNI. DEINDE. OPTIO. IN. CEN
TVRIA. HOC. TESTAMENTO. FIE
RI. IVSSIT. HONORIS. PIETATIS
QVE CAVSSA. SIBI. ET. C. LVCI
LIO. SECVNDO. PATRI. ET. LVCI
LIAE. SVAE. AVIAE. EX. HS. ∞ ∞.
PRAELEGATIS

Cenſe nunc ceteros pro dignitate quemque ſua, & opibus. Magnificentiſſimum ſane ſepulcrum C. Figulus habuit; inde Cicero II. De Leg. *Credo, Quinte, ut ceteri ſumtus, ſic etiam ſepulcrorum modum recte requiri; quos enim ad ſumtus progreſſa iam iſta res ſit, in C. Figuli ſepulcro vidiſti.* Apud Athenienſes idem luxus, ſed cautum poſtea eſt, ne ſepulcrum ullum fieret, niſi quod triduo homines decem facerent, idque ſine opere tectorio, & Hermis. Cicero ibidem: *Poſt aliquanto, propter has amplitudines ſepulcrorum, quas in Ceramico videmus, lege ſanctum eſt, ne quis ſepulcrum faceret operoſius, quam quod decem homines effecerint triduo, neque id opere tectorio exornari, nec Hermas hos, quos vocabant, licebat imponi.* Plato De Leg. lib. XII. quinque dierum, & totidem hominum opus permittit, & columellam tantum, quae verſus heroicos caperet quatuor.

CAP. XLV.

Lyciorum lex in luctu. Mulieribus, quod lugendi tempus praeſtitum, & quae transgredientium poena. Caligulae infractio. Prolugere. Liberi quamdiu luxerint.

Finiemus in luctu. quem mulieribus potius, quam ſuo ſexui convenire viri ſemper cordatiſſimi cenſuerunt. Seneca ep. LXIV. *Annum feminis ad lugendum conſtituere maiores, non ut tam diu lugerent, ſed ne diutius. Viris nullum legitimum tempus eſt, quia nullum honeſtum.* Dio, lib. LVI in funere Augusti: *Luxerunt eum viri quidem ex lege paucos dies, mulieres vero ex Senatuſconſulto totum annum.* Et ille, qui Lyciis leges dedit, mandabat civibus, ut in luctu veſtes muliebres gererent, rem illam vere muliebrem eſſe ſignificare volens, uti nos docet Plutarchus Conſol. ad Apollonium. Sed neque omiſerunt tamen viri, & honeſtatis eſse communis opinio fuit. Luxerunt itaque, ſed tempore indefinito, ut ex Seneca diſcimus. Mulieribus vero certum praefinitum eſt, & id quidem, annuum, ut ex Seneca intelleximus. Ne quis tamen erret: annus ille decem menſium erat, quibus olim definitus, ut notum vel pueris. Ipſe ſe Seneca explicat Conſolat. ad Albinam cap. XV. *Sexui muliebri paene conceſſum eſt, imo datum in lacrimas ius, non immenſum tamen, & ideo maiores decem menſium ſpatium viros lugendi dederunt.* Et eſt inſtitutio haec a Pompilio, qui puerum quidem nullum trimulo minorem lugeri volebat, nec quidem plures menſes, quam ille annos haberet, uſque ad decem; neque ullam aetatem ultra lugere fas. Plutarchus in Vita eius. *Ipſe etiam luctus ſecundum aetates, & tempora ordinavit, ſcilicet, puerum trimulo minorem non lugendum, maiorem vero non plures menſes, quam annos vixiſſet, uſque ad decem. Longiſſimi autem luctus tempus eſſe decem menſium; quandiu etiam defunctorum uxores viduae permanent.* Ovidius Faſt. I.

> *Quod ſatis eſt, utero matris dum prodeat infans,*
> *Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis,*
> *Per totidem menſes a funere coniugis uxor*
> *Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.*

Lycurgus undecim tantum dies praeſcripſit, duodecimo Cereri erat ſacrificandum, & finiendus luctus. Idem Plutarchus in Vita eius: *Tempus luctus exiguum definivit, dies undecim, duodecima vero oportebat peracto Cereri ſacrificio luctum ſolvere.* Romae poſt cladem Cannenſem cautum eſt, ne ultra triginta dies lugerent matronae. Livius de ſecundo bello Punico lib. II. *Tum privatae quoque per domos clades vulgatae ſunt; adeoque totam Vrbem opplevit luctus, ut ſacrum anniverſarium Cereris intermiſſum ſit, quia nec lugentibus id facere eſt fas. Itaque ne ob eamdem cauſſam alia quoque ſacra publica, aut privata desererentur, Senatuſconſulto die-*

to diebus triginta luctus est finitus. Primi Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. duobus mensibus augentes, legitimum tempus annuum esse voluerunt, ut patet ex *l. Si qua* 2. *C. de sec. nupt. Si qua ex feminis perdito marito intra anni spatium alteri festinaverit nubere, (parvum enim tempus post decem menses servandum adiicimus) tametsi idipsum exiguum putemus, probrosis inusta notis, honestioris, nobilisque personae decore, & iure privetur; atque omnia, quae de prioris mariti bonis vel iure sponsalium, vel iudicio defuncti coniugis consequuta fuerat, amittat*. Charite apud Apuleium Milesi. VIII. *Boni ergo, & optimi consules, si luctui legitimo miserrimae feminae necessarium concesseretis tempus, quoad residuis mensibus spatium reliquum compleatur anni*. Quae intra legitimum luctus tempus nupsisset, ex lege Numae bovem gravidam immolare tenebatur. Plutarchus: *Quae autem ante nupsisset, bovem fordam ex eius lege immolabat*. Postea lege Augustorum trium citata alia est poena statuta, nimirum ut amitteret, quidquid alioquin habitura fuisset vel iure sponsaliorum, vel iudicio defuncti mariti. Praeterea infestari etiam credebatur a manibus eiusdem. Charite loco citato Apuleii: *Quae res tum meum pudorem, tum etiam tuum salutare commodum respicit, ne forte immaturitate nuptiarum, indignatione iusta manes acerbos mariti ad exitium salutis tuae subscitemus*. Caligula natali suo nubere viduis, etiamsi nondum eluxissent, permisit, nisi praegnantes essent. Dion lib. LIX. *Et luctus omnes inhibuit, ut etiam mulieribus viduis ante legitimum tempus, nisi gravidae essent, nubere liceret*. Ait vero Seneca constitutum fuisse tempus, ultra quod lugere non permitterentur, sed non semper obtinuit, permissumque est pietati maxime matrum, ut filios diutius lugerent, adfectui suo satisfacientes. Cicero in epistola ad Papyrium: *Patriam eluxi iam & gravius, & diutius, quam mater unicum filium*. Seneca Consolat. ad Mart. de obitu filii: *Cur in domo nostra diutissime lugetur, qui felicissime moritur?* Atque hoc *Prolugere* dicebant. Festus: *Prolugere dicuntur, qui solito diutius lugent*. Nonnullae feminae, si quos maxime caros amisissent, numquam luctum deponebant. Seneca ad Albinam cap. XVI. *Nosti quasdam, quae amissis filiis, imposita lugubria numquam exuerunt*. Tacitus Annal. XIII. *Longa huic Pomponiae aetas, & continua tristitia fuit. Nam post Iuliam Drusi filiam dolo Messalinae interfectam, per quadraginta annos, non cultu, nisi lugubri, non animo nisi moesto egit*. Liberis idem tempus in morte parentum, quod uxoribus in maritorum. Livius ab V. C. lib. II. *Matronae annum eum, ut parentem, luxerunt, quod tam acer ultor violatae pudicitiae fuisset*.

CAP. XLVI.

Capillos tondebant mulieres, viri alebant. Athenaei, & Terentii loca explanata. Barbarorum mos radere. Cineres quoque capillis inspersi, barba.

Dixi de tempore, porro dicam de modo luctus. Capillos tondebant mulieres, viri contra alebant. Plutarch. Rom. Quaest. *Etenim apud Graecos, si quod infortunium acciderat tondentur mulieres, viri autem comam alunt*. Artemidorus lib. I. cap. XX. *In calamitatibus neglecta coma alitur*. Et cap. XXIII. *Neque quisquam in periculo, aut calamitate constitutus, tondetur*. Lucanus lib. II. de Catone:

Vt primum tolli feralia viderat arma,
Intonsos rigidam in frontem descendere canos
Passus erat, moestamque genis increscere barbam;
Vni quippe vacat studiisque odiisque carenti
Humanum lugere genus. ———

Et tamen viris quoque tonsuram tribuere videtur Athenaeus lib. XV. *Circa luctum contrario modo adornamur; eodem enim cum defuncto adfecti modo mutilamus nos ipsos, & capillorum tonsura, & coronarum depositione*. Ecquid aperte satis? omnino. Sed sciendum loqui illum de sectione ista crinium, quos mortuo imponi solitos fuisse supra ostendi. De mulierum tonsura sunt illa Accii Amphitruone:

——— *sed quaenam haec est*
Mulier funesta veste, tonsu lugubri?

Virgilius AEneid. IX.

Evolat infelix, & femineo ululatu
Scissa comas. ———

Plane aliter tamen videtur in Palliata Fabula Terentii Heaut. Act. II. Sc. III.

Texentem telam studiose ipsam offendimus,
Mediocriter vestitam veste lugubri,
Eius anuis caussa, opinor, quae erat mortua;
Sine auro tunc ornatam, ita uti quae ornantur sibi.
Nulla mala re esse expolitam muliebri,
Capillus passus, prolixus, circum caput
Reiectus negligenter. ———

Ecce, hic aperte coma prolixa; quis expediet? Sciendum certe, comam tonderi quidem solitam, non tamen omnino curtatam; quidquid vero reliquum factum erat, non religatum dependere per collum sinebant. Atque hoc *Prolixum* vocat Terentius. Herodianus lib. I. de Phadilla Commodi sorore: *Solutis crinibus humi se abiiciens, neque alium, quam lugentis habitum prae se ferens*. Barbari plane radebant. Suetonius Caligula cap. V. de Germanici morte loquens: *Quin & Barbaros ferunt, quibus intestinum, quibusque adversus nos bellum esset, velut in domestico, communique moerore consensisse ad inducias. Regulos quosdam barbam posuisse, &* uxo-

uxorum capita rasisse ad indicium maximi luctus. Curtius lib. x. tonsuram adgnoscit: *Persae comis suo more detonsis in veste lugubri coniugibus, ac liberis, non ut victorem, & modo hostem, sed ut gentis suae iustissimum regem lugebant*. Cinere quoque caput spargebant. Apuleius lib. VII. *Mater pueri, mortem deplorans filii, fleta, & lacrimosa, fuscaque veste contecta, ambabus manibus trahens cinerosam canitiem*, &c. Iterum lib. x. *Ab ipso eius rogo senex infelix ora sua recentibus adhuc rigans lacrimis, trahensque cinere sordentem canitiem, foro se festinus immittit*. Innuit etiam Arnobius noster lib. v. *Adficiuntur, aegrescunt, lugentium sumunt sordes, & miseriarum insignia*. Basilius Magnus epist. I. ad Gregor. Theologum: *Sequitur gravem hanc, & deiectam sapientiam oculus tristis, & in terram defixus, habitus neglectus, coma squalida, vestis sordida; ut, quae studio faciunt lugentes, ea in nobis non adfectata videantur*. Imo & barbam conspergebant. Statius Thebaid. VI.

——— sedet ipse exutus honoro
Vittarum nexu genitor, squallentiaque ora
Sparsus, & incultam ferali pulvere barbam.

CAP. XLVII.

Vestes nigras sumebant viri, etiam feminae, & quidem e lana Polentina. Quae tamen illustres erant, albas. Dissertatio super ea re, & Auctores illustrati. In Ecclesia Orientali Patriarchae, & Episcopi lugebant purpurati. In pellibus quoque luctum est, & ornamenta a mulieribus deposita, capita velata, custodes additae.

VEstem omnem splendidam deponebant, & nigram sumebant. Artemidorus libro II. cap. III. *Nigra vestis salutem praesignificat, non enim mortui, sed mortuos lugentes his utuntur*. Catullus in Epithalamio Pelei:

Funestam antennae deponant undique vestem,
Candidaque intorti sustollant vela rudentes.

Iuvenalis Sat. x.

Haec data poena diu viventibus, ut renovata
Semper clade domus multis in luctibus, inque
Perpetuo moerore, & nigra veste senescant.

Et multa passim huius rei testimonia. Et propriae hic lanae Polentinae. Martialis de illis lib. XIV. lemm. CLVII.

Non tantum pullo lugentes vellere lanas,
Sed solet & calices haec dare terra suos.

Sed magnae hic turbae a magnis Auctoribus, qui albam vestem mulieribus induunt, Plutarchus Rom. Quaest. XXVI. *In luctu mulieres albas gerunt vestes, albasque vittas*. Herodianus lib. IV. in funere Severi: *Sedent e dextera feminae, quas virorum, aut parentum dignitas honestat, harumque nulla vel aurum gestans, vel ornata monilibus conspicitur, sed vestibus albis exilibus indutae moerentium speciem praebent*. Statius in lacrimis Etrusci:

Summa Deum pietas, cuius gratissima caelo
Rara profanatas inspectant numina terras;
Huc vittata comam, niveoque insignis amictu,
Qualis adhuc praesens, nullaque expulsa nocentum
Fraude, rudes populos, atque aurea regna colebas,
Mitibus exsequiis ades, & lugentis Etrusci
Cerne pios fletus. ———

Ecce, quam apertus dissensus? quis conciliet? Iust. Lipsius V. Cl. Comment. ad Tacitum praestantissimo, lib. II. habendam esse rationem temporum existimat, & in Repub. stante feminarum nigras fuisse vestes, mox autem in Imperio albas. Ignoscet mihi vir tantus, non adquiesco; ita me in diversum trahit iusta ratio. Cornua enim manifesto obvertit Apuleius, inferioris aevi Scriptor, lib. III. Miles. *Inter haec quaedam mulier per medium theatrum lacrimosa, & flebilis, atra veste contecta, parvulum quemdam sinu tolerans decurrit*. Iterum VII. *Mater pueri, mortem deplorans acerbam filii fleta, & lacrimosa, fuscaque veste contecta*, &c. Greg. Nyssenus De Virginitate cap. III. *Quae ad illud usque tempus splendida, albata, ac conspicua fuerat, eam subito adorta calamitas nigra veste induit, ac luctu circumdat*. Vides, quam clare. Alia itaque via invenienda est, qua bellum hoc componamus. Censeo sic debere: iudicabit literarum Senatus, & inter illum ipse quoque Lipsius. Albas vestes sumserint tantum feminae principes, & illustres. Certe Herodianus valide pro me pugnat, qui diserte de clarissimis mulieribus tradit, quod omnino considerandum, & Pietatem deam ad instar feminae quoque principis vestit Statius. Iam Plutarchi locus, qui restat, tantum momenti non habet, ut generale hoc fuisse cogamur credere; quippe quum ipse nigras etiam adgnoscat in sui aevi luctu, Consolat. ad uxorem: *Et de unguento nonnullos, ac purpura cum uxoribus disceptare, tonsuras vero permittere lugubres, vestemque atratam*. Profecto in Germania non aliter lugere eius ordinis feminas videmus, & ex Gallorum quoque historiis cognoscimus, Regibus defunctis albis indui vestibus Reginas consuevisse, viduasque vulgo hac ex re Reginas albas esse adpellatas. Codinus quoque De Officiis Constantinopolitanis, tradit ipsos Imperatores albatos in luctu fuisse. Haec sunt eius verba: *Patre Imperatoris defuncto, aut matre, aut filio, aut nepote, Imperator alba gestat vestimenta quamdiu velit*. Ergo albus color nota illustris dignitatis. Apud solos Argivos vulgo fieri legimus. Plutarchus loco citato: *Argis in luctu gerunt vestes albas, ut Socrates inquit, aqua lautas*. Satin' iam plana omnia? satin' composita, & exposita? Arbitror. In Ecclesia Orientali Patriarchae, & Episcopi lugebant purpurati. Demetr. Chomate-

maternus in Responsis: *Etiam, quia luctus indicium sunt vestimenta eiusmodi purpurea, in solis enim ieiuniis, ac mortuorum memoriis usurpantur*. Posteriore isto aevo in pellibus quoque luxerunt. Festi schedae: *Pellem habere Hercules fingitur, ut homines admoneantur cultus antiqui; lugentes quoque diebus luctus in pellibus sunt*. Qui locus multum item negotii facessit viro magno; at vero sciendum, non Festi illa esse verba, sed Paulli mutilatoris, qui de suo aevo scripsit. Nam sub Imperatoribus, non lugentes solum, sed quilibet tristiores, ac inculti quoque homines, & comam promittebant, & pelles gerebant. Vetitum tamdem fuit ab Honorio, Theodosioque Augustis, ne quis intra Vrbem faceret: *l. maiores Cod. Theod. De habitu, quo uti oportet intra Vrbem; maiores crines, indumenta pellium, etiam in servis intra Vrbem sacratissimam praecipimus inhiberi. Nec quisquam posthac impune hunc habitum poterit usurpare*. Aurum quoque, monilia, & omnem simul ornatum deponebant mulieres. Terentius:

——— vestitam veste lugubri,
Eius anuis caussa, opinor, quae erat mortua,
Sine auro tum ornatam. ———

Lycophron noster:

Et feminis lex semper indigenis erit,
Cubitum novenum flere tertium AEaci
Et Doridis, fulmen duelli Martii,
Nec corpus auro perpolire vinulum,
Nec ferre membris delicata pallia
Sandice picta. ———

Livius lib. IV. de belli Macedonici: *Quid aliud in luctu, quam purpuram, atque aurum deponunt? quid aliud, quum eluxerunt, sumunt?* Etiam capita velabant. Lucanus libro IX. in luctu Corneliae Pompeii uxoris:

Sic ubi fata, caput ferali obnubit amictu,
Decrevitque pati tenebras. ———

Adeoque adpositae custodes impatientius dolentibus. Seneca epist. x. *Lugentem, timentemque, custodire solemus, ne solitudine male utatur*.

CAP. XLVIII.

A ludis, spectaculis, & conviviis abstinebant; item a lautiore mensa, balneis, unguentis, risu, salutatione. Sessione deformi, & accubitu molesto utebatur.

ATque hactenus circa corpus habitum, nunc, quae extrinseca sunt, videamus. Abstinebant ab omni laeto officio, nec in circum, aut theatrum veniebant, certaminum, aut ludorum spectandorum caussa. Symmachus lib. III. epist. XXI. *Neque enim fas fuit laeta officia obire lugentes*. Neque convivia quoque vel dabant ipsi, vel accedebant. Iul. Paullus Recept. Sentent. lib. I. cap. XXII. *Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, & alba veste*. Item in *l. Templorum Cod. Theod. De paganis: Non liceat omnino in honorem sacrilegi ritus funestioribus locis exercere convivia, vel quidquam solennitatis agitare*. Adeoque lautiore omni mensa, balneis, unguentis, & risu abstinebant. Plutarchus Consolat. ad Vxorem: *Ita deiiciunt inque angustias redigunt, & meticulosum faciunt animum, ut propter luctum neque risum, neque lucem, neque humaniorem mensam participet. Comitatur autem huic malo neglectio corporis, aversatio unctionis, balnei, ac reliquae victus rationis*. Suetonius Caligula cap. XXIV. *Eadem defuncta iustitium indixit, in quo risisse, lavisse, coenasse cum parentibus, aut coniuge, liberisve, capitale fuit*. De mensa quoque Statius Epicedio in Glauciam:

Muta domus, fateor, desolatique penates,
Et situs in thalamis, & moesta silentia mensis.

Apuleius Milef. II. *Abi, inquit, fatue, qui in domo funesta coenas, & partes requiris*. Tacitus Annal. XVI. *Implexa luctu continuo, nec ullis alimentis, nisi quae mortem arcerent*. Praeterea salutationes omittebant. Cognoscere id licet ex Dione lib. LIX. *Et alius morbus, qui priore anno ipsum invaserat, & Drusillae sororis mors perdidit. Praeterea, & si quis convivium dedisset, aut salutasset, aut lavisset illo tempore plectebatur*. Vbi obiter de convivio quoque, & balneo nota, quod supra monui. Sessione quoque utebantur neglecta, atque deformi, accubitu molesto. Plutarchus eadem Consolat. *Et sessiones deformes, & accubitus laboriosos*. Quod balneo autem abstinuerint testatur quoque Milef. VIII. Apuleius in luctu Charites: *Iam lurore, & illuvie paene collapsa membra lavacro, cibo denique confoveret*.

CAP. XLIX.

Lumen non accendebant, neque focum exstruebant. Focus noxius. Martialis, Statius, & Tibullus illustrantur. Luctum deprecabantur, & imprecabantur. Felicitatis pars, numquam luxisse. Fores clausae, & cupressus in iis, si nobiliores, si plebs, picea.

NEque lumen accendebatur etiam. Glossae veteres, *Silicernium*: Περίδειπνον, λύχνυς τὸ ἅπτειν ἐν πένθει οὐ θέμις. *Lucernas accendere in luctu nefas*. Plutarchus loco citato: *Vt neque risum, neque lucem, neque humaniorem mensam participet prae luctu*. Item focus negligebatur. Iuvenalis Sat. III.

Si magna Assaraci cecidit domus, horrida mater,
Pullati proceres, differt vadimonia Praetor.
Tunc gemimus casus urbis, tunc odimus ignem.

Interpres eius vetus: *Nec focum in domo nostra fieri patimur, quod & lugentes observare solent*. Hinc capiendus Apuleius Mil. II. *Abi, inquit, fatue, qui in domo funesta coenas, & partes requiris, in qua totiugis iam diebus, ne fumus quidem visus est ullus*. Plutarchus in Pelopidae funere narrat etiam: *Mul-*

Multos in tentoria abeuntes, neque ignem accendisse, neque cibum sumsisse. Apud Persas ille mos solis regibus mortuis, ut docuit vir magnus Barnabas Brissonius lib. I. De Regno Persarum. Eius rei haec est ratio. Vt ipsi ornatum ponebant; ita aedes quoque suas ponere voluerunt; nam ignem Veteres magnum earum ornamentum censebant. Hinc illud Homeri:

Αἰθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι,
Accenso vero igne honoratior domus videtur.

Atque tum *Focus noxius* dicebatur. Quintilianus Declam. XII. *Redite in domos vestras, videbitis noxios focos, & ignes, tabe cadaverum extinctos, & tecta mortibus gravia*. Huc adluditur a Poetis, quum optant *Focum perennem*, ut Martialis lib. x. epigramm. XLVII. aut *Focum pervigilem*, ut Statius Silv. IV, ad Septimium Severum, aut *Ignem adsiduum*, ut Tibullus lib. I. eleg. I. Quo significant velle se a diis, ne extinguere umquam focum debeant, idest, ut vivant sine funere domestico, ac luctu. Nam hoc sane magnopere optabant. Itaque Cornelia apud Propertium lib. IV. eleg. ultima, inter felicitatis suae testimonia hoc quoque praedicat:

Et bene habet, numquam mater lugubria sumsi,
Venit in exsequias tota caterva meas.

Valerius Maximus lib. VII. cap. I. de felicitate Metelli Macedonici: *Tot partus, tot incunabula, tot viriles togae, tam multae nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis denique gratulationis summa abundantia; eum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla caussa tristitiae*. Atque ut deprecabantur sibi luctum, ita aliis irati imprecabantur. Ovidius Metamorph. XI.

Per coacervatos pereat domus impia luctus.

Haec quidem in aedibus. At publice quoque testari luctum voluerunt, ut scirent praetereuntes. Itaque claudebant fores. Iuvenalis Sat. XIII.

Quandoquidem accepto claudenda est ianua damno,
Et maiore domus gemitu, maiore tumultu,
Planguntur nummi, quam funera. ——

Vrnam quoque cum aqua ante fores statuebant, qua se egredientes adspergerent. Suidas in Ἀρδάνιον: *Vrna vero etiam ante fores mortuorum ponebatur, ut intrantes, exeuntesque se adspergerent*. Vide etiam Hesych. in Ἀρδανίαι. Et quidem ex alia domo haec adferebatur, quae funere non polluta. Iul. Pollux lib. VIII. cap. I. *In domum lugentis ingressi, quum exirent, purgabant se aqua adspersa, quae promta erat in urna, ex alia domo adlata*. Cupressum quoque ponebant. Festus: *Cupressi mortuorum domibus ponebantur, ideo, quia huius generis arbor excisa non renascitur; sicut ex mortuis nihil iam est sperandum*. Plinius lib. XVI. capit. XXXIII. *Cupressus Diti sacra, & ideo funebri signo ad domos posita*. Servius AEneid. III. caussam addit: *Moris Romani fuerat ramum cupressi ante domum funestam poni, ne quisquam per ignorantiam pollueretur ingressus*. Et adlusit huc Ovidius Metamorphos. libro x. in fabula Cyparissi mutati in cupressum:

Lugebisque alios, aderisque dolentibus, inquit.

Sed divitibus tantum hoc usitatum. Lutatius ad Thebaid. IV. *Cupressus adhibetur locupletum funeribus*. Lucanus lib. III.

Et non plebeios luctus testata cupressus.

Nec cupressum tamen semper ponebant, sed vel piceam quoque. Auctor Plinius lib. XVI. cap. X. *Picea montes amat, atque frigora; feralis arbor, & funebri indicio ad fores posita*. Puta a pauperibus, ac mediae sortis hominibus, quum locupletiorum tantum esset cupressus, ut ostendi; & ante usum quoque ipsius cupressi, quam advenam, & sero usitatam Romanis ex Plinio cognoscimus. Ponebant autem toto luctus tempore. Ovidius Fast. I.

Per totidem menses a funere coniugis uxor
Sustinet in vidua tristia signa domo.

CAP. L.

In publico luctu clausae palaestrae, & gymnasia; item tonstrinae, tabernae, templa, balnea; publica quoque spectacula intermissa. Forum etiam clausum. Iustitium. Magistratus plebeio habitu, & sine insignibus honoris.

Et de privato luctu haec satis; at in publico quid factum? Clausae palaestrae, & gymnasia. Diogenes Laertius lib II. in Socrate: *Ille quidem ex hominibus excesserat, Athenienses vero statim poenitentia facti invasit, ut palaestras, & gymnasia clauserint*. Item tonstrinae, tabernae, templa balnea; publica quoque spectacula intermissa. Interpres Historiae Apollonii Tyrii: *Tantus vero amor civium circa eum erat, ut multo tempore tonsores cessarent, publica spectacula tollerentur, balnea clauderentur, non templa, non tabernas quisquam ingrederetur*. Forum quoque clausum, neque ius dictum; & *Iustitium* adpellabatur. Tacitus Annal. II. in funere Germanici: *Hos vulgi sermones audita mors adeo incendit, ut ante edictum magistratuum, ante Senatusconsultum, sumto iustitio desererentur fora, clauderentur domus, passim silentia, & gemitus, nihil compositum in ostentationem*. Livius ab Vrbe Condita libro IX. *Extemploque sine ulla publica auctoritate concessus in omnem formam luctus est; tabernae circa forum clausae, iustitiumque in foro sua sponte coeptum, prius quam indictum; lati clavi, annuli aurei positi*. Et libro x. *Iustitium edicit, claudi tabernas tota urbe iubet, vetat quempiam privatae quidquam rei agere*. Et in plebeio tunc habitu ipse magistratus. Lucanus lib. II.

—— *ferale per urbem*
Iustitium; latuit plebeio tectus amictu
Omnis honos; nullos comitata est purpura fasces.

Imo sine insignibus quoque magistratus. Tacitus

citus Annal. III. *Dies, quo reliquiae tumulo Augusti inferebantur, modo per silentium vastus, modo ploratibus inquies; plena urbis itinera, conlucentes per campum Martis faces; illic miles cum armis, sine insignibus magistratus, populus per tribus.* Sic Plancius venit Dyrrhachium ad exulem Ciceronem, ob quem ciectum quidam bonorum omnium quasi publicus luctus erat. Ipse Cicero in Oratione pro Cn. Plancio: *Simul, ac me Dyrrhachium adtigisse audivit, statim ad me lictoribus dimissis, insignibus abiectis, veste mutata profectus est.*

CAP. LI.

Quando luctus finitus, & quibus casibus. Apollini, & Mercurio sacra facta; eaque quo tempore.

SED an elugere semper necesse? Minime. Minuebatur saepe populo universim, publicus; & privatim, cuique domesticus. Publicus, aedis dedicatione, lustri conditione, & voti publici solutione; privatus autem prolis adgnatione, novo familiae honore, captivi ab hoste reditu, propinquiore cognatione, sponsaliis, casto Cereris, & quavis gratulatione. Festus: *Minuitur populo luctus aedis dedicatione, quum Censores lustrum condiderunt, quum votum publice susceptum solvitur; privatis autem, quum liberi nati sunt; quum honos in familia venit; quum parens, aut liberi, aut vir, aut frater ab hoste captus domum redit; quum desponsa est; quum propiore quis cognatione, quam is, qui lugetur, natus est; quum in casto Cereris est, omnique gratulatione.* Nec propter Cereris tantum sacra, sed omnia sive publica, sive privata. Livius de secundo bello Punico libro II. *Tum privatae quoque per domos clades vulgatae sunt; adeo totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit, quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla illa in tempestate matrona expers luctus fuerat. Itaque, ne ob eamdem caussam alia quoque sacra publica, aut privata desererentur, Senatusconsulto diebus triginta luctus est finitus.*

Finito luctu Apollini Graeci, & triginta post diebus Mercurio quoque sacra faciebant; quippe censebant, ut corpora mortuorum terra, ita animas a Mercurio excipi. Plutarchus in Graec. Quaest. *Qui cognatorum, aut amicorum aliquem amiserunt, eos mos est statim post luctum Apollini sacrificare, triginta vero diebus post Mercurio. Existimant enim, quemadmodum terram mortuorum corpora, ita animas excipere Mercurium.*

Observandum est librum *De Funere* a *Meursio* nostro editum fuisse Hagae Comitis anno MDCIV. forma, ut vocant, octavi. Sed quum δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι sint, ut est in Proverbio, & *Meursius* a se scripta, editaque relegeret, recensuisse etiam & correxisse quaedam, adnotasseque sua manu in ora libri huius *De Funere*. Hic ipse liber, in quo *Meursius* ea adnotaverat, nescio qua via, ad Virum amplissimum *Ericum Brentzelum* Episcopum Lincopensem, pervenit, ab eoque in sua libraria supellectili habetur. Hic autem vir dignitate, & doctrina, & humanitate longe praestantissimus, quum a Viro Clarissimo, *Gustavo Bentzelptierna*, fratre suo, Serenissimi Svecorum Regis a Bibliotheca, intellexisset, a me novam operum omnium Meursianorum editionem Florentiae curari, & Viros omnes litterarum, & eruditionis amantes rogari, ut si qua apud eos *Meursii* opuscula inedita exstarent, mecum perhumaniter communicare vellent; statim vir nobilissimus per fratrem suum laudatum me certiorem fecit, exstare apud se quaedam, quae a *Meursio* libro *De Funere*, alterique *De Puerperio*, adnotata fuerant, suaque manu adscripta; seque ea ad me liberaliter missurum, quod & Vir multa virtute conspicuus reipsa quamprimum praestitit; & ut exacta quoad fieri posset harum adnotationum ad me mittendarum scriptio esset, sua eas manu describere non est dedignatus. Has vero huc in operis calcem reieci, quod in medio negotiorum tumultu me memoria fefellerit, & cimelium plurimi faciendum apud me adservari oblitus, eas omnes iam suis locis aptare, & inserere integrum amplius non esset. Hae igitur sunt, quae sequuntur, quamquam paginarum numerus non adponitur, quod editio horum opusculorum, iuxta quam ille adscriptus fuerat, nobis ad manus non sit.

Praefatione ad Lectorem, versu 2. *tandem*, lege *tantum*.

Pag. littera *Suidas*, adde *in* Ἀποιχομένη.

Pag. litt. *Athenienses tertia die efferebant; qua de re est elegantissimus locus Antiphontis in Oratione* περὶ τοῦ χορευτοῦ. Pag. 155.

Pag. litt. post *diluculo*. *Menander Rhethor* cap. πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν. ἢ γὰρ περὶ τὴν ἐκφορὰν τῶν τετελευτηκότων αἱ τιμαὶ γίνονται, ἢ περὶ τὰ νομιζόμενα, καὶ τὰ μνήματα, καὶ τοὺς τάφους, περὶ μὲν δὲ τὴν ἐκφορὰν, ὡς, τὸ Ἀθήνησι πρὶν ἥλιον ἀνισχόντος, καὶ Θηρίσις [*scribo* Γερίοις] νύκτωρ ἡ πρόσθεσις. ἢ προσθέσεως ἡμέρα ταύτῃ [*scribo* πρόθεσις ἢ προθέσεως.

Ibidem, litt. *De sacra forte*, lege *De Hagniae hereditate*.

Pag. litt. *Octo millibus*, adde: *Plinius lib. x. cap. XXIX. Servorum illis patria sunt, & quidem ampliora, quam quibus olim armigeri parabantur. Scio sextertiis sex, candidam alioquin, quod est prope insusitatum, venisse, quod Agrippinae Claudii Principis coniugi dono daretur.*

Et haec quidem sunt, quae *Meursius* in Libro *De Funere* adnotaverat. Quae vero adscripserat libro *De Puerperio* pauca admodum sunt, eaque heic subiiciemus, quum praecipue Liber *De Puerperio* huic contiguus sit.

Pag. litt. lege, *producit*.

Pag. litt. lege, *excitavit iterum M. Aurelius*.

Pag. lit. post *transegit*: *statuebantur prae foribus coronae; si masculus natus esset ex oliva, si femella e lana;* Vide *Hesychium* in σίφων ἐκφέρε.

Pag. litt. lege, *clarius locus*.

Prolixe quidem, ac multa eruditione a Viris longe doctissimis antiquorum funerum ritus descripti olim fuere, ut a *Meursio* nostro, *Kirchmanno*, *Gutero*, *Pomeio*, aliisque; ut prope nil reliquum videatur, quo huiusmodi argumentum retractari, & illustrari a posteris possit. Sed quum quotidie nova antiquitatis monumenta eruantur, & novae luculentioresque vetusti moris, & institutorum notitiae, laudabili Virorum eruditorum diligentia ad nos transmittantur; & huius voluminis dispositio exigat, ut quaedam Meursiano *De Funere* Operi addantur, ne quae pagellae vacuae remaneant; extorsit necessitas, ut inter aliorum negotiorum strepitus, quibus premimur, quaedam heic de antiquis funerum ritibus commentaremur, quibus ea, quae a *Meursio* tractantur, luculentius exponeremus, quaedam etiam ei intacta superadderemus; & tam illius, quam aliorum, paris argumenti lucubrationibus pro virili portione lucem candidiorem fenerare conaremur.

Ad Caput. I.

Itaque video verbi illius *Abire* solemnitatem etiam *Nasonis* auctoritate comprobari, utpote qui eo verbo usus, etsi de numine loqueretur:

Nam patris Augusti docui mortale fuisse
Corpus, in aetherias numen abisse domos.

Sic in Graeca Inscriptione mox adducenda ἀποιχομένη Popilia dicitur, hoc est, *abiens*, seu *abita*, sive *obita*; nam *obire*, haud alio intellectu interdum protulisse antiqui videntur. Inscriptio apud *Fabrettum*:

DIGNA PIO NATO QVI CITO
RAPTVS ABIT.

Quod *Fuisse* attinet etiam in Elegia *Albinovani* in obitum Mecaenatis occurrit illud:

Mollibus ex oculis aliquis tibi decidet humor,
Quum dicar subita voce, fuisse, tibi.

Idem fere apud Graecos usitatum; nam in Basi Romana apud *Sponium Miscell. Erudit. Antiquit. Sect. IV.* Nicomedes Medicus Smyrnaeus ita loquitur: Οὐκ εἰμὶ καὶ οὐ λυποῦμαι. *Non sum, & non tristor.* Sed eximia est Romana Inscriptio apud *Ant. Franc. Gorium V. C. Part. I Inscr. Etrusc.*

OSSA HIC SITA
SVNT AVCTES
APVRTIAE RVFAE QV
AE FVIT ROGO PER SVPE
ROS QVI ESTIS OSSA MEA TVEATIS

In

In cuius tamen Inſcriptionis Commentario corrigendùm illud *Auctaes*, quod per Typothetae errorem ſcriptum cenſeo, quum recte in Inſcriptione *Auctes* ſcriptum ſit; & Genitivus Graecus habeat *αὔκτης*. Ad illam *εὐφημίαν vixit* forte non ſpectet illud *Virgil. IV. AEneid.*

Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi.

Sed & *felices*, & *beati* mortui dicebantur, adeo ut idem eſſet *Felix eſt*, *Beatus eſt*, ac mortuus eſt; quod forte cum Diis aevum agere cenſerentur. *Perſius Satyr. III.*

----- *tamdemque* beatulus *alto*
Compoſitus lecto, craſſiſque lutatus amomis
In portas rigidos calces extendit.

Id quod pluribus aliis adductis exemplis latius exſequutus eſt V. Cl. *Io Alb. Fabricius*, qui nuper eſſe deſiit. Quare & nos Chriſtiani homines vitae ſanctimonia conſpicuos ſecundum obitum *Beatos* adpellare conſuevimus. *Somnum* autem *aeternalem*, & *perpetualem*, mortem adpellatam fuiſse praeter Inſcriptionem a *Meurſio* adlatam, etiam ſequentes apud *Gorium Par. I. Inſcript. Etruſcarum* evincent:

D. M.
SOMNO PERPETOALI
L. IVLIVS EVCARPVS
VIVVS FECIT SIBI ET
IVLIAE POLITICAE NI
CONIVGI SVAE ET
L. IVLIO SAGARIANO FIL
LIBERTI LIBERTABVS
QVE POSTERISQVE
EORVM.

SOMNO AETERNALI
SACRVM
ARRVNTIAE VALEN
TILLAE FECIT DATERIVS
ARRVNTIVS FILIVS
ET LIBERTIS LIBERTA
BVSQVE EORVM

quae quidem Inſcriptiones etiam apud *Sponium*, & *Fabrettum* habentur. Sed apud hunc, & *Reineſium* celeberrima eſt Graeca Inſcriptio, quae in Pincianis Burgheſiorum Hortis exſtat, atque ita habet:

ΠΟΠΙΛΙΗΣ ΤΑΦΟΣ ΟΥΤΟΣ ΑΝΗΡ
ΕΜΟΣ ΑΥΤΟΝ ΕΤΕΥΞΕΝ
ΩΚΕΑΝΟΣ ΠΑΣΗΣ ΕΜΠΑΡΕΜΟΣ
ΣΟΦΙΗΣ
ΚΟΥΦΗ ΤΟΙΓΑΡ ΕΜΟΙ ΠΕΛΕΤΑΙ ΚΟ
ΝΙΣ ΕΝΤ ΑΧΕΡΟΝΤΙ
ΥΜΝΗΣΩ ΤΗΝ ΣΗΝ Ω ΑΝΕΡ ΕΥ
ΣΕΒΙΗΝ
ΜΕΜΝΕΟ ΚΕΝ ΖΩΣΙΣ ΕΜΕΘΕΝ ΚΑΙ
ΠΟΛΛΑΚΙ ΤΥΜΒΩ
ΣΠΕΙΣΟΝ ΑΠΟ ΒΛΕΦΑΡΩΝ ΔΑ
ΚΡΥ ΑΠΟΙΧΟΜΕΝΗ
ΚΑΙ ΛΕΓΕ ΠΟΠΙΛΙΗΝ ΕΥΔΕΙΝ ΑΝΕΡ
ΟΥ ΘΕΜΙΤΟΝ ΓΑΡ
ΘΝΗΣΚΕΙΝ ΤΟΥΣ ΑΓΑΘΟΥΣ ΑΛΛ
ΥΠΝΟΝ ΗΔΥΝ ΕΧΕΙΝ.

Quam quidem Inſcriptionem lubet proſa oratione vertere, quum verſibus iam expreſſerit eruditiſſimus *Reineſius*, ut melius intelligatur, meliuſque quaedam a *Reineſio* non comprehenſa, a *Fabretto* vero feliciter correcta, exponantur.

POPILIAE SÈPVLCRVM HOC. VIR
AVTEM MEVS IPSVM FABRICAVIT
OCEANVS VNIVERSAE PERITVS SA
PIENTIAE
LEVIS IGITVR MIHI PVLVIS EST IN A
CHERONTE VERO
LAVDIBVS FERAM TVAM VIR PIE
TATEM.
MEMENTO ET IN VIVIS MEI ET SAEPE
TVMVLO
LIBA EX CILIIS LACRIMA ABITAE.
ET DIC POPILIAM DORMIRE VIR.
NEFAS ENIM
MORI PROBOS AT SOMNVM SVA
VEM HABERE.

Fato autem mori homines paſſim credebantur, unde illa in antiquis inſcriptionibus apud *Fabrettum*, & *Gruterum*: *Fatis peractis mater eodem eſt condita*. Et, *Fatum patris immatura morte ſubſequutus eſt*. Et, *Vixit donec fata permiſerunt*. Et, *Fatis extinctus iniquis*. Et, *Volente fato vixit annis* LXXXII. Hinc fatalis dies in lapide mutilo:

PRIMA ET MORIBVS VIXIT
A. XXVIII. OSSA BENE ATQVIESCANT
TVA NVLLVM DOLOREM
ACCEPI TVI NISI QVOD FATA
LEM DIEM CELERITER PEREGISTI.

Quin & Chriſtianos ipſos hac voce ad mortem ſignificandam uſos evincit inſcriptio apud *Fabrettum*:

CASSIVS IMMERITO PRAESVL DE MVNERE
CHRISTI
HIC SVA RESTITVO TERRAE MIHI CREDITA
MEMBRA
QVEM FATO ANTICIPANS CONSORS DVLCIS
SIMA VITAE
ANTE MEVM IN PACEM REQVIESCIT FAVSTA
SEPVLCHRVM &c.

Fame autem necare homines adeo deteſtabile omnibus viſum, ut Poeta clariſſimus *Danthes Aligherius* extremum exitium Piſanis imprecatus ſit, quod Hugolinum Donoratici regulum turri incluſum una cum filiis ita neci dederint; eaque propter Piſas humani generis labem, & infamiam adpellaverit; Rogeriumque Piſanum Antiſtitem occiput devoranti Hugolino praebere, congrua poena damnatum apud Inferos, finxerit.

Ad Caput II.

Senſum ſecundum obitum eorum, quae heic fiunt, ineſſe animis, quicumque eos immortales habuerunt, fere opinati ſunt. Verum quum de re quibusdam obſcura, & incerta non liqueret, multi ambiguos in hoc ſe traduxere, unde illud apud *Iſocratem*: *Εἴ τις ἐςὶν αἴσθησις τοῖς τετελευτηκόσιν. Si quis ſenſus eſt vita functis*: & inſignis eſt Graeca Inſcriptio apud *Gorium Part. I. Inſcript. Etruſc.* in qua inter alia:

ΕΙ ΔΕ ΤΙΣ ΕΣΤΙ ΝΟΟΣ ΠΑΡΑ ΤΑΡΤΑΣΙΝ
Η ΠΑΡΑ ΛΗΘΗ
ΗΣ ΕΟΧΟΝ ΣΠΟΥΔΗΣ ΕΠΙ ΣΟΙ ΝΥΝ
ΚΑΤΕΧΕΙΣ ΧΑΡΙΤΑ.

SI VERO QVIS EST SENSVS APVD
TARTARA ET LETHEN
EIVS STVDII ET AMORIS QVEM
HABVI NVNC POSSIDES GRATIAM.

At Inſcriptione alia apud eumdem id forte negari videatur, quum nihil referre dicitur, magnificum ſit ſepulcrum necne; quandoquidem omnes mortui idem ſapiunt. Ea eſt quae ſequitur:

TI. CLAVDIVS O. L. PRIMVS
SONNIAE T. L. PRIMAE CONIVGI
IVCVNDISSIMAE SI PRO VIRTVTE ET ANIMO
FORTVNAM HABVISSEM MAGNIFICVM MONI
MENTVM HEIC AEDIFICASSEM SIBI.
NVNC QVONIAM OMNES MORTVI IDEM
SAPIMVS SATIS EST.

Pluria de non conviciando mortuis habet *Meurſius* noſter in *Legibus Atticis*, & in *Solone*; & magna quidem erat veteribus religio mortuorum manes verbis etiam ſolicitare.

Ad Caput VI.

Iacet verbum eſſe mortuorum docet *Meurſius* etiam in *Theocriti Spicilegio*. Sic in proxima Inſcriptione:

ZELOTOS
IACEO: VIXI
DVM FATA
SINEBANT.

Ad Caput VII.

Mortem *raptum* adpellatam exploratae fidei eſt, ſi florens, & formoſus praecipue iuvenis obiiſſet. Egregia inſcriptio apud *Fabrettum*.

SIC TIBI CONTINGAT FELICITER IRE VIATOR
IMMATVRA MEO PERLEGE FATA LOCO
ZELOTOS IACEO VIXI DVM FATA SINEBANT
SI TAMEN HAEC VITA EST TAM CITO
POSSE MORI
BIS MIHI SEPTENIS FINIS DATVR VLTI
MVS ANNIS
NOMINI ME RAPVIT MORS INI
MICA MEO.

In alia Inſcriptione: *Raptus qui eſt ſubito, quo fato neſcitur*: Et alibi: *Virginem eripuit fatus malus*. Et, *Ereptus fatis iniquiſſimis*. Et multo pluria exempla occurrunt apud *Fabrettum* Cap. III. quorum unum:

IVLIA QVAE FVERAS LONGA DIGNISSIMA
VITA
OCCIDIS E NOSTRO RAPTA PVELLA SINV. &c.

In Graeca autem Inſcriptione Petroniae Muſae apud *Fabrettum*, & *Gorium*:

ΤΙΣ ΜΟΥ ΤΗΝ ΣΕΙΡΗΝ ΑΚΑΚΟΝ ΚΑΚΟΣ ΗΡΠΑΣΕ ΔΑΙΜΩΝ
ΤΙΣ ΜΟΥ ΤΗΝ ΓΛΥΚΕΡΗΝ ΗΡΠΑΣ ΑΗΔΟΝΙΔΑ.

DAEMONE QVO A NOCVO RAPTA EST INNOXIA SIREN?
LVSCINIAM DVLCEM QVIS RAPVIT VE MEAM?

Nescio an heinc Pluto *Summanus* dictus sit, quem *Martianus Capella Lib. II. De Nupt. Philolog.* quasi *summum manum* adpellatum fuisse vult, sed inepte ut videtur, quum ipse *Ovidius* huius etymon, & quis sit, se nescire satis indicet *Lib. VI. Fastor.* ubi ait:

Reddita quisquis is est *Summano templa feruntur,*
Tunc quum Romanis, Pyrrhe, timendus eras.

At quum videam Plutonem ita vocari etiam in Inscriptione apud Gruterum:

PLVTONI SVMMANO
ALIISQVE DIS STYGIIS.

Et aliunde sciam *summanum* apud antiquos Latinos eamdem fuisse vocem, quae *furem*, & *latronem* significaret; cur non credam ita Plutonem nuncupatum quasi *raptorem*, quod omnia ad se rapiat, & ad eum omnia deferantur?

In te decidimus quidquid mortale creamur,

inquiebat *Ovidius*. Quae etsi interdum *Iupiter summanus* invenitur, Iupiter stygius certe est, quum *summum*, & *manum* Plutonem hic adpellari vix verosimile sit.

Ad Caput XI.

Quae *Meursius* de ritu sepeliendi apud Athenienses commentatur pluribus diducit in *Solone*. Quod autem docet singulos Athenienses in singulis sepulcris conditos fuisse, in usu erat etiam apud Romanos, quoad ollas cinerarias, quarum singulae singulis destinabantur, nisi aliter cavissent. Quare illa Inscriptio apud *Gorium Part. I. Inscript. Etrusc.* pag. 43. n. 73.

M. VOLCIVS. M. L. EVHEMER ROGAT POST
MORTEM SVAM. VT. CVM. VOLCIA CHRES...
CONIVGE SVA VT IN VNA OLLA CORPORIS
RELIQVIAE ESSENT M. VOLCIVS. M. F. CERDO
DIS MANIBVS SATIS FECIT

Ad Caput XII.

Nomen, genus, patria mortui, in sepulcro incidebantur, professio etiam, aliaque. Iam haec passim obvia, sufficit consulere Inscriptiones Atticas, quas *Tomo I.* ad librum *De Populis Atticis a Gronovio*, & a nobis producta sunt: sed & Latini, licet rarius, patriae nomen inscribere solebant, ut facile apud *Gruterum*, *Fabrettum*, *Donium*, *Reinesium*, aliosque videre est. Professio autem passim indicabatur, & insignis est Inscriptio apud *Fabrettum*.

D. M.
MELIORIS CALCVLATORIS.
VIXIT ANN. XIII. HIC TANTAE MEMORIAE
ET SCIENTIAE
FVIT VT AB ANTIQVORVM MEMORIA
VSQVE IN DIEM
FINIS SVAE OMNIVM TITVLOS SVPERAVERIT
SINGVLA AVTEM QVAE SCIEBAT VOLVMINE
POTIVS
QVAM TITVLO SCRIBI POTVERVNT
NAM
COMMENTARIOS ARTIS SVAE QVOS
RELIQVIT
PRIMVS FECIT ET SOLVS POSSET IMITARI
SI EVM
INIQVA FATA REBVS HVMANIS
NON INVIDISSENT
SEX. AVGVSTIVS AGREVS VERNA
SVO PRAECEPTORI INFELICISSIMVS
FECIT
IN F. P. II. IN AG. P. VI.
EXCESSIT ANNO VRBIS CONDITAE
MCCCXCVII.

Ad Caput XVI.

Tabulae, in quas mortuorum nomina referebantur, sicut ea volumina, quae nos Graeco nomine *Necrologia* adpellamus.

Ad Caput XVII. XVIII.

Praeficam in Gemma exhibet *Begerus Tom. I. Thesaur. Brandemburg. pag.* 140. quae an talis vere sit alii viderint.

Ad Caput XXIV.

In Inscriptione Pisana:

FACTAM CETERIS POTESTATEM SI QVIS PRIVATIM VELINT MANIBVS EIVS INFERIAS MITTERE NIVE QVIS AMPLIVS VNO CEREO VNAVE FACE CORONAVE MITTAT DVM II QVI IMMOLAVERINT CINCTI GABINO RITV STRVEM LIGNORVM SVCCENDANT &c.

In Marmorea Tabula, cuius Inscriptio a *Noriso*, *Fabretto*, *Reinesio*, & *Corio Par. II. Inscr. Etrusc.* producta est, feralia menia in medio epulis onerata cernitur, sub qua arcula sepulcralis, hinc inde imagines viri, & feminae, & fasces ardentium cereorum, vittis religati, inferius acuminati; quasi in terra in parentalibus sacris defigerentur.

Ad Caput XXV.

Aram referebat pyra, & ara manibus erigebatur. *Virgilius AEneid. III.*

—— stant manibus arae
Caeruleis maestae vittis, atraque cupresso.

Et alibi:

Et geminas caussam lacrimis sacraverat aras.

Scribit quidem Arae instar pyram fuisse *Meursius*; sed ipse certo scio Aram sepulcrum ipsum interdum nominari, ut recte observat *Fabrettus*, & esse idem, ac Vrnam, Basim, seu Cippum ipsum funebrem. Ecce Inscriptiones:

DIS MANIBVS
TI CLAVDIO
NICOMACO
ARAM FECIT
SIBI.

CARRVLEIE SATV
RNINE T. CANVLEM
ATIMETVS LIBERT. SVE
ARAM POSVIT LIBES
ANIMO SIBI ET SVIS.

Hinc in alia Inscriptione Ara, seu Sepultura coniunctim nominatur:

SI QVIS EI ARAE SIVAE
SEPVLTVRAE QVAM
DOQVE MANVS INFAR
RAE VOLVERIT INFERET
COLLEGIO PONTIFICIVM
SS. C. M. N.

Et eadem adposita conditio, quae Monumentis aliis adponi solita:

M. HIRRIVS M. L. EROS
M. HIRRIVS M. L.
CRESCENS
FECERVNT SIBI ET
HIRRIAE M. L. EVPLEAE
HIRRIAE M. L. GRAPTE
H. A. H. N. S.

Hoc est *Haec Ara haeredem non sequetur*; ut alibi H. A. H. N. *Hoc Monumentum haeredem non sequetur*. *Gorius P. II. Inscript. Etrusc.* Aram marmoream profert, quam C. Vinius Iucundus *cum Base sua* T. P. I. testamento poni iussit. Alia omnia ita legerem: *Viventes fecerunt. Q. Anquirinnius Secundus, Occia agile uxor, Q. Anquirinnio Galeria (tribu) Severo Quincti filio. De suo fecerunt VI. annis diebus XXV. sibi & suis posterisque.* Quadratarius in ea multa videtur confudisse, & peccasse; quum enim numerum annorum VI. iam scripsisset, & numeros annorum, ac dierum sub imaginibus mensae adstantibus scribere iam vellet, ulterius numero scribere desiit, & aliud inscripsit hoc est D. S. E. Lapsus etiam in eo, quod E pro F delineavit, facili lapsu ob litterarum similitudinem; deinde scriptionem annorum, & dierum continuavit, non sine tamen scripturae luxatione, quum *sibi & suis &c.* in extremo loco scripserit, quod antea ponendum fuerat. Eruditissimus *Gorius* legit etiam *libertis*, sed litterae id non indicant. Lacrimis autem spargebant, non tantum quum cineres collegissent, sed etiam quocumque tempore ad sepulcrum accessissent, Hinc in Inscriptionibus apud *Gruterum* legitur:

ET QVICVMQVE TVIS HVMOR LABETVR
OCELLIS
PROTINVS INDE MEOS DEFLVAT
IN CINERES.

Et:

NVNC PATER ET MATER NATO
FECERE SEPVLCRVM
OSSAQVE FVNESTIS FLVCTIBVS
ADLVERVNT.

Et

Et in Epitaphio Popiliae superius adlato:

ΜΕΜΝΕΙ Κ ΕΝ ΖΩΣΙΣΙ ΕΜΕΘΕΝ ΚΑΙ
ΠΟΛΛΑΚΙ ΤΥΜΒΩ
ΣΠΕΙΣΟΝ ΑΠΟ ΒΛΕΦΑΡΩΝ ΔΑΚΡΥ
ΑΠΟΙΧΟΜΕΝΗ.

Et apud *Fabrettum*:

D. M. S.
SVM CASTAE CINERVM LAPIS PVELLAE
CVSTOS ME RELEGENS PIVS VIATOR
HVIVS COGNITA SI TIBI FVISSET
VIRTVS LACRIMVLIS TVIS RIGARES.
EVODIAE CYPARAE ANN. VI.

Et:

D. M.
INIBE SI PIETAS VSQVAM EAT SVSPIRIA ET
IMPLE
MECVM HOSPES LACRIMIS MARMORIS HOC
VACVVM
NAM FORMAE EXEMPLVM PERIIT CVM OBIIT
MEA LYDE
QVAM PERIERE HOMINES VEL PERIERE
DII.

Hinc operculis foramine in medio hiantibus ad lacrimas excipiendas, urnas cinerarias angusti oris tegebant; quorum forma a *Fabretto* spectanda exhibetur. Quum autem reliquiae in urnis conditae essent, tunc compositus mortuus dicebatur. Inscriptio apud *Fabrettum*:

FORTVNAM MIRARE MEAM
VERVM EXITVS HIC EST.
OMNIA MECVM VNO HOC COMPOSVI
TVMVLO.

At occurrit apud *Gorium Par. I. Inscript. Etruscar. pag.* 205. Inscriptio in qua quaedam *posita* dicitur, quod quidem nullam difficultatem habet; tantum quod *in re sua posita esse* dicatur, obscurum est. Ipse crediderim designari heic sepulcrum Iuliae Calenes proprium fuisse, & in loco ipsius proprio, non mariti, non alterius, non publico collocatum. Sepulcra enim interdum non propria erant, sed ab alio dabantur. Ecce apud *Fabrettum*:

L. MEVIVS L. L.
PHILEMO
MEVIA L. L.
HILARA DAT
DE SVO.

Et in mutila Inscriptione:

VS. DO
NAVIT AMI
CO CARIS
SIMO LOCV
M EVTYCHO
TABELLARI
O. DE SVO.

Et sexcenta alia exempla apud eumdem *Fabrettum*. Ceterum quod ad ollas, & ollaria pertinet, vide luculentas Inscriptiones apud *Gorium Par. I. Inscript. Etruscar. pag.* 21. 150 154. & *Fabrettum pag.* 10. 14. 15. & quae Viri Docti ad eas disserant. *Salve* autem, & *vale* mortuo acclamabant, & in in sepulcris etiam inscribebant. Apud *Gorium Part. I. Inscript. Etruscar. pag.* 50.

ΖΩΣΙΜΑ
ΧΡΗΣΤΗ
ΧΑΙΡΕ.

Et pag. 56.

ΩΦΕΛΙΩΝ ΑΝ
ΤΙΟΧΕΥ ΧΡΕΣ
ΤΕ ΧΑΙΡΕ.

Et pag. 120.

ΠΟΛΛΑΚΙ ΒΩΟΜΕΝΟΥ ΧΑΙΡΕ ΠΡΟ
ΚΑΛ ΘΥΓΑΤΕΡ.

Passim autem in Latinis Epitaphiis *have*, & *vale*, scriptum occurrit apud *Gorium*, & *Fabrettum*; *salve* pariter: nec id tantum, sed & mortuum interdum *have*, vel *vale* respondentem induxere. Ecce apud *Fabrettum*:

Q. MARC.....
HAVE DVLCE NOBEIS NOME....
STEPHANE VITAE NOSTRAE......
VERE CORONAM TE ACEPI...
MOSCHIS TVA TE SALVTAT ET D....
ET BLANDA DVLCIS PVPA DELIC.....
ET QVEM TV TVIS MANIBVS NV...
O FATVM INFELICEM QVI TE N...
HAVE CARA CONIVNX ET M...
HAVE MI DIODORE AMICE FRA,...
NAM ET AMICI OFFICIA ET PIETA....
HAVE PVPA BLANDA ANIMA M...
QVEM NVPER PARARAM VT HAB.....

Apud *Gorium*:

HAVE DVLCIS
POPILIA ALEXANDRIA RARISSIMA
FEMINA A. XXXV. HIC SITA EST
M. VLPIVS INGENVVS B. M. ET SIBI
DVLCIS VALE.
QVID LACRIMAS FACTVM EST
VIR BONE VIVE VALE
SED TIBI INVIDE OPTO QVI
OSSVCVLA MEA HIC SITA ESSE
.... MIS MORTE RETARDATA VIVAS
AEGER INOPS.

Quandoque etiam occurrunt *& tu*, vox mortui, qua viatori, vel alii adplaudere fingitur. Inscriptio apud *Fabrettum*, & *Gorium*:

M. FVFIVS
DAMA
ET TV.

Quasi dixeris *& tu vale*: *Bonus homo & tu*. De quo consulendus *Reinesius Class. VI. & XI.* Sed alia etiam inscribebant, ut acclamationes quasdam. En Epitaphium apud *Gorium*:

D. M. S.
IVLIANI MATER
FECIT FILIO DVLCIS
SIMO DE SE BENE
MERENTI QVI VIXIT
ANNIS XVI. MENSES VII.
DIES XVII.

ΚΡΗΣΤΗ ΨΥΧΗ ΥΙΕ ΚΑΙ ΣΤΟΜΑ
ΤΩΝ ΜΟΥΣΩΝ.

hoc est: *Bona anima fili, & os musarum*.

Ad Caput XXVIII. & XXIX.

Florum in tumulis sparsionem, & ornatum illustrat Epitaphium Flaviae Nicopolis apud *Fabrettum*, in quo & haec habentur:

FLAVIA NICOPOLIS NOMEN DVLCE TVVM
ET TVMVLO SPARGAM SAEPE MEAS LACRIMAS
MIHI SI SVPERI VELLENT PRAESTARE ROGANTI
VEL ROSEO VEL PVRPVREO VIOLAEQVE NITORE
VT AVE PRAETERIENS GRESSV TARDANTE
VIATOR.
VIDEAT HOS FLORES TITVLVM LEGAT
ET SIBI DICAT
HOC FLOS EST CORPVS FLAVIAE NICOPOLIS
VT TVO DE TVMVLO FLOS EGO CERNERE
NOVVM
CRESCERE VEL VIRIDI RAMO VEL
FLORE AMARANTI.

Ad Caput XXXI.

Effigies mortuorum passim in sepulcris occurrunt apud Antiquarios eruditissimos. De Sepulcralibus Lucernis multa scribit magno volumine *Fortunius Licetus*. Multas adfert *Bartolus*: alii autem multi scripsere. Multae nuper in vulgus proditae e Museo *Passeriano*. Nunc tantum dicam earum plures adservari Florentiae in Museis Mediceo, Gaddiano, & Riccardiano.

Ad Caput XXXII.

Non tantum Epitaphia scribebant, verum etiam interdum quaecumque ad funus, vel inferias, anniversariaque iusta, pertinerent, ut colligi potest ex Inscriptionibus Pisanis, in quarum una iubetur, ut *cippo grandi secundum aram defixo hoc decretum cum superioribus decretis ad eius honores pertinentibus incidatur, insculpaturve*.

Ad Caput XXXIII. XXXIV. XXXV. & XXXVI.

Epuli funebris monumentum est feralis mensa cum ferculis in Tabula marmorea insculpta apud *Gorium Par. II. Inscript. Etrusc.* cuius supra meminimus ad *Cap. XXIV.* Insuper annuum epulum in Platonis honorem celebrari solitum a Plotino tradit *Porphyrius De erudito auditu* apud *Eusebium De Praepar. Evang. Lib. XV.* Et Epicurei Icadistae dicebantur, quod die xx. mensis..... quotannis in Epicuri memoriam coenam facerent.

Epi-

Epicurus enim ea die naturae concessit. Quotannis autem ea iusta celebrari solita probat etiam Pisana Inscriptio, in qua, *lignorumque acervus eius, qui rei gratia, quod annis ibi constituatur*, hoc est sacrificii gratia; quod quale fuerit supra indicatur, his verbis: *Vtique apud eam aram quod annis D. XII. K. Sept. publice manibus eius per Magistratus eosque, qui ibi iuri dicundo praesunt togis pullis amictos, quibus eorum ius fasque erit eo die eius vestis habendae inferiae mittantur bosque, & ovis atri, infulis caeruleis infulati Diis manibus eius mactentur, eaeque hostiae eo loco adoleantur, superque eas singulae urnae lactis, mellis, olei fundantur, &c.* Sacrificii autem, quod apud monumentum fiebat, meminit etiam Inscriptio apud *Fabrettum Cap. I.* in qua:

ITA VT AREA QVAE EI CEDIT
MONIMENTO COM. VBI
LICEAT ET SACRIFICIVM FACERE.

Ad Caput XL.

Multis nominibus sepulcra adpellata fuerunt, & *Requietorium* dicitur etiam in Inscriptione apud *Gorium Par. II. pag. 359.*

DIS M.
Q. HORTENSIVS ASCLEPIADES
FECIT SIBI ET
TERENTIAE ANNORVM L.
REQVIETORIVM.

Vbi *Gorius* notat *Requietorium* a Graecis dici ἀναπαυστήριον, quod quidem vere; sed an ita sepulcrum illi interdum adpellent, mihi non liquet. *Cineraria* vero dici sepulcra ait *Meursius*, sed minus vere, ut videtur; quum *Cineraria* loca essent cava, in quae urnae lapideae, quae *Ossuaria* dicebantur, inserebantur, ut recte observat *Fabrettus pag. 15.*, qui *pag. 16* etiam Cinerariorum figuram vetustam profert. Elucet autem etiam ex Inscriptione vetusta ibidem *pag. 15. num. 68.* Minus autem ad rem facere videtur, quod *Meursius* de Cinerariis ex Hieronymo producit, quum Christiani reliquiarum Martyrum cultores ita per irrisionem a Vigilantio vocati fuerint. Ipse autem, & *domum aeternam*, adpellatum tumulum invenio apud *Fabrettum* in Inscriptione, quae habet:

DOMVS
AETERNA SEPTI
MINI ET CRESCE
NTINES.

Quod forte mirum videatur, quum Christiani resurrecturos se credant; sed *aeternus* aliquando pro diuturno, & quod longissimo tempore durat, accipitur, ut apud *Virgilium*:

----- *glebaque versis*
AEternum frangenda bidentibus.

Quid quod tum temporis brevi resurrectio futura, diesque iudicii postremus venturus, credebantur? Quod *Cenotaphium* attinet, non crediderim errorem quadratarii esse apud *Fabrettum* pag. 80. ubi sequens Inscriptio:

D. M.
PEDVCAEA IRENE FECIT
SE VIVA CEPOTAFI
VM QVOT CONTINET
IN F. P. XX.
IN AG. P. XX.

Qui enim *Cenotaphium* vocetur, quod sibi ipsa Peducaea, olim in eo tumulanda, viva construxerat? Κηποτάφιον insolenti forte adpellatione nuncupavit, quod in horto situm esset. Quamquam multa sunt in hac Inscriptione menda; quare cuique iudicium liberum esto.

Ad Caput XLI.

Sepulcris non solum cellae, sed etiam aediculae adiungebantur, ecce apud *Fabrettum Cap. I. pag. 15.*

CLADIA PREPVRA EMIT DEL. CALPVR
NIO SPERATO ET NONIA FORTVNATA
SIBI ET SVCCESSO IMP. VESPASIANI
CAESARIS SER. OCTAVIANO CONIVGI
SVO . . . .
EIVS POSTERISQVE SVIS PARIETEM HVNC
IN QVO SVNT OLL. LXV. ET A PARIETE
PAVIMENTVM LAT. P. I. CINERAR. ET
AEDIC. LAT. P. 15.

Figuram autem aediculae ex antiquis aedificiis ibidem videre est pagina insequenti. Falsum autem est, quod *Meursius* noster dicit, aediculas, ossuaria fuisse: nam lapideas urnas *ossuaria* vocari ipsum nomen eisdem inscriptum manifeste declarat, ita ut monumenti pars sit, & quidem infixa, sed quae amoveri potest, ut in *L. I. ff. de sepulc. viol.*, ex qua etiam ab se relata *Meursius* illhuc ipsum cognoscere poterat. Ossuariorum figuras cum Inscriptione *Fabrettus* ibidem exhibet, & amplius Epigraphen hanc:

C. NVNNIVS PRIMITIBVS
D. M. OSSVARIV SIBI

Vstrinae quoque meminit Inscriptio apud *Fabrettum Cap. I.* in qua

VSTRINAE COMMVNE
IN FRON.

Quod vero maceriam attinet, qua sepulcra sepiebantur, luculenta est Inscriptio apud *Gorium Par. I. Inscr. Etrusc. pag. 232. num. 19.*

D. M.
DASVMIA. ERASTE. ET
MARIVS. ZOTICVS. SE
VIVI. FECERVNT. SIBI. ET
FILIS. SVIS. ET. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. POSTE
RISQVE EORVM
IN FRONTE PEDES. XVII
IN. AGRO PEDES. XXXII.
CVM. MACERIA. CINCTA.

Et apud *Fabrettum Cap. II.*

ARIA MACERIA CINCTA CIRCV
MONVMENTVM

Et:

TESTAMENTO FIERI IVSSIT
MACERIAE CIRCVMDATA

Quod autem *Meursius* censeat has macerias *Areas* vocatas fuisse, fides apud eumdem sit; nam quae ipse in comprobationem adducit, omne aliud mihi significare videntur. Sed & muro sepulcra circumdari solita ostendit Inscriptio vetus, quam profert *L. Ant. Muratorius* in *Dissertatione De Ascia sepulcrali*, in qua:

M. AVRELIVS AFRODISVS AVG.
NOMENCLATOR SE VIVO AB ASCIA
FECIT MONIMENTVM MVRO CIN
TVM SIBI ET SVIS &c.

Sed & stipitibus interdum sepiebantur; quare in Inscriptione Pisana:

STIPITIBVSQVE RVBVSTIS SEPIATVR.

Quin si Inscriptionem a *Fabretto*, & *Sponio*, & *Gorio* tamdem *Par. I. Inscript. Etrusc.* adlatam melius intelligerem, & mendo carere crederem, etiam cippis ipsis monumenta interdum cincta fuisse adseverarem. En Epitaphium:

D. M.
M. AVRELIVS DIO
NYSIVS AVG. LIB.
COMPARAVIT ET
STATIAE FILVMENAE
CVM ARIA FARAS
CINTA CIPPIS N. IIII. LIB.
LIB. POSTERISQ. EORVM.

Quod mihi etiam superius ad Cap. XXXI. animadversum fuit. Non autem id solum, verum etiam tecto monumenta operiebant, porticuque ornabant, unde Inscriptio apud eumdem *Gorium*:

C. IVLIVS DORYPHORVS
ET L. TERENTIVS PHILETVS
ET TERENTIA MOSCHIS
PORTICVM, TECTVM, D. D.
PERMISSV L. TERENTI MOSCHI.

Non mirum autem si sepulcra inhabitabantur, quum aedificiorum instar exstruerentur, ut in Columbario Liviae a *Blanchinio*, & *Gorio* illustrato, & alio a *Fabretto* adlato, videre est, ut nihil dicam de Pyramidibus AEgyptiorum, quarum figuras vide apud *Trevenotium*, *Gemellium*, *Maillettum*, aliosque qui sua itinera descripsere. De custodia autem, & custodibus Monumentorum intelligenda videtur Inscriptio, quae ita habet:

CLAVDIA OCTAVIAE D. CLAVDI F. LIB. PE
LORIS
ET TIBI CLAVDIVS AVG. LIB. EVTYCHVS
PROC. AVGVSTOR.
SORORIBVS ET LIB. LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM
---- MAS AEDIFICI CVSTODIAE ET MO
NVMENTI RELIQVERVNT.

In finibus autem agrorum busta, & sepulcra collocasse veteres ex sexcentis antiquis Inscriptionibus exstat apud *Gruterum*, *Reinesium*, *Fabrettum*, *Gorium*, *Vrsatum*, *Donium*, aliosque, in quibus indicatur quot pedes occeat esse situm in fronte, quot vero in agro Monumentum. Exempli gratia, in fine Inscriptionis apud *Gorium*.

IN FRONTE P. XIIS. IN AGRO P. XII.

ubi *in fronte* significare crediderim eam monumenti partem, quae in fine agri est, & iuxta viam, *in agro* autem illam, quae in agrum protenditur, atque illum respicit.

Ad Caput XLII.

Vt antiquissimi in cavernis sepeliebant, sic non adeo vetusti primitivi Martyros Christiani, subterraneis in locis, & effossis veluti cuniculis, quos vulgo Catacumbas adpellant, Romae sepeliebantur, de quibus locis, rituque martyras sepeliendi egregie agunt Viri eruditissimi, *Boldettus* in suis *Coemeteriis*, & *Io. Bottarius*, in his, quas praeclare concinnat, Romae subterraneae *Bosii* illustrationibus. Iuxta vias autem, & itinera monumenta excitasse videntur antiqui, ut praetereuntes viatores ex titulo, quis sepultus esset, dignoscerent, & ei benedicerent, ut colligi potest ex Inscriptione Graeca apud Cellas

Γέμινον ἐκάλεσαν
Ἔσχε δὲ καὶ ἄλλ' ὄνομα χαριέστατον ὅν ποθ' ἑταῖροι
Πετροκόρακ' ἀνέκληζον. οὐ ταχὺ . . . . βροτῶν
τις τοίαν ἐκτήσατο γνώμην.
Ἤσκει τὴν ἁπλότητα. φίλους ὑπὲρ αὐτὸν ἐτίμα.
Διὰ τοῦτο μνήμης ἕνεκεν. χάριτος δὲ ἁπάσης.
Οἱ σοὶ ἀδελφοί.
Ἔθηκαν γνωστὸν πολλοῖσι βρότοισιν ἵνα
Σὲ πᾶς παράγων ὀνομάζῃ
Ἀγαθὲ Πετροκόραξ.
Ἔζη ἔτη XXX.

Idest:

Geminum adpellarunt
Habuit & aliud nomen gratissimum, quem olim amici
Petrocoraca vocarunt, non ita cito mortalium
Aliquis huiusmodi possedit mentem.
Exercuit simplicitatem, amicos supra se ipsum honorabat.
Propterea memoriae & gratiae caussa universae
tui fratres
Posuere notum multis mortalibus.
Te omnis praeteriens nominet
Bone Petrocorax.
Vixit ann. XXX.

Ad Caput XLIII.

Sepulcra sacra, & sancta habita, quare & consecrari dicebantur. Vetus Inscriptio apud *Fabrettum Cap. III.*

D. M.
STEPHANO
ACTES N.
DITTORI VIX. A. XXIV.
SATVRNINVS
SORORIS F.
CONSACRAVIT.

Hinc terrenum sepulturae destinatum *sacratum* habebatur. Inscriptio apud *Fabrettum Cap. I.*

TERRENVM SAC. LONGVM
P. X. LAT. P. X, &c.

Sepulcri violatio *sacrilegium* reputabatur. Inscriptio apud *Fabrettum Cap. I.*

HERIAE THISBE
MONODIANAE
TI. CLAVDI. GLAPHYRI
CHORAVLAE ACTIONICAE
ET SEBASIONICAE TERRENVM
SACRATVM LONG. P. X. LAT. P. X.
IN QVO CONDITA EST FODERE NOLI
NE SACRILEGIVM COMMITTAS.

Quod quidem inde ortum credo, quod sepulcra omnino inviolata vellent; adeoque & religionem incutiebant. Sed & precibus etiam rem peragebant, quae in Inscriptione modo priore loco memorata:

QVISQVIS ES PARCE MANIB.
ET . . . . . ERE NOLI

Vbi forte restituendum *laedere noli*. Immo diris etiam, & imprecationibus a violando sepulcro deterrebant. Inscriptio apud *Reinesium*, *Fabrettum*, *Sponium*, & *Gorium*:

C. IVLIVS C. L.
BARNAEVS
OLLA EIVS SI QVI
OVVIOLAVIT AD
IFEROS NON RECIPIA
TVR.

Et alia apud *Gruterum*:

LAESERIS HVNC TVMVLVM SI QVIS
IN TARTARA PERGAS
ATQVE EXPERS TVMVLI LAESERIS
HVNC TVMVLVM.

Quin & violatoribus poena multaque addita, ut in Graeca Inscriptione apud *Gorium pag. 297.* & *Montfalconium Diar. Italic.*

ΤΙΤΟΣ ΦΛΑΒΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΕΝΟΡΚΙΖΟΜΑΙ
ΘΙΤΟΝ ΣΕΒΑΣΤΙΟΝ ΟΡΚΟΝ ΜΗΔΕΝΙ ΕΞΟΝ ΕΙΝΑΙ
ΑΝΟΙΞΑΙ ΣΩΡΟΝ ΟΛΥΜΠΙΑΔΩΣ. ΕΙ ΔΕ ΤΙΣ
ΑΝΟΙΞΕΙ ΔΟΣΕΙ ΤΩ ΦΙΣΚΩ ΔΥΝΑΡΙΑ ΔΙΣΧΙΛΙΑ
ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑ ΚΑΙ ΥΦΕΞΕΙ ΛΟΓΟΝ ΑΣΕΒΕΙΑΣ.

Titus Flavius Dionysius adiuro per mortem, quod venerandum iuramentum est, nemini licitum esse tumulum Olympiadis aperire. Si vero quis aperuerit dabit Fisco denaria bis mille quingenta, & reddet rationem impietatis.

Et defensionem optabant. Inscriptio apud *Gorium*.

OSSA HIC SITA
SVNT AVCTES
APVSTIAE RVFAE QV
AE FVIT. ROGO PER SVPE
ROS QVI ESTIS OSSA MEA TVEATIS.

Quare & violata sepulcra vindicabantur. Inscriptio apud *Gorium* laudatum:

HOC MONVMENTVM SVVM
VIOLATVM VINDICARVNT
RESTITVERVNT NOMINA
OBITORVNT.

Hinc patet si titulus sepulcri deletus fuisset, & Epitaphium, sepulcrum violatum fuisse creditum; quemadmodum si apertum fuisset, ut ex Graeca Inscriptione *Montisfalconii* supra producta patet. Sed & ut controversia quidem ulla ex iure sepulcro moveretur minime patiebantur. Hinc illa in Inscriptione apud *Gorium*:

AB IIS OMNIBVS DOLVS MALVS ABESTO
ET IVS CIVILE.

Et in alia apud eumdem:

ET SI QVIS HVIC MONIMENTO
POST ME
ALIQVAM CONTROVERSIAM FACERE
VOLV
ERIT AVT DE NOMINE AVFERRE
INFERET AERA
RIO P. R. &c.

Et tamdem, ut profanus evaderet locus volebant, si quis sepulcrum violasset; modo de sepulcro, & non de alio loco sacro, ut credo, intelligenda sit manca Inscriptio apud *Gorium*.

.... QVI LOCVS VBI
QVIS ADVERSVS EA HVMATVS SE
PVLTVSVE ERIT
PVRVS ET RELIGIONE SOLVTVS ESTO &c.

Sicuti autem *Meursius* observat, quibusdam aditus accessusque ad sepulcrum interdicebatur, ita etiam aliis concedebatur, ut ex vetustis Inscriptionibus constat. En Inscriptionis fragmentum apud *Fabrettum Cap. I.*

IN LAT. P. II. L. P. IIII.
HVIC LOCO ITVS AMBITVS DEBETVR
ET SI CORPVS INFERAE VOLIT SIVE OSSA
LICEAT.

Et Inscriptio apud *Gorium*:

D. M.
SEX VINIO DAMA
ET NATVLA TYCHE
FECIT ET AVLVS
PRIMIGENIVS ET
ADITVM DEDIT.

Quod in mentem revocat Epitaphium Arlottianum:

PER ME E PER CHI CI VUOLE ENTRARE.

Quod autem idem *Meursius* opinatur, terram gravem ob incantationes fieri antiquis accreditum; nescio an ex locis *Quinctiliani*, quae adfert, evinci possit.

Ad Caput XLVIII. XLIX. L.

Quae hoc capite ultimo habentur, egregie illustrantur ab Inscriptione Pisana, in qua haec sunt, praeter cetera: *Consenserunt pro magnitudine tantae, ac tam improvisae calamitatis oportere ex ea die, qua eius decessus nuntiatus esset usque ad eam diem, qua ossa relata, atque condita, iustaque eius manibus perfecta essent cunctos veste mutata, templisque Deorum immortalium, balneisque publicis, & tabernis omnibus clausis convictibus sese abstinere, Matronas, quae in Colonia nostra sunt sublugere, diemque eum, quo die C. Caesar obit, qui dies est A. D. VIII. K. Mart. fiant concipiantur, indicanturve nive, qui ludi scaenici, circiensesve eo die fiant, spectenturve utique eo die, quod annis publice manibus eius per Magistratus, eosve, qui Pisis iure dicundo praeerunt eodem loco, eodemque modo, quo L. Caesari parentari institutum est parentetur.*

EXER-

EXERCITATIONVM
CRITICARVM
PARTES II.

Quarum Prima

PLAVTINARVM
CVRARVM
COMMENTARIVM.

Secunda

ANIMADVERSIONVM
MISCELLARVM
LIBROS QVATVOR COMPLECTITVR.

NOBILISS. ET AMPLISS. VIRO

IACOBO AVGVSTO THVANO

CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIS CONSILIARIO ET REGNI CVRIAE PRAESIDI,

IOANNES MEVRSIVS S. D.

NON *temere illud a Cicerone dictum, Vir Ampliſs.* Honos alit artes, omneſque incenduhtur ad ſtudia gloria. *Gloria enim eſt, quam unam ſibi laborum mercedem animus ingenuus deſiderat. Gloria eſt, quae efficit, ut poſt mortem vivamus, id eſt, ut numquam moriamur. Merito itaque ad eam iter adfectant, quicumque ſunt* τοῦ ἀμείνονος πηλοῦ. *Et tamen aliter ſentiunt tenebriones iſti, quorum degeneres animi nobile nihil ſpirant, aut praeclarum. Certe ſic ſtatuendum, quanto quis gloriae cupidior, tanto maiorem in eo bonae mentis eſſe ſcintillam. Contenditur autem ad eam via duplici; aut virtute bellica, aut doctrina. Sed ea quae doctrina adquiritur, & praeſtantior multo, & vivacior exſiſtit. Praeſtantior quidem, quia ingenii magnitudine parta, cum illa virium: quia propria virtute, cum illa alienis militum auxiliis; & niſi Fortuna faveat atque Eventus, fruſtra quaeritur: poſtremo, quia placide & tranquille, cum illa per vim, & ſanguinem humanum. Iam & vivaciorem dixi, merito: vivunt enim docti ſemper, leguntur eorum ſcripta, laudantur, in ſinu tenentur; illorum gloria omnis, ſtatim a funere collabitur, niſi aliquem geſtorum ſuorum praeconem nanciſcantur. Hoc ipſum Alexander ille vere Magnus ſcivit, qui immortalem gloriam magno animo ſpirans, quum in Sigeum ad tumulum Achillis fortiſſimi Graecorum veniſſet, felicem eum dicere, quod Homericis carminibus celebratus eſſet, non dubitavit. Quod quum ita ſit, utram quis viam tamen ad gloriam inſiſtat, laudem meretur praeclaram. Hac tamen fini, ut & eum ſibi ob oculos habeat, qui fons & ſcatebra illius. Quod quotuſquiſque hodie facit? dolendum profecto in tanta claritate lucis divinae. Iuſta illa Plinii querela,* Multi famam, conſcientiam pauci verentur. *Dum enim in id incumbunt, ut caducam hanc & follicularem vitam in honoribus tranſeant, aeternam illam gloriam non ſectantur, quia actiones & ſtudia ſua ad eius honorem non referunt,*

ferunt, a quo acceperunt ut sublimius ceteris saperent, a quo ad aliquod fastigium evecti. Et quamvis quidem probe vitam instituant, male tamen vivunt, quia non in Dei gloriam: Praeterea nimis multi beneficiorum divinorum memoriam ex animo delent ingrati, tamquam sua virtute quidquid habent comparassent; & omne id, quod in se laudabile iudicant, non Deo imputant, sed sibi: debebant tamen in Deo potius gloriari (quum nihil habeant secundum Apostoli dictum, quod non ab ipso) in eoque se ipsos amare, Optime autem se amant, quum eius dona in se: nam & Deus hoc ipsum amat in illis, quod a benigna sua manu habent. Horum itaque mens, quoniam gloriae quam virtutum avidior, famae quam conscientiae diligentior, in cupiditatibus plane effraenis est, in honoribus caeca & tumida, ideoque gravissimam in se & iustissimam Dei Opt. Max. iram provocant. Tu, Vir Amplissime, longe ab hoc hominum genere divertis, Deumque & Pietatem serio colis: os tibi non sublino, non novi aulicorum artes, testantur id abunde Sacra Poemata tua, quae dono a te nuper nihil tale exspectanti missa, ut debui, grata habui, & gratias ago quod dignum existimaveris cui ea donares. Accipe vicissim, quas ἀντιδώρυ δίκλω tibi paravi, Plautinas has meas Curas, amoris erga te observantiaeque publicum testimonium. Censeo autem nominis tui splendorem auctoritatemque apud probos eruditosque gratiam mihi haud mediocrem conciliaturum; invidos vero & malevolos, quorum nimis ferax hoc aevum, compressurum. Vale, V. N. & me porro favore tuo complectere. Lugd. Batavor. XIV. *Kal. April.* CIↃ. IↃ. XCIX.

AD LECTOREM.

PLauti editionem, Lector benivole, iam multi sunt anni quum viri summi promiserint, qui tamen mutato consilio omnium expectationem hactenus suspensam tenuerunt. Movit me ea res ad aliquid elucubrandum, quo principem Comicum, cuius lectione maxime adficiebar, pro viribus iuvarem: nec passus sum, quantum in me, hanc ei operam ulterius deberi. Qua quidem iisdem, quos laudavi, viris summis, si quando huc se gravioribus studiis intermissis demittere volent, laudem nondum eripuisse non invitus fateor; uti nec aliis quibusvis, qui post me eamdem sibi Spartam exornandam sument. *Alius alio plura invenire potest, nemo omnia*, ait Ausonius. Idem vere de hoc Plauto dixero. Vt itaque ratio tibi emendationum mearum constet. Contuli postremam Dousae editionem cum veteribus quatuor, Tarvisina anni cIↃ. CCCC. LXXXII. Parisiensi cIↃ. IↃ. XIII. Veneta cIↃ. IↃ. XVIII. & Basileensi cIↃ. IↃ. XXXVI. Quarum Tarvisinam & Venetam Paulus Merula vir moribus ad humanitatem effictis benigne, hanc ex sua, illam ex Academiae nostrae, cui praefectus est, bibliotheca utendas dedit, sed serius: ad Mercatorem enim absolveram, itaque videbis in sequentibus tantum Comoediis citari. Nec enim libebat mihi nauseabundo molestum illum & taediosum denuo praecedentia omnia conferendi laborem adgredi, maxime quum ex postremis animadverterem, nihil fere in illis esse quod non in Basil. reperirem. Hoc nolui te, celare Lector. Porro quod ad Curas has meas attinet, erui editionum istarum veterum ductu non pauca Latio antiquitus usitata, hodieque obsoleta, quae tamen lectu non iniucunda fore spero viris doctis, qui his adolescentiae meae studiis favent. Nugas fortasse aliquis dicet Grammaticas, fero, nec quidquam respondeo, nisi, ita ineptiendum fuisse Plauti causa: item illud, *Sapientis esse desipere in loco*. Sed ob hoc culpandus videbor, quod tam audacter viros magnos harum ineptiarum iudices ceperim, & sane, fateor, non iniuria: verum veniae mihi benigna spes in summa eorum humanitate tantopere praedicata. Quam feliciter vero hic fuerim, non ego possum aut debeo pronuntiare. Hoc autem libere, & sine pudoris periculo possum, saltem conatum meum laudem mereri, si non operam. Sic Phaethon temerarius etiam laudatur a poeta, quod etsi currum non tenuerit, magnis tamen exciderit ausis. Ardua enim via quam ingressus sum, etsi habuerim qui olim iter mihi straverint non segniter, Camerarium, Lambinum, Gulielmum, Dousam utrumque, quos profecto fatendum non frustra heic laborasse. Et quo illi omnes in re litteraria maiores, ingenioque praeclariore, eo mihi novi quidpiam invenire difficilius fuit. Collegi tamen hoc qualecumque Spicilegium, quod, benivole Lector, publico dare animum induxi. Si placebit, bene habet: nihil ultra expeto. Vale, &, quisquis es,

AETERNITATEM COGITA.

EXER-

EXERCITATIONVM
CRITICARVM
PARS PRIMA

IN QVA

PLAVTINARVM
CVRARVM
COMMENTARIVS.

IOSEPHO SCALIGERO

HEROI INCOMPARABILI, AC ERVDITORVM NOSTRAE AETATIS FACILE PRINCIPI,

IOANNES MEVRSIVS S. D.

VT Plautinis his, Vir maxime, interpellare te auderem animo meo obsequens, & studio in te singulari, eruditio tua eximia, quam omnes admirantur, effecit. Ignosces, spero, audaciae meae: cui si veniam non dabis, at certe isti tuae, quam dixi modo, eruditioni, quae ita me fascinavit, ut plane mei immemor, verecundia omni deposita frontem perfricuerim. Sine dolo dicam. Plurimum te, qua sum erga viros magnos observantia, colo: nec hoc ipse tute ignoras. Sed & tu vicissim me amas ἴσῳ ζυγῷ, *ut ait Theocritus: quod saepe ostendisti, maxime in nupero meo morbo, gravi & diuturno, omnia mihi officia, quae ab amico exspectari debeant, prolixe offerens. Atque ea re effecisti, ut moriar & vivam ingratus, quod aiebat ille. Hactenus de me. Iam de Plauto, ad cuius Amphitruonem, quae videor observasse, quum libebit inspicies. Quae theta nigrum merebuntur iugulabis, & in Criticam istam spongiam indues, quomodo Aiaci suo olim fecit Augustus. Honorificum autem erit a tua manu hoc pati, idque solabitur multum. Sic hostem suum adfatur heros magnanimus,*

AEneae magni dextra cadis. ——

PLAV-

PLAVTINARVM CVRARVM

COMMENTARIVS AD AMPHITRVONEM.

CAPVT PRIMVM.

Peregri. Adprobare. Nannium Proscenium. Apollodorus correctus.

FAvete Musae, Plauto operam dabo, immo vobis; modo eius vos verbis usuras, si Latine loqui velletis, recte olim iudicatum. Ordiar a comoedia principe, quam gratam negare non audebitis, vel ob Iovem patrem, qui eius scribendae caussa fuit: vel ob Herculem consanguineum, cuius in ea incunabula celebrantur. In secundo Argumento

—— Blepharo captus arbiter,
Vter sit non quit Amphitruo decernere.

Forte haec recta sunt, mihi tamen in mentem veniebat aptius ita constitui.

Vter sit Amphitruo non quit decernere.

Act. I. Sc. I.

Et ut res rationesque vostrorum omnium
Bene expedire voltis peregreque & domi.

Vet. cod. *Peregrique & domi.* Sane *Peregri* magis antiquitatem sapit, eoque nomine Plauto longe dignius; & ita alibi hic idem non infrequenter effert. Huc pertinet quod Charisius lib. II. *Peregri* in loco, *Peregre* ad locum significare docet.

Nam vos quidem id iam scitis concessum & datum
Mi esse ab diis aliis nuntiis praesim & lucro.
Haec ut me vultis adprobare, adnitier,
Lucrum ut perenne vobis semper subpetat:
Ita huic facietis fabulae silentium.

Tertio versu ἀρχαϊσμὸς excidit, nam aut ego sententiam non capio, aut scripsit Comicus, *me vultis adprobare*, pro *Adproperare*. Nam veteres dicebant *Propo*, *Propero*. *Lambo*, *Lambero*. *Blato*, *Blatero*. Porro efferebant prima & tertia coniugatione, ut *Lavare*, *Lavere*. *Tonare*, *Tonere*. *Boare*, *Boere*. *Sonare*, *Sonere*; & talia. Iam vero *Adprobare nuntium laetum & lucrum* dictum est, quomodo *Adproperare malum*, sive *damnum*, alibi in his Fabulis. Sane quid sit *Adprobare alicui nuntium, aut lucrum*, nemo, opinor, me docebit. Verum est quod aio. Omnis mendi origo ab archaismo non animadverso.

Nam quid ego memorem, ut alias in tragoediis
Vidi Neptunum, Virtutem, Victoriam,
Martem, Bellonam, commemorare quae bona
Vobis fecissent? quis benefactis meus pater,
Deum regnator, architectus omnibus?

Non placet haec dispunctio: magis ista quam in veteri codice meo invenio.

Nam quid ego memorem (ut alios in tragoediis
Vidi Neptunum, Virtutem, Victoriam,
Martem, Bellonam, commemorare quae bona
Vobis fecissent) quis benefactis m. p.

Nihil pote rectius.

Etiam histriones anno cum in proscenio hic
Iovem invocarunt venit: auxilio iis fuit.

Furcillanda haec lectio, & de fundo Plautino, quem hactenus iure pessimo possedit, deturbanda. In vet. cod. erat.

Etiam histriones nannio in proscenio hic
Iovem invocarunt, venit.

Quanto melius! Νανίον, sive *ναννίον* (utroque enim modo efferebant, sicut Νάνος, *νάννος*) meretrix fuit quae προσκήνιον cognominabatur quod splendidis se vestimentis ornaret. Athenaeus lib. XIII. Ἀντιφάνης δ' ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν προσκήνιόν φησιν ἐπεκαλεῖτο ἡ Νάνιον. ὅτι πρόσωπόν τε ἀστεῖον εἶχεν, καὶ ἐχρῆτο ἱματίοις πολυτελέσι, ἐκδῦσα δὲ ἦν αἰσχροτάτη. *Antiphanes vero in libro De Meretricibus, Proscenium ait cognominatam fuisse Nannium, quia faciemque urbanum habebat, & vestibus sumtuosus utebatur, queis exuta erat turpissima.* Suidas. Ἀντιφάνης δὲ ὁ νεώτερος ἐν τῷ περὶ τῶν ἑταιρῶν τὴν Νάνιόν φησι προσκήνιον ἐπονομάζεσθαι, διὰ τὸ ἔξωθεν δοκεῖν εὐμορφωτέραν εἶναι. *Antiphanes Iunior Libro De Meretricibus Nanium ait Proscenium cognominatam fuisse, eo quod exterius formosior esse videtur.* Quae totidem verbis habes apud Harpocrationem. Comicus noster eleganti conversione, & festiva, proscenio Nannium tamquam cognomen adiungit, quum prius Nannio proscenium esset cognominis vicem.

Qui cum Alcumena est nupta Electri filia.

Etiam heic mendum latet, quod nemo in hunc diem acerrimorum tot Criticorum animadvertit, nedum correxit: atque verum me dicere sine ullo negotio praestabo: Qui enim haec possunt sincera esse, cum Electryon fuerit nomen patris Alcmenae, non Electrus, quod praefert haec lectio? Hesiodus, ἀσπίδι.

Ἀλκμήνη θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.
Alcmene filia populos salvantis Electryonis.

Apol-

Apollodorus βιβλιοθήκης lib. II. Ἠλεκτρύων δὲ γήμας τὴν Ἀλκαίου θυγατέρα Ἀναξὼ, ἐγέννησε θυγατέρας μὲν Ἀλκμήνην, παῖδας δὲ Στρατοβάτην, Γοργοφόνον, Εἰλονόμον, Κελαινέα, Ἀμφίμαχον, Λυσίνομον, Χείρίμαχον, Ἀνάκτωρα, Ἀρχέλαον. *Electryon quum uxorem duxisset Alcaei filiam Anaxo, genuit filias quidem Alcmenen, filios vero Stratobaten, Gorgophonum, Eilonomum, Celaeum, Amphimachum, Lysinomum, Chirimachum, Anactorem, Archelaum.* Vbi legendum, ἐγέννησε θυγατέρα μὲν, non θυγατέρας. Et sane multos alios non aliter nominare videbimus. Rescribo ergo, levi mutatione.

Qui cum Alcumena est nupta Electri filia,

Est vero μεταπλασμὸς ἠλέκτριος, pro ἠλεκτρύων. Ita Ἀστέριος pro Ἀστερίων apud Lycophronem. Δάμαρτα κρήτης ἀστερίῳ στρατηλάτη. *Vxorem Cretae Asterio Duci.* Ipse hic Comicus noster Mostellaria Tranium vocat servum Tranionem.

Sed Philolachetis eccum servum Tranium.
Quam liber harum rerum multarum siet,
Quantusque amator siet, quod complacitum est semel.

Non dubitem praeferre lectionem V. C.

Quantusque amator, quom quid. c. e. s.

Deinde.

Et Sosia servos cuius, ego hanc fero imaginem.

Vet. cod. magis antique; *quovis ego*. Et sic semper, quod semel heic in initio monitum volui.

CAP. II.

Tortus. Tortulus. Pacuvius, Cato, Columella, & Varro emaculati. Tutuli. Ὄφεις. Martianus illustratus. Ferit. Athenienses cicadas in capite gestare soliti.

AIt Mercurius sub exodium prologi sui.

Ego has habeo hic usque in petaso pinnulas.
Tum meo patri autem torulus inerit aureus
Sub petaso, id signum Amphitruoni non erit,

Correxerim, *tortulus inerit aureus*. Nam est ὑποκοριστικὸν τοῦ *Tortus*, a torquendo. Pacuvius Duloreste.

Nam te in tenebris saepe macerabo fame
Clausum, & fatigans artus torto distraham.

Ita legendum, non *lacerabo*. Cato De Re Rust. cap. CXXXV. *Funem exordiri oportet longum pedes LXXII, toros III. habeat lora in toros singulos IX. lata digitos II.* Rescribo; *tortos III. h. l. in tortos singulos, &c.* Subdit enim. *Quum tortus erit longus pedes XLVI. in commissura abibunt pedes III.* Ergo *Torti* erant loca contorta, qui multiplicati & coagmentati *Funes* dicebantur. Idem error apud Columellam commissus lib. V. cap. VI. *Plenioribus ramis plures palmites alius ab alio separati imponantur, gracilioribus pauciores, vitisque novella tribus toris ad arborem religetur.* Postea. *Torum imum imponi tum oportet, quum vires viti adimit.* Scribo, *tribus tortis*. Deinde. *Tortum imum.* Varro quoque corruptus lib. IV. *Torale quod ante Torum: & Torus a torvo, quod is in promtu; ab hac similitudine Toruinus in mulieris capite ornatus.* Legendum eodem modo. *Torus a torto.* Posteaque, *ab hac similitudine Tortulus in m. c. o.* Nam veteres editiones habent *Torulus*, non *Toruinus*. Nolim autem voci Graecam etymologiam quaerere, quum Latinam habeamus. Dicit vero, *Torus a torto*, quia olim lecti funibus subtenti, quod notum. Porro quem *Tortulum* heic Varro, alibi *Tutulum* nominat lib. VI. *Matres familias crines convolutos ad verticem capitis quos habebant velatos* (recte *elatos* emendavit divinus Scaliger) *dicunt Tutulos.* Atque *Tutulus* omnino diminutive a *Tutus*, ut suadet ἀναλογία, etsi non usitatum alicubi reperiamus: & nos Belgae voce inde detorta *Tuten* adpellitamus, Graeci ὄφιας, quod serpentum modo in spiram essent convoluti. Hinc Martianum Capellam explico, qui lib. II. Graecissans suo more *Dracones* vocat. *Hoc in ea perhibetur intuita, quod admodum pulcra, tamen antias draconibus circumflexa, crebroque capillitio vulsa, ambifariumque Nital secum congressa mitificat.* Videmus muliebrem istum morem etiam apud Apuleium Miles. II. *Vberes enim crines leniter emissos, & cervice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque sinuato patagio residentes, paulisper ad finem conglobatos in summum verticem nodus adstruxerat.* Et tantum sane invalescente luxuria circa hanc structuram fuit studium, ut si non haberent satis spissam crinium sobolem, aliunde anxie anquirerent. Hoc est quod ait Hieronymus in epistola quadam ad Demetriadem. *Quando eras in seculo, ea quae erant seculi diligebas, polire faciem purpurisso, & cerussa ora depingere, ornare crinem, & alienis capillis turritum verticem struere.* Sed vagor, itaque reprimo errantem hunc calamum. Redeo ad Plautum. Ad tortulum aureum Amphitruonis quod attinet, vult dicere eum Atheniensium more (& haec Athenis fieri finguntur) capillum habere congestum in conum, & τεττιγοφοροῦντα, atque inde dignosci ab Amphitruone debere, qui quum Thebanus esset, alio capitis ornatu incedebat. Athenienses autem, ut se αὐτόχθονας esse declararent, cicadas crinium tortulis innectebant. Virgilius in Ciri.

Au ea solenni comtum quem fibula ritu
Mopsopio, tereti nectebat dente cicadae.

AElianus ποικ. ἱστορ. lib. IV. cap. XXII. Aristophanis Schol. Nubibus. Philostratus maior εἰκόνων lib. II. Thucydides ξυγγραφῆς ά. & alii plurimi. [a]

Adest: ferit operae praecium hic spectantibus.

Recte acutissimus Palmerius *Adeste* reponit, ut monet Dousa: sed *Ferit* non est mutandum, quia est ἀρχαϊσμὸς pro *Fuerit*. Talia *Attinero*, *Volero*, *Monero*, & talia,

CAP.

(a) Consule Meursium nostrum in *Fortuna Attica*.

CAP. III.

Plautini versus Prisciani ope restituti. Priscianus leviter emaculatus. Lucu. Mercator, & Cistellaria correctae. Templum antique. Extemplo. Minora templa. Varro reprehensus.

ACt. I. Sc. I. Sosia audaciam suam & confidentiam iactans, ait.

Quid faciam nunc, si tres viri me in carcerem compegerint?

Sed elegantius, si transponamus leviter voces duas hunc ad modum.

Quid faciam, si nunc tres viri, &c.

Atque, quod coniecturam nostram stabilit, ita citat Priscianus libro de versibus Comicis, ——— *ita*

Peregre adveniens hospitio publicitus accipiar.
Haec heri immodestia coegit, me qui hoc
Noctis a portu ingratis excitavit.

In vet. lib. aliter constituti hi versus, & sane rectissime.

Ita peregre adveniens
Hospitio publicitus accipiar,
Haec heri immodestia coegit me,
Qui hoc noctis a portu
Ingratis excitavit.

Priscianus confirmat loco citato. *Vtitur tamen* (Plautus) *in hac ipsa scena dimetris brachycatalecticis, id est, a tribus simplicibus pedibus, ut,*

Ita peregre adveniens.

Et similiter;

Qui hoc noctis a portu.

Vel dimetris catalecticis, id est, quibus una deest syllaba, ut

Ingratis excitavit.

Vel dimetris hypercatalecticis, id est, quibus una abundat syllaba, ut in eodem (scribo *eadem*, nam ad scenam referendum.)

Hospitio publicitus accipiar.

Hinc, & multis aliis indiciis codicis mei, quo utor, bonitas cognoscetur. Sequitur.

Nonne idem hoc luci me mittere potuit?

Scribo, ut erat in vet. cod. *hoc lucu*. Nam veteres *Lucu* etiam dicebant, ut *Noctu*. Sic Mercatore Act. II. Sc. I.

Ad portum hinc abii mane cum luci simul.

Iterum vet. cod. *cum lucu simul*. Item Cistellaria Act. II. Sc. I.

Postea autem cum luci primo cras nisi ambo occidero.

Vet. cod. *cum lucu primo*. Elegans sane πλεχαϊσμὸς, quem invenias quoque apud Terentium Adelph. Act. V. Sc. III.

——— DE. *scilicet, ita tempus fert,*
Faciundum est: ceterum rus cras cum filio
Cum primo lucu. ———

Conqueritur porro Sosia.

Opulento homini hoc magis servitus dura.

Vet. cod. τὸ *magis* non adgnoscit, & puto recte: Male vult Plautus aliique innumeri ita concise loqui. Scioli quum subaudiri intelligerent, nec phraseos elegantiam caperent, temere infarserunt.

Hoc magis miser est divitis servos.

Noctesque diesque adsiduo satis superque est
Quo facto aut dicto adest opus, quietus ne sis:
Ipse dominus dives operis, & laboris expers,
Quodcumque homini accidit, libere posse retur.

Pergit Sosia conqueri de iniquitate divitum, qui servis plusquam par est imponunt operis: sed quartus versus in vet. cod. ita legitur.

Ipse, dives operis, & laboris expers.

Extrita voce secunda, quod magis placet, quippe quod plus habeat contemtus & bilis adversus dominum.

Qui multa Thebano populo acerba obiecerunt funera,
Id vi & virtute militum victum atque expugnatum oppidum est.

Melius omnino vet. cod.

Quod multa Thebano populo acerba obiecit f.

Nam ad sequens carmen referri debet, non ad praecedens.

— *se exercitum extemplo domum*
Reducturum. ———

Quid *Extemplo* sit video dissertari a viris doctis. Varro lib. VI. de L. L. explicat. *Continuo, quod omne templum debet esse circumseptum, nec plus quam unum introitum habere.* In qua etymologia non leviter ille Romanorum doctissimus hallucinatus est. Illustrissimus vir Iosephus Scaliger putat esse sacrorum verbum; sacrificioque peracto a praecone pronuntiatum, quo significabatur ut exirent ex templo: quod quia cito fiebat, inde pro cito & propere sumi coeptum fuisse. Laudanda est coniectura, non tamen sequendam arbitror: nam aliud nihil est quam *Ilico* ad verbum, quod *E loco* Grammatici interpretantur, *Templum* enim antiqui accipiebant pro loco patulo & conspicuo, vel ex quo in omnes partes circumspici posset. Clare ecce in schedis Festi. *Contemplari dictum est a templo, id est, loco qui ab omni parte adspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui* TEMPLVM *nominabant.* Ergo nos verum etymon eruimus. Porro quod ait Varro. *Omne templum debet esse circumseptum, nec plusquam unum introitum habere.* Vereor ut parum ei memoria constiterit, nam tantum erant ea templa, quae *Minora* dicebantur. Festus. *Minora templa fiunt ab auguribus, quum loca aliqua tabulis aut linteis sepiuntur, ne uno amplius ostio pateant, certis verbis definita.* Ad quem locum vide Scaligerum,

— *magnanimi viri freti virtute & viribus*
Superbe nimis, ferociter legatos nostros increpant.

Etsi non temere reiicienda haec dispunctio, non contemnenda tamen quae in vet. cod.

——— *freti virtute & viribus*
Superbi, nimis ferociter l. n. i.

CAP. IV.

Plauti locus hactenus luxatus insigniter in integrum restitutus. Gerare, Fodare, Vellare, ἀρχαϊκῶς. Pterelas.

VAlde ego iudicii fallor, aut totus iste locus misere luxatus.

——— ex spiratu atque anhelitu
Nebula constat: cadunt volneris vi & virium.
Denique ut voluimus nostra superat manus,
Vicimus vi feroces,
Crebri hostes cadunt, nostri contra ingruunt.
Sed fugam in se tamen nemo convortitur.
Nec recedit loco, quin statim rem gerat,
Animam amittunt prius quam loco demigrent:
Quisque uti steterat, iacet, obtinetque ordinem.
Hoc ubi Amphitruo herus conspicatus est meus,
Illico equites iubet dextera inducere.
Equites parent citi: ab dextera maxumo
Cum clamore involant, impetu alacri
Foedant & proterunt hostium copias iure iniustas.

Vet. cod. in secundo versu *cadunt* non habebat. Sed, ut dixi, locus distortus, atque ita statuo restitui in pristinum debere nitorem.

——— ex spiratu atque anhelitu
Nebula constat: volneris vi & virium
Crebri hostes cadunt, nostri contra ingruunt.
Sed fugam in se nemo tamen convortitur.
Nec recedit loco, quin statim rem gerat.
Animam amittunt, priusquam loco demigrent:
Quisque ubi steterat, iacet, obtinetque ordinem.
Hoc ubi Amphitruo herus conspicatus est,
Illico equites iubet dextera inducere.
Equites parent citi: ab dextera maxumo
Cum clamore involant, impetu alacri
Foedant & proterunt hostium copias
Iure invisas.
Denique, ut voluimus, nostra superat manus;
Vicimus vi feroces.

Hanc veram huius loci lectionem pronuntiare vix est ut dubitem, considera attente serie Lector. Monendum autem quinto versu τὸ *Gerat* esse ἀρχαϊκὸν pro *Gerit*. Dicebant enim veteres *Gerare*, & *Gerere*, unde *Aggerare*, & *Exaggerare* decompositum. Sic *Fodare* & *Fodere*, ut notat Festus; quin etiam *Vellare* ad eamdem faciem pro *Vellere* extulisse satis arguit frequentativum *Vellicare*. In octavo τὸ *Meus* omisi ex auctoritate vet. cod. ne in temeritatis me crimen inducam. Deinde ex *iure iniustas* pauxilla mutatione sola de coniectura feci *iure invisas*: Segregavi vero a superiore regula cui adhaeserat, & collocavi, ut sit versus monometer, praeeunte vet. codice. Porro quartus versus ita constitui debet. *Sed in fugam se nemo*. Nam *Convortitur*, pro *Convortit* ἀρχαϊσμὸς est, quales plures est videre apud Nonium de contrariis verborum generibus.

Post ob virtutem hero Amphitruoni patera donata aurea est,
Qui Pterela potitare rex solitus est. —

A Aut heic ἀποκοπὴ est, pro *Pterelaus*, aut legendum *Qui Pterelas:* Dicebant enim Pterelaus Pterelas, sicut Arcesilaus Arcesilas. Et sic infra bis terve rescribendum.

Neque se Luna quoquam mutat, atque uti exorta est semel.

In vet. cod. aliter erat, *quoquam motat, statque uti e.* Nec dubitem praeferre.

CAP. V.

B *Pugno legere. Davi persona in Comoedia quod vulpes in Fabulis AEsopi. Hirnea. Irnella. Credebet. Simil. Debil. Famil. Subtil. Collus. Prob fidem.*

EAdem Scena.
SO. *Ibo ut herus quod imperavit Alcumenae nuntiem.*
Sed quis est hic homo, quem ante aedis video hoc noctis? non placet.
ME. *Nullus est hoc meticulosus aeque.* SO. *Quom in mentem venit.*

C *Illic hoc homo denuo volt pallium detexere.*

Non potest, quin corrupta haec sint; quis enim, obsecro, sensum mihi commodum expediet? Dispungo, & lego.

Sed quis hic est homo? quem ante aedis video hoc noctis? non placet.
ME. *Nullus est hoc meticulosus aeque.* SO. *Quem? in m. v.*

Quem? supple, *video hoc noctis ante aedeis.* Nam referendum ad priora verba, quae, D quum Mercurius interrupisset, eo modo resumit. Et est haec emendatio a vetere codice meo.

Alia forma esse oportet, quem tu pugno legeris.

In vet. cod. erat *Pugno laeseris*, sed male: *Pugno legere* eleganter hercle dictum, cui respondet nostrum idioma. *Met een nupst belesen.*

Mirum nisi hic me quasi muraenam exossare cogitat,
E *Vltro istinc qui exossat homines.*

Male viri docti hanc vocem substituerunt, pro *istic*, quod valet, *istoc modo*. Ita alibi usurpat, ut & Apuleius. Est autem Graecismus, ὄντως.

ME. *Auferere, non abibis, si ego fustem sumsero.*
SO. *Quin med huius esse familiae familiarem praedico.*

Sic lego. *Quin' med h. e. f. f. praedico?* Multo haec iam efferuntur elegantius, quod unum F efficit addita ἀποστρόφου nota, quae male erat abiecta.

Sosiam vocant Thebani Davo prognatum patre.

Recte habent haec; sed monendum duxi Davi personam in Comoedia nihil aliud esse, quam quod vulpes in AEsopi Fabulis. Philostratus libro εἰκόνων, lemmate Μῦθοι. Κορυφαία δὲ τοῦ χοροῦ ἡ ἀλώπηξ γέγραπται. Χρῆται γὰρ αὐτῇ ὁ Αἴσωπος διακόνῳ τῶν πλείστων ὑποθέσεων, ὥσπερ ἡ κωμῳδία τῷ Δάῳ. *Princeps vero Chori Vulpes scripta est. Vtitur enim ipsa Aesopus ministra plurium argumentorum, ut Comoedia Davo.* Sed hoc quod subdam, propritim ad Plautum spectabit.

ME. Am-

ME. *Amphitruonis te esse aiebas Sosiam*. SO. *peccaveram*,
Nam Amphitruonis sociennum me esse volui dicere.

Etsi non ignorem *Sociennus* cascam esse vocem, nec indignam nostro hoc, an tamen ea heic usus fuerit vehementer dubito. Lego ex vet. codice.

Nam Amphitruonis socium nae med esse v. d.
Manifesto captavit παρήχησιν, quae minus pulcra est, si *sociennum* legamus, pulcerrima autem, si sequamur meum codicem; quod ipsum facere nulla mihi hoc in loco religio: & facile spero me doctorum virorum puncta laturum. Est praeterea ἐπανόρθωσις. Quum enim Amphitruonis se esse Sosiam dixisset satis confidenter, resumit peccasse profitens, & voluisse dicere, Amphitruonis se esse socium. Nihil verius, meliusque. Atque haec venustas omnis perit, si *sociennum* retineamus.

ME. *Dicito quidvis, non nocebo*. SO. *tuae fidei credo?* ME. *meae?*

Vet. cod. *tuae fidei credon'?* Quod magis Plautinum.

Cadus erat vini, inde implevi cirneam. —
Ita ex Nonio reposuit Lambinus, sed aliae editiones habent, *implevi hirneam*: quod rectum est. Cato cap. LXXXI. *Indito in hirneam fictilem, eam demittito in aulam ahenam aquae calidae plenam; ita coquito ad ignem. Vbi coctum erit, hirneam confringito, ita ponito.* Hinc *Irnella* ὑποκοριστικὸν apud Festum. *Irnella, vasis genus in sacris*. Nam quod a Graeca voce patrocinium quaerunt, desinant obsecro: nec tanta Nonii est auctoritas, ut eam heic sequi propterea debeamus.

At ego per Mercurium iuro tibi Iovem non credere,
Nam iniurato, scio, plus credit mihi, quam iurato tibi.

In vet. cod erat, *plus crederet mihi*. Facile veram Plauti lectionem eruere.

Nam iniurato, scio, plus credebet mihi, q. i. t.
Pro *Credebit*. Et est duplex ἀρχαϊσμός. Sic *Reddebo* & *Addebo* alibi dicit, ut Naevius *Dicebo*, *Fidebo*, quod suo loco monebimus. Pergit Mercurium sibi mirabundus Sosia comparare.

Quemadmodum ego saepe in speculum inspexi, nimis similis est mei.
Itidem habet petasum, ac vestitum, tam consimili 'st atque ego.

Ita correxit Lambinus, quum prius esset *simil est*; item *consimil est*: quod ego utrumque retineo. Geminus locus postea. Sane casci illi non aliter efferebant; sic *Debil* apud Ennium: *Famil* sive *Famel* apud Festum: *Subtil* pro *Subtilis* apud Priscianum: sic *Mugil*, *Mugilis*. *Strigil*, *Strigilis*, recto casu. Et alia eiusmodi.

Malae, mentum, barba, collum.
Scribo, *barba*, *collus*; idque ex auctoritate Nonii Marcelli. Talia multa masculino & neutro genere indifferenter usurpabant. Illud autem monere me pene fugerat, ubi supra legitur, *Proh fidi Thebani cives*, in veteri codice erat, *Proh fidem Thebani cives*. Quod purum putum Plautinum. Idem est ac si dixisset, Obsecro vestram fidem cives Thebani. Nemo tam fungus qui audeat reprobare.

CAP. VI.

Suscipio, Conspicio, pro verbalibus posita. Nequiter expedivit. Plauti lectio vindicata. Cul. Facul, Simul. Procul. Nonius a Lambini impugnatione defensus. Dispare.

SCena *Bene prospereque*.
Vno ut labore absolvat aerumnas duas,
Et ne in suspicione ponatur stupri,
Et clandestina ut celetur suspicio.

Mendi suspectum hunc locum habitum a Lambino video, & non iniuria: dum tamen *susceptio* reponit, non emendat, nam hoc nimis a vulgatae lectionis vestigiis abit. Ego dubium non habeo, quin ἀρχαϊσμὸς elegans exciderit, legendumque sit transpositis litteris, *ut celetur suscipio*. Est autem *Suscipio*, ἀρχαικὸν pro verbali *Susceptio*. Eadem facie *Conspicio* in solennibus verbis quibus templum finiebatur. *Conregione, conspicione, cortumione, utique ea rectissime sensi*. Habes apud Varronem lib. VI. sed emendata ab incomparabili viro Ios. Scaligero. Spero viros eruditos hanc meam coniecturam non difficulter admissuros. Sc. *Bene vale Alcmena*.

Nequiter pene expetivit prima parasitatio.
Haec lectio a Lambino est, & temere nimis in textum recepta. Antea erat, *Nequiter pene expedivit p. p.* Ita signate vet. cod. *Nequiter expedivit* non aliud est, quam si dixisset, parum utilis fuit prima parasitatio. Talia sunt, *Male sanus*, *Male suadus*. Paulo ante.

Prius abis quam lectus ubi cubuisti caluit locus.
Adfirmo Plautum scripsisse, *Vbi concubuisti concaluit*. Priscianus lib. VI. *Excipitur hic lectus*, ἡ κλίνη, *quum tamen etiam huius lectus antiquissimi protulerint. Cornificius in primo de Coenis deorum. Ipsis vero Cereris epulis memoriae novandae gratia lectus sternuntur. Plautus in Amphitruone. Quam lectus ubi concubuisti concaluit locus*. Et vet. cod. *concaluit* praeferebat.

IV. *Ecastor condignum donum, quali' est qui donum dedit*.
ME. *Immo sic condignum quali 'st, quoi dono datu' st*.

Scribo utrobique *cul est*, *non quali' st*; quod Plautinum esse numquam credam, etsi Lambinus impugnet malo iure Nonium. *Cul* veteres dicebant pro *Quale*, κατ' ἀποκοπήν: ita *Simul*, *Facul*, *Procul*, pro *Simile*, *Facile*, *Procile*; quae postea adverbialiter sumi coeperunt. Dico vero *Procul* pro *Procile*: nove quidem, & audacter, ut quibusdam videbitur, vere tamen; nam efferebant primo *Proculus*, *Procilus*, quemadmodum *Optimus*, *Optumus*: deinde *Proculus*, *Procilis*, sicut multa ea facie: accipiebaturque ea vox pro remoto & longinquo proprie, quamvis Festum & Glossographum diversam notionem tradere non sim nescius. Haec ἐν παρόδῳ Nonii gratia, & Plauti; cuius secundus versus antea propositus plenius & rectius in vet. cod. ita perscriptus erat.

Immo sic condignum donum, &c.
Metri lex clamat. Porro quod Plautus neutrum pro masculino ponit, facit solens, & sine peccato, nam veteribus illis Comicis canonas Grammaticorum transilire nulla religio. Sic Aulularia, Sc. *Postquam obsonavit.*

Coquus ille nundinale est, in nonum diem
Solet ire coctum. ———

Ita enim ex Festo lego, non *nundinalis est.* Captivis quoque, Sc. *Quae res bene.*

Fac fidele sis fideli, cave fidem fluxam geras.

Sic habet vet. cod. & Nonius, qui tamen errat, quum pro *Fideliter* positum existimat: Nam quod *Fidelis sis* Camerarius, vir summus, propugnat, patietur sibi errorem istum a me eripi. Sic *Cuium ager*, pro *Cuius, Trinummo*, Sc. *Minus quindecim.*

Neque umquam quisquam est, quoius ille ager fuit,
Quin pessime ei res vorterit, cuium fuit.

Item Mercatore.

Eamus intro; non utibile hic locus factis tuis.

Ita lego ex vet. cod. non *utibilis.* Sub finem huius scenae.

Atque quanto nox fuisti longior hac proxima
Tanto brevior dies ut fiat; faciam, ut aeque disparet.
Et dies e nocte accedat.

Quid alii heic videant commodi sensus nescio, ego certe nihil in vet. cod. erat.

——— *ut aeque dispar*
Et dies & nox accedat.

Puto veram lectionem.

——— *ut aeque dispare*
Et dies e nocte accedat[1].

Dispare, pro *Dispariter*; ut *Alacre, Acre, Hilare.*

C A P. VII.

Ecere. Ecer. Glossarium corrigitur.

AD Actum secundum perveni, quem nunc examinabo. In ipso initio.

——— SO. *eccere; iam tuatim*
Facis, ut tuis nulla apud te sit fides.

Semel hoc monebo: scribendum *Ecere*, ut *Equirine, Eiuno, Ecastor.* Efferebant etiam truncate *Ecer* quemadmodum *Epol.* Glossae *Ecer*, Κατὰ τῆς Δημητρός. Ita scribendum, non *Eccer.*

Tu me verbero audes herum ludificari?

Magis Plautini vet. cod. *Tun' me.*

At te faciam hodie proinde ac maritus est,
Vt minus valeas, & miser sis,
Salvus domum si rediero iam.
Sequere sis, herum qui ludificas dictis delirantibus.

Alia interpunctio vet. cod.

Salvus domum si rediero: iam
Sequere sis.

Nec paulo melior.

AL. *Immo mecum caenavisti, & mecum cubuisti.*
——— AM. *Quid est?*
AL. *Vera dico.* AM. *Non quidem hercle de hac re, de aliis nescio.*

Vetus codex auctior versu.

——— AM. *Quid est?*
Nihil te pudet scelesta populi in conspectum ingredi?
AL. *Vera dico.*

Qui cur Plauto indignus habendus sit nondum videre potui.

AM. *Egone istuc dixi?* AL. *Tute istic, etiam adstante hoc Sosia.*

Lego, AL. *Tute istuc*, supple, *dixisti.* Nihil verius.

AM. *Tun' me heri advenisse dicis?* AL. *Tun' te abiisse hodie hinc neges?*
AM. *Ego enimvero, & me advenire nunc primum aio ad te domum.*

Vera lectio vet. cod. AM. *Nego enimvero &c.*

AL. *Vnde haec igitur est, nisi abs te, quae mihi dono data est?*

Corrigo, *quoi mihi.* Id est, a quo. Quali phrasi etiam alii Auctores non illibenter usi inveniuntur.

AM. *Vir ego tuos sim! ne me adpella falso falso nomine.*

Extra controversiam vera lectio ver. cod. *fulsa falso n.* Quod & Dousae in mentem venit suspicari.

C A P. VIII.

Scena. Scenaculum. Scaelum. Voces Sabinorum. Macrobii locus emaculatus, & Saliare carmen apud Festum. Ne, pro Non. Dic blandius. Scenae binae in unam redactae.

SCena primore Actus tertii.

Ego sum ille Amphitruo quoiu' est servos Sosia,
Idem Mercurius qui sit, quando commodu' st,
In superiore qui habito caenaculo.

Vetus codex variat.

In superiore coeli qui habito scenaculo.

Quae voces insititiae non debent haberi profecto: transpono autem, ut numeri constent.

Superiore in coeli qui habito scenaculo.

Scenaculo vero prae isto *Caenaculo* retineo, non iniuria. Sabinorum haec vox propria queis *Scena* erat quae *Caena* Romanis, etiam *Scenaculum*, quod iisdem *Caenaculum*, quod ex Paulo Festi mutilatore licet cognoscere. Vsus fuit indubie hoc vocabulo quoque Macrobius Saturnal. lib. I. cap VIII. ubi de Saturni aede. *Habet aram & ante senatulum; illic Graeco ritu capite aperto res divina fit.* In aliis exemplaribus est, *& ante se caenaculum.* Emendo certa coniectura. *Habet aram exante scenaculum.* Sic *Scaelum* etiam pro *Caelum.* Inde corrigendum Saliare carmen apud Festum.

Sed iam scaelo candens Aurora obstenit suum patrem.

Nam male ibi *se coelo*, ut in Macrobio, *se caenaculum.* Deinde *obstenit* pro *obstinet* reposui, cuius facti mei rationem vide infra ad Militem cap. v. Sc. *Durare nequeo.*

Non aedepol faciam, neque me perpetiar probri
Falso insimulatam. ———

Vet. cod. *Nae edepol.* Facile veram eruo lectionem, scribendum enim absque diphthongo, *Ne edepol.* Nam veteres *Ne* pro *Non* usurpabant, hinc *Nevolo* (pro quo per συγκοπὴν *Nolo*) *Nescio*, Sc. *Amphitruo, adsum.*

Quan-

Quando isthaec omnia exiurasti te mihi dixe per iocum.

Vel hinc, si non aliis indiciis codicis mei probitas poterit aestimari; nam versum hunc, quem de coniectura heic ex Nonio acutissimus vir Simeo Bosius collocaverat, hoc ipso loco invenio. Sc. *Quis ad fores.*

AM. *Dic quaeso mi Sosia.* ME. *blandius: cum Alcmena.* AM. *in eodemne*
Cubiculo? ME. *Immo ut arbitror corpore corpus incubat.*

Confuse hic personae, quas sic restituo.

AM. *Dic quaeso mi Sosia blandius: cum Alcmena? in eodemne*
Cubiculo? ME. *Immo ut.*

Dic blandius non aliud est quam εὐφήμα. Inspice, si tanti erit praecedentia, videbis minime falli me in censura. Postea Scenam *Qui tam vasto*, male diremerunt, & alterius initium constituerunt ad ista verba *Vos inter vos:* Vnica enim tantum est scena, quod & veteris codicis auctoritate comprobari potest. Ea scena.

Certum est introrumpam in aedis.

In vetere codice erat, *in aedibus*. Item postea.

——— *pergam in aedis nunc iam.*

Iterum vet. cod. *in aedibus:* nec aliter MSS. Langiani, & rectissime, ἀρχαϊσμὸς est, adparet enim veteres praepositioni *In*, sive motum in loco, sive ad locum significarent, indifferenter accusativum & ablativum adiunxisse. Sc. *Spes atque opes.*

Ego cunas recessim rursum vorsum trahere ac ducere.

Cod. vet. *rursum prorsum.* Corrigendum, *vicissim rursum prorsum*, ut monui Critici Arnobiani lib. I. cap. IV.

CAP. IX.

Servi in pistrino Asini dicti, molae Praesepia. Numquame. Paxim. Lacte. Mercator correcta. Varro emaculatus leviter. Reducere, παθητικῶς. Rerogare. Reloqui. Sabinismus adnotatus. Praegnas.

CApur mihi hoc explebunt omissa quaedam, ac maxime e Langii viri optimi optimis membranis observata. In illis erat iste titulus. PLAVTI ASINII AMPHITRIO. Et ASINII cognomentum Plauto nostro in omnium Comoediarum titulis tale legitur. Quod quidem quid sibi velit, quum nemo hactenus exposuerit, operam non puto me lusurum, si ipsemet negotii istuc sumam. Scribendum vero PLAVTI ASINI. Adpositum autem ei a librariis veteribus; quia de pistorum esset prosapia. Nam olim qui in pistrino laborabant, quod idem illis incumberet labor ad trusatiles molas, qui asinis ad versatiles, per convitium *Asini* audiebant: & molae quoque *Praesepia* contemtim nominabantur. Ex hoc dicto exaudiendus etiam ipse Plautus Curculione. Sc. *Migrare certum est;* ubi Palinurus parasitum, nisi e Caria argentum adferat, in pistrinum iterum detrudendum praedicit.

Paves, parasitus quia non rediit Caria.
Adferre argentum credo; nam si non ferat,
Tormento non retineri potuit ferreo,
Quin reciperet se huc esum ad praesepim suam.

Tantum de Titulo: nunc Fabulam examinare denuo incipiam. Prologo.

Sed mos illic numquam fuit patri meo.

Langii MSS. & vet. cod. *Sed mos numquam illi fuit patri meo.* Eruditi viri mutarunt, transposueruntque: cur? obsecro: quia hiatum rati nimirum, & claudicare versum. Pace eorum dictum spero, valde falsi sunt. Scribendum autem hoc modo.

——— *numquam' illi fuit patri meo.*

Id est, *numquame*. Ita veteres dicebant, pro *Numquam:* sic *Quame, Tame, Cume*, pro *Quam, Tam, Cum*. Sc. *Bene vale.*

IV. *Satin' habes si feminarum nulla est, quam aeque diligam?*
ME. *Edepol ne illa si istis rebus te sciat operam dare,*
Ego faxim te Amphitruonem esse malis, quam Iovem.

Qur non praeferenda vet. cod. lectio: *si illa furtivis rebus*. Per *furtivas res* clandestinos amores intelligit. Hoc autem nimis ineptum, quod dicat Mercurius, si Alcmena sciat Iovem cum aliis feminis consuescere, facturum se ut Amphitruo esse mavellet, quam Iupiter. Coniicio scripsisse Comicum nostrum, *Ego paxim, te A. e m. q. I.* Vt sit ἀρχαϊσμὸς pro *Pepigerim*. Id est, Quovis pignore dato certaverim. Simile mendum Mercatore Sc. *Ecastor lege.*

Ecastor faxim, si itidem plectantur viri,
Si quis clam uxorem duxerit scortum suam,
Vt illae exiguntur, quae in se culpam commerent,
Plures viri sint vidui, quam nunc mulieres.

Nam legendum quoque. *Ecastor paxim.* Item Truculento, Sc. *Non omnis aetas.*

Quos quum celamus, si faximus conscios,
Faxim lenonum & scortorum, ut plus est, minus,
Et minus damnosorum hominum, quam nunc sunt, fiet.

Iterum scribo. *Paxim lenonum.* Arbitrium erit virorum doctorum, quibus omnia haec mea libens merito submitto, quippe adolescens admodum, nec iudicii adhuc per aetatem satis firmus. Hoc saltem sine Plauti fraude pronuntiare possum: Ita mihi videri. Sc. *Age, i.*

Neque lac lacti magis est simile, quam ille-ego simil est mei.

Langii membranae. *Neque lacte lacti.* Optime: nam veteres *Lacte* dicebant primo casu. Cassius Hemina Annal. IV. *Ex Tiberi lacte haurire.* Caecilius Titthe.

Praesertim quae non peperit lacte non habet.

Varro Andabatis. *Candidum lacte e papilla quum fluit.* Ita corrigo apud Nonium. Scena *Satin' parva.*

——— *id modo si mercedis*
Datur mihi, ut meus victor vir belli clueat, satis
Mihi esse ducam.

MSS. Langiani, *Vir belli se reducat.* Vetus codex voce una minus, *belli reducat.* Atque haec

haec vera lectio. *Reducat*, posuit παθητικῶς antique, pro *Redux sit*. Eodem modo etiam τὸ *Redux* passivam habet significationem, quum simplex eius *Dux* activam.

AM. *Alcmena unum rogare te volo*. ALC. *Quid vis, roga*.

Langii Ms. ALC. *Quidvis vogare, roga*. Meus codex vetus: *quidvis rogare, roga*. Puto scripsisse Plautum, *quidvis roga, reroga*. Videtur autem esse Sabinismus, sic illi *Eloqui* ac *Reloqui* deos dicebant, quum oracula redderent. Varro lib. v. *Dicuntur Eloqui ac Reloqui in fanis Sabinis e cella dei, qui eloquuntur*.

Enimvero praegnanti oportet & malum & malum dare.

Optime in Langii exemplari. *Praegnati oportet*. Nam veteres *Praegnas*, *Infas*, *Animas*, *Damnas*, dicebant, pro *Praegnans*, *&c*.

AMPLISSIMO VIRO

ACHILLI HARLAEO
REGNI CVRIAE PRINCIPI

IOANNES MEVRSIVS S. D.

IGnosces, Vir Amplissime, quod occupationibus istis tuis summis obstrepere sim ausus. Satis impudenter, fateor, quum te specto: quum vero observantiam singularem in te meam, quae stimulos acerrimos subgerit, non potui non frontem omnem proiicere. Quod ipsum feci minus invitus, quum numquam meliore damno fieri posse viderem. Quamvis autem non meruerim, ut benevolentia me aliqua complectare, humanitatem tamen tuam, quam meritum meum in consilium adhibiturum spero. Si spes ea non decollabit, virgulam divinam tanti haud fecerim. Quum aliquando vacabis, haec ad Plauti Asinariam videto: offendes, si non ingenii, aut doctrinae, at certe animi ingenui Notas.

AD ASINARIAM.
CAPVT PRIMVM.

Graxo. Verbivelitatio. Mna. Obstire. Abstit. Ovidius emendatus. Priscianus notatus. Plauti lectio defensa. Nerecte. Nesapus.

DIxi quae ad Amphitruonem habui; Asinariam iam ordo obgerit, itaque hanc percurram. Prologo.

Age nunc reside, cave modo ne gratiis.

In vet. cod. erat, *ne graxis*. Vetus verbum *Graxo* pro *Strepo*, ex Graeco Κράζω. Lucretius lib. v.

Quippe ibi se multi per somnia saepe loquentes,
Aut morbo delirantes prograxe ferantur.

Act. I. Sc. I.

—— LI. *Age age, usque excrea*.
DE. *Etiamne?* LI. *Quaeso hercle usque ex penitis faucibus*.
Etiam amplius. DE. *Nam quousque?* LI. *usque ad mortem volo*.

Male interpunctum hic a personis: ex vetere libro corrigo.

DE. *Etiam?* LI. *Amplius*. DE. *Nam q.*

Nihil verius, quam ita scripsisse Plautum; nec existimo quemquam tam insulsum, qui reprobare ausit. Sc. *Sicinne hoc fit*.

Ingrata atque irrita esse omnia intelligo
Quae dedi, & quod benefeci; ac posthac, tibi
Male quod potero facere, faciam. ——

Scribo ex vet. cod. *at posthac*. Act. II. Sc. *Vbi ego*.

Verbis velitationem fieri compendi volo.

Puto scriptum fuisse *Verbivelitationem*, quomodo alia multa lepide composuit Plautus, ut respondeat Graeco λογομαχία. Temere tamen adfirmare nihil volo, id significasse satis habens quod mihi super hoc loco in mentem venisset.

Ait se ob asinos ferre argentum Atriensi Saureae
Viginti minas. sed eum sese non novisse hominem qui siet.

Corrigo poscentibus numeris, *Viginti mnas*: & ita signate referebat vet. cod. meus. Veteres dicebant *Mna*, *Mina*: ut *Lamna*, *Lamina*. Sic Curculione. Sc. *Date viam*.

—— *quia de eo emi virginem*
Triginta minis, vestem, aurum.

Iterum numeri poscunt, *Triginta mnis*, ut erat in vet. cod. Poenulo etiam. Sc. *Si ego*.

Si ego

Si ego minam non ultus fuero probe quam lenoni dedi.

Vet. cod. *Si ego mnam*. Et heic numeri id flagitant. Est autem inflexio Graeca. Scena *Quid hoc est negotii*.

LE. *Sed vina heri quae vendidi vinario Exaerambo,*
Iam pro iis satisfecit Sticho? LI. *fecisse satis opinor.*
Nam vidi hunc ipsum adducere ad trapezitam Exaerambum.
LE. *Sic dedero prius quam credidi, vix anno post exegi.*
Nunc satagit, adducit domum etiam ultro, & rescribit nummos.

Vet. lib. tertio versu habet, *adducere & rapere in ius Exaerambum:* quarto, *Sic obsecro? quam credidi v. a. p. e.* Quae sane lectio melior. *Sic obsecro?* f. accidit. Deinde quintum Libano adsignat, non Leonidae; etiam rectius.

Non hercle te provideram, quaeso ne vitio vortas,
Ita iracundia obstitit oculis.

Langii schedae, *obstit oculis*. Recte. Dicebant *Obstire*, *Obstare*; sicut *Artire*, *Artare*. *Impetrire*, *Impetrare*. *Negire*, *Negare*; (unde *Neginundus* apud Festum.) Hinc *Obstitum* apud eumdem, quem laudavi, Festum: quemadmodum *Impetritum*. *Artitum*. Sic *Abstit* dixit Ovidius Metam. XI.

——— *renovat lectusque locusque*
Alcyones lacrymas, & quae pars admonet abstit.

Male hodie est, *absit*. Priscianus ita citat lib. IX. qui tamen fallitur quum putat pro *Abstitit* accipiendum, tamquam συγκοπὴ sit. Sic *Prostire* quoque dixisse certum est, inde *Prostibulum*. Et simplex etiam *Stire* pro *Stare*, unde *Naustibulum* apud Festum, & *Vestibulum*, quasi grande stabulum. Agell. lib. XVI. cap. V. Dicebant ad eamdem hanc faciem etiam *Metiri*, & *Metari*. Itaque recte est in Pseudolo, Sc. *Ne plora*.

Quin hunc metimur gradibus militariis.
LI. *Malo hercle iam magno tuo nunc isti nec recte dicis.*

Sequor veteris codicis ductum, legoque *nerecte dicis*. *Nerecte d.* est male; sic *Nesapus*, non sapiens. Scaurus. *Ne pro non positum est apud antiquos, ut Nefrendos porcos, qui fabam frendere non possunt. Nesapus, qui non sapit.* Sic *Nefunera* apud Catullum in Nuptiis Pelei & Thetidis, *Funera Cecropiae nefunera* ut recte emendavit magnus Scaliger. Sic *Nescio. Nevolo.* Sc. *Perfidiae laudes.*

Quum nostris sycophantiis, dolis, astutiisque
Scapularum confidentia, virtute ulmorum freti.
Qui advorsum stimulos, laminas, crucesque, &c.

Quomodo, *virtute ulmorum freti?* Ineptum hoc est. Interpungo.

Scapularum confidentia, virtute freti ulmorum
Adversum stimulos, &c.

Nam *Qui* recte abest a quibusdam codicibus. Sc. *Cur me*.

AR. *Vale*. PH. *Aliquanto amplius valerem si hic maneres.*

Magis vet. cod. lectio placet; *ah. quanto amplius v. s. h. m.*

LE. *Ausculate, atque operam date, & mea dicta devorate.*
Primum omnium servos tuos non esse nos negamus.
Sed si tibi minae viginti argenti proferentur,
Quo nos vocabis nomine?

Manifestus error: scribo,

Ausculato, a. o. dato, e. m. d. devorato.

Nam ad unum Agrippum ei sermo: nemo improbabit.

Quid nunc? quid est? quin tradis huc cruminam
Perum pressatum?

Lego cum Langii Mf. *cruminam pressatam aere*.

CAP. II.

Mepte. Sorum. Mortualia. Pulcralia. Magnalia. Nequalia. Naevius correctus. Cheresteus. Chrestus. Face.

Sequitur eadem illa Scena, ubi herum Agyrippum belle deludens Libanus, ita Philaenium adfatur.

Dic igitur me tibi anaticulam, columbam, vel catellum.

Vet. Cod. *D. i. me te anaticulam*. Scribo, certa coniectura. *Dic igitur mepte*. Nam *Mepte*, pro *Me*, olim dicebant. Menaechmis Sc. *Men' hodie*.

——— *cui certissimum est*
Mepte potius fieri servum, quam te umquam emittam manu.
AR. *Inscende actutum*. LI. *Ego fecero. hem quid istuc est? ut tu incedis?*
Demam hercle iam tibi de ordeo, tolutim ni badissas.

In vet. Cod erat, *ut tu vide eis*. Corrigo, *ut tumide is*; quam veram esse lectionem abunde sequens versus fidem faciet.

AR. *Quid ego aliud exoptem amplius, nisi illud cuius inopia est,*
Viginti argenti commodas minas, huius quas dem matri.

Recte vet. Cod. *commodas mnas*, poscentibus numeris. Huc faciunt, quae superiori capite in hanc rem adnotavi. Deinde idem ille Codex meus, *qui dem*, habebat, quod Plautinum magis adsentietur, quicumque in eius lectione non omnino hospes est. Act. IV. Sc. I.

PA. *Diabolus Glauci filius Cleaeretae,*
Lenae dedit dono argenti viginti minas.

Etiam heic *viginti mnas* numeri poscunt, atque ita erat in vetere Codice.

Ad eorum ne quem illa oculos adiiciat suos.
Si quem alium adspexit, caeca continuo fiet.

Vere est in Langii Excerptis. *Ad sorum*. Nam est ἀρχαϊκὸν, pro *eorum*. Festus. *Sos*, pro *eos*, antiqui dicebant.

Talos ne quiquam homini admoveat, nisi tibi,
Quam iaciat, te ne dicat, nomen nominet.

Ita constanter habent editiones quibus inspexi, sed veram existimaverim coniecturam quae mihi in mentem venit, *tene dicat*, coniunctim enim scribendum.

Haec sunt non nugae, non enim mortualia.

Lan-

Langi MS. *Non enim mortalia* Quod idem est. Illud a mortuis, hoc a morte vocabuli originem habebit. In vetere Codice erat *mortualia*. Eoque modo Agellius lib. XVIII. cap. VII. *Vos Philosophi mera estis, ut M. Cato ait, mortuaria glossaria; namque colligitis lexidia, res tetras & inanes, & frivolas, tamquam mulierum voces praeficarum*. Sed perinde est; eiusmodi sunt dies *Praeliales*, & *Praeliares*, *Palilia*, *Parilia*. Hac eadem facie etiam *Pulcralia* dixit Cato, laudante Festo. *Magnalia*. Cyprianus lib. I. epist. III. *Nec praepositum servum deseri a quibusdam miretur aliquis, quando ipsum dominum magnalia, & mirabilia summa facientem, & virtutes factorum suorum Dei patris testimonio comprobantem discipuli sui reliquerint*. Iterum Tractatu de Habitu Virg. *Quibus multa magnalia cum miraculo faceret, quibus ad gratiam gloriae bonis spiritalibus abundaret*. Hausit vero de Tertulliano, qui utitur ad uxorem lib. II. cap. VII. Item adversus Marcionem lib. I. cap. II. Sed ad *mortualia*, quod attinet, eadem omnino sunt *nequalia*, sive *necalia*, quae Festus *detrimenta* interpretatur, quia nugae non aliud, quam sermonis detrimenta, & inde facta translatio. Naevius Lycurgo *mortualia* adpellat vestimenta, quae in luctu sumebantur.

Pallis, petagiis, crocotis, malacis, mortualibus.

Ita lego apud Nonium in Caltulam. Sc. *Sequere hac*.

Tu ergo fac, ut illi turbas lites concias.

Vet. Cod. *face ut*, quod magis ἀρχαϊκόν. Ideoque Plauto convenientius Act. V. Sc. *Ain tu meum*.

ART. *Hoc ecastor est, quod ille it ad coenam cottidie.*
Ait sese ire ad Archidemum, Cheream, Chaerestratum,
Cliniam, Chremen, Cratinum, Dineam, Demosthenem.

In vet. Cod. erat.

Chrestum, Chremem, Cratinum, Cliniam, Demosthenem.

Rescribo, ut sit plenus octonarius, quales praecedentes.

Cheresteum, Chremem, C. C. D.

Nam *Cheresteus*, & *Chrestus* idem nomen fuisse colligo, quia quem Cheresteum Varro lib. I. cap. I. De Re Rust. eum Chrestum nominat Columella, libro, & capite iisdem.

AMPLISSIMO VIRO

PETRO FABRO

PRAESIDI TOLOSANO

IOANNES MEVRSIVS S. D.

QVI literarum humaniorum studia reiicula censent, nae illi vacerrae sunt, & statuae caput habent. Non tu id facis V. A. qui amas maxime, meritissime, & cordati omnes tecum. Hac tamen fini amanda, ut operam etiam in gravioribus studiis ponamus, qui patriae olim, & Reipub. prodesse possimus. Istis enim dumtaxat immorari, haud sapientis puto; ad altiora erectum habere animum debemus, & in id incumbere sedulo, ut vitae hoc, quidquid est, quod tam breve est, ut spem vetet inchoare longam, cum publica utilitate transigam, cogitantes HOMINI HOMINEM ESSE DEVM. *Tum patria nos, tum posteritas amabit, laudabitque. Tu id curas, & munia publica, literariaque, strenue obis, cum paucis, & alios exemplo tuo eo invitas; me certe, qui ita facere constitui, & facio. Rogo te, si vacet, haec mea in Plauti Aulularlam ad iudicii tui acerrimi obrussam examines. Vtinam autem sine infamia sint, si famam mereri non possunt.*

AD AVLVLARIAM

CAPVT PRIMVM.

Adassint. Fassit. Quaerit, ἀρχαϊκῶς. *Quo*, pro *Quamobrem*. *Propet*. *Propus*. *Postidem*. *Pectum*. *Praeperare*.

ACT. I. Sc. I. impatiens contumeliae Staphyla in votum hoc prorumpit.

Vtinam me divi adaxint ad suspendium
Potius quidem, quam hoc pacto apud te serviam.

In quibus verbis etsi nihil quidem temere mutan-

mutandum, operae pretium tamen duxi veterum librorum lectionem hanc indicare, *divi adassint*, quod ἀρχαϊκὸν est pro *adaxint*, quomodo *cossus*, pro *coxus*. Sic legis Aquilae cap. III. *Ceterarum rerum praeter hominem, & pecudem occisos, si quis alteri damnum fassit, quidve usserit*, &c. Heic quoque *fassit*, pro *faxit*. Vide D. ad l. Aquiliam. *L. si servus servum*. Sc. *Nunc defecato*.

Cave quemquam alienum in aedis intromiseris
Quod quispiam ignem quaerat, exstingui volo.

Melius vet. Cod. & Langii membranae Staphylam heic interloquentem faciunt.

STA. *Quid si quispiam ignem quaerit?*
EV. *Exstingui volo*.

Porro hoc monendum, *quaerit* dixisse Plautum, κατ' ἀρχαϊσμὸν, nam olim *quaerim*, *edim*, & talia, pro *quaeram*, *edam*, efferebant.

Ne caussae quid sit, quod te quisquam quaeritet.

Magis placet, quod in vet. Cod. invenio, *quo te quisquam quaeritet*; perit literula, elegantia augetur. Convenientior sextus casus: *quo*, pro *quamobrem*.

Nam ad aedis nostras nusquam adiit, quamquam prope est.

Langi MSS. *quamquam propet*. Recte, ἀρχαϊσμὸς, est pro *propit*. Nam veteres dicebant *propo*, *propero*; ut *lambo*, *lambero*; *blato*, *blatero*. Item *propus* (unde *prope* adverbium) *properus*; ut *privus*, *priverus*.

Nimis hercle invitus abeo, si quid agam, scio,
Nam noster nostrae, qui est magister curiae,
Dividere argenti dixit nummos in viros.

Primo versu ex vet. Cod. lego: *sed quid agam*; tertio, *argenti nummos dixit in viros*, ut Asconium Pedianum citare memini. Certe mollior tum & suavior multo est sonus. Sub exodium Scenae eiusdem.

Nunc quo profectus sum ibo, postidea domum
Me rursum quantum potero, tantum recipiam.

Langii membranae, & veteres Cod. *post idem domum*. Scribo, *postidem d.* coniunctim. Dicebant Comici isti, *postidem*, quam ad faciem *indidem*, *identidem*. Sc. *Praefugibat mi*.

——— *nunc hic eam rem vult, scio,*
Mecum adire ad pactionem, verum intervisa domum.

Melius, & magis ad Plautinam φράσιν, vet. Cod. *intervisam domi*. Itaque velim, & versu sequenti rescribere.

——— *nam est, quod visam domi*.

Non, *domum*, ut est in hodie excusis omnibus.

Hoc magnum est periculum ab asinis ad boves transcendere.

Verba Euclionis sunt Megadoro filiam suam constanter in matrimonium dare pernegantis; in vet. Cod. erat.

——— *est periclum, me ab asinis a. b. t.*

Transpono *periclum, ab asinis me ad boves t.*

una enim ista vocula ingesta plus decoris adfert.

Pactum, non pactum est, non pactum, factum est, quod vobis lubet.

Vet. Cod. *pectum, non pactum est*; unde censeo Plautum toto isto carmine non aliter, quam *pectum* exarasse, quod ἀρχαϊκὸν est, pro *pactum*, unde *compecto*, *depecto*; ut notum est Sc. *Vbi tu es*. Desponsa tamdem filia sua Megadoro Euclio quum nuptias pararet, ita Staphylam adfatur.

——— *vascula intus pure propera, atque elue*.

In vet. Cod. erat, *pure praepara*. Quod etsi rectum videri poterat, ne tamen credam, prior illa lectio animum inducit; suspicor autem, imo adfirmo, scripsisse Plautum. *pure praepera*, Ἀρχαϊσμὸς, elegans valde; nam veteres *praeperare*, pro *praeparare*, dicebant; ut *reperare*, pro *reparare*, quod frequentius *reciperare*, quomodo *reciprocare*. Quid, quod Agellius, Plauti non indiligens, hanc vocem usurpat lib. x. cap. xi. *Namque in praeperatu rei rusticae per tempestates pluvias, quoniam otium est, maturari potest*. Talia sunt etiam *resecrare*, *consecrare*, *obsecrare*, *exsecrare*, quae hodieque in usu sunt.

CAP. II.

Licet, pro *liquet*. *Propere propere*. *Bacchinal*. *Aperit*, παθητικῶς. *Coquino*. *Domino*. *Manubium*. *Pacere*. *Fuo*. *Cinistones*.

SC. *Tace nunc iam tu*.

STR. *Tace nunc iam tu, atque agnum horum uter est pinguior*.
COC. *Licet*. STRO. *Tu congrio eum sume actutum tibi*.

Hactenus non intellectus hic locus, itaque ego explicabo. Sciendum autem heic *licet*, antiqua scribendi ratione *liquet* significare. Monet Anthracem Strobilus, ut a convitiis sibi temperet, rogatque uter agnorum esset pinguior, ad quod ille respondet, *liquet*. Habetque plus stomachi ea vox, quam si dixisset, *iste*, vel *ille*. Vult enim dicere. Quid, malum, me id rogas; ipse facile potes videre. Nos quoque eodem cum adfectu dicimus, Dat siet ghy vvel.

Vbi si quid poscas, ad ravim poscas prius
Quam quidquam detur.

Vet. Cod. *si quid poscas, ad ravim poscamus p.* Quam veram lectionem esse pronuntiare audacter possum, Festi nisus auctoritate, qui videndus in *ravim*; etiam Nonius in *ravis*, & membranae Langii non aliter laudant.

ST. *Cererin' Strobile istas facturi nuptias?*

Plenius apud Macrobium Saturnal. libro III. cap. xi. hic versus legitur.

Cererin' mi Strobile hi sunt facturi nuptias.

Quae vera lectio censenda, quia Plautini Codices tum temporis longe emendatiores. Sc. *Volui animum*.

Nimirum occidor, nisi ego intro huc propero currere.

In Langianis MSS. erat, *huc propere propere currere*. Constituo octonarium, & lego:

——— *huc propere propere cucurrero.*

Orta menda ex librariorum supinitate, qui similes syllabas non solent repetere; eleganter vero *propere propere*; nam vox ea geminata magis exprimit, festinationem magnam, qua sibi opus esse, ni occidi vellet, Euclio dicebat. Nos quoque eamdem phrasin in nostro idiomate retinemus. Sc. *Optati cives.*

——— *ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum.*

Et paulo post.

——— *aperitur Bacchanal, adest.*

Vtrobique in Langii membranis *bacchinal* legitur, sicut *fontanalia, fontinalia*. Sed *A* & *I* veteres illi inter se commutabant, ut iam toties ostendi. Porro nec hoc dissimulandum in Cl. V. Ioannis Sambuci MS. fuisse, *aperit B.* quod Plautinum existimo; est enim ἀρχαϊσμὸς. Pro *coquinatum* vero legendum erit *coquitatum*, si Festus hunc Plauti locum ob oculos habuit, quum scriberet, *coquitare*, pro *coctitare*, idest, *frequenter coquere*, Plautus posuit; quod tamen non censeo. Nam ita disertim Nonius citat, & veteres: *coquo, coquino*, dicebant, ut alia similia: *natino, fruinor, negino* pro *nato, fruor, nego*. Item *vaginor*, pro *vagor*, quod ex MS. regio in Appendice Critici Arnobiani erui, ut & *domino*, pro *domo*; quo postremo praeter Arnobium etiam Nigidium usum invenio apud Priscianum lib. VIII. *Omne pecus indomitum habet quiddam in se ferum, sed tamen ea natura est, ut curari, & dominari possit.* Sc. *Illic hinc abiit.*

Credo ego edepol illi mercedem gallo pollicitos coquos,
Si id palam fecisset, exemi ex manu manubrium.

Vet. Cod. una litera minus, *c. ex manu manubium*. Optime pro *manubiam*, quomodo *menda, mendum*; *testa, testum*, dicebant, neque turbare debet, quod singulari numero efferat, quum Grammatici plurali tantum efferri notent. Euclio gallum gallinaceum, quia scalpuriret ubi aulam suam absconderat, putans a coquis insidiantibus mercede conductum, occidit, eoque facto praedam speratam illis eripuisse se dicit. Nihil pote melius. Sc. *Narravi amicis.*

Quorum animis avidis, atque insatietatibus,
Neque lex, neque tutor capere est, qui possit modum.

Valde fallor, aut scripsit Comicus, *neque tutor pacere*, voce antiqua. Simile mendum sustuli in Catone nuperrime cap. XL. Gulielmius in Laberii versibus apud Macrobium. Sic *figere modum*, Horatius, & Arnobius dixerunt. Aut certe, *tutor cavere*.

——— *quo illae nubent divites*
Dotatae, si istud ius pauperibus ponitur?
Quo lubeat nubant, dum dos ne fiat comes.

Corrigo. *Quoi illae n. d.* Deinde tertio versu. *Quoi lubeat n. d. d. ne fuat comes.* Ἀρχαϊσμὸς est, nam veteres *fuo*, pro *sum* dicebant, quod praeteritum ostendit, hodie adhuc usitatum. Quam vocem etiam memini Titinnio restituere Critici lib. III. cap. IX. utitur praeterea Terentius, & ipse hic noster alibi non semel.

Caupones, patagiarii, indusiarii.

Vet. Cod. *Ciniflones p. i.* Optime Horat. libro I. Sat. II.

Custodes, lectica, ciniflones, parasitae.

Acron. *Ciniflones, & Cinerarii eadem significatione apud veteres habebantur, ab officio calamistrorum, idest, veruum in cinere calefaciendorum, quibus matronae capillos crispabant; cuius rei, & Virgilius meminit dicens: Vibratos calido ferro. Dicti autem Ciniflones, ab eo, quod in cinerem flant ad ferrum calefaciendum.*

Aut manulearii, aut murrobathrarii.

Scribo ex vet. Cod. aut *myrobrecharii*. Quae vox quid significet, facile videbunt, qui Graece sciunt.

C A P. III.

Odii, ἀρχαϊσμὸς. *Aulularia aucta.*
Item Priscianus.

PLautum hunc nostrum ἀρχαϊσμὸν esse thesaurum omnes sciunt, sed dum pro suo libitu librarii eos sustulerunt, dictionesque, ut tum usurpabantur exscripserunt, periit pleraque ista venustas. Verum hoc esse, quod dico, ut alios multos omittam, vel unus iste locus facile fidem faciet. Sc. *Nimium lubenter.*

Nimium lubenter edi sermonem tuum.

Heic antiqua scribendi ratio mendae origo fuit. Scribo, *odi sermonem;* atque *odi* nihil est aliud, quam audii; ut innumera talia, *Plostrum, Clostrum.* Atque hanc correctionem certam esse praestabunt veterum Codd. & Sambuci Clarissimi MS. in quibus pro *edi* constanter est *audivi* perscriptum.

ME. *Imo est, & dii faciant, uti siet diu*
Plus plusque sospitent istuc, quod nunc habes.
EV. *Tam hic scit me habere, quam egomet, anus fecit palam.*

Vett. Codd. inserunt unum versum istum.

EV. *Illud verbum non placet, quod nunc habes.*
Tam hic, &c.

Qui adeo aptus huic loco, ut qui Plauti esse negare ausit, eum ego cerebrum non habere dicam.

EV. *Quid sit, me rogitas? qui mihi omnis angulos*
Furum implevisti in aedibus misero mihi,
Qui mihi intromisisti in aedes quingentos coquos.

Merito haec vitii subspecta habuit Ianus Dousa F. egregius Musarum pullus, persanare tamen quamvis non potuerit laudandus merito eius conatus. Ia vet. cod duo postremi versus ita concepti erant.

Furum implevisti in aedibus misero, qui mihi
Intromisisti in aedeis quingentos coquos.

Ex

Ex quibus vestigiis ita ut constituam inducor.
——— *in aedibus misero, mihi*
Qui intromisisti in aedeis quingentos coquos.
Sequitur in ista Euclionis accusatione.
Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit.
Etsi non improbum hoc, probius tamen existimo quod apud Priscianum lib. VI. invenio. *Quod si Argus*, ut subintelligit *istos*. Sed commodum, quia in Prisciani mentionem incidi, Plauto nostro operam sibi tantisper differri minime aegre ferente, insignem eius locum mutilum hactenus supplebo; a coniectura quidem, fateor, sed ita certa ut nihil possit esse certius, praefiscine lib. x. *Quod autem corripitur antepenultima, paciscor, & nanciscor, & proficiscor, & expergiscor, ex compositis, sive primitivis eorum potest dinosci. Paciscor, & depeciscor, proficiscor a facio, expergiscor a pergo pergis, nanciscor vero a nancio est, quod in usu fuit vetustissimis.* Ecce enim, ut haec lectio praefert, *paciscor* & *depeciscor* deducta sunt a primitivo *facio*, quod quid dici potest ineptius? Et iniuriam indignam faciat ingenio & iudicio doctissimi Grammatici, qui eum ita scripsisse velit adfirmare. Commissa indubie a festino librario fraus, qui duas dictiones omisit. Itaque restituo. *Paciscor, & depeciscor, a paco, proficiscor a facio.* Iam *paco* antique pro *pago* sive *pango* dictum esse nemo ignorat.

CAP. IV.

Indueo. Cavilla. Charisius reprehensus, Fide, & Fideii, secundo casu. Patiri. Non oportuit ollam tactum.

EAdem illa Scena Euclio Megadoro benigne ad symposium invitanti respondet pertinaciter aquam se bibere velle, non vinum. Sed instat Megadorus.
Ego te hodie reddam madidum, si vivo, probe,
Tibi cui decretum est bibere aquam.
Sed mendosa haec, & emendatiora in vetere libro meo leguntur. *Tibi an decretum est bibere aquam?*
Nunc hoc mihi factu est optimum, ut ted auferam
Aulam Fidei fanum, ibi abstrudam probe.
Scribo, *in Fideii* ἀρχαϊκῶς, metri causa. Sc. *Hoc est servi.*
Quasi pueris qui nare discunt scirpea inducitur ratis.
In festi exemplaribus legitur, *scirpo induetur ratis.* Quod genuinum censeo, nam veteres *indueo* dicebant: deinde *Ratis scirpo*, pro *e scirpo*. Itidem ἔλλειψις ἀρχαϊκή est. Sc. *Foras, foras.*
Pone hoc, sis, aufer cavillum, non ego nunc nugas ago.
Vet. codd. & Langiani Mss. *aufer cavillam.* Quod ut insolentius, & remotius a quotidiano usu, ita Plauto dignius. Sic dicebant *menda, mendum; testa, testum.* Nam quod inter *menda* & *mendum* differentiam constituit Charisius, nugas agit. Sc. *Fidei.*
Fidei censebam maximam multo fidem.
Scripsit Comicus noster, *fide c.* ἀρχαϊκῶς, talia erant ista *Die. Facie*, & reliqua eiusmodi, quae similiter efferebant. Vide Agell. lib. IX. cap. XIV. Sed nunc emendationem hanc stabiliam, ne temeritatis crimen incurrat, & ἀρχαϊσμὸς nominer. Charisius lib. I. *Fides quum chordam significat, huius fidis facit, quum deam, huius Fidei, quamvis Plautus dixerit. Fide censebam maximam multo fidem.* Sc. *Dixi tibi.*
Et istuc confido a fratre me impetrassere.
Corrigo, *impetrascere*. Dicebant, *impetro, impetrasco. Labo, labasco. Amo, amasco. Hio, hiasco.* Restitui etiam hanc vocem infra Casinae cap. II. *Te eam compressisse vinolentum virginem.* Scribo versus causa, *compresse.* Sc. *Perii, interii.*
Tantum gemitique mali molestiaeque hic dies mihi obtulit.
Veram habeo lectionem codicis mei veteris, *tantum gemiti, & malae moestitiae hic dies mihi obtulit.* Quam etiam iuvat Prisciani authoritas, quem heic in ordinem redigere nimis temerarium sit. Sic sequente scena. *Quoi tanta mala moestitudo obtigit.* Sic enim & ille versus ex eodem meo libro legendus, non, *cui tanta mala, moestitudoque obtigit*, ut hodie est. Certe si serio attendas, nihil Plautinius iudicabis.
——— *nunc eo alii laetificantur*
Meo malo, & damno pati nequeo.
Lego versus caussa, *patiri nequeo.* Qua facie *gradiri, moriri.* Sc. *Quis homo.*
EV. *Quis homo hic loquitur?* LY. *ego sum.*
EV. *Imo ego sum miser, & misere perditus.*
Cui tanta mala moestitudo obtigit.
Lyconidae verba mutila manifesto, scribo una voce amplius: *ego sum miser.* Nec aliter potest: adparet ex responsione Euclionis, quum dicit se potius miserum esse, cui tanta mala obtigissent.
EV. *At ego deos credo voluisse, ut apud te me in nervo enicem.*
Cur obsecro tam in semet iniquus futurus iste Euclio, invento iam thesauri sui fure? Transpono leviter *ut apud me te in n, e.* Lyconides confessus se aulam abstulisse roganti sordidissimo senum quamobrem id fecisset, dixit credere se deos voluisse, nisi enim voluissent, facturum non fuisse: cui respondet Euclio stomachans, se credere voluisse deos ut illum apud se in nervo enecaret.
Tu illam scibas non tuam esse, non attactam oportuit.
Scribserat Comicus noster, ut est in Langii membranis, *non tactum*, s. *esse*. Est autem praeteritum infinitivi passivi, ut loquuntur Grammatici. Talia sunt quae habes apud Agellium lib. I. cap. VII.
EV. *Neque partem tibi*
Ab eo, quiqui est, inde posces, neque furem excipies.
Vetus codex, *indispices, neque f. e.* Vti & in Nonio esse iam ante monuerunt viri docti.
Ibo intro, ut, quid huius veri sit, sciam.
Correxeram de coniectura, *q. huius rei sit*, quum ita signate in vet. cod. reperio,
I intro, exquire sit ne ita, ut ego praedico.

Vet. cod. *exquaere*. Quod genuinum Plauti esse evincam auctoritate Prisciani, qui lib. I. sic ait. *Quaero, inquiro, exquiro, quamvis exquaero Plautus dixit in Aulularia. Intro exquaere sit ne ita*, &c. In Captivis permansit hic ἀρχαϊσμὸς. Sc. *Iam ego revortar.*

Sequere hac me igitur, eadem ego ex hoc quae volo exquaesivero.

Sequitur Scena *Dii immortales*, quam mutilam esse nemo paulum modo emunctioris naris dubitabit: ego ex fide veteris codicis sic suppleo.

Numquam hinc feres a me. LY. *quid hic quondam pervicus addit?*
Non feram numquam, quod non habeo. ST. *efferaris, cave.*
LY. *Nisi actutum seni id auri redditio est.* ST. *sive perpensus ferar*
Libitinarius, sive pollinctorius efferar, numquam dabo, nisi fodiam
Noviter arrogiam. LY. *Vaeh capiti tuo.* ST. *immo senis & capiti*
Et pectori, qui auri tantum perdidit. LY. *quis repperit?*
ST. *Quem repperisse vis.* LY. *qui in arca illud subruptum habere*
Autumat. ST. *quam pulcre tibi here conniverent oculi si id*
Factum fateor: ludo quod lusi tecum, non par est identidem
Serio vortiter. LY. *at nunc iam ne me irritassis, i, & aurum*
Redde, susque deque haud agites. ST. *Here id si repperibitur,*
Certum est geminam te lanceam consitentem icere. LY. *i, & redde.*
ST. *Vis crassum.* LY. *i, & redde.* ST. *atat massum quaeritas.*
LY. *I, & redde: ego ad senem propero, ut quid comitiis*
Proximis videam, senex auri aulam perdidit. Megadorus
Repudium renuntiat, filiam peperisse vitio rescivit. ST. *hero*
Meo, quantum ego video, nemo est benignior, alii non quod
Inventum est non occulunt modo, negant, occulunt vaniloqui.
Sed aliud post aliud, si qua sit oportunitas, harpagatum
Volunt: si Elusine sit, facilem deam creduant, si Cocyto,
Non videre quem batuat, ita neque amicis, neque cognatis,
Neque dis parcunt, dum bene parcant sibi, istic quidem
Ne miserum faciat senem, aut illius familiam opulentam,
Auri aulam, grandem, onustam, plenam, referri iubet,
Vt se faciat olim miserum atque suam familiam, ast ego partem
Impartiri malim, unde redimar, quod vortat bene, picus
A sinistris cantitat, qui auri custos hercle olim traditur.
Ibo, & aulam referam, quod illaec mihi bene avis occinat.

Quae Plauti esse cur negemus nihil est causae, & facile probabit Nonius in *Pervico*, qui hoc fragmentum, etsi paulo aliter, citat. Verum mutila quidem nihilominus haec Comoedia, & subvenire conatus ante seculum Antonius Codrus Vrceus, vir doctrina & ingenio inter primos Italiae suae, additis CXXIII. versibus in duas scenas distributis, qui & in vetere meo codice habebantur. Sed age, versus, istos quos adposui examinem. In principio valde personae confusae; ego sic restituo.

LY. *quid hic quondam pervicus addit?*
Non feram n' unquam? ST. *quod non habeo.*
LY. *efferaris cave,*
Nisi actutum seni id auri redditio est. ST. *sive*, &c.

Dixit *Non feram n' unquam*, κατὰ τμῆσιν, pro *nonne feram unquam*. Postea, *si Eleusiniae sit. s. d. c. si Cotytto*. Ἐλευσινίη Ceres, Κωτυττὼ, dea notissima, cuius sacra Κωτύττια. Horat. Epod. *Inultus ut tu riseris Cotyttia*. In praecedentibus vero quid *arrogia* sibi velit, quid *crassum*, & *massum*, quid *Certum est geminam te lanceam consitentem icere*, ingenue fateor me nescire. Forte pro *atat massum quaeritas*, legi possit, *atat in cassum quaeritas*. Sed amplio, & Aulularia omissa ad Captivos transeo.

AMPLISSIMO VIRO

IANO DOVSAE

Nordovici Domino in suprema Pataviae Curia Consiliario, & Academiae nostrae Curatori.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

QVI Plautum tuum Comoediae Latinae parentem despectui habent, Vir Nobilissime, de Apuleii mihi prosapia videntur, id est, inter asinos praecipui, nam aureus ille fuit. Adeoque digni sunt, quos rudentes pertica comprimeremus; sed nos agasones non sumus. Nolumus vero istis errorem suum vel invidere, vel eripere; hoc hominis esset male abs re sua otiosi, illud fatui. Tu, quum a gravioribus curis respirabis, haec mea ad Captivos leges, & corriges: primum, quia humanus esse voles; alterum, si voles, poteris; voles autem, quia possis.

AD

AD CAPTEIVOS.

CAPVT PRIMVM.

Cume. Praetextum pro obscoeno. Parectati. Victare. Primodum. Reconciliasco. Quiddum. Incipesso. Tederga. Marolim. Volim.

IN ipso Prologo excidit elegans ἀρχαϊσμὸς, qui hiulcum facit versum

Postquam belligerant AEtoli cum Aliis.

Scribsit Comicus, *cume Aliis*. Ita scena sequente.

Ita nunc belligerant AEtoli cum Aliis.

Similiter *cume* scribendum: nam *Cume* veteres dicebant ut *tame*, *quame*, pro *cum*, *tam*, *quam*. Aliquando etiam D. interserebant *cumde*, *tamde*, *quamde*. Eodem Prologo.

Non pertractate facta est, neque item ut ceterae.

Neque spurcidici insunt versus immemorabiles.

Quid? an haec fabula minus elaborata quam ceterae? hercle non est. Scribo, *non praetextate*, id est, scurilitas nulla inest, quod & sequenti versu dicit: nam *praetextatum* pro obscoeno veteres ponebant. Agellius lib. IX. cap. X. *Non praetextatis, sed puris honestisque verbis, venerandum illud concubii pudici secretum neminem quemquam alium dixisse.* Macrobius Sat. lib. II. cap. I. *Haec nobis sit litterata laetitia, & docta cavillatio, vicem planipedis, & sabulonis impudica ac praetextata verba iacentis.* Ex Pompeii tamen fragmentis cognoscimus, quosdam etiam pro pudico usurpasse, quia praetextatis obscoena verba loqui nefas erat. Potest etiam *parectate* legendum videri: id erit, *iuveniliter lasciviens*, quod eodem recidit, nam *parectati* olim iuvenes nuncupabantur, ut est videre apud Nonium. Lucilius.

Inde parectato chlamydes, ac barbula prima.

Sed transeo ad Act. I. Sc. I. misso Prologo, Ea scena eleganter admodum parasitorum nobis mores deformat orationis lepidae penicillo Ergasilus: qui ipse eam artem factitabat, his verbis.

Iuventus nomen indidit scorto mihi
Eo quia invocatus soleo esse in convivio.
Scio absurde dictum hoc derisores dicere,
At ego aio recte. Nam in convivio sibi
Amator, talos cum iacit, scortum invocat.
Estne invocatum, an non est? est planissume.
Verum hercle verum nos parasisti planius,
Quos nunquam quisquam neque vocat, neque invocat.

Ludit facete in voce *Invocatus*, sed posteriora illa luxata sunt, & transposita; sic restituo.

Amator, talos cum iacit, scortum invocat.
Verum hercle verum nos parasitis planius,
Quos numquam quisquam neque vocat, neque invocat.
Estne invocatum, an non est? est planissime.

Attendet, & iudicabit serius Lector. Pergit Ergasilus.

Item parasiti rebus prolatis latent,
In occulto miseri victitant succo suo,
Dum ruri rurant homines quos ligurriant.

Poscunt secundo versu numeri *victant*, ut in meo codice erat exaratum. Dicebant veteres *victo*, *victito*: quomodo *dicto*, *dictito*: etsi *victito* usitatius. Sc. *Advorte animum.*

Multis & multigeneribus opus est tibi
Militibus, primum dum opus est pistoriensibus.

Vet. cod. *primodum opus*. Recte *primodum* pro *primo*, sicut *eho*, *ehodum*.

In his diebus me reconciliassere.

Scribo *reconciliascere*, ut *hiascere*, *labascere*.

PA. *Sed quid tu quaeris?* HE. *quia mihi natali' st dies.*
Propterea te vocarier ad caenam volo.

Probum censeo, *Sed quiddum id quaeris?* quod in vet. cod. invenio. Nam Comici τῷ *dum* explendi metri utuntur. Sc. *Si dii immortales.*

In re mala animo si bono utare, adiuvat.

Nihil temere mutaverim, tantum hoc dixerim, fore magis ex phrasi Comici nostri, si legamus, *id iuvat*.

Sed brevem orationem incipisse.

Vet. cod. *incipesse*. Dicebant, *Incipio*, *incipesso*. Sicut *Lacio*, *lacesso*. *Facio*, *facesso*. *Capio*, *capesso*, & alia ad eam faciem.

——— nunc oro per precem,
Per fortunam incertam, & per mei te erga bonitatem patris.

Scribo. *Et per mei tederga bonitatem patris.* Dicebant *tederga*, quomodo *mederga*: de quo alio loco dicemus. Sc. *Iam ego.*

Sed viden'? fortuna humana omnia fingit artatque ut lubet.

Mavelim, *fingit aptatque*, nam *fingit* heic valet πλάττει.

Num qua caussa est, quin si ille huc non redeat, viginti minas.
Mihi des pro illo?

Corrigo poscentibus muneris ex vet. cod. *viginti mnas*. Quam Graecanicam esse inflexionem satis ostendimus supra. Sc. *Nunc illud.*

Nunc illud est, cum me fuisse quam esse nimio mavelim.

Lego, *nimio mavolim*, ex Langii libris: nam veteres *mavolim*, & *volim*, ut *nolim* dicebant. Priscianus lib. IX. *Pro volam velim auctoritas non irrationabiliter tradidit dicere: & volim tamen pro velim proferebant antiqui.* *Cicero in II. de Nat. Deorum. Quo facilius id quod docere volimus intelligi possit.* Sc. *Quo illum.*

Aristophontes, qui ex parata re imparatam omnem facis.

Profero vet. cod. lectionem, *qui ex parata imparatam rem omnem facis*. Quod magis Plautinum.

Si huius huc reconciliasso in libertatem filium.

Scri-

Scribo ; *si huius huic* . Metri gratia . Tum quia paulo post sic dicit.

——— *efficiam tamen ego id , si di adiuvant .*

Illum restituam huic . ———

——— TY. *Heus , audin' quid ait , quin fugis ?*

Iam illic hic nos insectabit lapidibus , nisi illum iubes

Comprehendi . AR. *crucior .* TY. *ardent oculi : fit opus Hegio .*

Melius vet. cod. *fune opus Hegio* ; scilicet quo constringatur comprehensus.

C A P. II.

Aiax abigeus , melancholicus . Nuculeus . Fodare . Impensus . Impensae . Trygon . Capteivei aucta . Cora . Alatrium , Aletrinum , coloniae . Frontinus correctus . Manticinari . Monerula .

EAdem illa Scena.

Ornamenta absunt , Aiacem hunc quum vides ipsum vides .

Scio qui heic viri docti *Ornamenta* interpretentur , sed contemno prae quod in vet. codice invenio , *Armenta absunt* . Nam profecto Aiax abigeus fuit , & pecora abegit . Lycophron .

Τῶ λύσσαν ἐν ποίμναισιν αἰχματηρίαν Χέαντ☉ . ———

Rabiem in gregibus bellicosam Fundentis . ———

Ad quem locum vide quae notamus . Porro dum Aristophontem hunc Aiaci comparat Plautus , ostendit herois illius furorem manasse ex melancholia , nam antea de Aristophonte dixerat Tyndarus .

Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis ?

Atra bilis agitat hominem . ———

In eadem mente Celsus invenitur , qui lib. VI. capit. XVIII. sic ait . *Quidam imaginibus non mente falluntur , qualem insanientem Aiacem , vel Orestem poetarum fabulae ferunt .*

Nucleum amisi reliquit pignori putamina .

Membranae illae Langii optimi , *Nuculeum amisi* . Optime ; & est ἀρχαϊσμὸς , quem hactenus nemo animadvertit . Veteres enim dicebant , *nuculeus* , *nucleus* . *Tempulum* , *templum* . Qua facie , *periculum* , *periclum* . *Vinculum* , *vinclum* . Sic Casina . Sc. prima .

Qui e nuce nucleum esse vult , frangit nucem .

Eaedem membranae , *nucleum esse* . Sc. *Iniicite huic .*

HEG. *Vetuin' te quidquam hodie mihi falsum proloqui ?*

TY. *Vetuisti* . HEG. *cur es ausus mentiri mihi ?*

TY. *Quia vera obessent illi cui operam dabam ,*

Nunc falsa prosunt . ———

In iisdem membranis . *Votuin' te* . Lego , *voluin' te* , & secundo versu . *Voluisti* . Quam veram esse lectionem nemo audebit diffiteri.

Ibi cum octonos alii lapides effodint . Nulla hoc analogia potest defendi : scribo , *effodent* . *Fodare* veteres pro *fodere* extulisse testatur Festus . Sc. *Quanta in pectore .*

Quid hic homo tantum incipissit facere , cum tantis minis .

Vet. cod. *incipessit* . Quod rectum esse ostendi superiori capite .

Vae misero illi , cuius cibo iste factu' st imperiosior .

Codex vetus , ut & membranae Langii , *factus est impensior* . Quod profecto longe rectius . Elegans dictionis noxio minus intellecta corrumpendo loco fuit . *Impensus* enim heic valet , farctus , quomodo *impensa* , farctura . Arnobius lib. VII. *Quid cum libis , quid diversis cum fratribus , confectionis iure multiplici atque impensarum varietate conditis* . Vide incomparabilis herois Iosephi Scaligeri ad Varronis quartum extremum . Idem est quod postea dicit:

Satur homo est , habet profecto in ventre confidentiam .

HE. *Ignem ingentem ?* ER. *ita dico , magnus ut sit .*

HE. *Quid in eo volt urier ?*

Corrigo , *quid in eo volis urier ?* pro *velis* , ἀρχαϊκῶς . Sequitur mox.

Horaeum , scombrum , & trigonum , & cetum , mollem caseum .

Vet. cod. *& trygona , & cetum* . Si quid iudico , haud paulo integrius . *Trygon* , est purum putum Graecanicum , τρυγὼν , & eum designat piscem , qui pastinaca marina Latinis.

HE. *Esurire mihi videre* . ER. *mihi quidem esurio , non tibi .*

HE. *Iuppiter te dique perdant .*

Vet. cod. & Langii membranae inserunt totum octonarium .

Tuo arbitratu facile patior . HE. *credo consuetus puer :*

Iupiter t. d. p.

Sed ita personas distinguo , ut in codice meo offendo .

HE. *Tuo arbitratu facile patior* . ER. *credo consuetus puer :*

HE. *Iupiter* &c.

Mutilum tamen adhuc Ergasili responsum , itaque censeo plus deesse , vel versum unum ad minimum : nisi velimus dicere interruptum eius sermonem Hegionis imprecatione , quod facile dederim . Quin exempla eimodi alia passim in Plauto obvia .

Meum Stalagmum , meum qui gnatum subripuit ?

ER. νὴ τὰν σόραν .

Membranae Langii , & vet. cod. νὴ τὰν κόραν . Ergo iuramentum erit per Proserpinam , sicut antea dixit , μὰ τὸν ἀπόλλω . Sed & colonia esse potest , qualem Livius lib. II. eo nomine nuncupat . Vnde etiam Corani Plinio lib. III. cap. V. Postea ait ,

νὴ τὸ ἀλάτριον .

Quod rectum est , firmaturque auctoritate vet. cod & membran. Lang. Frontinus quoque libro de Coloniis . *Alatrum muro ducta Colonia populus deduxit , iter populo non debetur : ager eius per centurias & strigas est adsignatus* . Lego , *Alatrium muro* , &c. Hinc *Alatrinates*

apud

apud Livium extremo IX. Lambinus edidit, νὴ τὸ ἀλέτριον. Hinc *aletrini* Plinio libro V. cap. XI. *aletrinates* cap. V. ut in veteri lapide.

EX DECRETO. DECVR
MVNICIPII. ALETRINAT

In alio

Q. MINVCIVS. Q. L. ANTEROS. VI. V
AVGVSTAL
HIC. SEVIRIS. AVGVSTAL. ALETRIN

Pergo in Plauto.

Nam hercle nisi mantiscinatus probe ero, fusti plectito.

Nauci non est haec lectio. Vetus codex rectius *manticinatus*. Ludit eleganter voce semigraeca, nam a μάντις deducit *manticinari*, ut a *vates vaticinari*.

AEternum tibi dapinabo cibum, si vera autumas.

Vet. cod. *dapinabo victum*, ut e membranae Langii. Sc. *Vidi ego.*

Nam ubi illo adveni, quasi patriciis pueris, aut monedulae,
Aut anates, aut coturnices dantur, quicum lusitent.

Langii membranae, *aut monerulae*. Est ἀρχαϊσμός. Nam *R.* & *D.* promiscue inter se commutabant. *Feretrius, fedetrius. Meridies, medidies*, & talia.

AMPLISSIMO VIRO

IACOBO BONGARSIO

Christianiss. Gall. Regis in Daniam & Germaniam Exlegato.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

Irascor propemodum Plauto meo, V. N. quum naturae meae vim infert, & impudentem me facit; nam viris genere, honoribus, doctrinaque claris, leves huiusmodi Notas obgerere, quid aliud est quam hominis effrontis, & de familia, ut Comicus hic noster loquitur, durorum Capitonum? Fateor, nec causam dico: sed veniae mihi spes in humanitate tua eximia, quae efficiet ut difficilis ne sis. Reprehendebat olim Albinum Cato, quod deprecari culpam, quam carere ea maluisset; abutar praeiurationis verbis, IDEM IN ME. *Peccavero tamen nihil, nisi tibi videbor: non videbor autem, si placuerint haec ista: atque ita iam Censoris istius effugero notam. Si vero displicuerint, tam pereant quam extrema faba: & hoc etiam modo effugero, quum non erit amplius pro quo culpam deprecari necesse habeam. Placeant ergo, aut perde: vel parce quoque, dum modo ut culpa vacem praestes.*

AD CVRCVLIONEM.

CAPVT PRIMVM.

Munire, inusitata notione. Mortare. Festi lectio defensa. Polenta Stoicorum cibus. In Chartsio lacuna indicata; item medicina ei facta. Trit. Pleni dentes. Plenae. Plauti defensa lectio, & explicata; item Lucilii & Arnobii.

SC. *Flos veteris vini.* Paciscitur lena cum Phaedromo si velit curare ne sitiat facturam se ut amore suo potiatur; ad quod respondet Phaedromus.

Tibi nae ego si fidem servas mecum,
Vineam pro aurea statua statuam, quae tuo
Gutturi sit monumentum.

Temere haec solicitare nolo. Tamen in vet. cod. erat *munimentum* quod non reiiculum omnino, ut sensus sit, Vineam tibi pro statua statuam, quam ingurgites. Est vero metaphora a cibo: nam veteres *munire* usurpabant etiam pro mandere cibum: atque hinc est quod in Festi Fragmentis legitur. *Munitio, mortificatio ciborum.* Vbi male vir magnus *morsificatio* reponendum censet. Antiquis cum *mortare* erat conterere, unde *mortarium*, vas ei usui destinatum. Sc. *Date viam.* Quam lepide superbit Curculio parasitus, & omnibus obviam futuris, nisi de via decedant, verbera se intentaturum minatur. Ait autem inter cetera.

——— *eos ego si offendero,*
Ex unoquoque eorum excutiam crepitum polentarium.

Mendosam hanc lectionem, etsi non omnes pri-

prima fronte ita iudicabunt, ego pronuntio, nec vereor ut nimis audacter. In vet. cod. erat, *eiiciam crepitum*: sed rectissimum est quod MSS. Langii preferunt. *Exciam crepitum*. Dixit *exciam* quod frequentativa forma alii saepius *excitabo*. Nec aggerat mihi quis istum Charisii locum lib. II. *Trit. Naevius in Corollaria, significat autem vocem murum, ut Plautus inquit, Eiiciam crepitum polentarium, id est peditum, in Curculione*. Vocat Philosophorum Stoicorum crepitum *polentarium* eleganter & facete, quia nimirum polentam ederent. Ludit Persius Sat. III.

Haud tibi inexpertum curvos deprendere mores,
Quaeque docet sapiens braccatis inlita Medis
Porticus insomnis, quibus & detonsa iuventa
Invigilat siliquis, & grandi pasta polenta.

Porro in Charisio nihil fere incorruptum. In principio deest Naevii exemplum, in quo *trit*, legebatur: ergo rescribo. *Trit. Naevius in Corollaria. ***. Significat autem vocem murum: ut Plautus inquit, crepitum polentarium, id est, peditum, in Curculione*. Nam istud *eiiciam* diligens librarius adiecit, qui Plauti versum memoria tenebat; unde etiam colligere licet iam tum in quibusdam codicibus depravatam hanc vocem fuisse. Sensus vero Charisiani illius loci. *Trit significat vocem murum, aut, ut Plautus inquit, crepitum polentarium, id est peditum*. Sequitur postea.

Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame.

Magnae heic & plusquam Cimmeriae tenebrae Lambino, viro cetera doctissimo: adeo ut se explicare nullus possit. Ego explicabo, ne quis cum illo posthac impingat. *Pleni* dentes sunt quos Ovidius *scabros rubigine*, Petronius *aeratos scabra rubigine* adpellat; quosque ita sordes infestant, ut muccus nares. Sic *plenae* numero plurali substantive pro sordibus apud Arnobium lib. VI. *Non hirundines denique intra ipsos aedium circumvolantes tholos, iacularier stercoris plenas, & modo ipsos vultus, modo numinum ora depingere?* Et male etiam istam lectionem solicitarunt viri magni, mendique subspectam censuerunt. Est vero *plenus* idem quod *blennus*, secundum antiquam scribendi rationem; quia veteres *b*, & *p*, inter se commutabant, neque consonantes geminabant. Lucilius.

Deblaterat plenus, bonu' rusticu' concinit una.

Qui locus hactenus valde torsit Criticos, dum alius *plenus*, alius *blenus* putat restituendum. Praeterea est Graecanicum. Etymologici auctor. Βλέννα, μύξα. οἱ ϡ διὰ τῦ π, πλέννη, ϗ πλένα τὰ ἀσθενῆ ϗ δυσκίνητα.

CAP. II.

Lassae lactes. Pane. Plautus a Charisio culpatus. Summanare. Dicare. Lintea tendendis iniici solita. Met. Nis. Afranius emaculatus.

EAdem scena, eodem loco.

Ita cibi vacuitate venio lassis lactibus.

Vet. cod. *laxis*, ut Nonius citat. Sed est ἀρχαϊσμός. Eodem modo *adaxint* dixit pro *adaxint*, Aulularia, ut ibi monui.

Triginta minis, vestem, aurum: & pro iis decem coaccedunt.

Etiam heic, ut alibi aliquoties, Graeca inflexione numeris exigentibus vet. cod. habebat, *Triginta mnis*.

Haec sunt ventri stabilimenta, panem, & assa bubula.

Vet. cod. *pane*, *& a. b.* Atque haec vera lectio. Veteres *pane* & *panis* efferebant. Nonius. *Panis consuetudine masculino genere adpellatur. Neutro Plautus Curculione. Haec sunt*, &c. Sed hoc ut ineptum carpit Charisius lib. I. *Panis masculino genere dicitur: nam etsi neutro genere Plautus dixit, Pane & assa bubula, tamen vitiose*. Nec alio Arnobium oculos habuisse existimaverim lib. I. cum stribiligines gentilium exagitans ait. *Non item apud vos est positum hoc pane, & hic panis?* Sc. *Beatus*.

Quia vestimenta, ubi obdormivit ebrius,
Summano, ob eam rem me omnes Summanum vocant.

Scio Summanum rapacem esse, ideoque non improbo quod Lambinus hinc fictum comminiscitur; si tamen seorsum sentire licet, putaverim *summanare* dixisse Plautum propter euphoniam, pro *submanare*, id est ὑποχείριον ποιεῖν; & ludere voluisse in adliteratione. Sc. *I tu prae*.

LY. *Tacuisse mavellem*. LE. *hau male meditate, male dicax es*.

In vet. cod. erat. LE. *Haud in male meditantem male dicassis*. Optime, & est Ἀρχαϊσμός, *dicassis* pro *dixeris*. Nam veteres indifferenter pronuntiabant *dicere*, *dicare*, ut *lavere*, *lavare*. *Tonere*, *tonare*. *Boere*, *boare*; & alia eiusmodi. Sc. *Quoi homini dii*.

At ita me volsellae, pectem, speculum, calamistrum meum
Bene me amassint, meaque axicia, linteumque extersum.

Linteum leno intelligit hic quod tondendo iniiciebatur: ideoque recte cum axicia, id est forfice quo capilli secantur, coniungit. Solebat autem tondendis vestium integumentum iniici, ne foedarentur: idque linteum fuisse ex hoc loco adparet. Capt. Sc. *Iam ego revertar*.

Nunc senex est in tonstrina, nunc iam cultros attinet.
Ne id quidem involucre iniicere voluit, vestem ut ne inquinet.

Sc. *Phedrome, propera*. Curculio opem Phaedromi Implorat adversus vim militis.

CV.

CV. *Phaedrome, obsecro serva me*. PH. *tamquam met Genium meum*.

Hanc veram rectam esse lectionem fatebor, quum quis probaverit Genium in hominum, non in Genii homines fuisse tutela: nunc, quando id nemo sanus dixerit, corrigo libere.

PH. *tamquam met Genius meus*.

Sensus facillimus. *Met* vero pro *med*, sive *me* antiqua scribendi ratio est, quod eo monitum volui, ne quis pro expletiva particula haberet. Sc. *Argentariis male*. Planesium pro Cappadoce lenone deprecatura fratrem inquit.

Frater, obsecro te, noli hunc condemnatum perdere.

Corrigo, *hunc indemnatum p*. Nam Cappadox ante dixerat.

——*pro deum atque hominum fidem!*
Hoccine pacto indemnatum atque intestatum me adripi?

Hanc conjecturam meam etiam vet. cod. stabilit, in quo signate ita post perscriptum inveni.

MI. *Ego te in nervum, haud ad praetorem rapiam, in argentum refert*.

CA. *Ego te vehementer perire cupio, ne tu me nescias*.

Nauci non est *τὸ nescias*. Rescribo, *noceas*. ἀρχαϊσμός. *Me* pro *mi*, sive *mihi*. Talis ille Afranii Vopisco.

——*male merentur de nobis heri,*
Qui nos tantopere indulgent in pueritia.

Sed corrigo, *qui nis*. Veteres *nis* pro *nobis* dicebant. Festus. *Calim antiqui dicebant pro Clam. ut nie pro nobis: Sam, pro suam: Im, pro eum*. Vel sane *me* poterit esse quartus casus, & tunc nihilominus erit ἀρχαϊσμός. Sic Milite, Sc. ultima.

Iura te non nociturum esse hominem de hac re neminem.

Et paulo post.

Iuro per Dionam & Martem me nociturum neminem.

Ita enim ibi legendum ostendemus suo loco. Tale est quoque quod eadem scena legitur sub exodium.

Magis metuant, minus has res studeant.

Item Amphitruone.

Velatis manibus orant ignoscamus peccatum suum.

AMPLISSIMO VIRO

NICOLAO FABRO

Christianiss. Gall. Regis Consiliario, & Illustriss. Principi Bourbonio a studiis.

IOANNES MEURSIUS S. D.

QUANTA in te eruditio sit, quanta humanitas item, V. Cl. nemo paulum modo doctior, nemo humanior est qui ignoret: & huius utriusque singulari splendore animos tibi eorum devinxisti omnium, qui eruditum esse & humanum quid sit sicut, & curant. Atque ut verum fatear, non aliae res me impulerunt, ut haec ad Plautum iudicio tuo elegantissimo committerem. Quamquam quid impulerunt? libentissimo id feci, si quid umquam. In vitis tamen quodammodo, quia vix a verecundia mea, ut his talibus tibi importunus esse auderem, impetrare potui, atque ita nihil a vero alienum dixi. Quidquid horum erit, non ingratum fore spero meum in te amorem, observantiamque. Amabis itaque me, si potes, & haec ad Casinam Plauti examinabis; quod quidem impetrabo abs te non difficulter, aut pro me Plautus. A iudicio tuo pendebo, ut a magnete planis annuli ferrei.

AD CASINAM

CAPUT PRIMUM.

Postidea. Interidea. Glossae correctae. Ni *pro* ne. Femina *pro* Hemina, *etiam* Semina. *Hospicari. Iuno Hospita. Martiani lectio defensa. Reddebo Mellilla. Mellina*.

SC. *Salvere iubeo*.
Eiicite ex animo curam, atque alienum aes.

Vet. cod. *Ducite ex animo*. Quid si? *Diicite ex a*. Deinde.

——*Diphilus*
Hanc Graece scripsit, post id rursum denuo
Latine Plautus eum latranti nomine.

Vet. cod. *post id eam rursum d*. Scribo, *postidea rursum*. Nam dicebant, ut notum est,

Antidea, *Postidea*. *Interidea*. Et male hodie in Glossis legitur. *Entoridia*, ἐν τῷ μεταξύ. Scribo, *Endoteridea*, pro *Interidea*.

Hera facit, educavit magna industria,
Quasi si esset ex se nata, non multo secus.

Melior lectio veteris codicis. *Quam si esset*, &c. Sub exodium scenae.

Mox hercle vero, transacta fabula.

Non satisfactum legi metricae, itaque rescribo ex veteri codice.

Mox hercle vero post, transacta fabula.

Sc. *Non mihi.*

Quid in urbe reptas villice hic magni preti?

Vet. cod. *i. u. restas villice hic non magni p.* Transpono,

Quid in urbe hic restas villice non magni preti?

Sequitur.

Chaline non sum oblitus officium meum.

Scribo ex vet. cod.

Chaline non sum ego oblitu' officium m.

Sequitur,

Mea praeda est illa, proin tu te in laqueum induas.

Vet. cod. *in laqueum ne duas*. Melius omnino, aut certe, *in laqueum ni duas*: ut sit ἀρχαϊσμὸς Plauto conveniens,

Ex sterquilinio effosse, tua illaec praeda sit?

Vet. cod. *E. s. effossa tua illaec praeda'st*. Nec minori elegantia, aut facetia.

Dabitur tibi amphora una, & una semita,
Fons unus, unum ahenum, & octo dolia.

Scripserim, *& una femina*, ἀρχαϊκὸς pro *hemina*. Sic dicebant *Hostis*, *Fostis*, & similia. Possis etiam, quod proprius vulgatam lectionem accedit, *& una semina* legere. Veteres enim *H* & *S* inter se commutabant: sic *Hospicari* gemino archaismo pro *Suspicari* dicebant, itaque extulit Claudius Quadrigarius Hist. VIII. Diomedes lib. I. *Quod nos Suspicatur veteres Hospicatur dixerunt. Claudius* VIII. *Hist. hospicatur ait*. Eaque ratione *Hospita* Iuno eadem quae *Sospita* vulgo. Martianus Capella lib. I. *Iunonis vero Hospitae Genius accitus ex nona*. Peccant, qui mutant. Statius ecce similiter lib. III. Sylv. I.

Quo pater aetherius, mensisque accita Deorum
Turba, & ab excelso veniat soror Hospita templo.

Sed negabitur coniectura haec mea valere, ut legi metricae contraria, cum *Hemina* mediam producat: illis respondeo trimetros terminari tam spondeo, quam iambo, atque hoc pro me praestabunt abunde ipse Plautus, Terentius, & Priscianus libro de versibus Comicis,

——*quod te postules*
Gustare quidquam: numquam aedepol ieiunium
Ieiunium est aequae ego ruri reddibo te.

Vet. cod. aliter interpungit, & legit.

Gustare: quidquam nusquam aedepol gentium
Ieiunium est aeque, atque ego te ruri reddibo.

Sane optime. Deinde lego, *reddebo te*, ἀρχαϊκῶς; & ineptit Nonius. Sic *Dicebo*. Naevius Pathicis

——*primum quod*
Dicebo recte, secundum quod dicebo eo melius.

Item *Fidebo*. Idem Naevius loco citato.

Tibi cum, fidebo fidelis ero.

Nam solebant pleraque verba & secunda, & tertia coniugatione efferre, quod etiam memini monere ad Catonem, natus error ex scriptura, nam librarii *I* pro *E* scribebant.

Mea vita, mea medulla, mea festivitas.

Vet. cod. & Langii membr. *mellilla mea f.* Optime; est ὑποκοριστικὸν verbi *Mellina*, quo alibi non semel utitur; quamvis male hodie in vulgatis *Mellinia* pro *Mellina* legatur. Recte enim meus codex *Mellina* semper refert.

Meus pullus passer, mea columba, mi lepus.

Constituo tetrametrum, & scribo.

Meus pullus, meus passer, &c.

Facile potuit elabi haec vox toties repetita.

Quum mihi haec dicentur dicta, tum tu furcifer
Quasi mus in medio pariete versabere.

Vetus codex aliter.

Quum mihi isthaec dicentur, tum tu furcifer
Quasi mus in medio parietis vorsabere.

Constituo trimetrum; & scribo. *Quom isthaec mihi dicentur, tum tu f.* Nam τὸ *dicta* aliquis male feriatus adiecit.

CH. *Nunc ne tute mihi respondere postules*
Abeo intro, taedet sermonis tui. OL. *te sequor.*

Ineptum hoc. Quomodo enim Charinus Olympionem responsum exigere poterat, cum ipse Olympio longo isto praecedenti sermone eum compellasset? Melius vetus codex.

Nunc, ne tu respondere postules me tibi.

Sed luxata sunt ista, & transponenda in trimetrum.

Nunc, ne tu tibi me respondere postules.

Haec verissima huius loci lectio.

CAP. II.

Optio. Opio. Festus correctus. Horior. Deliquum. Antedire. Initio. Munditior. Impetrasco. Lucilius emendatus apud Nonium. Impetrasso. Amasso.

SCena *Obsignate cellas.*

——*atque ea ipsa eccam egreditur*
Foras, non pol per tempus inter incoepi.

Scribo ex vet. cod.

——*atque ea ipsa eccam foras*
Ingreditur, non pol hoc mihi per tempus incoeptum est iter

Vt sit octonarius. Sc. *Sequimini.*

Nec mihi ius meum obtinendi copia est.

Vet. edit.

Nec mihi meum ius obtinendi optio est.

Traspono, *est optio*. Paulus Festi mutilator. *Optio est optatio, sed in re militari*, &c. Quod & Gulielmium occupasse video. Illud vero hac occasione. Festi emendandi causa, adnotandum duxi, veteres verbo primitivo *Opio* dixisse, unde frequentativum *Opto* (ut *Apio*, *Apto*, *Rapio*, *Rapto*) atque hinc *Optatio*, illinc *Optio* verbalia. Itaque male est apud eum, quem dixi Festum, *Praedotiunt* praeopi-

optant. Nam *Praedopiunt* scribendum D. inseritur, ut in *Redamo*, & talibus. Similiter τῦ *Hortor* iidem illi veteres primitivum *Horior* extulerunt: ut monet Diomedes lib. I.

Quando tibi nil domi deliquium est.

Vet. edit. *domi deliquium 'st*. Optime, pro *Deliquum*, ἀρχαϊκῶς. Festus. *Deliquum apud Plautum significat minus*. Et video ex adnotatione marginali etiam Nobilissimo Dousae hoc ipsum in mentem venisse. Sc. *Omnibus rebus*.

Omnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus nitidis antevenire.

In vet. cod. *n. nitidis antenire* Suspicor Plautum scripsisse, *antedire*, pro *anteire*. Nam D. ut notum est, casci illi inserebant.

— coquos equidem nimis demiror, qui utuntur condimentis.

Eos eo condimento uno non utier, omnibus quod praestat.

Melius vet. cod. *qui utuntur tot condimentis.*

Qui postquam amo Casinam, magis initio munditiis munditiam antideo.

Vet. cod. *magis initio munditiis munditianti deo*. Rectissime. Per Deum intelligit Amorem, cui munditianti, id est mundo, initiare se dicit. *Initiare* quid sit, nemo nescit, qui latinas literas vel a limine salutarit. *Munditiari* autem dixit a *Munditia*, sicut a *Delitia*, *Delitiari*.

——— CL. *nolo ames*. ST. *non Potest impetrari.*

Vet. cod. *non potes impetrassere*. Scribo, *impetrascere*. Quod rectissimum est, nam dicebant, *Impetro*, *Impetrasco*. *Amo*, *Amasco*. *Labo*, *Labasco*. *Hio*, *Hiasco*.

——— ST. *oh, perii manifesto miser, Teneor, cesso caput pallio detergere?* —

Vet. edit. *pallio obtergere*. Scribo una littera eiecta; *obtegere*. Nam volebat pallio caput velare, ne uxor unguenta animadverteret, quae iam olfacere se dicebat.

——— *atque me hoc credo impetrassere.*

Corrigo, *impetrascere* ut ante: nam *Impetrasso* non est Indicativi modi tempus praesens, ut loquuntur Grammatici, sed Subiunctivi futurum, pro *Impetravero*. Sic *Amasso*, *amavero*; ut exponit Festus, aut potius mutilator eius. Lego etiam apud Nonium in Lucilio, *Depeculascere*, & *Deargentascere* nam male geminatur *S*.

CAP. III.

Mos mittendarum sortium in peluim cum aqua. Χύτλα. *Hydromantia*. *Canis*. *Camus*. Κημὸς. *Acre*. *Obiicere pro Adiicere.*

SC. *Qui illum*.

ST. *Qui illum di deaeque omnes perdant.*

Vet. cod. *Vt illum*, non *Qui*.

ST. *Primum ego te porrectiore fronte volo mecum loqui.*

CH. *Stultitia est ei te esse tristem, cuius potestas plus potest.*

ST. *Perbonae frugi hominem iampridem esse arbitror*. CH. *intelligo*.

Si recte iudico, omnia haec Stalinonis verba sunt, usque ad ultimam tertii versus vocem. itaque delenda & Chalini personae nota, & Stalinonis ad tertium versum. Sic censueram, quum video censuram hanc meam veteris codicis auctoritate & consensu probari: qui etiam in tertio versu variabat, hoc modo.

Pol bonae frugi hominem te iam pridem, &c.

Ergo restituenda ad eam faciem.

ST. *Primum ego te porrectiore fronte volo mecum loqui,*

Stultitia est ei te esse tristem, cuius potestas plus potest.

Pol bonae frugi hominem te iampridem esse arbitror. CH. *intelligo*.

Scena *Vna aedepol*.

——— *Isthac tu me libertate territas?*

Mirum quomodo servus libertate possit terreri: nugae sunt maximae. Corrigo: *libertate tentitas*. Nam videtur Cleostrata, quantum licet colligere, Olympionem servum libertatis promissione solicitasse ne Casinam duceret. Dixit autem Plautus *Tentito*, quo modo *Scriptito*, *Dictito*, *Factito*, *Lectito*. Sed verior erit haec coniectura mea: *tu me libertatet erritas*, pro *libertated irritas*. Nam scimus *T* pro *D*, & *E* pro *I*, eos scribere solitos. Augeo vero ex vetere codice. *Quid isthac tu me hera libertated irritas?* Adloquitur enim Cleostratam heram Stalinonis uxorem, ut ex sequentibus satis adparet.

Vna libella liber possum fieri.

Vet. cod. *possum ego fieri*. Nec temere damno. Sc. *Face Chaline*.

Vxor aequa. OL. *noli uxori credere*. ST. *habe animum bonum,*

OL. *Credo hercle hodie devorabit sortes si attigerit*. CH. *tace*.

Melius est in vet. cod.

OL. *Crede hercle, hodie d. s. s. a.*

Observandum obiter tota hac scena genus divinandi sortibus in sitellam cum aqua demissis, videturque ab Assyriis manasse. Psellus de Daemonibus, interprete Marsilio Ficino. *Est & quaedam in pelui vaticinatio, per quam rustici saepe vaticinantur; profecto quemadmodum praedictio quaedam fit, id est per aerem, atque per folia, sic praedictio quaedam fit in pelui, apud Assyrios frequentata & nominata.* Nec longe diversa putem fuisse, quae Graeci Χύτλα vocarunt. Hesychius Χύτλα. τὸ ἐφ' ὕδατος ἔλαιον, καὶ εἶδος μαντείας ὃ δι' ἐλαίου καὶ ὕδατος γίνεται. *Chytla*. *Oleum in aqua & species divinationis, quod fit per oleum & aquam.* Plane tamen alia hydromantia de qua Isidorus Orig. VIII. sic scribit. *Est hydromantia in aquae inspectione umbras daemonum evocare, & imagines vel ludificationes eorum videre, ibique alia ab eis audire, ubi adhibito sanguine etiam inferos perhibentur sciscitari. Quod genus divinationis a Persis dicitur adlatum.* Ad hanc pertinent ista Eunapii in Iamblicho. Ὁ δὲ ἐπιψαύσας τοῦ ὕδατος, ἐτύγχανε δὲ ἐπὶ τῆς κρηπῖδος κατὰ τὴν ὑπέρκλυσιν καθήμενος, καὶ βραχέα τινὰ προσειπὼν, ἐξεκάλεσεν ἀπὸ τῆς κρήνης κάτωθεν παιδίον. *Quum vero aquam tetigisset, erat autem in margine iuxta aquae fluxum sedens, & brevia quaedam quum dixisset, e fonte inferius puerulum evocavit.*

OL. *Taceo, deos quaeso, tu ut quidem hodie canem & furcam feras.*

In vet. cod. est: *camum & furcam f.* Priorem lectionem non sollicitaverim temere, nam lego apud Festum τὸ *Canis* esse genus vinculi; *Catulus*, ait, *genus quoddam vinculi, qui interdum Canis adpellatur*. Iam *Camus* sive Κημὸς, nam purum putum Graecum est, frenum equorum adpellatur, quod quomodo heic locum habere aliquem possit non video. Videtur tamen nonnihili adserere, quod κημὸς est etiam *δι' ȣ̃ κατήεσαν αἱ ψῆφοι ἐπικειμένȣ τῷ καδίσκῳ*; ut testatur Pollux lib. VIII. cap. I. quod ipsum mihi nihilominus non satis placet. Iudicent doctiores. Mihi sufficit duplicem lectionem proposuisse, & pro utraque aliquid dixisse. Respondet vero huic Olympionis imprecationi Chalinus, & deprecatus eam supplicium illi optat, ut pedibus pendat. Sic ait.

CH. *Mihi ut sortitio eveniat, ut quidem hercle pedibus pendeas.*

Lego, *s. eveniat, tu quidem h. p. p.* Quod multo elegantius: videbit facile qui non nimis obesae naris. Regerit Olympio.

At tu, ut oculos emungare ex capite per nasum tuos.

Quid times? paratum oportet esse iam laqueum tibi.

ST. *Periisti, animum advortite amabo.* OL. *taceo.*

Melius sane vet. cod.

——— *p. o. esse iam laqueum tibi.*

Periisti. ST. *animum advortite ambo.*

Nam τὸ *Periisti* magis congruit sermoni Olympionis laqueum paratum esse oportere dicentis. An vero *ambo*, an *amabo* legas susque deque est.

CH. *Tu ut liquescas, ipse actutum virgis calefactebere.*

Vet. cod.

Tu ut liquescas ipse actutum, virgis calefacto aere.

Facile corrigere.

Tu ut liquescas ipse actutum virgis calefactus acre.

Orta menda ex compendiosa scriptura *calefactus*. Dixit vero *Acre* pro *Acriter*. Solent enim adiectiva neutra usurpari adverbialiter, vel quia veteres etiam *Acrus* dixerunt, ut patet ex Cn. Matio, & Glossario, quomodo notavi Critici mei Arnobiani lib. I. cap. XI.

Percide os tu illi hodie: age ecquid fit? CL. *ne oblexis manum.*

Recte Ianus Dousa V. N. legit *obiexis*, ut video ex marginali adnotatione. Vsurpavit autem Plautus *Obiicere* ἀρχαϊκῶς pro *Adiicere*, (nam *Ob* pro *Ad* dixisse veteres ex Festo notum.) Ergo *ne obiexis manum*, significat, *ne attigeris*. Sic postea eadem haec Cleostrata, quum ille nihilominus verberibus impeteret, obiurgans interrogat. *Quid tibi hunc tactio est?*

C A P. IV.

Mehe, ἀρχαϊσμός. *AErumnulae. Viatorum furcae. Carbones venundari soliti. Carbonarius, Carbonariae cellae. Festi & Nonii* ἁμάρτημα μνημονικόν. *Epol. Edepol. Equirine. Eiuno.*

SCena *Si nunc me.*

——— *audio aperiri fores*

Mihi benevolentis, atque a me prodeunt.

In vet. cod. erat.

Mihi benevolenti, atque illi ad me prodeunt.

Rescribo, *Mehe bene volenti, atque illi a. m. p.* quod aliter diceret Plautus, *non ingratiis meis*. Veteres autem *Mehe* pro *Me* dixerunt. Quintilianus Orat. Instit. lib. I. cap. V. *Mehe quoque pro Me, apud antiquos, Tragoediarum praecipue scriptores, in veteribus libris invenimus.* Scioli isti librarii elegantem ἀρχαϊσμὸν ignorantes, tam faede nobis locum istum interpolarunt. Sc. *Sine modo rus.*

—— *ego remittam ad te virum*

Cum furca in urbem, tamquam carbonarium.

Vet. cod. τὸ *ego* male omittit. Porro furcas hic intelligit, quibus viatores sarcinas & onera adligata gestabant, quas alibi noster hic Sarsinas *AErumnulas* adpellavit, ut testis istis verbis Festus. *AErumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant.* Observare praeterea hic est olim Romae carbones venundari solitos, atque hoc *Carbonarium negotium exercere*, dixit Auctor de Viris Illustribus. *Marcus AEmilius Scaurus nobilis, pauper, nam pater eius, quamvis Patricius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit.* Qui id operis faciebat, *Carbonarius* dicebatur. Glossae. Ἀνθρακοπώλης, *Carbonarius*. Habebant etiam cellas certas in quibus carbones reponebant, eaeque *Carbonariae* dicebantur. Glossae. Ἀνθρακοθήκη, *Cella Carbonaria.*

Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam.

Festus paulum variat.

Recessim dabo me ad parietem, i. n.

Magis multo Nonius. *Retroversum cedam, imitabor nepam.* Sed uterque memoria lapsi.

Certum est hunc Acheruntem praemittam prius.

Non peius vet. cod. *C. e. hunc ad Accheruntem p. p.*

OL. *Ita me di bene ament, ut ego vix reprimo labra*

Ob istam rem quin te deosculer, voluptas mea.

CH. *Quid deosculer? quae res est? quae voluptas tua?*

In veteri exemplari meo erat postremus versus aliter conceptus.

CH. *Quid? deosculer te? quae res? quae voluptas tua?*

Pro quo, si mutari debet, rescripserim. *Quid deosculere? quae res? q. v. tua?*

OL. *Ecquid amas nunc me?* ST. *immo aedepol me, quam te minus.*

Tollo dispunctionem, & scribo.

ST. *immo aedepol me quam te minus.*

Sententia perspicua. Praeterea hoc monebo, scribendum ubique *Edepol*, sine diphthongo.

Mos

Mos enim veteribus vocales longas duplicare, & vel *H* vel *D* inserere: Itaque pro *Epol* scribebant & *Edepol*, sicut *Mecum*, *Meecum*, *Medecum*, & similia. Nam *Epol* dicebant, quomodo *Ecastor*, *Equirine*, *Eiuno*. Quae duo postrema non ubique obvia. Prius est apud Festum legere, posterius apud Sosipatrum lib. II.

Vt hic sit secum, se adiuvet, cubet secum.

Vet. cod. *se adiutet, c. s.* quod non iniuria praetulerim. Amat enim Plautus frequentativa ista usurpare.

Tu rus uxorem duces; id rus hoc erit,
Tantisper dum ego cum Casina faciam nuptias.

Magis placet vet. cod. lectio.

——— *id rus domus haec erit.*

Intelligit domum vicini sui, cuius paulo ante mentionem fecit. Sc. *Nunc amici.*

Sed tu cave inquisitioni mihi sis. AL. *usque adero domi.*

Vet. cod. *S. t. c. in quaestione mihi s.* Quod firmat coniecturam Dousae legentis, *in quaestione.*

CAP. V.

Qui ἀρχαισμὸς, *pro Cui. Servi sale emti olim. Occaso. Caso. Casabundus. Flos liberi.* Ἄνθος ἡφαίςου, Ἄνθος πυρός. *Malum pessimumque.*

SCena *Vt properarem.*

Sed eccum egreditur, senati columen, praesidium popli,
Meus vicinus, meo viro qui liberum praebet locum.
Non ecastor vilis emtu' st, modius, qui venit, salis.

Haec Cleostrata loquitur iracunda, & plane εἰρωνεύουσα; itaque vituperium est Alcesimi, non laus. Locus autem difficilis, qui Lambino & Dousae (at quibus viris?) non parum exhibuit negotii. Quibus ut adsentiar nondum persuasus sum. Mihi videtur legendum.

Non ecastor vili est emtus, modius qui venit salis.

Et vet. cod. *vili* habet, non *vilis*. Exprobat autem ei olim servum fuisse, & salis modio venum ivisse. Nam servi sale olim emti. Pollux lib. VII. cap. II. Ἁλώνητοι ἐκαλοῦντο οἱ μηδενὸς ἄξιοι τῶν οἰκετῶν, ὅτι τῶν Θρακῶν οἱ μεσόγειοι, ἁλῶν ἀντικατηλλάττοντο τοὺς οἰκέτας. *Sale emti vocabantur qui nihili erant ex servis, quia Thraces mediterranei sale reparabant servos.* Quod etiam legas apud Hesychium, Suidam, Etymologicographum, Auctorem proverbiorum, & alios Grammaticos. Dixit vero *qui modius venit salis*; pro, *cui modius salis impensus est.* Simili figura Virgilius *dare classibus Austros*. Porro *Qui* ἀρχαϊσμὸς est, pro *Cui*. Nam casci illi a recto, *Ques* deflectebant, *Quis*, *Qui*, *Quem*. Haec mea sententia, quam eatenus valere volo, si doctis proba censebitur. Scena *Stultitia magna.*

Stultitia magna est, mea quidem sententia,
Hominem amatorem ullum ad forum procedere
In eum diem, cui quod amet in mundo siet.

Vltimus versus in vet. cod. ita erat scriptus.

In eum diem, quoi quod amet in mundo siet.

Vera lectio haec *quo quod a. i. m. s.* Amatorem, inquit stultitia est procedere in forum, illo die quo habet quod amet. Scena *Viso huc.*

AL. *Sed eccum ante aedis: ad te hercle ibam commodum.*
ST. *Atque ego hercle ad te.* ———

Melius in vet. cod. personae collocatae.

——— *ad te hercle ibam.* ST. *commodum.*
Atque ego h. a. t.
Satin propter te pereo ego, atque occasio.

Quamvis bona haec lectio, in veteri tamen codice est: *atque occaso*; quod profecto nec contemnendum, nec levi brachio praetereundum: Nam veteres *Occaso* a supino *Occasum* efferebant, sicut a *Casum*, *Caso*; unde *Casabundus*.

Qua ego hunc amorem mihi esse autem dicam datum?

Adnotarunt in margine, *s. ratione*. Deleo, & suppleo ex vet. cod. in quo ita signate legitur.

Sorte qua ego hunc, &c.
Sc. *Nulla sum.*
— ST. *timeo hoc negotium, quid est: nisi haec meraco*
Se uspiam percussit flore Libyco. ——

Longe aliter vetus codex.

—— ST. *timeo hoc negotium quidem:*
Nisi haec ἡμέρα γλῶσσαν uspiam percussit flore Liberi.

In fine recte est *flore Liberi*, quomodo & V. Cl. Iustus Lipsius legendum coniecit. Graeca vero illa improbare temere non ausim, quum non insolens Plauto sit dictiones Graecas suis scenis infarcire. Iudicent eruditi. Est autem *Flos Liberi* vinum, ut recte Lipsio visum. Sic ἄνθος ἡφαίςου dixit pro igne AEschylus Prometheo. Ita enim Κράτος & Βία Vulcanum adloquuntur.

Τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας,
Θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν. ———
Tuum enim florem, artificiosi ignis iubar,
Mortalibus quum furatus esset praebuit.

Sed ἄνθος πυρὸς, ut Philostratus loquitur eleganter, flamma est: locus est lib. Εἰκόνων in Scamandro. Καὶ τὸ ἄνθος τοῦ πυρὸς, οὐ ξανθὸν, οὐδὲ τῇ εἰθισμένῃ ὄψει, ἀλλὰ χρυσοειδὲς, καὶ ἡλιῶδες. *Et flos ignis, non flavus, neque consueto adspectu, sed aureus, & solaris.* AEschylus, si proprie loqui voluisset, πυρὸς σέλας dixisset, quod tamen abusive pro ipso igne ponere maluit.

— PAR. *Here mi.* ST. *quid vis mea ancilla?*
PAR. *nimium saevis.*
ST. *Numero dicis: sed hoc quidquid est loquere.*

Et cur? *mea ancilla:* quod blandientis est, non increpantis. Scribo eiecta voce, *quid vis ancilla?* ita disertim praeferebat vet. cod. meus. Malim praeterea. *Nimirum dicis.* Id est. Ex tua quidem sententia. Ortus error ex antiqua scribendi ratione, *Numero*; Nam, ut notum est *V* pro *I*; item *E* pro *I*; & *O* pro

pro *V* scribebant. Atque hinc nobis *Numero* fabricati sunt.

Quid intus tumulti fuit? PA. scibis; audi malum pessumum,
Quod hic modo intus apud nos tua ancilla hoc pacto exordiri
Coepit. ——

Melior lectio vet. cod.

PA. *Audi, scibis, malum, pessimumque*
Hic modo &c.

Quum enim *malum* dixisse non vehemens satis esset, eleganter *pessumumque* addidit ad exprimendam magis facinoris foeditatem. Similiter Arnobius noster lib. II. *Quibus mali sumus, & pessimi, &c.* & aliquoties.

PA. *tibi infesta soli est plus, quam cuiquam.*
STA *quamobrem?* PA. *quia se des.*
Vxorem Olympioni: neque se tuam, nec se suam,
Neque viri vitam sinet in crastinum protolli.

Rescribo, ut est in vet. cod. *neque tuam, nec suam.* Nam male τὸ *se* bis inculcatum non leviter turbat.

CAP. VI.

Ingratis, Invitis, adverbialiter. Amire. Incaenis. Corbito. Tamenetsi. Nilum. Integer, pro rustico, nove explicatum.

EAdem Scena sub finem.

ST. *atque ingratiis, quia*
Non vult, nubet hodie.

In vet. cod. erat: *atque ingratis.* Vtrumque non male; nam dicebant *Gratiis, Ingratiis, Gratis, Ingratis.* Simili modo *Invitis;* ut observat Charisius Instit. lib. II. *Invito, ut falso. Plautus in Caeco, aut in Praedonibus. Neque eam invito a me umquam abduces. Quod idcirco putavi tractandum, quod numero plurali adverbialiter Invitis video dictum.* Scena *Vide sur.*

Atat cesso magnifice patriceque amiceque ita hero
Meo ire advorsum.

Dousa, *amiciri, atque ita hero.* Ego malim, *patriceque amiri itaque hero.* Veteres *Amire* pro *Amicire* dicebant, remanetque vestigium in *Redimire.*

OL. *Ah hodie.* ST. *mane vero, quamquam fastidis.*
OL. *Hei, hei, foetet.*
Tuus mihi sermo.

Acute Nobilissimus Dousa. *Vah odio es.* Mihi tamen videbatur. *Vah odi te;* quod minus paulo a vulgata lectione abit: vel, quod certius. *Vah hoede.* Exprobat enim ei faetorem. Sc. *Nec pol ego.*

—— *illae autem senem*
Cupiunt extrudere incaenatum ex aedibus.

Non contemnenda vet. cod. lectio, & MSS. Lang.

—— *illae autem senem*
Incaenem extrudere cupiunt ex aedibus.

Est autem *Incaenis* ἀσχάκιον, pro *Incaenatus.* Ecce in Glossis Isidori. *Incaenis. Plaut. Incaenem ex aedibus.*

Novi ego illas ambas estrices, corvitant ubi
Comesse possunt.

Vet. cod. *corbitant, ubi.* Non male Lambinus, *corbitam cibi.* Sed nihil mutandum. Festivum scomma, & facetiarum iocorumque patre Plauto dignissimum. Novi, inquit, illas estrices, quae tam strenue cibo se explent, ac si corbitam aliquam onerent: atque hoc ipsum est quod dicit eas *Corbitare.* Sc. *Si sapitis.*

Qui amat, tamen hercle si esurit, nullum esurit.

Correxerim ad hanc faciem.

Qui amat, tamen hercl' etsi esurit, nilum esurit.

Tamen-etsi pro *Tametsi* omnes sciunt; & est tmesis. *Nilum* antem efferebant pro *Nihilum,* ut *Nil, Nihil.* Orta menda ex ratione *V* pro *I* scribent, & litterae *L* duplicatione. Etsi non male emendasse videri poterat Dousa; *nullus esurit.* Sc. *Age tibicen.*

OL. *Esurio hercle, atque adeo haud sitio.*
ST. *at ego amo.*

Nihil agit Lambinus. Optime meus codex, ex quo lego.

Esurio hercle, atque adeo haud parum sitio.

Dictione unica immissa necessario.

ST. *Nam quid illaec nunc*
Tam diu intus remoratur quasi ob industriam? quanto ego
Plus propero, tanto minus.

Auctior vet. cod. *tanto illa minus.* Quod non eiiciendum temere. Sc. *Sensim super.*

—— OL. *abite intro.* AN. *integre atque Imperitae huic impercito.* ST. *futurum est.*

Aliter vet. cod. *Imperitae huic impera.* Recte; una enim ancillarum in alteram a se amolitur hoc iussum Stalinonis, cum convitio integram atque imperitam vocans. Hoc porro minime silentio praetereundum: *Integer* hic sumi pro imperito & rustico, quomodo & nos in nostro vernaculo sermone dicimus de eius generis homine. *Ny is so heel.*

OL. *Quin imus ergo?* ST. *bella bella tu mea.*

Vet. cod. ST. *bella bellatula Casina.* Putem scribendum, *bella bellula Casina.* Vel, *belle bellula,* ut Dousa.

CAP. VII.

Praesidem locum praebere. Charinus.

ACt. v. Sc. I.

Lubet Chalinum, quid agat scire.

Priscianus lib. VIII. aliter. *L. Charinum.* Et sane satis Grammatici eius auctoritas, ut putem per totam hanc Fabulam ita servi istius nomen scribendum, quod etiam in Mercatore, & Terentii Andria hodie legitur. Itaque hoc erit firmandae opinioni meae.

Quo senex nequior nullus vivit, ni illum
Quidem nequiorem arbitrarer esse, qui locum
Praebet illi: nunc praeside hic, Pardalisca,
Etiam qui hinc exeat, eum ut ludibrio habeas.

Rescribo, ut reperio in vet. cod.

Quo senex nequior nullus vivit, ne ullum
Quidem nequiorem arbitror esse, qui locum
Prae-

Praebet illi nunc praesidem: hic, Pardalisca,
Esto, qui hinc exeat eum ut ludibrio habeas,
Eleganter oppido dixit, *locum praebet illi praesidem*, pro eo quod est, *nemo illi nequitia concedit*.

——— PA. *pone me, amabo*.
MVR. *Et illi audacius licet quaevis libere*
Proloqui. PA. *tace: vostra foris crepuit*.
Omnia haec vet. cod. Pardaliscae sermoni tribuit; sed male: praeit mihi tamen viam ad veram lectionem.

——— PA. *pone me, amabo*.
Et illic audacius licet quaevis libere,

A

Proloqui, MVR. *tace: vostra foris crepuit*.
Aut, *Et ibi aud.* ut erat in vet. cod. Scena *Neque quo fugiam*.

OL. *Ita quasi sentis labra mihi compungit barba*.
Melius vet. cod. *Ita quasi setis l. m. c. b.* Comparat lepide pilos barbae cum setis. Sc. *Vbi tu es*.

ST. *Lepidiorem uxorem nemo quisquam, quam ego habeo hanc, habet*.
Corrigo ex vet. cod.

ST. *Lepidiorem uxorem nemo quisquam, quam ego habeo, hac habet*.

AMPLISSIMO VIRO

LVDOVICO SERVINO

SACRI CONSISTORII CONSILIARIO, ET ADVOCATO FISCI.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

SI te non autem V. Clarissime, pol neque Musae me, aut Gratiae, quae pectus tibi istud tam catum humanitate, & doctrina imbuisse merito videri possunt. Et certat ea utraque in te, ut humanior sis an doctior aegre dignosci queat. Humanitatis tuae erit, haec in Plauti Cistellariam benigna fronte accipere, oculisque inconnivis inspicere; doctrinae vero, errata mea corrigere: potes, & voles, spero. Non metuo autem ne in impudentiae me crimen induam, quod parum habita occupationum tuarum ratione molestus esse tibi nihil sim veritus. Quidquid enim peccavero, tibi peccavero; at tu bilem non habes, nec scis offendi.

AD CISTELLARIAM.

CAPVT PRIMVM.

Ventu. Somnu. Susurru. ἀρχαϊσμὸς. *Disciplina. Frigida,* ἁπλῶς. *Contigui patres. Lugubre, Exercitus, pro cruciatu. In Afranio phrasis notata. Cor dolium. Vinum crucium. Agnus curio. Secium libum. Cor non habes. Et Mulier es, convitia in mulieres. Eaedem pectus pro corde habere dictae est.*

ACt. I. Sc. I.
GY. *Quod ille dixit, qui secundo vento vectus est,*
Tranquillo mare, ventum gaudeo ecastor ad te.
Corrigo, *secundo ventu*. Ἀρχαϊσμὸς est, nam veteres pleraque ista nomina secunda & quarta declinatione efferebant, ut *Senatus, Fructus, Tumultus, Domus*, & talia. Correctionis huius mihi auctor Charisius Instit. Gramm. lib. I. ubi disputans an sexto casu *Mare* vel *Mari* deberet dici, prolatis in priorem sententiam ex Varrone utroque & Plinio testimoniis, in posteriorem autem hunc Plauti locum producit. *Plautus in Cistellaria. Secundo ventu vectus est tranquillo mari*. Vnde etiam liquet *Mari* heic Sarsinatem nostrum,

B

non *Mare* scripsisse: itaque reponendum. Nec alia face *Somnu* Varro dixit lib. I. cap. II. de R. R. *AEstivo die, si non diffinderem meo insititio somnu, vivere non possem*. Nec debebat eruditissimus Victorius mendum censere, quum ita in optimis suis manuscriptis offenderet. Apuleius item. *Susurru*. Apolog. III. *Tibia questu delectabilior & fistula susurru iucundior, & buccina significatu longinquior:*

GY. *Nec, nisi disciplina, apud te fuit quidquam*

C

Ibi, quin mihi placeret. SI. *quid ita amabo?*
GY. *Raro nimium dabat quod biberem, id merum*
Infucabat. ———

Pri-

Primum emendo ex vet. cod. *Haec nisi disciplina*. Deinde ex coniectura. *Raro nimirum dabat*. Omnia, inquit, mihi placuerunt, praeterquam quod raro dabat quod biberem, atque id quidem non merum sed dilutum. Haec genuina huius loci lectio, *Displicina* vox est Plauto hercules dignissima, cuius elegantiam cum minime adsequerentur, *Disciplina* & *Discipula* substituerunt nimis inepte.

Palam blandiuntur, clam, si occasio umquam est,
Aquam frigidam subdole suffundunt.
Viris cum suis praedicant nos solere.

Rescribo ex vet. cod.

Palam blandiuntur, clam, si occasio umquam est, frigidam
Subdole suffundunt, viris cum, &c.

Nam τὸ *aquam* aliquis male feriatus de suo adiecit satis insulse; notum enim vel pueris veteres imitatione Graecorum *Frigidam* ἁπλῶς protulisse. Ipse noster Plautus Mostellaria, ut alios quamplurimos omittam.

Iam pridem ecastor frigida non lavi magis lubenter.

Pergit in suo sermone lena.

——— *& ego & tua mater ambae*
Meretrices fuimus, illa te, & ego hanc mihi educavi
Ex patribus conventitiis. ———

Hic fixa crux magnis viris, Camerario, Lambino, Dousae, nec quisquam se extricat. Restituo, ut erat in veteri meo codice. *Ex patribus contiguis*. Eleganter: *Contigui patres* sunt fortuiti & illegitimi, quales sunt spuriorum.

Nam si haec non nubat, lugubri mihi fame familia pereat.

Vetus codex una voce minus: *lugubre fame f. p.* Recte: *Lugubre*, id est miserabiliter, & mudo lugendo.

Nam si quidem ita eris ut volo, numquam aetate Hecale fies.

Vet. cod. omittit τὸ *aetate*, nec male.

Noli obsecro lacrimis tuis mihi exercitum imperare.

Lambinus testatur in duobus MSS. esse *ex cruciatum imperare*, & ita meus codex habebat. Subolet tamen mihi glossema, & veram Plauti lectionem censeam *exercitum i.* Impulit librarios in errorem elegans & edecimata vocis significatio minus intellecta. Est autem *Exercitus* heic nihil aliud quam cruciatus, & animi angor, quarta declinatione. *Exercere* enim pro angere & excruciare quidam usurparunt. Ipse hic noster Bacchidibus.

Quae sodalem atque me exercitos habet.

Afranius Suspecta.

Ita ut huic ero adolescenti, cui suspirium tradidit
Qui me est animi exercitus. ———

Vbi *Exercitus est* active accipiendum, qualia loquendi genera multa apud Nonium videre possumus, *De contrariis generibus verborum*.

ST. *Mea excrucior mea Gymnasium, male mihi est, male maceror.*

Inepta haec profecto, & legendum ex vet. cod. *Male excrucior mea Gymnasium, &c.* Quod & Dousae in mentem venit.

——— SI. *at mihi*
Cordolium est. SY. *quid id? Vnde tibi est cordolium? commemora obsecro.*
Quod neque ego habeo, neque quisquam alia mulier, ut perhibent viri.

Legendum censeo utrobique *Cor dolium* διῃρημένως. Sic Paenulo, Sc. *Negotii sibi.*

——— *ibi tibi*
Erit cor dolium, si quam ornatam melius forte conspexeris.

Iterum dirimo, *Cor dolium*. Vocat *Cor dolium* ἐπιθετικῶς, quod doleret, ut vinum *Crucium* Lucilius apud Festum quod acore cruciaret: ipse hic noster Truculento, *Stridia* verba. Nec aliter Aulularia agnus *Curio*, sive *Curius*, (nam utroque modo efferebant, ut *Amasius*, *Amasio*. *Pusius*, *Pusio*, & talia.) qui plenus quasi curis esset, ideoque maceret, sumta ab hominibus metaphora. Ad eamdem faciem sunt dicta, libum *Secium* apud Festum; exta, *Prosecia*, sive *Prosicia*: farcimina *Insicia*, frumentum *Praemetium*. Porro Plautum ita scripsisse, vel ex sequenti versu colligi potest.

Quod nec ego habeo, neque quisquam alia mulier, ut perhibent viri:

Viri enim non quidem πάθος istud & dolorem in mulieres cadere, sed tantum cor habere, id est, sapere negabant: nam haec in vitio sexus ille audiebat. *Cor non habes*. Et. *Mulier es*. Itaque pectus illis pro corde tribuebant. Disco ex Milite. Sc. *Cohibete.*

Eam des quae sit quaestuosa, quae alat corpus corpore.
Cuique sapiat pectus, nam cor non potest, quod nulla habet.

Pergit Silenium.

——— *de ea re gessit morem morigerae mihi,*
Vt me, quem ego amarem graviter, sineret cum eo vivere.

Non deterior vet. cod. lectio: *amarem gnaviter.*

CAP. II.

Enumquam. Specitatum. Aulicocita exta. Aucita. Festus emendatus, & reprehensus. Iuvat vobis. Decet vobis. Apperire. Ludea. Laudea. Medigrumi dii. Multigrumi fluctus. Gruma. Grumus. Lucu.

EAdem Scena.

LE. *Stulte ecastor fecit: sed tun' umquam cui quiquam viro*
Consuevisti? ———

In vet. cod. erat *sed tu en umquam cum q. v.* Scribo coniunctim: *sed tu enumquam cum q. v.* Glossae Henrici Stephani. *Enumquam*, εἴποτε καὶ ποτέ.

SI. *per Dionysia*
Mater pompam me spectatum duxit. —

Dignior Plauto vet. cod. lectio: *specitatum duxit*: & est ἀρχαϊσμὸς. Tale est *Favitum*, unde *Favitores* eidem huic Comico; & *Cavitum*, *Cavitiones* apud Festum; item *Coquitum*, unde *Coquitare*; & *Exta aulicocita* (ita transf-

transpositis litteris lego apud eumdem pro *Aulicoctia*) quae in ollis coquebantur. Et *Aucita* pro *Aucta*. Eratque dum *Auceta* exponit *saepe aucta*.

LE. *Adsimulare amare oportet, nam si ames extempulo*
Melius illi multo, quem ames, consulas, quamrei tuae.

Etsi proba haec, nolui tamen dissimulare codicis mei lectionem. *Adsimulate amare o.*

GY. *Quando ita tibi lubet, vale atque salve.*

Scioli librarii, quum non caperent pluraleos elegantiam, turpiter nobis hunc locum contaminarunt. Rescribo, ut in vet. cod. erat. *Quando ita tibi iuvat.* Haec vera lectio, & loquutio est antiqua. Sic *Decet vobis* dixit Terentius Adelphis Act. III. Sc. V.

Haec primum ut fiant, Deos, quaeso, ut vobis decet.

Item Act. V. Sc. VIII.

MI. *Haud aliter censeo.* DE. *imo hercle ita nobis decet.*

Quo loco AElius Donatus. *Antiqui si addebant statim verbum, Nos decet facere, Nos decet dicere; si non addebant, Nobis decet, dicebant.* Simile exemplum habes apud Charisium lib. V. & ipsum hunc Sarsinatem multa. Sc. *Idem mihi.*

Is amore misere hanc deperit mulierculam
Quae hinc modo flens abiit, contra amore haec perdita 'st.

Non reiicienda vet. cod. lectio: *contra amore eum haec adperit.* Nec aliud *Adperire* est, quam *Deperire*; sicut *Adamare, Deamare.* Sc. *Vtrumque haec.*

Isque hic compressit virginem adolescentulus,
Vinolentus in tenebris, multa nocte in via.

Magis placet lectio vet. cod.

Vinolentus, raptam multa nocte in via.

Nam cur velimus Plautum περιττολογεῖν? quasi vero non semper tenebrae exsistant nocte.

——— *si qua queat*
Reperire, quae subsluterit: ei rei nunc suam
Operam usque servus dat si posset
Meretricem illam invenire. ———

Numeros vulgatae huic lectioni non constare vidit, & indicavit olim Ianus Dousa F. Musarum nostrarum delicium, & tentavit rescribere.

Operam usque servus dat, si possit uspiam.

Qui eius conatus ut valde laudandus, nihil tamen huic loco facit, quem ex vet. cod. sic restitui oportere censeo.

Reperire quae subsluterit: ei rei suam
Nunc operam servos usque dat, si posset
Meretricem i.

Finit sermonem Auxilium his verbis.

Augete auxilia vestris iustis legibus,
Perdite perduelles, parite laudem, & lauream,
Vt vobis victi Poeni poenas sufferant.

Vet. cod.

Augete auxilia vostris victis legionibus,

Deinde in Langii MSS. est, *parite laudem & ludeam.* Quod rectum est pro *Laudeam*, quomodo *Claudo, Cludo. Defraudo, Defrudo. Plaudo, Pludo.* Nam laurus antique *Laudea* dicebatur. Isidorus lib. XVII. cap. VII. *Laurus a verbo laudis dicta. Hac enim cum laudibus victorum capita coronabantur. Apud antiquos autem Laudea nominabatur, postea D littera sublata, & subrogata R dicta est Laurus: ut in auriculis quae initio Audiculae dictae sunt; & Medidies, qui nunc Meridies dicitur.* Act. II. Sc. I.

Modo quod suasit, dissuasit, quod dissuasit, id ostentat.

Lego, ut est in vet. cod: *quod suasit, dissadet, q. d. i. o.*

--- *dii deaeque superi, & inferi, & medioxumi.*

Vt a *Propus* voce antiqua (cuius adverbium *Prope* adhuc in usu) *Proximus. Ocyus, Oxime*: Ita a *Medius* quoque *Medioximus.* Itaque non impugno hanc lectionem: hoc tamen moneo in vet. cod. esse, *inferi, & medigrumi*: quod ut Plauti putem facile animum inducor. Voluit lepide, suo more, ludere in fictione vocabuli. Sunt autem *Medigrumi* dii iidem cum mediocribus, sive medioximis. Ad eamdem faciem *Multigrumi* fluctus pro magnis, in Laevii Alcestide. Vide Agellium lib. XIX. cap. VII. Iam *Medigrumi* dicti a *Gruma.* Nonius Marcellus. *Gruma sunt loca media, in quae directae quatuor congregantur & conveniunt viae.* Sed fluctus *Multigrumi*, a *Grumus* quae vox vel terrae tumulum editiorem, vel terminum agri significat, ut liquet ex Festo, Nonio, Charisio, Glossario. Accius Oenomao.

Quemcumque institeram grumum, aut praecisum iugum.

Ergo *Multigrumi* fluctus, quos Virgilius & Ovidius *aquarum montes* adpellarunt.

Tu me delenis, propter te haec pecco.

Vtcumque interpretentur alii, ego amplector vet. cod. lectionem istam. *Tu Melaenis propter t. h. p.* Adloquitur enim Alcesimarchus ipsam Melaenidem.

Postea autem cum primo luci cras nisi ambo occidero.

Corrigo ex vet. cod. *primo lucu.* Dixi ad Amphitruonem.

CAP. III.

Ips. Quips. Ipsipsus. Ipsipti. Ipsipte. Propere ocyus. Ergo igitur. Plauti locus illustratus, & a Lambini mala interpretatione vindicatus. Γνωρίσματα. *Monumenta. Crepundia puerorum. Pueril. Inire, pro Ire. Excisare.*

SCena *Audire vocem.*

PH. *Extimuit tum illa?* LA. *iam horret corpus, cor salit.*

In vet. cod. erat. *Extimuit tum illam?* quod manifestum vitii: coniiciebam tamen inde Plautum scripsisse. *Extimuit tum illan'?*

LA. *Is ipsu' st.* ME. *eho tu, quam vos igitur filiam,*
Nunc quaeritatis alteram. ———

Lego, *Ehodum quam.* Porro in MSS. Langii erat. *Ipsipsus est*, quod purum putum Plautinum, pro *Isipsus.* Veteres enim *Ips, Quips*, pro *Is, Quis*, dicebant. Recte quoque

que in Glossario legitur, *Ipsipti*, Αὐτοί. Nec velim mutare virum magnum. Sic *Adgressus*, *Adgrettus*, talia. In Festo quoque non aliter debet legi, quam, *Ipsipte*, *ipsi neque alii*. Non *Ipsipi*. Tale erat *Mihipte*. Sub finem huiusmodi scenae.

Quid nunc supina sic iam coelum conspicis?

MSS. Langii, *s. sus iam c. c.* Corrigo, *susum coelum conspicis*. Ἀρχαϊσμὸς, pro *sursum*. Sc. *Rem eloquuta*.

Dic me orare ut aliquis intus prodeat, propera ocyter.

Recte MSS. Langii: *prodeat propere ocyus*. Graecismus est. Aristoph. Scholiast. Vespis. Ἔθος τοῖς ποιηταῖς παραλλήλαις λέξεσιν ἰσοδυναμούσαις χρῆσθαι. *Mos & Poetis mutuis dictionibus aequivalentibus uti*. Tale est, νώλεμες αἰεὶ, & similia. *Quoque etiam*, *Nunc iam*, apud ipsum hunc Sarsinatem, alibi aliquoties. *Ergo igitur*, apud Apuleium in Milesiis. Act. III. Sc. I.

ME. *Haud voluisti istuc severum facere?*
AL. *nihil mecum tibi.*

Magis placet vet. cod. lectio: *istuc saevum facere*. Et profecto magis saevitia ista quam severitas adpellanda est. Act. IV. Sc. I.

——— *sed quid hoc est, quod cistella hic iacet*
Cum crepundiis? nec quemquam conspicor alium in via?
Faciundum est puerile officium, conquiniscam ad cistulam.

Locus integer, quem tamen foeda interpretatione contaminat Lambinus, a qua, ut grandi aliquo & enormi mendo, non immerito vindicandus. Ille autem *puerile officium* explicat alui deiectionem, quod quam rectum sit viderit serius Lector, mihi vero aliter videtur; & existimem innuere Lampadiscum, velle se crepundia quatere, & sonitum edere, ut solent pueri: quibus & in eum usum ex collo suspendebantur, quod etiamnum hodie apud nos fieri videmus: Nam erant nihil aliud quam κρόταλα, unde & *Crepundia* adpellata, tamquam a crepitu. Graeci proprie πλαταγώνια nominabant, ut ex Polluce docui Critici Arnobiani lib. II. cap. VIII. Latini etiam *Monumenta*. Terentius Eunucho Act. IV. Sc. VI.

Abi tu, cistellam Pythia domo effer cum monumentis.

Vbi vetus eius Interpres *Monumenta sunt*, *quae Graeci dicunt* γνωρίσματα καὶ σπάργανα. Et in Glossario invenio. Γνωρίσματα τὰ ἐπὶ τάφων, *Crepundia*, *Monumenta*. Qui locus intricatus, nam videtur significare crepundia esse γνωρίσματα τὰ ἐπὶ τάφων: quod tamen falsum. Itaque sic intelligi debet, ut Γνωρίσματα simpliciter sint *Crepundia*: at ἐπὶ τάφων, *Monumenta*; atque hoc rectum & verum. Terentius tamen simpliciter *Monumenta* vocavit. Erant vero Γνωρίσματα quidem crepundia, sed non reciproce crepundia omnia γνωρίσματα. Nam γνωρίσματα adponebant infantibus expositis, ut inde aliquando noscerentur. De illis capiendus Heliod. αἰθιοπ. lib. II. Συνεξέκειτο δὲ αὐτῷ λίθων ὅρμος, ὃν ἀρτίως ἐπεδείκνυον, καὶ ταινία τις ἀπὸ σηρικοῦ νήματος ἐξυφασμένη, γράμμασιν ἐγχωρίοις καὶ διηγήματι τῶν κατὰ τὴν παῖδα κατάστικτος. τῆς μητρὸς, οἶμαι, σύμβολα ταῦτα καὶ γνωρίσματα προμηθευσαμένης. *Simul vero ipsi exponebatur lapidum monile, quam apte ostendebant, & vitta quaedam ex filo serico subtexta, indigenis litteris, & narratione eorum quae puellae acciderant, signata. Matris, arbitror, signa haec, & crepundia providentis*. Parthenius Erot. I. Περιελόμενος δὲ τὴν ζώνην δίδωσι τῇ κόρῃ, κελεύων ἡβήσαντι τῷ παιδὶ φυλάττειν, ὅπως ἔχῃ γνώρισμα ὁπότ' ἀφίκοιτο πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ εἰς Καῦνον. *Quum autem cingulum cepisset dat puellae iubens ut puero quum adoleverit custodiat, quo habeat crepundia unde cognoscatur quum ad suum patrem in Caunum abierit*. Item Erot. III. Τοῦτον ἡ μήτηρ ἐχεὶ εἰς ἥβην ἦλθεν ἀποπέμπεται εἰς Ἰθάκην, συμβόλιά τινα δοῦσα ἐν δέλτῳ κατεσφραγισμένα. *Hunc mater habet; adolevit, mittitur in Ithacam, quum sigilla quaedam dedisset in pagella signata*. Et in vita Thesei apud Plutarchum. Συνελθὼν δὲ καὶ γνοὺς ἐκεῖνος (Αἰγεὺς) ὅτι Πιτθέως θυγατρὶ συνέγονε, καὶ κύειν αὐτὴν ὑπονοήσας, ἀπέλιπε ξίφος καὶ πέδιλα, κρύψας ὑπὸ πέτραν μεγάλην, ἐντὸς ἔχουσαν κοιλότητα συμμέτρως ἐμπεριλαμβάνουσαν τὰ κείμενα, φράσας δὲ πρὸς μόνην ἐκείνην, καὶ διακελευσάμενος ἂν υἱὸς ἐξ αὐτοῦ γένεται, καὶ λαβὼν ἀνδρὸς ἡλικίαν, δυνατὸς ἦν τὴν πέτραν ἀναστῆσαι καὶ ὑφελεῖν τὰ καταλειφθέντα, πέμπειν πρὸς αὐτὸν μηδενὸς εἰδότος. *Quum convenisset vero & cognovisset ille (Aegeus) se Pitthei filiae congressum esse, & concepisse ipsam quum subspicatus esset, reliquit gladium & calceos sub ingenti petra occultans, quae cavitatem depositorum apte capacem habebat, quum vero dixisset illi soli, & iussisset si filius ex ea nascetur & ad virilem aetatem perveniret, possetque petram elevare, & tollere quae relicta fuerant, ut mitteret ad se nemine conscio*. Huc facit, quod apud Iustinum etiam lib. XV. Apollo Laodicae in somno a se compressae annulum dat, iubetque filio, si peperisset, dare, atque de generis origine perdocere. Et haec de gnorismatis per occasionem dicta, non ingrata erunt, spero, Lectori. Redeo ad Plauti eumdem locum, qui nondum de manu amitti debet. In MSS. Langii erat.

Faciam puerilloficium.

Corrigo, *pueril officium*. Dixit *Pueril* antique pro *Puerile*. Sic *Simil*, pro *Simile*, supra. Sc. *Nisi quid*.

Nisi quid mihi opis
Di dant disperii: neque unde auxilium expetam habeo.

Restituo hos versus in numeros suos, & auctiores quidem ex vet. cod.

Nisi quid mihi opis dii dant disperii, neque
Vnde auxilium mihi, aut praesidium expetam, habeo.

Deinde. *Sed pergam, ut coepi tamen, quaeritabo*. Corrigo ex vet. cod. *Sed pergam, ut coepi quaeritabo ego hic tamen*.

Neque prorsum iit hac: hic stetit.

Membranae Langii: *prorsum iniit*. Optime. *Inire* usurpavit pro simplici *Ire*. Sic *Ingredi*, pro *Gradi*. Sequitur.

Ecquem vidisti quaerere hic, amabo, in hac regione

Cistel-

Cistellam cum crepundiis quam ego, hic amisi misera?

Audacter nimis Lambinus *Auferre* pro *Quaerere* substituerat, & acute Dousa vulgatam lectionem adseruit illustravitque: monendum nihilominus duxi in meo codice haberi, *Ecquem vidisti tollere;* quod nauci haberi non omnino debet.

Nam dudum, ut accurrimus ad Alcesimarchum, ne vitam suam
Interim eret, tum mihi puto prae timore hic excidisse
Cistellam. ———

Mutilus totus hic locus egregie, & turbati numeri. Ita habebat vetus codex.

——— *nam dudum,*
Vt ad Alcesimarchum istuc omnes accurrimus,
Capillo scisso atque excissatis auribus
Tumultuantem, ne se vita interemiret,
Timore puto excidisse cistellam mihi.

Et optime. Integrum versum, ecce, inseruimus, & hemistichium sequens, atque id recte factum pro nobis Nonius abunde praestabit, quem in *Excissatum* vide. Sed legendum est *Excisatis auribus:* nam dicebant *Excisare* frequentativa forma, a supino *Excisum* ducto verbo, ut solent reliqua eiusdem formae.

NOBILISSIMO VIRO

NICOLAO GRACIO

Serenifs. Daniae Regis Consiliario, & in Angliam Exlegato.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

Qvum nuper hic esses, Vir Nob. meique videndi perquam cupidus, ut ex amico utriusque nostrum Paulo Merula intellexi, vehementer dolui Fortunam eiusce diei, colloquium mihi tuum invidisse. Eidem tamen gratias ago, quod viam mihi straverit ad amicitiam tuam, quam ego Crassi divitiis potiorem habeo. Amo autem (& quis non doctorum?) atque colo te plurimum: ita insignis eruditio tua meretur, quam editis de Rep. Lacedaemoniorum libris praeclare declarasti. Amoris mei observantiaeque testimonium hic signare visum. Tu haec pauca ad Epidicum discute, & miniata tua cerula nota.

AD EPIDICVM.

CAPVT PRIMVM.

Caprae febre laborantes. Caprugnum, Caprignum. Bignus. Vulgata Plauti lectio propugnata. Reddebitur. Scurtarii. Punicarna coagmenta. Casnar. Carnal. Varronis lectio defensa. Degere, pro Detrahere.

In Argumento.

——— *filio*
Dat berili argentum, eo sororem destinat.

Vet. cod. *eo sororem praestinat.* Nec dubitem praeferre, quum toties eam vocem usurpet Plautus; nam quod defendendo huic loco a Nonio homine omnium ineptissimo subsidium quaeritur, id plane ficulnum.

Sed inventa gnata servolum emittit manu.

Scribo ut est in vet. cod. metri caussa. *Sed gnata inventa.* Act. 1. Sc. 1. sub initium.

Corpulentior videre atque habitior. ———

Antea erat, *atque agilior.* Sed ita ex Roveriano codice rescripsit vir magnus, quod quam recte ab ipso factum, a me nunc alii iudicabunt; fallitur enim, pace eius dictum sperem, vehementer. Vult Epidicus dicere Thesprionem quo corpulentior exsisteret, eo esse agiliorem; & illo referenda subsequentia eius verba.

Dii immortales te infelicent (vet. cod. *infelicitent*) *ut tu es* (vet. cod. *is*) *gradibus grandibus:*
Nam ut apud portum te conspexi, curriculo occoepi sequi.
Vix adipiscenda potestas modo fuit. ———

Praeterea in citatis istis versibus τὸ *Te* quod Nobilissimus Dousa ex coniectura inserit, vetus codex meus signate praeferebat. Postea, quum Thesprioni Epidicus obgessisset scire se eum hominem esse militarem, respondet Thesprio.

——— *audacter quamvis dicito.*

Cui lectioni nescio quomodo veteris codicis prae-

praeferenda videtur: *audacter quidvis dicito*. Pergit interrogare Epidicus.

Quid agis, perpetuon' valuisti? TH. *varie*. EP. *qui varie valent,*
Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

Quae posteriora, si quid iudico, planissime admutilata: itaque expectanda subsidia a melioribus libris, meus nihil heic me iuvat. Pantherinum genus propter maculas corporis, caprinum propter febrim, qua notum ex Plinio numquam eas carere, quod Archelaus accidere dicebat, quia essent omnicarpae, ut ait vetus quidam Scriptor apud Varronem. Porro in Langii schedis erat *Caprae non hominum*. Vnde suspicio est scriptum fuisse a Plauto, *Caprucnom*, ἀρχαϊκῶς pro *Caprugnum*, quod veteres pro *Caprignum* efferebant, ut *Optimus*, *Optumus*, & talia; ita *Aprugnum*, pro *Aprignum*. Iam *Caprignum* pro *Caprigenum*. *Aprignum*, *Aprigenum*. Ad eam formam *Privignus*, quasi *Privigenus*. *Benignus*, *Bignus*, quasi *Benigenus*, *Bigenus*.

——— EP. *Te volo*
Percontari, operam mihi da, opera reddibitur tibi.

Lego, *reddebitur tibi*. Nam *Reddebo* veteres dixisse ostendi supra ad Casinam.

Id modo videndum est, ut materies suppetat scutariis.

Langii membranae, *scurtariis*; quod rectum est. Sabini dicebant *Scustum*, *Cesna*, *Dusmosus*, *Casmena*. Pro quibus Romani *S* in *R* mutato, *Scurtum*, deinde *R* eliso *Scutum*; *Cerna*, *Cena*. *Durmosus*, *Dumosus*. *Carmena*, *Camena*. Hinc *Punicarna coagmenta* apud Catonem cap. XVIII. pro *Punicana* (male autem olim damnavi istam veteris codicis lectionem) *Silicernium*, pro *Silicenium*, apud Festum. *Carnal*, pro *Casnal*, sive *Casnar* (nam utroque modo efferebant, ut *Praeliaris*, *Praelialis*. *Latiaris*, *Latialis*. *Parilia*, *Palilia*:) apud Varronem Sexagesimo, laudante Nonio. *More maiorum ultro carnales adripiunt, de ponte in Tiberim deturbant*: itaque male mutat ea in Coniectaneis vir magnus. *Casnar* vero & *Carnar*, pro *Canar*, a *Canus*, ut a *Momus*, *Momar*. Itaque puto etiam scribendum primis Bacchidibus.

Vbi mihi pro equo lectus detur, scortum pro scurto accubet.

Non *scuto*, ut hodie legitur: tum enim elegantior multo adlitteratio est, quam manifesto captavit Comicus.

TH. *Supersede istis rebus iam*. EP. *tu ipse, ubi lubet finem face.*

Possit & ex Nonio legi.

TH. *Supersede istis rebus*. EP. *item tu ipse*, &c.

Sed tamen prius magis adridet.

EP. *Quid? istanc quam emit, quanta eam emit?* TH. *vili*. EP. *haud istuc te rogo.*
TH. *Redde igitur*. EP. *quot minis emit?* TH. *tot quadraginta minis.*

Inepta sane haec Thesprionis responsio, quid enim petat reddi sibi ab Epidico, cui nihil dederat? Melius longe vetus codex meus. *Quid igitur?* Nam quum rogaret Epidicus quanti emisset, respondet Thesprio, *vili*: regerit Epidicus, non isthoc se interrogare, tum Thesprio. *Quid igitur?* inquit: s. rogas. Nihil potest hac lectione esse verius. Mavelim porro, si coniecturae ullus locus rescribere. TH. *totis quadraginta minis*. Et ita alibi loquitur. *Totis quadraginta* est quod nostro idiomate efferremus, *Dolle deertich*.

EP. *Detegetur corium de tergo meo.* —

Optime vet. cod. *Degetur corium*. Nam *Degere* heic valet *Detrahere*; quod & ante me ex Nonio observavit vir eruditissimus, Dionysius Lambinus.

Tu quidem antehac aliis solebas dare consilia mutua.
Quid? quid? aliquid reperiundum est. ----

Praetulerim lectionem vet. cod. *aliqua reperiundum est*. Tibi, inquit, qui aliis consulere solebas, nunc aliqua consilia reperiundum est. Phrasis elegantissima, & ab Agellio iam olim adserta.

CAP. II.

Calidae minae. Nonii ineptia explosa. Varro correctus forte.

SCena *Rem tibi*.
— ST. *perdidisti omnem operam*. EP. *nam quid perdidi?*

Mavelim, ut est in vet. cod. *nam qui perdidi?* Postea conqueritur Epidicus, malam se iniisse a Stratippocle hero gratiam ob ancillae emtionem, quam tamen frequenti litterarum missiculatione praeceperat. Ait itaque.

Hercle miseru' est, ingratum esse hominem, id quod facias bene.
Ego quod bene feci, male feci, quia amor mutavit locum.

Sed nisi corrupta ista verba valde equidem iudicii fallor. Correxerim, si eruditi homines album mihi calculum adiecerint, *ingratum esse omne id quod facias bene*. Ait deinde Chaeribulus.

Quid istic verba facimus? huic homini opus est quadraginta minis.

Melius vet. cod. *Danistae quas resolvat*. De Stratippocle loquitur. Velim praeterea, *quadraginta minis. Celeriter aliquis*; qua phrasi ipse hic Comicus noster, Cato, Apuleius, & alii usi. Aut *Calidae minae* erunt, quae calide, id est, celeriter exhibitae. Similis notio eius vocis apud Varronem περὶ κεραυνοῦ. *Quum dixisset Vitulus, ecce caldis pedibus quidam navicularius semiustulatus irrupit se in curiam*. Atque ita quidem interpretatur Nonius; sed ineptit solens. Nam *caldos pedes* dixit Varro istius navicularii, quia semiustulatus erat: nisi tamen legendum ibi, *ecce claudis pedibus quidam*; quod ustulatio ista efficere potuit. Et hoc rectius videtur.

EP. *Dic modo, unde auferre me vis, a quo trapezita peto?*
ST. *Vnde libet*. ———

Etsi videam quomodo defendi haec possint, melius nihilominus arbitrabar, si legamus una dumtaxat litterula immutata, & personis leviter transpositis.

EP. *Dic*

EP. *Dic modo, unde auferre me vis? a quo trapezita?* ST. *pete*
Vnde lubet. ———
Postea iterum Epidicus.
Facile tu istuc sine periculo, & cura, corde libero
Fabulare: novi ego nostros, mihi dolet quum ego vapulo.
Aliter longe vet. cod.
Fabulare Iovi, tergo nostro sed dolet q. e. v.
Et recte, nisi quod *Novi* praeferendum τῷ *Iovi*.

CAP. III.

Mos vetus militaris. Ex acuminibus auspicare. Nonii inconstantia. Exsugebo. Veteres, pro senibus.

Act. II. Sc. II. in ipso exordio sic Epidicus hilare loquitur.
ST. *Tacete: habete animum bonum liquido exeo foras*
Auspicio; avi sinistra: acutum cultrum habeo, senis qui exenterem
Marsupium. ———
Vet. cod. habet: *seni qui*, aliquanto, ut arbitror, melius. Quod vero in illis verbis, postquam liquido auspicio avique sinistra exire se foras dixit, etiam acutum habere cultrum addit, non temere dictum esse censeri debet. Sumta autem metaphora a superstitione militum, qui non satis habentes aves observasse, insuper an gladii hastaeve probe forent acutae solicite explorabant ante pugnae initium, inde etiam aliquid ominis captantes: atque hoc *Ex acuminibus auspicare* dicebant. Arnobius lib. II. *Aut Martium discrimen obeuntes spem praelii sumitis, &* EX ACVMINIBVS AVSPICATIS? Cicero quoque II. de Nat. Deorum. *Itaque maximae Reip. partes, in his bella, quibus Reip. salus continetur, nullis auspiciis administrantur, nulla perennia servantur, nulla* EX ACVMINIBVS, *nulli viri vocantur*. Atque hoc auspicii genus primus M. Marcellus neglexit. Testatur idem Cicero lib. II. de Divinatione. *Bellicam rem administrari maiores nostri nisi auspicato noluerunt: quam multi anni sunt quum bella a propraetoribus & proconsulibus administrantur, qui auspicia non habent? Itaque nec amnes transeunt auspicato, nec tripudio auspicantur; nam* EX ACVMINIBVS *quidem, quod totum auspicium militare est, iam M. Marcellus ille quinquies Consul totum omisit, idem Imperator, idem augur optimus*. Sed resumenda illa Epidici verba.
——— *acutum cultrum habeo, seni qui exenterem*
Marsupium; sed eccum ipsum ante aedeis conspicor Apoeciden,
Qualis volo, vetulos duos: iam ego me convortam in hirudinem
Atque eorum exsugebo sanguinem.
Quae quam belle cohaereant attentus & serius Lector facile perspiciet. Nam ecce *duos vetulos*, ait, se velle exsugere, & tamen unum tantum Apoeciden videre se dicit. Aliquid heic mihi a vetere libro subsidii, in quo erat.
— *sed eccum ipsum ante aedes conspicor Apoecidae*
Qualis volo vetulos duos.
Et ea vera lectio, nisi quod praeterea scribendum: *sed eccum ipsus*, &c. Vide vero inconstantiam Marcelli, qui alio loco *exsugebo*, alio *ersorbebo* citat. Sed *Exsugebo* Plauto propter ἐσχάτην dignus: sic *Reddebo* ad eamdem faciem extulit, ut supra monui. Iam *Vetulos* pro senibus frequens est apud Latinos scriptores, sed *Veteres* non item, ideoque adnotandum id nunc dici. Lapis vetus.

ARCOBRICENSES IVVENES ET VETERES
STATVAM IN FORO POSVERE.

Item alter.

ARVNCITANI VETERES ET IVVENES
OPT. CIVI.

Tertius.

TV
RIASON. VETERES ET IVN.
STATVAM IN FORO MI
NERVAE OPT. CIVI P.

Haec ἐν παρόδῳ. Revertam me ad Plauti.
AP. *Continuo ut fiat maritus.* PE. *laudo consilium tuum.*
Nihil video, nisi Apoecidae haec verba mutilata: expectandi itaque meliores codices, e quibus medicinam faciamus.

CAP. IV.

Medicinae, pro aedibus medicorum. Sutrina. Pistrina. Barbatoria. Barbatores. Mederga. Calceati dentes.

Epidicus sedulo laborans quo pacto argentum ab sene auferre posset, & marsupium eius exenterare, simulans tota urbe se eum quaesivisse, haec verba profatur.
— *Di immortales utinam conveniam domi.*
Periphanem, per omnem urbem quem sum defessus quaerere,
Per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio, atque in foro,
Per myropolia, & lanienas, circumque argentarias,
Rogitando sum raucus factus, paene in cursu concidi.
Lepida profecto locorum enarratio, & operae iactatio servi studio conveniens. Observandum in ea *Medicinam* pro aedibus medicorum poni. Sic Amphitruone Act. IV. Sc. I. tonstrinas autem, quas memorat etiam *Barbatoria* adpellatas invenio. Glossae. *Barbatoria*, πωγωνοκουρεῖα. Item: πωγωνοκουρεῖον, *Barbatorium*. Ergo *Barbatores* tonsores sunt, quos nos voce detorta *Barbiers* nominamus. Pergit Epidicus.
Eos captabam: id adeo quam maxime animum advorterim.
Corrigo ex vet. cod. *id adeo scio, qui maxime a. a.*

CH. *Si*

CH. *Si hercle habeam, pollicear lubens: verum aliquid alio modo,*
Alicuide, ab aliqui, aliqua tibi spes est fore,

Vet. cod. habet: *Alicunde, ab aliquibus*. quod verum & rectum esse praestabit locus iste geminus plane statim subsequens.

ST. *Quippe tu mihi aliquid, aliquo modo, alicunde, ab aliquibus blatis*
Quod nusquam est?

Qui locus vicissim ex praecedenti debet restitui in hunc modum.

Quippe tu mihi aliquid, aliqua, aliquo modo, &c.

Vt etiam erat in meo codice toties laudato. Sc. *Fecisti iam.*

ST. *Euge, euge*. EP. *ea iam domi est pro illa*. ST. *teneo*.

In vet. cod. erat: *ea iam puella domi est*: quod putem rectius aliquanto.

EP. *Eam premeditatam meis dolis astutiisque onustam*
Mittam.

Vet. cod. *praemeditatam meis d.* quomodo & Dousa coniecerat. Sc. *Non oris*.

——— *quasi quid filius*
Meus deliquisset me erga. ———

Qui haec mendo obnoxia suspicetur? & tamen sunt. Evincit clare codex meus, in quo erat, *deliquisset mederga*. Recte omnino. Veteres enim *Mederga* dicebant, quomodo *Macum*, & talia: quum enim propositiones postponerent, coniunctim efferebant. Itaque iam scribendum Asinariae Act. 1. Sc. 1.

Si quid mederga tu hodie falsum dixeris.

Sequitur sub scenae finem.

——— *itaque me albis dentibus*
Meus derideret filius meritissumo.

In vet. cod. erat: *itaque me alcatis dentibus*. Constituo plenum octonarium, & corrigo.

Os sublitum esset, itaque memet calceatis d.

Sic dixit Captivis, Sc. *Advorte animum*.

Cum calceatis dentibus veniam tamen.

Sc. *Cave praeterbitas*.

Proin tu alium quaeras, cui centones farcias.

Scribo, *cui centones sarcias*.

Quas tu mihi tenebras trudis?

Vet. cod. *tenebras cudis?* quod non omnino reiculum. Viderint alii.

——— MI. *hem istic homo*
Articulatim te concidit, senex, tuus
Servus. PE. *quid, concidit?* MI. *nihil sic suspicio est.*
Nam pro fidicina illac haec supposita est tibi.
Senex, tibi os est sublitum plane & probe.
Ego illam requiram iam, ubi ubi est: bellator, vale.

PE. *Euge. Euge, Epidice: frugi es, pugnavisti, homo es.*

Primum corrigo de coniectura.

PE. *Quid? concidit?* MI. *mihi sic suspicio est.*

Deinde personas distinguo hoc modo.

PE. *Ego illam requiram iam, ubi ubi est: bellator, vale.*
Euge, euge Epidice, &c.

Quae distinctio etiam veteris libri adsensu confirmatur. Quin adeo illa certa, ut contra si quis sentiat, ut ait in re absimili Sedigitus, nihil sentiat.

CAP. V.

Digitorum singuli certis diis consecrati. Veterum ridicula superstitio ex digitorum unguiumque palpitatione omen captantium.

Actus quarti Sc. 1. a querela isthac exorditur Philippa.

Si quid est homini miseriarum, quod miserescat, miser ex animo est.
Id ego experior.

Laudo conatum magnorum virorum, & in τοῦ *est* expunctione illum, in distinctione vero hunc: quem tamen *misera* corrigentem sequi non audeo: Sed putem melius in vetere codice τὸ *miser* omitti, ideoque rescripserim.

Si quid est homini miseriarum, quod miserescat, ex animo
Id ego experior. ———
——— *credo ego*
Illi hospitio usus evenit. ———

Ita Lambinus correxit, pro eo quod in aliis codicibus viderat, *usus invenit*. Meus codex habebat. *usus inerit*, unde facile rescribere est, *usus fuerit*. Postea Periphanes salutata Philippa manum sibi porrigat cupit.

PE. *Cedo manum*. MV. *accipe: aerumnosam & miseriarum compotem*
Mulierem tenes. PE. *quid est quod vultus te turbat tuus.*

Et haec proba hactenus putata sunt, nec tamen proba. Signate in vet. cod. erat: *quid quod digitus titubat tuus?* Convenienter plane, nam manum eius tenebat. Capiendus vero hic locus ex veterum superstitione, qui si digitus vel unguis saliisset, aliquid inde sibi eventurum ominabantur boni vel mali. Sed libet de omni ea re Plauti causa ubertim dicere. Primum sciendum singulos digitos Diis certis fuisse consecratos: Pollex Veneri erat sacer, index Marti, infamis Saturno, annularis Soli, auricularis Mercurio. Sed brevitatis studio ipsa Melampodis Hierogrammatei verba etsi prolixiora, quia non cuivis exemplaris istius copia, depromam ex libro, cui titulum fecit. Περὶ παλμῶν μαντικὴ, πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα. *Divinatio de palmis ad Ptolemaeum Regem*. Sic itaque inquit. Δάκτυλος μικρὸς τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἀλλόμενος, πίστεως μείζονος ἀξιωθήσεσθαι δηλοῖ. ἐπειδὴ ἑρμοῦ ἐστιν ὁ δάκτυλος. ἐν ἄλλοις στέρωσιν δηλοῖ, δούλῳ διαβολήν. παρθένῳ ψόγον, χήρᾳ ὕβριν. Ὁ μετὰ τὸν μικρὸν δεύτερος δάκτυλος τῆς δεξιᾶς χειρὸς, ὁ καλούμενος παράμεσος, ἀλλόμενος, πολλῶν χρημάτων κυρίευσιν σημαίνει. ἔστι γὰρ ἡλίου ὁ δάκτυλος. ἄλλοις πολλῶν ἀγαθῶν ἐπίκτησιν δηλοῖ, δούλῳ κακόν, παρθένῳ συμβουλήν, χήρᾳ εὐφροσύνην. Δάκτυλος ὁ τρίτος τῆς δεξιᾶς χειρὸς, ἤτοι ὁ μέσος, βασκανίας δηλοῖ καὶ λοιδορίας, κρόνου γὰρ ὁ δάκτυλος. ἐν ἄλλοις δόξαν γενέσθαι δηλοῖ. δούλῳ ὑποταγήν. παρθένῳ νόσον. χήρᾳ ὠφέλειαν. Δάκτυλος τέταρτος ἀλλόμενος, ζημίαν μεθ' ὕβρεως δηλοῖ, ἄρεως γάρ ἐστιν ὁ δάκτυλος. ἐν ἄλλοις δὲ βλάβην δηλοῖ ἐλευθέρῳ ἐκκοπήν. παρθένῳ κέρδος. χήρᾳ ὠφέλειαν. Δάκτυλος ὁ μέγας, ὁ καὶ ἀντίχειρ καλούμενος, ἀλλόμενος, ἐπίκτησιν πολλῶν ἀγαθῶν

γαθῶν δηλοῖ· καὶ ἐπὶ τέκνοις, καὶ ἐπὶ γυναικὶ χαρήσεται. ἔστι γὰρ ἀφροδίτης ὁ δάκτυλος. ἄλλοις ἀπαλλάξαι δηλοῖ, δούλῳ ἀγαθὸν, παρθένῳ ἀγαθόν. χήρᾳ ὠφέλειαν. Ὄνυχες τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἐὰν ἅλλωνται, κέρδος δηλοῦσιν ἀπροσδόκητον. δούλῳ εὐφρασίαν· παρθένῳ μνηστείαν. ὄνυξ τοῦ μικροῦ δακτύλου τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἐὰν ἅλληται ἢ μυρμηκιᾷ, κακοπάθειαν δηλοῖ. δούλῳ τέκνον. παρθένῳ ἄνδρα. χήρᾳ κόπον. ὁ τοῦ δευτέρου ἐὰν ἅλληται, ἐξουσίαν δηλοῖ. δούλῳ δεσπότου θάνατον. παρθένῳ ψόγον. χήρᾳ καλόν. ὁ τοῦ τρίτου, καὶ τοῦ τετάρτου λύπας δηλοῦσιν. δούλῳ δὲ ἀγαθόν. ὁ τοῦ μεγάλου, αὔξησιν δηλοῖ βίου. Δάκτυλος μικρὸς εὐωνύμου χειρὸς ἀλλόμενος, πολλὰ ἀγαθὰ δηλοῖ πᾶσιν. ὁ δεύτερος αὐτοῦ ἐγκληματικὸς δηλοῖ λύπην, καὶ ἀπόλογον ἐπὶ μεγάλων προσώπων. δούλῳ ἐν πίστει ὄντι κατηγορίαν. ὁ μέσος λύπην δηλοῖ διὰ πρᾶγμα ἴδιον. καὶ αὔξησιν βίου, καὶ τέκνων, καὶ χρημάτων σημαίνει. ὁ μέγας τῆς εὐωνύμου χειρὸς, παλαιὰν ἀπόλειαν σημαίνει κομίσεσθαι. ὄνυχες εὐωνύμου χειρὸς ἀλλόμενοι, ὠφέλειαν δηλοῦσι μετὰ δυσκολίας τινός. *Digitus parvus dexterae manus saliens, maiori fide dignum futurum significat; quia Mercurii est digitus. In aliis sterilitatem denotat, servo calumniam, virgini vituperium, viduae contumeliam. Secundus post parvum digitus dextrae manus, qui vocatur annularis, saliens, multarum divitiarum dominium significat. Est enim Solis digitus. Aliis multorum bonorum possessionem significat, servo malum, virgini consilium, viduae laetitiam. Tertius digitus dextrae manus, seu medius, tormenta denotat & dicteria, Saturni enim digitus; in aliis gloriam esse significat; servo subiectionem, virgini morbum, viduae utilitatem. Quartus digitus saliens, mulctam cum contumelia significat. Martis enim digitus est. In aliis vero noxam significat, libero impedimentum, virgini lucrum, viduae utilitatem. Digitus magnus, qui & pollex dicitur, saliens multorum bonorum possessionem significat, & in filiis & in uxore gaudebit. Est enim Veneris digitus. Aliis liberari significat. Servo bonum, virgini bonum, viduae emolumentum. Vngues dextrae manus si salierint, lucrum significant inexspectatum, servo eloquentiam, virgini sponsalia. Vnguis parvi digiti dextrae manus si saliat, seu verrucis laboret, calamitatem significat; servo filium, virgini virum, viduae laborem. Si vero saliat secundi unguis, potestatem significat, servo domini mortem, virgini vituperium, viduae honestum. Vnguis vero tertii & quarti tristitiam significat, servo vero bonum. Vnguis magni vitae augmentum denotat. Digitus parvus sinistrae manus saliens, multa bona cunctis significat. Secundus eiusdem accusatorius, significat moestitiam & defensionem in magnis personis; servo fideli accusationem. Medius moestitiam significat per proprium opus; & augmentum vitae & filiorum, & opum denotat. Magnus sinistrae manus, antiquum exitium adlatum iri significat. Vngues sinistrae manus salientes, utilitatem cum aliquo fastidio significant.* Hactenus. Vide Lector ridiculam hanc veterum superstitionem. Ad Comicum vero iam nostrum redeo, in quo *Digitus* κατ' ἐξοχὴν de pollice intelligi debet, non minus quam *Manus* de dextera: atque ita convenient ea Melampodis. Δάκτυλος ὁ μέγας, ὁ καὶ ἀντίχειρ καλούμενος, ἀλλόμενος, ἐπίκτησιν πολλῶν ἀγαθῶν δηλοῖ. καὶ ἐπὶ τέκνοις, καὶ ἐπὶ γυναικὶ χαρήσεται. Nam erat Philippa solicita de filia, & in hostium esse manu existimabat, quam Periphanes domi suae esse salvam & sanam mox significaturus est. Illud tam laetum nuntium praesagiebat ei pollex, & palpitatione sua praenuntiabat. Haec est vera Plauti lectio, & lectionis interpretatio. Nec aliunde explicari potest alter locus Capteiveis. Sc. *Quanto in pectore.*

ER. *Hem manum.* HE. *Cedo manum.* ER. *di te omnes adiuvant.* HE. *nihil sentio.*

Ergasilus parasitus nuntiaturus Hegioni salvum advenisse sibi filium Philopolemum, quem quadrimum servus Stalagmus subripuerat, adripit manum eius, deos adiuvare dicit: ad quod respondet Hegio nihil sentire se, id est, nullam digiti palpitationem, quae nuntium isthoc praesagio suo tali confirmaret.

CAP. VI.

Alia res. Phrasis Plautina adserta. Ἀρχαϊσμὸς *adnotatus. Ravastellus.*

EST porro eadem Scena.

——— nam postquam audivi illico
Ex meo servo illam esse captam, continuo argentum dedi
Vt emeretur: ille eam rem adeo sobrie & frugaliter
Accuravit, ut alias ad res ille est impense improbus,

Primum lego ex vet. cod. *ut emeret*. Deinde, *ut alias res ille est i. i.* eiecta voce *a* Lambino inculcata, quam non tam temere viri docti in textum recipere debuerant. *Alias res* concise dixit, sicut Martialis.

Visceribus bonus est, cetera vile sapit.

Et alii innumeri Scriptores. Sc. *Quid ex pater.*

Quid ego lenocinium facio? qui habeam alienos domi?

Putem distinguendum.

Quid? ergo lenocinium facio?

Arbitrarii nihilominus iuris esto. Porro tentat vir doctus, *alienas*, legere. Ἀρχαϊσμὸς est Sarsinate hoc dignissimus. Sic *filiis* pro *filiabus* posuit Sticho.

Ego introibo, & gratulabor vestrum adventum filiis.

Item Arnobius noster lib. IV. in Minervarum illa iucundissima contentione. *Tibi tu alienam dignitatem adsumis, atque de vertice procreatam mentiris te Iovis, & rationem te esse mortalibus ineptissimis suades? ex capite conceptos filios procreat?* Quam lectionem male olim solicitavi.

Ego relictis rebus Epidicum operam quaerendo dabo,
Si invenio, exitiabilem ego illi faciam hunc, ut fiat, diem.

Rectius multo vet. cod. *hunc ut sciat diem*. Act. V. Sc. I.

Sed

Sed quis est haec muliercula, & illic gravistellus qui venit?

Festus alibi *Gravastellus*, alibi *Ravistellus* citat, satis inconstanter; utrumque praeterea corrupte. Scripserat Plautus: *& illic Ravastellus*. Nam dicebant *Ravus*, *Ravaster*, quemadmodum *Calvus*, *Calvaster*. Inde ὑποκοριστικῶς *Ravastellus*. Ita etiam ab *Alter*, *Altellus*. *Macer*, *Macellus*. *Vafer*, *Vafellus*, & talia.

CAP. VII.

Vtilitas ἀντὶ τῦ *Vsus*. *Iusti*. *Armeae*. *Munera die natali missiculata*. *Attigo*. *Tulo*, *Supplicium*, *pro Supplicatione*. *Papa*. *Papare*. *Papaver unde dictum*.

EAdem Scena. Stratippocles admiratus Epidici nimiam tarditatem, in haec verba erumpit.

Di immortales! ociose isse admiror: pedibus pulmoneis
Qui perhibetur, prius venisset, quam tu advenisti mihi.

Quam lectionem ut vitii obnoxiam suspicer, in causa est vetus meus codex, in quo ita legitur.

Di immortalis! soccos iussi adimere pedibus; pulmo enim
(Quod perhibent) prius venisset.

Vnde inducor ut scribam, *soccos iusti adimere pedibus*, pro *Iussisti*, κατὰ συγκοπήν. Sensu tali. An sine soccis ivisti ut tarde tibi fuerit eumdum, ne pedes laederes? Adposite vero soccos ei tribuit, qui proprii Comoediae.

EP. *Satin' ego oculis utilitatem obtineo, an parum?*

Eleganter: *Vtilitas* heic non aliud quam *Vsus*, ut apud Arnobium restitui quoque Critici lib. II. capit. IX. quibus adde locum geminum hunc Plauti, & Auctoris ad Herennium lib. IV. *Si idoneus esse potest, ad eas utilitates est aptus, quae desiderantur ab equo*.

EP. *Non meministi me auream ad te afferre natali die?*

In vet. cod. *pro auream erat inermen*. Alius tamen codex excusus anno CIↃ. IↃ. XIII. etiam *auream* referebat. Corrigo levicula mutatione, *armeam ad te afferre*. Nam *Armea* erat armi ornamentum, diminutive *Armilla*. Observandum vero hoc loco veteres die natali munera ab amicis clientibusque accepisse. Symmachus lib. I. epist. V. *Quum iam filiae vestrae dies natalis adpeteret, commodum aderant quae muneri miseratis*. Et lib. VI. epist. XLIX. *Natalitio munere, quod frequentari a vobis communis felicitas faciet, nostrum hilarastis animum, vestrum probastis*. Iuvenalis Sat. IX.

En cui tu viridem umbellam, cui succina mittas
Grandia, natalis quoties redit. ———

Petronius. *Vestimenta mea accubitoria* (ut emendat Lipsius) *perdidit, quae mihi natali meo donaverat cliens quidam*. Et huc pertinet Censorini caput primum De die natali. Sc. *Satin' ille homo*.

Duodecim deis plusquam in coelo est deorum immortalium,
Mihi nunc auxilio adiutores sunt, & mecum militant.

Plane heic mihi spissae tenebrae, nec quidquam video sensus commodi. In vet. cod. erat.

Duodecim deis plusquam placeo: deorum immortalium
Mihi nunc, &c.

Aliquanto melius, nec tamen adhuc me expedio.

EP. *Ne attigas*. PE. *ostende vero*. EP. *nolo*. PE. *non aequum facis*.

Vet. cod. auctior. *Ne me attingas*. Recte; sed *attigas* non est mutandum, nam veteres *Attigo* pro *Attingo* efferebant. Diomedes lib. I. *Attingo attingis omni eruditorum consensu dicimus. Verum reperimus apud nonnullos auctores, quibus eloquentiae & elegantiae tributa est opinio, sine n littera dictum, quasi Attigo, Attigis: ut Pacuvius in Medo. Et custodite hunc vos, ne quis eum abstulat, neve attigat*. In quo Pacuvii versu etiam alius ἀρχαϊσμὸς, nempe *Abstulat*, pro *Auferat*: quia veteres *Tulo* pro *Fero* dicebant. *Attigere* praeterea Turpilius Leucadia dixit.

Ne me attigas, atque aufer manum, eia quam ferocula es?

Vide Nonium. Quin ipse Plautus non semel.

EP. *Numquam hercle hodie, nisi supplicium mihi das, me solui sinam*.

Longe dissentio a doctissimo Lambino, qui supplicium nobis poenam interpretatur. Sed posuit *Supplicium* pro supplicatione: vide vero Epidici etiam in calamitate sua superbiam, qui ut solui vellet, etiam orari se cupiebat. Sic paulo post iterum dicit.

Numquam hercle hodie, nisi me orassis, solves.

Porro eadem notione dixit Salustius: *In suppliciis deorum magnifici*. Accius Epigonis.

Nunc pergamus, suppliciis placans coelitum aras expleam.

Afranius Fratriis.

——— *nullam profecto accessi ad aram, quin deos*
Suppliciis, sumtu vatis, donis, precibus, plorans, obsecrans.
Nequidquam defatigarem. ———

Dixit autem Plautus *Supplicium dare*, quomodo *Dare bona verba*. Respondet Epidico Periphanes.

Optimum atque aequissumum oras soccos, tunicam, pallium
Tibi dabo. ———

Auget vet. cod. *Quom optimum atque aequissumum oras soccos*, &c. Quod tolerari potest; nisi quis mavelit. *Quamoptimum atque aequissimum oras, soccos*, &c. Lectori optio est eligendi quod velit.

Novo liberto opus est quod pappet. PE. *dabitur, praebebo cibum*.

Scribendum est, *papet*. Transtulit autem a potu ad cibum, nam proprie est sugere; *Papae* enim, & ὑποκοριστικῶς *Papillae* antiquis dicebant-

cebantur capitula mammarum, teste Festo. Igitur a *Pupa* est *Papare*, ut a *Ruma*, *Rumare*. Vtitur etiam Persius Sat. III.

Et similis regum pueris papare minutum
Poscis, & iratus mammae lallare recusas.

Quod autem Varro apud Nonium papas dicit a pueris adpellari cibos, nihil id sententia nostrae adversatur, nam lac tam cibum quam potum illis praestabat initio, & ut paulatim solidioribus cibis adsuefierent, crustula & talia panificia infriabantur, & sic porrigebantur, ut etiam hodie fit. Hoc lac, ut & mammam, anxie flagitantes *Pa Pa* syllabas geminatas efferebant sono naturaliter omnibus infantibus insito, atque inde factum est, ut ab isto eorum clamore *Papa* vocaretur & mammae caput, & lac illud, quod & nos hodie littera una minus *Pap* indigitamus. Hinc est quod Comicus *Papare* etiam pro edere usurpaverit. Hinc etiam *Papaver*, quia papae indebatur adversus insomniam.

VIRO CLARISSIMO

MARCO VELSERO

EXCONSVLI, ET SEPTEMVIRO AVGVSTANO.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

QVae humanitas tua est, V. Cl. amorque in Musas, non illibenter videbis haec mea ad Bacchides Plauti, Plauti inquam, quem tantopere olim in delitiis ipsae Musae habuerunt. An aliquid effecerim, iudicabis; equidem spero; sin autem, saltem bonae voluntatis conscientia me consolabor. Solet enim in rebus omnibus, si minus effectus sequitur, conatus placere, laudarique. Induxit hanc legem naturae humanae imbecillitas; nam labimur plerumque, quum minime volumus, & maxime contendimus, ut stemus.

AD BACCHIDES.

CAPVT PRIMVM.

Lepidu' s. Intus argentum. Ecferri. Turbat, παθητικῶς. Decedimus. In mentem est Furtum facere aetati.

SCena *Quid si hoc*. Tandem Bacchidis blandidicis & suadis dictis pellectus Pistoclerus, spondet ei operam & animum suum.

Tuus sum, tibi dedo operam. BA. *lepidus es: ego te facere hoc volo.*

Vet. cod. *lepidus, nunc*, &c. Scripserat Plautus: *lepidu' s*. Nec aliter. Librarii scioli temere mutarunt.

Ego tibi argentum iubeo iam intus efferri foras.

Lego ex Charisio lib. II. *ecferri foras*. Quod ἀρχαϊκὸν, ideoque Plauto dignius. Porro notanda phrasis, *Argentum intus*, pro eo quod intus est. Sic *Patera intus* Amphitruone.

Tu Thessala intus pateram proferto foras.

Et *Intus cocus* Menaechmis.

Evocate intus mihi coquum Cylindrum actutum foras,

Est autem Graecismus.

——— BA. *aliquantum, soror.*
Simul hic nescio qui turbat: qui huc it, decedamus, soror.

Vet. cod. *nescio qui turb' est, quin hinc decedimus*. Recte omisso τῷ *soror*; quod ex fine versus antecedentis male erat repetitum. Sed malo, *nescio qui turbat*. Vt sit Ἀρχαϊσμός. Veteres enim *Turbo*, *Muto*, *Augeo*, & talia παθητικῶς usurpabant. Praeterea lego cum vet. cod. *quin hinc decedimus*, sed syllaba penultima producta, ut sit a *Decedim*; quomodo olim efferebatur, sicut *Edim*, & alia ad eam faciem. Sc. *Iamdudum*.

Quo nunc capessis tete hinc adversa via?

Lego cum vet. cod. *capessis tu te hinc a. v.*

LY. *Quid tibi commercii est cum dis damnosissimis?*
PI. *Mali sunt homines qui bonis dicunt male;*
Tu dis nec recte dicis, non aequum facis.

Concinnius meo quidem animo. *Tu dis nerecte*. Vide quae supra notavi ad Asinar. capit. I. Iudicent docti; temerarius esse nolim.

PI. *Fiam, ut ego opinor. Hercules, tu autem Linus.*

Lego, ut erat in vet. cod.

Eia nunc esse egod opinor Hercules, tu a. L.

Vt sit octonarius. Est vero Graecismus. Paulo ante dicit Pistoclerus.

Iam excessit mihi aetas ex magisterio tuo.

Sed malim cum v. cod. *ex magistratu tuo*. Sequitur. *Pol*

Pol metuo magis, ne Phoenix tuis factis suam,
Teque ad patrem esse mortuum renuntiem.

Putarim recte legi posse: *tuis fatis*.

Compendium edepol haud aetati optabile
Fecisti, quum istanc nactu' s impudentiam.
Occisus hic homo est: ecquid in mente est tibi
Patrem tibi esse? ———

Lego tertio versu. *Occisus hic homo es*. Atque hoc ex coniectura: altero membro ex vet. cod. *ecquid in mentem est tibi*. Nihil rectius: atque iam olim de phraseos huius integritate disputatum ab Agellio lib. I. cap. VII.

PI. *Istactenus tibi Lyde libertas data est*
Orationis: satis est, sequere me hac, ac tace.
LY. *Edepol fecisti furtum in aetate malum,*
Quum istaec flagitia me celavisti, ac patrem.

Secundo versu ex auctoritate veteris codicis lego *sequere me, ac tace*: extrita vocula, quae numeros nimis turbat. Tertio vero in vet. cod. erat: *f. furtum aetati malum*. Quod rectius censeo. *Furtum aetati facere* dictum est, quomodo *Fraudem facere*.

CAP. II.

Im. Formus. Formaster. Uxores a maritis Iunones dictae. Primumdum. Remulco sequi. Statuere, pro Sistere.

HAec observata mihi in primum Actum, transeo ad secundum; modo temere non est in Actus distribuere fabulam principium tam mutilam. Quod quum ita se habeat, quis mihi audebit spondere eos nos Actus hodie tenere, quos olim dissignarat Plautus? Sequar tamen, quando aliter non licet, vulgatas editiones.

Herilis patria salve, quam ego biennio,
Postquam hinc in Ephesum abii, conspicio libens.

Augeo carminis gratia ex vet. cod. *nunc conspicio libens*. Sc. *Mirum est.*

— *ecquid nam meminit Mnesilochi*. PI. *rogas?*
Immo unice unum plurimi pendit? CH. *papae!*

Putem veram isthanc coniecturam meam. *Im unice*. Nam *Im* pro *Eum* veteres dicebant, quod notum est.

Sed Bacchis etiam fortis tibi visa est? PI. *rogas?*
Ni nactus Venerem esse, hanc Iunonem dicerem.

Corrigo, *etiam formis tibi v. e?* Ita Milite, Sc. *Quid mihi.*

PA. *Convenit*. PY. *ecquid fortis visa est?* —

Iterum *formis* legendum censeo. Quam autem locorum horum depravatio non sit χθὲς καὶ πρώην nata ex eo facile adparet, quod Servius doctissimus Grammaticus, & Nonius hinc *Fortis* pro formoso accipi voluerint ostendere: sed quam ambo falsi sint, nemo posthac dubitabit. Iam *Formis* veteres illos dixisse certum est vel ex compositis, *Conformis, Deformis, Efformis, Informis*. Dicebant etiam *Formus* eadem notione, non pro calido tantum, ut *Inermus, Inermis*; & infinita talia: hinc *Formaster*, ut *Surdus, Surdaster*, aliaque ad eam faciem. Titinnius.

Aut hic laetaster, aut formaster frigidus.

In sequenti vero versu transponenda sunt dearum nomina.

Ni nactus Iunonem essem hanc Venerem dicerem.

Vult enim dicere tanta eam forma esse, ut nisi vereretur iram uxoris suae, quae se formosissimam arbitrabatur, ipsissimam hanc esse Venerem diceret. Adludit ad contentionem dearum de forma. Notum illud Poetae.

——— *manet alta mente repostum*
Iudicium Paridis, spretaeque iniuria formae.

Iunonem vero adpellat uxorem suam, ut solebant mariti omnes. Sic ille senex Casina, Sc. *Omnibus rebus.*

Eia mea Iuno, non decet te esse tam tristem tuo Iovi.

Sc. *Ibo in Piraeeum.*

CH. *Vulcanus, Sol, Luna, & Dies dei quatuor,*
Scelestiorem nullum hoc illuxere alterum.
NI. *Quemne? Archidemidem?* CH. *quam, inquam, Archidemidem.*
NI. *Quid fecit*. CH. *quid non fecit? quin tu id ex me rogas?*

Scribo ex vet. cod. *nullum illuxere*, extrito *hoc*, quod superfluere non invitus arbitror. Tertio versu personas ita constituo.

NI. *Quemne? Archidemidem?* CH. *quem inquam*. NI. *Archidemidem?*
Quid fecit? CH. *quid non*, &c.

Fallor plane, aut recte emendavi. Ne tamen auxilium maligne dissimulem, etiam, *quem inquam?* legitur in veteri exemplari meo.

Primum dum inficias ire coepit filio.

Semel & hoc monebo, ubique scribendum *Primumdum*, ut supra *Primodum*. Talia erant ista. *Nondum, Necdum, Nedum, Ehodum.*

Ubi portu eximus, homines remigio sequi.
Neque aves, neque venti citius.

Vett. codd. *homines remulco sequi*. Quod si rectum, poterit Festus hic oculos habuisse nonnemini videri, quum scriberet. *Remulco, est quum scaphae remis navis magna trahitur*. Ergo sensus erit huius loci. Sequebantur nos scaphae, navim magnam, cui ea adligata, trahentes: eoque est maior ὑπερβολὴ in istis, quae addit. *Neque aves, neque venti citius.*

——— *quoniam sentio*
Quae res gereretur, navem extemplo statuimus.

Insolenter heic *Statuere* dixit pro *Sistere*. Adparet itaque quem Auctorem sequatur Arnobius noster lib. I. *Famuli eius hoc modo statuerunt errantes aquas, & a pernicie corporum suos labi iussere per tramites*. Similemque Cypriani locum produxi Critici lib. I. cap. XII.

CAP. III.

Megabyzus. Consimil. Mendicum vivere. Medecum.

EAdem Scena.

NI. *Quis istic Theotimus est?* CH. *Megalobuli filius.*
Qui nunc in Epheso est Ephesiis carissumus.

Lego,

Lego, *Megalobyzi*, vel, quod idem valet, *Megabyzi*, quomodo erat in vet. cod. Suidas. Μεγάβυζος, ὄνομα κύριον. *Megabyzus, nomen proprium*. Quintilianus lib. v. cap. XII. *An vero statuarum artifices, pictoresque clarissimi, quum corpora quam speciosissima fingendo pingendove efficere cuperent, numquam in hunc inciderunt errorem, ut Bagoam aut Megabyzum aliquem in exemplum operis sumerent sibi?* Quod autem maxime hanc emendationem stabilit, invenio eidem illud muneris fuisse, quod filio Theotimo: clare ecce tibi Plinius lib. XXXV. cap X. *Pinxit & Megabyzi sacerdotis Dianae Ephesiae pompam*. Et mox capit. XI. *Ephesi vero & Megabyzi sacerdotis Ephesiae Dianae sepulcrum*. Diogenes Laertius lib. II. in Xenophonte. Γενόμενος δ' ἐν Ἐφέσῳ, καὶ χρυσίον ἔχων, τὸ μὲν ἥμισυ Μεγαβύζῳ δίδωσι, τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεῖ, φυλάττειν, ἕως ἂν ἐπανέλθῃ. εἰ δὲ μή, ἄγαλμα ποιησάμενον, ἀναθεῖναι τῇ θεῷ. *Quum vero Ephesi esset, & aurum haberet, dimidium quidem Megabyzo, Dianae sacerdoti dat, ut custodiret, donec reverteretur; sin minus simulacrum faceret, & Deae dedicaret*. Hesychius. Οἱ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεῖς, καὶ οἱ στρατηγοὶ τοῦ περσῶν βασιλέως Μεγάβυζοι. *Dianae sacerdotes, & Praetores Regem Persarum Megabyzi*. Strabo lib XIV. ubi de Dianae Ephesiae templo agit, commemorat generali nomine ita omnes eius Deae sacerdotes adpellatos, eunuchosque fuisse: & custodiae socias virgines habuisse. Ἱερέας δὲ εὐνούχους εἶχον οὓς ἐκάλουν Μεγαλοβύζους, καὶ ἀλλαχόθεν μετιόντας ἀεί τινας ἀξίους τῆς τοιαύτης προστασίας, καὶ ἦγον ἐν τιμῇ μεγάλῃ. συνιερᾶσθαι δὲ τούτοις ἐχρῆν παρθένους. *Sacerdotes vero Eunuchos habebant, quos vocabant Megalobyzos, & aliunde accedentes semper quosdam huiusmodi praefecturae dignos, & ducebant in magno honore; consecrari vero cum his virgines oportebat.* Sed hoc quid est, quod Plautus dicat Theotimum filium Megabyzi, si Eunuchus ille Megabyzus? Explico. Megabyzi filius idem valet ac si dixisset Megabyzus (nam adpellativum illud nomen fuit) quomodo ἰατροῦ παῖς pro eo quod est, ἰατρός. Meminere praeterea Megabyzi Cicero in Oratore, & Plutarchus in vita Alexandri. Haec scripseram quum monuit me Eitzo Tuarda, iuvenis mei & doctrinae elegantioris amantissimus, Turnebum iam olim hunc Plauti locum emendasse. Sc. *Multimodis*.

Nimio praestat impendiosum te quam ingratum dicier.
Illum laudabunt boni, hoc etiam culpabunt mali.

Putem rectius esse, *honc etiam*. Nisi velimus dicere eodem omnino modo extulisse, quo Amphitruone, *Cal est*, pro *Qualis est*. Neutrum similiter vicem masculini: Captivis item, *Fac fidele sis*, pro *fidelis*. Sc. *Nunc experiar*.

Propter me haec nunc meo sodali dici discrucior miser,
Innocens subspicionem substinet caussa mea.

Mutilus, ut ex metri dimensione adparet, postremus versus, quem ex veteri codice ita rescribo.

Ille innocens, &c.

Haud consimili ingenio atque ille est, qui in lupanari accubat.

Non dubitem rescribere, *consimil ingenio*, Male adhaeserat fini prima litterula dictionis sequentis, nam veteres *Consimil* pro *Consimilis* efferebant, ut notavi ad Amphitruonem capit. v. Vide si operae est.

Quin ego quum peribat vidi, non ex auditu arguo.

Lego ex vet. cod. *ex audito*. Sc. *Amiciorem*.

Mendicum velim mendicando vincere.

Sambuci clarissimi, & meus vetus codex, *vivere*. Optime. Ita Amphitruone.

Virtute dixit vos victores vivere.

Ibi *victores vivere*, dixit, ut heic *Mendicum vivere*. Sc. *Rebus aliis*.

Mnesilochum ut requiram, atque ut eum mecum ad te ducam simul.

Camerarii editio, *ut eum medicum*: unde certa coniectura colligo scripsisse Comicum nostrum, *ut eum medecum*, ἀρχαϊκῶς. Nam *Medecum* pro *Mecum* veteres pronuntiabant. Hoc tam verum, quam

Pythia quae tripode ex Phoebi lauruque profatur.

CAP. IV.

T. pro S. olim scriptum. Perge hac. Nerelle. Miles extra ordinem correcta. Dentifrangibulae manus. Haec pro Hae. Mis. Hellenismi notati. Acra. Turpilius restitutus.

ACt. IV. Sc. II.

Quid istuc? quae istaec est pulsatio?

Nemo non videt mutilum esse versum, quem ex veteri codice ita suppleo.

Quid istuc est? quaenam istaec est pultatio?

Iam τὸ *Pultatio* quoque dignius Plauto, quam *Pulsatio*: quia *T* pro *S*, scribebant. Tale est quod apud Festum legimus. *Mertat pro mersat dicebant*. Item. *Adgrettus, apud Ennium. Adgrettus fari, pro eo quod est adgressus ponitur*. Sic Milite Sc. *Cohibete*.

Cedo tres mihi homines orichalco contra cum istis moribus.

Vaticanus alter, *contra hentim istis*. Vnde & Lipsius *contra empsim*. Magis ἀρχαϊκῶς, & Plautinius, *contra emptim*.

Nae tibi hercle haud longe est os ab infortunio,
Ita dentifrangibula haec meis manibus gestiunt.

Necessario locus corruptus. Corrigo, *dentifrangibulae haec mis manus*. Gestiunt, inquit, mihi manus dentifrangibulae, ut Amphitruone; *gestiunt pugni mihi*. Iam vero *Haec* pro *Hae* est ἀρχαϊσμός, ut alibi ad hunc ipsum Comicum ex Terentio adnotavi. *Mis* quoque pro *Mei* ἀρχαϊκὸν est, & ἑλληνικόν. Sic infra Trinummo. Sc. *Salsipotenti*.

Quos penes mei potestas boni misque foret, & mea vitae.

quem locum temere sollicitant viri docti, nam *boni mis* est ἐναλλαγὴ numeri valetque, τῶν ἐμῶν κτημάτων. Similis Hellenismus Menaechmis, Sc. ultima.

——*quid? vostrum patri*
Filii quot eratis?
Id est, τῷ πατρὶ ὑμῶν. Itaque errat Colvius, qui mutat, reponitque *vos tum patri*, etsi satis ingeniose. Sed est boni Critici, acumen ingenii acrimonia iudicii temperare. Sc. *Petulans*.
Incredibilis, imposque animi, inamabilis, illepidus vivo,
Malevolente ingenio natus.——
Omnino recta & vera Plauti lectio, quae in vet. cod. *Malevolente Genio natus*. Nam veteres genium natalitii diei praesidem existimabant. Vide quae fuse Spicilegii Theocritici cap. IV. si tanti est.
——*postremo id mihi est, quod nolo*
Ego esse aliis.——
Rectius vet. cod. *quod volo*, pro, *quod potius volo*. Consuetum vero est aliis Scriptoribus ita concise loqui, ut *Magis*, *Potius*, subintelligant. Mos autem olim quum mala a se amoliri vellet, aliis ea, hostibus maxime, imprecari. Plene de ea re dixi in Commentario Lycophroniano, ad ea verba.
Δαίμων δὲ φήμας ἐς τὸ λῷον ἐκδραμεῖν
Τεύξειε.——
——MN. *perii. multa mala mihi in pectore*
Nunc acria atque acerba eveniunt.——
Vet. cod. *acra atque acerba*. Rectissime. *Acra* pro *Acria*; merus ἀρχαϊσμός. Nam veteres inflectebant *Acer*, *Acri*, secunda declinatione, ut *Magister*, *Puer*, *Pulcer*. Hinc est quod in Glossario legitur. *Acrum*, Δριμὺ, Δεινόν. Charisius lib. I. *Acrum tamen pro Acrem Cn. Matius Iliad.* 15. *Vindex lib.* I. *notat*. Sc. *Hunc hominem*.
CH. *Vix videtur fieri posse*. MN. *perge: ac facile haec feceris.*
Vet. cod. MN. *perge hac*. Nihil rectius. Deinde audeam dicere legendum; *facile ecfeceris*. ἀρχαϊσμῷ. Iam *Perge hac* elegans dictio, & Plauto dignissima.
Evax nimis bellus, atque ut esse maxime optabam, locus.
vet. cod. omissa vocula, *atque esse m. o.* Optime; nam *Atque* idem valet quod *Vt*.
Chrysalus mihi usquequaque loquitur nec recte pater.
Quidquid alii sentient, ego corrigo libere, *loquitur nerecte*. Id est, male dicit, convitiatur. Sic supra hac eapse Comoedia, & Asinaria scribendum monui, & in Phasmate. *Ne recte si ille dixeris*. Durpilius Demetrio.
Nerecte dici mihi quod iamdudum audio.
Nec quidquam Festi me auctoritas momet, qui indubie libris corruptis usus fuerit.

CAP. V.

Treuni passus. Artema. Solere. Turpilii Demetrius; atque ad eam forte a Plauto respectum.

SCena *Constringe*. Quam lepide ludit Chrysalus Nicobulum senem.
CH. *Sequere hac me, faxo iam scies*. NI. *quo gentium*.
CH. *Tres unos passus*. NI. *vel decem*.
Vet. cod. *Treunos passus*. Optime. *Treuni* passus valent, *Tres uni*, id est, *soli*. Librarii scioli quum non caperent elegantiam vocis tam lepide fictae atque compositae, temere pro moro suo more correxerunt.
——*agedum tu Artamo,*
Forem hanc pauxillum aperi placide, ne crepa.
Mendum est, ut in ipso scenae huiusdem initio.
Constringe tute illi, Artamo, actutum manus.
Et vereor ut servo illi lorario *Artema* nomen fuerit, itaque utrobique rescribendum. Varro lib. VII. de Ling. Lat. *Tres quum emerunt Ephesi singulos servos, nonnumquam alius declinat nomen ab eo quod vendidit Artemidorus, atque Artemam adpellat: alius ab regione, quod ibi emit, ab Ionia Ionam: aut ab urbe Epheso Ephesium: sic alius ab alia aliqua re, ut visum est.* Sed temere non mutaverim tamen Sc. *Meamne*.
CH. *Pacisci cum illo paulula pecunia*
Potes. NI. *paciscere ergo, obsecro, quod tibi lubet*
Dum ne manifesto hominem opprimat, neve evicet.
Secundus versus non constat, itaque ut sit ternarius, quales reliqui, rescribo ex veteri codice.
CH. *Pacisci cum illo paula pecunia potes.*
NI. *Paciscere ergo, obsecro, quod t. l.*
Omnino ita debet.
Vt ille cum illa neque cubat, neque ambulat,
Neque osculatur, neque illud quod dici solet.
Veram lectionem eruo addita una littera a prima vocis sequentis, ut fieri aliquoties amat, propter similitudinem absorpta. Scribo ergo.
——*neque, illud quod dicis, solet.*
Solvere veteribus nihil aliud erat quam Συνουσιάζειν. Cistellaria. *Cum viris praedicant suis non solere.*
Satin' est, si plura ex me hodie audiet mala,
Quam audivit unquam Clinia ex Demetrio?
Lambinus Plautum hic respicere arbitratur ad aliam aliquam Comoediam perditam, in qua Demetrius aliquis inducatur acriter filium Cliniam obiurgans. Simeo Bosius, acutissimi vir ingenii, ad aliquam alius veteris, cui adsentior; & addo, ex Turpilii Demetrio, quam Grammatici frequenter citant, desumta videri.

CAP. VI.

Relectus. Exquirit sibi. Plauti negligentia notata, Turbela. Fugela. Confugela.

SCena *Atridae*.
——*Mnesilochus Sinon est,*
Relictus ille non in busto Achilli, sed in lecto accubat.
Lego, *Relectus*, id est religione destinatus: porro Achillem pro Palamede posuit, quales nominum propriorum confusiones etiam ad Ly-

Lycophronem observavimus. Vide historiam Sinonis manibus Palamedis destinati fraude Vlyssis, ut aiebat, apud Virgilium AEneid. II. Observanda autem hic verbi *Relegere* secretior notio, de qua dixi Crit. Arnob. lib. IV. cap. VIII edit. ultimae.

Dolis ego deprensus sum, ille mendicans paene inventus interiit.

Dum ibi exquirit fata illorum. ———

Recte ingeniosissimus Gulielmius legendum vidit *Iliorum*. Porro ex vet. lib. *Dum sibi exquirit*, corrigo. *Sibi exquirit* eleganti phrasi dixit: Cato de R. R. capit. CLVIII. *Si vis bene tibi deiicere, sume tibi ollam.* Petronius. *Proxima ergo nocte, quum miles, qui cruces adservabat, ne quis ad sepulturam corpora detraheret, notasset sibi, & lumen inter monumenta clarius fulgens*, &c. Et alii Auctores non infrequenter.

Paria item tria eis tribus sunt fata nostra huic Ilio.

Putem scripsisse Sarsinatem nostrum, *nostro huic Ilio*. Certe multo elegantius.

Num dudum primo ut dixeram nostro seni mendacium.

Nihil certius, quam legendum esse ex vet. cod. *Priamo ut dixeram*. Nicobulo enim Priami personam imposuit, quod ex sequentibus abunde liquet, etsi supra dicat.

Nostro seni huic stolido, ei profecto facio nomen ego Ilio.

Sed scio Plauti oeconomiam non hoc solum loco esse tam accuratam, prout decorum tanto poetae.

Tantas turbellas facio, sed crepuit foris.

Corrigo, *turbelas facio*, nec est quod quisquam ὑποκοριστικὸν mihi obgerat, nihil audio. Geminus locus Pseudolo, Sc. *Si ex te tacente.*

Quo pacto, & quantas soleam turbellas dare.

Etiam ibi *turbelas* scribendum. Vide Festum. Veteres autem dicebant, *Turba*, *Turbela*: ut *Suada*, *Suadela*. *Adsida*, *Adsidela*. *Fuga*, *Fugela*; unde est apud Festum. *Confugelam antiqui confugium dicebant*. Iam & hoc argumento esse potest Plautum *turbellas* non scripsisse, quod veteres consonantes non geminabant.

NOBIL. CLARISS. VIRO

THEODORO CANTERO

EX CONSVLE ET SENATORE VLTRAIECTINO.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

N*ARRO tibi V. Clariss. numquam dignior fui, cui Horatii isthoc occentaretur.*

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Vide enim quam me spes mea fefellerit. Cogitabam principio XX. libros in hunc Plautum, nunc haec pauxilla folia vix exsculpo. Ita nimirum saepe frustra sumus, & quae speramus minus eveniunt. Has ad Mostellariam Notas mitto, ut auferant abs te aut laudem, si merebuntur; aut culpam: non itaque vota mea destitues. Hoc ultro profiteor, vix mihi satisfacere, nisi tibi; vereri etiam in iis, quae satisfaciunt, ne sim Catulli Sufenus. Tu iudicabis; quid enim Momus quispiam censuerit, non laboro; sandalium ille culpabat, quum Venerem ipsam non posset.

AD MOSTELLARIAM.

CAPVT PRIMVM.

Carnificium. Simulatrices. Offigere. Meditabo.

IANI Gulielmii elegantissimo ingenio Plautus eiusque studiosi plurimum debent: vel hoc ipsum, Mostellariam cum Phasmate eamdem esse, quam sagaciter odoratus est? Labi tamen eum nonnumquam, id est, humanitus facere: omnino certum. Ecce prima Scena Actus primi in istis verbis.

O carnificinum cribrum, quod credo fore:

Ita te forabunt patibulatum per vias

Stimulis, si huc reveniat senex.

Mutat, legitque *Stimuli*, pulcre quidem; immo nec pulcre, quia non Plautine: induxit vero in errorem loci depravatio non animadversa. Nam Plautus, *O carnificium cribrum*, scripsit indubie, ut habet vet. cod. *Carnificium* est venustus ἀρχαϊσμὸς, pro *Carnificinum*.

Sic

Sic dicebant *Hominium*, *Meretricium*, & talia. Ergo sensus est. O carnificum cribrum quod credo fore, ita te forabunt (s. carnifices) stimulis, &c.

Nunc rus abibo; *nam herilem filium*
Video corruptum hic ex adolescente optimo.

Omnino recte vetus meus, & Sambuci codex: *nam eccum herilem*; nam haec ista δεικτικῶς a Grumione efferuntur. Sc. *Iam pridem*.

Vix comprimor quin involem illi in oculos stimulatrici.

Lego, *simulatrici*. Simile paulo post.

In anginam ego nunc me velim verti, ut veneficae illi
Fauces prehendam, atque enicem scelestam stimulatricem.

Iterum lego, *simulatricem*. Nam *Simulatrices* adpellabantur sagae, ac veneficae. Statius.

Cholchis, & AEaeo simulatrix littore Circe.

Vide Scaligeri in Cirim. Veneficas autem mulieres convitio dici nemo ignorat.

Lepide dictum de atramento atque ebore: euge, plaudo Scaphae.

Numquam ita scripsit Comicus; quin, si quid iudicio, haec vera lectio.

——— *eugepae, laudo Scapha*.

Sc. *Iupiter supremus*.

Sed ea lege, ut adsigantur bis pedes, bis brachia.

Dignius Plauto, quod in vet. cod. *ut offigantur*. Nam *Offigere* veteres pro *Affigere* pronuntiabant.

TR. *Philolaches*. PH. *quid est?* TR. *ego, & tu*. PH. *quid, & ego, & tu?* TR. *periimus*.

Corrigo. TR. *& ego, & tu*: quod rectum esse subsequens Philolachetis interrogatio abunde acuto Lectori idem faciet.

PH. *Nullus sum*. TR. *taceas; ego, qui istaec sedem meditabor tibi*.

In Sambuci MS. erat: *medicabo*. Vera lectio, *meditabo tibi*. Ἀρχαϊσμὸς est; amabant enim Plautini aevi Scriptores invertere verborum genera. Vide Nonium De contrariis verborum generibus.

——— TR. *abscede ab ianua*.
Euge, obsecro hercle. TH. *quo fugiam? etiam tu fugis?*

Certissimo verum, quod in Sambuci & meis veteribus codicibus invenio, *Fuge obsecro*. Et pessimo iure hactenus vox spuria retenta est. Vel Theuropidis responsum poterat persuadere, si non praecedens iste locus plane geminus.

TH. *Quid iam?* TR. *fuge obsecro, atque abscede ab aedibus*.
Fuge huc, fuge ad me propius. —

Sed haec non erant probanda, quum Plautum ita scripsisse magis clarum sit, quam meridie lucere: itaque qui refragetur, eum ego iubeam Diogenem Cynicum imitari, & ἅπτειν λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ. Sc. *Scelestiorem ego annum*.

TH. *Quo tu te agis?* TR. *nec quoquam; nae ego sum miser*,
Scelestus, natus diis inimicis omnibus.
Iam illo praesente adibit, nae ego homo sum miser.
Ita & hinc & illinc exhibent negotium.

Nihil iudicio, nisi transpositi postremi versus; hoc modo restituo, & interpungo.

——— *nae ego sum miser*
Scelestus, natus diis inimicis omnibus.
Ita & hinc & illinc exhibent negotium.
Iam illo praesente, &c.

Non est quod quisquam in Crisii mihi quidquam accredat, si non recte emendavi.

DA. *Quin tu istas mittis tricas?* TR. *numquam potuisti mihi*
Magis oportunus advenire quam advenis.

Plenius in Sambuci MS. & vet. cod.

DA. *Quin tu istas mittis tricas?* TR. *Quin quidvis cedo*.
DA. *Vbi Philolaches est?* TR. *numquam potuisti mihi magis opportunus*, &c.

Et multo melius! cur enim haec de Plautino fundo eiiciamus causae iustae nihil est, quum optime conveniant.

Sed arraboni has dedit quadraginta minas.

Quod saepius antea ex vet. cod. heic coniectura rescribo *mnas*, Graeca inflexione, metris poscentibus.

CAP. II.

Ferriterium. Ferritribax. Ara Apollini a Comoedis constituta.

SCena *Melius anno*.

——— SI. *tunc tibi*
Chorda tenditur: inde in ferriteruum,
Postea in crucem recta.

Recte V. N. Ianus Dousa *ferriterium* suspicatur, itaque signate in vet. cod. erat. *Ferriterium* heic vocat, lepide efficto vocabulo, quem *Ferritribacem* supra Sc. *Iupiter supremus*,

Vbi sunt isti plagipatidae ferritribaces viri?

Sic *Scelus*, pro scelesto. *Servitium*, pro servo; & talia.

TH. *Dormiunt?* TR. *illud quidem, ut connivent, volui dicere*.
TH. *Satin' habes? ut quidque magis contemplor, tanto magis placet*.

Personas ita distinguendas arbitror.

Satin' habes? TH. *Vt quicque*, &c.

Indubiae haec Tranionis verba sunt, quibus rogabat an iam satisfactum sibi existimaret, ad quod Theuropides respondet, ut magis singula contemplaretur, eo placere magis. Iudicabis serie Lector.

TH. *Apage istum a me perductorem, nihil moror ductarier*.
SI. *Quid? quid est?* TH. *errabo potius, quam perducet quispiam*.
SI. *AEdis dico*. TH. *ergo intro eo sine perductore*. SI. *i, licet*.

Vet. cod. TH. *ergo intro eo, sine perductorem*, SI. *i, licet*. Quod rectum, pro *omitte perductorem*. SC. *Illi bucedae*.

TH *Vera cantas, vana vellem*. PH. *patris amicus videlicet*.

Volunt viri docti τὸ *es* subintelligi: nego, & Plautum scripsisse dico: *patris amicu' 's videlicet*. Sc. *Qui homo*. Nequissimus & astutissimus servorum Tranio, cavere sibi ab heri

Theu-

Theuropidis volens insidiis, aram occupat, praetexens aversurum se Simonis servos quaestioni habendos, ne eo confugere possent. Haec eius verba.

——faciundum edepol censeo.
Ego interim hanc aram occupabo.—

Adnotat quidem eruditissimus Lambinus morem fuisse servorum ut deprecandi causa ad aram confugerent, & rectissime illud; hoc vero addidisset vellem, quomodo heic ara in proscenio. Quoniam ergo neglexit, non ingratum, opinor, lectori erit, si exponam. Sciendum autem Comoedos aram in proscenio constituere solitos fuisse in Apollinis honorem, cui Comoedia sacra, ut Libero patri Tragoedia. Sic etiam apud Terentium ecce aram praesentem, Andr. Act. IV. Sc. IV.

—ex ara hinc sume verbenas tibi,
Atque eas substerne.—

Quo loco vetus eius Interpres. *Ex ara, scilicet Apollinis, quem* Δήλιον *Menander vocat; aut quod Apollini Comoedia dicata est, in cuius honorem aram constituebant Comoediam celebrantes.* Hinc nimirum toties ararum mentio in aliis Plauti fabulis.

VIRO CLARISSIMO

IACOBO MONAVIO

PATRITIO VRATISLAVIENSI, ET DVCIS SILESIAE CONSILIARIO.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

NEC tu mihi insalutatus esse debes, V. Cl. si grata tamen salus esse potest, quae onus adfert: talis enim haec mea. Sed mentior: onus non est, quia tibi non videbitur, cui nihil grave, quod amicis impendis, quod Musis. Amicis dico, & in eorum numerum ultro me nihil tale exspectantem adscivisti. Amorem tuum declararunt tam uberes laudes meae, quas in litteris ad D. Vulcanium tribuis: quamvis quid meae? tuae potius sunt, quum a te proficiscantur: sed & meae, qui κοινὰ τὰ τῶν φίλων: *nosti illud* ἀπόφθεγμα. *Equidem velim nimis pro tam admirabili humanitate uti aliquam reponere gratiam possim, non enim dicam dignam: quod si contendam, nihilo melius faciam, quam si velim* ἄμμον μετρεῖν. *Sed desino. In Plauti hisce iuva me, amabo, iudicio tuo.*

AD MENAECHMVM.

CAPVT PRIMVM.

Antelogium. Macrobius correctus. 'Ab se. Opima spolia Iovi Feretrio figi solita. Amentum. Submentum. Amen. Arnobius correctus. Omentum. Madectum.

IN ipso Argumento.

Et bis germanum, postquam adolevit, quaeritat
Circum omnes oras, post Epidamnum devenit;
Hic fuerat auctus ille subreptitius.

Non me latet τὸ *Auctus* pro *Adoleverat* exponi a Lambino, seorsum tamen libet sentire, & puto veram hanc coniecturam meam.

Huc fuerat avectu' ille subreptitius.

Nihil certe ad praesentem rem, de qua Comicus tractat, magis adpositum. Fulcrum praeterea, si vis, en tibi e Prologo.

Epidamniensis quidam ibi mercator fuit,
Is puerum tollit, avehitque Epidamnium.

In eo ipso legitur iste versus.

Huic argumento antelogium quidem hoc fuit.

Ad cuius παράδειγμα forte scribendum quoque in Macrobio Sat. lib. I. cap. XXIV. *Sed & Eustachius, & posthunc Symmachus meminerint, crastina dissertatione servari sibi antelogii functionem*, Lib. VII. cap. IV. *Hic adsensi omnes Praetextato antelogium detulerunt.* Hodie *anteloquii*, & *anteloquium* est in excusis. Temere tamen mutare nolo: nam cur ita non liceat dicere, quum ipse hic Plautus ad eamdem faciem *Multiloquium*, & *Pauciloquium* extulerit Mercatore. Pergo in Plauto. Sc. *Ni mala.*

Mane, mane obsecro hercle, ab se ecca exit.

Fallitur Lambinus, qui *ab se* interpretatur *domo sua*: nihil enim aliud est, quam *sponte sua.* Glossae Isidori. *Ab se spontaneus.* Sic rudente.

Nam haec litterata est, ab se cantat cuia sit.

Item

Item Truculento.

Sed nimium pol oportune ecce ab sese egreditur foras.

Nos quoque idiomate nostro dicimus, *Dan hem selden*. Sc. *Anime mi*.

Sustine hoc, Penicule, exuvias facere, quas vovi volo.

Vet. cod. *facere quasi Iovi volo*. Rectissime, nisi quod *pacere* legendum, quod veteres pro *Pangere*, sive *Figere* usurpabant: aut dicendum *F* pro *P* esse, ut in *Palanga*, *Falanga*. *Palatum*, *Falatum*. Lepide vero iocatur velle se pallam uxori ereptam quasi opima spolia Iovi figere, alludens ad antiquam consuetudinem, qua Iovi Feretrio opima spolia donabantur, ut ex Festo Pompeio cognoscimus.

ME. *Iube igitur nobis tribus apud te prandium accurarier.*

Atque aliquid scitamentorum de foro obsonarier.

Ita primus correxit magnus Turnebus, teste Lambino, cum in olim excusis esset, *si amentorum*. Ego legerim.

Atque aliquid, sis, amentorum de f. o.

Enumerat per partes edulia porcina. Dictum autem *Amentum* sive *Ammentum* (etsi non ignorem aliam notionem, de qua dixi Critici Arnobiani lib. IV. cap. XIV.) pars in animalibus mento proxima, quasi *Admentum*, *D* in *M*. εὐφωνίας χάριν mutato. Simili compositione *Submentum* in Glossis a Stephano vulgatis, magno bono Reip. litterariae, legi: In iisdem etiam *Armentum* est, quod idem valet, nam *Ar* pro *Ad* ἀρχαϊκὸν est, itaque peccavi olim cum volui sollicitare. Arnobius libro VII, concise *Amen* extulit, ut *Tormen*, *Momen*, *Fragmen*, talia. *Non magmenta, non augmina, non mille species, vel amen sanguinum, vel fitillarum, quibus nomina indidistis obscura, vulgoque ut essent augustiora fecistis.* Vel potius est placenta. Hesychius. Ἄμλω, εἶδος πλακοῦντος. Quod monuit me Fridericus Tiliobtoga, iuvenis eruditus. Sed locus Arnobii & mendosus, & luxatus, quales plures in eo Scriptore nuper ostendi: puto restitui posse: *non agmina, vel amen sanguineum, vel fritillam, non mille species, quibus nomina*, &c. Alii codices Plautini, ut monet Germaniae suae ornamentum insigne, Ioachimus Camerarius, habent *omentorum*; quod etiam rectum erit. Idem Arnobius eodem libro. *Quae causa, quae ratio est, ut caro strebula separatim, hirae solae, omenque solum augmentorum adiiciatur in causam?* ut correxi ex Romanae editionis vestigiis. Et Glossae exponunt *Omentum*, ἐπίπλοον. Inde *Isicia omentata*. Apitius. *Isicia omentata, pulpam concisam teres.*

Madida quae mihi adposita in mensam milvinam suggerant.

Ruit versus: Constituo octonarium, qualis est praecedens, scriboque. *Madicta quae*, &c. Ἀρχαϊσμὸς, pro *Madecta*. Nam veteres *Madectum*, *Humectum*, pro *Madidum*, & *Humidum* efferebant.

CAP. II.

Prachibere. Dissentare. Τιθωνοῦ γῆρας. *Tithonus.*

Scena *Nulla est voluptas.*

Orasque Italicas omnes, qua egreditur mare,

Sumus circumvecti. ———

Melius vet. cod. *quas adgreditur m.* id est, maritimas. Sc. *Sine fores.*

Saepe tritam, saepe fixam, saepe excussam malleo,

Quasi suppellex pellionis, palus palo proximus est.

Scio quid Lambinus dicat, sed tamen puto rectius. *Quasi supellex Pellionis*. Ludit Pellionem sua aetate Comoedum minorum gentium, quem & Bacchidibus perstringit.

Etiam Epidicum, quam ego fabulam ut meipsum amo,

Nullam aeque invitus specto si eam agit Pellio.

Nam de eo ibi intelligendum sagaciter odoratus est olim Ianus Gulielmius. Scena *Vt hoc.*

Vt hoc utimur maxume more moro

Molestoque multum,

In vet. cod. erat *more morum*. Vnde coniicio Plautum olim scripsisse.

Vt hunc utimur maxume morem morum,

Molestomque m.

Elegans ἀρχαϊσμὸς; Plautinus purus putus. Sed hoc paene monere omiseram scena superiori legendum potius videri.

Manifestum faxo iam opprimes sequere hac modo.

Non *Manifesto*. Nam *Manifestum opprimere aliquem*, sive *tenere*, s. mendacii, erroris, maleficii, phrasis optima, Graeci dicerent, ἐπ' αὐτοφώρῳ. Ipse Plautus postea.

Manifestum ego hominem umquam ullum teneri vidi.

Et alibi multoties. Sed redeo ad Scenam a qua abieram.

Sed ego illam non condonavi, sed sic utendam dedi.

Plauto dignius longe: *utendum dedi*; ut habebat vet. cod. Invenies quae huc pertinent, apud Agellium lib. I. cap. VII. Sc. *Vt aetas.*

Nec quid id sit, mihi certius facit,

Quid velit, quidve arcessat.

Lego ex vet. cod. *arcessit*, ut sit ἀρχαϊκόν. Veteres enim subiunctivos verborum tertiae coniugationis non per *Am*, sed per *Im* efferebant, itaque *I* ubique in inflectendo servabant.

Quando te auratam, & vestitam bene habet, ancillas, penum,

Recte praebet, melius sanam est, mulier mentem sumere.

Corrigo, *Recte prehibet*. Veteres enim *Praehibere* dicebant, quod posteriores per concisionem *Praebere*. Et ne quis temeritatis me damnet; scito ita esse diserte in vet. cod.

Dic mihi istuc Menaechme, quod vos dissertatis, ut sciam.

Valde heic se torquent eruditissimi iuvenes Gulielmius, & Colvius; ille *decertatis*, iste *disce-*

sceptatis legendum autumat. Pace manium utriusque, neuter bene. Certo certius est scripsisse Comicum nostrum, *quod vos dissentatis.* Veteres enim proferebant *Dissentare*, *Dissentire*: qua forma *Adsentari*, *Adsentiri*, & alia quamplurima. Inde *Dissentaneum*. Item *Consentare*, *Consentire*: unde *Consentaneum*.

MV. *Viden' tu illi oculos virere? ut viridis exoritur color*
Ex temporibus atque fronte! ut oculi scintillant: vide.
ME. *Quid mihi melius est, quam quando illi me insanire praedicant,*
Ego me adsimulem insanire. ——

Corrigo:

Viden' tu illi oculus lurere? ut luridis e. c.

Luridis, pro *Luridus*, antique. Nam veteribus secundam, & tertiam declinationem, ut & coniugationem, confundere nimisquam solens. Vult autem mulier dicere eum melancholicum esse, & insanum, quod ex responsione Menaechmi non ita obesae naris lectori facile liquet. Fundus vero emendationi huic meae geminus locus Capteiveis, Sc. *Quo illum.*

Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis?
Atra bilis agitat hominem.

Postea.

Barbatum, tremulum, Titanum, Cycno prognatum patre.

Extra controversiam vera coniectura mea, *tremutum*, *Tithonum*. Nam convitiatur seni Menaechmus, eumque per convitium *Tithonum* nominat. Similia Aristophanes.

Ἀνδρα Τιθωνὸν σπαράττων, καὶ ταράττων, καὶ κυκῶν.

Notum item proverbium, Τιθωνοῦ γῆρας, & Satira Varronis. *Tithonus*, περὶ γήρως. Porro pro istis *Cycno prognatum patre*, citat Priscianus libro IV. *qui lucet Cycno patre*. Vnde transposita litterula elici posset, *qui cluet*,

Iam ascendo in currum, iam lora teneo, iam stimulum in manu est.

Vet. cod. *in manum est*. Quod dignius Comico nostro.

CAP. III.

Socrus, masculino, & feminino genere a veteribus prolatum. Naevii Pellex adserta. Commentare. Commentacula Sectius. Mepte,

SCena *Edepol ne hic dies*. Menaechmus subreptus a socero suo relictus, ut curandus deferretur ad medicum, sic ait.

Abiit socer, abiit medicus, nunc solus sum proh Iupiter:
Quid illuc est quod me hice homines insanire praedicant.

Sed mendum est in primore versu, qui omni dubio procul ita ab ipso Plauto fuit scriptus. *Abiit socrus*: ut erat in vet. cod. Nam veteribus *Socrus* communis erat generis, quod ignoratum loco corrumpendo ansam exhibuit. Priscianus lib. VI. *Vetustissimi communiter hic & haec socrus proferebant.* Actius in Atreo.

Simul & Pisaea praemia arrepta a socru possedit suo.

Invenies etiam aliud exemplum apud Nonium, ex Naevii Pellice: ita lego, non Pellico. Sic alii Hetaeram, alii Meretricem, alii Prostibulum, nominarunt, Sc. *Per ego vobis.*

Nimis autem bene ora commentavi, atque ex mea sententia.

Non intellexerunt locum hunc viri magni Camerarius Lambinusque. Nam *Commentare* veteribus illis videtur usurpatum pro percutere, ferire; Liquet ex Plautinis his: itaque inde virgae, quibus sacerdotes iter sibi impedientes verberabant, ut a se amoverent, *Commentacula* adpellatae, ut Festus docet: itaque non recte existimo virum magnum *Commotacula* ibi reponere.

Haec nihilo mihi esse videtur secius quam insomnia.

Legendum, *sectius quam insomnia*. Quem locum olim in Quaestionibus Plautinis Varro sic explicavit. *Nihilo magis narranda esse, quam si ea essent somnia.* Vide Agellium lib. XVIII. cap. IX. Sic *Si vultis.*

Nam & patrem, & matrem commemorant pariter qui fuerint sibi.

Valde hic aestuat vir magnus, & *patriam* legendum putat, non *matrem*. Mihi sedet priscam lectionem probam esse, ideoque minime solicitandam. Matrem enim vocat patriam elegantissime, siquidem patria unicuique merito mater & censetur, & adpellatur. Artemidorus lib. I. cap. LXXXI. Σημαίνει τὴν πατρίδα ἡ μήτηρ. Et postea. Ἀπεστραμμένην δὲ τὴν μητέρα περαίνειν, οὐκ ἀγαθὸν. ἡ γὰρ αὐτὴ ἡ μήτηρ ἀποστραφήσεται τὸν ἰδόντα, ἢ ἡ πατρίς. Quod autem sequitur.

—— *postea autem eamdem patriam ac patrem*
Memorat. ——

Nihil huic loco infirmando est.

Gaudeo edepol, si quid propter me tibi evenit boni.
Namque illa cum te ad se vocabat, me te esse credidit.

Vt temeritatis nonnulli me damnabunt, veram tamen coniecturam meam arbitror, *mepte esse credidit*. Sic eadem hac fabula. Scena *Men' hodie.*

—— *cui certissimum est*
Mepte potius fieri servum, quam te umquam emittam manu.

Auget suspicionem, quod video codicem veterem, *me esse credidit*, habere.

VIRO CLARISSIMO
ISAACO CASAVBONO
IOANNES MEVRSIVS S. D.

QVum Plautinas meas curas doctis viris examinandas mitterem, V. Cl. nefas putavi, si non partem ad te, qui in Litteraria Palaestra sudasti multum, & laudem tibi, nomenque clarum peperisti. Peccabis autem, si examinabis non quidem severiter, id enim expeto, sed ut gravia, ut adstricta, idest, ut tua. Tiro namque sum, qui ex inscitiae latebris vix pedem movi, & in arcana illa literarum nondum me penetravi, quae quasi per transennam adhuc, videre tantum contigit. Et vereor, ut umquam id faciam, ita ingenii distinet imbecillitas. Tibi id datum. Sed nolo in os. Plautina haec habe, in iis amoris erga te mei nota.

AD MILITEM

Mars pugnator. Reliquia. Volvitare. Tedecum. Concinni. Maximus malus cruciatus. Eloque. Morari.

SCENA *Curate.*

——hic est, stat propter virum
Fortem, atque fortunatum, forma regia,
Tum bellatorem. Mars haud ausit dicere,
Atque aequiperare suas virtutes ad tuas.

Tertio versu ex vet. cod lego. *Cum quo Bellator Mars haud ausit dicere*. Mars *bellator* idem est qui *Pugnator* veteribus. Invenio in libello P. Diaconi de notis. D. D. E. H. L. IO. LIB. PRI DD. MAR. PV, ET. LI. P. *Dedicatus est hic locus Iovi Liberatori primum, deinde Marti Pugnatori, & Libero patri*. Est autem idem cum Gradivo, cuius templum in via Appia. Huic contrarius *Mars Quirinus*, qui & *Pa sus*.

——AR, pol si quidem
Connixus esses, per corium, per viscera,
Perque os elephanto brachium transmitteres.

Ἀρχαϊσμὸς non intellectus mutando loco fuit. Aio Plautum scripsisse *transmitteras*. Veteres enim praeteritorum flexiones a praesentibus formabant. Sic *Atterui*, pro *Attrivi* Propertius, & Tacitus. *Occanui*, pro *Occinui* Salustius. *Premi*, pro *Pressi* Cato cap. LXVI. *Consisti*, pro *Constiti* Ennius, & alii. Est porro ἐναλλαγὴ modi, ut quoque paulo post.

——ubi tu quingentos simul,
Ni hebes machaera foret, uno ictu occideras.

Postea.

At peditatus reliquiae erant, si viverent.

Vbi tamen Plauto dignior vet cod lectio *reliquia erant*; numero singulari. *Sic Delicia* quoque extulit Poenulo, & Truculento. Sc. *Nisi hercle.*

——sed quid est Palaestrio
Quod voluis astute tecum in corde. PA. *paulisper tace.*

Errat elegantissimus Gulielmius, dum putat trochaicum esse, qui octonarius, qualis praecedens. Restituo itaque pristino nitori.

Quod voluitas tute tedecum in corde? PA. *paulisper tace.*

Veteres *Voluitum* in supino efferebant. ut *Cavitum*, *Favitum*, & talia: inde *Voluitare* pro *Volutare*. Deinde *Tedecum*, ut *Medecum*. pro *Tecum*, *Mecum*. Incredibile quot in Plauto hoc nostro ἀρχαϊσμοὶ iniuria temporum & librariorum exciderint, quos etsi sagaci coniectura saepe eruas, sine ope tamen & consensu veterum codicum restituere velle ridiculum, & temerarium, hominisque plane ἀρχαΐζω censeatur.

Magnum illic honorem incipisss magna munis moenia.

Quantum hic aestuant Camerarius, Lambinus, Gulielmius, Dousa maior? sed pace tantorum virorum, veram ego sane esse lectionem existimem.

Magnam illic homo rem incipisss, magna munis moenia.

*——*PA. *facile est, trecentae possunt causae colligi:*
Non domi est, abiit ambulatum, dormit, ornatur, lavat,
Prandet, potat, occupata est, operae non est, non potest.

Et heic elegans ἀρχαϊσμὸς excidit; nam in vetere codice est, *trecentae possunt causae concinni*. Nec deturbare quemquam quod in spondeum desinat versus, nam tales multos interserit ubique Comicus. Veteres autem *Concinnere* pro *Concinnare* dicebant: sicut *Lavere*, *Tonere*, *Sonere*, *Boere*, pro *Lavare*, *Tonare*, *Sonare*, *Boare*. Nisi mavelis *Concini* legere, quod probo, Sc. *Nisi quidem.*

SC. *Metuo.* PA. *quid metuis.* SC. *ne hercle hodie, quantum hic familiarium est.*
Maximum in malum cruciatumque insiliamus.

Lego

Lego ex vet. cod. *Maximum in malum crucia-tum insiliamus*. Id est quod alibi non semel dicit, *maximam in malam crucem*. Itaque patet copulam istam nauci non esse, & ab aliquo sciolo, phrasin Plautinam minime adsequuro, adiectam.

SC. *Dii te perdant*. PA. *te istuc aequom quoniam occoepisti eloqui*.

Interpungo, & lego. PA. *te istuc aequom, quoniam occoepisti, eloque*.

Quoniam occoepisti, inquit, perge enarrare. *Eloque* vero pro *Eloquere*, ἀρχαϊκὸν est, qualia plurima apud Nonium de Contrariis verborum generibus invenies. Sc. *Praecepta*.

——— PH. *ego stulta, atque mora multum,*

Quem cum hoc insano fabulem. ———

Vet. cod. *ego stulta moror multum*. Rectissime; nam *Morari* prima producta efferebant cavillantes pro μωραίνεσθαι. Sic Nero, teste Suetonio, Claudium dicebat desiisse inter vivos morari. Haec vera huius loci lectio, quam male librarii, ut solent quae non intelligunt, interpolarant.

— PA. *Vnde? nisi domo?* SC. *domo*. PA. *te vidente*. SC. *video*.

Nisi mirum est facinus quomodo haec hinc potuerit transire.

In vet. cod SC. *Vides*. *Nisi mirum*, &c. Certo certius est fuisse: *quid est. Nisi*, &c. Ita alibi ait. *Quid est nisi haec impudentia est?* Et aliae eiusmodi phrases apud hunc nostrum, & item Terentium.

CAP. II.

Glycere. Dicere. Clinia. Linia. Spania. Striculus. Histriculus. Rabo. Conia. Strapo. Vlpianus emendatus. Fabulo. Hisce. Terentius quoque correctus.

Eadem scena.

Quis igitur vocare. PH. *Glycere nomen est*.

In vet. cod. invenio. PH *Dicere nomen est*. Scribo *Dycere*; atque id ἀρχαϊκὸν est pro *Lycere*. Ita quoque Sc. *Choibete*, sub finem pro *Glyceram* legitur in vet. cod. *Dic eam*: ut & ibi *Dyceram* scripsisse Plautum manifestum sit. Nam D. L. inter se commutabant. Ad eumdem modum *Dinia* in Asinaria est in vet. cod. pro *Linia*, qui *Clinia* in recentioribus editionibus 1 Ita efferebant autem Romani, ut *Laena* pro χλαῖνα. Item *Frutis*, sine *Fritis* (nam V & I, inter se commutabant) pro Ἀφρῖτις. *Stura* pro *Astura*. Graeci item in nominibus adpellativis, κνέφος, νέφος. χλιαρὸς, λιαρός, & talibus. Fecit vero Plautus ex communi poetarum more, quibus primas litteras detrahere nulla prorsus religio. Sic Lycophron Ἰλεὺς dixit pro Οἰλεύς.

Καὶ πᾶς ὁδοιδόκος ἰλέως δόμος.

Et Hesiodus ἡρωογονίῳ.

——— ἕνεκα νύμφην

Εὑράμενος Ἰλεὺς μίχθη ἐρατῇ φιλότητι.

Sic alii Βριάρεως, pro Ὀβριάρεως. Βριμὼ, pro Ὀβριμώ. Ἐξάδιος, pro Ἀεξάδιος. Vide Etymologicum. Nec littere detractae solum, verum etiam syllabae integrae. Inde *Syria*, pro *Assyria*. *Spania*, pro *Hispania*, ut disco ex Capella, & Glossario. *Striculus* Arnobio, *Histriculus* Tertulliano. *Rabo*, pro *Arrabo*, Plautus noster Truculento. *Conia*, pro *Ciconia* Praenestine. Hodie quoque *Lis*, olim *Stlis*. *Locus*. *Stlocus*. *Lentus*. *Stlentus*. *Lata*. *Stlata*. *Rapo*. *Strapo*. Itaque apud Vlpianum rescribendum. *Trebatius ait non esse morbosum, os alicui olere, ut hircosum, straponem: hoc enim ex ingluvie oris accidere*, Male enim hodie *strabonem* (nam *B* pro *P* scribebant librarii.) Etsi Varronis AEsculapius, Ios. Scaliger, *raponem* maluerit.

——— PA. *mala es*.

PH. *Imo ecastor stulta multum, quae vobiscum fabuler*.

Vet. cod. habet ἀρχαϊσμὸν; *fabulem*. Atque ita antea quoque dixit. *Quae cum hoc insano fabulem*. Nam veteres *Fabulo* activa terminatione proferebant. Sc. *Satin' abiit*.

Satin' abiit ille, neque berile negotium

Plus curat, quam si non servitutem serviat?

Fallor; aut ita legendum. S. *Itan' abiit*: transpositis litteris: nam τὸ S, nota est nominis Sceledri.

Non hercle hice homines me marem sed feminam

Vicini rentur esse servi militis.

Vet. cod. *hisce homines*: Nominativus pluralis antiquus est, supra quoque usurpatus. Sc. *Praecepta*.

Non possunt mihi minaciis tuis hisce oculi fodiri.

Excidit idem ἀρχαϊσμὸς Terentio Eun, Act. II. Sc. II.

— PA. *hisce hoc munere arbitrantur*

Suam Taidem esse.

Male enim *hice* hactenus excusum est. Priscianus libro XII. *Inveniuntur tamen etiam nominativum pluralem Hisce proferentes antiqui, ut Terentius in Eunucho. Hisce hoc munere*, &c.

CAP. III.

Raptare pro Convitiari. Infucare: Kalendis Martiis varia a matronis munera missiculata. Primitius. Phanisca ancilla. Buo. Exbuo. Exbuae. Nonius reprehensus. Simpuvium unde. Βοῦ. Βύβα. Bubino. Lucilius noviter explicatus. Ancunum. Ancunulentae mulieres.

Scena eadem:

Tractant & ludificant ingenuam & liberam.

Puto verum esse *Raptant & l.* una littera dempta altera immutata leviter. Nam *Raptare*, pro convitiari posuit etiam Amphitruone, in Argumento.

——— *atque invicem*

Raptant pro moechis, Blepharo captus arbiter:

Item

Item Aulularia. Sc. *Foras, foras.*

Quid me adflictas? quid me raptas? qua me causa verberas?

Sed paulo post iterum ait.

Tum quod tractavisti hospitam ante aedis meas.

Quae faciunt ut haeream: & sane video quo modo exponi possit.

Nunc pol ego metuo, ne quid infuscaverit.

Vet. cod. *infucaverit*. Rectissime. *Infucare*, est, fuco inficere, fucum facere. Sc. *Cohibete.*

Eaque expetere te ex opibus summis mei honoris gratia.

Melius vet. cod. *mei amoris gratia*. Amabat enim Pleusides. Ita paulo post.

Hanccine aetatem exercere me mei amoris gratia?

Sed in versu quem iam proponam magis variat vet. cod. Iste est

Dicat, Da mi vir Calendis meam quod matrem iuverit.

Nam omissa primore voce ita habet,

Da mihi vir calendis quae mittam, quom Martiae venerint.

Rectissime; sed ita rescribendum,

Da mihi vir quae calendis mittam, Martiae quom venerint.

ut sit octonarius: Nam tum erant Matronalia, quibus varia munera distribuebant matronae. Iuvenalis inde exaudiendus Sat. IX.

Munera femineis tractas secreta Kalendis.

Pergo in Plauto,

PL. *erro, quam insistas viam.*

PA. *At scietis sed ecquae ancilla est illi*

PE. *est primaria.*

Vet. cod. *est primita*, non *primaria*. Recte: nam antiqui etiam *Primitus* dicebant, unde *Primitivus*, ut *Satus*, *Sativus*. *Natus*, *Nativus*.

Quasique hoc annulum animo suae ancillae dederit, ea porro mihi,

Militi ut darem. ———

Vet. cod. *Quasique hunc annulum Famescae ancillae dederit*. Puto scriptum fuisse *Fane scae*, pro *Phaniscae*, ἀρχαϊκῶς. Ita Phaniscus servulus advorsitor est in Mostellaria.

Sc. *Quanta res.*

Neque ille hic calidum ebibit in prandium.

In prandium, est ἀρχαϊσμὸς. Sed vetus codex habet *calidum exnunt*. Corrigo, *calidum exbuuit*. Et hic quoque ἀρχαϊσμὸς est pro *exbuit*. Dicebant autem veteres *Buo* pro Impleo. Est Graecum Βύω. Aristophanes ἐιρήνῃ.

——— οἱ ξένοι

Χρυσίῳ τῶν ταῦτα ποιούντων ἐβύουν στόμα.

Scholiastes. ἐβύουν) ἐπλήρουν, ἔφρασσον. Hinc παραγωγικῶς βύζω, unde ἀκρόβυστος. Inde composita *Exbuo*, exinanio, exhaurio, *Imbuo*, impleo. Sed Latini prisci etiam ad pocula transtulerunt, unde Lucilius *Vinibuas* vinibibas & vinolentas dixit. Apud Festum quoque legitur. *Exbuae, quae exbiberunt*. Item *Imbutum est quod cuiuspiam rei siccum bibit. Vnde infanti bus quum velint bibere dicentibus BV syllabam, contenti sumus*. Inde *Bua* omnis potio, non tantum puerilis, ut nugator Nonius vult. *Simpuvium* quoque. quasi *Simbuvium*, quia omnes Sacerdotes simul bibebant (ut ait Iuvenalis Interpres ad Sat. VI.) nam Sabini, a quibus translata ea vox, *P* pro *B* efferebant. Origo autem, ut dicere coeperam dictionis huius Graecanica, quia Βῦ pro magno ponebant: & Sophron Βύβα pro plena. Etymologici auctor. Τὸ γὰρ βῦ ἐπὶ τοῦ μεγάλου ἐλέγετο. καὶ Σώφρων, βύβα ἀντὶ τοῦ μεγα καὶ πλήρη. Itaque ut a βῦ *Buo* fit, & *Imbuo*; ita a βύβα *Bubino*, & *Imbubino*: ut *Domo*, *Domino*, & talia. Et male hoc pro sanguine mulierum menstruo inquinari hactenus ex Festi fragmentis apud Lucilium intelligendum esse putatum est. Est enim vel error Paulli, qui male nobis Festi locum in ἐπιτομὴν redegit, vel ipsius Festi, qui Lucilii verba non recte attendit: nam minime dubium est, quin Lucilii versum, qui citatur, alius praecesserit, in quo sanguinis istius muliebris fuerit mentio. Quod autem Isidorus etiam ita explicat, nihil me movet: quia ex Festi fragmentis habet. Ergo non simpliciter *Imbubinare* dixit, pro inquinare, sed, *menstruo sanguine imbubinare*. Sed quoniam in menstrui sanguinis mentionem incidi, hoc dicam obiter veteres enim una voce *Aucunum* adpellasse videri, unde *Aucunulentus*, ut *Vinum*, *Vinulentus*. *Lutum*, *Lutulentus*. Itaque *Aucunulentae feminae menstruo tempore adpellantur;* ut ait idem Festus. Sc. *Rem omnem.*

Satis si intelligitis, aliud est quod potius fabulemur.

Vet. cod. *potius fabulem*. Nihil rectius: scioli isti tam belle correxerant eiecto archaismo.

CAP. IV.

Magnus, pro stolido. Abeimus. Merix. Pulcerus. Sublestus. Postridio. Cotidio, Cura aliud, formula. Cordis & pectoris palpitationes quid portendere creditae.

Eadem scena Acroteleutium ita describit Militem.

Populi odium quin noverim? magnidicum, cincinnatum,

Moechum unguentatum? ———

Sed pro *magnidicum* vet. cod. habet, *magnum illum:* quod rectum existimo, nam *Magnus* pro stolido usurpabant. Lucilius apud Varronem lib. VI.

Nequam, & magnus homo, laniorum immani' canes ut.

Martialis lib. II. epigr. XXXII.

Lis mihi cum Balbo est, tu Balbum offendere non vis

Pontice cum Licino: hic quoque magnus homo est.

Lib VII. Epigr. XCIX.

Pontice per reges discurris, & omnia lustras.

Magna quidem sequeris Pontice, magnus homo es.

Lib. IX. Epigr. LI.

Qui scribis Priami praelia magnus homo es.

Sic

Sic *Longus* apud Catullum, ut obſervavit nobilitatis Bataviae decus Ianus Douſa F.

Longus homo eſt, magnas cui lites intulit olim
Falſum mendaci ventre puerperium.
——— *ni ludificata lepide*
Ero, culpam omnem in me imponito.

Melius vet. cod. *in me impingito.*

Abeamus ergo intro, haec uti meditemur cogitate.

In vet. cod. erat: *Abimus ergo.* Scriptum fuerat ἀρχαϊκῶς, *Abeimus*, pro *Abeamus*. Sc. *Voluptas.*

Sed quis ea eſt? PA. *ſenis huius uxor Periplectomeni.* PY. *in proximo?*
PA. *Ea demoritur te, atque ab illo incipit abire, odit ſenem.*

Interpungo. PA. *Ea, demoritur te*, &c. *Ea*, ſ. eſt. Elegans & frequens conciſum id loquendi genus. Sc. *Iam eſt.*

PA. *Patere, atque aſta: tibi hanc ego do operam.* PY. *properando excrucior.*

Puto legendum, *propera, amabo, excrucior*. Coaluerunt enim binae eae dictiones. Reſpondet Palaeſtrio

Pedetentim: tute haec ſcis, tractari ita ſolere haſce huiuſmodi merces.

Vet. cod. *huiuſmodi meritis*. Scribo, *huiuſmodi mericis*, pro *merices*, antique. Dicebant enim veteres *Merix*, pro *Merx;* quomodo *Calix*, pro *Calx*.

Age, mi Achilles, fiat quod te oro, ſerva illam pulcram pulcre.

Vet. cod. *pulcram pulcer*. Sed liquet veram eſſe lectionem: *pulcram Pulcere* antiquo vocandi caſu. Nam *Pulcerus* veteres efferebant, ut *Socerus*. *Exterus*. *Puerus*, & talia: pro *Pulcer*, *Socer*, *Exter*, *Puer*. Vocat autem militem Pulcrum, ut ſupra.

——— MI. *Pulcer ſalve.*
PY. *Meum cognomentum quis commemoravit.* ———

Sequitur haud longo intervallo.

MI. *Heu ecaſtor hominem periurum.* PA. *ut ludo.* MI *quid ego ut ſublecto os?*

Lego ex vet cod. *quid ergo tu ſ. bleſtu' s?* Nihil rectius. *Sublectus* vox proba & antiqua, ipſique huic Comico uſurpata Bacchidibus.

Lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta fide.

Perſa.

Ad paupertatem ſi immigrant infamiae,
Gravior paupertas fit, fides ſubleſtior.

In Nervolaria *vinum ſubleſtiſſimum* dixit.

PY. *Poſtriduo natus ſum ego, mulier, quam Iupiter ex Ope natus eſt.*
PA. *Si hic pridie natus foret, quam ille eſt, hic haberet regnum in coelo.*

Forte, *Poſtridio*, cui magis reſpondet, quod ſubiicit Palaeſtrio, *Si hic pridie*, &c. *Poſtridio* autem ἀρχαϊκὸν eſt; ſic *Cotidio* dixit Q. Caepio in M. AEmilium Scaurum lege Varia. *Quum ab iſto viderem cotidio hoſtes conſiliis adiuvari.* Si *Poſtriduo* retinebis, valebit *Triduo poſt*, Mihi *Poſtridio* magis placet.

PA. *Atque adeo audin' tu? dicito docte & cordate.* MI. *aliud cura.*

Vet. cod. *dicito docte & cordate, ut cor ei ſaliat*. Lipſius probat: ego non temere. Vetus haec formula erat, qua ſecuros eſſe alios iubebant. Ita ſupra. Sc. *Rem omnem.*

PA. *Inſiſtite hoc negotium ſapienter.* AC. *alia cura.*

Et paulo poſt.

——— PA. *mittito tu,*
Quaſi clanculum ad me miſſa ſit. PE. *faciemus, alia cura.*

Retinenda ergo haec lectio: Melampus ait. Καρδία ἀλλομένη ἐπιβουλὴν φίλου δηλοῖ. *Cor ſaliens inſidias amici ſignificat.* Sed id heic nihil loci habet, Aut cor pro pectore accipere debemus, & tum conveniet, quod idem ille ait. Στῆθος ἀλλόμενον εὐωχίαν δηλοῖ παντί. *Pectus ſaliens convivium ſignificat omni.* Veriſimile enim eſt Militem convivio Acroteleutium excepiſſe, priuſquam cum ea concumberet. Hoc ſi placet, paratum erit etiam iſti lectioni patrocinium.

CAP. V.

Exfiſulatum. Fiſulare. Siſilare. Alpum. Oculorum dolores panniculo laneo diſſimulari ſoliti. Lanoculi. Sequo, pro Dico. Attini. Tetini. Voleris. Venus Frugi. Frucinal. Parſo. Diſpennere. Tennere. Feſtus correctus. Nocere neminem. Iurandi mos per Dianam.

SCena *Sequimini.*

——— *expapillato brachio*
Praecinctus, atque adſimulato quaſi gubernator ſies.

Non poteſt eſſe hic locus ſine mendo: quid enim *Expapillatum* brachium? Nam quod Nonius, & Feſti mutilator Paulus adferunt, merae nugae. Nam quomodo exſerto brachio papillae nudantur? Deinde, etſi hoc fiat, quae ratio eſt ut propterea brachium *Expapillatum* debeat dici? Puto corrigendum *Exfipulato brachio*, pro *Exfibulato*. Sabini enim *Fipula* pro *Fibula*, *Alpum* pro *Album* proferebant. In Feſti ſchedis legitur etiam *Exfafilatum*, unde adparet iam tum varie hunc locum conceptum in Plautinis exemplaribus fuiſſe. Inde ſubſpicio eſſe poteſt *Exfiſulato* quoque non inepte ſcriptum iri: nam *Fiſula*, & *Fiſulare* veteres pro *Fibula*, & *Fibulare* dicebant, ut *Siſilum*, *Siſilare*, pro *Sibilum*, *Sibilare*. Hae meae coniecturae de loco deſperato; auſcultabo meliora docenti. Quod autem paulo antea dixit.

Cauſiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam.

Iubet ut oculi vitium ſimulet, nam id genus hominum laneum panniculum oculis praetendebant, qui mos etiam hodie obtinet, dicebanturque *Lanoculi*. Feſtus. *Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium.* Sc. *Hera eccum.*

AC. *Ne parce voci, ut audiat.* MI. *cum ipſo pol ſum loquuta.*

Temere interpolarunt viri docti, cum in vett. codd. eſſet, *ſum ſequuta;* quod probiſſimum. *Sequo* enim, & *Sequor* antiqui pro *Dicere* uſurpabant; hinc *Sequeſter*, & *Inſequo*. Livius Andronicus.

Inſe-

Inseque Musa virum versutum.
Ovidius Metamorph. XIII.
——— *Refer o carissima, dixit,*
Neve tui causam tege, sum tibi fida, doloris.
Nereis his contra resecuta Crateide natam est.
Dixit *Resequi*, ut Sabini *Reloqui*, de quo ad Amphitruonem. Sequitur statim.
Veneri pol habeo gratiam, tamdemque & oro & quaeso,
Vt eius mihi sit copia quem amo, quemque expetisso.
Legendum arbitror: *eamdemque & oro.* Sc. *Quid modi.*
PH. *Ibo quamquam invita facio, pietas sic cogit.* PL. *sapis.*
Nimis temere mutavit Lambinus, nam in vet. cod. est, *pietas sic cohibet.* Rectissime.
Forma huius, mores, virtus animum attinuere hic tuum.
In vet. cod. erat: *attinerent h. t.* Certissima coniectura mea, *attineront*, ἀρχαϊκῶς. Veteres enim *Attini* pro *Attinui* dicebant, ut *Tetini* pro *Tenui*. Exempla habes apud Nonium. Ad eamdem faciem etiam *Voleris* in precatione augurali pro *Volueris* legebatur.
Bene quaeso inter vos dicatis & mihi absenti tamen.
Malo ἀρχαϊσμὸν, qui in vet. cod. *mi absenti.*
PY. *Fac sis frugi.* PA. *iam non possum, amisi omnem libidinem.*
Latet heic iocus hactenus a nemine animadversus, quem indicabo. Miles hortabatur Palaestrionem, postquam cum scorto Philocomasio abiret, ut bene se gereret, prout deceret frugi servum; ille nequiter, & serviliter ludit tamquam de Venere loqueretur, respondetque non posse se, amisisse enim omnem libidinem. Fuit autem Romae Venus *Frugi*, cuius templum *Frucinal*. In Epitoma enim Pauli est. *Frucinal, templum Veneris Frugi.* Et *Frucinal* est *Fruginal*, nam *C* & *G* promiscue scriptitabant. Varia autem ibi hodie scriptura, nam *Frutinal* etiam & *Fruti* excuditur. Tradiderat Festus de Venere *Frugi*, & *Fruti* illo loco, quem frutex iste Paulus ita nobis admutilavit. Venus vero *Frugi* ea est, quam veteres honestis amoribus praesidere credebant, quam ὀυρανίαν Graeci nominabant. Si cui tamen simpliciter accipiendum videbitur, non magnopere repugnabo.
——— *ibo nunc intro nunc iam*
Ad amores meos: etiam sensi hinc, sonitum fecerunt fores.
Multo melius vet. cod.
——— *ibi hinc intro nunc iam*
Ad amores meos: quis exit hinc? sonitum f. f.
Scena *Ne me.*

Ne me moneatis, memini ego officium meum.
Ego iam conveniam illunc, ubi ubi est gentium.
Investigabo, operae ego nam parcam meae.
In vet. cod. *operae ego non parco meae.* Certum est legi debere: *non parso meae.* ἀρχαϊκὸν est *Parso*, pro *Pepercero*. Sc. ultima.
Vbi lubet distendite hominem divorsum, & dispendite.
In vet. cod. erat: *dispennite hominem d. e. distendite.* Et Nonius non aliter laudat: *Dispennere* se proprie aves dicuntur, quum pennas expandunt. Praeterea corrigo, *& distennite.* Manifesto captavit παρήχησιν in duabus istis dictionibus. *Tennere* vero apud veteres verbum aucupale. Terentius usus est Phormione Act. II. Sc. II.
——— *quia non rete accipitri tennitur, neque milvio.*
Perierat autem, absque Donato esset, cui gratia debetur. Vetustissimi *Tenere* dicebant, siquidem litteras non geminabant: hinc *Obstenit* in Saliari carmine apud Festum.
Sed iam scaelo candens Aurora obstenit suum patrem.
Non enim *Obstinet* legi debet; nam *Obstinere* sive *Obtinere* est κρατεῖν. Dicebant autem *Tenο*, *Tendo*: ut *Caneo*, *Candeo*, *Aveo*, *Audeo*. *Gaveo*, *Gaudeo*.
Iura te non nociturum esse homini de hac re nemini.
Vet. cod. *nociturum esse hominem d. h. r. neminem.* Optime, nam elegantissimus est ἀρχαϊσμός. Ita paulo post.
Iuro per Dionam & Martem, me nociturum nemini.
Iterum vet. cod. *me nociturum neminem.* Nihil dignius Plauto. Tale est quod legitur extrema scena.
Magis metuant, minus has res studeant.
Porro in versu paulo ante laudato, *Iuro per Dianam*, malim scribere; quia per eam Deam iurabant plurimum. Parthenius Erotic. IX. Ὁ δ' Διόγνητος ὐδὲν ὑποπτήσας τοιονδε, μάλα προθύμως ὤμοσεν Ἄρτεμιν χαριεῖσθαι αὐτῇ ὅ, τι ἂν προαιρῆται. *Diognetus autem nihil tale subspicatus iuravit Dianam largituram ei, quidquid optaverit.* Gravissime enim periuria vindicare existimabatur. Aristaenetus lib. I. Φασὶ ϗ θεὸν (Dianam intelligit) ἐπὶ πᾶσαις μὲν ἁμαρτάσι κινεῖσθαι δεινῶς, μάλιςα δὲ τὺς ἀμελῦντας τῶν ὅρκων πικρότερον τιμωρεῖσθαι. *Deam perhibent omnia quidem peccata indignari, praecipue vero eos qui iuramenta non curant asperius punire.* Si quis tamen vulgatae lectioni patrocinabitur, fero.

CLA-

CLARISSIMO VIRO

FRANCISCO PYTHOEO

IN CVRIA PARISIENSIS ADVOCATO.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

QVAE bisce diebus in Mercatore Plauti V. Cl. muginatus sum, velim castiges si tantum tibi a studiis tuis otii. Tricas quispiam dicat: meritissimo fortasse. Id tamen multum me consolabitur, quod Plautinae erunt, non Tellanae. Qui aliter? nihil agere non poteram, non volebam; & vereor nihilominus ut egerim. Ridebit itaque me Siculus aliquis, quod quae minime & potuerim, & voluerim, egerim maxime. Tu ut humanitas tua est, me amabis, & haec emendabis. Illud benigne facies, hoc libenter: utrumque tibi honestum, mihi honorificum.

AD MERCATOREM.

CAPVT PRIMVM.

Conata, παθητικῶς. *Ephebitas. Mundus rusticus. Posse, pro Potuisse. Picem ferventem imprecari inimicis mos. Pedissequae lectae olim deformes, ut Syrae, aut AEgyptiae. Graecarum ovium praestantia.*

SCena *Duas res.*

Istuc revorti certum, ut conata eloquar.

Tentabat Camerarius, *ut incoata*; sed, pace tanti viri dixerim, non recte: *Conata* παθητικῶς heic positum, quomodo apud Accium Atreo.

Ego incipio, conata exsequar.

Sequens versus

Principio atque animus ephebis aetate exiit

vitii manifestus est. Delicia Musarum Dousa F. restitui posse hoc modo existimabat.

Principio atque aetas ex ephebis exiit.

Non male quidem, sed nimis audacter, atque ideo male: nisi me amo, recte divinavi.

Principio atque anni' ephebitated exii.

Declinatum ab *Ephebus, Ephebitas*; ut ab *Anus, Anitas.*

Rationem pessimam esse, ea quae ipsus optuma
Omnes labores invenisset perferens,
Amores vi diffunditari, ac deteri.

Magis placet vet. cod. lectio.

Ratione pessima, eaque ipsius optima.
Omni quod modo, quoi iuvenis ipse parserit,
Me rem videret funditare, ac perdere.

Ait vero, *eaque ipsius optuma*: & lenonem intelligit, sic paulo ante dicit.

Lacerari valide suam rem, illius augerier.

Sequitur paucis post versibus.

——— *adeo arcte cohibitum esse se a patre,*
Multo opere immundo rustico se exercitum.

Non damno temere hanc lectionem, nescio tamen quomodo dignior Plauto videtur quae in vet. cod.

Multopere in mundo rustico se exercitum.

Elegranter hercle *Mundus rusticus*, pro ipso rure, in quo vivere & exerceri, quid est aliud quam rusticum esse? Simile est quod nos in nostro idiomate in puerili mundo esse dicimus senes iam secundum pueros factos. In versu autem sequenti.

Neque nisi quinto anno quoque posse tum visere
Vrbem. ———

Errat Gulielmus quum *adsuetum* reponere tentat, nam *Posse* per crasin est positum pro *Potuisse*. Sc. *Ex summis.*

At tu edepol calidam picem bibito, aegritudo abscesserit.

Mos exsecrantibus ferventem picem potandam precari. In veteri Inscriptione. HAEC. STIGMATA AETERNA. ACTE. LIBERTAE. INVSTA. SVNT. VENENRRIAE. ET. PEREIDAE. DOLOSAE. DVRI. PECTORIS. CLAVOM. ET. RESTIM. SPARTEAM. VTI. SIBI. COLLVM. ALLIGET. ET. PICEM. CANDENTEM. PECTVS. MALVM. COMMVRAT. SVVM.

CH. *Obsecro, dissolve iam me, nimis diu animi pendeo.*
AC *Placide, multa exquirere etiam prius volo, quam vapulem.*
CH. *Hercle vero vapulabis, nisi iam loquere, aut hinc abis.*
AC. *Hoc sis vide, ut palpatur; nullus est aeque, quum occoepit, blandior.*

Transpositi necessario hi versus, quos eo ordine, quo reponam, a Plauto scriptos facile sermonis ἀκολουθία fidem faciet. Sic ergo debent constitui.

CH. *Obsecro, dissolve iam me, nimis diu animi pendeo.*
AC. *Hoc sis vide, ut palpatur? nullus est aeque, quum occoepit blandior.*

CH.

CH. *Hercle vero vapulabis, nisi iam loquere, aut hinc abis.*
AC. *Placide, multa exquirere etiam prius volo, quam vapulem.*

Sequitur.

CH. *Cedo tuam mihi dexteram agedum Acanthio.*
AC. *en dabitur, tene.*

Puto melius esse, *en danitur, tene*, ut sit τὸ χαϊσμὸς, pro *datur*. Nam iam faciebat hoc, cur igitur futurum usurpet? Sc. *Homo me.*

Nec sacrum, nec tam prophanum quidquam est, quin,
Ibi illico adsit. ———

Multo melius vet. cod. *quin tibi adsit illico*. Et dixi de phrasios istius elegantia cum alibi ad Catonem R. R. tum etiam ad hunc ipsum Bacchidibus. Sc. *Amice amico.*

LY. *Quin etiam tibi ancillam dabo natam annos sexaginta*
Peculiarem. PA. *mi senex, tam vetulam?*
LY. *generis Graeci est.*
Eam si curabis, perbona est, tondetur nimium seite.

Locus corruptissimus: De lanificio heic sermo, & cur donet ei ancillam, quam bene tonderi dicat? deinde cur Graeci generis? nam matresfamilias in ancillas eligebant deformes quae essent, ut Afrae aut AEgyptiae. Colligimus ex Comoediae huius scena *Homo me.*

——— *ego emero matri tuae*
Ancillam viraginem aliquam non malam, forma mala.
Vt matrem addecet familias, aut Syram, aut AEgyptiam.

Et Truculento. Sc. *Ne exspectetis.*

——— *abduxi ancillas tibi eccas ex Syria duas,*
Iis te dono. ———

Itaque *Pithecia* aliquando vocabantur. Vide quae ad Truculentum cap. II. Secus lenocinium facere dictitabantur. Clare idem in verbis praecedentibus.

——— *illa forma matrem familias*
Flagitium sit, si sequatur, quando incedat per vias,
Contemplent, conspiciant omnes, nutent, nictent: sibilent.
Vellicent, vocent, molesti sint, occentent ostium,
Impleantur meae fores elogiorum carbonibus.
Atque, ut nunc sunt maledicentes homines, uxori meae
Mihique obiicient lenocinium facere. ———

Rescribendum ergo ex vet. cod.

Ovim tibi eccillam dabo natam a. s.

Ludit Lysimachus ὑπερβολικῶς in aetate. Itaque iam convenit, quod ait: *generis Graeci est*, eae enim laudabantur. Plinius lib. VIII. cap. XLVIII. *Lana autem laudatissima Apula, & quae in Italia Graeci pecoris adpellatur*, & sequentia. Vide quoque Columellam lib. VII. cap. II.

C A P. II.

Malum. Bonum. Formulae veteres. Mercator aucta.

SCena *Sumne ego homo.*

EV. *Quaeso hercle animum me despondе.* CH. *nullus est quem despondeam.*
Loquere porro aliam malam rem, cui est emta?

Multo melior lectio vet. cod. *L. p. a. rem, malum, cui e. e.* Nemo nescit veteres indignabundos *Malum* dixisse. Notum hoc, inquam: illud fortasse non item omnibus, sic contra pacatos *Bonum* usurpasse. Observo ex Apuleio Milef. X. *Tantus denique ac tam liber cachinnus cunctos invaserat, ut aures quoque praetereuntis perveniret domini. Sciscitatus denique, quid bonum, rideret familia: cognito quod res erat, ipse quoque per idem prospiciens foramen, delectatur eximie.*

Cedo si hac urbe abis, amorem te hic relictorum putas?
Si id forte ita, si ita animo acceptum est certum, id pro certo si habes.
Quanto te satius est rus aliquo abire?

Secundus versus ita in vet. cod. conceptus erat.

Si id forte ita sat animo acceptum est, certum id profecto si habes.

Haud parum rectius. Sc. *Miserior mulier.*

DO. *Quia illa mulier intus est.* LY. *vidistine eam?*
DO. *Vidi.* LY. *cuia ea sit rogitas?* DO. *resciscam tamen.*

Leve mendum inest primo versui, quod tamen non animadversum valde turbat. Lego, *Cuia illa mulier*. Ita corrigi debere patet ex sequenti versu, ubi ita Lysimachus *Cuia ea sit rogitas?* Et nisi hoc loco sit, non legis eam id rogare. Dicit autem: *Mulier intus*, pro ea quae intus est, phrasi valde sibi familiari. Sic Amphitr.

Tu Thessala intus pateram efferto foras.

Bacchidibus.

Argentum iubebo iam intus efferri foras.

Menaechmis.

Evocate intus mihi coquum Cylindrum actutum foras.

Et aliis plurimis locis.

LY. *Vin' dicam quoia est illa? illa edepol: vae mihi.*
Nescio quid dicam. DO. *haeres.* LY. *haud vidi magis.*

Heic personae male constitutae; Repono.

LY. *Vin' dicam quoia est illa?* DO. *edepol.* LY. *vae mihi.*
Nescio q. d.

Nihil certius, quam ita pristinum nitorem loco isti recuperari. Nam τὸ *illa* male bis librarii incuria irrepserat, & vet. cod. semel tantum habebat. Sc. *agite, ite.*

Satis scitum filum mulieris, verum hercle amat.

Valde acumen suum ostendunt hoc loco Gulielmus, & Colvius, iuvenes eruditissimi ambo,

bo, sed errant tamen. Non enim reiiculam censeo, vet. cod. lectionem.

——— *verum hercle an net hoc?*

Optime conveniunt, nam quum dixisset esse scitum filum, rogat praeterea an hoc neret. Valde itaque fallor, an totus versus ita a Plauto fuit constitutus.

Satis scitum filum, mulier is verum hercle an net hoc?

Mulier is est ἀρχαϊσμὸς, nam *Is*, & *Quis* genere communi efferebant. Scioli duas voces in unam contraxerant, & corruptelae ansam praebuerunt. Ergo sic intelligendus est locus hic. Coquus Dorippae formam irridens, laudat ἐρωτικῶς, dicens scitum esse filum, rogatque an ea mulier hoc neret, Syram intelligens δεικτικῶς digito illa commonstrata. Innuere volens tam esse deformem, quam ipsa anus Syra.

Num metius tu istanc? LY. *sapio, nam mihi unica est.*

Melior vet. cod. lectio. *Ni metuis*, ἀρχαϊκὸν, id est. *Ne metuis*, pro *Metuisne*. Nihil Plauto dignius. Scena *Hera, quem*, &c. finem mutila est. Hodie ultimus versus est.

Etiam nunc mulier intu' st? SY. *etiam.* EV. *sequere me*,

Addo ex veteribus codicibus tres istos tam Plautinos, ut non alii magis.

Quid Peristratam hic Demiphonis contuor?
Gradus grandit, emittit oculos, circumfert se, obstipat verticem.
Adservabo hinc rerum quid gerat, magnum est quidquid quaeritat.

CAP. III.

Mercator duabus elegantissimis scenis aucta.

OStendi defectum in hac Mercatore, sed parvum illum quidem, praequam is est quem nunc detegam, & supplebo. Nam in iisdem meis veteribus libris duae aliae scenae reperiuntur, quae in reliquis vulgatis desunt. Sequuntur autem scenam, quam dixi, *Hera quem*.

PERISTRATA uxor Demiphonis.
SYRA. LYCISSA.

PE. *DIva Astarte hominum deorumque vis, vita, salus: rursus eadem quae est*
Pernicies, mors, interitus, mare, tellus, coelum, sidera.
Iovis quaecumque templa colimus, eius ducuntur nutu, illi obtemperant.
Eam spectant: quod illi displicet, facile excludunt ceteri.
Quidquid complacitum, id sequontur, quae vivont omnia, atque sentiunt.
Alios enicat, extinguit, alios suo lacte fovet, atque erigit: sed quos enicat,
Hi vivunt, & sapiunt: quos properat alere, ac erigere.
Hi quidem confestim pereunt, atque male sapiunt miseri.

Iacent benevolentes odiosi, humum mordent, caput reptant,
Fremunt, perstrepuntque: quumque putant vivere, tunc ruunt maxume,
Tunc, tunc student persequi, labant iuvenes, itidem rapiuntur senes.
Illi se amant; quod amant, amatum volunt, atque cognitum.
Illi vero si amare ea aetate occoeperunt, multo insaniunt acrius.
Verum si non amant, oderunt, molesti itidem, atque difficiles.
Garruli, osores, infensi, iracundi, sibi suisque invidi.
Quod in se olim admisere turpitet, id si fiat modestius,
Nec tolerant, ut aequom est patres: sed clamant, indecenter obstrepunt.

SY. *Quantum intellego, & hanc male habet Demipho.* PE. *id verum.*
Amat filius & perit, id quom rescisit pater, insanit vehementius.
Quae istaec intemperies? abegit vir meus olim ipse ad mercatum Rhodum filium;
Nunc ut fert Acanthio, ipse sibimet faciet exsilium.
O iniquom patrem, o infortunatum filium, quo te recipies?
Vbi matrem relinques? sola degam, filium amittam? non patiar.
Vendidit pater? ubi ubi erit inventa, mater redimet.
Dic tu Lycissa, num in hanc viciniam abductam autumant?

LY. *In hanc opinor, in amici senis cuiusdam aedeis.* PE. *hic, praeter Lysimachum,*
Nullus quem sciam. SY. *Lysimachum nominant.*
Mirum ni senes vicini in unum nidum conspiraverint.

PE. *Dorippam eius uxorem conveniam.* LY. *quid, convenias? non eam vides?*

PE. *Video equidem, auscultemus, nescio quid secum iracunda mussitat.*

DORIPPA. SYRA. LYCISSA.
PERISTRATA.

DO. *SYra non redit, quam accersitum patrem iam diu est quod miseram:*
Tarda nimium, aut lapis obriguit, aut angue demorsa cessavit turgida.

SY. *Nulla sum adest hera, me quaerit.* DO. *domi manere nequeo:*
Bellulam istanc pellicem mei non patiuntur oculi: exclusissem foras,
At me meus continuit Eutychus, sed omnino quod fert non creduam.

LY. *Audin' hera?* PE. *audio, sine pergat.* LY. *sino.* DO. *amici inquit senis*
Gratia huc ad nos venisse, habet venalem, amanti dum detrahat filio.
Haec quidem aut viri, aut gnati fallacia dissident sententiae.
Sequestro vir ait datam, eamdem vero venalem dicit filius.

SY. *Ibo de improviso obviam, ne cessasse intellegat.* DO. *istaec filio*

Non credam, qui obsequitur patri, huic vero ut mero cuculo
Id certum est mentiri ampliter, equidem coquo creduam.
Eccam Syram, ut currit venefica; Syra. SY. *quis me vocat?*
DO. *Malum quod di tibi danunt.* SY. *hera, si sapis, hoc potius*
Tuae pellici, & marito dato. DO. *istuc dictum, tibi non amplius irascor.*
Sed ubi pater? quid cessat? an hominem podagra impedit?
SY. *Nec podagricus, nec articularius est, quem rus ducunt pedes.*
DO. *Non domi?* SY. *non.* DO. *ubi?* SY. *rure esse autumant.*
Atque numquid redeat incertum hodie, cum villico rationis satis.
DO. *Omnia mihi hodie eveniunt praeter sententiam, non vivam vesperi,*
Nisi illanc a me scelestam abigam: eo domum. LY. [a] *hera abit*
Dorippa. PE. *hem abit, compello, Dorippa.* DO. *quid molestiae*
Hoc est? quis me revocat? PE. *non sum molesta, sed benevolens,*
Et amica: te compellat tua Peristrata, mane quaeso.
DO. *Hem Peristrata, te pol non noram, mala bilis cruciat*
Me, atque exagitat. PE. *istuc volo, quaeso ne neges,*
Te audivi modo, dic mihi, quae te nunc habet solicitudo?
DO. *Peristrata sic di tibi unicum gnatum sospitent, da mihi benignius operam,*
Nulla dari mihi poterit melius, par est aetas, una crevimus,
Pares aetate habemus viros, nulli colloquor lubentius.
Solicitor merito quidem, quid tibi animi esse nunc possiet,
Si amicam hac aetate ante oculos tuus abduxerit Demipho?
PE. *Abduxit?* DO. *factum.* PE. *domi est?* DO. *domi, immo coqui*
Conducti, parabatur convivium, ni meus disturbasset adventus omnia.
Senem miserum Venus & Cupido alieno satis vexant tempore.
PE. *Sed ista levia sunt Dorippa, utinam non ego essem miserior.*
DO. *Levia?* PE. *levia quidem.* DO. *quae peiora tibi tuus faceret?*
PE. *Immo peioribus peiora.* DO. *quae istaec sunt? quaeso loquere:*
Vt tu mihi, ego tibi, quae facto opus sunt, demus consilium.
Vetus id dictum est, feliciter is sapit, qui periculo alieno sapit.
PE. *Vnicus mihi Dorippa est gnatus: scis?* DO. *scio.* PE. *hunc pater*
Olim a se extrusit Rhodum. DO. *quare?* PE. *quoniam amaret.*

[a] Locum hunc totum ita restituo.
——— *hera abit.*
PE. *Hem abit? compella.* LY. *Dorippa, Dorippa.* DO. *quid molestiae.*

DO. *Ob id ipsum?* PE. *id quidem nunc quoque, quom ancillam domum*
Abduxisset, hanc rescisceus pater produxit, venalem praebuit.
DO. *Atat novi, verum dixerat filius, ego mariti amicam putabam mei.*
Quoi data est? PE. *seni quidam in hac amico vicinia.*
Credo hic alium, praeter tuum, amicum habere neminem.
DO. *Ea quidem est, quid filius?* PE. *urbem hanc se deserturum autumat.*
DO. *In portu res est, quid si invenerit?* PE. *mansurum credito.*
DO. *Praeter spem salvae sumus, ne dubita, apud me ea est.*
PE. *Apud te? ea erat opinor, de qua loqui te audivi modo.*
DO. *Ea.* PE *o factum bene, merito te amo, restituisti filium.*
Fac videam. DO. *eamus intro.* PE. *eamus, Lycissa ades,*
Acanthioni haec nuncia, ego ad Dorippam huc devortam.

CAP. IV.

Livius Andronicus emaculatus. Sorum. Mos pedes unguendi ante calceorum indutionem. Ampullas peregrinantes cur secum portarint. Moratur. Mercator tertium aucta. Genere cadere. Ob vos sacro. Sub vos placo.

SCena *Ecastor lege:* male vulgatur hodie.
Ecastor faxim, si itidem plectantur viri,
Si quis clam uxorem duxerit scortum suum,
Vt illae exiguntur quae in se culpam commerent,
Plures viri sint vidui, quam nunc mulieres.
Nam legendum est, *Ecastor paxim,* quod & supra monui ad Amphitruonem cap. IX. Simile mendum in Livii Andronici isto versu quem ex Odyssea citat Priscianus libb. IX. & X.
Nexebant multa inter sese flexu nodorum dubio.
Corrigo, *plexu nodorum.* Sc. *Limen superum.*
Vbique eripiatur, animo tuo quod placeat maxime:
Ibi quidem si regnum detur, non est cupida civitas.
Explicant *cupida* viri docti, tamquam *expetibilis, cupienda:* sed recte in vet. cod. est: *cupita civitas.* Errori originem praebuit, quod veteres *D* pro *T* scribebant. Praeterea primo versu vet. cod. habebat. *Vbi quid eripiatur:* unde etiam, *Vbique id eripiatur,* legi posset: hoc vero non est tam magni momenti. Sc. *Divum atque hominum.*
Eorum inventu res decem simitu pessumas perdidi.
Vet. cod. *Forum inventu.* Nihil certius quam scripsisse Comicum *Sorum* pro *Eorum,* ἀρχαϊκῶς; quale mendum & ex Asinaria memini tollere.
Recipe te ad terram Charine huc, nonne ex adverso vides?
Nubis ater imberque instat: aspice nunc ad sinistram, Coe-

Coelum uti splendore est plenum ex adverso vide?

Nauci non est haec lectio. Vet. cod. *Respice huc ad dextram Charine*, Nihil pote melius: firmat quod subdit.

——— *adspice nunc ad sinistram.*

Sequitur.

——— *omnia*
Commonstrabo, amicior mihi nullus vivit, atque is est.
Qui illam habet, neque cui magis me velle melius aequum siet.

Archaismorum ignoratio huic loco corrumpendo fuit. Nam certum habeo scripsisse Plautum, *neque quim magis me*. Dicebant *Quim* & *Quem*, ut *Im* & *Em*. Adhaeserat *m* principio sequentis dictionis. *Me* pro *Mi* sive *Mihi* tertio casu etiam ἀρχαϊκὸν est. Ita omnino legendum est; aliter perit decor & acumen sententiae. Dicit Eutychus amasiam se Charini vidisse apud quemdam amicum suum, & quidem talem, quo nemo magis sit obstrictus ut bene sibi vellet: addit enim hoc ut soletur Charinum, fidemque faciat posse se ei in recuperatione amasiae operam aliquam gratam navare.

Omnibus hic ludificatur me dolis, ego stultior.
Qui isti credam, commoratur, chlamydem sumam denuo.

Puto veram coniecturam meam, *com moratur*. *Com* pro *cum*, ἀρχαϊκὸν est. Iam *Morari* veteres dixisse notavi etiam ad Militem cap. I. Sequitur postilla paulo intervallo.

——— *tollo ampullam, atque hinc eo.*

Verba sunt Charini peregre iturientis, non tamen cuivis intellectu facilia. Lambinus contentus fuit dixisse, peregre proficiscentes ampullam secum portasse, sed in quem usum factitarint, id vero silet. Ego dicam. Mos erat pedes oleo ungere antequam calceos induerent, itaque peregre abeuntes ampullam secum portabant, quae oleum in eum usum suppeditaret. Posterius ex hoc Plauti loco adparet, prius ex Hesychio, cuius ea verba. Ἠλείφοντο τὸς πόδας οἱ ἀρχαῖοι, πρὶν τὸ ὑποδήσασθ. *Ungebant pedes verteres antequam calceis induerentur*. Hinc λιπαροὶ πόδες apud Poetas. Venio ad Sc. *Quasi tu numquam;* cuius principium mutilatum esse tam mihi certum, quam Plautum de pistorum prosapia fuisse. Et quis, obsecro, paulum modo emunctae naris inficias ibit? dissentio ergo a te, eruditissime Lambine, ignoscent mihi manes tui, & ut diligentiam tuam summam cum doctrina non vulgari coniunctam libens admiror, ita heic iudicium non iniuria requiro, quod si advertisses, numquam deesse nihil pronuntiasses. Sane necessario praemittendi undecim isti versus, quos ut in vetere meo codice inveni, hoc loco proponam.

LYSIMACHVS. DEMIPHO.

LY. DEmipho sapientum illud dictum te audisse reor saepius,
Voluptas est malorum esca; quod ea non minus homines
Quam homo capiantur pisces: hoc quo fugiant senes,
Tu tamen senectuti gratiam non habeas, quoniam haec tibi
Non abstulit modo, sed in amorem coniecit fortius,
Quo te consiliumque tuum atque mentem perdit funditus.
Atque oculorum tibi praestringit aciem, me quoque
In magnum coniecisti malum, nec quid faciam scio.

DE. *Lysimache; deum hoc arbitrium est, non hominum, tute hoc tecum*
Si cogites, non aequum te facere arbitrabere,
Quom amico homini tuique conscio ita succenseas misere.
Quasi tu numquam, &c.

Atque haec omnia Plautinam phrasin redolent, adeoque evidenter huc pertinent, ut qui neget, eum ego habere crebrum negem. Lego vero tertiu versu: *Hanc quom fugiant senes*. Sequitur. Sc. *Iam redeo:* quae versu praecedaneo in meo codice est auctior, & ita incipit, legiturque.

EV. *Ad patrem ibo, ut matris iram sibi esse sedatam sciat.*
DE. *Iam credo, placet principium, quid agis? quid sit Eutyche.*

Cunfert serie Lector, & videbis Plauti Mercatorem non parum a me adiutam.

Qui bono sunt genere nati, si sunt ingenio malo,
Suapte culpa genere capiunt, genus ingenuum improbant.

Scio Colvium legere, *Suapte culpa degeneres abeunt, genus ingenio improbant*. Sed erravit doctissimus iuvenis, nam certa coniectura corrigo. *Suapte culpa genere cadunt*. Posteriora illa minime sunt solicitauda. Iam *Genere cadere* nihil aliud est, quam quod Graeci dicunt, ἐκπίπτειν τοῦ γένους; cui contrarium erat, ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸ γένος: ut olim notavi ad Lycophronem. In vetere codice erat, *ex genere capiunt*, inde inducor iam ut legam, *ex genere cadunt*, pro eo quod est, *genere excidunt*, & hoc magis respondet Graecae loquutioni, in qua est ἐκπίπτειν. Porro. *Ex genere cadunt* est ἀρχαϊκὸν, nam veteres composita resolvere amabant. Talia sunt *Ob vos sacro*. *Sub vos placo:* quae apud Festum leguntur.

Eamus intro, non utibilis hic locus factis tuis.

Melius, Plautoque dignius, quod in vet. cod. *non utibile hic locus*. Iterum non intellectus ἀρχαϊσμός. Sic Amphitruone *Cul est* dixit, pro *Qualis est*, *Nundinale coquus*, Asinaria. *Fac fidele sis*. Captivis, quae singula suo loco adnotavi.

VIRO CLARISSIMO

IACOBO LECTIO

IOANNES MEVRSIVS S. D.

QVid de Plauto censeas, V. Cl. non ex te quaesiverim, qui certissimum habeam serio amare; & seorsim sentire ab istis e Caudicali provincia, qui pistrinum, id est, praesepim asinariam olere eius Fabulam dictitant. Quibus non contra allium & rus merum obiicimus: Tanti vero pistrinalem illum odorem facimus, ut quotiescumque nares ferit, id velimus millies fieri quod Fabullo suo praedicit Poeta Veronensis. Sed ignoscamus istis, quum cerebrum non habeant, ne quibus iniqui flagitatores videamur. Digni enim magis sunt misericordia, quam risu. Tu, V. Cl. me ama, si potes; haec vide, si lubet. Poteris autem, quia humanissimus es: lubebit, quia harum litterarum studiosissimus. Vtrumque merui amore erga te & observantia.

AD PSEVDOLVM.

CAPVT PRIMVM.

Tis. Neparcis. Neparcus. Dacrumae. Ciba. Cibela. Flagricibae. In Varrone vitiosa scriptura indicata. Here. Praetersa. Oliveta. Festi error.

SCena *Si ex te.*

Duorum labori ego hominum parsissem libens,
Mei te rogandi, & tui respondendi mibi.

Lego ex Agell. lib. xx. capit. vi. *& tis respondenti.* Nam *Tis*, pro *Tui*, ἀρχαϊκὸν est.

PS. *Heu? id quidem tibi hercle ne parsis dabo.*

Nimis hic locus contaminatus, qui tamen nullo negotio restitui pristino nitori potest hoc modo: *neparcis*. Veteres dicebant *Neparcus*, ut *Nesapus*, *Nepurus*, & talia. Comicus noster *Neparcis* adverbialiter extulit, ad quam faciem *Invitis*, *Ingratis*. Quum Pseudolus rogasset Calidorum qui vellet sibi fieri, atque ille prae animi moestitia eiulans *Heu* dixisset; ludens verniliter, *Heu?* inquit: id tibi hercle neparcis, id est abunde dabo. Hic sensus huius loci, & vera lectio.

Vt litterarum ego harum sermonem audio,
Nisi tu illis drachmis fleveris argenteis,
Quod tu istis lacrimis te probare postulas,
Non pluris refert quam si tu imbrem in cribrum geras.

Locus luxatus, & corruptus. Ita puto restitui debere.

Quid tu istis lacrimis te probare postulas?
Vt litterarum ego harum sermonem audio,
Nisi tu illi dacrumis fleveris argenteis,
Non pluris, &c.

Notum est olim *Dacruma* pro *Lacrima* in usu fuisse. Etsi autem *drachmis* ferri posse non temere negaverim, *dacrumis* tamen haud paulo plus elegantiae & venustatis sententiae addere valde adfirmo.

Spero alicunde hodie me bona opera, aut hac mea,
Tibi inventurum esse auxilium argentarium.

A Vet. cod. optime, *bona opera, aut mala.* Gulielmus valde acute emendat, & transponit; sed, quantum ego iudico, nihil opus hic acumine. *Opera bona, aut mala:* idem est ac si dixisset, *quo iure, qua iniuria.* Sequuntur hi duo versus.

Atque id futurum unde unde dicam nescio,
Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.

Personae heic exciderunt, quas revoco, & scribo.

CA. *At id futurum unde?* PS. *unde dicam nescio.*

B Ita signate vet. cod. Sc. *Exite, agite.*

Neque ego homines magis asinos umquam vidi, ita plagis costae callent.
Quos dum ferias, tibi plus noceas, eo enim ingenio hi sunt flagitribae.

Vet. cod. *sunt flagricibae*. Quod non temere reiculum pronuntiandum. Veteribus *Ciba* mensa, & *Cibela*. (nam utroque modo efferebant, ut *Turba*, *Turbela*. *Fuga*, *Fugela*, & talia.) quod in *Cibilla* mutavit apud Varronem *I* pro *E* scripto, & *L* geminato, ut

C mos est supinis librariis. Ergo *Flagricibae* vocantur a Plauto, lepide conficto vocabulo, flagrorum mensae; id est, in quorum tergum ita flagra ubertim ingeruntur, ut coena dubia in mensam cibi. Aut simpliciter *Flagricibae* sunt, qui flagris quodammodo nutriuntur. Si *Flagritribae* retinemus, ita *Vlmitriba* dixit Persa.

Atque heri ante dixeram omnibus dederamque eas provincias.

D Vet. cod. *Atque here*, Dignior Comico nostro ἀρχαϊσμός.

Verum ita vos estis perditi, negligentes, ingenio improbo,
Officium vestrum ut vos malo cogatis commonerier.

Nem-

Nempe ita animati estis vos: vincite hoc duritia ergo, atque me.

Postremus versus ita legendus, ut in vet. cod. est: *ita animati estis vos vincere hoc duritia tergi*. Nihil poterat servis flagricibis convenientius dici. Firmat illi quod sequitur.

Numquam edepol vestrum durius tergum erit, quam terginum hoc meum.

Sequitur postea, ubi servis singulis opera distribuit.

Vorsa, praesterga, strata, lautaque, coctaque omnia uti sint.

Valde fallor, aut legendum; *Vorsa, praetersa. Praetersa*, id est, valde tersa: ut *Praedives. Praepotens*

Xystilis fac ut animum advortas, quoius amatores olivi

Dynamin domi habent maximam.

In Bas. Par. Tarv. & Veneto, *amatores olivinam domi*. Puto verum esse.

——— *quoius amatores*

Olivitam domi, &c.

Nam veteribus *Olivita*, sive *Oliveta* (*E* enim & *I* promiscue scribebant) idem erat quod *Olivetum*: ut *Menda, Mendum. Testa. Testum*, & talia. Ergo errat Festus, qui putat esse illud tempus quo olea colligebatur, quod tamen *Olivitas* dicebatur. Sc. *Pseudole, non audis*.

CA. *Perii: an non tu lex me perdidit quina vicenaria.*

Scribendum *N* duplici, *quina vicennaria*. Nam *Viceni* sunt, οἱ εἴκοσι τ̃ ἀριθμόν. *Vicennes* vero, εἰκοσαετεῖς.

CA. *Quid eo?* PS. *lanios inde accersam duos cum tintinnabulis.*

Vet. cod. *lanios inde accersam duo*. Quod Plauto dignius. Tale est quod sequitur.

Eadem duo greges virgarum inde ulmearum adegero.

Est vero ἀρχαϊκόν.

CAP. II.

Simulter. Compecti. Per viam esse. Alvus, masculine-Frigdus. Accius apud Nonium emaculatus. Progredimino. Praefamino. Famino. Hirquina barba in convitio.

EAdem illa scena.

Exossabo ego illum similiter itidem ut muraenam coquus.

Vett. codd. *illum simulter*. Rectissime, nam veteres *Simul* & *Simulter* dicebant, ut *Facul*, & *Faculter*. Versu ultimo.

CA. *Iam hic faxo aderit*. PS. *potin' ut abeas?* CA. *tibi moram dictis creas.*

Vet. cod. PS. *potin' ut abeas? tibi moram d. c.* Et certe melius ista postrema Pseudolo etiam conveniunt. Sc. *Postquam illic*.

Sed quasi Poeta tabulas, quum cepit sibi.

Quaerit quod nusquam est gentium, reperit tamen.

Correxeram de coniectura. *Sed quasi Poeta, fabulas quum coepit, sibi Quaerit*, &c. Et ecce in veteribus libris ita invenio. Sc. *De damnosis*.

Si sumus conspecti, sive consilium umquam inivimus

A *De istac re.* ———

Certo certius est, scribendum, *Si sumus compecti*. Nemo nescit *Compecti* pro *Compacti* ἀρχαϊκόν esse. Sc. *Dii immortales*. Pseudolus laetitia exsultans quia acceperat ab Harpace epistolam, ita inquit.

Nam ipsa mihi oportunitas non potuit opportunius

Advenire, quam haec cavata est mihi oportune epistola.

Nam haec adlata cornu copiae est. ———

B Puto secundo versu legendum: *quam haecc' adlata est*. Ita conieceram, quum vidi idem visum fuisse V. Cl. Iusto Lipsio, cui libens rescribo. Sc. *Dulcia atque*.

Commemini omnia: dic tu modo me quid vis facere, fac sciam.

Lego, *q. v. facere, faciam*. Ita erat in veteribus libris.

PH. *Quid istic est?* CA. *Charinus*. PH. *euge iam*.

C Lacunam ita suppleo ex veteribus libris. PH. *euge iam. Charinum volo*. Nihil accomodatius, nam respondet Charinus.

Quin tu, quidquid opus est, audacter imperas.

In versibus quos iam adponam personae male exciderunt.

CH. *quid nunc agimus?* PS. *liberam hodie tuam amicam amplexabere.*

CH. *Egone?* PS. *tute, ego ipsus, inquam, si quidem hoc vivet caput.*

Ita enim scripsit Plautus. CA. *Egone?* PS. *tute*. CA. *egone ipsus?* PS. *inquam, si quidem*,

D &c. Ostendunt veteres libri, & locus manifesto requirit, qui alias languidus, & corruptus.

Nunc liquet, nunc defaecatum est, cor mihi nunc pervium est.

Malo, ut in veteribus libris invenio, *cor mihi numquam perviam est*. Nam *Per viam esse* nihil est quam *Pervium esse*: ut, *Ob viam esse*, dicebant veteres pro *Obvium esse*. Sic Aulul. Sc. *Redi*.

——— *angulos hic omnis*

Mearum aedium & conclavium mihi perviam facitis.

E Ergo adparet male interpolatum hunc locum. Sc. *Forum coquinum*.

Quum hasce herbas huiusmodi in suam alvum congerunt.

Melius veteres libri, *in suum alvum*. Quod ἀρχαϊκόν est. Poeta vetus apud Nonium, & Priscianum lib. v.

Maia nemus retinens gravido concepit in alvo.

Accius Annalibus.

——— *ut quam frigidissimus alvus.*

F Sed legendum est metri caussa, *frigidissimus*. Veteres enim dicebant *Frigdus* pro *Frigidus*, ut *Caldus* pro *Calidus*. Hinc *Frigdaria* apud Lucilium. Priscianus lib. VI. Sic pro *frigidissimus* habet *fragilissimus*. Sed hoc agamus. Masculine etiam alii extulerunt. Cato ad filium. *Ex dolore, ex febri, ex medicaminibus bibendis, ex cataplasmatis, ex alvo lavando*. Cinna in Smirna.

At scelus incesto Cinyrae crescebat in alvo.

Sequitur.

Si quo hic gradietur, pariter progrediminor.

Lego, *progredimino*, ut est in Lambini editione.

ne. Est autem ἀρχαϊκὸν pro *progreditor*. Sic *Praefamino* apud Catonem, *Famino* apud Festum. Sc. *Minus malum.*

SY. *Heus tu, qui cum hirquina astas barba, responde quod rogo.*

Hinc observamus hirquinam barbam pro convitio obiectam olim, ut & apud nos. Apul. Milef. XI. *Qui pallio, baculoque, & baxeis, & hircino barbitio Philosophum fingeret.*

CAP. III.

Columa. Cn. Gellii nomen apud Nonium restitutum. Eiusdem locus. Tam pro Tamen. Novius, & Titinnius correcti. Tame, pro Tam.

QVoniam Nonii recens facta mentio lubet eum extra ordinem denuo in partes vocare, non tam ipsius, quam Cn. Gellii historici vetustissimi causa, cuius nomen locusque apud eum corrupta. In *Bubo*. *Agellius historiarum lib.* I. *Et quod bubo in columna aedis Iovis sedens conspectus est.* Primo legendum *Cn. Gellius*: de quo historico dixi in Notis ad Macrobium Sat. lib. I. cap. VIII. Postea V. Cl. Nicolaus Faber legit, *in culmine aedis*. Sed nimis recedit a vulgata scriptura. Ego puto verum esse, *in columa aedis*. Dicebant enim veteres *Columa*, *Columen*, ut *Ruma*, *Rumen*. *Fruma*, *Frumen*, & alia ad eam faciem. Iam *Columen* & *Culmen* esse idem ostendi in Notis ad Catonem de R. R. cap. XV. Nec quisquam est, qui nesciat. Sed de Gellio, ne fraudem committam, vidi postmodum etiam eruditissimo Mercero in mentem venisse. Sc. *Viso quid.*

SI. *Velim quidem hercle.* BA. *roga me viginti minas.*

Lego metri caussa ex vet. cod. *viginti mnas*. Rectum hoc esse supra non semel docui. Sc. *Malus & nequam.*

Quem ego hominem nullius coloris novi.

Veteres codices: *nulli coloris*. Quod ἀρχαϊκὸν est

Sic huc incessi ludibundus, plaudunt parum, clamitant me ut revertas.

Melius veteres codices: *plaudunt partim*. Sc. *Vox viri*.

BA. *Non audes quaeso aliquam partem mihi gratiam facere hic argenti?*

PS. *Novi, me dices avidum esse: nam hoc numquam eris nummo divitior.*

Neque te mei tergi misereret, si hoc non hodie effecissem.

Scripserim: *tam hoc numquam*, ἀρχαϊκῶς pro *tamen*. Festus. *Antiqui Tam etiam pro Tamen usi sunt.* Novius.

Qui si taceat dum videat, tame etiam sciat
Qui scriptum sit. ———

Titinnius.

Bene cum facimus, tam male fuimus, ut quidem
Perhibent viri. ———

Item.

Quamquam estis nihili, tam vobis ecastor consului simul.

Ita illos Novii & Titinnii versus restituo apud Festum: & in Novio quidem *Tame* rescripsi metri causa; ut autem *Tam* pro *Tamen* dicebant, ita *Tame* etiam pro *Tam*. Idem Festus docet.

VIRO CLARISSIMO

BONAVENTVRAE VVLCANIO

IOANNES MEVRSIVS S. D.

SI vacas, V. Cl. vide haec ad Poenulum. Si vacas, inquam: vix enim dubium habeo, quin occupatus valde sis in Procopio tuo, in Glossographo, quos tu Auctores egregio publico prelo adornas. Vtinam aliquando ultimam manum imponas, ut ad nos laborum tuorum redundet fructus. Crede mihi, morae tam longae impatientes sumus omnes Musarum alumni, & tacito mentis te flagitio verberamus. Tuum itaque erit efficere, ut quamprimum novitios Bibliothecae, ingeniique foetus in sinu teneamus, legamus, laudemus. Hoc cura.

AD POENVLVM.

CAPVT PRIMVM.

Mapalia. Liroe. Glossarium emaculatum. Ἀγοραςοκλῆς. Σοφοκλῆς *Laudicenus.*

SCena *Saepe ego,*
Saepe ego res multas tibi mandavi, Milphio,
Dubias, egenas, inopiosas consilii,
Quas tu sapienter, docte, cordate, & cate
Mihi reddidisti opiparas opera tua.

In Venet. & Basil. *Mihi reddidisti certas, opiparas o. t.* Recte. Nam ut opiparas opponit

nit egenis & consilii inopiosis, ita certas dubiis. Itaque sic constituo.

Mihi reddidisti certa' opipara' opera tua.

Sequitur paulo post.

Gerrae germanae, atque aedepol lyrae lyrae.

Veteres quidem codices, *lirae*, *lirae*. Sed scribendum est *liroe*, *liroe*: ut *Popoloe*. *Oloe*. *Privoe*: quae diphthongus cascis illis usitata, ut ex Festo cognoscimus. Iam vero *Liroe* nihil aliud est quam Graecanicum λῆροι. Manavitque id vocabuli ad Italos ex magna Graecia. Hinc *Lirare* pro *Ineptire*, & *Delirare*. Nam *De* in compositionibus auget ut plurimum significationem, ut adnotant Grammatici. Nec est porro quod quis rusticorum liras mihi obiiciat, unde hactenus etymologia quaesita, nam aliae eae omnino ab his. Sed & Glossarium corrigendum obiter huius loci occasione. Hodie ibi vitiose est. Πλεκτὰ, τὰ προσφερόμενα τοῖς τείχεσι μηχανήματα. *Haec erre. Singulare non habet*. Scribendum. *Hae Cerrae*.

AG. *At amans per amorem, si quid feci, Milphio,*
Ignoscere id te mihi aequom est. MI. *haud vidi magis.*

Sequitur.

Et ego nunc amore pereo, sine te verberem.

Secundo versu melius veteres libri. MI. *Audi tu magis*.

Sed Adelphasium exit eccam, atque Anterastilis,
Haec est prior, quae meum herum dementem facit.

Transpono. *Haec prior est quae*. Pauxilla mutatio multum addit elegantiae. Nam vult dicere Adelphasium, quam priorem nominaverat, amari ab hero suo Agorastocles. Porro Agorastocles, e quacumque Comoedia mutuatus sit Plautus, non alius est quam qui per convitium aliter Σοφοκλῆς, Latine *Laudicenus* dicebatur: de quo hominum genere eorumque vocabulis Plinius lib. II. epist. XIV. ad Maximum. Sc. *Negotii sibi.*

Nam nos usque ab aurora ad hoc quod diei est
Postquam aurora illuxit, numquam cessavimus
Ex industria ambae numquam concessavimus
Lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari,
Poliri, expoliri, pingi. ———

Si quid indico, secundus versus certe est insititius, & non a Plauto nostro; nam illa *Postquam aurora illuxit*, interpretamentum primi versus sunt: ista vero *numquam cessavimus*, adscripta erant postremis verbis versus sequentis, *numquam concessavimus*. Haec duo glossemata ad oram adnotata, postea, ut saepe factum, coniuncta sunt a quodam, & in textum infarta. Malo iure. Puto neminem non probaturum hoc iudicium meum.

Aggerundaque aqua sunt viri duo defessi.

Veteres quidam, *Ab gerundaque a.* Quod praetulerim.

Postremo modus muliebris nullus est.
Neque umquam lavando & fricando scimus
Facere. Nam quae elauta est, nisi
Perculta est, meo quidem animo, quasi illauta est.

Locum depravatissimum ita corrigo ex veteribus editionibus.

——— *& fricando sumus*
Saturae; nam quae lauta est nisi
Perculta est, meo q. a. q. invenusta est.

Non poterat melius emendari.

CAP. II.

Omne, pro Omni. Laeta nuntiantibus vinum propinabatur. Oho. Scoenum. Scoeniculae meretrices. Enam.

EAdem illa elegantissima scena.

Quasi salsa muriatica esse autumantur
Sine omni lepore, & sine suavitate.

Vetus codex, *Sine omne lepore*. Recte: *Omne* pro *Omni*, est ἀρχαϊσμός.

MI. *Coqua haec est quidem Agorastocles, ut ego opinor.*
Scit muriatica ut macerent. AG. *quid molestu' s?*

Augeo, legoque ex vett. libb. *Vt ego opinor*. AG. *quid id?*

MI. *Scit muriatica ut macerent.*

Sequitur.

MI. *Ecquid gratiae, cum huc foras te evocavi? nunc iam*
Me decet donari cado vini veteris.

Poscit Milphio vinum ab Agorastocle, quod ad tam iucundum spectaculum eum evocasset, non secus ac si laetum aliquod nuntium attulisset. Mos autem veteribus vinum laeta nuntiantibus propinare, eoque Plautus antiquitatis scientissimus adlusit. Sic apud Aristophanem πλούτῳ Cario servus Plutum recepisse visum nuntians a Chremyli uxore id efflagitat, his verbis.

Ταχέως ταχέως φέρ' οἶνον ὦ δέσποιν' ἵνα
Κ' αὐτὴ πίῃς, φιλεῖς δὲ δρῶσ' αὐτῷ σφόδρα.
Ὡς ἀγαθὰ συλλήβδην ἅπαντά σοι φέρω.
Cito cito fer vinum, domina, ut
Et ipsa bibas, amas vera quum feceris ipsi vehementer
Vt bona simul cuncta tibi feram.

Scholiastes. Ἡνίκα ἦν ἐπαγγελία, ἔθος ἦν πίνειν οἶνον. *Quando promissio erat, mos erat vinum bibere.*

AN. *Eamus soror mea.* AD. *hoc amabo, quid illo nunc properas?*

Veteres libri, AD. *oho amabo*. Quod reiculum non temere pronuntiavero. *Oho*, ut *Eho*. Aut si quid mutandum, *Obe* erit legendum. Venio iam ad locum maxime insignem.

——— *an ibi vis inter istas versarier*
Prosedas, pistorum amicas, relliquias alicarias,
Miseras, coeno delibutas, servilicolas, sordidas?

Veteres libri. *Miseras, schoeno delibutas*. Et ita in Festi Pompeii quoque fragmentis legitur. Sed sine adspiratione scribendum, nam Sabini dicebat *Scoenum* pro *Coenum*, ut *Scoelum*, pro *Coelum*, *Scena*, pro *Cena*, ut ad Amphitruonem adnotavi. Hinc *Obscoenus*, scoeno sive coeno obnoxius: manifesto retentus in composita voce Sabinismus. Quin immo & hoc argumento esse potest, quod eruditi

diti lectores dictionem aequipollentem, sed usitatiorem notioremque, substituerunt: quomodo plurimos alios ἀρχαϊσμὺς temere nimis sustulerunt, ut mollirent adsperitatem (si Diis placet) Comici nostri, quo ab indoctioribus etiam intelligi possit. Iam autem de schoeno unguento nugario, quae Varro profert, & Festus ex eo, itemque Turnebus (ignoscent mihi manes tantorum virorum) merae nugae sunt. Sane ut heic *scoeno delibutas*, ita alibi in Comoediis *lutulentas* & *immundas* uominat Plautus. Ecce tibi locum unum e Truculento, qui instar multorum.

Blitea, & lutea est meretrix, nisi quae sapit in vino ad rem suam.

Et Synceraſtus de Lenone hac ipsa Fabula.

— neque tam luteus, neque tam coeno collitus.

Non vero mirum voce Sabina eum uti, cum ex Macrobio discamus Romanos multa Tuscorum, Oscorum, Sabinorumque finitimorum vocabula usurpasse. Porro nec hoc silentio praetereundum, pro *Servilicolas*, quod Festi quoque schedae probant, in veteribus aliquid editionibus *schoenicolas* legi: sed monui iam omittendam adspiratam. Ita in Clitellaria,

Diobolares, scoenicolae, miraculae.

Est autem a *Scoenum*, *Scoeniculus*: ut ab *Annus*, *Annulus*: Videndum itaque ne recte faciat vir magnus qui *Scoenicolus* vult scribendum, quum plane indifferens sit, nisi quod illud habeat ἀρχαϊκὸν, siquidem *O* pro *V* ponebant. Si autem *Servilicolas* cum Festo retinebimus, huc pertinebit versus sequens.

Servulorum sordidulorum scorta diobolaria.

Haec mea de loco hoc sententia, quam viri docti ventilabunt. Ad alia propero.

MI. *Enimvero here facis delicias.* AG. *de te quidem haec didici omnia.*

In veteribus libris erat constanter. *Enim here d. f.* Puto excidisse priscam vocem, quia non intelligeretur, scriboque hoc modo. *Enam here facis delitias?* Nam veteres *Enam* pro *Etiamne* extulisse ex Festi fragmentis cognoscimus.

CAP. III.

Benus. Compes, pro compos. Helus. Hemo. Apello. Frons parva in laude. Frontem minuere nimbis solitae mulieres. Nimbi qua astutia dissimulati. Arnobius emendatus. Fasciae colorifeae. Isidori sententia explosa.

EAdem scena Adelphasium invidiae crimen amoliri a se volens ita inquit.

Invidia in me numquam innata est, neque malitia, mea soror.

Bono ingenio me esse ornatam, quam auro multo mavolo.

Magis Plautine veteres editiones, *neque malitia mala soror*. Secundo autem versu Basiliensis habet. *Beno ingenio*. Quod non temere mendum Typographicum censuerim: certum enim est veteres *Benus* dixisse pro *Bonus*, ut *Helus*, *Holus*. *Hemo*, *Homo*. *Apello*, *Apollo*: ut ex Festo liquet. *Compes* etiam pro *Compos*, ut ex Prisciano lib. I. Sane a *Benus* κατ' ἀναλογίαν deducta *Benignus*. *Bellus*. *Bene*. Quae valide firmant coniecturam nostram.

Quam magis adspecto, tam magis est nimbata, & nugae merae.

Valde aestuant heic tam veteres quam recentes. *Nimbus* erat fascia frontalis, nam quum frons parva inter formae decora reputaretur, ut magnitudinem dissimulare possint nonnullae formae studiosae, nimbis eam imminuebant. Arnobius lib. II. *Laminas pertunderent aurium, imminuerent frontes nimbis, fuligine oculos obumbrarent*. Ita lego, non *limbis*, nam *Limbus* & *Nimbus* differunt. Et hos ipsos nimbos, tam calide & tanto artificio dissimulabant, ut aegre cognosci possent, inde est quod dicat heic Milphio meretricem quo attentius intueretur, eo magis videri nimbatam. Imbuebat enim colore eodem qui esset capillorum, unde *Fasciae colorifeae* Osce a vetere poeta nuncupantur, id est coloriae: quod autem aurum linteo adsutum dicit Isidorus meraenugae sunt, siquidem eo modo internosci potuissent.

— AD. *nos eamus nunc, etiam morare?* AG. *male facis.*

AD. *Bene promittis multa: ex multis omnia incassum cadunt.*

Liberare me iuravisti haud semel, sed centies.

Dum te exspecto, neque usquam aliam mihi paravi copiam,

Neque istuc usquam adparet: ita nunc servio nihilominus.

I soror; abscede tu a me. AG. *perii: eho quid agis Milphio?*

MI. *Mea voluptas, meae delitiae, mea vita, mea amaenitas,*

Meus ocellus, meum labellum, mea salus, meum suavium,

Meum mel, meum cor, mea colustra, meus molliculus caseus.

AG. *Mene ego illaec patiar praesente dici? discrucior miser.*

Nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi.

MI. *Noli, amabo, succensere hero meo causa mea.*

AD. *Ego faxo: sine.* MI. *irata es nimium, argentum pro te dabit,*

Atque te faciet ut sis civis Attica, atque libera.

AD. *Quin abire sinis? quid vis tibi? qui bene volunt, bene visitent.*

MI. *Si ante quidem mentitus est, nunc iam dehinc erit verax tibi.*

AD. *Abscede hinc sis sycophanta.* ———

Manifesto totus hic locus luxatus: nam ecce secundo versu respondet Adelphasium saepius sibi promissam libertatem, cuius tamen nusquam ante facta umquam mentio, sed in sequentibus tantum verbis. Restituo pristino ordini, hoc modo.

—— AD. *nos eamus nunc, etiam morare?* AG. *male facis.*

MI. *Noli, amabo, succensere hero meo causa mea.*

AD. *Ego faxo: sine.* MI. *irata es nimium: argentum pro te dabit,*

Atque

Atque te faciet ut sis civis Attica, atque libera.

AD. *Bene promittis multa: ex multis omnia incassum cadunt.*

Liberare me iuravisti haut semel, sed centies.

Dum te exspecto, neque usquam aliam mihi paravi copiam,

Neque istuc adparet, ita nunc servio nihilominus.

ML *Si ante quidem mentitus est, nunc iam dehinc erit verax tibi.*

Mea voluptas, meae delitiae, mea vita, mea amaenitas,

Meus ocellus, meum labellum, mea salus, meum suavium.

Meum mel, meum cor, mea colustra, meus molliculus caseus.

AG. *Mene ego illaec patiar praesente dici? discrucior miser.*

Nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi,

AD. *Quin abire sinis? quid vis tibi? qui bene volunt, bene visitent.*

I soror: abscede tu a me. AG. *perii! eho quid agis Milphio?*

AD. *Abscede hinc, sis, sycophanta.* ———

Abite fungi, emunctae naris Lectorem volo, qui haec diiudicet. Secundus versus obscurus; non enim rogat ne propter se hero suo irascatur, sed ne hero irascatur, idque in suam gratiam faciat. Ita capiendus omnino. In reliquis omnia iam plana, & recte ordinata, ex quibus antehac propter traiectionem commodus sensus elici nullus poterat.

CAP. IV.

Restim & clavum optare inimicis mos. Sorbitium. Agones. Agoniae. Inaequius. Fleminae. AEtolicae tunicae.

EAdem illa scena Adelphasium auribus excludens blandicella Milphionis verba heri sui Agorastoclis causam agentis, ita eum plena iracundiae adfatur.

Capias restim, ac te suspendas cum hero ac vostra familia.

Nam solebant inimicis restim precari, & clavum cui se adligarent. In veteri Inscriptione, HIC. STIGMATA. AETERNA. ACTE. LIBERTAE. SCRIPTA. SVNT. VENENARIAE. ET. PERFIDAE. DOLOSAE. DVRI. PECTORIS. CLAVOM. ET. RESTIM. SPARTAM. VT. SIBI. COLLVM. ALLIGET. Item in alia.

ATIMETO. LIB.
CVIVS. DOLO. FILIAM. AMISI. RESTIM. ET. CLAVOM. VNDE. SIBI. COLLVM. ALLIGET.

Sequenti versu Milphio sortem suam deplorans ita eiulatur.

Item mihi iam video propter te victitandum sorbillo.

Legendum censeo.

H. m. i. v. propter tete victitandum sorbitio.

Id est, video omnem mihi vitam in suspiriis ac gemitibus transigendam, sumta metaphora a sorbentibus, quorum spiritum imitari videntur suspirantes. Rescripsi autem *sorbitio*, pro *sorbilo* sive *sorbillo* quod in omnibus codicibus reperi; nam ut *Initium* ab *Ineo*, ita *Sorbitium* quoque a *Sorbeo* formatum. Invenio & Caecilium usum Hymnide.

——— *sine*
Suam senectutem ducat utique ad senium sorbitio.

Vide Festum in *Senium*. Sc. *Quid nunc mihi.*
——— *nunc mihi cautio est,*
Ne mea met culpa meo amori obiexim moram.

Veteres libri. *Ne mea ipse culpa*. Puto, *Ne meapse culpa*. Iudicabis lector. Sc. *Di illum infelicent.*

Nam ego hodie infelix dis meis iratissimis
Sex agnos immolavi. ———

Bas. edit. *Sexagenos immolavi*. Valde suspicor excidisse priscam vocem, scribendumque transpositis leviter litteris. *Sex agones immolavi*. Nam veteribus *Agones* victimae, & *Agoniae* hostiae adpellabantur. Isidorus in Glossis. *Agones, victimae. Agonia hostia*. Vide Festum, & magnum eius interpretem Ios. Scaligerum. Sed casci illi, quum a Graecis accepissent (nam prima lingua Latina Graeca fuit, ut & alibi monui) hanc vocem, latius eius notionem extenderunt, quam ipsi Graeci, qui tantum ea ita vocabant quae pro mortuis sacrificarentur. Suidas. Ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τὰ ἔντομα ἔθυον τῶν τετραπόδων ὡς ἄγονα. τὰ δὲ ἔνορχα, τοῖς θεοῖς. *In funeribus insecta quadrupedum sacrificabant ut sterilia; coleata vero Deis*. In sacris litteris quoque LXX. interpretes verterunt ἀγόνας χοὰς quae mortuis libarentur.

——— *viscum legioni dedi,*
Fundasque, eo prosternebant folia farferi.

Veteres libri. *F. eos prosternebam ut folia farferi*. Quod ut plenius, ita & melius. Sc. *Ita me di.*

Ita me di ament, tardo amico nihil est quidquam iniquius.

Veteres omnes, *quidquam inaequius*. Quod ἀρχαϊκὸν est. Sic dicebant *Amaecus* pro *Amicus*. Simile mendum memini in Aulularia eluere.

——— AD. *te advocatos melius celeris ducere.*

Tardi sumus nos. AG. *optime itis, pessime hercle dicitis.*

Quinetiam deciderint vobis femina in talos velim.

AD. *At edepol nos tibi in lumbos linguam, atque oculos in solum.*

Nihil hac lectione ineptius: quomodo enim femina ipsa possunt in talos decidere? Certa correctio mea *flemina in talos*. Festus. *Flemina dicuntur, quum ex labore viae sanguis defluit circa talos*. Vtitur quoque ipse hic Comicus noster Epidico. Sc. *Satin' ille.*

Prae lassitudine invaserunt miserum in genua flemina.

Invenias etiam apud Tertullianum, & Isidorum in Glossis. Optat vero Plautus ut advocati ita festinarent, ut tandem currendo fatigatis flemina in talos decidant. Sc. *Iam istuc.*

Et ille chlamydatus quinam est, qui sequitur procul?

AEtolus haud est. ———

Veteres: *qui sequitur procul AEtolica veste?* Quod rectum censeo. Iam AEtolicam vestem intelligit tunicam cui chlamys superinducta. Erant vero AEtolicae tunicae oblongae. Strabo lib. XI. Καὶ τὴν ἐσθῆτα δὲ τὴν Ἀρμενιακὴν θετταλικὴν φασὶν, οἷον τοὺς βαθεῖς χιτῶνας, οὓς καλοῦσιν Αἰτωλικοὺς ἐν ταῖς τραγῳδίαις, καὶ ζωννύουσι περὶ τὰ στήθη. *Et vestem vero Armeniacam Thessalicam dicunt, ut profundas tunicas quas Aetolicas in Tragoediis vocant, & circa pectora cingunt.*

Imo ut ipse nobis dixit, quo accures magis,
Trecentos nummos Philippeos portat prae sibi.

Corrigo: *portat praes sibi*. Adhaeserat ultima litterula principio sequentis vocis. Vult dicere, cum sibimet praedem esse, nec opus alio habere, quum sit tam bene nummatus.

CAP. V.

Oculi Antiochi. Mittis. In mundo esse. Aponere. Exsynceraftus. Calix, pro Calx. Vnus, pro Quidam. Hispes, Sispes. Mede. Mis. Tacio. Pacio. Semicinctium. Semizonarii.

EAdem scena.

Ego id quaero hospitium, ubi ego curer mollius,
Quam regi Antiocho oculi curari solent.

In Ven. & Bas. erat, *Antiocho curari hospites solent*. In Tarv. & Paris. *Q. r. Antiocho curari solet*. Vtraque lectio defendi potest. Sed Lambinus nimis aestuat, nec explicare potest. Ego *Oculos* interpretor eos qui in aula Antiochi erant praecipui. Suidas. Ὀφθαλμὸς βασιλήως, ἀντὶ τοῦ μέγα δυνάμενος παρὰ βασιλεῖ. οὕτω δὲ ἐκάλουν τοὺς Σατράπας, δι᾽ ὧν πάντα ὁ βασιλεὺς ἐπισκοπεῖ. *Oculus Regis, pro, valde potens apud Regem. Ita vero vocabant Satrapas, per quos cuncta Rex inspicit*. Hesychius. Βασιλέως ὀφθαλμός. ἐπέμπετό τις ὑπὸ βασιλέως ἐπίσκοπος, ὃς ἐφεωρᾶτο τὰ πράγματα, ὃν τοῦ βασιλέως ὀφθαλμὸν ἐκάλουν. *Regis oculus. Mittebatur aliquis a Rege inspector, qui inspiciebat negotia, quem Regis oculum vocabant*. Plene de his vir magnus Barnabas Brissonius in libris de Regno Persarum, ut indicavit mihi Tiarda meus. Sc. *Quid est.*

AG. *Si pultem, non recludet*. AD. *panem frangito.*

Tarvisinus & Parisiensis, *pedem frangito*, Basiliensis & Venetus *pede frangito:* quod probum, nam Lambinus heic nimis λεπτολογεῖ. Sc. *Suspendant.*

Mitte ad me sodes hodie Adelphasium tuam.

Veteres libri, *Mittit ad me*. Scribo, *Mittis ad me*. Nam *Mittis* pro *Mittas* est ἀρχαϊσμός.

Nego, & negando, si quid refert: abnuo.

Tarvis. *avio*. Parisiensis, *animo*. Venet. & Bas. *aio*; quod compendiose scriptum, *animo*, valet. Pro *animo* vero substituo *annuo*. Nihil potest ex istis vestigiis erui vel quod propius accedat, vel quod Plautino loco convenientius; & lenonis perfidiae.

LY. *Vae vostrae aetati*. AD. *id quidem nunc est tuae.*

Bas. & Ven. *id quidem in mundo nunc est tuae*. Rectissime; *In mundo esse* veteres aliquid dicebant, quod in promtu erat. Festus. *In mundo dicebant antiqui, quum aliquid in promtu esse volebant intelligi*. Et ipse Plautus non semel utitur in his Comoediis suis. Sc. *Age tu,*

Verum ita sunt isti nostri divites.

Lego ex Bas. & Ven. *ita sunt omnes nostri*. Vt sit plenus senarius. Sc. *Satis spectatum.*

——— MI. *te volo.*

SY. *At onus urget*. MI. *at tu adpone, & respice ad me*. SY. *fecero.*

Putem veram lectionem esse, *at tu apone*. Sensus manifesto flagitat. *Aponere*, pro *Deponere*, ut *Afure*, *Afugere.*

Continuo is me ex Syncerasto crurifragum fecerit.

Ven. Bas. & Par. *med exsyncerastum fecerit*. Vt sit senarius. Rectissime, nam ludit in nomine suo, dicens Syncerastum fore Exsyncerastum.

Quin prius disperibit faxo, quam unum calcem civerit,

Bas. & Ven. *calicem civerit*, Recte, *Calix* pro *Calx* est ἀρχαϊκόν. Sc. *Ain' tu tibi.*

Verum ego hic hospitium habeo, Antidamae filium

Quaero: commonstra si novisti Agorastoclem.

Lego ex veteribus codicibus.

Verum ego hic unum hospitem habeo Antidamae filium.

Quaeso commonstres si novisti, Agorastoclem.

Vsurpavit *Vnum* pro *Quemdam:* ut Truculento, Sc. *Ad fores.*

Sed tandem loquere: qui is est homo Astaphium, unusne amator?

Et peccant, qui legunt *novusne amator:* nam etsi postea ita dicat, non ideo etiam hic. Item Sc. *Hahaha.*

Sed est huic unus servus violentissimus.

Catullus.

——— *tum bellus ille & urbanus*
Suffenus unus caprimulgus, aut fossor
Rursus videtur. ———

Arnobius lib. IV. *Contra decus aetatis illa Pessinuntia Dyndimene in bubulci unius amplexu flagitiosa fingitur adpetitione gestire*. Item lib. V. *Etiamne credemus deum numinis tanti tractum esse ad terras, & in verrucula collis unius cum humunculo stantem altercabilem conseruisse sermonem?* Porro & hoc monere volui, in Tarvisiano esse, *ego hic hispite unum*, unde suspicor ne Plautus scripserit, *hispitem unum:* Nam veteres *Hispes*, pro *Hospes* efferebant, uti *Sispes* pro *Sospes*, quod ex Festo est cognoscere.

Quin mea quoque iste habebit, si quid de me fuat.

Corrigo, *si quid mede fuat*. Nam *Mede* pro *Me* dicebant, ut *Medecum*, pro *Mecum*. Dixit autem, *si quid mede fuat*, quomodo Lucilius.

Si quid me fuerit humanitus ut teneatis.

Sc. *Quis pulsat?*

Opinor hercle hodie, quod ego dixi per iocum,
Id even-

Id eventurum esse & severum & serium.
Vt baec inveniantur hodie esse huius filiae.
Secundum versum ita lego, *& esse verum & serium*. Nam τὸ *severum* loci heic habere nihil potest. Sic *vero* & *serio* solet coniungere. Sc. *Fuit hodie*.
—— da diem hunc sospitem quaeso
Rebus meis agundis, quibus annos multos carui.
Veteres omnes, *Rebus mis agundis*. Optime: Graecismus est, & archaismus, nam *Mis* veteres secundo casu ab *Ego* inflectebant.
Nunc boni mihi di dant, vobis, vostraeque matri.
Rescribo ex veteribus, *di danum*. Sc. *Si ego*.
Si ego minam non ultus fuero probe quam lenoni dedi.
Lego ex Bas. & Ven. *Si ego mnam*. Quod quomodo dictum sit supra non semel ostendimus.
—— nihil ad te attinet.
Quid tibi hanc digito tactio est?
In Tarvis. cod. erat, *tatio est*; quod etsi corruptum est, suspicionem tamen inicit excidisse vocem antiquam, *tacio est*. Nam *Tacio* ἀρχαϊκὸν est pro *Tactio*, a *Taco*, sive *Tago*, quod pro *Tango* veteres efferebant: manet eius ἀρχαϊσμȣ vestigium in voce composita *Contagio*. Sic *Pacio* etiam pro *Pactio*, a *Paco* sive *Pago*, quod postea *Pango*. Festus. *Pacionem antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus.*
Deglupta maenas, Sarapis senicinctium, Mastruga. ——
Lego, *semicinctium*. Isidorus Origin. lib. XIX. cap. XXXIII. *Cinctus est lata Zona, & minus lata Semicinctium, & utriusque minima Cingulum*. Petronius. *Inclusus ego suspendio vitam finire constitui: & iam semicinctio stanti ad parietem spondae me vinxeram, cervicesque nodo condebam*. Horum confectores *Semizonarii* dicti. Aulul. Sc. *Narravi amicis*.
Strophiarii astant, astant semizonarii.

VIRO CLARISSIMO.

PAVLO MERVLAE

IOANNES MEVRSIVS S. D.

DUBITABAM serio, Vir Clariss. an ad Plautina haec vocare te auderem in totius mundi Annaliumque nostri seculi descriptione occupatum. Tum etiam, quia sordere tibi iam haec levia scirem. Quid tamen in ipsis possis, & quem gradum in Critica palaestra sperare debeas, satis Ennio tuo edito declarasti, nos intelleximus. Quaeso te si quando a gravioribus tuis studiis otium quaerens respirabis, haec mea examina: in quibus si errasse comperies, excusabit me aetas adhuc tenera iudicium imbecillum, ratioque certa bonos Auctores emendandi nondum nimis nota, quam a te Critices, & Antiquariae Rei, in Academia nostra Batava Dictatore avide exspecto. Vide autem, Musarum alumnis Libellum De Latinos Auctores emendandi ratione, *praestantem ingenii tui foetum, liberaliter dones, atque id primo quoque tempore. Nosti illud.* Bis dat, qui cito dat. *Et hoc alterum Publii.*

Pars beneficii est, quod petitur si cito neges.

Sed tu negare non potes: debes enim, quia promisisti. Matura itaque, ne, ut Iuris nostri phrasi utar, minus solvas. Nisi facis, vide quam audax sim, occinam tibi istuc, quod hominibus immunificis olim solebat.

Quod habes, ne habeas: & illud, quod nunc non habes, habeas malum.

Elecebrae erunt, si forte, pauculae hae in Persa Plauti emendationes.

AD PERSAM.

CAPVT PRIMVM.

Pri. Priceps. Albus paries, proverbium. Iuresea. Maesius. Fortuna Seia. Coloreseae fasciolae. Fructesea. Scaphium. Allium & sal servorum pauperumque cibus. Sudiculum. Παρατιλμὸς *Atheniensium.*

SCEna primore in ipso principio mirum nisi mendum aliquid latet, quod tamen non omnibus adparet, faciam tamen attentius mecum consideranti non difficulter adpareat, & e latibulo protrahatur.
Qui amans egens ingressus est princeps in amoris vias,
Superavit aerumnis is suis aerumnas Herculis.
Nam cur, quaeso, maiores aerumnas exantlavit

lavit qui primus amoris vias ingressus est egens, quam ceteri, qui post eum idem fecerunt? Dicam quod sentio: ἀρχαϊσμὸ ignoratio loco corrumpendo fuit, nam veteres ut *Pri* pro *Prae*, ita *Priceps* pro *Praeceps* efferebant. Legendum itaque erit: *ingressus est priceps in amoris vias*. praecipites autem feruntur amatores pauperes, & velut in baratrum quoddam, vel, ut Apuleius loquitur, profundam amoris foveam demerguntur: multo magis quam divites; quum vix sit spes amore suo potiundi. Iam *Pri* pro *Prae* dixisse aperte testatur Festus. *Privignus dictus, quod antequam mater secundo nuberet est progenitus: pri enim antiqui pro prae dixerunt*. Porro ab eodem hoc archaismo. *Prior. Prius. Primus. Primum. Pristinum*. Sc. *Veterem*.

Qui hic albo rete aliena oppugnant bona.

Veteres libri, *albo pariete*. Legerim, *albo ariete*. Sed cur *albo*? Quaerendum amplius. An *Albus paries* dolum, & fallaciam significat latentem sub aliqua honesti specie? Sane D. Paulus litterarum secularium peritissimus, atque in poetarum scriptis versatissimus, ita loquitur in Actis Apost. cap. XXIII. Ananiae contumelias amoliri volens: forte ex hoc Plauti loco, aut quia ita Ebraeis in phrasi esset. Sc. *Omnem rem*.

Quasi iuream esse ius decet collyricum.

In veteribus erat. *Quasi iure se amesse*. Corrigo: *Quasi iureseam esse*. Nam *Iuresea* pro *Iurea*. Osce pronuntiat Toxilus servus: Sic illi *Maeseus* sive *Maesius* pro *Maius* dicebant. Et fructuum dea *Fructesea*, quasi *Fructea*, apud Augustinum de Civit. Dei lib. IV. cap. XXI. Etsi non ignorem virum magnum ibi legere *Fruti Seiam*, quod rectum esse non potest. Nam *Seia* non erat Veneris, sed Fortunae cognomen, ut cognoscimus ex vetere Inscriptione, in qua ita legitur.

SIEIAE. FORTVNAE AVG.

Item ex Plinio libro XXXVI. capit. XXII. qui eam a Servio rege sacratam memorat. Eodem modo *Coloreseae fasciolae* fuerat apud veterem quemdam Scriptorem, cuius nomen quod ignoremus, factum est comitate Pauli, qui Festi aureos libros tam infrunite mutilavit. Sequitur paulo post.

Ampullam, strigilim, schaphium, soccos, pallium.

Lambinus eruditissimus scaphium vas vinarium interpretatur: potuisset etiam matulam. Vlpianus. *D. De auro, argento, mundo*. L. *Quintus Mutius*. XXVII. *Argento legato non puto ventris causa habita schaphia cantineri*: Sc. *Iovi opulento*.

Nam id demum lepidum est, triparcos homines, vetulos, avidos, aridos
Bene admordere, qui salinum servo obsignant cum sale.

Cur *salinum cum sale*? Inepta ταυτολογία. Lego ex veteribus libris, *qui allium servod obsignant*. Nam allium, & sal cibus erat pauperum servorumque: Iuvenalis Sat. III.

——quis tecum sectile porrum
Sutor, & elixi veruecis labra comedit?

Persius Sat. IV.

—— tunicatum cum sale mordens
Coepe: ——

Huc pertinet locus e Mostellaria Act. I. Sc. I. ubi Grumio conservo Tranioni allii odorem exprobranti sibi ita respondet.

Non omnes possunt olere unguenta exotica,
Si tu oles: neque superior, quam herus, accumbere:
Neque tam facetis, quam tu vivis, victibus.
Tibi tu istos habeas turtures, pisces, aves.
Sine me alliato fungi fortunas meas,

Sc. *Curate*.

Scortorum liberator subiculum flagri.

Putem, *sudiculum flagri*. Nam *Sudiculum* antiquis flagelli genus erat, quod ex Paulo Festi mutilatore cognoscimus, cuius ea verba. *Sudiculum genus flagelli quod vapulantes sudantes facit*. Sed sudor ille sanguis erat, itaque facete id nomen flagello impositum. Vocat autem *Sudiculum flagri* lepide, ut est pater omnium leporum hic noster Comicus, tamquam ipse flagra flagellaret, non flagellaretur: eodem modo *Flagritribas*, & *Vlmitribas* adpellavit. Sc. *Cui homini*.

Operam atque hospitium ego isti praeberi volo.

Veteres libri *praehiberi volo*. Quod magis Plautinum. Sc. *Satin' Athenae*.

DO. *Etiam opinor*. TO. *etiam opinor?* DO. *summo genere esse arbitror*.

Malim. DO. *Emam opinor*, ut est in veteribus editionibus. Ad quod respondet Toxilus. *Etiam opinor?* s. dicis.

SA. *Faciat ita ut te velle videam, ut emas, habe trecentis minis.*
DO. *Nimium est*. SA *octoginta*. DO. *nimium est*. SA. *nummus abesse hinc non potest,*
Quod nunc dicam. DO. *quid id est? ergo eloquere actutum, atque indica.*
SO. *Tuo periculo haec sexaginta datur argenti minis.*

Lego ex veteribus codicibus; *ut emas, habe tibi centum mnis*. Rectum hoc esse inde adparet, quod Dordalo lenone nimium id esse dictitante octaginta dicat: nam alias nimis esset absurdum a trecentis statim ad octoginta descendere. Falsi autem sunt sequentibus istis Toxili verbis.

Abi, argentum effer huc.
Non edepol minis trecentis cara 'st, fecisti lucri.

Quae acceperunt tamquam negaret tanti esse pretii, quum potius velit dicere maioris esse, nec trecentas minas id posse aequare. Eadem phrasis Pseudolo, Sc. *Di immortalis*.

Di immortalis, aurichalco contra carum non fuit
Meum mendacium, hic modo quod subito commentus fui.

Si recte advertissent, non hoc commisissent. Sc. *Hostibus victis*.

Statuite hic lectulos, ponite hic quae adsolent: hic statui volo; primum
Vnde ego omnes hilares, ludenteis, laetificanteis faciam, ut fiant aliqua mihi,
Quorum haec mihi facilia factu facta sunt, quae volui effieri.

Ad-

Adſentior Viro Nob. Iano Douſae legenti, *lubentes*. Porro in veteribus erat.

——— *hic ſtatui volo primum*
Aquilam mihi. ———

Delentque iſta *aliqua mihi*, quae leguntur in ſecundo verſu. Sane recte! nam quum ad convivium illos invitaret, lectuloſque in quibus accumberent poni iuberet, adpoſite etiam aquilam, ſive aquulam flagitat manibus. Sc. *Qui ſunt*.

——— DO. *hei nates pervellit.*
PAE. *Licet, diu ſaepe ſunt expunctae.*

Non videtur hunc locum intellexiſſe Lambinus, in quo manifeſto ad Athenienſium παρατιλμὸν reſpectum eſt. De eo ſic Suidas. Παρατίλλεται, διασείεται, τὰς τρίχας τȣ̃ πρωκτȣ̃ διασείεται. αὕτη γὰρ ὥριστο δίκη τοῖς μοιχοῖς, ἀποραφανίδωσις κ͵ παρατιλμὸς τοῖς πένησι. οἱ δὲ πλȣ́σιοι χρήματα ἀπελύοντο. οἱ δὲ ἀπορȣ̃ντες μὴ δυνάμενοι χρήμασι λυτρȣ̃σθαι τὴν φυγὴν, δημοσίᾳ ταῦτα ἔπασχον. *Podicis pilos vellitur. Haec enim ſancita erat poena adulteris raphani intruſio, & vulſio pauperibus. Divites vero pecunias ſolvebant. Egeni autem quum pecunia reatum redimere non poſſent publice haec patiebantur.* Ariſtophanes πλȣ́τῳ.

> Ὁ δ' ἁλούς γε μοιχὸς διὰ σέ πȣ παρατίλλεται.

Captus autem moechus propter te vellitur. Scholiaſtes. Ἔθος ἦν τὸν ἁλόντα μοιχείας παρατίλλεσθαι ἵνα δȣ̃ς ἀργύριον ποινῆς λυθῇ. παρατίλλεται ȣ̃ν. διασείεται. τάς τρίχας τȣ̃ πρωκτȣ̃ τίλλεται. αὕτη γὰρ ὥριστο δίκη τοῖς μοιχοῖς πένησιν ἀποραφανίδωσις κ͵ παρατιλμός. οἱ γὰρ πλȣ́σιοι χρήματα παρέχοντες ἀπελύοντο. *Mos erat deprenſum in adulterio velli, ut quum argentum poenae dediſſet, dimitteretur. Vellitur igitur. Concutitur. Podicis pilos vellitur. Haec enim ſancita erat poena adulteris pauperibus raphani intruſio, & vulſio. Divites enim pecuniam praebentes dimittebantur.*

CLARISSIMO VIRO

IANO GRVTERO

IOANNES MEVRSIVS S. D.

ADſirmo tibi, eruditiſſime Grutere, feſſus gravioribus ſtudiis, nuſquam recreandi animi libentius divertor, quam ad Plauti Fabulas, quarum me lepores valde capiunt, valde ſales, adeo illi quidem ſciti, ut non iniuria collectos dicas in eo mari, ex quo orta Venus. Iraſcor itaque ſerio veruccibus iſtis de ſchola Tullii, qui nihil elegans putant, quam quod IPSE *dixit, aut ſcripſit. Miſeri! quomodo erant loquuturi, quomodo ſcripturi, ſi Cicero non fuiſſet? Vtinam horum minus larga ubique in Academiis eſſet ſeges. Ferendum autem, eoque magis, quod etiam Athenis olim plurimae noctuae. Tu, Grutere, tam corneam fibram non habes, ſaniuſque ſapis; &, ſi quiſquam, Plautum aeſtimas. Macte iſto iudicio, atque dum eum adornas mea haec vide: forte iuvabunt, aut laborem minuent; caſtigationem certe tuam merebuntur.*

AD RVDENTEM.

CAPVT PRIMVM.

Tectum illuſtrior. Feſtra. Im. Auxilla. Extar. Chariſius reſtitutus, & Gloſſarius.

IN ipſo Argumento.

Reti piſcator de mari extraxit vidulum.

Veteres quidam. *Rete p.* quod ἀρχαϊκὸν, Act. I. Sc. I. conqueritur tempeſtatem Sceparnio quae praeterita nocte fuerat, villae tegulas diſiectas narrans.

Ita omnes de tecto deturbavit tegulas,
Illuſtrioris fecit, feneſtraſque indidit.

Magna ineptia! quomodo enim tegulae reddi poſſunt illuſtriores? itaque Lambinus recte ſuſpectum vitii locum habet, ſed medela tamen nullam commodam exhibere poteſt. Legendum *Illuſtrior is fecit*. Nam *Tectum illuſtrior* eleganti ἀρχαϊσμῷ dixit: quia vetuſtiſſimi etiam neutra in *Or* efferebant, teſte Priſciano lib. VII. Claudius Quadrigarius VIII. Annal. *Qui prior bellum, quod cum his geſtum erat, meminiſſent.* Et alibi eodem libro. *Vbi decreverunt, commemorant Graccho foedus prior Pompeianum non eſſe ſervatum.* Valerius Antias VI. Annal. *Hoc Senatus conſultum prior factum eſt.* Caſſius quoque Hemina Annalem

nalem suum quartum hoc titulo inscripsit. *Bellum Punicum posterior*. Sic ipse hic noster Comicus *argentum melior* extrema Truculento.

ST. *Hem tibi talentum argenti, Philippicum est, tene tibi.*
PH. *Tanto melior.*

Porro putem & alium heic ἀρχαϊσμὸν excidisse, legendumque *festrasque indidit*: ut sit rotundus senarius. Veteres autem *Festra* pro *Fenestra* dicebant, ut ex Festo cognoscimus. Irrepsit vero, ut solet, glossema in locum explicati. Sc. *Et vos a vostris.*

Peculiosum eum esse decet servum, & probum,
Quem hero praesente praetereat oratio.

In veteribus erat. *Peculiosum esse d. s. & improbum*. Vnde abducor ut credam, *& improbum*, scriptum fuisse. *Im* pro *Eum* ἀρχαϊκὸν esse ex Festo scimus. Sed melius est ut *improbum* retineamus, nam sequitur.

Aut qui inclementer dicat homini libero.

Quodque magis confirmat responsio Sceparnionis, quem dicto perstrinxerat.

Et impudicum, & impudentem hominem addecet
Molestum ultro advenire ad alienam domum,
Cui debeatur nihil. ———

Sequitur paulo post.

———*semper petunt*
Aut aulam extarem, aut aliquid, quid verbis opu 'st?

Parisiensis, *Aut auxillam extarem*. Festus. *Auxilla, olla parvula*. Nec tamen priorem lectionem surcillo, quam scio etiam Prisciani, & aliorum veterum codicum auctoritate niti: Porro quam heic aulam extarem nominat Plautus, ea uno verbo *Extar* dicebatur. Glossae. *Extar, olla ubi ossa coquuntur*. Sed legendum, *ubi esta coquuntur*. Scribebant *esta* pro *exta* librarii, inde loco corruptela. Sed & Charisius occasione hac restituendus lib. I. Hodie legitur. *Omnia quae ar syllaba terminantur neutralia sunt, ut exemplar, instar, iubar, extar*, θεατρικὸν ἀργύριον, *lacunar, & similia*. Scribendum, *extar, lucar*, θεατρικὸν ἀργύριον. Et quis scit an non etiam τοῦ extar explicatio ibi, & alia quaedam desiderentur. Nihil heic possumus statuere sine ope manuscriptorum codicum, quorum nobis copia non est.

Cererem te melius quam Venerem sectarier.
Amorem haec curat, tritico curat Ceres.

Valde vereor ut scripserit Comicus, *Amori haec curat*, quod posteriori membro accommodatius, & se dignius multo; nam veteres non aliter efferebant nisi cum dativo τὸ *Curo* pro ἐπισκοπῶ. Sc. *Nimio hominum.*

———*nam quid habebunt sibi igitur impii*
Posthac, si ad hunc modum est innoxiis honor
Apud vos? nam me si sciam fecisse
Aut parentis sceleste, nimis me miseret.

Lego. *Apud vos? vos nam me*. Nam repeti debet illa vox. Expostulat cum diis Palaestra hanc sibi aerumnam pro pietate sua dari, dicens quid malis fiet, si ita bonis & innoxiis facitis? nam si sciam me vos, aut parentes male fecisse, mereri me haec fatebor. Sic paulo ante dixit.

Nam hoc mihi haud labori est laborem hunc potiri,
Si erga parentem aut deos me impiavi.

Deinde aut multo post.

Hoc quod induta sum summae opes oppido.
Nec cibo nec loco tecta quo sim scio:
Quae mihi est spes, qua me nunc velim vivere.

Emendo, *nec cibom, nec locom tecta q. s. s.* Dicit autem *locom quo tecta sim*; quomodo Arnobius lib. I. *Nunc quid machinae huius & molis, qua universi tegimur, & continemur inclusi*, &c. & lib. III. Item Minutius Octavio. Sed verba non adscribo.

CAP. II.

Sola terrae. Preces precari, expetessere. Hercle-an. Ancaei poculum. Forsit. Didymus, & Horatius restituti. Esit. Escit. Superescit.

MIrum ni ille locus mendo obnoxius. Sc. *Quid mihi melius*, ubi Ampelisca neminem invenire se conquaeritur a quo de via, & loco regionis certior fieri possit. Ista verba eius.

Neque magis solae terrae solae sunt, quam haec loca, atque hae regiones.

Aut fallor, aut, *sola terrae sola sunt*, legendum erit. Nam *Sola* terrae veteres adpellabant, ea quae pedibus calcabantur. Varro de L. L. lib. IV *Igitur tera teria, & ab eo poetae adpellarunt summa terrae, quae solo* (ut emendavit recte Scaliger) *teri possunt, Sola terrae*. Ennius apud Festum.

Tarquinio dedit imperium simul, & sola regni.

Ibidem ibidem

Sed sola terrarum postquam permensa parumper.

Catullus in Carmine de Atyde.

Etiam recente terrae sola sanguine maculans.

Arnob. lib. II. *Excavare alia telluris sola, & in fossilibus foveis tutamina subimet, & cubilia praeparare*. Nemesianus.

— ducitque per avia, qua sola numquam
Trita rotis, ———

Prudentius contra Symm. lib. II.

———*interius spargit sola picta rubenti*
Flore pudicitiae pudor almus, & atria servat.

Sc. *Qui sunt.*

Qui sunt qui a patrona paces mea expetessunt.

Veteres libri constanter habent, *preces mea*: quae non temere Lambinianae coniecturae praeferenda. Sic *Preces precari* apud Catonem capit. CXXXIV. *Iane pater, te hac strue commovenda bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi*. Sane *Preces precari*, vel Plautino verbo, *expetessere*, idem est quod nostro idomate proferimus, *cen bede begeeren*. Sc. *Intellego,*

———*perit potando opinor,*

Ne-

Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit.

Credo hercle Anancaeo datum quod biberet.

Turnebus interpretatur poculum urnale, ab ἀνάγκη quae urna iudicialis, vel clepſydra, teſte Heſychio. Sed mihi mens ſuper hoc longe alia. Cenſeo enim ſcribendum. *Credo herclean Ancaei datum.* Veteres enim *Hercle, Hercle-an* efferebant per ὑφὲν, ut *Fors, Forsan. Forte, Forte-an. Forſit, Forſit-an.* Iam Ancaei poculum ultimum interpretor, poſt quod animam efflaverit. Ergo vult dicere: Neptunus lenonem invitavit hac nocte magnis poculis, & credo eum iam ultimum bibiſſe, id eſt, ſubfocatum eſſe. Eleganter vero Ancaei poculum. Audi rem omnem ex Didymo ad Odyſſ. XII. Ἀγκαῖος ὁ ποσειδῶνος καὶ ἀστυπαλαίας σάμιος ὢν τὸ γένος, ἔχων οἰκέτην ἀπὸ κρήτης ἐκέλευσεν αὐτῷ ποτὸν προσφέρειν πιεῖν, εἰπόντος δὲ αὐτοῦ ὡς οὐ δυνήσεται πιεῖν ὅθεν αἱ ἄμπελοι τυγχάνουσιν. αὐτὸς δὲ ἀγκαῖος καταχερτομήσας τοὺς θεράποντας (emendo τὸν θεράποντα) ἔλαβε τὴν κύλικα, καὶ προσέθετο. λέξαντος δὲ ἐκείνου

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου

ἄφνω συνέβη χρῆμα συὸς μεγάλου ἐπιβαρῆσαι τοῖς τοῦ ἀγκαίου χωρίοις, ἀκούσαντα δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῶν χειλῶν τὴν κύλικα καταθεῖναι, καὶ δραμεῖν ὡς τὸν ἄγριον ὗν, συμβαλόντα δὲ τῷ κάπρῳ τελευτῆσαι. *Ancaeus Neptuni, & Aſtypalaeae filius, genere Samius, habens ſervum Cretenſem iuſſit ei obferre potum ad bibendum; dicente autem ipſo quod bibere non poterit quia vineae ſunt. Ipſe vero Ancaeus quum conviciis famulum adpetiiſſet ſumſit calicem, & admovit. Dicente autem illo:*

Multum intereſt calicem inter, & ſummum labrum.

Extempore contigit ingentem ſuem incurrere in Ancaei agros, & quum ille audiiſſet, a labris calicem decidere, & currere in ſilveſtrem ſuem, cum apro vero concurrentem occumbere. In veteribus libris erat, *Credo hercle anando ei datum.* Ex quibus veſtigiis ſatis adparet Ancaei legendum. Porro ſupra adnotavi (obiter & id heic monendum arbitror) veteres *Forſit* dixiſſe. Invenio ecce apud Horatium Sat. lib. I.

Diſſimile hoc illi eſt, quia non ut forſit honorem

Iure mihi invideat quivis:

Nam male hodie eſt in vulgatis editionibus *forſan*. Non aliter citat eruditiſs. Grammaticus Priſcianus lib. XV. Haec ſcripſeram, quum certior factum ſum, iam ante me hoc monuiſſe in Notis ſuis erudititiſſimum virum Gulielmum Canterum, cui libens reſcribo, ut & aliis quibuſcumque, ſi quid hic in meis ſcriptis invenietur, quod illi priores notarunt. Sc. *Qui homo.*

AEdepol libertas lepidas es, quae numquam pedem

Voluiſti in navem cum Hercule una imponere.

Quae haec libertas quae cum Hercule noluit navigare? Nugamenta mera. Lego ex veteribus: *in navem mecum hercle una imponere.* Iocatur adhuc leno in miſeria ſua, dicens ſe mendicum factum, amiſiſſeque omnes fortunas ſuas naufragio, praeter libertatem, quae ſecum pedem navim inferre noluerat. Haec vera huius loci ſententia. Sc. *Nunc id eſt.*

PA. *O ſalutis meae ſpes.* TR. *tace, ac bono animo es.*

Me vide. PA. *ſi modo id liceat, vis ne opprimat.*

Quae vis, vim mihi adferam ipſa, adigit.

TR. *ab deſine, nimis inepta es.*

Tertio verſu perſonae exciderunt, quas ita reſtituo.

TR. *Quae vis?* PA. *vim mihi adferam, ipſa adigit.*

Quomodo etiam in veteribus poſtea inveni.

TR. *Sedete hic modo, ego hinc vos tamen tutabor, aram habete hanc*

Vobis pro caſtris, maenia; hinc ego vos defenſabo,

Praeſidio Veneris malitiae lenonis contra incedam.

Locus valde difficilis, & intricatus, ideoque non immerito aeſtuat Lambinus in explicando. Emendo ex veteribus libris voce una detracta; *pro caſtris, moenia hinc ego defenſabo.* Habete, inquit, aram hanc pro caſtris, ego caſtrorum iſtorum maenia hinc defenſabo: nam alia ſunt caſtra, alia maenia ipſorum; quae tamen confuſa videmus quantas heic turbas excitarint, quantas obſcuritates loco obiecerint.

AEquum haſce petere intelligo, decet ab te id impetrari.

In Taruiſino erat, *patere intelligo.* Unde ſuſpicari libet *pacere* Plautum ἀρχαϊκῶς ſcripſiſſe, pro *Paciſci.* Sc. *Exi e fano.*

DAE. *maximo malo ſuo,*

Si attigerit, ſive occeptaſſit. TR. *Cura.* DA. *curatum eſt abi.*

Scribo, *curatum eſit, abi.* Nam *Eſit* pro *Erit*, ἀρχαϊκὸν eſt. In Legg. XII. Tabul. AST EI CVSTOS NEC ESIT. Item *Eſcit* dicebant. ut ex Feſto cognoſcimus, & *Supereſcit*, pro *Supererit.* Sc. *Vtrum tu leno.*

DAE. *I dum Turbalio, atque curriculo adfer huc*

Duas clavas. LA. *clavas?* DAE *probas; properae cito.*

Scribe meo periculo, *propere cito.* Vide quae ad Aululariam cap. II. & Ciſtellariam cap. III.

——— *ni iſtis iſtunc invitaſſitis,*

Vſque adeo donec qua domum abeat neſciat,

Periſtis ambo, ———

In veteribus invenio; *iſtunc exoculaſſitis.* Quod praetulerim: Actum eſt, inquit, vobiſcum, niſi oculos ei excutitis, ut domum ire neſciat excaecatus. Ita ſuperiore ſcena.

Vos adeo, ubi ego innuero vobis, ſi ne ei caput exoculaſſitis,

Quaſi murteta iuncis, item ego vos virgis circumvinciam.

CAP.

C A P. III.

Collus. Exurgere. Cauderus. Mi parentes. Rudens aucta. φάσκωλον. φασκώλιον. *Pascelus. Scorteae.*

SCena *Meamne*.

Illic in columbum credo leno vertitur
Nam in columbari collum haud multo post erit.

Scribo ex auctoritate Prisciani *collus haud*, &c. nam ille ita citat lib. v. Restituimus quoque eumdem hunc ἀρχαϊσμὸν Amphitruoni ex Nonio. Sc. *Heus mane*.

Ego iam hic te, itidem quasi penicillus novos exurgeri solet,
Ni hunc amittis, exugebo quidquid humoris tibi est.

Lego, *exurgebo quidquid*. Sensus horum duorum versuum. Ego te quasi penicillum exurgebo. *Exurgere* vox veteribus usitata, legiturque in Festi Pompeii schedis. *Exurgentes, exprimentes*. Lepide vero Gripo minatur Trachalio, id quod locupletioribus faciebat Vespasianus, quibus pro spongiis dicebatur uti: ut est apud Suetonium in vita eius cap. xvi. Sc. *Serio edepol.*

Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto vidulo.

Legitur hic versus etiam paulo post. Porro apud Festum est *Caudecam*, & *Caudetam*: unde certa coniectura est, *Cauderam* scripsisse Plautum. Veteres enim *Caudeus*, *Cauderus* dicebat: ut *Bliteus*, *Bliterus*. *Laneus*, *Lanerus*, *Querceus*. *Quercerus*. Sequitur mox.

—— DAE *placet,*
Ius merum oras, meo quidem animo. TR. *at meo hercle* *

Defectus suspectum habent hunc locum, non tamen ego: scribendum, ut est in veteribus. *Ac meo*. Sensus perfectus.

Istaec est, o mei parentes, hic vos conclusos gero.

Melius veteres libri, *o mi parentes*. Qui est elegans ἀρχαϊσμὸς, a quo nec alibi abstinuit.

PA. *Sunt crepundia*. DAE. *ecca video*. GR. *perii in primo proelio*.
DAE. *Mane, ne ostenderis, qua facie sunt? responde ex ordine.*

A Personas ita constituo. GR. *perii in primo proelio*.
Mane, ne ostenderis. DAE. *qua facie sunt?*

Nam melius illa Gripo quam Daemonae seni adtribuuntur. Sc. *Aliquando osculando*.

——DAE. *licet*.
Hercules illum infelicet cum sua licentia,
Ita meas replevit aures; quidquid memorabam, licet.

Restituo duos istos versus integros Trachalionis personae, cui ipse Plautus olim adsignaverat: nam Daemones ad omnia eius nihil nisi *Licet* respondebat, ut videre est. Hoc mihi in mentem venerat, quum libros inspiciens coniecturam meam eorum auctoritate firmari cognovi animo libentissimo. Sc. *Numquam edepol*.

Praeterea centum denaria Philippea in pascolo seorsus.

Pasceolus vox est Graecanica. Φάσκωλον. Φασκώλιον. Suidas. Φάσκωλον ἡ ἐςὶ μαρσύπιον. Festus. *Phascola adpellant Graeci, quas vulgus peras vocat*. Etymologici auctor. Φασκώλιον τὸ δερμάτινον βαλάντιον. οἱονεὶ Ασκώλιον, τὸ ἀσκῷ ἐοικός. Ergo eaedem erunt quas *Scorteas* dictas fuisse Asconius Pedianus tradit. Romani veteres φάσκωλον transtulerunt *Pascelus* masculina terminatione adspiratione reiecta, & *E*, pro *O* posito, ut in *Hemo*, *Apello*, *Helus*. Et vetus codex *Pascelo*, non *Pasceolo* habet: sed *Pasceolus* ὑποκοριςικὸν est, ut φάσκωλον, φασκώλιον. In praeiuratione ista bella Gripi, qua Labraci lenoni praeit.

GR. *Tum ego huic Gripo dico, inquito, & me tangito.*
LA. *Tum ego huic Gripo dico, Venus ut tu exaudias.*
Talentum argenti magnum continuo dabo.

Certo certius habeo excidisse secundo loco versum illum ultimum, itaque restitui debet hoc modo.

GR. *Tum ego huic Gripo dico, inquito, & me tangito,*
Talentum argenti magnum continuo dabo.
LA. *Tum ego huic Gripo dico, Venus, ut tu exaudias,*
Talentum argenti, &c.

Haec vera istius loci, & genuina est lectio, etsi coniectura eruta.

VIRO

VIRO ERVDITISSIMO

PETRO BERTIO

PRO-REGENTE COLLEGII THEOLOGICI ILL. DD. ORDD. ET PHILOSOPHIAE MORALIS PROFESSORI.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

QVI vetera vocabula, & temporis iniuria desita, de Latio exigunt, non quidem ego illos sapientes negaverim, Vir eruditiss. facere tamen minus sapienter aio; quod olim a Demodoco in Milesios dictum. Vide perversitatem iudicii nostri. Qui vino utuntur vetere sapientes putamus, qui vocabulis, eos ἀρχαίους *nominitamus. Misella certe vocabula! quam se nova aliqua metamorphosi vinum esse velint! Sed citra iocum, audi seriam vocem. Si ita volumus omnino, age, iugulemus una opera cascos istos omnes, quorum nos verba non tam temere damnare debemus, quum antiquitatem veneratione maxima prosequamur. Neque ridenda protinus, quae dissimilia, aut nihil ad hodiernum aevum, usumque, quae cognita etiam suum habent fructum. Et quis tamdem sanus spondebit, ista haec, quibus nos utimur, ut edecimata illis esse praeferenda? quae poterit ratio dari? nisi, quia nos has impolitias facimus; belli Censores! Fit ergo illud Poetae:*

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

Vetus est adagium. Quem puerum vidisti formosum, hunc vides deformem in senecta. Non aliter vocabula, quae iam malam illam, & senectam aetatem agunt, ideoque deformia; tamen elegantia existimamus, quia amamus. Sic simiae quoque catulos suos, quum nihilominus forma sint maxime turpi. Considera mihi Romuli nepotes, qui hodie, & eorum ἰδίωμα, *contende cum aevo isto, quod laudant. Profecto, si tempus omnia expolit, & cultiora reddit, necesse est hoc isti anteponamus, quod non faciemus, si cerebrum habemus. Recte & vere Flaccus:*

Damnosa quid non imminuit dies?

Et nos veteres in ordinem redigere audebimus? Consistat modo mundus, & devolvantur aliquantum tempora, quid facturos censemus natorum natos? retinebunt, credo, laudabuntque ea ipsa, quae nos? nihilo magis, quam nos ista, quae tamquam ab Evandro petita cum Favorino, & Avieno, ridemus, aut cum C. Caesare tamquam scopulos vitamus. Rectius itaque fecerimus, si in hoc aevo sequamur hoc aevum (quis enim Dictator mutet?) absque iniuria tamen, & contumelia ulla veterum; idest, scientiam nobis servemus, usum populo concedamus, quod aiebat Cicero. Haec in Plauti gratiam dicta sunto, cuius hic caussa vertitur. Ad eius Stichum baec paucula, quae notavi, iudicio tuo submitto. Si placebunt, erit cur gaudeam; sin autem, facies illis, quod Volusii Annalibus Catulli puella minata quondam. Vtrumvis eveniet, consequutus fuero, quod volui.

AD STICHVM.

CAPVT PRIMVM.

Catonis vulgata lectio adserta. Arna. Tarna. Lucu.

IN ipso Stichi principio negotium magnum exhibetur Mureto, & Gulielmio.

Credo ego miseram fuisse Penelopam soror,
Suo ex animo, quae tamdiu viro suo
Caruit nam nos eius animum de nostris factis,
Noscimus. ———

Alter τὸ *factis* expungit, alter *facil* restituit. Laudo utriusque acumen, & conatum, sed nihil ultra: nisi me amo, veram lectionem inveni.

Nam nos eius animum de nostris fatis

A *Noscimus.* ———

Considera mihi sonum, & ductum litterarum, videbis, si non recte emendasse, at saltem a vestigiis istis minime aberrasse.

Sed hic mea soror, adsis, dum multa volo tecum
Loqui de re viri. ———

Ita interpungo, *soror, adsis dum multa*, &c. Atque non aliter videre est in veteribus libris. Sc. *Qui manet.*

Gratiam a patre si petimus, spero ab eo impetrassere.

Scribendum, *impetrascere*, ut supra abunde iam monuimus. Sc. *Famem fuisse*.

Quae inter continuum perdidi triennium.

Quae verba efficiunt ut recte censeam iam habere ista Catonis cap. LVII. *Summa vini in homines singulos inter annum cum compeditis uti quidquid operis faciant pro portione addito*. Quin etiam magis abductus auctoritate Titinnii Fullonibus.

Qui inter decem annos nequivisti unam togam

Detexere. ———

Ignoscet ergo Lector candidus errori meo, quem dum commisi, hominem me ostendi: quum professus sum, animi ingenuitatem declaravi.

Iamne exta cocta sunt? quot agnis fecerat.

In veteribus erat, *quod tarmis fecerat?* Coniicio scribendum; *quot arnis f.* Nam veteres *Arna* pro *Agna* dicebant, ut ex Festo Glossarioque cognoscimus. Item *Arnus*. In lege Numae apud Agell. lib. IV. cap. III. PELEX. ASAM. IVNONIS. NE. TAGITO. SI. TAGET. IVNONI. CRINEBOVS. DEMISSEIS. ARNOM. FEMINAM. CAIDITO. Pura puta autem Graecanica dictio, & e magna Graecia a finitimis petita primitus: quomodo ὕπνος, *somnus*: δαπάνη, *damnum*; ἕδος, *sedes*; φάμα Dorice *fama*; λῆροι, *lirae*, & infinita alia. Possit vero hoc loco etiam legi, *quot tarnis f.* ut videatur ludere voluisse Plautus in homonymia, nam *Arna* etiam Boeotiae est urbs, & *Tarna* alias dicta fuit, ut ex Graecorum monumentis scimus. Sc. *Quisnam obsecro*.

DI. *quid mecum est tibi?*

PA. *Men' rogas, propudio se? eloquere propere, Dinacium.*

Veteres libri. *Men' fastidis propudiose?* Quod verbum ad praeteritum Dinacii sermonem accomodatius.

——— *postquam me misisti ad portam cum luci simul.*

Veteres, *cum lucu*. Recte; nam *Lucu* veteres dixisse ostendi ad Amphitruonem & Cistellariam.

CAP. II.

Solla. Sollaria. Solla sternere. Sollisternium habere. Fures Summani dicti. Summanare. Samiare. Cadum vertere. Calices exhaustos mos olim vertere.

EAdem illa Scena.

Tum Babylonica peristromata, consutaque tapetia

Advexit.

In veteribus invenio, *peristromata, sella, & tapetia*. Scribo, *solla, & t.* Nam *Solla* erant sedilia in quibus tantum unus sedere poterat, quae insternebantur Babylonicis stragulis, quae *Sollaria* dicebatur. (Plautus *peristromata* adpellat, etsi non nego etiam ad alias Babylonicas vestes referri posse) ideoque apte coniunguntur. Est autem vox Osca, nam ea gens *Sollum* vocabat quod totum esset, ac solidum. Fuerint igitur haec sedilia ex solido ligno, unde pretiosiora; & sane non omnibus ea habere licebat; quibus licebat, *Solla sternere*, & *Sollisternium habere* dicebantur. Festus. *Solla adpellantur sedilia, in quibus non plures singulis possunt sedere, ideoque Solla sternere dicuntur, qui solisternium habent: & Sollaria vocantur Babylonica, quibus eadem sternuntur*, Non ausim vero sequi virum magnum, qui *Solium* ibi & *Soliaria* rescribere tentat, cum plane eadem sint. Nam efferebant *Sollum*, *Solium*, ut *Follum*, *Folium*. Sc. *Cum bene*.

— ac eius conservum Sagarinum Syrum.

In veteribus omnibus erat, *Sangarinum*. Sed parum refert, nam eodem modo fluvius Sagaris, & Sangaris promiscee nominatur ab Auctoribus. Sc. *Libros inspexi*.

Haud postulo equidem med in lecto accumbere,

Scis tu med esse imi subselli virum.

Non ignoro Cl. V. Iustum Lipsium velle, *medio in lecto*: sed recte est in veteribus: *equidem summo in lecto*. Sc *Salvete Athenae*.

SA. *Qui somniavit aurum?* ST. *quid id ad te attinet?*

Somniavit exponunt viri docti *furatus est*, quam recte ipsi viderint. Ego existimo *sommanavit*: id est summanavit. Nam veteres fures *Summanos* vocabant, & furari *Summanare*. Curculione. Sc. *Beatus*.

Quia vestimenta, ubi obdormivit ebrius,

Summano, ob eam re me omnes Summanum vocant.

Summanare pro furari utitur etiam alibi noster Comicus. In vetere quodam codice est. *Quis samiavit aurum?* Quod quid sibi velit non video. Scio quidem veteres omnia acuta *Samia* vocasse, & *Samiare*, acuere; ut ex Nonio Glossographoque est cognoscere, sed necdum sic me expedio, quia non convenit ea notio huic loco. Amplio igitur. Sc. *Agite, ite foras*.

Namque edepol, quamvis de subito, vel cadus verti potest.

Veteres *Cadum vertere* pro exinanire dicebant, uti nos hodie. *De ton op den bodem setten*. Sumta autem metaphora a more in conviviis usitato; nam solebant pocula exhausta vetere. Ennius.

——— *vertunt crateras ahenos.*

Virgilius AEneid. IX.

Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.

Item illud Poetae.

Vertitur aenophoris fundus, sententia nobis.

IOAN-

IOANNES MEVRSIVS EITZONI TIARDAE

SAL. D.

NEC tu mihi omittendus, mi Tiarda, quin ad Plautum te vocarem. Nisi facerem, peccarem largiter in amicitiam nostram, quam sanctissime colimus. Amoris vero erga me tui, vel hoc evidentissimum esse signum potest, quod librariam supellectilem, & illam quidem amplam, meae fidei discedens commisisti. Quod beneficium etsi valde magnum sit, eo tamen est maius, quia nullam partem referre possum. Fateor, debeo tibi non leviter, sed & tu mihi, quia, dum ut maiora sint quae praestas facio, magis me ombnoxium reddo, eoque modo non parum refero. Quod reliquum est alias forte solvetur. In praesens haec ad Plautum examina, quae quam vis paucula sunt, longa tamen erunt satis si displicebunt: si autem placebunt, insusurro tibi quod in re absimili olim gladiatoribus dici solebat, REPETE: *atque ita arte longa efficies. Sane, ubi ubi eris, quum haec leges, puta mecum sermones abs te caedi. Itaque ut semper praesentia mea fruare, & sermonibus iucundissimis semper haec lege; Vtinam per vitam individui comites alter alteri simus. Ego certe, quando corpore non licet, animo tibi ubique locorum adero; &, quum sequi non possim, prosequar te saltem hac Elegia, quae sinceri met erga te amoris, & moeroris ex habitu concepti testis erit, Vale mi Amice, vale; umquamne posthac vidende? Deus faxit, & votum mihi exhibeat. Vale iterum, & extremum hoc amici moerentis officium habe.*

ERgone qui nuper vivebam laetus, amicis
Destituor vitae ad tempora prima meae?
Nec mihi cara inter quisquam tot nomina grato
Tetrica moerorum leniet adloquio?
Grotius in patria gnavus colit urbe sorores
Pimpleas, oculis carior ille meis.
Scriverius, fratris colui quem nomine, linguae
Excusit mihi se verbere, meque sibi.
Scriverius, qui me sibi fratrem saepe vocabat.
Quondam, eheu! animae pars mihi quarta meae.
Scriverius, certum demens quem rebar amicum,
Sublestae fronti credulus esse fidem.
Scilicet humanae ludit consortia vitae,
Et veri speciem fucus amoris habet.
Dividor, ah! animaeque inter tot fragmina tristis
Vix vivo, at, miserum quod mage, vivo tamen.
Vivo tamen, cogorque meo superesse dolori,
Et dolor ex illo nascitur usque novus.
Foecundus dolor ille, Hydram qui vincere possit,
Namque minus capitum fertilis ista fuit.
Tu nunc, EITZO, *animae pars praestantissima nostrae.*
Longinquae properas ad sola Franciados?
Ergone disiungent tot millia, teque tenebit
Tam procul a nostra Gallia Batavia?
O me infelicem, patriae quam poenitet orae!
Et discedenti quam comes ire velim!
Sed negat hoc Fortuna mihi nimis invida, dura
Fortuna, instabili turgida in imperio.
Fortunam accuso; verum & tu Gallia diris,
Quae mihi tot perimis gaudia, digna meis.
Sed quasnam voveam diras tibi, Gallia, quae, quum
Incolumem excipies, gaudia mille dabis?
Gallia, quae gremio Parnassia numina Musas
Suscipis; Europae, Gallia, delitium.
Gallia, pacato Gradivi numine felix,
Laetior o nostra Gallia Batavia.
Ergo dolor levior desideriumque peruret
Mitius ex abitu, care TIARDA, *tuo.*
Te Neptune pater, ponti qui caerula regnas,
Imploro, Iuveni sternito molle salum.
Depositum dubio magnum committitur alto,
Depositi, quaeso, sit tibi cura mei.
Vos quoque Tyndaridae, coelestia lumina, fratres
Audacem placidam per mare ferte ratem.
Nimbosos coeloque ignes arcete sororis,
Fausta parum nautis numina nulla volo.
Tuque etiam ventos obiecto monte furentes
AEole compesce, & puppem agat aura levis.
Et postquam optatos adpellant carbasa portus,
Portune o fida des statione frui.
Non heic, ut quondam veterum temeraria virtus,
Contemto divum numine, marmor arat.
Ast amor in Themidem pelago se tradere iussit,
Qualis in ingenuis mentibus ardet amor.
Ardet amor, dulcique artus depascitur aestu,
Desidiae sterili nec sinit esse locum.
Vt patriae tamden solvantur debita terrae,
Debita ad extremam vix solvenda diem.
Vos igitur, vos obtestor sacra numina coeli,
Vos prohibete pium sorbeat unda caput.
Fallor? an ipse pater dextrum mihi sternuit omen
Iupiter; & coelum comprobat omne preces?

AD TRINVMMVM

CAPVT PRIMVM.

Elegans in vitio antiquis positum. Catonis locus vitii argutus. Desinare. Deiuvare. Fulgure adflatae arbores. Fulminis venti. Plinius leviter emaculatus. Fulgur cur Trisulcum. Patritus.

SCENA *Multas res.* Eleganter amoris artes describit adolescens Lysiteles, sub regno Veneris misere vapulans.

> ——— *numquam*
> *Amor quemquam nisi cupidum hominem postulat se in plagas*
> *Coniicere: eos cupit, eos consectatur, subdole blanditur, ab re*
> *Consulit blandiloquentulus, harpago, mendax, cuppes, avarus.*
> *Elegans, despoliator, latebricolarum hominum corruptor,*
> *Blandus, inops, celati indagator.*

Nihil video, nisi *Elegans* heic in vitio positum, nam non aliter vetustissimi usurpabant. Agell. lib. XI. cap. II. *Elegans homo non dicebatur cum laude: sed id fere verbum ad aetatem M. Catonis vitii non laudis fuit.* Deinde profert hoc Catonis fragmentum ex Carmine de moribus. *Avaritiam omnia vitia habere putabant: sumtuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus qui habebatur, is laudabatur.* Quae verba manifesta vitii, correctionem tamen non video. Sc. *Quo illic.*

> *Avarus, invidus, sacrum, profanum, publicum, privatum habent.*
> *Hiulca gens.* ———

Melius interpungas; *sacrum profanum, publicum privatum habent.* Id est: Nihil interesse inter sacrum aut profanum, inter publicum, aut privatum existimant. Egregia querela in eius aevi vultures, qui utinam neque hodie nimis multi exsistant.

> ——— *nihil ego istos*
> *Moror facetos mores, & turbidos, quibus boni dedecorant se:*

Veteres, *fatuos mores.* Multo rectius.

> *Deserere illum, & deiuvare in rebus adversis pudet.*

Lipsius *desinare* legit, sed nescio an recte; hoc sat scio, in Festo non mutandum esse quod nobilissimus Dousa vult. Nam dicebant *Desinare*, & *Desinere* veteres, ut *Fodare*, *Fodere*. *Vellare*, *Vellere*. *Fallare*, *Fallere*, & alia multa eiusmodi, *Deiuvare* vero heic στερητικὸν est; itaque in eo laudem meretur magnam, quod Plauto nostro forti manu adserat. Sc. *Minus quindecim.*

> *Nam fulguritae sunt hic alternae arbores.*

In vet. erat. *Nam fulgere ita adflatae sunt.* Quod non temere damnandum. Plinius libro II. cap. LIV. *Sed sonitum profecti esse fulminis, non illati: etiam spiritu* (scribo *spiritum*) *ocyorem fulmine, ideo quati prius omne, & adflari, quam percuti.* Virgilius.

> *Fulminis adflavit ventis, & contigit igni.*

Vt autem ille *Fulminis ventis dixit*, ita ἄσθμα κεραυνοῦ sublimis poeta Nonnus Dionys. lib. I.

> Εἶπε θεὰ κρονίδαο διάκτορον αἴθοπος αὐγῆς,
> Νυμφιδίῳ σπινθῆρι μογοτόκον ἄσθμα κεραυνοῦ,
> Καὶ στερόπην σεμέλης θαλαμηπόλον.
> *Dic Dea Iovis nuncium ardentis splendoris*
> *Sponsae scintillae laborem in pactu adferentem halitum fulminis*
> *Et fulgur semeles tori custodem.*

Triplex autem vis fulminis: aut enim adflat, aut terebat, aut incendit, inde *Trisculum* dictum. Festus. *Trisculum fulgur fuit ab antiquis dictum, quia incendit, aut adflat, aut terebrat.* Sc. *Sta illico.*

> *Vt rem patriam, & gloriam maiorum foedarim meam.*

Legerem metri causa; *rem patritam.* Nam *Patritus* ut *Avitus* dixisse veteres ex Nonio ostendi in Appendice Critici Arnobiani lib. II.

> *Pernovi equidem Lesbunice imperitum tuum ingenium admodum*
> *Scio te sponte non tuampte errasse, sed amorem tibi*
> *Pectus obscurasse.* ———

Lambinus malebat, *peritum tuum*, ego vero *impeditum t.* Quod verbum huic loco convenientissimum, nam antea quoque Lesbonicus dixerat.

> *Sciebam ut esse me deceret, facere non quibam miser,*
> *Ita vi Veneris vinctus, ocio captus, in fraudem incidi.*

CAP. II.

Meche. Differre fama. Hisce homines. Cercopia insula. Κέρκωπες. *Tax. Pax. Terentius bis emendatus. Harpax.*

EAdem scena.

> *Sed us inops infamis ne sim, ne mihi hanc famam differant,*
> *Me germanam meam sororem in concubinatum tibi*
> *Sine dote dedisse magis, quam in matrimonium.*

Valde vereor ἀρχαϊσμὸν heic fuisse Plauto corrumpendo: scripserat ille: *ne mehe hac fama differant.* Nam *Mehe* pro *Me* dictum ex Quintiliano etiam supra ostendi. Iam *Differre fama* dixit, pro *Differre malis sermonibus.* Sc. *Huic ego diei.*

> *Fac me, si scis, certiorem, hice homines ubi habitent pater.*

In veteribus erat, *hisce homines*; recte. Veteres *Hisce* pro *Hi* efferebant, ut supra quoque monui.

> *Ad hoc exemplum est; an Chares; an Charmides? num Charmides?*

Cur obsecro, *num Charmides?* nam haec inepta

pta ταυτολογία est. Veteres codices nulli agnoscunt, & recte.

Sed ipse ubi est? SY. *pol illum reliqui ad Rhadamantem in Cecropia insula.*

Puto veram lectionem esse, in *Cecropia insula*, ut ita ludens adpellarit Orcum regnum Rhadamantis, qui sceleratos ibi poenis, & cruciatibus maximis exerceret. Nam homines scelerati, & maligni Κέρκωπες, & πίθηκοι, Latinis *Simiae* nominabantur, ut infra ad Truculentum docebo.

Quod est tibi nomen adolescens? SY. *Pax, id est nomen mihi.*

Hoc quotidianum est. CH. *edepol nomen nugatorium.*

Quasi dicas, si quid crediderim tibin, pax, periisse illico.

Primo versu scribo. *Tax, est*, &c. Tertio: *si quid crediderim tibi, tax periisse illico.* Ludit Sycophanta ex instituto suo, dicitque nomen sibi quotidianum esse *Tax*: id est, tamquam hominem tagacem, & qui non bene utatur manu sinistra, traduci a populo: inde est, quod respondet Charmides audito nomine, dixisse eum furto illico periturum si quid eius fidei concrederet. Nam ut *Pax* a *Pago*, ita etiam *Tax* a *Tago* ducebant. Atque ut *Tangere* quoque pro furari usurpabant, ita *Tax*, & pro *Tactim*, & pro *Furtim*. Heic posteriori notione exuit, priori in Persam. Sc. *Iovi opulento.*

—tax tax tergo meo erit, non curo.

Iam quod paulo post Charmides iterum eum hoc modo compellat.

Adgrediundu 'st hic homo mihi astu: heus, Pax, te tribus verbis volo.

Nihil obstat, si scribamus, *heus, pax, te*, &c. Nam utebantur hac dictione cum aliquem compellarent, aut sermonem eius interpellarent. Terentius Heaut Act. II. Sc. II.

Capillus passus, prolixus, circum caput Reiectus negligenter, pax. CLIN. *Syre mi, obsecro,*

Ne me in laetitiam frustra conicias.———

Sed secundo versu male collocata Cliniae persona; ita constituo.

Reiectus negligenter. CLIN. *pax. Syre mi obsecro.*

Nam interrumpebat Syri verba, itaque oportebat veniam postulare. Vide magni Scaligeri Ausonianas Lectiones. Ad *Tax* quod attinet, debet illa vox etiam apud Terentium reponi fabula citata, Act. IV. Sc. II.

Vnus est dies, dum argentum eripio tax, nihil amplius.

Male enim hodie excusum est, *eripio pax, nihil a.* Hoc quoque admonebo: ut a *Paco Pax*, ita ab *Harpago*, etiam *Harpax* adverbialiter efferebant, Pseudolus in Comoedia sui nominis. Sc. *Hi loci.*

———*apage te Harpax, haud places.*

Huc quidem hercle haud ibis intro, ne quid harpax feceris.

Ita scribo. Sequitur.

——— *nequidquam hercle es, nam nihil auri fero.*

Nimis argute obrepsisti in eapse occasiuncula.

Postquam ego me aurum ferre dixi, post tu factus Charmides.

Prius tu non eras quam auri feci mentionem, nihil agis.

Lego, *obrepsisti meampse occasiuncula.* Vt erat in veteribus libris. Sc. *Quid hoc hic,*

Hic meo hero amicus solus firmus restitit,
Neque demutavit animum de firma fide
*Quamquam labores * multos **
Sed hic unus, ut ego subspicor, servat fidem.
Ob rem laborem eum ego cepisse censeo.

Nihil hoc loco contaminatius, ita mutilus & luxatus est. Restituo ex veteribus editionibus meis.

Neque demutavit animum de firma fide.
Hic unus, ut ego subspicor, servat fidem:
Quamquam labores multos ob rem eum ego cepisse censeo.

Non poterat melius emendari.

IOANNES MEVRSIVS HVGEIANO GROTIO SAL. D.

ODi puerum praecoci sapientia, *aiebat ille*; *sed eo dicto, mi Groti, nihil censeo ineptius. Cur enim? Quippe* generosioris arboris etiam planta cum fructu est, *quod Quintiliano iuvene dictitabatur. Sed aurem vellit Cato, qui* senilem iuventam signum esse praematurae mortis *pronuntiat. Quod utinam falsum! exemplis enim & experientia comprobatum, non diurnare hoc hominum genus. Dolendum certe: & quod de Caesare olim dictum*, non nasci eum debere, aut Reip. non tam cito eripi, *idem de praecocibus & praestantissimis istis ingeniis videtur; quibus si ad frugem pervenire daretur, quanto usui Reip. erant futura? Tua caussa hoc dico, cui in ipsa fere pueritia tam praeclare sapere contigit, ut* μειλίφρεβ⊙ *in ingenii & eruditionis admirationem cunctos erexeris. Cave autem te efferas, aut ames nimis propter haec: quin Dei potius in te beneficentiam adgnosce, illique ut*

ut gratus sis sedulo. Gratus autem eris (vide quam solicitus sit hic adfectus, quem non contemnes) si dona, quae tibi largiter suppeditavit, nominis sanctissimi solius gloriae, Reique publicae utilitati impendere studebis. Quod nisi facis, infelix es, immo nihili. Hoc cogita, & me ama: atque haec ad Plauti Truculentum examina.

AD TRVCVLENTVM.

CAPVT PRIMVM.

Mare, pro Meare. Damnosus, pro sumtuoso, & prodigo. Dapinare. Congerones. Habiturire. Infrequens miles.

SCENA *Non omnes aetas.*

——quotque pericla vianda! di vostram fidem, hui!

In veteribus omnibus erat, *quotque perclamanda*. Fallo me, aut veram iectionem erui, *pericla manda*. Nam veteres *Mare*, pro *Meare*: unde *Remant* pro *Remeant*. Ennius apud Festum, & Lucretius lib. III.

Vnde homines, dum se falso terrore coacti
Refugisse volunt longe, longeque remasse.

Sequitur postea.

Faxim lenonum, & scortorum, ut plus est, minus,
Et minus damnosorum hominum, quam nunc sunt sient.

Legendum est *Paxim*, ut monui supra ad Amphitruonem cap. IX. Porro homines *Damnosi* heic accipi possunt, vel quibus multum insumitur, quales sunt meretrices lenonesque; vel prodigi, sumtusque nullius rationem habentes. Veteres autem *Damnum* proprie τὸ ἀνάλωμα interpretabantur, ut docuit ad Varronem vir incomparabilis Iof. Scaliger. Addo ego; ut Δαπάνη *Dapnum* prius, deinde *Damnum* factum est, ita Δαπανᾷν, *Dapinare*, quo utitur Comicus noster Capt. Sc. *Quanto in pectore*.

AEternum tibi dapinabo cibum, si vera autumas.

Mutatus vero *a* in *I*, ut in Α'ρφάνναι, *Apinae*. Praeterea *Damnosus* ea qua dixi notione in sequentibus istis verbis intelligi debet.

Eadem postquam alium reperit, qui plus daret,
Damnosiorem, me exinde amovit loco.

Ita enim interpungendus locus. Scena *Ad fures*.

Ne quis adventor gravior abeat quam adveniat.

Priscianus lib. de vers. Comicis ita citat, *abeat* atque *adveniat*. Et sane *Atque* pro *Quam* Latinis scriptoribus non insolens: non tamen propterea heic reponi debere existimo, quum nulli codices adgnoscant: unde suspicio est, ne Grammaticus ille doctissimus ita scripserit, ut memoria tenuerit, itaque erit eius ἁμάρτημα μνημονικὸν leviculum.

——quin ei
Vt semitu adveniunt ad scorta congerrones,
Consulta sunt concilia, &c.——

In veteribus erat *congerones*, quomodo & doctissimus Lambinus subspicatus erat corrigendum. Fulgentius *Congerones, qui aliena ad se congregant*. Et optime huic loco convenire eam dictionem fatebitur, quicumque inspexerit. Ea forma *Forasgerones* dicit infra.

Non aruus hic, sed pascuus est ager, si arationes
Ambituris, qui arari solent ad eos vero ire melius est.

Libri veteres constanter, *si arationes Habituris, qui*, &c. Certum habeo scripsisse Plautum, *Habituris*, id est habere desideras: Nam *Habiturire* ut *Esurire*, *Iturire*, & alia ad faciem eam extulisse olim minime dubium. Si *Ambituris* retineamus, nil poterit dici ineptius; non enim ambituriebat, sed ambiebat, id est habituriebat. Itaque sufficere haec existimo ad adserendam coniecturam meam.

E linguis dicta dulcia datis, corde amare facitis
Amantis, si quidem non danunt.——

Optime in veteribus est, *corde amare facitis*. Graecismus est, *amara facere amantes*. Sc. *Hahaha*.

Quin ubi nil det, pro infrequente mittat militia domum.

Lambinus *infrequentem* interpretatur τὸν ἀςρατιώτητον, sed male. nam *Infrequens* dicebatur miles qui subinde a signis aberat. Festus *Infrequens adpellatur miles, qui abest absuitve a signis.*

CAP. II.

Solitare. Clura. Clurinum pecus. Simiae per convitium qui dicti. Lamiae. Victoriae. Haec pro Hae, ἀρχαϊκῶς Patuli & Propatuli boves. Patuli.

SCena *Quis illic est.*

Spero meam quidem hercle, tu quae solita es comprimas.

Veteres omnes: *tu quem solitas comprimas*. Optime Α'ρχαϊσμὸς est: *Solitare* frequentativa forma pro *Solere*, ut *Dolitare* apud Catonem pro *Dolere*.

——tu vero clurinum pecus?

Dixi in appendice Critici Arnobiani lib. III. legendum heic *Cluninum*, intelligendumque esse de simia, quia a veteribus *Cluna* dicta fuit. Sed sane *Clurinum*, quum veteres libri habeant Plauti, & Arnobii, temere mutari non debet, nam & in Glossario legitur, *Clura πίθηκος*. Et dubium non est quin veteres ita extulerint ut *Cordus*, pro *Condus*. *Cortumio*, *Contumio*. *Canimen*, *Carmen*. *Genimen*, *Germen*. *Gnoma*, *Groma*. *Praecidanea*, *Praecida-*

cidaria. *Proletaneus*, *Proletarius*. *Strigores*, *Strigones*. *Architector*, *Architecton*. Ita autem irridens Astaphium ancillam Stratilax adpellat deformitatem ei exprobans; nam homines deformes *Simiae* per convitium audiebant. Huc pertinet istud Milite. Sc. *Voluptas*.

——— PY. *edepol haec quidem*
Bellula est. PA. *pithecium haec est prae illa.*

Talis ancilla Phronesii Truculento.

——— *o Phitecium*
Face ut accumbam, adiutare sic decet puerperam.

Lycophron quoque Thersiten hominem maxime illiberali facie πιθηκόμορφον nominat.

Πιθηκομόρφῳ πότμον αἰτωλῷ φθόρον
Τεύξοι ———
Simiae specie Aetolo mortem vilem
Fabricet. ———

Vel simiam adpellasse Astaphium videri potest, quia esset ingenio maligno, & versipelli: & sane antiqui eiusmodi homines non aliter indigetabant. Inde est apud eumdem hunc Plautum Pseudolo. Sc. *Dulcia atque amara*.

PS. *Sed quod nomen esse dicam ego isti servo?* CH. *Simiae*.

Inspice totum locum, non invenies, qui magis adcommodatus ad hanc rem. Huc referendum, quod Candulus, & Atlas, quia scelerum fraudumque omnium iuventores extiterant, Κέρκωπες sunt dicti: Apomasar etiam cap. cxxxv. simiam interpretatur τὸν πανοῦργον: ut & Artemidorus libb. II. & IV. capit. XII. & LVIII. Item proverbium celebratum fuit, πίθηκος ἐν πορφύρᾳ, quod usurpabant ὅτι οἱ φαῦλοι κἂν πολλοῖς περιβληθῶσιν, ὅμως δ' οὖν διαφαίνονται πονηροὶ ὄντες; ut ait Suidas. Aristophanes etiam Equitibus πιθηκισμοὺς posuit pro fraudibus.

Κλ. οἴμοι τάλας. οἵοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις.
Cl. Hei mihi! qualibus fraudibus me circumagis.

Huc etiam pertinebat somnium Charmidae Rudente, ubi simia significat Lenonem Labracem, hominem nequissimum: unde adparet Comicum nostrum ὀνειροκριτικῶν minime fuisse imperitum. In Mostellaria quoque servus Phaniscum adversitorem contumeliose simiam nominat.

Vide ut fastidit simia. ———

Sed & hoc admonendum duxi in Ven. & Bas. esse *Larinum pecus*, & suem interpretor, a nobili illa triginta porcorum matre, & Laribus Grundilibus. Puto tamen veram Plauti lectionem esse *Clurinum pecus*, quum Arnobius etiam usurpaverit, scriptor veteris litteraturae scientissimus, & a Comici nostri, ut observavimus, imitatione non abhorrens. Sequitur porro.

Quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam.

Festus, *Quia tibi suaso*. Sed quia veteres libri ita constanter habent certa coniectura ducor scripsisse Plautum. *Quia tibin' suaso infecisti*, &c.

AS. *Dignis dant*. ST. *laviniae hic sunt quas habes victorias*.
AS. *Ne attigas me*. ST. *tangamne ego te?*

Recte Dousa, *dane*. Sed ego personas & locum sic restituo.

AS. *Dignis dane, lamiae haec sunt, quas habes victorias.*
Ne attigas me. ST. *tangamne ego te?*

Et quidem *lamiae* erat in veteri codice, quod multo probius. Adspernatur Stratilacis munera Astaphium quasi abhorrens, Lamias esse ac terriculamenta dicens. Lucilius.

Terriculas Lamias Fauni quas Pompiliique.

Et *Lamiae turres* apud Tertullianum. *Victoriae* autem καταχρηστικῶς heic a Comico nostro ponuntur; erant vero sigilla Victoriae quae magna frequentia Graeci (nam haec Athenis agi finguntur, ut omnes Fabulae) faciebant. Val. Max. lib. I. cap. I. *Victorias, aureas pateras, & coronas, quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat; & eas se accipere non auferre dicebat.* Cicero Verr. VI. *Erat praeterea magna vis eboris, multa ornamenta, in quibus eburneae victoriae antiquo operae, ac summa arte perfectae.* Haec diis praestitibus suis in manu ponebant, scilicet ut militiae possent hostes superare. Clare ecce in loco Valerii citato, & illo Ciceronis eadem Verrina quam laudavi. *Insistebat in manu Cereris dextra simulacrum pulcerrimae factum victoriae: hoc iste e signo Cereris avellendum, asportandumque curavit.* Porro *Haec* scripsi, pro *Hae*, ἀρχαϊκῶς. Ita Terentius Heaut. Sc. IV. Act. VI.

Hasce ornamentis consequuntur alterae,
Porro haec talenta dotis adposcent duo.

Sequitur.

Ut ego me ruri humaxari mavelim patalem bovem.

Haec lectio a Scaligero profecta, propter auctoritatem tanti viri in textum recepta est. Ego viri tanti, quem unice, ut debeo, colo, auctoritati detractum ire nolo, sed heic tamen eum sequi non possum, quum omnes veteres constanter habeant *Patulum*. Et sane meliores Festi editiones ita praeferunt, non *Patalem*. Deinde ex Iunio Philargyrio & Servio ad Georgic. III. scimus *Patulos* boves adpellatos, qui cornua late distantia habeant, qui Graecis poetis εὐρυμέτωποι. Iidem quoque *Propatuli* dicti, teste hoc ipso Festo in *Propatulum*. Sed, ut quod super hoc loco censeo semel dicam, scripsit Plautus *Patulem* ἀρχαϊκῶς, nam veteres nomina secundae declinationis etiam tertia indifferenter efferebant. Hoc Festus antiquitatis diligentissimus scientissimusque adnotaverat, sed locus postea corruptus, & *Patulem* in *Patalem* mutatum est. Confirmat & hoc coniecturam meam, quod si *Patulum* Plautus dixisset, iam hoc non novum nec adnotatione dignum sit.

CAP.

CAP. III.

Ne musca quidem; vetus dictum. Oramenta. Exorabula. Lassi lavari soliti calida. Milli.

EAdem scena Astaphio mulieres convenire volenti ita respondet Stratilax.

— quas tu mulieres
Mihi narras? ubi musca nulla femina est in aedibus.

Meo animo τὸ *femina* παρέλκει: itaque rescripserim, *Vbi musca nulla est in aedibus*. Veteres quum domi nemo esset, rogati iocula- riter respondebant, *Ne musca quidem*. Invenio & apud Suetonium Domitiano cap. III. *Inter initia principatus quotidie secretum sibi horarium sumere solebat: nec quidquam amplius quam muscas captare, ac stilo praeacuto configere: ut cuidam interroganti, essetne quis intus cum Caesare, non absurde responsum sit a Vibio Crispo: Ne musca quidem.*

Quin maceria illa ait, in horto quae est. — Vett. libri. *Quid maceria*. Recte & ita Priscianus laudat lib. v.

Verum ego illum, quamquam violentus est, spero mutari potest
Blandimentis, ornamentis ceteris meretriciis.

Legendum existimo, *oramentis ceteris*. Scioli librarii temere eiecerunt quum non intelligerent, etiam similitudine vocis inducti. *Oramenta* nihil aliud sunt quam sermones blandi, & blanditiae, quae *Exorabula* nominavit primore Scena huius fabulae. Ait enim Dinarchus.

Quot amans exemplis ludificetur, quot modis
Pereat, quotque exoretur exorabulis.
Quot illic blanditiae. —

Certe ornamenta cum blandimentis non ita apte coniungantur: sed arbitrabuntur viri docti. Sc. sequenti, *Piscis ego credo*.

DI. *Quin hercle lassus iam sum durando miser,*
Mihi quoque prae lassitudine opus est ut lavem

Vltimus versus reddendus Astaphio, male enim Dinarcho tribuitur. Ita correxeram, quum video consentire mihi veteres libros. Ait vero Astaphium sibi opus esse prae lassitudine, ut lavet; is mos vetustissimis etiam Graecis. Artemidorus lib. I. cap. LXVI. Πάλαι μὲν γὰρ ἀκὸς εἶναι πονηρὰ τὰ βαλανεῖα. ἐπεὶ μὴ συνεχῶς ἐλέοντο οἱ ἄνθρωποι, μηδ' εἶχον τοσαῦτα βαλανεῖα. ἀλλὰ ἢ πόλεμον καταςρεψάμϑυοι, ἢ μεγάλυ παυσάμϑυοι πόνυ ἐλέοντο. *Antiquitus enim congruum erat ut mala balinea essent: quoniam adsidue homines non lavabantur, neque talia ac tanta balinea habebant. Sed a bello revertentes, vel a magno labore quiescentes lavabantur*. Et quidem calida tum lavabantur. Idem loco citato. Ἢ γὰρ ἀναλαμβάνοντες, ἢ ἀπραγῦντες εἰς θερμὰ πορεύονται. *Vel enim resumentes, vel otiantes in calida eunt*. Huc pertinet locus Epidico. Sc. *Male morigerus*.

— abi intro, ac iube huic aquam calefieri.

Item Bacchidibus Sc. I.

— aqua calet, eamus hunc intro ut laves.
Nam ut in navi vecta es, credo timida es.

Sequitur in Truculento.

Sed obsecro hercle Astaphium, i intro, ac nuntia
Me adesse: tu i propere, & suade iam ut satis laverit.

Veteres libri. *Me adesse, cui properet suavium, ut s. l.* Quae lectio magis placet. Sc. *Ne exspectetis*.

Et Homero, & postilla mille memorari potest
Qui & convicti & condemnati falsis de pugnis sient.

Veteres libri, *& postilam illi m. p.* Scribo, *& postilla milli*. Nam *Milli* pro *Mille* etiam Lucilius dixit lib. IX.

Tu milli nummum potes uno quaerere centum.

Item lib. XV.

Hunc milli passum qui vicerit atque duobus
Campanus sonipes. —

Vide Macrobium Sat. lib. I. cap. V. Haec quamvis in speciem recta sint, non possum tamen dissimulare praeferre me lectionem istam.

Et Homeri Iliada & Odysseam illi memorari possunt.

Quam in Parisiensi inveni. *Memorari* ἀρχαϊσμὸς est pro *Memorare*. Iam in Iliade & Odyssea Homeri plurima esse mendacia nemo ignorat: itaque ille versus huc accommodatissimus. Deinde quid est *Homeronidam*? quis mihi explicabis? Tentaveram, *Et Homerum item*. Sed nihil opus, recta lectione inventa, περιαολογεῖν.

CAP. IV.

Maius pro Magnus. Iupiter Deus Maius Tusculanis, Maia. Abstit. Acceptrica. Choenica. Seneca, Esopia. Sesopia. Glans bubus dari solita.

SCena eapse Phronesium meretrix Astaphium commonefacientem ut se aegram esse adsimularet, ita obiurgat.

— tace,
Quid adhuc egeo tui, malum, ammonitricis, an me maleficio vincere est?

Ita restituit magnus Lipsius ex vestigiis istis Vatic. *Cui adhuc ego tu malam eam emovet ruri, a me matitio vincere est?* Vnde adparet eum aliquantum a ductu litterarum recedere. In Bas. erat. *Quoi adhuc ego tu malam emones rustica me maleficio vincere' st?* Vnde coniicio scribendum.

Quor adhuc ebo tu mala me mones rustica?
me maleficio vincere' st?

Postea in glorioso Stratophanis militis sermone.

Meus est scio iam de argumentis, nimium quidem simili' st papae.
Iam magnu' st? iamne lectat legiones, quas spoliare velit?

In veteri codice erat. *Iam maius est? iamne l. l.* Quod profecto rectissimum, nam *Maius* antiquissimi pro *Magnus* dicebant: hinc *Maiestas*, cuius originem accuratius tradere Fe- stus

ſtus debuerat. Iupiter quoque a Tuſculanis *Deus Maius* adpellabatur, id eſt, θεὸς μέγας, idque κατ' ἐξοχήν. Macrobius Sat. lib. I. capit. XII. ubi de Maii menſis nomine diſſerit. *Sunt qui hunc menſem ad noſtros faſtos a Tuſculanis tranſiiſſe commemorent, apud quos nunc quoque vocatur Deus Maius, qui eſt Iupiter, a magnitudine ſcilicet ac maieſtate dictus.* Item magna mater Maia. Ibidem. *Adfirmant quidam, quibus Cornelius Labeo conſentit, hanc Maiam, cui Menſe Maio res divina celebratur, terram eſſe, hoc adeptam nomen a magnitudine, ſicut & mater magna in ſacris vocatur.* Ab hac radice, *Maior*, *Maximus*. Nam a *Magnus* ἀναλόγως debebat deduci *Magnior*, *Magniſſimus*. Sed eſt notum nomen illud ἀναλογίαν excedere. Sic adverbialiter *Maie* (poſtea *Mage*) *Maius* (poſtea *Magis*) *Maxime*. Et Giſanius in Indice Lucretiano teſtatur ſaepe ſe *Maius* pro *Magis* inveniſse in manuſcriptis, quod librariorum ſcripturae vitioſae imputare non debebat, quum ſit remotiſſimae antiquitatis. Item Capella vocum antiquarum uſurpator lib. de Dialect. *Quantitas non recipit maius & minus.* Nam *Maius* ibi eſt μᾶλλον. Ergo non debet mutari, & *Magis* reſtitui, quod amico noſtro videtur. Imperiti librarii temere nimis, id eſt ſuo more, vocem antiquiſſimam de Plauti libris exturbaverunt, in quos noſtro periculo poterit poſthac recipi.

Vbi illa obſecro eſt, quae me reliquit atque abſtitit.

In veteribus *abiſti* eſt pro *abſtitit:* itaque ſuſpicor ſcribendum *abſtit* ἀρχαϊσμῷ, quo etiam uſus Ovidius Metamorph. lib. XI.

—— renovat luctuſque locuſque
Alcyones lacrimas, & quae pars admonet abſtit.

Vide Aſinariam cap. I. Sc. *Ite hac ſimul.*

—— huic des
Quamtumvis, nuſquam adparet neque datori, neque acceptrici.

In veteribus libris erat, *neque acceptricae.* Optime. Antiqui *Acceptrica* & *Acceptrix* dicebant, ut *Senex*, *Seneca*. Pomponius Piſtoribus.

Pappus hic medius habitat ſeneca non ſeſcuncia.

Sic *Choenix*, *Choenica*. *Phalanx*, *Phalanga*, & aliae eius formae.

*Quid nunc ergo huic odio es * * buſteus.*

Scribo & ſuppleo ex veteribus libris. *Quid nunc ergo odioſe es confeſſus omnibus te iis.* Cur, inquit, te feciſti ut noſcerent omnes ii? intelligit vero eos quos Geta abduxerat. Poſtea miles ſtomachoſus ita Getam adfatur.

—— quid tibi huc ventio eſt?
Quid tibi hanc aditio eſt? quid tibi hanc notio eſt, inquam,
Amicam meam? emoriere ocius, ſi manu niceris.

Non video quid ſit, *ſi manu niceris*, neque item quod in Lambiniana editione eſt, *ſi viam imbiteris.* Optime in Pariſienſi *ſi manum inieceris.* Sc. *Date ſoleas.*

Quo pacto excludis quaeſo? potin' planius
Quam excluſus nunc ſum? ——

In veteribus libris erat, *excludis quaeſo eſopitiis planius.* Lego. *Quopacto excludis quaeſo eſopiis planius.* Et ἀρχαϊκῶς *Excludis* dixit pro *Excludas*. Senſus eſt. Quopacto me planius ſedibus eiicias, & ſedes mutare, id eſt migrare cogas? Veteres autem *Eſopia* adpellabant, ſedes, quae in Augurali, & Saliari carmine *Seſopia ſunt.* Feſtus. *Seſopia in Augurali, & Saliari carmine adpellantur, quae alias Eſopia pro ſedilibus dicere habemus nunc adhuc in conſuetudine.* Sc. *Rus mane.*

Rus mane dudum hinc ire me iuſſit pater,
Vt bubus glandem prandio depromerem.

Vult vir magnus, *Vt ſubus:* cur autem? quiane in ſilvas ſolent paſtum dimitti ſues? ſed & bubus veteres glandem in pabulum dabant. Cato cap. LIV. *Bubus pabulum hoc modo parari denique oportet. Vbi ſementim paraveris, glandem parari legique oportet, & in aquam coniici. Inde ſemodios ſingulis bubus in dies dari oportet.* Cap. LX. *Bubus cibaria annua in iuga ſingula lupini modios CXX. aut glandis modios CCLX.* Vide quoque Columellam lib. VI. cap. III. & XI. cap. II.

CAP. V.

Crumenas in collo geſtabant olim. Minus. Miner. Viduer. Inire pro Intrare. Paraſiti Scorta dicti. Feſtus emendatus. Cavilles. Furcilles.

EAdem Scena.

—— homo crumenam ſibi de collo detrahit.
Minas viginti mihi dat, accipio libens.

Vnde obſervare eſt veteres in collo crumenas geſtaſſe, id quod videmus etiamnum noſtrates ruſticos factitare. Sic Aſinaria. Scena *Cur me.*

Hic pone, hic iſtam colloca crumenam in collo plane.

Epidico etiam. Sc. *Feciſti iam.*

Ipſe in meo collo tuus pater crumenam collocavit.

Et extrema hac Truculento.

Pecua ad hanc collo in crumena ego obligata defero.

Sequitur pauxillo intervallo.

—— ille abiit, ego perperaminas
Ovis in crumena hac in urbem detuli.

In veteribus libris erat, *Ego properae minas.* Recte. Oves *Minae* ſunt ventrem quae glabrum habent, ut cognoſcimus ex Varrone de R. R. lib. II. cap. II. Item *Minae* mammae quae lac non habent, ut ait AElius apud Feſtum, quae tamen heic locum habere non poſſunt commode: Sed Plautus ita vocat facete, quia venundatae in minus eſſent converſae: Aut *Minae* ſunt parvae & puſillae (nam iſta metamorphoſi tales erant) quod etiam non male congruit: Veteres autem *Minus* pro *Parvus* dicebant, unde in comparationum gradibus, ut vocant Grammatici, *Minor*, *Minimus*, *Minuo*. Sicuti *Maius*, *Maior*, *Maximus*, quod ſupra eruimus. Efferebant quoque *Miner*, ut *Vetus*, *Veter*. Hinc apud Feſtum legitur. *Minerrimus pro minimo dixerunt.*

runt. Ad eamdem formam *Viduer* pro *Viduus*, unde *Viduertas*, ut *Liber*, *Libertas*, & talia.

AS. *Quid istuc? alienus es, amabo, mi Strabax*
Qui non extemplo ire si anne eportuit
Ita te quidem qui es familiaris? ST. *ibitur.*

Lego & interpungo.

Qui non extemplo inires? anne oportuit
Ita? te quidem, qui es familiaris? ST. *inibitur.*

Origo mendae ex compendiosa scriptione, *inres*, & *inbitur*. Porro *Inire* posuit pro intrare, quomodo Casina. Sc. *Vide fur.*

—— OL. *si tu iubes, inibitur tecum.*

Transeo ad Scenam sequentem, *Mirum videtur.*

ST. *Vel amare possum, vel iam scortum ducere.*
AS. *Lepide mecastor nuntias, sed dic mihi*
Haben'? ST. *parasitum te fortasse dicere.*
AS. *Intellexisti lepide quid ego dicerem.*
ST. *Heus tu*, &c.

Scio quod heic acute valde Cl. Lipsius, sed non probo: magis id quod in veteribus meis libris invenio.

——— *sed dic mihi*
Ain' parasitum te fortasse ducere?
ST. *Intellexisti lepide q. e. d.*
Heus tu, &c.

Ita enim etiam personae collocandae. Dixerat Stratilax exuisse se mores truculentos, & posse iam amare, posse scortum ducere, unde Astaphium verbi ἀμφιβολογίᾳ incerta rogat, an dicat fortasse parasitum se ducere, nam parasiti etiam per iocum *Scorta* nominabantur, quia nimirum impudenter coenas captabant, & invocati aderant. Clare ecce Captivi id nos docent Act. I. Sc. I.

Iuventus nomen indidit Scorto mihi
Eo quia invocatus soleo esse in convivio.

Operae pretium est inspexisse totum locum ut a me correctus est. Sed nemo, spero, culpabit si pauxillum extra ordinem digressus, occasione hac Festum in *Scorta* emendaverim. *Apud Attellanos antiquos solebant dicere, se attulisse pro scorto delicularum.* Scribo: *pro scorto pelliculam.* Varro lib. VI. *In Attellanis licet animadvertere rusticos dicere, se abduxisse pro scorto pelliculam.* Sequitur.

Ita ut pauxillum differat a cavillulis.

In veteribus duobus est, *a cavillibus*: quod puto rectum: *Cavilles* pro *Cavillae* (nam feminine extulit supra) ἀρχαϊκὸν est, quomodo *Furcilles* pro *Furcillae* apud Festum invenitur antiquos dixisse.

CAP. VI.

Ni pro Ne. Stridia. Stria. Manitutor. Amplectari.

SCena *Neque gnatus est.*

——— *ita*
Ad me magna nuntiavit Cyamus hodie gaudia.

Sinceram puto lectionem veteris codicis. *Nuntiavit Geta meus hodie.* Nam *Geta* servus in hac fabula personam substinet. Sc. *Lepide efficiam.*

AS. *Litteras didicisti, quando scis, sine alios discere.*
DI. *Discant, dum mihi commentari liceat, ni oblitus siem,*
Quod dedi.

Ni ἀρχαϊσμὸς est pro *Ne*. Ita Cato cap. CXLIII. *Rem divinam ni faciat, neve mandet qui pro ea faciat iniussu domini, aut dominae.* Et ipse Plautus alibi in his Fabulis non semel.

Uno verbo eloquar, mittin' me intro! AS. *mendax es abi.*
Unum aiebas, tria iam dixti verba, atque mendacia.

In veteribus libris est. *Unum aiebas, stridia dixti.* Recte. *Stridia* pro *Tria* ex remotissima antiquitate est: primo dicebant *Stria*, ut *Stritavus*, pro *Tritavus*: deinde *Stridia*, ut *Postea*, *Postidea*. *Antea*, *Antidea*. *Interea*, *Interidea*. *Mecum*, *Medecum*. *Tecum*, *Tedecum*. Ingeniosi correctores abiecto *S* nobis *tria iam* substituerunt valde belle, scilicet. Vel possunt etiam *Stridia* verba dicta videri quasi stridula, & obstrepera, qua facie *Cor dolium*. *Vinum crucium*. *Agnus curio*. Tamen prior explicatio magis huic loco convenit, quia quum dixisset uno verbo se eloquuturum, tribus dicit, *Mittin' me intro?* quod exprobat Astaphium, mendacii eum arguens. Sc. *Egone tibi.*

Nam vinum, si fabulari posset, se defenderet.

Magis placet quod veteres editiones habebant, *si fabulare*, quod ἀρχαϊκὸν est, & in superioribus quoque Comoediis Plauti usitatum. Sc. *Blitea.*

Ubi id audivit, quamquam pene est mea omnis res, & liberi.
Video eccum, qui manstutorem me adoptavit bonis.

In veterib. erat melius, *penes est me*. Deinde scribo, *qui manitutorem*. Nam *Munitator* dictum est, ut *Manipretium*.

Cogitato mus pusillus quam sit sapiens bestia,
AEtatem qui uni cubili numquam committit suam,
Quia si unum ostium obsideatur aliud perfugium gerit.

Lego, *aliud perfugium quaerit*. Inde nata menda, quia librarii promiscue *C* & *G* pro *Q* scribebant, non habita diphthongorum ratione. Ita conieceram, quum ecce in Parisiensi sic reperio. Sed cur quaeso ostium? quum de cubili praecesserit. Recte uno consensu eiiciunt libri veteres.

PH. *Numquid vis?* DI. *facultas operae ubi mihi erit, ad te venero.*

Recte mendum esse deprehendit acutissimus Gulielmus, sed meo iudicio, dum *valeas* pro *facultas* restituit, necdum bene satis emendat. Ego minima mutatione rescribendum existimo, *fac valeas, operae*, &c. Opus erat *a* litterula inserta, & *t* in *e* commutato; atque hanc puto veram huius loci lectionem.

*Propter hunc spes etiam se hodie * militem.*

In veteribus libris erat plenius: *spes etiam se hodie tam interit in militem.* Corrigo. *Propter*

pter huncce spes etiam hodie iam interit in militem. Sensus plenus, & planus. Sc. *Eo mihi*.

Eo mihi amare fero supplicium damnis ad amicam meam.

Lego, *Ego mihi amore fero*. Vel *amare* est Graecismus, valetque, τῷ ἐρᾷν.

PH. *Vin' tu amplectar, & savium dem?* ST. *quidvis face, gaudeam*.

Veteres libri habent constanter, *Vin' te amplecter*; quod rectissimum est: nam Priscianus docet *Amplectari* veteres pro *Amplexari* extulisse.

Qui (malum) bella aut faceta es, quae ames hominem istiusmodi.

Veteres libri, *hominem istimodi*. Quod Plauto nostro dignius. Atque hic mihi finis: tu, benigne Lector, si offendi, quod mirum non esse debet in tam aspera & salebrosa Antiquitatis via, errorem mihi meum & lapsum humaniter condona.

ADMONITIO.

Amphitr. Sc. *Qui me alter*.

ME. *Clare advorsum fabulabor, hic auscultet quae loquar,*
Igitur magis modum in maiorem in sese concipiet metum.

Locus corruptus, & scio quid de eo olim pronuntiaverim in Critico, sed nunc alia mihi mens, putoque veram lectionem esse.

Igitur magis modo immaniorem in sese c. m.

Col. 427. *Graxo* scrib. *Graco*. Adde deinde post Κράζω. Hinc *Graculi* dicti.

Col. 462. *Apolog.* scrib. *Florid.*

Col. 466. Vbi disputo de diis medigrumis, & a *Gruma* derivo, nunc muto sententiam: & malo a *Grumus*. Nam *Medigrumus*, & *Mediocris* ad verbum plane eadem sunt: ut enim *Grumus* veteribus locum editiorem significabat, ita & *Ocris*. Ergo *Medigrumi*, & *Mediocres* qui inhabitant medium istum locum; & ita eleganter dii vocantur qua ratione Olympus mons pro coelo usurpatur. Habitacula vero Deorum per sexdecim coeli regiones distincta vide apud Mart. Capellam lib. 1. de Nupt. Philol. & Mercurii, atque hinc liquet cur alii *superi*, alii *medigrumi*, sive *mediocres*, sive *medioxumi*, alii *inferi*.

RVPICI SIGNATORIO

Numquam meo, olim tamen quasi-meo. S. D.

APeriam tibi dolorem meum iustissimum, quem nuper, ut Poeta loquitur, fronte serenabam. O facinus indignum, & ab amico homine non amicum! Tune ut illuseris tam proterviter famae meae, & clam apud alios suggillaris, coram amici speciem mentitus? Ah! quam mihi pectus scindit vel sola recordatio! Et, fidem tuam adpello, si ea ulla, conscientiamque rogo, hoccine verum? deinde, si maxime verum esset, hoc ego de te umquam ullo modo promerui, qui te tam sincere, tam ardenter amavi, ut fratrem frater non possit magis? Quod certe os istud tuum, quo sanctissimum amici apud me totius nomen, quo fratris usurpare ausus es, re ipsa nihil minus, quam amicus, quam frater, immo infestissimus inimicus? Dic, obsecro, itane tibi res parvi momenti visa fuit ludere de fama aliena, ne dicam amici? Nihil inquis legisse me praeter Scholiastas Graecos, reliqua fere tua esse, quae in Commentario Lycophroniano, & Spicilegio Theocritico: tuum mihi nomen omnes debere paginas implere. Ergo ego miser certe & fatuus, qui quinquennium iam Litterarum studio impendi, si non cum bonae valetudinis dispendio, at periculo certe maximo, ut tanto scilicet tempore nihil nisi Grammaticorum Scholia trivisse dicar. Atque eruditionis quidem & ingenii laudem mihi detrahi facile patior, tenuitatis meae conscius: sed plagii me insimulari, id vero pati nec possum, nec debeo; neque quisquam, qui ingenuus haberi velit, & sit. Parturis, & Anticriticum, quo errores

meos ſis refutaturus, & vindicias facturus. Quod ipſum etſi animi iniqui certiſſimum ſit indicium; prome tamen, quaeſo, gratiam habebo, & Minerval dabo novo Doctori Quinquatribus. Praeterea Plautinas has Curas meas gloſſemata mortuaria dictitas. Sint ſane, quod fortaſſe verum eſt, cur non in os haec mihi, cum legeres ante pene quam ſcripſeram? Si amicus eras, ita te facere aequum fuerat, non autem apud alios traducere. Itaque nunc a te expeto, ut haec ad Plautum quae diverſorum iudicio commiſi, tu unus omnia & ſingula (ſi quid tibi in tanto capite cerebri) examines: nemo poterit id acrius facere, quum inimicus mihi ſis, ideoque nihil amori daturus, qui iudicii rectitudinem intervertere plerumque ſolet; quae enim viri magni erunt diſſimulaturi, tu videbis, & obelo configes. Eius vicem, ſi deerit, lingua tibi abunde praeſtabit, quae ad illius inſtar probe eſt acuminata, addo etiam, veneno Calumniae imbuta. Iam illud quid eſſe dicam, quod libris me tuis aliquando uti gloriatus es? Fateor, non ſum re adeo lauta, ut emere omnia poſſim, itaque cum tibi hoc per Fortunam liceat, noli mihi paupertatem meam tacito quodammodo convitio obiicere. Quaeſo te, per amorem iſtum quo nuper te proſequutus ſum, ne ſupercilium tolle, ſi Fortuna tibi blandior opes pleni manu dederit. Quin potius illud Demetrii cogita. Οὐ μόνον τὸν πλοῦτον τυφλὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὴν ὁδηγοῦσαν αὐτὸν τύχην. *id eſt, tam indignis eas quam dignis obtingere. Sed quid feceris tute vide. Ego dolorem ſimul & innocentiam hac epiſtola teſtari volui. Interea manet manebitque alta mente repoſtum. Amicitiam, quod per praecones olim factitatum, palam renuntio. Vale, ut meritus es.*

IOANNES MEVRSIVS

Olim tibi adfectu frater, nunc quem effeciſti ut eſſem.

EXER-

EXERCITATIONVM CRITICARVM

PARS SECVNDA.

In qua

ANIMADVERSIONVM MISCELLARVM

LIBRI QVATVOR.

Quibus Scriptores varii castigantur illustranturque, maxime Arnobius, & Festus.

PRVDENTISSIMIS SPECTATISSIMISQVE VIRIS

D. THEODORO LEEVVIO

CANONICO S. SALVATORIS.

D. PETRO LEEVVIO

IN CVRIA VLTRAIECTINA CONSILIARIO, ET SVPREMO CAPITALIVM RERVM QVAESTORI.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

ANIMADVERSIONES *Miscellas quum edere apud animum statuissem, Viri Prudentissimi, vestri nominis auspiciis id mihi facere visum. Causae non diu erant quaerendae, quippe in promtu & multae satis, & magnae. Certe, si verum fateri velim, quum multum quaesivissem, non reperissem quibus magis essem obnoxius. Tanta enim vestra in parentes meos, & meipsum beneficia, non a vobis dumtaxat, verum etiam parentibus olim vestris, iam a plurimis annis exstant, ut nullo umquam tempore paria facere queamus. Postquam autem beneficiorum acceptorum memoriam non amittere verbisque gratias agere, est quodammodo solvere, quid aliud facio, quam quod callidi captatores solent, qui quum non solvant, tamen id student ut solvisse videri possint. Verum enimvero in hoc ab illis differo, quod postea debere se quidquam negent, ego autem ad exitam usque aetatem debitum meum, vel ultro profitebor. Hoc temporis itaque, quando aliud in me non est, habete ingenioli mei qualemcumque foetum, observantiae erga vos animique debitum agnoscentis testimonium. Vestrum erit benigne hunc excipere, & adversus malignos quosdam veteratores auctoritate vestra defendere : vel potius ne, qui gratificari studeam, onus molestissimum imponam, ipsemet mihi vindex ero, omnes istos aestimando [ut ille inquit] unius assis. Ita nullus vobis labor incumbet, & mihi munusculi huius, quod offero, gratia constabit. Valete, Viri Prudentissimi Spectatissimique, & me, quod facitis, amare pergite.* IX. *KL. April* CIↃ. IↃ. XCIX.

ANI-

ANIMADVERSIONVM MISCELLARVM

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Mos in vetere Ecclesia adnotatus. Lector. Pronuntiator. Sacri apices. Κράκται. *Pulpitum. Manuale. Lectionarius. Lectrum.* Ἀναλόγιον. *Aetas ei muneri apta; item electio solemnis. Castitas profitenda, aut uxor ducenda, eaque virgo. Contra facienti quae poena. Etiam secundae nuptiae licitae, non tertiae.*

CENSORES imitabor, & ut illi condendo lustro a bono nomine ordiebantur, ita ego in Animadversionum his libris a more vetere, qui in Ecclesia servatus, nobisque a maioribus in manus traditus, scribendi initium faciam, QVOD BENE VERTAT. Hodie ante concionem videmus Auditorum animos praelectione capitum quorumdam e sacris Bibliis ad attentionem praeparari, qui nos ut laudatissimus, ita pervetustus. Animadverto apud Cyprianum lib. II. epist. v. *Merebatur talis clericae ordinationis ulteriores gradus, & incrementa maiora, non de annis suis, sed de meritis aestimandus, sed interim placuit, ut de officio lectionis incipiat, quia & nihil magis congruit voci, quae dominum gloriosa praedicatione confessa est, quam celebrandis divinis lectionibus personare post verba sublimia, quae Christi martyrium proloquuta sunt.* Et quorum id munus. *Lectores*, aut etiam *Pronuntiatores*, dicti Isidorus Orig. lib. VII. cap. XII. *Generaliter autem Clerici nuncupantur omnes qui in Ecclesia Christi deserviunt: quorum gradus, & nomina sunt haec: Ostiarius, Psalmista, Lector, Exorcista, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus.* Postea, *Lectores a legendo, Psalmistae a psalmis canendis vocati sunt, illi enim praedicant populis voluntatem Dei, & quid sequantur: isti canunt, ut excitent ad compunctionem animos audientium: licet, & quidam lectores ita miserabiliter pronuntient, ut quosdam ad luctum lamentationesque compellant. Iidem etiam Pronuntiatores vocantur, quia populo adnuntiant. Tanta enim, & tam clara erit eorum vox, ut quamvis longe positorum aures adimpleat.* Hieronymus etiam in epistola quadam ad Sabinianum Diaconum meminit huius lectionis, quum ait. *Oriebatur tibi, ut postea didici, sol invito; exsanguis, marcidus, pallidus, ut subspicione omni careres, Evangelium Christi quasi Diaconus lectitabas.* Ex quo loco videri alicui possit ad Diaconos pertinuisse, quum tamen *Lector* & *Diaconus* diversi plane fuerint, ut patet ex Isidoro, & Tertulliano, qui libro Adversus Haereticos capit. XLI. diserte distinguit *Nusquam facilius proficitur, quam in castris rebellium, ubi ipsum esse illic promereri est. Itaque alius hodie Episcopus, cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector: hodie Presbyter, qui cras Laicus. Nam & Laicis sacerdotalia munera iniungunt.* Vnde acutus lector colligat, digniores fuisse Diaconos, quod & satis suggerit Codex Iustinianeus libro I. Tit. III. & Theodosianus libro XVI. Tit. II. item Novell. Constitution. VI. XVI. CXXIII. Canones etiam Apostolici, ubi in enumeratione praeponuntur. Nam quod Isidorus postponit, nihil turbat, invertit enim omnem sacrorum munerum ordinem, & a minimo orditur. Multa autem Lectorum mentio apud sacros Scriptores, item in veteri lapide.

ATTIO. PROCVLO
LECTORI
FILIO. DVLCISSIMO
QVI. VIXIT. ANN. XVIII.
M. VIII. D. VII.
FABIA. SECVNDA
CONTRA. VOTVM. MENSAM
POSVIT. B. M.

Codex Theodosianus loco citato *Lectores divinorum apicum* nominat. *Divinos apices* (quod facile cuivis videre) intelligit divinam scripturam: sed monendum obiter est, ne quis eos confundat cum Sidonii *sacris apicibus*; quibus ille Imperatorias litteras designat libro I. in epistola quadam ad Heronium, *Egresso mihi Rhodanusiae nostrae moenibus publicus cursus usui fuit, utpote sacris apicibus accito*, & alibi non semel. Erant vero plures, & munus per vices certis quisque diebus obibant. Clare colligas ex Sulpitio lib. de vita D. Martini. *Nam quum fortuito Lector, cui legendi eo die officium erat, interclusus a populo defuisset, turbatis ministris, dum exspectatur, qui non aderat, unus e circumstantibus sumto psalterio, quem primum versum invenit, adripuit.* Vocabantur porro

etiam

etiam hi Lectores Κράκται, sed tantum in Imperatoris coronatione. Codinus lib. de Offic. Constant. Καὶ οἱ ἀναγνῶσται, ὓς ἐξ ἔθυς παλαίυ κράκτας ἐν ταῖς τοιαύταις ὀνομάζυσι πανηγύρεσι κ τελεταῖς. *Et Lectores, quos ex antiqua consuetudine Cractas in talibus nominant conventibus, & initiis.* Liber quem legebant, *Lectionarius* dicebatur. Ivo Carnotensis lib. III. de Consecrat. Episcop. & Cler. *Quae ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est, sacramentorum liber, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus, canones poenitentiales, psalterium, homiliae per circulum anni in dominicis diebus, & singulis festivitatibus, aptae.* Pluteus in quo lectionarius ponebatur *Lectrum*, *Pulpitum*, *Manuale*, in Graecis Ecclesiis ἀναλόγιον nuncupabatur. Isidorus in Glossis. *Lectrum, analogium, super quo legitur.* Item alibi. *Pulpitum, analogium, lectrum.* Glossae H. Stephani. *Manuale*, ἀναλόγιον. Codinus loco citato. Ἔμπροσθεν δὲ τύτυ ἀναλόγιον, ἐφ' ὗ ἐπίκειται ἅγιον εὐαγγέλιον. *Ante hoc Analogium, cui imponitur sanctum Evangelium.* Iterum. Οὕτω τῆς παραστάσεως ἱσταμένης εἰς τὴν τῆς θύρας ἔσοδον, κ τῦ σαυροῦ ἐπὶ ἀναλογίυ τεθέντος, ἀσπάζεται τῦτον ὁ βασιλεύς. *Ita adsistentia stante in ianuae introitu, & Cruce supra analogium posita, salutat Imperator.* Vel etiam Ἀναλογεῖον. Suidas. Ἀναλογεῖον, ἐν ᾧ τίθενται τὰ βιβλία. *Analogeum, in quo libri ponuntur.*

Mos autem in ecclesia Constantinopolitana ut festo Nativitatis Domini, coram Imperatore starent in medio triclinio cum palliis, & suparis indusiati. Codinus loco citato. Οἱ δ' ἀναγνῶσται μέσυ τῦ τρικλινίυ κατὰ πρόσωπον τῦ βασιλέως μετὰ τῶν ἱματίων καὶ ἐπιρριπταρίων αὐτῶν, φορῶντες κ καμίσια ἐπάνω τῶν ἱματίων. *Lectores vero in medio triclinio coram Imperatore cum palliis, & supparis suis, ferentes etiam indusia super vestimenta.* Dixi de munere ipso: ut de aetate iam dicam ei apta ordo postulat. Illa erat plena pubertas; itaque in Novellis invenio. *Nemo lectoribus connumeretur, qui minor* XVIII. *annis fuerit.* Ergo Attius Proculus, cuius paulo ante in Inscript. Vet. mentio, recenter tum ad id lectus fuit. Solemnis vero ordinatio quae exstiterit, egregie intelligitur ex his verbis Concilii Carthaginiensis quarti capit. VIII. *Lector quum ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans eiusdem fidem, ac vitam, atque ingenium: post hac spectante plebe tradat ei codicem, in quo lecturus est, dicens.* ACCIPE. ET. ESTO. RELATOR. VERBI. DEI. HABITVRVS. SI. FIDELITER. ET. VTILITER. IMPLEVERIS. OFFICIVM. TVVM. PARTEM. CVM. EIS. QVI. VERBVM. DEI. MINISTRAVERVNT. Itaque ad id munus adscito aut castitas profitenda, aut ducenda uxor. In Concilio Carthaginensi III. cap. XIX. *Lectores quum ad annos pubertatis veniunt cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.* Et quidem virgo; nam si viduam duxisset, aut repudiatam, ad maiorem in Ecclesia gradum provehi vetabatur. Patet ex Novellarum Constit. CXXIII. *Si lector secundam uxorem duxerit, aut primam quidem, sed viduam, aut divortio separatam a viro, aut legibus, aut sacris interdictam canonibus: non amplius ad alium ecclesiasticum gradum procedito. Et si quocumque modo ad maiorem gradum provehatur, deiiciatur ab eo, & priori restituatur.* Quae eadem etiam Constit. VI. leguntur. Item apud Ivonem Carnotensem lib. III. de Continentia clericorum. *Vxorem ducere virginem cum benedictione sacerdotali permittuntur: non autem viduam, aut repudiatam, quia propter hoc deinceps nec ad subdiaconatum provehi poterit.* Licebat etiam secundas nuptias contrahere, ut liquet ex verbis citatis Constit. CXXIII. item VI. cum hac tamen poena, ne altiorem gradum sperare auderet. Tertiae vero omnino illicitae. Constitut. VI. *Sed non, & ad tertias veniat nuptias, satis est enim, si ad nuptias veniat.* Haec de Lectoribus Ecclesiasticis mihi observata, quae non omnibus ingrata fore spero.

CAP. II.

Sanguis pro damno, & pecunia. Castellamenta Lucanica. Pultes lucanicis circumdari solitae. Labes imbris, pluviae. Arnobius emendatus, & illustratus.

Locus est apud Arnobium corruptus libro II. pag. 74. *Exercerent avidum atque iniustissimum foenus, & miserorum e sanguine supputandi se angerent insania: millibus possessionum semper producerent fines.* In Romano exemplari erat: *supputandis angeret insomnia.* Puto recte emendari posse: *supputandis angeret insomnia millibus: possessionum s. p. f.* Sensus est, idcirco animas misit ut exercerent iniustissimum foenus, & supputandis e miserorum sanguine millibus angeret (s. eas) insomnia? Id est, noctes atque dies id cogitarent, quo pacto millia multa nummum per fas per nefas coacervare possent. Porro hoc levi brachio non transmittendum, quod *sanguis* hic pro damno ponitur, recondita notione. Donatus ad Phorm. Act. I. Sc. I. *Damnum, & sumtum, sanguinem nostrum dicimus.* Sub damno autem comprehenduntur opes, & pecuniae, itaque huc pertinent illa Artemidori ὀνειροκριτικῶν lib. I. cap. XXXV. Αἷμα ἐμεῖν πολύτε κ εὔχρυν κ μὴ διαφθορὸν, ἀγαθὸν πένητι. προσκτησιν γὰρ σημαίνει κ περιουσίαν χρημάτων. ὅτι τὸν ἴσον λόγον ἔχει τῷ αἵματι τὰ ἀργύρια. *Sanguinem vomere multumque, & boni coloris, & non insincerum, bonum pauperi. Possessionem enim significat, & opum abundantiam; quia eumdem cum sanguine rationem argentum habet.* Apomasar quoque ἀποτελεσμάτων capit. CII. sanguinem aurum, & facultates significare dicit. Idem Arnobius pag. 75. *Vt spirulas, & botulos facerent, isicia, castellamenta Lucanica.* Vocat *Lucanica castellamenta*, quia pultes iis circumdabantur, & quasi muniebantur. Licet id colligere, & ex Martiale.

Filia Picenae venio Lucanica porcae,
Pultibus hinc niveis grata corona datur.

Ergo Lucanica, tamquam urbem murus castellaque, pultem circumdabant, coronabant-

que

que. Et haec ipsa sine dubio intellexit Plutarchus in Sympos. Quaestion. quum inquit. Διαπλάσαι μελίπηκτον εἰς σχῆμα πόλεως. *Formare placentam ex melle in urbis speciem.* Rursum in Afro nostro lib. v. pag. 180. *Iupiter (inquit) in taurum versus, concubitum matris suae adpetivit: ut expositum supra est, nominibus his tellus, & labens pluvia, nuncupatur.* Valide vereor ut scripserit, *& labes pluviae n.* Scioli isti librarii non intelligentes φράσιν, tam belle nobis, ut videbatur, correxerunt. Infrequens vero haec eius vocis notio, pro casu, & lapsu; sic paulo post. *Cum deorum criminibus labem imbris e coelo, & telluris significare madorem.* Ac nescio an a veterum aliquo habeat, an potius a sui aevi soloecismo. Fortasse ex isto Ennii VIII. Annal. apud Diomedem lib. I.

Certare abnueo, metuo legionibu' labem.

Nam *Cadere* dicuntur in bello, qui inferiores fiunt: etsi non eam inficias τὸ *labem* in isto Ennii etiam pro ignominia, & dedecore, quod illos manebat si victi essent, accipi posse. Sed haec satis.

CAP. III.

Praegustatorum duo ordines. Praegustator. Ἐδέατρος. Cuius id munus. A potione. Cocistro. Praegustatorum procurator. Festus emaculatus.

PRaegustatores apud veteres fuisse docuit iam olim ad Tacitum Lipsius, quibus ego alia adstruam ipsi non observata. Plinius libro XXI. capit. III. *Namque adparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginae Antonio timente, nec nisi praegustatos cibos sumente,* &c. Hieronymus in epist. quadam ad matrem viduam. *Erit tibi inter viros matronasque convivium, spectabis aliena oscula, praegustatos cibos.* Iustinus libro XII. *Philippus ac Iollas praegustare, ac temperare potum regis soliti, in aqua frigida venenum habuerunt, quam praegustatae potioni iam supermiserunt.* Quem locum indicavit mihi amicus meus Eitzo Tiarda. Fuerunt autem praegustatorum duo ordines, ille superior, hic inferior. Superioris erant, qui in mensa; inferioris, qui in coquina. Et superioris iterum duo ordines; nam hi cibum, illi potum, explorabant an non veneno essent infecti. Qui cibum, κατ' ἐξοχὴν *Praegustatores* dicebantur. Glossae. Προγεύστης, *Praegustator*. Item *Praegustat*, προγεύεται. (a) Lapis vetus.

TI. CLAVDIO. TI. AVG. LIB. ARRIO.
CLAVDIANIANO. SCRIB. LIBEL
TI. CLAVDIVS. FLAMMA. CLAVSVS. TI
AVG. PRAEGVSTATOR. FRATRI. PIISS.
ET. FIDELISSIMO. FEC.

Graecis Ἐδέατροι nuncupabantur. Suidas. Ἐδέατρος, τὸ μὲν ὄνομα ἑλληνικόν. ἡ δὲ χρεία περσική. ἣν ὁ προγεύστης τὸ πρῶτον, καὶ προήσθιεν τοῦ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν. *Edeatros, nomen Grae-*

cum: usus vere, Persicus. Erat autem praegustator primum, & ante comedebat ad regis securitatem.

Quae totidem verbis habes apud Etymologicographum. Aut qui potum explorabant, *A potione* vocabantur. Lapis vetus.

M. VLPIO. AVG. LIB.
PHAEDIMO. DIVI. TRAIANI. AVG.
A. POTIONE

Item alius,

TI. CLAVD. AVG. LIB
GRATIO. LIVIAE
AVG. SER. A POTIO
NE. S. T. T. L.

Et in aliis duobus idem invenire est. Delecti ad id munus spadones. Colligo ex isto Taciti loco Annali XII. sub finem. *Eius mulieris ingenio paratum virus, cuius minister e spadonibus fuit Halotus, inferre epulas, & explorare gustu solitus.* Confirmant coniecturam meam, quod etiam alias spadonum ministeria in conviviis frequentia. Iam ut de inferiori ordine dicam restat. Eius erat in coquina an esculenta bene essent condita ex gustu iudicare. Exemplum apud Arnobium lib. IV. *Per humani generis coquinas currit, inspiciens & explorans quibusnam lignorum generibus suis ardor in foculis excitetur: habitudinem fictilibus contribuit vasculis, ne flammarum dissiliant vi victa: curat ut ad sensum palati suis cum iudicantibus veniant rerum incorruptarum sapores, & an rite pulmenta condita sint experitur, atque praegustatoris fungitur officio.* Ita enim postrema illa corrigenda ostendi in Critico Arnob. lib. IV. cap. I. Atque ex hac re etiam Martialis capiendus lib. XIV. Lemm. CCXX.

Non satis est ars sola coco, servire palato.
Namque cocus domini debet habere gulam.

Et hi *Cocistrones* nominabantur. Observo ex Isidori in Glossario, in quo ista lego. *Cocistro, praegustator cocinae.* Vbi *cocinae* scriptum est pro *coquinae.* Vtrique porro huic ordini constituti *Procuratores*. Clare ostendit Lapis vetus.

DIS MANIBVS
TI. CLAVDI. AVG. LIB
ZOSIMI. PROCVRAT
PRAEGVSTATORVM
CLAVDIA. ENTOLE. CONIVNX
VIRO BENEMERENTI
ET. CLAVDIA. EVSTACHIS
PATRI. PIENTISSIMO

Quibus vero id munus incubuerit dicere non possum certo, sed coniectura est ad τοὺς ἐδέατρους pertinuisse, nam illi postea etiam toti rei coquinariae praefecti fuerunt. Suidas loco citato. Ὕστερον δὲ ἐνομίσθη ἐδέατρον καλεῖν τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας καὶ παρασκευῆς. *Posterius vero sancitum est, ut Edeatros vocetur praeses totius ministerii, & adparatus.*

[a] Iuvenalis:
Et timidus praegustet pocula papas.

Ety-mologici auctor. Ἐδέατρος, ὁ τῶν διδύμων (recte ἐδοδίμων Sylburgius emendat) καὶ τῆς τοιαύτης παρασκευῆς ἐπίσκοπος. *Edeatros, Esculentorum, & huiusmodi adparatus Inspector*. Eustathius ad Odyss. ά. & ξ'; Ἐδέατρος προγεύστης βασιλέως, ἐπιμελητὴς δείπνου. *Edeatros, praegustator regis, & coavivii curator*. Eadem Hesychius in suo Lexico. Festus. *Edeatre, qui praesunt regis epulis, dicti* ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων. Scribo. *Edeatri*.

C A P. IV.

Arnobio phrasis adserta, lux data. Frumen, Fruma, pro Forma. Frui pro Edere, καταχρηστικῶς. *Saliorum carminum obscuritas. Tharsomenos. Precula. Crepa. Alumeton. Forba. Febra. Fibra. Festus correctus.*

ARnobio adseram phrasin peculiarem, quam olim ei ereptum ivi iniuria. Locus est lib. VII. *Quia generis certi hostias certis ius est consecrare numinibus, certaque & supplicamenta praestari*. Volui eiicere τὸ *et*, sed perperam: ter ita loquitur Afer noster uno hoc libro. Statim enim subnectit. *Et quae iterum causa est, ut generis certi hostias certis ius sit consecrare numinibus, certaque & supplicamenta praestari?* Deinde infra. *Deque vestro numine vestraque & religione tractetur*, &c. Sic in vetere Inscriptione.

M. AVRELIVS. ALEXANDER
AVG. LIB. AB. EPISTVLIS
GRAEC. SE. VIVVS. FECIT
SIBI. ET. SVISQVE
LIBERTIS. LIBERTABVS
POSTERISQVE. EORVM

Et in plurimis aliis, quas videre est in praeclaro illo Inscriptionum Antiquarum Thesauro, ante decennium apud nos excuso beneficio Amplissimorum Academiae huius Curatorum. Est alter locus eiusdem Arnobii eodem libro *Quid sit illa, quid frumen, africia, quid gratilla, catumeum, conspolium, cubula?* Lego. *Q. fritilla*. De qua voce magnus Scaliger ad Varronem. Sed potestne τὸ *frumen* rectum esse? nam sequitur, *ex quibus duo, quae prima, sunt pultium nomina*. Iam *Frumen* dicitur summa gulae pars, a *Fruor*, quod veteribus illis non ἀπολαύειν, sed ἐσθίειν significabat. Donatus ad Terentii Eunuchum Act. IV. Sc. VII. *Frui autem est vesci, a frumine quae est summa pars gulae: a qua re etiam his quae nec cibo nec poculo sunt, frui dicimur* καταχρηστικῶς. *Vt pote rebus venereis, & delectatione odoris, visus, auditus, & ceteris*. Vide eumdem Adelph. Act. V. Sc. VIII. & Phorm. Act. II. Sc. II. Iuvenalis ita loquitur.

Exul ab octava Marius bibit, & fruitur dis Iratis. ———

Et sane ab eadem etymologia *Fructus* & *Frumentum*. Sed ut sententiam super hoc loco meam proferam non, ut olim, dubitanter aut timide sciendum *Frumen* heic poni pro *Fruma* (nam hoc quoque modo efferebant, *ut Rumen Ruma*.) *Fruma* vero pro *Forma* (quae erat puls ex melle, & milio, teste Festo) transposito *R* & *O*, in *V*, καταχρηστικῶς mutato. Depromta autem vox e Saliorum carminibus (sicut & reliquiae quae sequuntur) quae adeo etiam olim obscura, ut vix ipsis sacerdotibus intelligerentur. Atque obscuritatis quidem istius testis mihi Quintilianus lib. I. capit. VI. *Nec utique ab ultimis, & obliteratis repetita temporibus, qualia sunt Topper, & Antigerio, & Exanclare, & Prosapia, & Saliorum carmina, vix sacerdotibus suis satis intellecta*. Similis omnino litterarum transpositio commutatioque in *Precala*, quod pro *Pergula* usurpavit Tinea Placentinus, etsi ab Hortensio propterea reprehensus; & *Tharsomenus*, quod veteres multi dixerunt pro *Thrasumenus*, ut testantur idem Quintilianus lib. I. capit. V. & Cicero in Bruto. Tale est *Capra*, *Crepa*. *Crane*, *Carna*. *Alumeton* pro *Laomedon*, quod male apud Festum *Alumento* legitur, nec causa erat, cur *Laumento* vir magnus vellet: *A* & *L* transponuntur, & *T* pro *D*; antiqua ratione scribendi, item *V* pro *O*, *Forba* (ita legendum apud Festum, non *Forbea*) *Febra*; pro quo postea *Fibra* dixerunt, ut cognoscimus ex Servii loco a Scaligero ibi citato. *O* mutatur in *E*, ut *Homo*, *Hemo*. *Holus*, *Helus*. *Apollo*, *Apello*. Haec mea sententia de obscurissimo isto loco, quam propono audacter, sed hactenus, si eruditus & serius Lector probabit.

C A P. V.

Spes Aeria. In ordinem redigere. Ordinarii homines. Ἐγκύκλια. *Fures Canacheni.* Κανάξαι. *Arnobius illustratus.*

ITerum Arnobio doctissimo Scriptori operam dabo, sed saltuatim dumtaxat. Lib. II. *Neque illud obrepat, aut spe vobis aeria blandiatur, quod a sciolis nonnullis, & plurimum sibi adrogantibus, dicitur*. Quo loco quae spes *Aeria* sit nonnemo, credo, ignorabit: ego certe haereo, & puto esse cassam ac inanem; quomodo Poetae *aerium inane* dicunt; vel, quod eodem recidit, incertam & ἀόρατον, nam iidem invisibiles nebula involutos, aut, ut Graeci loquerentur, ἠέρα ἑσσαμένους incedere faciunt. Lib IV. *Magistratum in ordinem redigere, Senatorem aut convitio prosequi, suis esse decretis periculosissimum poenis*. Vbi *In ordinem redigere* peculiaris phrasis, & digna valde notatu, pro contemtui habere, & vilipendere. Livius lib. XXX. *Tribuni plebis in ordinem redacti*. Lactantius lib. De Opificio Dei cap. XIII. *Quorum qui est maximus, quoniam illum sicut in manu discerni a ceteris opus non erat, ita in ordinem redactus est, ut tamen ab aliis magnitudine, ac modico intervallo, distare videatur*. Plinius lib. I. epist. XXIII. *Plurimum refert quid esse tribunatum putes: inanem umbram, & sine honore nomen, an potestatem sacrosanctam, & qui in ordinem cogi ut a nullo, ita ne a se quidem debeat*. Item lib.

lib. II. epist. VI. *Illa ergo reprimenda, illa quasi in ordinem redigenda est, si sumtibus parcas.* Atque in ordinem redacti *Ordinarii homines* nominabantur. At *Ordo* intelligebatur eorum, qui litium causa Praetorem adibant. Festus. *Ordinarium hominem Oppius ait dici solitum scurram, & improbum, qui adsidue in litibus moraretur, ob eamque causam in ordine staret adeuntium praetorem.* Ex quibus verbis adparet proverbii istius origo. Vel potest ἑλληνισμὸς videri, quia Graeci τὰ ἐγκύκλια etiam res obvias & viles nuncupant. Dinarchus κατὰ πολυεύκτου. Ἀνθρώπου καὶ μισθωτοῦ καὶ πάντα τὰ ἐγκύκλια ἀδικήματα ἠδικηκότος. *Hominis mercenarii, & quaecumque obviae iniurias inferentis.* Quod exemplum Priscianus citat lib. XVIII. Aristoteles Politicorum ά. Ἐκεῖ γὰρ λαμβάνων τις μισθὸν ἐδίδασκε τὰ ἐγκύκλια διακονήματα τοὺς παῖδας. *Ibi enim accipiens quis mercedem vilia ministeria pueros docebat.* Idem β΄. Ἔτι δὲ τῶν θεραπόντων τούτοις μάλιστα προσκρούομεν οἷς πλεῖστον προσχρώμεθα πρὸς τὰς διακονίας τὰς ἐγκυκλίους. *Adhuc vero famulantium his maxime irascimur, quibus plurimum utimur ad vilia ministeria.* Et passim apud alios auctores. Age vero, tertium adducamus locum, numero enim Deus impare gaudet, ut ait ille. Lib. VII. *Quae ad ultimum fures, & obserata pandentes tenebrarum obscuritate canacheni.* Vbi *Canacheni* iidem sunt qui fures, nam utitur Arnobius libenter sinonymis. Sumta autem vox a Graecis, qui Κανάξαι, & Ἐκκανάξαι pro *Evacuare* & *Exinanire* ponunt. Iulius Pollux lib. X. capit. XXIII. Τὰ μέντοι κάναστρα φελλώδεις τινὲς πινακίσκοι εἶναι δοκοῦσιν, ἀφ᾽ ὧν καὶ τὸ ἐκκενῶσαι, ἢ ἐκπιεῖν, κανάξαι λέγουσι, καὶ ἐκκανάξαι. Iamne intelligis lector obscurissimorum locorum trigam? Arbitror.

CAP. VI.

Homo, κατ᾽ ἐξοχὴν *pro viro. Logi, pro sermonibus ridiculis. Incrementum, pro* ὑπερβολή. *Ingens, pro Gravido.* Πολυάνδριον. *Arnobius correctus, & illustratus.*

PErgam in Arnobio. Legitur pag. 17. lin. 19. *Aut si malum consilium est adgredi nos vi, emittant aliquod indignationis signum, per quod esse liquidum cunctis possit, invitissimis nos eis habitare sub coelo.* In Romano codice erat *indicationis signum*. Inde elicio, *vindicationis signum*. Orta menda ex scriptionis compendio. Pag. 38. lin. 5. *Imo quia haec omnia & ab ipso cernebant geri, & ab eius praeconibus, qui per orbem totum missi beneficia patris & munera dis hominibusque portabant.* Locus corruptissimus. Rom. cod. habet, *beneficia patris & munerandis animis hominibusque portabant.* Clara correctio mea. *Beneficia patris munerandis & feminis hominibusque portabant.* Id est, utrique sexui, & feminis, & viris: Nam *Homo* κατ᾽ ἐξοχὴν pro viro ponitur. Sic in S. Scriptura Genes. capit. II. *Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhaerebit uxori suae,* *& erunt duo in carne una.* Plautus Cistellar. Sc. *Nisi quid mihi.* Halisca Lampidiscum & Phanostratam compellans.

— mi homo, & mea mulier, vos saluto.

Et memini in Iure nostro alibi legere, sed locus non succurrit. Sequitur in Arnobio, eadem pagina, lin. 15. *Magis vos incredulos faceret vis tanta virtutum, aut adprehendere locum fortasse possetis (quod videretur esse simillimum veri) & incrementa rebus adposita, & inditas scriptis & commentariis falsitates.* Locus depravatus, luxatus, mutilus. Restituo. *v. t. virtutum, aut ut logum adprehendere fortasse possetis, quod videretur esse simillimum veri, &,* &c. Est vero heic *Videri* non, δοκεῖν, sed ὁρᾶσθαι, & *Incrementa* item adpellat, quae Graeci τὰς ὑπερβολάς. Iam ex *locum* feci *logum* sensu flagitante. Adpellantur autem *Logi* etiam a Latinis sermones deridiculi. Pag. 40. lin. 20. *Enimvero dissoluti est pectoris in rebus seriis quaerere voluptatem: & cum tibi sit ratio cum male se habentibus atque aegris, sonos auribus infundere dulciores, non medicinam vulneribus admovere.* Scribo, *cum tibi sit oratio.* Repete, sis, praecedentia, & videbis facile. Transeo ad lib. VII. pagg. 219. & 222. *Ingentes scrofae*, non aliae sunt quam gravidae, etsi olim cum quodam *incientes* maluerim. Graecissat Arnobius, quod ei non insolens, nam Μέγας eadem notione apud Graecos. Callimachus Hymno in Iovem.

Ἔνθα σ᾽ ἐπεὶ μήτηρ μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων.

Plauto Pseudolo, Sc. *Exite.*

Nisi carnaria tria grandia tergoribus oneri uberi bodie
Mihi erunt, &c.

Nos quoque nostro idiomate efferimus de muliere pregnante. *Sy is groot.* Item. *Sy is met den grooten buyrh.* Quod postremum plane isti Callimachio respondet. Lib. VI. pag. 190. *Polyandria illa Varronis quibus templis contegantur.* Πολυάνδριον, ut vox ipsa satis attendenti insinuat, idem quod sepulcrum multis commune, qualia vel peregrinis, vel familiaribus, struebantur. Suidas. Πολυάνδριον. μνῆμα. τάφος. τὸ θρυλλούμενον παρὰ πολλοῖς ξενοτάφιον. *Polyandrium. Monumentum. Sepulcrum. Celebratum a multis peregrinorum sepulcrum.* Incertus Auctor apud ipsum. Ὁ δὲ γαιανᾶς ἐξεχώρει τῆς πόλεως, καταλιπὼν αὐτὴν πολυάνδριον, καὶ πολυτελῆ τάφον, οὔπω τεθαμμένων τῶν ἐνῳκηκότων. *Gaeanas vero urbe excessit, relinquens ipsam Polyandrium, & magnificum sepulcrum, nondum sepultis eis, qui inhabitaverant.* AElianus. Θάψαντες δὲ τοὺς νεκροὺς, εἰργάσαντο κοινὸν πολυάνδριον. *Quum vero mortuos sepelissent; fecerunt commune polyandrium.* Vetus Inscriptio.

FORTISS. MIL. V. ET. XIX. LEG
QVORVM OPERA FORTITER
VETERA CASTRA DEFENSA SVNT
POLYANDRION.

CAP. VII.

Viarum muniendarum apud Romanos ratio. Curatores viarum. Redemtores. Magistri pagorum, & Magistrae. Quis princeps id munus obierit. Siculus Flaccus emendatus. Chrysologus illustratus.

DEflectam semel ab Arnobio, sed statim reversurus. Publicae regales viae publice olim Romae muniebantur, constitutique ei rei *Curatores*, a quibus nonnulli etiam id munus redimebant, qui *Redemtores* ideo dicebantur. Vicinales autem quae de publicis in agros deflectebant, & saepe ad alias publicas tendebant, per *Magistros pagorum* muniebantur, quorum uxores *Magistrae pagorum* adpellabantur: quod eo dico, ne quis ad feminas quoque id pertinuisse existimet. Curatores sive Redemtores pecunias a possessoribus ad muniendum exigebant; magistri pagorum autem operas: aut etiam singulis agris certa spatia adsignabant unicuique possessori, quae suis impensis tueretur. Rem omnem hanc colligere animadvertereque est ex Siculo Flacco lib. De limitibus agrorum, cuius ea verba. *Nam sunt viae publicae regales, quae publice muniuntur, & auctorum nomina obtinent: nam & Curatores accipiunt, & per Redemtores muniuntur, in quarumdam* (lego *quarum etiam*) *tutelam a possessoribus per tempora summa certa exigitur. Vicinales autem viae de publicis quae divertuntur in agros, & saepe ad alteras publicas perveniunt, aliter muniuntur per pagos, id est, per Magistros pagorum, qui operas a possessoribus ad eas tuendas exigere soliti sunt; aut, ut comperimus, unicuique possessori per singulos agros certa spatia adsignantur, quae suis impensis tuentur, etiam titulos finitis spatiis positos habent, qui indicent cuius agri quod spatium quis dominus tueatur.* A quibus postremis verbis petenda lux Chrysologo Serm. CLIV. *Sicut dominum praediorum limitibus adfixi tituli proloquuntur, ita nomina saepe sanctorum merita indicant, testantur insignia.* Vnde cognoscere est eum morem obtinuisse ad Martiani Augusti usque tempora, quibus ille Auctor vixit. Sed hoc ὡς ἐν παρόδῳ. Porro magistri pagorum & redemtoris mentio quoque in Fragmentis variorum de Limitibus. *Monumenta finalia non coniunguntur itineri publico, ei maxime quod auctoris nomine obtinet, & per redemtores, & magistros pagorum munitur.* Primus magisterii pagorum munus obiit L. Bennius. Lapis Vetus.

CERERI AVGVST
MATRI. AGR
L. BENNIVS. PRIMVS
MAG. PAGI
BENNIA. PRIMIGENIA
MAGISTRA. FECER
GERMANICO. CAESARE. II
L. SEIO. TVBERONE. COSS
DIES SACRIFICI. XIII. K. MAI

CAP. VIII.

Fores olim quomodo ornari solitae, nempe sigillis deorum, aut bullis. Antefixa. Antepagmenta. Glossae correctae. Laurus in purgatione. Robur femin. antique. Auger. Sel, antique pro Sol. Bu. Tu. Bat. Ta. Naevius emendatus; bis Axamenta. Anaxamenta. Charisius correctus. Cervinus. εὐμαρίς. Claxendix. Signa in foribus clausis concha occultari solita: & cur id factum. Exuertae. Scoparum usus ad amolienda infortunia. Deverra dea. Ad puerperas contra Silvani vim defendendas tria fieri solita. Hieta. Hietare. Nancio. Ditiores muceis sudorem abstergebant, pauperiores laciniis. Nusciciosus. Ninguosus. Isidorus correctus.

AD Festum quaedam adnotabo, sed pauca, quod necesse est post tantum eius Castigatorem, virum incomparabilem, Ioseph. Scaligerum. Veteres Romani fores suas studiose ornabant sigillis deorum, vel fictilibus, vel aeneis, vel inauratis, ut ex Livio. Vitruvioque ostendit Scaliger ad *Antefixa*. Sed & bullae ad ornatum adhibitae. Disco ex Plauti Asinaria, Sc. *Quid hoc est negotii?* Vbi ita Leonida loquitur.

Iussine in splendorem dari bullas has foribus nostris?

Cicero quoque in Verrinis accusat Verrem quod bullas aureas a valuis templi magnificentissimis abstulisset. Locus est Verrina VI. *Bullas omnes aureas ex his valuis, quae erant & multae & graves, non dubitavit auferre: quarum iste non opere delectabatur, sed pondere.* Hinc per metaphoram Persius Sat. V. *bullatas nugas* dixit, id est, bullis exornatas ad forium instar.

Non equidem studeo bullatis ut mihi nugis
Pagina turgescat. ———

Ea ornamenta *Antefixa* & *Antepagmenta* adpellabantur, ut ex Festo est cognoscere. Apud eumdem legitur. *Apor, apud*, ubi τὸ χαϊσμὸς est pro *Apur*. Victorinus de Orthographia. *Sed nos nunc & Adventum & Apud per d potius, quam per r scribamus, Arventum, & Apur.* Et male in Glossario est, *Ape, παρά*. Apud eumdem in *Aqua*.

Funus prosequuti redeuntes ignem supergrediebantur, aqua adspersi; quod purgationis genus vocabant suffitionem.

Adhibebant etiam Laurum. Vide *Laureati milites*.

Arbosem pro arbore antiqui dicebant, & robosem pro robore.

Corrigo, *pro arborem*, item *pro roborem*. Nam *pro* valet heic ἀντὶ τοῦ, non ἀντί. Porro hinc discimus veteres *Robur* feminino genere extulisse.

Arculum adpellant circulum, quem capiti imponebant, ad sustinenda commodius vasa, quae ad sacra publica capite portabantur.

Idem in more rusticanis mulieribus nostris, quando aliqua vasa capite sunt gesturae. Dicebatur etiam *Cesticillus*, ὑποκοριστικῶς ἀπὸ τοῦ κεστοῦ.

κέςυ. Porro ab arculo hoc circuli qui in sacrificiis e farina fiebant, *Arculata* vocabantur.

Arcuma genus est plaustri modici, quo homo gestari possit.

Puto fuisse arcuatam supra, atque inde nomen accepisse. Intellexerit hoc Tacitus Annal. xv. *Quum ad eosdem cruciatus retraheretur gestaminae sellae, vinclo fasciae quam pectoris detraxerat in modum laquei ad arcum sellae restricto, indidit cervicem.* Aliae editiones habent *Arcirma*. Hoc fuerit pro *Arcima*, ab arciendo: ut *Punicarna*, *Punicana*. *Scurtum*. *Scutum*, & talia, de quibus ad Plautum dixi. Coniici itaque potest Romanos si quem honoratiorem arcessi iuberent colloquii aut convictus caussa, honoris ergo hoc plaustri genus misisse quo veheretur.

Arsineum, ornamentum capitis muliebris.

Vtebantur eo umbraculi vicem ad arcendum solis aestum: vox autem Etrusca est, nam ea gens *Arsere* pro arcere & avertere dicebant.

Astu apud Poetas astutiam significat, cuius origo ex Graeco ab oppido ἄςυ: in quo qui conversati adsidue sint, cauti, atque acuti esse, videantur.

Athenae proprie ἄςυ dicebantur κατ' ἐξοχὴν, hinc *Astutos* adpellatos volunt Grammatici, quod Athenienses essent versutissimi. Plautus Mostellaria, Sc. *Qui homo timidus.*

TH. *Docte atque astute mihi captandum est cum illo, ubi huc advenerit.*
Non ego illi extemplo ostendam meum sensum, mittam lineam.
Dissimulabo me horum quidquam scire. T. *o mortalem malum!*
Alter hoc Athenis nemo doctior dici potest,
Verba dari illi non magis hodie quisquam, quam lapidi, potest.

Qui locus adprime ad hunc accommodatus.

Augur ab avibus gerendoque dictus, quia per eum avium gestus edicitur.

Recte a *gerendo*, nam vetustissimi *Auger* dicebant, ut ex Prisciano lib. I. scimus, cuius haec verba sunt. *Antiqui auger & augeratus pro augur & auguratus dicebant.*

Aureliam familiam ex Sabinis oriundam a Sole dictam putant: quod ei publice a populo Romano datus sit locus, in quo sacra facerent Soli: qui ex hoc Auselii dicebantur.

Quomodo Auselii a Sole? Clare hinc colligere possumus *Sel* pro *Sol* a veteribus dictum, ut *Hemo*, *Hemelus*. *Apello*, *Pellio*, pro *Homo*, *Holus*, *Apollo*, *Pollio*. Romani *Aurelii* pronuntiabant, *S* in *R* mutato more suo: sic quae Sabini *Casmina*, illi *Carmina*: Sabini *Ausum*, illi *Aurum*, & talia, de quibus ad Plautum alibi.

Butubata Naevius pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis.

Scribo διῃρημένως, *Bu*, *Tu*, *Bat*, *Ta*. Nec audeo sequi virum summum qui ait pueriles fuisse voces, quum solum sint fictitiae, & usitatae quum res nihili essent significandae. Tantum *Bu* a pueris translatum, qui potum poscentes hanc syllabam pronuntiant. Ipse hic Festus in *Imbutum*. *Infantibus quum velint bibere, dicentibus* BV *syllabam, contenti sumus.* Iam TV a noctua translatum, cuius iste sonus. Plautus Menaechmis, Sc. *Vt hoc utamur.*

ME. *Egon' dedi?* PE. *tu, tu istis, inquam, vin' afferri noctuam;*
Quae TV TV *usque dicat tibi? nam nos iam defessi sumus.*

BAT sonus ex ore cornicinis lituum eximentis, ut Cesellium Vindicem libro *B* litterae scripsisse testatur Charisius lib. II. Plautus quoque utitur Pseudolo, Sc. *Pseudole, non audis.*

CA. *Quid opus est?* PS. *potin' aliam rem ut cures?* CA. *at*. PS. *bat*. CA. *crucior*. PS. *cor dura*.

TA Comicis passim usitatum. Naevius Tarentilla apud Charisium loco citato.

Ei ei, etiam se audenti mecum una adparere?
At at ta tae. ———

Lego, *etiamne audent ii mecum*. Idem eadem.

At at ta tae, cave cadas amabo.

Idem Corollaria.

Quid salve? at at at at ta tae. Rivalis, salve, quid istud at ta tae advertisti tam cito?

Haec quoque manca & luxata, itaque restituo.

At at at at at at ta tae rivalis salve. Quid salve? Quid istud at at at at at ta tae? Advertisti tam cito?

In superiori versu reliqui spatium, nam responsio est rivalis cuius persona ibi excidit. Sunt autem versus octonarii. Haec mea sententia de his monosyllabis, alia plene a viri magni; iudicabunt viri eruditi, & utram sequantur eligent. Porro antequam desinam, abducam firmandae coniecturae meae, qua *Bat* pro *Ba* rescripsi, testimonium Sosipatri ex eodem libro e quo Naeviana abduxi. *Bu tu bat ta: haec Plautus pro nihilo & pro nugis posuit, ut in glossis veterum bat tat ti fictus quidam & sonus vocis effeminatior, ut esse in sacris anagmenorum vocum veterum interpres scribit.* Sed foedum illic mendum est, nam quae sunt, *sacra anagmenorum?* Corrigo, *in sacris anaxamentorum:* aut potius commutatis finibus dictionum, *in Saliorum anaxamentis*. Nam *Axamenta* & *Anaxamenta* (utroque modo efferebant ut *Axare* & *Anaxare*) non erant sacra, sed carmina a Saliis composita, in universos homines. Cognoscere hoc est ex Festo. Nec sine caussa est quod Sosipater haec ex vocum veterum refert in Saliorum carminibus inveniri, quia ea valde obscura, & quidem, ut ne ab ipsis intelligerentur, quod supra ex Quintiliano docui: idcoque requirebant solertissimum interpretem. Redeo ad Festum.

Casnar senex Oscorum lingua.

Idem apud Varronem legitur, tamen Quintilianus lib. I. cap. V. contra utriusque auctoritatem Gallicanam vocem autumant. Vnde suspicari licet Gallos etiam usurpare coepisse, postquam Romam cepissent. In *Caulae*.

Antiquis ante usum tectorum oves in antris claudebantur.

Non oves solum, sed & reliqua pecora. Liquet ex historia notissima Caci. Quin & ipsi homines. Iuvenalis Sat. VI.

— *quum*

——— quum frigida parvas
Praeberet spelunca domus, ignemque, laremque,
Et pecus, & dominos communi clauderet umbra.

Hesiodi interpres lib. I. ubi de antiquis seculis. Λοιπὸν τὴν ἀνάγκην ἔχοντες διδάσκαλον, τὰ κοῖλα τῶν δένδρων, καὶ τὰ δασέα καὶ χισμὰς πετρῶν, καὶ σπήλαια ὑπεδύοντο. *Ceterum necessitate magistra, cavatas arbores, & densa, fissurasque petrarum, & speluncas, subibant.*

Altellus Romulus dicebatur quasi altus in tellure vel quod tellurem suam aleret, sive quod aleretur telis: vel quod a Tatio Sabinorum rege postulatus sit in colloquio pacis, & alternis vicibus audierit loquutusque fuerit: sicut enim fit diminutive a macro macellus, a vafro vafellus; ita ab alterno altellus.

Nihil heic non ineptum, ideoque ex Pauli potius quam Festi cerebro censuerim. Rectius Scaliger ὑποκοριστικὸν adfirmat, quasi sit ἀπὸ τοῦ *Altus*, id est θρεπτός. Mihi (liceat dissentire a tanto viro) longe alia mens. Vt a *Macer*, *Macellus*. *Vafer*, *Vafellus*. *Pulcer*, *Pulcellus*; eodem modo ab *Alter*, *Altellus*. Veteres autem gemellorum singulos *Altellos*, utrosque *Geminos* adpellabant: itaque iam adparet ratio ob quam Romulus hoc nomine insignitus fuerit.

Cannensem cursorem Titinnius pro pistore dixit.

Putat vir magnus heic legendum, *praepostere dixit*, & interpretatur valde praeter mentem aut Festi, aut Titinnii, nisi me egregie iudicium fallit. Scribendum vero una littera minus *Canensem*, a cane quod erat vinculi ferrei genus, nam catenatos fuisse in pistrino nemo ignorat. Dicitur autem a *Canis*, *Canensis*; ut ab *Amnis*, *Amnensis*. Itaque *Canensem* lepide vocat tamquam a loco aliquo regioneve nomine deducto, quomodo in Asinaria pistrinum Plautus insulam nominat.

In fustitudinis ferricrepinis insulis,
Vbi vivos homines mortui incursant boves.

Et *Molarum coloniam* Pseud. Sc. *Viso quid.*

——— quod ego cesso Pseudolum
Facere, ut det nomen ad molarum coloniam?

Iam cursorem adpellavit, propter cursum quem exercebant in circumagitanda mola. Plautus eadem Asinaria, Sc. *Cur me retentas.*

Nam iam calcari quadrupedem agitabo adversum clivum,
Tum postea ad pistores dabo, ut ibi cruciere currens.

Sequitur in Festo.

Cernuus calciamenti genus.

Si verum est ad Lucilii istum versum,

Cernuus extemplo plantas convestit honestas,

Festum & Isidorum oculos habuisse, dubium non est quin turpiter errent. Sed si hoc non est, putem legendum *Cervinus*, minima mutatione, nam ita ἁπλῶς extulerint, ut *Mulleus*, subintelligentes calceum. *Cervinus* autem, quia ex corio cervino, qualis Graecorum εὐμαρίς. Sed hoc arbitrarii iuris esto.

Clacendix, genus conchae.

Isidorus in Glossis. *Clacindex, concha.* Sed confusae litterae, quia *E* pro *I*, & vicissim scribebant. Sed scribendum est, *Claxendix*. Plautus Vidularia.

Adposita est claxendix, at ego signi dicam quod sit.

Priscianus lib. v. *Claxendix, quod significat concham, qua signum tegitur.* Veteres enim quum aedes, aut alia quaecumque obsignassent (nam is mos illis, ut noto ad Lycophronem) signa tegebant occultabantque concha, ne aut per imprudentiam laedi, aut alii in fraudem similia sibi sculpere possent.

Circites, circuli ex aere facti.

Quae ratio ut isti magis *Circites* dicerentur, quam qui ex ferro, auro, argentove? Sed heic sententiae Iuliani adquiescemus, quae est D. de Legg. Tit. 3. L. xx. *Non omnium, quae a maioribus constituta sunt, ratio reddi potest.* Item philosophorum, qui negant omnia per ἀπόδειξιν posse doceri. Hoc interim dixerim τὸ *Circes* a *Circus* deductum esse, ut *Eques* ab *Equus*, *Arques* (nam in Glossario invenio, *Arquites*, τοξόται) ab *Arquus*. Ergo ea ratione *Circes* erit proprie annulus; quia habeat circi formam. In *Everriator*.

Exuerrae sunt purgatio quaedam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quae fit per everriatorem certo genere scoparum adhibito.

In olim excusis *Exvertae* legitur, quod rectum est, pro *Exversae*, ut *Pulto*, *Merto*, *Adgrettus*, & valet *Exversiones*. Sed veteres malebant praeterita participiorum pro nominibus verbalibus usurpare. Tale est quod apud eumdem hunc Auctorem legitur. *Exdutae, exuviae*. Item *Inserta*, ἔμβλημα. Publius.

Frugalitas inserta rumoris boni est.

Eiusdem formae *Contenta*, *Deducta*, *Remissa*, *Offensa*, *Abscissa*, *Resona*, *Condita*; quae collegi Critici Arnobiani lib. IV. cap. XIII. Porro quod ad eversiones has attinet, eae etiam fieri solitae in aedibus puerperarum: nam illis, ut adversus Silvani vim tutae essent, haec tria fiebant. Tres homines noctu limina domus circumibant, & primo limen securi feriebant, postea pilo, tertio scopis deverrebant, ab eaque re deos denominabant Intercidonam, Pilumnum, Deverram. Vide rem omnem apud Augustinum de Civitate Dei lib. VI. cap. IX.

Hetta res minimi pretii, quasi hieta, id est hiatus hominis, atque oscitatio.

Recte, *quasi hieta*, nam inde veteres *Hietare* dicebant. Diomedes lib. I. *Hietare & hiatares veteres dixerunt*. Caelius. *Sequere me tu, qui mihi oscitans hietansque restas*. Laberius quoque Tauro passive extulit ἀρχαϊκῶς. *Hietantur fores.*

Amatio ab amore denominatum.

Nihil ineptius hac lectione. Scaliger legit, *Amasco*. Ego malim totum locum ita refingere. *Amato ab Amo denominatum*. Nam dicebant *Amo*, *Amato*, ut *Hio*, *Hiato*, quod supra ex Diomede ostendi. Et propius coniectura mea abit a vestigiis vulgatae lectionis.

Nauscit cum granum fabae se aperit, quod fit non dissimile navis formae,

Si a Festo haec explicatio est, non dubito quin

quin in mendosam lectionem inciderit, ideoque tam absurdam interpretationis rationem dederit. Sane *Naucit* legendum est, derivatumque id verbi a nauco, qui significat putamen grani fabae, quod haeret in fabulo, ut in *Naucum* ait Glossematum scriptores tradere hic idem auctor.

Nancitor, in duodecim nactus erit.

Nancitor pro *Nancitur*, ut admonuit Scaliger: sed & *Nancitur* pro *Nancit* ἀρχαϊσμὸς est, nam veteres *Nancio* dicebant. Priscianus lib. x. *Nanciscor a Nancio est, quod in usu fuit vetustissimis*. Gracchus in Orat. pro se. *Si nanciam populi desiderium, comprobabo Reip. commoda*.

Noegeum quidam amiculi genus praetextum purpura, quidam candidum ac perlucidum, quasi a nauco, quod putamen quorumdam pomorum est, tenuissimum, non sine candore, ut Livius in Odyssea. Simul ac lacrimas de ore noego detersit.

Puto Festum incidisse in mendosum Livii codicem, ideoque coactum quaerere originem & etymon nominis a nauco Si coniecturae locus, existimo *Moegeum* a Livio scriptum, pro *Muceum*, a muco, nam *OE* pro *V*, & *G* pro *C* scribebant. Si candidum fuit, verisimile est e lino fuisse, ut etiamnum hodie apud nos. Vtebantur vero eo non tantum ad mucos & fluores narium excipiendos, sed & ad lacrimas sudoremque abstergendum, non secus ac nos hodie. Erat vero opulentiorum, nam pauperibus laciniae ad eum usum. Charinus apud Plautum Mercat. Sc. *Ex summis opibus*, Acanthionem servum ex cursu fessum & sudantem ita adfatur. *At tu edepol sume laciniam, atque absterge sudorem tibi.*

Nusciciosum Ateius Philologus ait adpellari solitum, qui propter oculorum vitium parum videret: ac Opilius Aurelius, nusciciones esse caecitudines nocturnas. AElius Stilo, qui plus videret vesperi quam meridie: nec cognosceret nisi quod ad oculos admovisset.

Ridiculus valde Aurelius est, cum suis caecitudinibus nocturnis, quae quales sint nondum potui investigare nisi si prisco aevo etiam nocte aeque ac die videre potuisse homines dicemus, quod quis sanus audebit? Quam caute vero Ateius addidit, *propter oculorum vitium*, quasi vero aliud quid impedire visum posset. Ac Opilius sane videtur *Nusciciosus* a nocte voluisse derivare, in quo iterum errat; nam nihil aliud est quam *Lusciciosus*, antiqua *L* & *N* inter se commutandi ratione. *Lympha, Nympha, Lingua, Ningua*; unde *Ninguosi, garruli* in Isidori glossis, ubi perperam *Niniosi* legitur.

Pa, pro parte, & po, pro populo positum est in Saliari carmine.

Scribo, *Par, pro Parte*; nam quin vel primam syllabam integram extulerint dubitandum non est. Facile potuit librario unica littera elabi.

Pruculinat, promittunt, ait significare Antistius de iure pontificali libro nono.

Scribo, *Proculinunt, promunt*. Ἀρχαϊσμὸς est pro *Proculunt*, sicut *Obinunt, Ferinunt, Solinunt*, & talia. Contrarium huius *Occulunt*.

Vinulus dicitur molliter se gerens, & minime quid viriliter faciens. Plautus. Oratione vinula ac venustula.

Locus Plauti in Asinaria est: sed errat pueriliter Paulus in explicatione, nam *Vinulus*, ut ex Comici verbis satis adparet, est delenificus, suadus, disertus, iuxta illud Satirici.

Foecundi calices quem non fecere disertum.

Atqui iam Festum mitto, ad alia propero.

CAP. IX.

De annulorum scalptura quaedam adnotata.

DE scalptura annulorum apud veteres quae observavi, heic proponam. Sciendum autem eam multiplicem fuisse, ut etiam Plinius maior testatur lib. XXXIII. cap. I. quamvis primitus quidem nudae dumtaxat litterarum certarum notae haberentur. Sed audiamus Plinium. *Non signat Oriens aut AEgyptus etiam nunc litteris contenta solius. Multis hoc modis, ut cetera omnia, luxuria variavit, gemmas addendo exquisiti fulgoris, censuque opimo digitos onerando, sicut dicemus in gemmarum volumine: mox & effigies varias caelando, ut alibi ars, alibi materia esset in pretio*. Erant vero in ipsa materia, non in gemmis, quas postea demum addere coeperunt. Colligere est ex citatis Plinii verbis, & Ateii Capitonis, quae sunt apud Macrobium lib. VII. cap. XIII. *Imprimebatur autem sculptura in ipsa materia annuli, sive ex ferro, sive ex auro foret: postea usus luxuriantis aetatis signaturas pretiosis gemmis coepit insculpere: & certatim haec omnis imitatio lacessivit, ut de augmento pretii, quo sculpendos lapides parassent, gloriarentur*. Augente autem iam luxuria adscitis gemmis desitae litterae, & sculpi alia varia coeperunt: aut effigies alicuius de maioribus. Val. Maximus diserte ostendit lib. III. cap. V. de Africani filio loquens *Insuperque e manu eius annulum, in quo caput Africani sculptum erat, detraxerunt*. Sic Lentulus quoque avi imaginem habebat Cicero Catilin. III. *Tum ostendi tabellas Lentulo, & quaesivi, cognosceretne signum, annuit. Est vero, inquam, signum quidem notum, imago avi tui, clarissimi viri, qui amavit unice patriam, & cives suos: quae quidem te a tanto scelere etiam muta revocare debuit*. Aut de amicis Ovidius Trist. eleg. VI. lib. I.

Haec tibi dissimula, senti tamen, optime dici,
In digito qui me fersque refersque tuo.
Effigiemque meam fulvo complexus in auro,
Cara re egati quae potes ora vides.

Nec amicorum tantum, aut maiorum, sed etiam Caesaris; colligitur inde quia Suetonius in vita Tiberii narrat eum capital dixisse, si quis in balneum aut lupanar ivisset, annulum cum sua effigie in digito gestans. Haec eius verba. *Paulatim genus calumniae eo usque processit, ut haec quoque capitalia essent, circa Augusti simulacrum servum cecidisse, vestem mutasse, numo vel annulo effigiem impressam latrinae aut lupanari intulisse*. Verum magna differentia & criminum occasione, a Claudii prin-

principatu ad Vespasiani. Plinius lib. XXXIII. cap. III. *Fuit & alia Claudii principatu differentia, in his solis, quibus ad missionem liberti ius dedissent imaginem Principis in annulo ex auro gerendi, magna criminum occasione: quae omnia salutaris exortus Vespasiani Principis abolevit, aequaliter publicando Principem*. Etiam deorum. Idem Plinius lib. II. cap. VII. *Aliis nullus est deorum respectus, aliis pudendus. Externis famulantur sacris, ac digitis deos gestant*. Qui mos etiam Graecis; unde Pythagorae symbolum. Ἐν δακτυλίῳ εἰκόνα θεοῦ μὴ περιφέρειν. *In digito Dei imaginem ne circumferto*. Sed ad Romanos revertor. Cecina Albinus apud Macrobium lib. VII. cap. XIII. *Quum nefas esse sanciret deorum formas insculpi annulis, eo usque processit, ut & cur in hoc digito, vel in hac manu gestaretur annulus, non taceret*. Item animalium ab AEgyptiis inter deos cultorum. Sed tantum gestabat muliebris sexus, usque ad Vespasiani imperium: tum quoque virilis coepit. Colligo ex Plinio lib. XXXIII. cap. III. *Iam vero etiam Harpocratem, statuasque AEgyptiorum numinum in digitis viri quoque portare incipiunt*. Quin & bruta animalia insculpi solita; talis erat Augusti Sphinx: aut historia aliqua, vel fabula: talis ille quem auspicanti Neroni obtulit Sporus. Suetonius. *Auspicanti Sporus annulum muneri obtulit, cuius gemmae scalptura erit Proserpinae raptus*. Talis quoque ille Amphitruonis apud Plautum, cuius aenigma Sol exoriens quadriiugis vectus.

——— ME. *est in cistula*
Amphitruonis obsignata signo. SO. *signi dic quid est?*
ME. *Cum quadrigis Sol exoriens, quid me captas carnifex?*

Immo res inanimatae interdum, nam Plinius minor quadriga se usum ait epist. XVI. lib. I. *Volui enim hanc quoque, si inveniri potuisset, simul mittere sicut glebulam misi, quam se ex Parthico metallo attulisse dicebat: signata est annulo meo, cuius est ἀποσφράγισμα quadriga*. Videor porro observare signaturas quandoque insculpsisse convenientes sibi, vel ob eventum quempiam, vel artem quam factitarent, vel munus quod gererent. Ob eventum; coniicio ex isto, qui in munitione oppidi cuiusdam inventus, Victoriae effigiem & tropaeum habuit, quem a victore quopiam in rei praeclare gestae memoriam ita insignitum existimo. Suetonius in Galba. *Per idem forte tempus in munitione oppidi, quod sedem bello delegaret, repertus est annulus opere antiquo, scalptura gemmae Victoriam cum trophaeo exprimente*. Nisi fuerit ad imitationem nummorum Victoriatorum, qui lege Claudia percussi, quod tamen non puto. Ob artem, munusve: Sic apud Plautum Curculione, Scena *Beatus*, miles Therapontigonus annulo insculptum habet militem clipeatum, qui elephantem machaera dissecaret.

——— CV. *multam me tibi*
Salutem iussit Therapontigonus dicere,
Et has tabellas dare me iussit. LY. *mihin'*.
CV. *ita*.
Cape, signum nosce, nostin'? LY. *quid ni noverim?*
Clipeatus elephantum ubi machaera diffcit.

Quin & imaginem propriam habebant. Ecce in Pseudolo Scena prima.

Ea caussa miles hic reliquit symbolum,
Expressam in cera ex annulo suam imaginem.

Idem fecit Augustus, ut infra dicemus. Deinde non semper eodem utebantur, sed mutabant pro libitu; aut si casu amisissent. Planum est Trinummo, Sc. *Vt mihi rem*.

Nonne arbitraris eum adolescentem annuli
Paterni signum novisse? ME. *etiam tu taces?*
Sexcentae ad eam rem caussae possunt colligi,
Eum, quem habuit perdidit, fecit novum.

Summa summarum, quisque quod vellet ἀποσφράγισμα habebat, itaque necessario eveniebat, ut aliquibus idem esset. Inde nimirum concessum ut in testamenti signatione testes omnes uno, & eo quoque alieno, signare possent. Institut. Tit. de Test. Ordin. §. *Possunt autem*. Finiam in Caesarum nomine illustri, qui Augusti effigiem usurpabant, quum ipse id fecisset, prius tamen sphinge & Alexandro Magno usus, Suetonius in vita eius. *In diplomatibus libellisque & epistolis signandis initio Sphinge usus est, mox imagine Magni Alexandri, novissime sua, Dioscoridis manu sculpta, qua signare insequuti quoque principes perseverarunt*. (a)

CAP. X.

AEnigma. Alopeciosa. Ἀλώπηξ. Λευκοθέα Βύνη. *Albunea. Apocrisiarius. Diaconus correctus. Acisculus. Acisclarius Acisculorum familia Romae. Castipulum. Cartibulum. Cossus pro divino, & vaticinandi perito. Hortis. Hanula. Fircus. Fostis. Fostia. Arapennis.*

IN Isidori Glossis quaedam sunt non contemnenda, itaque nos pauca hoc capite ex iis delibabimus. *AEnigma figura, sive typus vel species*. Haec notio medii istius aevi, nam apud Priscos non invenias. Prudentius ita usurpat Hymno II. περὶ στεφάνων.

Is ipse tantum non habet
Argenteorum aenigmatum
Augustus, arcem possidens,
Cui nummus omnis scribitur.

Vbi per *AEnigmata* intelligit τροπικῶς nummos Caesaris figura signatos. *Adseda, sella quadriiugi*. Festo *Adsidela* (quemadmodum *Turba, Turbela, Fuga, Fugela*, & talia) qui tamen interpretatur mensam ad quam sedentes flamines sacrificabant. *Alapeciosa, calva*. Scribo *Alopeciosa*. Nam Ἀλώπηξ Graece est calvities. Callimachi Schol. ad Hymn. III. Ἀλώπηξ πάθος περὶ τὴν κεφαλὴν γινόμενον, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ ζώου, τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο λέγεται ὅτι ἔνθα ἂν οὐρήσῃ, ἄγονος ὁ τόπος τῷ ἔτει ἐκείνῳ γίνεται. *Alopex, hoc est vulpis, morbus in capite est, ex metaphora animalis. Animal enim hoc dicitur, ubi minxerit, sterilem locum anno illo efficere*. Vt omittam alios Grammaticos. Albu-

(a) Quicumque antiquorum annulorum signa cognoscere vult Antiquarios de gemmis agentes consulat. Ipse *Libro De Eruditione Apostolorum Cap. IV.* quaedam de Christianorum annulorum signis adnotavi.

Albuna, mater Matuta. Lactantius unam e Sibyllis facit lib. I. Sed scribendum *Albunea*, ex Lactantio, Virgilio, & glossis veteribus, in quibus est, *Albunea*, Λευκοθέα. Graecis duobus nominibus indigitatur, Λευκοθέα Βύνη, Latini utrumque complexi Albuneam dixerunt uno verbo. *Amphibalum, birrum villosum.* Scriberem *Amphimallum* etymologia Graeca[(a)], nisi persuasum omnino haberem medio aevo ita corrupte pronuntiatam hanc dictionem. Sulpitius Severus Dialogo II. de vita Martini Turonensis. *Nec mora, sanctus paupere non vidente, intra amphibalum sibi tunicam latenter eduxit, pauperemque contectum discedere iubet.* Deinde. *Diaconus vero nihil intelligens, quia extrinsecus amphibalo veste, nudum interius non videbat, postremo pauperem non comparere causatur.* Sic pro Τιμένιος etiam Τίβενος prius, postea Τήβενος, similiter *M* in *B* mutato dixerunt. Testis Artemidorus lib. II. cap. III. Ἐκάλουν τὴν ἐσθῆτα τιμένιον, ἐπώνυμον τιμένου τοῦ εὑρόντος. ὕστερον δὲ τῷ χρόνῳ παραφθαρὲν τὸ ὄνομα, τίβενος ἐκλήθη. *Vocabant vestem Timenium, ex Timeni inventoris nomine. Posteriore vero tempore corruptum nomen, Tibenus vocatum est. Anatum, miserum.* Scribo *Anctum*, ab Ango. Vide Festum, Priscianum, & Glossas. *Apochrysarius, minister Romanae Ecclesiae a secretis, legatus a secretis.* Corrigo, *Apocrisiarius.* Male quoque hodie apud Diaconum legitur lib. de notis litterarum. *Quidquid ubique in Solomatero remorantes Apocrisarii a deo conservati Imperii nacti erunt.* Codinus de Offic. Constantinop. Εἰ δέ τι τῆς παραστάσεως ἱσταμένης, δεήσει ἀνενεχθῆναι τῷ βασιλεῖ, εἴτε δ' ἀποκρισιαρίου, εἴτε δ' ἄλλοτι τῶν ἀναγκαίων, &c. *Si vero quid adsistentiae stantis adferri Imperatori oportuerit, sive Apocrisiarii, sive aliud quidquam necessariorum, &c.* Mentio eorum multa in Novellis Constitt. VI. CXXIII. CXXXIII. *Asciculus, asciola, dolabra.* Lego, *Acisculus*: sic paulo post. *Ascifcolum, malleolum, structorum.* Iterum lego, *Aciscolum*, pro *Acisculum*. Hinc *Acisculariu*s dicitur, ut invenio in Glossis a Stephano editis. *Acisculariu*s, Λατόμος. Praeterea *Acisculus* quoque inter cognomina fuit Romana, ut est observare ex Quintiliano lib. VI. cap. III. *Et haec tam frigida quam est nominum fictio, adiectis, detractis, mutatis litteris: ut Acisculum, quia esset pactus, Pacisculum: & Placidum nomine, quia is acerbus natura esset, Acidum: & Tullium, quum fur esset, Tollium dictos invenio.* Et quidem in gente Valeria. Ostendit nummus vetus, quem Cl. V. Fulvius Ursinus vulgavit in libro de Familiis Romanorum; in quo, si recte memini, ita legitur L. VALERIVS. ACISCVLVS. Et in inscriptionibus antiquis vides. Prudentius Hymno IV. περὶ στεφάνων.

> *Afra Carthago tua promet ossa*
> *Ore facundo Cypriane doctor:*
> *Corduba Acisclum dabit, & Zoellum,*
> *Treisque coronas.*

Catadocta, multorum cantica. Corrigo, *Cata dicta.* Respexit Ennii versum, qui apud Varronem lib. VI. *Tunc coepit memorare simul cata dicta.* Vt emendavit Illustriss. Scaliger. Sed melior interpres idem ille Varro, quam Isidorus. *Castipulum mensa quadrata.* Apud Varronem lib. IV. est *Cartibulum*; sed *Castipulum* est antiquior adpellatio, quam posteriores mollientes in *Cartibulum* mutarunt; veteres enim *S* pro *R*, & *P* pro *B* usurpabant. *Cossim, divinam.* Locus obscurissimus, nec puto omnes intelligere: non indignum itaque explicatione cur hoc dicat. Sciendum sumtum ex Pythia, quae oracula redditura hominibus, tripodi Apollinis cossum, id est divaricatis pedibus, insidebat. Aristophanis Scholiastes πλούτῳ. Ἦν δὲ ἡ Πυθία γυνή, ἥτις, ὥς φασιν, ἐπικαθημένη τῷ τρίποδι τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ διαιροῦσα τὰ σκέλη πονηρὸν κάτωθεν ἀναδιδόμενον πνεῦμα διὰ τῶν γεννητικῶν ἐδέχετο, καὶ οὕτω μανίας πληρουμένη, καὶ τὰς τρίχας λύουσα, καὶ ἀφρὸν ἀπὸ τοῦ στόματος ἀποπέμπουσα, καὶ τἄλλα πάντα ποιοῦσα ἅπερ οἱ μαινόμενοι ποιεῖν εἰώθασι, τὰ τῆς μαντείας, ἢ μᾶλλον μανίας, ἐφθέγγετο ῥήματα. *Erat vero Pythia mulier, quae, ut dicunt, insidens Apollinis tripodi, & divaricans crura malum spiritum, qui ex inferiore parte reddebatur, per genitalia excipiebat, & ita furore plena, & crines solvens, & insubida stultaque ex ore emittens, & alia omnia faciens, quae furentes facere consueverunt, divinationis, seu potius insaniae, verba sonabat.* Eadem haec totidem verbis reperies apud Oecumenium in Comment. ad XVI. capit. Act. Apostolorum. Haec vero huius loci Isidori interpretatio, nec arbitror aliam convenientiorem dari posse. *Epimenia, senia quae dantur in singulos menses.* Scribo, *Xenia quae*, &c. Orta menda inde quia librarii *S* pro *X* scribebant. Iuvenalis Sat. VII.

> *Quod vocis pretium? siccus petasunculus, & vas*
> *Pelamydum: aut veteres Maurorum epimenia bulbi.*

Sed Grammatici Graeci interpretantur, τὰ καθ' ἕκαστον μῆνα θυόμενα ἢ τὰ ὑπὲρ ὅλου τοῦ μηνὸς ἅπαξ ἅπαξ ποτὲ γινόμενα θύματα ὑπὲρ τῆς πόλεως. *Quae mense quolibet sacrificantur, vel pro toto mense semel pro civitate facta sacrificia. Hordes, viri fortes.* Scribe *Hortes*; pronuntiatio pervetusta: sic *Hamula, Famula*; & vicissem. *Hostis, Fostis. Hircus. Fircus. Hostia. Fostia. Hoedus, Foedus.* Quae omnia inveniuntur apud doctissimum Festum. *Iugerum, aripennem.* Lego *Arapennem*, quae rusticorum Baeticorum vox: sed illi Actum quadratum ita nominabant, non iugerum: quamvis sola longitudine differat, quum illud habeat pedes CCXL. hic autem CCXX. In fragmentis Auctorum Grammaticorum. *Actus quadratus undique finitur pedibus* CCXX. *Hunc Baetici arapennem dicunt, ab arando scilicet.* Habes eadem apud Isidorum hunc Orig. lib. XV. cap. XV. Columella lib. V. cap. I. dicit tantum semiiugerum fuisse.

(a) Amphibalon etiam Graecam Etymologiam habet.

CAP. XI.

Iunceae virgines. Cinguli. Laureo. Lautitia farina. Malchio. Trimalcio. Μάλχος *vox Syriaca.* Μέλχι. *Moses eo nomine vocatus. Ad vestem esse. Vestispici. Maniae. Varro emaculatus.*

ET hoc caput Isidoro dabimus, volente Lectore quod esto. *Iunceum lectile*. Scribo, *flexile:* nam iunci flecti faciles. Terentius Eunucho, Act. II. Sc. III. *Iunceas virgines* adpellat.

Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student
Demissis humeris esse, vincto pectore ut graciles fient.
Si qua habitior paulo, pugilem esse aiunt, deducunt cibum,
Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas.

Ex eo Prudentius περὶ στεφ. Hymno III.

Nec mora carnifices gemini
Iuncea pectora dilacerant.

Sed hic significat tenues & graciles ad iunci instar. Et ut tales essent, arcte fasciis pectus constringebant, inde etiam ait vincto *pectore*. Hieronymus in epistola quadam ad matrem viduam, & filiam virginem. *Papillae fasciolis comprimuntur, & crispanti cingulo angustius pectus arctatur*. Catullus in Nuptiis Pelei & Thetidis.

Non tereti strophio lactentes vincta papillas.

Hinc etiam *Cingulae dictae*, a nimio arcte cingendi se studio. Festus. *Cingulos adpellabant homines, qui in his locis, ubi cingi solent, satis tenues sunt*. Pergo in Glossis. *Laureo, corono, honoro*. Hoc verbum vix usurpare quemquam comperias, quum praeteriti participii passivi frequentem usum sit videre. Invenio tamen apud Chrysologum Serm. LVI. *Ad illam ianuam, in qua fame sua inhumanitatis tuae titulo fixit, ubi postes tuos suis ulceribus laureavit*. *Lautitia aqua farina conspersa*. Lego transpositis verbis. *Lautitia farina, aqua conspersa*. Vide Festum in *Lautitia farina*. *Malce, popino, qui amat in popinas ire*. Scribo, *Malceo*, pro *Malcio*, sive *Malchio*. In Glossis est *Malchio*. ἀηδής. Hinc ille apud Petronium Trimalcio est adpellatus, quemadmodum *Trifur, Triscurrium, Tricongius*. Est vero *Malchus* sive *Malchio* (nam utroque modo efferebant, ut *Pusus, Pusio*, & talia) vox Syriaca, & regem designat. Eunapius in vita Porphyrii. Μάλχος δὲ κατὰ τὴν Σύραν πόλιν ἐκαλεῖτο πρῶτα. τοῦτο δὲ δύναται βασιλέα λέγειν. *Malchus vero in urbe Syra primum vocabatur. Id vero regem significat*. Sed haec Graecanica terminatio, depravata ex Μέλχι, quod verum Syriacum. Vnde & Μελχισεδὲκ, quasi Rex pacis. Etymologici Auctor. Μελχισεδὲκ τὸ χὶ, ῖ· ἀπὸ παραδόσεως. μελχὶ λέγεται βασιλεὺς, τὸ σεδὲκ, εἰρήνη. λέγεται οὖν βασιλεὺς εἰρήνης· καὶ ἀνάγεται εἰς τὸν χριστόν. *Melchisedec: ex traditione melchi Rex dicitur, sedec, pax. Dicitur igitur Rex pacis, & refertur ad Christum*. Apud Clementem etiam στρωμ. ά. legitur Mosem Μέλχι nominatum fuisse. Quid vero? Numquid Trimalciones isti plane basilice vivunt, & regiam quamdam magnificentiam in sua ista prodigalitate prae se ferunt? Itaque non inconvenienter iis hoc nominis datum. Invenio praeterea etiam cognomen fuisse, ut in his lapidibus.

T. STATILIVS
MALCHIO
AD. VESTEM

NYMPHIS ϕ
N ϕ BRITTON
TRIPVTIEN ϕ
SVB-CVRA ϕ
M ϕ VLPI
MALCHIO

T. AEL. MALCO. LICTORI. 7. LEG. XXII.
PR ϕ P ϕ F ϕ

Dicebant etiam *Malchinus*, ut *Iecur, Iecinur. Runca, Runcina*, & talia. Horatius lib. I. Sat. II.

Malchinus tunicis demissis ambulat: est qui
Inguen ad obscoenum subductis usque facetus.

Quod vero ibi MALCO LICTORI legitur, talis etiam fuit ille in Evangeliis, cui D. Petrus gladio aurem amputat. Iam quod in altero lapide AD VESTEM est, inde discimus. *Ad vestem esse* dictos, qui ab antiquissimis *Vestispici* nominabantur, ut ex Plauto, Afranio, Varroneque, adparet. Laudante loca ipsorum Nonio. *Maniae, formidinum imagines*. Vide Festum in *Maniae* & *Pilae*. Corrigo obiter Varronem Sesquivliisse, apud Nonium *Strophium*. *Suspendit Laribus Manias, molles pilas, reticula, ac strophia*. Pessime ibi hodie *marinas* legitur, pro *manias*. Differebant autem *Maniae* & *Pilae*, quod ille e farina essent, hae ex lana: unde & molles a Varrone dicuntur.

CAP. XII.

Momar, Siculus, pro stulto. Captensula. Scaptensula. Naricosus. Lactantius emendatus. De Nicolais placentis auctores dissentientes conciliati. Faladum & Palatum eadem esse. Pappus. Pagae.

NOtum illud poetae, *Numero deus impare gaudet*. Ergo & tribus capitibus nos Isidoro operam locabimus. *Marsiculus, qui cito movetur ad iram*. Corrigo, *Momar, Siculus, qui c. m. a. i.* Eadem paulo infra repetit. Est Graecanicum totum, Μῶμος, Μῶμαρ; ut Βωμὸς. Βῶμαρ. Lycophron noster μῶμαρ γένους dixit. Porro & hoc adnotatione non indignum, quod etiam *Siculus* pro stulto ponatur. Ita apud Plautum Persa.

Dabuntur dolis tibi inde sexcenti logi,
Atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis.

Muscipula, Captentula. Scribo, *Captensula*. Sic supra in littera *C* male quoque *Captentula, Captio*. Nam ut a Σκάπτω, *Scaptensula, ita a Capto Captensula*. *Narici, bruti*. Dicebant *Naricus, Naricosus*, ut alia ad eam faciem; & ita Deos gentilium illudens Lactantius adpellat lib. V. cap. XII. *Ex eo, quod accurate, quod solicite persequuntur, stultos*

non

non esse concedunt: cur enim tam crudeliter saeviant, nisi quia metuunt, ne in dies invalescente iustitia, cum diis suis naricosis relinquantur. Nam ita legendum illic ex veteribus quibusdam codicibus, qui *varicosis* praeferunt, non *curiosis*, quod unius assis non est. *Nicolaus, dactylus*. Dactylus heic significat palmae fructum. Adelhelmus de Virginitate. *Licet mellifluos palmae dactylos, & mulsum nectaris Nicolaum longe incomparabiliter praestare credamus*. Dicti autem *Nicolai* a Nicolao Damasceno, quem Augustus Caesar tantopere amavit, ut maximos & pulcerrimos dactylorum ab eius nomine nuncuparet. Plutarchus Sympos. lib. VIII. capit. IV. Εἰ γὰρ ὥσπερ ἐν Συρίᾳ καὶ Αἰγύπτῳ παρέχε (ἡ φοῖνιξ) τὴν βάλανον, ὄψει τε θεαμάτων καὶ γλυκύτητι τραγημάτων πάντων ἥδιςον, ὐκ ἂν ἦν ἕτερον αὐτῷ παραβάλλειν. ὁ γῦν βασιλεὺς (ὥς φασιν) ἀσπάσας διαφερόντως τὸν περιπατητικὸν φιλόσοφον Νικόλαον γλυκὺν ὄντα τῷ ἤθει, ῥαδινὸν δὲ τῷ μήκει τῦ σώματ☉, διάπλεων δὲ τὸ πρόσωπον ἐπιφοινίσσοντ☉ ἐρυθήματ☉, τὰς μεγίςας καὶ καλλίςας τῶν φοινικοβαλάνων Νικολάυς ὠνόμασε, καὶ μέχρι νῦν ὕτως ὀνομάζονται. *Si enim ut in Syria & Aegypto praeberet palma fructum, adspectuque spectaculorum, & dulcedine bellariorum, omnium suavissimum, alium ei comparare non esset. Imperator igitur (ut aiunt) quum eximie amplecteretur Nicolaum philosophum Peripateticum, quum moribus suavibus esset, gracilis autem longitudine corporis, & rubor eius faciem purpuraret, dactylos maximos & pulcerrimos Nicolaos nominavit, & hucusque ita nominantur*. Athenaeus lib. XIV. Περὶ δὲ τῶν Νικολάων καλουμένων φοινίκων, τοσοῦτον ὑμῖν εἰπεῖν ἔχω, τῶν ἀπὸ τῆς Συρίας καταγομένων, ὅτι τῆς προσηγορίας ἠξιώθησαν ὑπὸ τοῦ Σεβαςῦ αὐτοκράτορ☉ σφόδρα χαίροντ☉ τῷ χρώματι Νικολάυ τῦ Δαμασκηνῦ ἑταίρυ ὄντ☉ αὐτῷ καὶ πέμποντ☉ φοίνικας συνεχῶς. *De dactylis autem, qui Nicolai vocantur, tantum vobis dicere habeo de his, quae e Syria adferuntur, adpellatione dignatos fuisse ab Imperatore Augusto gaudente colore Nicolai Damasceni amici sui, qui adsidue palmas seu dactylos mittebat*. Suidas ait placentas fuisse, non dactylos, ut & Hesychius, Eustath. ad Ὀδυσ. σ'. Et tamen utrumque verum esse non potest. Itaque ut conciliem hos Scriptores, sciendum ex palmae fructibus gentibus quibusdam panes fieri consuevisse. Testis Plinius lib. XIII. cap. XIV. ubi de palmis. *Sunt quidem in Europa, vulgoque Italia, sed steriles. Ferunt in maritimis Hispaniae fructum, verum immitem: dulcem in Africa, sed statim evanescentem. Contra in Oriente, ex his vina, gentiumque aliquibus panis*. Et hos ipsos panes miserit Augusto Nicolaus, quin etiam, quo gratiores redderet, mel infriaverit, ut hac de caussa Suidas vocaverit μελιτῦτας, Eustathius μελίπηκτα, Hesychius πλακῦντας. Atque sic hac de re sententiam fero, qua cedam tamen, si quis meliorem attulerit. (a) *Palteum, murum, fastigium*. Scribo *Palateum*; sive *Palatium*, quod ὑποκοριςικὸν est a *Palatum*. Est autem *Palatum* idem quod *Falatum* (sicut *Palanga*, *Falanga*) nam quod *Faladum* apud Festum legitur pla-

(a) Quid si utrumque mittebat?

ne idem est: quia ut notum est *D* & *T* promiscue alterum pro altero scribebant. Etrusci ita coelum vocabant ab altitudine, Romani propter similitudinem transtulerunt ad summam, ut ita dicam, oris fornacem. Ennius Etruscae notionis sciens, *coeli palatum* dixit. Cicero lib. II. de Nat. deorum. *Dum palato quid sit optimum iudicat, coeli palatum, ut ait Ennius, non suspexit*. Arnobius lib. III. *Avet animus, atque ardet in Chalcidicis illis magnis, atque in palatiis coeli, deos deasque conspicere intectis corporibus, atque nudis*. Augustinus De Civit. Dei lib. VII. cap. VIII. *Palatum Graeci οὐρανὸν adpellant. Et nonnulli, inquit, poetae Latini coelum vocaverunt palatum. Pappas, paedagogus, qui sequitur studentes*. Scribo, *Pappus*. Graecum est πάππ☉. Pomponius Pistoribus.

Pappus, hic medius habitat, senica non sescunciae.

Est autem hac notione persona Comica. Pollux lib. IV. cap. XIX. Τὰ δὲ δόλων πρόσωπα κομικὰ, πάππ☉, ἡγεμὼν, θεράπων, κατατρυχίας, ἢ κάτω τετρυχωμέν☉, θεράπων μέσ☉, θεράπων τέττιξ. ἡγεμὼν ἐπίσεις☉. Ὁ μὲν πάππ☉ τῶν θεραπόντων πολιός ἐςι, καὶ δηλοῖ ἀπελεύθερον. Scripsere porro Fabulas hoc nomine Nonius & Pomponius, cuius & *Pappum Agricolam*, item *Hirneam Pappi*, laudat Nonius Marcellus. Idem ex Varronis quoque *Pappo* sive *Indigitamentis* fragmentum praefert. *Pagae memoriae sine idolis*. Non omnes, credo, capient hunc locum, itaque libet explicare. Olim in sepulcris, ut notum est, visebantur inscriptiones, quae *Memoriae* sive *Monumenta* proprie nominabantur; praeterea etiam cippi, sed hoc notum: illud fortasse minus, fuisse aliquando in istis scalptas effigies mortuorum, ut observavi ad Lycophronem ex hoc Festi elegantissimo loco. *Statua est ludii eius, qui quondam fulmine ictus in Circo, sepultus est in Ianiculo: cuius ossa postea ex prodigiis oraculorumque responsis Senatus decreto intra urbem relata, in Vulcanali, quod supra comitium obruta sunt, superque ea columna cum ipsius effigie posita est*. Lapis vetus.

LOCVM SEPVLTVRAE ET STA
TVAM DECREVIT AEMILIA LVCIA MATER.

Rursus in alio.

HIC. SEPVLCRVM. CVM. STATVA. PO
SVIT. SECVNDO. A. CIVITATE. STADIO.

Et in aliis permultis. Transeam ad Graecos, a quibus iste mos manasse videri potest. Lycophron,

Ἄγαλμα πῆλαξ τῶν ἀμυκλαίων τάφων.
Simulacrum contumelia Amyclaeorum sepulcrorum.

Erant vero istae statuae sacrae diis manibus, quorum summus Pluto, unde ἄγαλμ' ἀΐδαο dixit Pind. Nemeonic. od. x.

Ἔνθεν ἁρπάξαντες ἄγαλμ' ἀΐδαο, ξεςὸν πέτρον
Ἔμβαλον ςέρνῳ πολυξέ-
κε☉. ——

Inde quum rapuissent simu-
Lacrum Plutonis, levigatam petram
Iecit in pectus Pol-
Lucis. ———

Itaque sepulcra quae statuas istas (Isidorus *idola* vocat) non haberent, *Pagae* adpellabantur. Haec loci tam obscuri sententia. Atque haec ad Glossas. Habebam alia, quibus plurima emendabantur, sed heic libuit subsistere.

C A P. XIII.

Persemoerens. Persefacul. Perse. Prose. Prosemurium Festus emendatus. Foriabus. Antiqua scribendi D *pro* T *ratio adnotata. Arnobius varie interpolatus.*

ANtiquarum & exoletarum vocum quam non negligens sit Arnobius noster, satis in Critico eiusque Appendice ostensum. Ecce tibi insignem ἀρχαϊσμὸν lib. v. *Dicite o iterum, ergone deum mater genitalia illa dissecta cum floribus* (emendavi olim *ploribus*) *ipsa per se merens officiosa sedulitate collegit?* Censui expungendas duas voces, sed nunc alia longe mens; lego, *ipsa persemoerens officiosa*, &c. Nam *persemoerens* pro *permoerens*, dixit, id est tristis valde: sic *Persefacul* pro *Perfacul*, & *Perse* pro *Per* antiqui isti pronuntiabant. Festus. *Perfacul & persefacul antiqui dicebant, quod nunc facile & perfacile dicimus.* Scio virum magnum aliter sentire, ego tamen Arnobiano loco inductus fretusque seorsum abeo. Ad eamdem faciem *Prose*, ἀντὶ τοῦ *Pro*, unde *Prosemurium* veteres dicebant, quod proxime muros esset, quasi *Promurium*. Male autem *Prosimurium* librariorum culpa apud Festum lectum est. Pergo ad lib. vi. *Ecce si aliquis vobis nescientibus & ignaris, rex urbanus & callidus, ex foribus suis Solem tollat, & in Mercurii transferat sedem.* Corrigo, *ex foriabus suis*, ἀρχαϊκῶς pro *foriis*. Tribuit autem heic statuis, forias, quas aves in templis nidificantes in eas deiiciebant. Infra eodem hoc libro. *Non hirundines denique intra ipsos aedium circumvolantes tholos, iacularier stercoris plenas, & modo ipsos vultus, medo numinum ora depingere, barbam, oculos, nasos, aliasque omnes partes, in quascumque se detulerit deonerati proluvies podicis?* Paulo post. *Grosfis rasa, descobinata limis, ferris, furficibus, aculeis, asceis, secta, dolata, effossa.* Scaliger legendum censet *furficibus, acisculis, asceis*: qua de voce supra dixi. Lib. II. *Ab initio homines cuncti omnia scirent, nec seculum esset ullum, quod artis esset ignarum alicuius, aut rerum experientia non paratum.* Emendo, *non peritum*. Ibidem. *Procedat igitur nobis solitudine in operta nutritus, quod vultis annos agens, vultis vicenarius?* Volui olim mutare, temere: nam & hoc ἀρχαϊκὸν est. Ita etiam infra. *Quod apud Albam regnatus est annis?* Videmus etiam in Inscriptionibus aliquot: In una.

R. P. REDDIDID. EX. QVOR. REDITV. DE.
HS. IV. M. CC. QVOD. ANNIS VI. ID. MAI.
DIE. NATAL. SVO. PERPET. DARETVR.

Et in alia.

QVOIVS. EX. REDITV.
QVOD. ANNIS. NATALI. SVO. VI. ID.
FEB. VESCERENTVR.

Sic *Ad* pro *At*, & *Adque* pro *Atque* scriptum in quibusdam lapidibus observavi. Vide quae Epist. lib. IV. scribit Philippo Posco Angelus Politianus, antiquitatis sua aetate vindex & adsertor summus. Ibidem. *Quid ad vos ineptissimae fatuae, ubi vobis nocemus?* Nihil mutandum, & si in Critico tentaverim. Recta lectio, & ad maiorem exprobrationem contumeliamque dictum est; secundum illud Maronis.

O vere Phrygiae, neque enim Phryges. —

Hoc me monuit Iacobus Bruno, iuvenis litterarum politiorum minime negligens, mihique amicissimus. Simile etiam illud Homeri.

——— Α'χαΐδες, ὐ γὰρ ἀχαιοί.

C A P. XIV.

Argentum, quid significet, olim Argennum dictum. Immussulus quaenam avis sit. Mussi. Immussi. Summussi. Privigni etymon. Prugnus. Fulgura Provorsa, Controvorsa. Peremtalia, Postularia, Renovativa quae. Fulgura quando expiata crederentur, Iovistae. Prox. In Festo quaedam eruta, & correcta.

FEsti praestantissima fragmenta quoties lego, toties fere aliquid ex remotissima antiquitate eruo: & soleo vehementer indignari pessimam ἐπιτομὴν Pauli, qui utinam aut Caroli Magni temporibus non vixisset, aut Scriptorem hunc doctissimum numquam vidisset. Sed omissa querela, hoc agam. Invenio in istis, quae dixi, fragmentis.

Argennum, argentum, percandidum.

Ita interpungendum. Non autem adsentior viro magno, qui legit *argenteum*, nam *Argentum*, etsi de pecunia usurpetur, proprie tamen nihil aliud sonat, quam album, sive candidum; est autem vox Rhegiensium, qui ἀργεννὸν pro ἀργεινὸν efferebant. Certum vero omnino est a candore substantiam istam nomen accepisse, ut & apud Graecos, qui ἀργύριον vocant: Latini namque veteres qui Graecorum lingua usi sunt, *Argennum* prius dicebant, postea *Argendum*, & *Argentum* (nam *D* & *T* promiscue efferebant. Sic *Terenum* prius, postea *Terentum*. *Penno*, *Pendo*. *Tenno*, *Tendo*; de quibus ad Plauti Militem. Haec sane sententia Pompeii, quem vix dubium est aliter scripsisse, sed locum mutilatione sua Paulus obscurissimum reddidit, & nemini hactenus intellectum, quod praefiscini dixerim. Si tamen eruditorum Senatus secus arbitrabitur, libens me ipsorum iudicio submittam, placiturus nihilominus sola, ut spero, inventione.

Immu-

Immustulus ales ex genere aquilarum est, sed minorum virium, quam aquilae: quae volucris raro, & non fere praeterquam vere adparet; quia aestum algoremque metuit: adpellatur autem ita, quod subito & inexspectata se immittat.

Legendum est *Immussulus*, non *Immustulus*, aut *Immusculus*. Arnobius lib. II. *Quid in mundo faciant* (ita legendum monui in Critico) *bubones, immussuli, buteones? quid alites & volucres ceterae*. Glossae. *Inemustulus*, ὀρνεὸν βασιλικόν. Pessime. Alibi. *Immunsulus*, εἶδος ὄρνεν. Recte, quia veteres consonantes non geminabant, ut notum. Nec aliter legas in Plinio lib. x. cap. VII. Fuit autem de ave hac apud Augures aliosque Auctores magna controversia: nam quidam regulum, quidam ossifragam dicebant, Masurius Sabinus aquilae pullum, alii ex aquilarum genere, quorum sententia verissima. Erat autem περκνόπτερος, quae & ὀρειπέλαργος, quod quartum aquilarum genus constituit Plinius libro citato cap. III. Quod vero Festus ait esse minorum virium, congruit cum Plinii verbis de percnoptero. *Quarti generis est percnopterus: eadem oripelargus, vulturina specie, alis minimis, reliqua magnitudine antecellens, sed imbellis & degener, ut quem verberet corvus*. Iam quod dicitur ita adpellari, quia subito & inexspectata se immittat, plane falsum est, sive Pauli ea etymologia sit, sive Festi; *Immussulus* enim dicebatur, a murmure quod ciet, nam *Mussi* veteribus nominabantur murmuratores, unde *Mussare*, & composita *Immussi*, ὑποκοριστικῶς *Immussuli*, quibus contrarii *Summussi*, qui tacite murmurant, quum *In* sit αὐξητικόν. Ergo *Immussulus* est quae vehementer murmurat. *Summussi* apud Naevium.

Odi summussos, proinde aperte dice quid siet
Quod times. ———

Haec de murmure etiam a percnopteri descriptione non aliena sunt. Plinius loco citato. *Eadem ieiunae semper aviditatis, & querulae murmurationis*. Porro quod legitur raro, & vix, nisi vere, adparere, male confunduntur aquilarum genera, nam hoc gnesiis proprium ex Plinio cognoscimus, cuius haec verba. *Haec facit ut quintum genus gnesion vocetur, velut verum, solumque incorruptae originis, media magnitudine, colore subrutilo, rarum conspectu*. Atque iam arbitror satis ostensum immussulum cum percnoptero eumdem esse.

Privignus dictus quod ante, quam mater secundo nuberet, est progenitus: pri enim antiqui pro prae dicebant.

Quanta haec Pauli ineptia! non enim Festi dixerim: quam falsa & ridicula etymologia! nam *Privignus* est quasi privus & singularis filius, ex aliis nuptiis procreatus. Sed veteres *Prugnus* dicebant, id est *Prignus* (ut *Aprugnum, Aprignum. Caprugnum, Caprignum*, de quibus ad Plautum) atque iam valebit.

Provorsum fulgur adpellatur, quod ignoratur noctu an interdiu sit factum, itaque Iovi Fulguritori & Summano fit, quod diurna Iovis, nocturna Summani fulgura habentur.

Necessario multum errat in interpretatione Festus codice depravato usus, aut male Paulus epitomen suam instituit, nam haec sunt *Controversa* potius, utpote de quibus controversia esset quo tempore cecidissent, incertosque facerent, utri propterea esset sacrificandum, siquidem ob diurna Fulguritori, ob nocturna Summano sacrificabant: Ergo ut neutrius offensam incurrerent, sacra peragebant utrique communia. Colligo ex istis verbis. *Itaque Iovi Fulguritori & Summano fit*. Nam *Facere* ἁπλῶς pro sacrificare proferebant. Est autem de sacrificiis his elegans narratio apud Arnobium lib. v. & Ovidium in Fastis. Expiasse se credebant, si alia tum fulgura mitterentur, quae credebant tollere quidquid superiora portendissent, & *Peremtalia* adpellabant. Dignoscebant ea inde, si maior manubia fuisset, siquidem triplices erant Iovis manubiae, nempe minimae, quae monerent tantum; maiores, quae cum fragore veniebant; maximae, quae adurebant, aut fuligine deformabant, aut accendebant. Quod si maior manubia non erat, spretam votorum sacrificiorumque religionem a diis significabant, aliamque denuo expiationem postulabant, quae *Adtestata, Postularia*, & *Renovativa* nuncupata. Sed redeam ad locum de quo ago. Origo mendi compendium scriptionis, *Cronvorsa*. Porro *Controvorsa* fulgura non alia fuerunt quam quae diluculo & crepusculo accidebant, quae tempora diei ne an nocti adnumerari debeant in incerto est. Haec etsi Festus non tradat, veteres tamen ea ipsa intellexisse minime dubium est. Iam *Provorsa* sive *Prorsa* τὰ ἀντώπια, quae recte in os mittebat Iupiter iis quos ferire vellet.

Prox, bona vox, velut quidam putant, significare videtur, ut ait Labeo de iure pontificio libro undecimo.

Optime: hinc *Procare*; bonis & blandidicis verbis aliquid petere; ut a *Vox, Vocare*, & talia.

Iovistae, compositae a Iove & iustae.

Quam torsit hic locus summos viros, qui non animadverterunt Pauli hoc additamentum esse, non Festi ipsius fragmentum, ut & alia nonnulla de suo iste frutex inspersit. Est autem vox aevi illius barbara quo vixit, itaque dicebantur qui sub Iove nati essent, cur autem non interpretetur ea est caussa, quod nimis tum in vulgus nota esset. Sed valde se ridendum propinat quum compositam dicat, & tam ineptum etymon quaerat. *O cor Zenodoti, iecur Cratetis!*

CAP. X.

CAP. XV.

Dextrae reverentia. Fidei sacrata a Numa. Δεξιαί. *Pythagorae* ἀπόφθεγμα. *Iuliani heroicum dictum. Dextrae inter signa. Legionibus amicis adventantibus ab civitatibus donatae: qui mos etiam regum & magnatum inter se. Tacitus illustratus, & Caesar; qui etiam emendatus. Numeri. Suidas correctus.*

CEleberrimum apud veteres illos, ut etiamnum, foederis ac fidei symbolum dextra habita. Isidorus. *Dextera vocatur a dando, ipsa enim pignus pacis dicitur, ipsa fidei testis atque salutis adhibetur.* Plinius maior. *Inest & aliis partibus quaedam religio: sicut dextera osculis aversa appetitur, in fide porrigitur.* Ideoque Fidei eam Numa Pompilius non iniuria consecravit. Livius clare docet. *Dextram Numa Pompilius Fidei consecravit: dextra se antiqui venerabantur, per dexteram iurabant, tamquam fidei sedem, virtutis ministram.* Hinc Dido apud Virgilium AEneid. IV.

—— en dextra, fidesque,
Quem secum patrios aiunt portare penates.

Cicero pro Deiotaro. *Per dextram te istam oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti: istam, inquam, dexteram non tam in bellis & praeliis, quam in promissis & fide firmiorem.* Terentius Andriae Act. I. Sc. v.

Quod ego per hanc te dexteram oro, & Genium tuum,
Per fidem tuam. ——

Et sane Graeci foedera quae dextris pangerentur δεξιὰς adpellarunt. Hesychius. Δεξιαὶ, αἱ συνθῆκαι, καὶ αἱ γινόμεναι κατὰ συνθήκας ἐπαφαὶ τῶν δεξιῶν χειρῶν, εἰς σύμβολον τοῦ βέβαια ἔσεσθαι. *Dextrae, foedera, & quae fiunt in foederibus dextrarum manuum coniunctiones, in signum quod firma futura sint.* Solebant item (qui mos etiamnum apud nos) alicunde advenientibus dextra porrecta adventum gratulari. Virgilius AEneid. I.

—— cur dextrae iungere dextram
Non datur?

Quo loco Servius. *Maiorum enim haec fuerat salutatio: cuius rei caussam Varro Callimachum sequutus exposuit, adserens omnem eorum honorem dexterarum constitisse virtute: ob quam rem hac se venerabantur corporis parte.* Heliodorus AEthiopic. lib. II. Ἐπειδὴ γάρ, φησιν, εἰς τὸ δωμάτιον ἦλθον ὑπαντᾷ τέ μοι ἡ παῖς, καὶ ἔλεγε μὲν οὐδὲν, οὔπω τῆς ἑλλάδος συνιεῖσα φωνῆς. ἀπὸ δὲ τῆς χειρὸς ἠσπάζετο, &c. *Postquam enim, inquit, domum veni, & occurrit mihi puella, & dicebat quidem nihil, nondum Graecam linguam intelligens; manu autem salutabat,* &c. Parthenius Erot. VIII. Τῶν δὲ διὰ φιλοξενίαν αὐτὸν ἑτοίμως ὑποδεξαμένων εἰσελθὼν ὁρᾷ τὴν γυναῖκα, καὶ αὐτὸν τῷ χεῖρε ἀμφιλαβοῦσα μάλα φιλοφρόνως προσηγάγετο. *Quum vero ipsum promte ob humanitatem excepissent, ingressus videt mulierem, quae quum ipsum manibus utrimque prehendisset, multum benevole adducebat.* Huc pertinet illud nobilissimum ἀπόφθεγμα Pythagorae. Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν. *Ne cuique immittas dextram.* Apud Ammianum quoque lib. XXI. exstat Iuliani Imperatoris dictum ad Nebridium praefectum, integritatis exemplum, qui contra Constantium, cui multis beneficiis obstrictus erat, solus iurare nolebat constanter: hic enim quum eius manum supplex iacensque in summo vitae discrimine posceret, dixit. *Et quid amicis praecipuum servabitur, si tu manum tetigeris meam? Sed hinc quo libet abi securus.* Dictum vere heroicum, & Imperatore dignum. Sed haec nota; illa fortasse non ita, quae subiungam. Civitates legionibus amicis adventantibus amicitiae insigne obviam dono misisse dexteras. Observo ex Tacito Hist. I. cui & lucem adferam. Sic ait. *Miserat civitas Lingonum, vetere instituto, dona legionibus dextras hospitii insigne.* Erant vero istae dextrae signa militaria, dicebanturque ita a dextris, ut *Aquilae* ab aquilis, *Vexilla* a parvis velis in cacumine expansis. Atque eae dextrae aliquando binae fuerunt, & implicitae; aliquando simplices. Habes specimina in nummis veteribus, Inscriptionibus, & columna Traiani. Et has ipsas dexteras cohortes obviantibus copiis exserebant, quum amicas se esse vellent ostendere, aut pacem & amicitiam postularent. Ex hoc more militari intelligendus Iulius Caesar de Bello Gallico lib. VII. *Subito sunt AEdui visi ab latere nostris aperto, quos Caesar ab dextra parte alio adscensu, manus distinendae caussa miserat; ii similitudine armorum vehementer nostros perterruerunt; ac tametsi dextris humeris exsertis animadvertebantur, quod insigne pacatis esse consueverat: tamen idipsum sui fallendi caussa milites ab hostibus factum existimabant.* Sed locus valde corruptus, quem nec V. Cl. Iustus Lipsius sanare potuit: mihi videtur sensus rectus, si legamus, *dextris numeri exsertis.* Nam *Numeri* vocantur cohortes, ut ipse pluribus ostendit initio primi libri Historiarum. Corrigendus vero obiter Suidas. Σπεῖραι, πλήθη στρατευμάτων, φάλαγγες, νούμεροι, λεγεών. *Cohortes, multitudines exercituum, phalanges, numeri, legio.* Male enim νούμερα. Porro non civitates tantum legionibus, sed etiam reges & magnates regibus & magnatibus amicis dexteras mittebant, quas etiam nonnumquam renovabant. Ecce in eodem Tacito lib Annal. II. *Inter quae ab rege Parthorum Artabano legati venere: miserat amicitiam ac foedus memoraturos, & cupere renovari dextras.*

ANI-

ANIMADVERSIONVM MISCELLARVM

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Pilumnum cum Romulo Quirino eumdem esse, Picumnum cum Marte Silvano domestico. Vnde ambo ita dicti. Dii coniugales habiti, & cur. Cn. Gellii fragmentum emendatur. Lecti quando iis strati, & vota facta. Varro restitutus. Picumnus praestes Larum, & Lar κατ' ἐξοχὴν adpellatus. Hostilii Lares cur culti, cinctu Gabino formati, item bullae iis suspensae, aedesque vota in Campo Martio. Pilumnus idem cum Genio maritorum, & custos puerperarum. Silvani tres. Silvanus agrestis pudicitiae mulierum insidiator.

QVinam dii fuerint Pilumnus & Picumnus etiam veteres ignorarunt. Servius AEneid. IX. fratres fuisse tradit, Picumnumque stercorandorum agrorum usum invenisse, indeque *Sterquilinium* dictum: Pilumnum vero pinsendi frumenti, ideoque a pistoribus cultum. Haec eius verba. *Pilumnus & Picumnus fratres fuerunt Dii. Horum Picumnus stercorandorum invenit usum agrorum, unde & Sterquilinius dictus est: Pilumnus vero pinsendi frumenti, & ab ipso pilum dictum est.* Vbi de Picumno certe mirum est, quum mythologi omnes Saturno id tribuant: deinde de Pilumno, etsi consentiat Capella lib. II. hoc valde ineptum est, quod dicat ab eo pilum dictum, quum convenientius multo sit dicere, illum a pilo nomen habere. Sunt autem nomina in vulgus minus nota deorum notissimorum, Romuli & Martis. Pilumnum quidem Romulum esse ex Saliorum carminibus cognosci potest, quibus *Pilumni populi* adpellantur Romani, non quod pilis uti adsueti, ut vult Festus (nam sic omnes pilani *Pilumni* dicendi essent) nec quia praecipue pellant hostes (tum enim *Pellumni* nuncupari debebant) sed tamquam Romuli nepotes: nam *Pilumnoe* ibi secundus casus est numeri singularis, non primus pluralis, ut ille existimavit. Est vero *Pilumnus* idem cum Romulo Quirino: ut enim Sabini sua lingua a quiri Quirinum, ita Salii obscuritatis studiosissimi, vocumque ignotarum usurpatores & formatores, Latina a pilo Pilumnum indigetabant. Iam Picumnum Martem esse dixi, id quod verum: nam ut picus, quia ei facer, Martius vocabatur, ita vicissim ille a pico Picumnus, ut Melicerta a portu Portumnus, Romulus a pilo Pilumnus. Est autem idem cum Marte Silvano. Inde intelligendus AEmilius Macer Theog. lib. I.

Et nunc agrestes inter Picumnus habetur.

Huc pertinet quod picus, a quo nomen accepit, etiam avis est sylvestris, quam nos *Cen Specht* nominitamus. Convenit siquidem descriptio Pliniana lib. X. cap. XVIII. *Quo in genere arborum cavatores, scandentes in subrectum felium modo: illi vero & supini percussi corticis sono pabulum intelligunt.* Item Ovidiana Metamorph. lib. XIV.

——— pennas in corpore vidit,
Seque novam subito Latiis accedere silvis
Indignatus avem, duro fera robora rostro
Figit, & iratus longis dat vulnera ramis.

Ad Picumnum revertor. Dixi eumdem esse cum Marte Silvano, sed domestico, non agresti, aut orientali. Id clare ex eo adparet, quod Romanis priscis cum filio Pilumno coniugii curam sit substinere creditus. Atque caussa, ob quam coniugii curam tribuerint Pilumno quidem, haec quin sit minime dubitandum est, quia nimirum civibus suis ad stabiliendum novum regnum, genusque propagandum, Sabinas uxores dederit nobilissima illa rapina. Marti vero, sive Picumno, quod is eiusce rapinae Romulo auctor existimabatur. Cognosco ex Hersiliae verbis, quae ex Cn. Gellii Annali tertio profert Agellius lib. XIII. cap. XX. *Neria Martis te obsecro pacem dare, uti liceat nuptiis propriis* (lego *propitiis*) *& prosperis uti, quod de tui coniugis consilio contigit, uti nos itidem integras raperent, unde liberos sibi, suis posteris, patriae pararent.* Vtrique autem in aedibus lectus sternebatur, quum in terra infantem obstetrix statuisset, auspicatumque esset an rectus ac vitalis foret. Varro de vita Pop. Rom. lib. II. *Natus si erat* (*s. puer*) *sublatus ab obstetrice statuebatur in terra, ut auspicaretur vitalis ac rectus esse: diis coniugalibus Pilumno & Picumno in aedibus lectus sternebatur.* Ita emendo ea verba apud Nonium in *Pilumnus*. Eisdem mariti Kalendis Martii, id est mensis Picumno sacrati, pro coniugii conservatione vota faciebant: quamvis enim Acron nomina non exprimat, minime tamen dubitandum est quin hos ipsos designet. Sic ait ad Od. VIII. lib. III. *Kalendis Martii Matronalia dicebantur, eo quod mariti pro conservatione coniugii supplicabant, & erat dies* pro-

proprie festus matronis. Numa quoque in ista lege sua, SEI. PVER. PARENTEM. VERBERIT. AST. OLE. PLORASIT. PVER. DEIVEIS. PARENTOM. SACER. ESTOD. per *Divos parentum* non alios quam Pilumnum & Picumnum innuit. Vnde liquet statim post ἀποθέωσιν collatum istum honorem. Plautus quoque Mercatore.

Dii penates meum parentum, familiaeque Lar pater,
Vobis mando meum parentum rem bene ut tutemini.

Porro Picumnus, sive Martem Silvanum domesticum dicere mavelis, praestes Larum erat, ut Pluto Manium, Iupiter Deorum, Ianus Geniorum. Inscriptio vetus.

SILVANO
SANCTO
LARVM
PHILEMON
P. SCANTI
ELEVTHERI
D. D.

Et alia.

SILVANO
SANCTO. SACRO
LARVM. CAESARIS
N. ET. COLLEGI MA.
GNI. CN. TVRPILIVS
TROPHIMVS. VOTO
SVSCEPTO. ARAM
DE. SVO. D. D.

Tertia.

SILVANO. SACRVM. SODAL.
EIVS. ET. LARVM. DONVM
POSVIT. TI. CLAVDIVS. AVG
LIB. FORTVNATVS. A
CVRA. AMICORVM.

Itaque κατ' ἐξοχὴν *Lar* vocabatur, parentesque eo nomine liberos in matrimonium elocaturi, ut bene nuptiae cederent, sacra ei faciebant. Apud eumdem Plautum Aulul. Sc. *Volui animum.*

Nunc tusculum emi, & hasce coronas floreas.
Haec imponentur in foco nostro Lari,
Vt fortunatas faciat gnatae nuptias.

Nec alius debet intelligi in versibus e Mercatore paulo ante prolatis. Veteres autem hinc Laribus quoque, quos *Hostilios* nominabant, sacrificabant, ut ab hostibus se defenderent: scilicet propter praesidem eorum Martem, penes quem bellorum arbitrium putabant. Festus. *Hostiliis Laribus immolabant, quod ab his hostes arceri putabant.* Itaque formabantur cinctu Gabino, qui militaris, ut docui in Spicilegio Theocritico, unde eos *Succinctos* vocat Persius Sat. v. Vide interpretem eius veterem ad eum locum. Atque ideo bullas nobiliores pueri his suspendebant ad omen & vota conciliandae virtutis bellicae tantae, quanta erat in Tarquinii Prisci filio, qui annos agens XIV. hostem manu percusserat, quapropter & donatus est bulla, quae id temporis triumphantium dumtaxat habebatur. Hi ipsi quoque Lares sunt, quibus AEmilius Rhegillus Praetor bello Antiochi aedem vovit in Campo Martio, teste Macrobio Saturnal. lib. I. cap. X. Vt autem ad Pilumnum sermonem reducam; notum est peculiarem habuisse maritos Genium; ille is fuit. Discere hoc potes ex vetere Inscriptione ista.

PILVMNO. SANCTISSIMO. GENIO.

Porro etiam puerperae post partum inter tres deos custodes unus adhibitus fuit, ne Silvanus per noctem ingrederetur, vexaretque: & eius significandi causa constituebatur quidam, qui pilo limen feriret. Vide fuse rem omnem apud Augustinum de Civitate Dei lib. VI. capit. IX. Ille autem Silvanus erat agrestis (nam diversi inter se tres illi, & summa cautio esse debet ne confundantur) pastorum Deus, qui etiam Pan, & Incubus. Glossae. Πὰν ὁ δαίμων, *Incubus Silvanus.* Maxime autem hic Deus mulieres infestare credebatur. Augustinus de Civit. Dei lib. XV. cap. XXII. *Et quoniam creberrima fama est, multique se expertos, vel ab eis qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant, Silvanos & Faunos, quos vulgo Incubos vocant, improbos saepe exstitisse mulieribus, & earum adpetisse ac peregisse concubitum.*

CAP. II.

Foenisece caput foeno redimiti. Syrici. Vrgus. Festus emaculatus. Zabyrae. Iupiter Bronton. Mos militiam detrectantium. Suetonius illustratus. Murci. Murcidi. Murcia dea a Venere Myrtea distincta. Murcinarii.

ETsi lectores nolo de gladiatorum schola miscellania tamen hoc ferculo illis praebebo. Foenisece operam suam locare volentes, foeno capita circumligabant, ut hoc velut signo dignorari possent. Patet ex Propertio lib. IV. eleg. II.

Da falcem, & torto falcem mihi comprime foeno,
Iurabis nostra gramina secta manu.

Et Ovid. Metam. XIV.

Tempora saepe gerens foeno religata recenti
Desectum poterat gramen versare videri.

Medio aevo *Syrici* videntur dicti negotiatores. Colligi potest ex Salviano de Providen. Dei lib. IV. *Nam ut de alio hominum genere non dicam, consideremus solas negotiatorum & Syricorum omnium turbas, qui maiorem ferme civitatum universarum partem occupaverunt.* Invenio etiam apud Auctorem Historiae Apostolicae lib. V. *O iuvenis Syrice, qui amore carnis tuae ductus cito animam amisisti.*

Qui nunc *Orcus* dicitur veteribus *Vrgus* dicebatur, posteriores enim *V* in *O*, & *G* in *C* commutarunt. Cognoscere id est ex Festo, sed verba eius mendosa, maleque hodie. *Orcum,*

cum, quem dicimus, ait Verius ab antiquis dictum Vragum, quod & V, litterae sonum pro O efferebant, & per C litterae formam nihilominus usurpabant, sed nihil adfert exemplorum, ut ita esse credamus: nisi quod is Deus nos maxime urgeat. Scribo: *antiquis dictum Vrgum*.

Medio quoque aevo, & in barbariem vergente prisco illo linguae Latinae nitore *Zabyrae* videntur armaria significasse, voce ex Ζαβζαρῶν detorta. Legitur apud Auctorem Historiae Apostolicae lib. IV. *Collectis libris magicis Zabyras plenas ad Apostolum attulit*. Et paulo post. *Appende Zabyris plumbum & lapides, & mitte in mare*.

Invenio in veteribus Inscriptionibus deum Brontontem nominari. Ecce illa.

DEO. SOLI. INVICTO. MITHRE
FL. SEPTIMIVS. ZOSIMVS, V. P.
SACERDVS. DEI. BORNTONTIS
ET. AECATE. HOC. SPELEVM
CONS TITVIT

Et in alia.

IOVI. SANCTO. BRONTONTI. AVR. POPLIVS.

Sed quid ille Iupiter Bronton? an Tonans, ὁ βροντῶν? Sed cur cum Hecate coniungitur?

Olim in Italia iste mos obtinebat, ut qui militiam subterfugerent, pollices sibi praesecarent, quo excusare se possent; iique *Murci* dicebantur, & ὑποκοριστικῶς *Murcidi* id est *Murcili*, nam *D* pro *L* ut notum est veteres scribebant; & male olim volui *Murcicidos* dictos, itaque nihil in Plauto, aut Augustino interpolandum; tantum in Festo *Murcidum* debet legi pro *Murricidum*, ut & editiones antiquae praeferunt. Hinc Dea ignavorum *Murcia*, quam male & veteres, & recentes cum Venere Myrtea confuderunt, quae hoc nomen a myrto sibi sacra accepit. Ergo de Murcis haec Ammianus lib. XV. extremo de Gallis loquens. *Ad militandum omnis aetas aptissima, & pari pectoris robore senex ad procinctum ducitur, & adultus, gelu duratis artubus, & labore adsiduo, multa contemturus & formidanda: nec eorum aliquando quispiam, ut in Italia, munus Martium pertimescens pollicem sibi praecidit, quos iočulariter Murcos adpellant*. Exemplum moris istius etiam apud Suetonium Augusto. *Equitem Romanum, quod duobus filiis adolescentibus causa detrectandi sacramenti pollices amputasset, ipsum bonaque subiecit hastae*. Iidem etiam labente imperio, & lingua Latina *Murcinari* adpellati sunt. Isidorus in Glossis. *Murcinarius, mutilus*.

CAP. III.

Defectus in Arnobio ostensi, & menda sublata, Caecare, pro Abscondere. Filii de sexu sequiore, item Puer.

DEnuo in partes vocandus mihi Arnobius, adeo ille mendis scatet, & miserrime mutilatus est: utrumque ostensum satis hoc ipso libro, & maxime in Critico: ostendam etiam nunc. Pag. 76. lin. 34. *Sed causa in huiusmodi vertitur sola*. Locus mutilus, & quem sine maiore aliquo subsidio Manuscriptorum non temere in integrum restituas. Nec melius habitus est tertius liber, cuius principium quivis attentus Lector ἀκέφαλον esse nullo negotio animadvertet. Nam, quantum quidem ex sequentibus colligere licet, praecessit gentilium obiectio, qua exprobrabant, quod nullos religio Christiana habuerit adstipulatores, adsertoresve, item alia quaedam. Ait enim in ipso fere, ut nunc est, principio. *Nunc ad ordinem revertamur, a quo sumus necessario paulo ante digressi*. Pag. 101. lin. 22. *Possumus interim dicere, ad cultum divinitatis obeundum satis est nobis Deus primus*. Mutilus & hic locus, nam oportet alia quaedam ab auctore nostro praemissa sint. Vide locum. Pag. 117. lin. 8. *Incipiamus ergo solemniter ab Iano, & nos patre*. Etiam hic locus mutilus, praecesserintque quaedam, nam minime cum superibus cohaeret. Pag. 122. lin. 21. *Quod si opinio Cornificii vera est, imprudens Cincius invenitur, qui urbium victarum deos potestate adficit*. Malim, *impudens Cincius*, id est, mentitur, hoc plus & elegantiae, & acuminis habet. Sed ut hoc adfirmare temere nolim: ita nemo negabit postrema verba ita restituenda, *potestate ea adficit*; coaluerat vox ista cum ultima littera dictionis praecedentis, & prima sequentis. Pag. 134. lin. 29. *Aut si aliquis ex his est, ignorabitur & nescietur; quia sit consimilium nominum confusione caecatus*. Fuit aliquando cum putarem rescribendum, *confusione celatus*. Sed video *Caecare* pro eodem posuisse, ut Cyprianus de Idolorum vanitate. *Horum autem omnium ratio est illa quae fallit, & decipit, & praestigiis caecantibus veritatem, stultum & prodigum vulgus inducit*. Pag. 136. lin. 7. *Ex capite conceptos filios procreat?* Quia de Minervis locus erat, volui olim *conceptas filias* reponere, sed profecto male, itaque nunc nihil muto, nam est elegantissimus ἀρχαϊσμός. Plautus Sticho.

Ego introibo, & gratulabor vostrum adventum filiis.

pro *filiabus*. Iterum Poenulo.

O mi here salve, Hanno, insperatissime
Mihi, tuisque filiis. ———

Sic *Puer* de sexu quoque eodem sequiore. Livius in Odyss. *Sancta puer Saturni filia regina*. Naevius belli Punici 2.

Prima incedit Cereris Proserpina
Puer. ———

Pag. 140. lin. 28. *O egregia merces culpae, o digna & pretiosa dulcedo, propter quam Iupiter maximus cygnus fieret, & taurus, & candidorum procreator ovorum*. Nihil iudico, nisi transposita haec verba a supino exscriptore: Restituo hoc modo pristino ordini. *Propter quam Iupiter maximus & taurus fieret, & cygnus candidorum procreator ovorum*. Pag. 145. lin. 28. *Illud nobis propositum est, ut quoniam nos irreligiosos, & impios vocatis, vos contra pios, & deorum contenditis es-*

se cultores, demonstrare atque in medio ponere, ab hominibus magis nullis ignominiosius illos tractari, quam a vobis. Male inculcatum τὸ *ut*, itaque delerim audacter. Pag. 146. lin. 4. *Qui acervos turis dat concremandos igni, numina consentiendus est colere*. Existimarim legendum, *acerras turis dat concremandas*. Notum est quid sint *Acerrae*. Sic ait quoque libro secundo extremo. *Acerras omnes turis plenis conficiatis altaribus*.

C A P. IV.

Patela. Patelena. Simulacra deorum minio picta. Circumscripset. Malum etiam de arbore. Decidere pro Mori.

ITerum Arnobio labor erit. Pag. 130. lin. 8. *Patellana numen est, & Patello, e quibus una est patefactis, patefaciendis rebus altera praestituta*. Magis placet unico *L*, scribi *Patela*, ut a *Suadeo*, *Suadela*. Deinde *Patelena*, non autem *Patellana*; veteres enim *Patela*, *Patelena* dicebant, ut *Porcula*, *Porculena*. *Socius*, *Socienus*. *Dubius*, *Dubienus*. *Alius*, *Alienus*. Praeterea *Patelena* etiam est apud Augustinum de Civit. Dei lib. IV. cap. VIII. sed frumentorum ei curam tribuit. Haec verba. *Quum folliculi patescunt, ut spica exeat, deam* (*praefecerunt*) *Patelenam*. Pag. 192. lin. 14. *Inter deos videmus leones torvissima facie, mero oblita nimio*. Lego, *oblita minio*. Mos veteribus simulacra deorum diebus festis minio illinere, atque adeo ipsius Iovis, & a Censoribus minianda locabantur. AEthiopes etiam omnes suos deos illo colore inficiebant. Vide Plinium lib. XXXIII. capit. VII. Dicit autem Arnobius, *merum minium*, id est sincerum, nam & adulterinum erat. Vide eumdem Plinium loco citato. Pag. 155. lin. 4. *Nisi homo praesumens, quid dicturus esset Iupiter, circumscripsit, deus scire non poterat quibus modis pararet circumscribere se homo*. Excidit heic ἀρχαϊσμὸς; nam *circumscripset* legendum ibi in Excerptis ex Manuscripto. Sic idem Afer noster *Consuestis*, alibi dicit non semel, & *Decrestis*. Pag. 156. *Malum repente cum pomis ex his Punicum nascitur*. Volui, *Malus Punica*, sed falsus sum, nam veteres *Malum* non de fructu tantum, verum etiam de ipsa arbore usurpasse videntur. Sic infra. *Etiamne fluore de sanguinis, & ex genitalibus amputatis arbor mali enata est Punici?* Invenio & in Pompeianis fragmentis. *Inarculum virgula erat ex malo Punico incurvata, quam regina sacrificans in capite gestabat*. Pag. 167. lin. 2. *Cuius rei testimonium argumentumque fortunae suis prodidit in carminibus vates Thracius. Talos, speculum, turbines, volubiles rotulas, & teretes pilas, & virginibus aurea adsumta ab Hesperidibus mala, erat nobis consilium praeterire: praetervehi etiam illa mysteria, quibus Phrygia initiatur*. Sola interpunctione restituo totum locum. *Vates Thracius talos, speculum*, &c. *ab Hesperidibus mala. Erat nobis consilium praeterire, praetervehi etiam*, &c. Pag. 174. linea I. *Interea dum Liber Stygem, Cerberum, Furias, atque alias res omnes curiosa inquisitione collustrat, ex viventium numero index ille decidit, atque ex more sepelitur humano*. Volui in Critico *decedit*, sed erravi, ideoque nunc nihil mutandum arbitror. Plautus Trinummo.

Ita cuncti solstitiali morbo decidunt.

Horatius lib. 2. epist. I.

Scriptor abhinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos veteresque referri debet, an inter
Viles, atque novos? excludat iurgia finis.

Pag. 177. lin. I. *Consimili ratione, & in historiis ceteris aliud quidem dicitur, sed intelligitur aliud, & sub vulgari simplicitate sermonis latet ratio secreta, & altitudo involuta mysterii*. Melius. *Vulgaris simplicitate sermonis* Pag. 185. lin. 27. *Quae quidem nos cessamus non ideo vel exaedificare, vel facere, tamquam impias geramus, & scelerosas mentes, aut aliquem sumserimus temeraria in deos desperatione contemtum: sed quod deos arbitramur, & credimus*, &c. Scribo, *quod eos arbitramur*. Male adhaesit principio ultima littera vocis praecedentis. Pag. 217. lin. 21. *Et quid esse his potest coinquinatius, infelicius, spurcius?* Tentavi olim, foetidius, spurcius? Nunc vero nihil muto: impellit me eo sententiae Tertullianus, apud quem geminus locus libro de Spectaculis cap. X. *Adparatus etiam ex ea parte consortes, quae ad scenam spectat: nam a templis, & aris, & illa infelicitate turis, & sanguinis, inter tibias & tubas itur, duobus inquinatissimis arbitris funerum, & sacrorum, designatore & haruspice*.

C A P. V.

Crepare in convivio turpe, tamen a Claudio paene permissum. Auspicia crepitu vitiari, comitia prohiberi, credita. Asinis crepitus emittitur prae gaudio. Fratres fabriles. Sacri largitores. Bonum concessum. Bonum datum.

VEniam dabunt mihi lectores de re obscena acturo. Inhonestum olim, & turpe merito habitum, ut etiam hodie, in convivio crepitum ventris emittere; nihilominus Claudius Caesar permittere idipsum in animo aliquando habuit. Suetonius narrat in vita eius cap. XXXII. *Dicitur etiam meditatus edictum, quo veniam daret efflatum crepitumque ventris in convivio emittendi, quum periclitatum quemdam prae pudore ex continentia reperisset*. Nec infamis tantum crepitus, sed etiam religionem turbans. Nam auspicia vitiabat, comitia prohibebat. Cato in Oratione, quam scripsit de sacrilegio commisso. *Domi quum auspicamus, honorem me deum immortalium velim habuisse. Servi, ancillae, si quis eorum sub centone crepuit, quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit. Si cui ibidem servo, aut ancillae, dormienti evenit, quod comitia prohibere solet, ne id quidem mihi vitium facit*. Caussa aliquando metus. Aristophanes, πλέτῳ.

Κατέκατο δ' αὐτὴν ἐντυλίξασ' ἡσυχῇ,

Υπὸ

. Ὑπὸ τῶ δέυς βδέυσα δριμύτερον γαλῆς.

Deponebat vero ipsam quum involvisset placide,

Prae timore pedens vehementius, quam Mustela.

Item Νεφέλαις.

Καὶ σέβομαί γ' ὦ πολυτίμητοι. καὶ βούλομαι ἀνταποπαρδεῖν

Πρὸς τὰς βροντάς. οὕτως αὐτάς τε τρεμαίνω κ' πεφόβημαι.

Et veneror, o multum honorandi, & volo oppedere

Contra tonitrua. Ita illa metuo, & expavi.

Priapus apud Horatium lib. I. Sat. VIII.

——*& ut non testis inultus*

Horruerim voces Furiarum, & facta duarum;

Nam displosa sonat quantum vesica pepedi

Diffissa nate ficus.——

Apud Plautum etiam Curculio minatur philosophis, ita se eos pugnis excepturum, ut prae anxietate, & metu, crepitum emissuri sint polentarium.

——*eos ego si offendero*

Ex utroque eorum excutiam crepitum polentarium.

At quam diversa asinorum natura, qui prae gaudio crepant. Aristophanis Scholiastes ad illa verba εἰρήνης.

Ἥδομαι γὰρ καὶ γέγηθα, καὶ πέπορδα, καὶ γελῶ.

Ita adnotat. Ἡ μεταφορὴ ἀπὸ τῶν ὄνων, χαίροντες γὰρ πέρδονται. *Metaphora ab Asinis, gaudentes enim pedunt.* Sed missa re obscoena, alio me conferre libet. Qui eodem munere fungerentur *Fratres* adpellabantur, sic duodecim illi sacerdotes, qui terminos agri Romani suovetaurilibus lustrabant, *Fratres arvales nominabantur.* Sic *Fratres fabriles*, qui e corpore fabrorum essent. Invenio enim in libello P. Diaconi de Notis litterarum. F. FR. *Fabriles fratres*. (a) Qui sint *Comites sacrarum largitionum*, nemo paulum modo in litteris versatus, ignorat: iidem etiam *Sacri largitores* dicti videntur, nam lego in eodem Diaconi libello. SC. L. *Sacri largitores*. Vt Senatusconsultorum formula erat *Bonum factum*, ita quum alicui aliquid concessissent, precantes ut bene id cederet, dicebant *Bonum concessum*; quum dedissent vero *Bonum datum*. Exstat utraque formula in Valerio Probo de Notis. B. C. *Bonum concessum*. B. D. *Bonum Datum*.

CAP. VI.

De speculorum materia, generibus, usu. Plinius illustratus, & Apuleius.

DE speculis erit heic sermo, & materiam, genera, usum ostendam. Materia apud veteres non una, pro fortunis opibusque hominum. Pauperiores fluviis eorum vice utebantur, opulentiores aere. De fluviis abunde dixi in Spicilegio Theocritico, ad Idyllium VI. Etiam de aere: sed haec libet refingere. Mentio eius apud Ausonium Mosella.

Sic ubi compositos ostentatura capillos

Candentem late speculi explorantis honorem,

Quum primum carae nutrix admovit alumnae.

Laeta ignorato fruitur virguncula ludo,

Germanaeque putans formam spectare puellae,

Oscula fulgenti dat non referenda metallo.

Nonnus Διονυσ. V.

Καὶ ποτε χαλκὸν ἔχουσα διαυγέα τέρπετο κούρη

Κάλλεος ἀντιτύποιο δικασπόλον.

Et aliquando aes habens splendidum delectabat pueri

Venustatis imaginatae iudicem.

Item XLII.

Οὐ χρόος ἀντιτύποιο διαυγεῖ μάρτυρι χαλκῷ

Μιμηλῆς ἐγήλασσεν ἐς ἄπνοον εἶδος ὀπωπῆς,

Κάλλος ἑὸν κρίνουσα.

Non cutis imaginatae a splendido teste aere

Exhibiti respexit in exanimem formam vultus

Pulcritudinem suam iudicans.

Complectitur & fluvios, & aes, Callimachus Hymno V. Hi sunt eius versus.

Οὐ δ' ἐς ὀρείχαλκον μεγάλα θεὸς, οὐ Σιμοῦντος

Ἔβλεψεν δίναν ἐς διαφαινομέναν.

Οὐδ' Ἥρη. Κύπρις δὲ διαυγέα χαλκὸν ἑλοῖσα

Πολλάκι, τὰν αὐτὰν δὶς μετέθηκε κόμαν.

Non vero in orichalcum magna Dea, non Simoentis

Respexit vorticem in pellucidum.

Neque Iuno; Venus autem quum splendidum aes coepisset.

Saepe, bis ipsam transposuit comam.

Atque aes quidem vetustissima iis materia stanno permistum, & laudatissima erant Brundusina. Plinius lib. XXXIV. cap. XVII. *Stannum illitum aeneis vasis saporem gratiorem facit, & compescit aeruginis virus, mirumque pondus non auget. Specula quoque ex eo laudatissima, ut diximus, Brundusii temperabantur.* Postea argentea facta crescente luxu populi Romani. Philostratus in Imaginibus Ἔρωσ. Κάτοπτρον δὲ τὸ ὑπάργυρον, καὶ τὸ ὑπόχρυσον ἐκεῖνο σανδάλιον, κ' αἱ περόναι αἱ χρυσαῖ, ταῦτα πάντα οὐκ ἀργῶς ἀνῆπται λέγει δὲ ἀφροδίτης εἶναι. *Speculum vero argenteum, & illa aurea solea, & aureae caligae, haec omnia non occulte indicare ait Veneris esse.* Plautus Mostell. Sc. *Iampridem ecastor.*

Vt speculum tenuisti metuo ne oleant argentum manus,

Ne usquam argentum te accepisse subspicetur Philolaches.

Et apud Iurisconsultum ff. l. *Cum aurum. Tit. De auro, argento, mundo,* cuius verba infra adducemus. Primus ea fecit Pompeii Magni tempore Praxiteles. Plinius auctor lib. XXXIII. cap. IX. *Vt omnia de speculis agantur hoc loco, optima apud maiores fuerant Brundusina. stanno, & aere mistis. Praelata sunt argentea. Primus fecit Praxiteles magni Pompeii aetate.* Sed quomodo Pompeii tempore? ecce Plautus, qui multo prior fuit, loco citato meminit. Dicendum, ea quae in scenam referuntur, facta fingi Athenis, itaque nihil ad Roma-

[a] Eadem ratione *Fratres* hodie adpellantur Monachi, qui simul vivunt. Quamquam si altius repetimus omnes Christiani antiquitus *Fratres* invicem adpellabantur, *Tertulliano* teste.

manos pertinere: dubium autem non est, quin Graecis ea multo tempore ante in usu fuerint. Genera vero eorumdem multiplicia. Alia *Transversa* dicebantur, alia *Obliqua*, alia *Rotunda*, alia *Recta*. Transversa, Obliqua, & Recta erant plana: Rotunda vero tumida, aut concava. Plinius loco citato. *Plurimumque refert, concava sint (specula) & poculi modo, an parmae Thraecidicae, media depressa, an elata, transversa an obliqua, supina an recta.* Vbi videre est cavorum duo fuisse genera; altera profunda valde, ad poculi instar: altera minus, ad parmae Thraciae; *Supina* praeterea vocat, quae non starent, aut subspensa essent, sed iacerent. Porro de planis globosis cavisque etiam Apuleius Apolog. *Quibus, praeter ista quae dixi, etiam ista ratiocinatio necessaria, cur in planis quidem speculis ferme pares obtutus, & imagines videantur, in tumidis vero, & globosis omnia defectiora, at contra in cavis auctiora.* Planorum meminit Maximianus etiam.

Fontis aquae reddunt simulacra imitantia verum,
Qualia laeve refert speculi quum cernimus aequor.

Lucretius lib. IV.

——— crebroque repulsu
Reiectae reddunt speculorum ex aequore visum.

Et postea.

Quare etiam, atque etiam minime mirari par est
Illis, quae reddunt speculorum ex aequore visum.

Globosa laudat Euphorbus.

Forma repercussus liquidarum fingit aquarum,
Quales purifico speculorum ex orbe reducit.

Concava Agathias lib. v. Δίσκον μὲν γάρ τινα ἐσόπτρου δίκην ἐσκευασμένον, καὶ ἠρέμα ὑποκοιλαινόμενον ταῖς τοῦ ἡλίου ἀκτῖσιν ἀνεπίμπλα τῆς αἴγλης. *Discum enim quemdam in speculi speciem fabricatum, & leviter cavatum splendoris Solis radiis implebat.* Plinius lib. II. capit. CVI. *Quum specula quoque concava, adversa solis radiis, facilius etiam accendantur.* Prudentius περὶ στεφ. Hymno XI.

Praefixit tabulas dives manus aequore laevi
Candentes, recavum quale nitet speculum.

Haec de generibus: restat ut de usu. Ille duplex: nam alia ad aedium ornamenta parieti adfixa ostentabantur, alia quotidiani usus, ad eaque se ornabant. Vlpianus L. Cum aurum. D. De auro, argento, mundo. *Nec speculum parieti adfixum, vel etiam quod mulier mundi causa habuit: si modo non in argenti numero habita sint.* Atque haec quae quotidiani usus quandoque etiam parva erant, ut possent quocumque iretur circumferri. Apuleius loco citato. *Quod tamen crimen est imaginem suam nosse? eamque non uno loco conditam, sed quoquo velis parvo speculo promtam gestare?* Elegantissime omnia breviter complectitur idem Apuleius eadem Apologia. *Videnturne vobis debere Philosophi haec omnia vestigare, & inquirere, & cuncta specula, vel uda, vel suda, soli videre?* Bellissime hercle uda *specula* vocat fluvios, suda quae ex aere argentove.

CAP. VII.

Avillae agnae. Lana velli olim, non tonderi solita. Dubenus. Τράφηξ. Trabex. Trabica. Trix. Trica. Margaritae Extricatae. Vlpianus explicatus, item Plautus, & Propertius. Funes olim e setis. Ὑστριχίς. Ὕστριξ. Iuvenalis illustratus, & Propertius. Gaius. Galbei unde dicti. Ramus pro membro virili. Velumenta. Arnobius emaculatus.

IN Festo lego veteribus agnas recentis partus *Avillas* dictas. Ratio, etsi ibi non addita, in promtu: nam manifesto ita dictae, quod velli necdum possent. Olim autem non tondere lanam mos, sed vellere. Varro de L.L. *Vellus lana tonsa universae* (ita recte emendat Scaliger) *ovis: id dictum quod vellebant.* Item de Re Rust. lib. II. capit. XI. *Animadverti licet prius lanae vulsuram, quam tonsuram, inventam.* In eodem Festo.

Dibenus apud antiquos dicebatur qui nunc dominus.

Quod rectum adsero contra viri magni sententiam, legitur enim in Glossis, *Dubius*, Δεσπότης, pro *Dubinus*. Aliud est *Dubinus* sive *Dubenus*, & *Dubienus*. Latini autem *Dubenus* dicebant, pro quo postea Romani *Dominus*, *V* in *O*, *B* in *M*, & *E* in *I* mutatis.

Trabica, navis, quod sit trabibus confixa. Pacuvius.
Labitur trabica in alveos.

Non aliud *Trabica* est ad verbum quam *Trabs*, quae etiam a poetis ἁπλῶς pro navi posita reperitur, ut *Trabica* hoc loco a Pacuvio. Vox Graecanica est, τράφηξ, *Trabex* (ut φάλαινα, φρύγες, *Balaena*, *Bryges*) & *Trabes*, nam *S* pro *X* usurpabant, inde *Trabs*. Dicebant vero *Trabex*, *Trabica*, ut *Senex*, *Senica*. *Phalanx*, *Phalanga*; de quibus ad Plautum. Sic *Trica* quoque (libet id Pompeiani huius loci occasione dicere) Graecanicum est. Θρὶξ *Trix*, *Trica*, eadem analogia. Ergo *Tricae* proprie pili, qui quia viles, & nullius pretii, inde res eiusmodi isto nomine insignitae. Porro & funes vinculaque, ac translate omnia impedimenta ita adpellabantur (unde *Intricare*, *Extricare*.) Non alia notione usurpat Plautus Persa. Sc. ultima.

Quid ais crux, stimulorum tritor, quomodo me hodie versavisti?
Vt me in tricas coniecisti! quomodo de Persa manus mihi adita 'st?

Evagrius interpres Athanasii De vita Antonii. *Operante illo traxit quidam sportellae, quam texebat, tricam, sive funiculum.* Hinc margaritae *Extricatae*, quae trica, id est funiculo, sive linea, necdum erant colligatae, ut collo circumdari possent. Vlpianus L. *Si servus servum*. §. *Si quum maritus*. D Ad legem Aquiliam. *Si quum maritum uxori margaritas extricatas dedisset in usum, ea invito vel inscio viro perforasset, ut pertusis in linea uteretur: teneri eam lege Aquilia, sive diverterit, sive nupta est adhuc.* Huc per-

pertinet quod Artemidorus in Onirocriticis tradit crinium complicationem interdum vincula praesagire lib. II. cap. VI. Ἐνίοτε δὲ (τὸ πλέκεσθαι) καὶ δεσμὰ καὶ στάσεις προαγορεύει. *Aliquando complicari, & vincula, & seditiones praedicit.* Causa haec, quod funes olim e setis contorquerentur; Arnobius lib. V. *Adest ab insidiis* (ita lego non ad insidias) *Liber, ex setis scientissime complicatis unum plantae iniicit laqueum*. Et quidem equinis. Nam postea ait. *Vellem tam videre, si esset mihi his nasci temporibus datum, patrem illum Liberum debellatorem ferocitatis Acdestiae, post deorum augustissimas curias coeli ab culminibus lapsum, peniculamenta decurtantem cantheriorum, innectentem laqueos prolibus*. Nam ita legendus ille locus, ut in Critico monui. Artemidorus libro I. cap. XXI. Ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ χαίτῃ ἱππεία δεσμεύεται. *Vt post multum equina seta vincitur*. Ex hiis quoque, nervi arcuum. Hesychius. Ἱππεάν, τὴν ἐξ ἱππείων τριχῶν. *Equinam, ex setis equinis*. Accius.

Reciproca tendens nervo equino concita
Tela.———

Flagellorum autem lora e porcinis, inde apud Graecos. ὕστριξ; & ὑστριχίς. Lycophronis Scholiast. Ὑπὸ πληγὴ δὲ ὑστριχίς. κυρίως δὲ μάστιξ ἦν ἐκ χοιρίων τριχῶν συμπεπλεγμένη. καταχρηστικῶς δὲ καὶ πᾶσα μάστιξ. *Laqueus vero Hystrichis. Proprie vero flagellum erat ex setis suillis complicatum. Abusive vero, & omne flagellum*. Etymologici auctor. Ὕστριξ ὕστριχος, ἡ ἐκ τῶν τριχῶν τῶν ὑῶν μάστιξ. *Hystrix, Hystrichos, flagellum ex setis porcorum*. Et passim apud Grammaticos Graecos. Inde Propertius lucem capit lib. IV. eleg. I.

Verbera pellitus setosa movebat arator,
Vnde licens Fabius sacra Lupercus habet.

Facta autem ex suillis setis potissimum lora flagrorum puto, quia asperiores eae sint, magisque penetrent duritiam tergi iumentorum. At nautici funes, item tormentorum bellicorum, e caprinis: Varro de Re Rust. libro II. cap. ultimo. *Vt fructum ovis e lana ad vestimentum, sic capra pilos ministrat ad usum nauticum, & ad bellica tormenta, & fabrilia vasa*. Sed quae illa fabrilia vasa? non capio, & valde fallor nisi locus corruptus: duo priora adgnoscit etiam in Georgicis Virgilius, ubi de pilo caprino.

———*torquetur, & ipse*
Vsum in castrorum, ac miseris velamina nautis.

Inde intelligendus Iuvenalis Sat. V.

Qui tegitur parma, & galea, metuensque flagelli
Discit ab hirsuta iaculum torquere capella.

Vbi valde ineptit vetus Scholiastes, qui Capellam senem magistrum campiductorem nobis comminiscitur.

Galbeum, ornamenti genus.

Ita vocabantur armillae, quae militibus ob virtutem donabantur ab Imperatoribus tamquam merces, & praemium fortitudinis. Vide *Calbeos*. Possunt itaque dicti videri quasi *Gaialbei*, litteris binis extritis, nam Latinis & Tarentinis *Gaius* erat merces. Etymologici auctor. Ἰταλιῶται καὶ Ταραντῖνοι γαῖον τὸν μισθὸν λέγουσι. *Itali, & Tarentini gaium mercedem dicunt.*

Pro eo quo viri sunt honesta catachresi *Ramus* ponitur nonnumquam. Apuleius alibi. *Vox crassescit, ramus roborascit*. Ausonius Centone.

———*ramum qui veste latebat.*

Prudentius contra Symmachum libro I. De Priapo.

Sinum lactis, & haec votorum liba quotannis
Accipit, & ruris servat vineta Sabini,
Turpiter adfixo pudeat quem visere ramo.

Forte ex Bacchi fabula, qui ut fidem Polymno datam solveret, ut ait Arnobius lib. V. *Ficorum ex arbore ramum validissimum praesecans, dolat, runcinat, levigat, & humani speciem fabricatur in penis*. Sed commodum, quia in Arnobium incidi, antequam finem capiti imponam, locum eius illo ipso libro contaminatum emaculem. Pag. 165. lin 12. *Quid coronae? quid violae? quid volucra mollium velamenta lanarum?* Volui olim *velamenta* expungere, ut interpretamentum τοῦ *volucra*, quod nunc non placet, legendum enim censeo, *mollium velumenta lanarum*. Nam vellera & *Velumenta*, & *Velumina* adpellabant. Varro de Re Rust. libro II. cap. XI. *Quam (lanam) demtam, ac conglobatam, alii vellera, alii velumina adpellant*. Sunt vero *Velumina* idem quod *Vellimina*, sed veteres consonantes non geminabant, & *V* pro *I* usurpabant: itaque non necesse ea verba sollicitare. Arnobius autem velumenta ista *volucra* nominat per adpositionem, ut vocant Grammatici. Hoc ipsum aliis verbis paulo ante planius dixit. *Quid lanarum vellera, quibus arboris colligatis, & circumvolvitis stipitem.*

CAP. VIII.

Iuvenes, & virgines sub Veneris regno. Sacra ei pro amoribus suis faciebant. Virgines icunculas ei, & coronas suspendebant. Iuvenes Zonas amasiarum. Fortuna Virginensis eadem cum Venere, togaeque ei suspensae. Muliebris cum Iunone. Divites a parasitis Genii dicti.

Apud veteres iuvenes virginesque sub Veneris se esse imperio arbitrabantur, & si quid mali accidisset, eius id ipsum irae imputabant. Mathematici quoque a decimo anno ad XVIII. sub Venere esse dicunt. Apud Musaeum Leander.

Πείθεο καὶ σὺ φίλη, μὴ Κύπριδι μῆνιν ἐγείρῃς.
Pare & tu dilecta, ne Veneris iram excites.

Daphnis apud Theocritum Idyll. XXVIII.

Φεῦ φεῦ, τᾶς Παφίας χόλον ἅζεο καὶ τύγε κώρα.
Heu heu, Paphiae iram verere & tu puella.

Parthenius ἐρωτ. V. de Leucippo. Οὗτος κατὰ μῆνιν Ἀφροδίτης εἰς ἔρωτα ἀφικόμενος τῆς ἀδελφῆς, τέως μὲν ἐκαρτέρει οἰόμενος ῥᾷστα ἀπαλλάξασθαι τῆς νόσου. *Hic ob iram Veneris in amorem sororis incidens, adhuc quidem sustinebat putans facillime hoc morbo liberatum iri.*

Cal-

Callidorus etiam apud Plautum Pseudolo contabescens amore Phoenicii,

——nihil hoc ad Iovis iudicium attinet.
Sub Veneris regno vapulo, non sub Iovis.

Sacra itaque ei faciebant ut amore suo potirentur. Clare apud Aristaenetum lib. I. epistola I. Ὠ πότνια Α᾽φροδίτη. τί σοι τῆς Λαΐδος ἕνεκα θύσω; *O veneranda Venus, quid tibi pro Laide sacrificabo?* Et alibi. Ναὶ πρὸς τῆς Α᾽φροδίτης, ᾗ νῦν τέθυκα μὲν, γνώσομαι διὰ τὴν θυσίαν, ἐάν σε πρὸς ἡμᾶς ἡ θεὸς ἐπικλίνῃ. *Per Venerem, cui nunc quidem sacrificavi, cognoscam per sacrificium an te Dea erga nos inclinet.* Ideo virgines icunculas ei consecrabant. Persius Sat. II.

Dicite Pontifices in sancto quid facit aurum?
Nempe hoc, quod Veneri donatae a virgine pupae.

Eodem modo vestes Fortunae Virginali, cui apud Capenam portam Serv. Tullius aedem exstruxit, teste Plutarcho in Problem. Arnobius lib. II. *Puellarum togulas Fortunam defertis ad Virginalem.* Sed eadem haec cum Venere, nam illae deam istam fortunam suam adpellabant, utpote a qua & bona, & infortunia, accidere sibi existimabant. Sic Fortuna *Muliebris* eadem cum Iunone, in cuius curatela matronae. Parasiti quoque divites sub quorum clientela essent, Genios suos nominabant. Apud Plautum Capt. Sc. *Quanto in pectore.*

Vt ego vidi. HE. *meum gnatum?* ER. *tuum gnatum, & Genium meum.*

Curcul. Sc. *Date viam.*

Ecquis est, qui mihi commonstret Phaedronum Genium meum?

Menaechm. Sc. *Ni mala.*

*——*ME. *o mea commoditas, o mea opportunitas.*
Salve. PE. *salve.* ME. *quid agis?* PE. *teneo dextera Genium meum.*

Atque haec ἐν παρόδῳ per occasionem. Redeo ad Venerem virginum Fortunam. Praeterea, quum amoris sui compotes factae nupsissent, coronas ei suspendebant. Agathias in Epigramm.

Τῇ παφίῃ στεφάνους, τῇ παλλάδι τὴν πλοκαμῖδα,
Α᾽ρτέμιδι ζώνην ἄνθετο καλλιρόη.
Εὕρετο γὰρ μνηστῆρα τὸν ἤθελε.——
Paphiae coronas, Palladi comam,
Dianae cingulum dedicavit Callirhoe.
Invenit enim sponsum quem volebat——

Iuvenes quoque Zonas amasiarum suarum. Theocritus loco citato.

Κο. Φεῦ φεῦ, κ̀ τὰν μίτραν ἀπέσχισας, ἐς τί δ᾽ ἔλυσας;
Δα. Τᾷ παφίᾳ πρώτιστον ἐγὼ τόδε δῶρον ὀπάζω.
CO. *Heu heu, & mitram discidisti, ad quid vero solvisti?*
DA. *Paphiae primum ego hoc domum praebeo.*

CAP. IX.

Gladiis semper accincti veteres. Μαυλίδες. *Athenienses primi morem eum abiiciunt. Amatorum mos.* Εἰσπνήλαι. Εἰσπνεῖν. *Nolarum usus ad excubiarum explorationem. Eaedem in locis munitis adservatae a certis custodibus.*

VEteres quum aedes satis tutas non haberent gladiis semper accincti incedebant. Notat hunc morem breviter Didymus ad Odyss. χ'. Ε᾽ξιφηφόρουν οἱ παλαιοί. *Gladium ferebant antiqui.* Fusius Thucydides lib. I. ξυγγραφῆς. Πᾶσα ἡ ἑλλὰς ἐσιδηροφόρει διὰ τὰς ἀφράκτους τε οἰκήσεις, καὶ οὐκ ἀσφαλεῖς παρ᾽ ἀλλήλους ἐφόδους, κ̀ ξυνήθη τὴν δίαιταν μεθ᾽ ὅπλων ἐποιήσαντο, ὥσπερ οἱ βάρβαροι. *Cuncta Graecia ferrum gestabat, eo quod habitacula immunita haberet, nec tutos invicem ingressus, & consuetam vitae rationem cum armis instituebant, ut barbari.* Inde etiam gladii μαύλιδες dicti, διὰ τὸ ὁμοῦ αὐλίζεσθαι, quasi ὁμαυλίδες, ut notat eius interpres vetus. Primi mutarunt Athenienses, teste ibidem Thucydide, & Ammiano lib. XXXIII. *Omnes tamen, vel inter epulas festosque dies gladiis cincti cernuntur. Quem Graecorum veterum morem abiecisse primos Athenienses Thucydides est auctor amplissimus.*

Dixi superiori capite de amatoribus: libet & heic morem eis usitatum referre. Solebant amasios amasiasve aliquo euntes sequi, eoque solabantur amorem suum. Servius de Hymenaeo ad AEneid. lib. I. *Hymenaeus Atheniensis adeo pulcer fuit, ut adolescens puella putaretur: is quum unam nobilem virginem ipse mediocriter ortus adamasset, eiusque nuptias desperaret, quod unum poterat, sequendo puellam amori satisfaciebat.* Quin & in eisdem vestigiis pedes figebant, quo magis amorem ostenderent, Aristaenetus libro I. Οἱ φιλοθεάμονες τοῦ κάλλους εἰς διδασκάλου προϊόντα περιεσκόπουν συνωθοῦντες. κ̀ ἦν ὁρᾶν πρὸς τούτους πληθούσης τῆς ἀγορῆς στενοχωρουμένας ᾗ λαύρας. κ̀ πολύ γε διὰ τοῦτο τὸ λίαν ἐρωτικὸν τοῖς ἴχνεσι τοῦ μειρακίου τοὺς ἑαυτοῦ ἐφήρμοζον πόδας. *Amantes spectare pulcritudinem circumspiciebant compellentes praeeuntem ad Magistrum; & praeter hos, videre erat repleto foro vicos angustos fieri, & multitudinem propter hunc vehementem amorem pueri vestigiis suos pedes aptare.* Hinc nimirum ἀπνήλαι dicti, ut volunt quidam, παρὰ τὸ ἕπεσθαι ἐρωμένοις; quae verba etiam hunc morem indicant: etsi rectius sit dicere εἰσπνήλας nuncupatos esse παρὰ τὸ εἰσπνεῖν, quod Laconibus est *Amare*, ut notavi ad Theocriti Idyll. XII.

In oppidis & castris nolae erant quibus ad explorandas excubias praefecti vigilum utebantur. Vlpianus ad Orationem Demosthenis περὶ παραπρεσβ. Τὸν κώδωνα περιάγουσιν νύκτωρ οἱ φύλακες, ἀποπειρώμενοι εἰ ἐγρηγόρασιν οἱ περὶ τὰς πύλας φυλάττοντες. *Tintinnabulum circumducunt noctu Custodes, explorantes an vigilent, qui portas custodiunt.* Harpocration. Διεκωδώνισε. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας, ἀντὶ τοῦ διεπείρασε, κ̀ ἐξήτασε. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν περιπολούντων σὺν κώδωσι νυκτὸς τὰς

τας φύλακάς. *Tintinnabulo sonuit. Demosthenes in Oratione De falsa Legatione, pro exploravit, & exquisivit. Metaphora ab eis, qui circumeunt cum tintinnabulis custodias noctis.* Hesychius. Οἱ περιπολάρχαι ἐρχόμενοι κώδωνα διέσειον, καὶ οὕτως ἐξετάζον τὸν καθεύδοντα. *Praefecti vigilum venientes tintinnabulum quatiebant, atque ita tentabant dormientem.* Aristophanis Scholiastes ad Nubes. Δημήτριος γάρ φησιν ὅτι κατὰ τὰς φυλακὰς εἰ ἐγρηγόρασι κώδωσι διεσήμαινον. *Demetrius enim ait secundum custodias an vigilarent tintinnabulis significavisse.* Et ad Aves. Οἱ περίπολοι τὰς φυλακὰς περισκοποῦντες ἐρχόμενοι κώδωνας εἶχον, καὶ διὰ τούτων ἐψόφουν πειράζοντες τὸν καθεύδοντα, καὶ ἵνα οἱ φυλάττοντες ἀντιφθέγγωνται. *Praefecti vigilum custodias circumspicientes vadentes tintinnabula habebant, & his in tenebris ibant tentantes qui dormiret, & an qui custodiunt contra sonarent.* Adservabantur hae nolae in locis munitis certique eis custodes praepositi: solebant enim hostes in id incumbere, ut possent clam auferre, atque ita excubiarum explorationem impedirent, vigilibusque ideo securioribus facilius urbium castrorumve per dolum, & stratagema aliquod po irentur. Adparet ex Parthenio Erot. VII. de Hipparino, & Antileonte. Ὁ δὲ ἄρα κατειρωνευόμενος προστάξεν αὐτῷ ἀπό τινος ἐρυμνοῦ χωρίου, ὃ μάλιστα ἐφρουρεῖτο ὑπὸ τοῦ τῶν ἡρακλεωτῶν τυράννου, τον κώδωνα κατακομίσαι, πειθόμενος μὴ ἄν ποτε τελέσειν τόνδε τὸν ἆθλον. ἀντιλέων δὲ κρύφα τὸ φρούριον ὑπελθὼν, καὶ λοχήσας τὸν φύλακα τοῦ κώδωνος κατακαίνει. καὶ ἐπειδὴ ἀφίκετο πρὸς τὸ μειράκιον ἐπιτελέσας τὴν ὑπόσχεσιν, ἐν πολλῇ αὐτῷ εὐνοίᾳ ἐγένετο, καὶ ἐκ τοῦδε μάλιστα ἀλλήλους ἐφίλουν. *Qui vero e contra simulans iussit ipsi a quodam munito loco, qui maxime custodiebatur ab Heracleotarum Tyranno, tintinnabulum deferre, credens numquam certamen consummaturum esse; Antileo vero occulte munimentum quum subiisset, & insidias struxisset custodi tintinnabulo insonat; & postquam reversus est ad adolescentem implevitque promissum, magna ab eo benevolentia habitus est, & ex hoc maxime invicem se amabant.*

C A P. X.

Ὦπις *sive* Οὖπις *Diana*. Κεῖνος. *Iunoni a puerperis sacra facta, Dianae vestimenta consecrata*. Θύειν τὴν δεκάτην. Χιτώνη.

APud Arnobium lib. III. depravatum esse Ossipaginae nomen ostendi voluique restituere *Ops Opigena*, sed ut de Opigena bene, ita de Ope minus, nam hoc non Iunonis cognomentum, ut tum putavi, sed Dianae. Itaque forte sic legi potest. *Nulla est Opigena*, pro, *Nulla Ossipagina*. *Os* autem pro *Opis* dictum est, ut *Trabes, Trabs. Plebes, Plebs. Calix, Calx*, & talia. Mansit *Opis* apud Festum, & Augustinum. Pro Rhea autem Latinum est, pro Diana Graecum, Οὖπις, & Ὦπις Dorice. Vetus poeta apud Alexandrum Aetolum citante Macrobio libro v. cap. XXII.

Ὕμνησαι ταχέων Οὖπιν βλητῆραν ὀϊστῶν.
Laudato velocium Dianam iaculatricem sagittarum.

Callimachus Hymno III.

Οὖπι ἄνασσ' εὐῶπι, φαεσφόρε, καὶ δέ σε κείνης
Κρηταέες καλέουσιν ἐπωνυμίην ἀπὸ νύμφης.
Diana regina, inflamment, lucifera, & vero te dilecta
Cretenses vocant a cognomine Nympha.

Vbi κείνης ἀπὸ νύμφης viri docti vertere debuerant, *a Nympha dilecta*, non *ab illa Nympha*. Dicit enim Callimachus ita vocare Cretenses Dianam, quibus κεῖνος erat *Amasius*, ut ex Theone docui in Spicilegio Theocritico ad Idyll. XVIII. Hoc extra ordinem. De Diana Opi ita Scholiastes ad verba citata. Οὖπις, ἐπίθετον Ἀρτέμιδος, ἢ παρὰ τὸ ὀπίζεσθαι τὰς τικτούσας, ἢ παρὰ τὴν θρέψασαν αὐτὴν Οὖπιν, ἢ διὰ τὰς Ὑπερβορέους κόρας, Οὖπιν, Ἑκαέργην, Λοξώ, ἃς ἐτίμησεν Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις. καὶ ἀπὸ μιᾶς μὲν Οὖπις ἡ Ἄρτεμις. Λοξίας δὲ καὶ ἑκάεργος ἐκ τῶν λοιπῶν ὁ Ἀπόλλων. *Vpis, epithetum Dianae; vel ab opem ferendo parturientibus, vel ab Vpide, quae eam nutrierat, vel propter Hyperboreas puellas, Vpin, Hecaergen, Loxo, quas honoravit Apollo, & Diana; & ab una quidem Vpis Diana. Loxias vero, & Hecaergos ex reliquis Apollo*. Quae totidem verbis Etymologici Auctor. Quod ait. Παρὰ τὸ ὀπίζεσθαι τὰς τικτούσας. Ecce apud Augustinum de Civitate Dei libro IV. cap. XI. *Ipse Lucina, quae a parturientibus invocetur. Ipse opem ferat nascentibus, excipiens eos sinu terrae, & vocetur Opis*. Hic enim *Opis* non est Saturni uxor, sed Diana: utramque enim deam parientibus praesto esse credebant, itaque post puerperium Iunoni sacrificabant, Dianae vero vestimenta dicabant. De sacrificio est videre apud Plautum Truculento, Sc. *Puero isti*.

Eumque gero ornatum, ut gravida quasi puerperio cubem.
Date mihi huc stactam atque ignem in aram, ut venerem Lucinam meam.
Hic adponite, atque habite ab oculis. o Pithecium,
Face ut accumbam, adiutare sic decet puerperam.
Soleas mihi date, pallium iniice in me huc, Archilis.
Vbi est Astaphium? fer huc verbenam mihi, tus, & bellaria,
Date aquam manibus. ———

Fiebat id τῇ ἀμφιδρομίᾳ, vocabantque θύειν τὴν δεκάτην. Sed infra de hoc fusius dicetur. De vestimentis autem Dianae devoveri solitis cognoscimus ex Callimachi interprete Hymno in Iovem. Τικτομένων τῶν βρεφῶν ἀνετίθεσαν τὰ ἱμάτια τῇ Ἀρτέμιδι. *Natis puellis, vestimenta Dianae dedicarunt*. Et ab hac re etiam χιτώνη cognominata fuit. Inscriptio vetus ista hanc innuit. VIRGIN. CHITONE SACRVM.

CAP.

C A P. XI.

Θαργήλια. Θάργηλος. *Suidas restitutus.* Εἰρεσιώνη. *Thargeliis in binis tribubus expensarum subpeditator, urbs duobus viris lustrata.*

SAcra erant apud Athenienses antiquissima Θαργήλια nuncupata Soli, & Horis (vel Dianae, ut alii volunt) instituta, in quibus ramos oleaginos lana coronatos, quos ἀρεσιώνας propterea vocabant, omnis generis fructibus ex iis dependentibus, gestabant; eosque deinde statuebant ante fores templi Apollinis, puero patrimo matrimo canente hos tres versus.

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει ϗ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ ϗ ἔλαιον ἀποψήσασθαι,
Καὶ κύλικ' εὔζωρον, ὡς μεθύουσα καθεύδῃς.
Eresione ficus fert, & pingues panes,
Et mel in cotyla, & oleum ad abstergendum
Et calicem merum, ut ebria dormias.

Vide Suidam. Aristophanis Scholiastes Pluto dicit ante aedes suas posuisse, & quotannis renovare consuevisse. Εἰρεσιώνη δὲ θάλλος ἐλαίας ἢ δάφνης, ἐξ ἐρίων ϗ θαλλοῦ συμπεπλεγμένος, ἔχων ἄρτον ἐξηρτημένον ϗ κοτύλην. ἔστι δὲ μέτρον ὃν νῦν καλοῦμεν ἡμίξεστον. ϗ σῦκα ϗ πάντα τὰ ἀγαθά. ταύτην δὲ τὴν εἰρεσιώνην πρὸ τῶν οἰκημάτων ἐτίθεντο οἱ ἀθηναῖοι, ϗ κατ' ἔτος ἤλλαττον. εἰώθει δὲ παῖς ἀμφιθαλὴς ἀμφ' αὐτῇ ταῦτα λέγειν.

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει ϗ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, ϗ ἔλαιον ὑποψήσασθαι
Καὶ κύλικ' εὔζωρον, ὡς μεθύουσα καθεύδῃς.

Eiresione vero surculus oleae, & laurus, ex lanis & ramo complicatus, habens panem subsspensum, & scutellam. Est vero mensura, quam nunc vocamus Hemisextum. Et ficus, & omnia bona. Hanc vero Eiresionem ante domos ponebant Athenienses, & quotannis mutabant. Consuevit autem puer vesticeps de ipsa haec dicere.

Eiresione ficus fert, & pingues panes,
Et mel in scutella, & oleum ad abstergendum,
Et calicem merum, ut inebriata dormias.

Sed lego secundo versu non ἀποψήσασθαι, ut est apud Suidam, vel ὑποψήσασθαι, ut hic, verum ἀναψήσασθαι: in tertio autem καθεύδῃ. Quod vero dicit ante aedes posuisse, sciendum id demum festo transacto factitatum. Suidas. Μετὰ δὴ τὴν ἑορτὴν τεθίασι παρ' αὐτὰς τὰς θύρας. *Post festum profecto ponunt apud ipsas portas.* Eadem etiam πυανέψια dicebantur, nam κυάμους veteres Graeci πυάνους adpellabant. Theseus enim quum Minotaurum debellaturus Cretam navigaret, & per tempestatem in Delum adpulisset, inter cetera Apollini pro salute sua etiam fabam elixam vovebat. Suidas. Λέγεται θησέα καθ' ὃν εἰς κρήτην καιρὸν ἔπλει προσχόντα δήλῳ διὰ χειμῶνα, εὔξασθαι ἀπόλλωνι κατασέψασθαι κλάδοις (lego κλάδους) ἐλαίας ὅταν σωθῇ τὸν μινώταυρον ἀποκτένας, ϗ θυσιάσειν, ϗ τὴν ἱκετηρίαν ταύτην καταστέψας ἑψῆσαι χύτρας αἰθάλης, ϗ ἔτνος. ϗ βωμὸν ἱδρύσασθαι. διὸ ϗ πυανέψια δοκεῖ λέγεσθαι, οἷον κυανέψια (potius κυαμέψια) τὸ γὰρ πρότερον τοὺς κυάμους πυάνους ἐκάλουν. *Dicitur Theseus, quo tempore in Cretam navigabat, Delo adpulsum ob tempestatem, vovisse Apollini se ramis oleae redimitum si salvus occiso Minotauro rediret, & choros plausurum, & hunc is ramum quum coronasset, elixaturum ollas cineris, & fabae, & altare erecturum. Propterea & Pyanepsia videntur dici, veluti cyamepsia; prius enim fabas pianos vocabant.* Olla vero illa, cuius ibi mentionem vides, θάργηλος nominabatur, non minus quam ipsa ἀρεσιώνη. Hesychius. Τὴν ἱκετηρίαν (intelligit ἀρεσιώνην) ἐκάλουν θάργηλον. *Supplicationem vocabant thargelum.* Postea. Καὶ ὁ θάργηλος χύτρος ἐστὶν ἀνάπλεως σπερμάτων. *Et thargelus olla est seminibus plena.* Et paulo post. Θάργηλος, χύτρα ἱεροῦ ἑψήματος. *Thargelus, olla sacrae decoctionis.* In Suida excidit haec dictio. Θαργήλια, ἑορτὴ ἀπόλλωνος ϗ ἀρτέμιδος. καὶ μὴν θαργηλιών. καὶ ὁ τῶν σπερμάτων μεστὸς χύτρος ἱεροῦ ἑψήματος. *Thargelia, festum Apollinis, & Dianae, & Thargelion. Thargelus olla sacrae decoctionis seminibus plena.* Manifesto restitui debet, Καὶ θάργηλος ὁ τῶν σπερμάτων, &c. In hoc vero Festo binae tribus unum impensarum subministratorem habebant. Vlpianus ad Orat. Πρὸς λεπτίνην. Ἐν τοῖς θαργηλίοις δυοῖν φυλαῖν εἷς μόνος καθίστατο χορηγός. τοῖς δὲ μεγάλοις διονυσίοις ἀνθεστηριῶνος μηνὸς, πλέονος αὐτῷ γινομένης τῆς δαπάνης, εἷς χορηγὸς ἑκάστης φυλῆς καθίστατο. *In Thargeliis duobus tribubus unus solus subministrator constituebatur. In magnis autem Dionysiis mense Anthesterionis, maior ei impensa quum esset, unus subministrator cuiuscumque tribus constituebatur.* Lustrabant etiam urbem duobus viris, altero mares, altero feminas. Harpocration. Δύο ἄνδρας ἀθήνησιν ἐξῆγον καθάρσια ἐσομένους τῆς πόλεως ἐν τοῖς θαργηλίοις. ἕνα μὲν ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν. ἕνα δὲ ὑπὲρ τῶν γυναικῶν. *Duos viros Athenis educebant piacula futuros urbis in Thargeliis, unum quidem pro viris, unum autem pro feminis.* Alebantur autem illi publico sumtu, & quotannis, his Festis Thargeliis in mare deturbabantur Neptuno, ut piaculum essent pro populo, dicebant enim ut unumquemque detrudebant, περίψημα ἡμῶν γενοῦ. Testis Suidas; & Aristophanis interpres ad Plutum. Porro & alia Thargelia fuerunt, quae nimirum a Milesiis celebrari solita. Meminit eorum Parthenius Erot. IX. Τοῖς Μιλησίοις ἑορτὴ μετὰ τρίτην ἡμέραν θαργήλια ἐπῄει, ἐν ᾗ πολύν τε ἄκρατον εἰσφοροῦνται, καὶ τὰ πλείστου ἄξια καταναλίσκουσι. *Milesiis festum post tertiam diem Thargelia adveniunt, in quo multum merum inferunt, & plurimo digna impendunt.*

CAP.

CAP. XII.

Vota & sacra veterum antequam ad bellum, aut peregre irent. Ἐξιτήριοι & Ἐφόδιοι εὐχαί. Ἐξιτήρια. Ἐξαγγέλια. *Armitia. Armites.* Θύειν τὰ ἐπινίκια. Ἐκβατήρια.

OLim duces qui aliqua religione tenerentur copias educturi pro exercitus salute vota nuncupabant, deosque invocabant, qua de re videri potest Plutarchus περὶ Δεισιδαιμονίας. Apud Parthenium Erot. IX. Τέλος δὲ ὡς ἐδόκει πᾶσι πέθεσθαι, καὶ νὺξ ἐπῆλθεν, ἐν ᾗ προσετέτακτο πᾶσι παραγίνεσθαι, πολλὰ κατευξάμεναι τοῖς θεοῖς, δεχομένων αὐτὰς τῶν ἀμφὶ Διόγνητον εἰσπίπτουσιν εἰς τὸ τεῖχος τῶν Μιλησίων. *Finis, ut cunctis credi videbatur, & nox supervenit, in qua iussum erat cunctis proficisci, & multa Deis vovere, excipiente eos Diogneto, in Milesiorum murum incidunt.* Haec vota vocabant ἐξιτηρίους sive ἐφοδίους εὐχάς. Etymologici Auctor. Ἐξιτηρίους εὐχὰς, ἐφοδίους, τοῖς πρὸς ἔξοδον ἔχουσιν ἢ πρὸς θάνατον. *Exiteria vota, viatica, eis, qui ad exitum, vel ad mortem tendunt.* Sacra etiam faciebant, idque dicebant θύειν τὰ ἐξιτήρια. Suidas. Ἐξιτήρια καὶ ἐξαγγέλια κατὰ ῥωμαίους, τὰ ὑπὲρ τῆς ἐξόδου παρεχόμενα. *Exiteria, & Exangelia iuxta Romanos, quae super profectione praebentur.* Sed τῶν ἐξιτηρίων nomen latius patet, nam & de votis sacrificiisque militaribus, & de privatorum hominum aliquo iter capessentium intelligi potest. Postremum Romani (& Suidas haec magis respexit, nam ait κατὰ ῥωμαίους) *Propter viam* nominabant, faciebantque Herculi Sanco ut ex Festo cognoscimus. Meminit & Macrobius. Quae autem Legati faciebant, ea proprie ἐξαγγέλια. Sed ad milites revertar. Eorum *Armitia* erant, ita dicta quod ad arma irent. Glossae. *Armitia*, θυσία. Vel *Armitia*, quasi militaria; nam milites *Armites* nuncupabantur. Eaedem Glossae. *Armites*, ὁπλῖται οἱ ἐν ἐσχάτῃ τάξει. *Armites*, παράταξις ἐνόπλιος. Sed prior etymologia magis placet. Non solum autem ante pugnam sacrificabat, verum etiam post si superiores evasissent, idque vocabant θύειν τὰ ἐπινίκια. Polyaenus lib. V. Καρχηδονίους νικήσας θύων ἐπινίκια φ' ἄνδρας τοὺς ὑπόπτους ἐπὶ τὴν ἑστίαν ἐκάλεσεν. *Quum Carthaginienses vicisset sacrificans epinicia quingentos viros subspectos ad convivium vocavit.* Heliodorus lib. IX. Οὗτοι μὲν ἔφη πρῶτοι ληφθέντες, εἰς ἀπαρχὴν τοῦ πολέμου σωζέσθωσαν κατὰ τὰς ἐπινικίους θυσίας. *Hi quidem dicebat primi capti in primitias belli servantor pro Epiniciis sacris.* Eadem & ἐκβατήρια, quamvis eo nomine adpellabantur omnia sacra, quae faciebant, qui grave aliquid periculum effugissent, itaque θύειν τὰ ἐκβατήρια τῆς νόσου legitur in Sophistis Philostrati.

CAP. XIII.

Triboniani, & Theophili error. Caius explicatus. De quadrupedibus, quae pecudum numero habitae. Caprae in pascuis vagabundae. Theophilus forte restitutus, & Virgilius tentatus.

TRibonianus, *T. De lege Aquilia §. Quod autem*, 1. quadrupedes pecudum numero habitas interpretatur eas, quae proprie gregatim pasci dicerentur, quales sunt equi, muli, asini, oves, boves, caprae. Verba eius haec. *Quod autem non praecise de quadrupede, sed ea tantum, quae pecudum numero est, cavetur: eo pertinet, ut neque de feris bestiis, neque de canibus cautum esse intelligamus: sed de iis tantum, quae gregatim proprie pasci dicuntur: quales sunt equi, muli, asini, oves, boves, caprae.* Nec aliter Theophilus. Περὶ γὰρ τούτων μόνων διελέχθη ἅτινα κυρίως νέμεσθαι, καὶ ἀγεληδὸν βόσκεσθαι εἴωθε, ὁποῖά εἰσιν ἵπποι, ἡμίονοι, βόες, πρόβατα, αἶγες. Vbi rescribendum puto ad Triboniani, & Caii verba ἡμίονοι, ὄνοι, βόες. Credibile enim est librarios compendio studentes vocem ὄνοι omisisse propter duas postremas syllabas praecedentes. Non leviter autem falluntur uterque; nam neque Caius hoc voluit dicere, neque caprae gregatim pascuntur. Attendamus ipsa verba Caii. *L. Lege Aquilia. 2. D. Ad legem Aquiliam. Servis exaequat quadrupedes, quae pecudum numero sunt, & gregatim habentur: veluti oves, caprae, boves, equi, muli, asini.* Existimarunt *gregatim haberi* esse idem quod *gregatim pasci*, quum mens Caii sit, eas quadrupedes pecudum esse numero, quarum greges inter possessiones suas haberent, nam caprarum greges habuisse certissimum est: ideoque recte canes inter pecudes non censentur, quum tanto numero non sint ut gregem constituere possint. Iam ad capras, quod attinet congreges eas pasci, ut oves, boves, reliquaeque pecudes, non est verum: hac de causa αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν dixit poetarum princeps Homerus. Virgilius in Culice.

Propulit e stabulis ad pabula laeta capellas
Pastor, & excelsi montis iuga summa petivit.
Lucida qua patulos velabant gramina colles,
Iam silvis dumisque vagae, iam vallibus abdunt
Corpora: iamque omni celeres a parte vagantes
Scrupea desertae perrepunt ad cava rupis.

In quorum versuum primo non male legerit quisquam *pabula lota*, quae erunt ad verbum αἰπόλια πλατέα Homeri: sed & prior lectio non improba. Varro quoque lib. II. cap. III. disperdere se eas dicit. Finiam elegantissimo. & ad rem praesentem adcommodatissimo loco Artemidori Ὀνειροκριτικῶν lib. II. cap. XII. Οὐ συναγελάζονται (αἱ αἶγες) ἀλλὰ χωρὶς ἀλλήλων νεμόμεναι κατὰ κρημνῶν καὶ πετρῶν, αὐταί τε πράγματα ἔχουσι, καὶ τῷ ποιμένι παρέχουσιν. *Non congregantur caprae, sed invicem separatae pascentes per praecipitia, & petras,* ipsae-

ipsaeque negotia habent, & pastori facessunt. Recte vero, κ̀ τῷ ποιμένι παρέχουσι. Columella lib. VII. cap. VI. *Magister autem pecoris acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer, atque audax esse debet, & qui per rupes, per solitudines, per vepres facile vadat, & non ut alterius generis pastores sequatur, sed plerumque ut antecedat gregem.*

C A P XIV.

Zonis virgines suspendere se solitae. Zonas etiam meretrices gestabant. Μίτρα *quotuplex.* Κίδαρις.

Apud veteres si quando suspendio vitam finire virgines constituerent, quae generosiore essent animo, Zonis suis ad rem eam abutebantur, honestius id multo ratae, quam si restim adhibuissent. Apud Sophoclem de Antigone in Tragoedia sui nominis haec narrantur.

——— ἐν δὲ λοισθίῳ τυμβεύματι
Τὴν μὲν κρεμαστὴν αὐχένος κατείδομεν
Βρόχῳ μιτρώδει σινδόνος καθημμένην.

Parthenius de Biblide Erot. XI. Τὴν δὲ ἄρα ὑπὸ τοῦ πάθους μὴ ἀνιεμένην, πρὸς δὲ δοκοῦσαν αἰτίαν γεγονέναι καύνῳ τῆς ἀπαλλαγῆς, ἀναψαμένην ἀπό τινος δρυὸς τὴν μίτραν ἐνθεῖναι τὸν τράχηλον. *Nec ex aegritudine profecto remissam, opinantem autem Cauno mortis causam fuisse, quum aptasset cuidam quercui mitram, imposuisse collum.* Horatius ad Galateam lib. III. Od. XXVII.

Quid mori cessas? potes hac ab orno
Pendulum Zona bene te sequuta
Laedere collum.

Polyaenus lib. VIII. de Epicharide meretrice. Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἡ Ἐπίχαρις ἐκομίζετο μὲν φορείῳ. ἡ δὲ λυσαμένη τὴν ζώνην, ἀπεβρόχιζεν ἑαυτὴν ἐν αὐτῷ φορείῳ. *Post tres dies Epicharis gestabatur vehiculo. Quum vero solvisset Zonam, in ipso vehiculo se suspendit.* Vbi obiter, & hoc observare est, meretrices etiam virginalis pudicitiae indicem Zonam gestasse, perinde ac si virgines forent, quod ipsum etiam cognoscere licet ex Theodor. θεραπευτ. 3. & Iuvenale Sat. III. ubi inquit.

Ite, quibus grata est picta lupa Barbara mitra.

Iam Μίτρα, quoniam in hanc vocem incidi, apud veteres triplex. Erat enim & virginalis, & militaris, & capitis redimiculum. De virginali notum est, alioquin possint multa loca poetarum adduci. De militari. Hesychius. Μίτρα ἡ χαλκῆ λεπὶς, διάδημα, ζώνη, θώραξ, ταινία. *Mitra, aerea squamma, redimiculum, cingulum, thorax, vitta.* Homeri Schol. Iliad. IV. Μίτρη χαλκῆ λεπὶς, ἣν ζώννυνται περὶ τὸν κενεῶνα χάριν πλείονος ἀσφαλείας. *Mitra, aenea lamina, quam cingunt circa ventrem maioris firmitatis gratia.* Vide etiam Etymologicographum, & Suidam. Parthenius Erot. IX Τῇ δὲ ἐπιούσῃ οἱ Νάξιοι πολὺν πόθον εἶχον τίσασθαι τὴν κόρην, κ̀ οἱ μὲν τισιν αὐτὴν μίτραις ἀνέδουν, οἱ δὲ ζώναις, αἷς βαρηθεῖσα ἡ παῖς διὰ πλῆθος τῶν ἐπιῤῥιπτουμένων ἀπεπνίγη. *Insequenti die Naxii multum desiderium habuerunt puniendi puellam. Et hi quidem quibusdam ipsam mitris religarunt, illi vero Zonis, quibus onerata puella ab multitudinem eorum quae iniiciebantur suffocata est.* Virgilius AEneid. IX. Iam pro fascia, qua caput redimiri solebat, acceptam mitram discimus ex Hesychio, qui ita ait. Ἀναδέσμη. μίτρα ἀνάδημα, οἱ δὲ εἶδος κόσμου ἐπὶ κεφαλῆς. *Redimiculum, mitra, diadema; quidam vero dicunt speciem ornatus in capite.* Item ex Suida, Ἀναδέσμη. ὅμοιόν τι διαδήματι, ἢ μίτρα κεφαλῆς. *Anadesme. Simile quid diademati, vel mitra capitis.* Palaephatus. Καὶ τὴν κόμην ἀνεδοῦντο μίτραις. *Et comam religabant mitris.* Callimachus Hymno εἰς Δῆλον.

———ᾧ ὑπὸ μίτραν
Ἵξεται οὐκ ἀέκουσα Μακεδόνι κοιρανέεσθαι
Ἀμφοτέρη μεσόγεια.———

———*cui sub mitra*
Venit non invita Macedoni imperatura
Vtraque mediterranea.

Sophocles quoque Oedip. Tyranno Bacchum χρυσομίτραν vocat, τὸν χρυσῆν περικεφαλαίαν ἔχοντα, ut interpretatur recte Demetrius. Propertius lib. IV. eleg. II.

Cinge caput mitra, speciem furabor Iacchi.

Nec tantum virorum erat, sed & mulierum. Etymologici auctor. Μίτρα λέγεται ὁ γυναικεῖος τῆς κεφαλῆς ἀνάδεσμος. *Mitra dicitur muliebre capitis redimiculum.* Ovidius Metamorph. lib. XIV.

Ille etiam picta redimitus tempora mitra,
Innitens baculo positis per tempora canis,
Adsimulavit anum.———

Virgilius in Copa.

Copa Syrisca caput Graia redimita mitella.

Ad quem locum plura Scaliger. Non magis tamen propria anuum, quam Zona virginum. Isidorus Orig. lib. XIX. cap. XXXI. notat pileum Phrygium proprie fuisse, atque e lana. Beda lib. II. Exposit. in Esram cap. XIV. putat eamdem cum cidari esse. *Ponite cidarim mundam super caput eius, quae mitra a plerisque dicitur.* Origenes tamen ad levitici capit. VIII. diserte distinguit. *Propterea accipit primo cidarim, quod est vel operimentum quoddam capitis, vel ornamentum, & post hoc superimponitur ei mitra.* Recte: nam etsi κίδαρις etiam est redimiculum capitis, non propterea cum mitra eadem esse dicenda est. Suidas. Κίδαρις περίθεμα κεφαλῆς. ἢ ἐκ τῆς τριχὸς ὕφασμα. ἔτι εἶδος καμηλαυχίου, ὃ κ̀ τιάρα νοεῖται. τινὲς δὲ κίδαριν λέγουσι περικράνιον πῖλινον, ἢ στέφανον, ἢ φακιόλιον, ἢ πῖλον βασιλικὸν περσῶν, ἢ τὸ στρόφιον ὃ οἱ ἱερεῖς φοροῦσι. *Cidaris operimentum capitis, vel textus ex crinibus. Insuper species Camelauchii quae, & Tiara intelligitur. Aliqui vero Cidarim dicunt pericranium ad modum pilei, vel coronam, vel fasciolam, vel pileum regium Persarum, vel strophium, quod Sacerdotes ferunt.*

CAP.

CAP. XV.

Coniuges, amici, & amasii uno sepulcro claudi soliti: item gemelli. Amicis fodere sepulcra signum amoris habitum.

Mos veteribus coniuges, amicos & amasios, fide, & amore erga se mutuo, qui insigni fuissent, post mortem uno sepulcro claudere. Apuleius Milesf. VIII. *Tunc propere familiares miserae Charites adcuratissime corpus ablutum, unita sepultura ibidem marito perpetuam coniugem dedere.* Val. Maximus lib. IV. cap. VI. de M. Plautio, qui uxore Orestilla funerata in gladium incubuit. *Quem amici, sicut erat, togatum & calceatum corpori coniugis iunxerunt: ac deinde subiectis facibus, utrumque una cremarunt. Quorum ibi factum sepulcrum Tarenti etiamnum conspicitur, quod vocatur* ΤΩΝ ΦΙΛΟΥΝΤΩΝ. Iason apud Valerium Flaccum lib. V.

> *Quod tamen externis unum solamen in oris*
> *Restat, ait, caras humus haec non dividet umbras,*
> *Ossaque nec tumulo, nec separe conteget urna,*
> *Sed simul, ut iunctis venistis in aequora fatis.*

Sic Paris & Oenone idem sepulcrum habuerunt. Strabo lib. XIII. Τάφον τε γὰρ Ἀλεξάνδρου δείκνυσθαί φησιν αὐτόθι, καὶ Οἰνώνης ἣν ἱστοροῦσι γυναῖκα γεγονέναι τοῦ Ἀλεξάνδρου, πρὶν Ἑλένην ἁρπάσαι. *Sepulcrum enim Alexandri ostendi aiunt ibi, & Oenones, quam tradunt uxorem fuisse Alexandri, antequam Helenam raperet.* Et gemellis hoc factum simul mortuis. Agathias in Epigramm.

> Εἷς δύ' ἀδελφοὺς ὧδ' ἐπέχει τάφος. ἓν γὰρ ἐπέσχον
> Ἦμαρ καὶ γενεῆς οἱ δύο, καὶ θανάτου.
> *Vnum duos fratres hic continet sepulcrum; unum enim habuerunt*
> *Diem & natalis duo, & mortis.*

Referam alterum morem hoc loco, nec incommode. Solebant etiam amici, & sanguine proximi, mortuis sepulcra fodere, quod amoris, ac benevolentiae certissimum symbolum existimabant. Antigone apud Sophoclem.

> ——— ἐγὼ δὲ δὴ τάφον
> Χώσουσ' ἀδελφῷ φιλτάτῳ πορεύσομαι.
> ———*Ego vero certe sepulcrum*
> *Quum fodero fratri dilectissimo abibo.*

Apuleius Florid. II. *Eum quoque (Pherecyden) Pythagoras magistrum coluit, & infandi morbi putredine in serpentium scabiem solutum religiose humavit.* Symposius interpres Historiae Apollonii Tyrii. *Tarsia vero corpus nutricis suae sepelivit, atque die annuo lugebat.* Apud Virgilium quoque AEneid. lib. IX. Nisus ita Euryalum adfatur.

> *Te superesse velim, tua vita dignior aetas;*
> *Sit qui me raptum pugna pretioque redemtum*
> *Mandet humo solitae: (si qua id fortuna negabit)*
> *Absenti ferat inferias, decoretque sepulcro.*

Achilles idem officii perhibet Trambelo apud Parthenium Erot. XXVI. Ἀγάμενος δὲ τῆς ἀλκῆς αὐτοῦ Ἀχιλλεὺς, ἔτι ἔμπνουν ἀνέκρινεν ὅστις τε ἦν καὶ ὁπόθεν. ἐπεὶ δὲ ἔγνω παῖδα Τελαμῶνος ὄντα, πολλὰ κατοδυρόμενος ἐπὶ τῆς ἠϊόνος μέγα χῶμα ἔχωσε. *Admirans vero eius robur Achilles adhuc spirans diiudicavit & quis erat, & unde. Quum vero cognovisset esse filium Triamonis, multa lamentans in littore magnum tumulum congessit.* Hoc etiam a crudeli suo amasio petit infelix amator apud Theocritum δυσέρωτι.

> Ἀλλὰ τὺ παῖ καὶ τοῦτο, πανύστατον ἁδύ τι ῥέξον,
> Χῶμα δέ μοι κοίλανον, ὃ μὲν κρύψει τοι ἔρωτα.
> *Sed tu puer & hoc, extremum omnino dulce aliquid facito,*
> *Tumulum vero mihi excava, quod quidem abscondet tibi amorem.*

CAP. XVI.

Nomina puellarum monilibus intexi solita. Prudentius illustratus. Agulum. Crustae ollarum. Ligna alia electa ad ustionem in coquinis, alia ad sacrificia. Cremia. Cocula. Millus. Mollestra. Amplocti.

Insignis certe locus Prudentii Hymno IV. Περὶ στεφάνων, quem non temere neglexerim, obscurus enim maxime est, si quis alius in toto eo Opere. Sic canit.

> *Tu tribus gemmis diadema pulcrum*
> *Offeres Christo genitrix piorum*
> *Tarraco: intexit cui Fructuosus*
> *Sutile vinclum,*
> *Nomen hoc gemmae strophio illigatum est.*

Multos sane haec puto non intelligere. Adludit autem ad morem eo aevo usitatum: virgines namque nomina sua monilibus intexta gestabant. Disco ex Aristaeneto libro I. epist. I. Περίκειται μέντοι μιτοκόλλητον περιδέῤῥαιον, ἐν ᾧ τοὔνομα γέγραπται τῆς καλῆς. γράμματα δ' ἐστὶ τῶν λιθιδίων ἡ θέσις. *Circumponitur profecto licio iunctum monile, in quo nomen scriptum est pulcrae. Litterae vero sunt lapillorum positura.* Divertam iterum ad Festum: in eo legitur.

> *Agolum, pastorale baculum, quo pecudes aguntur.*

Putat vir magnus detortum ex ἀγκάλιον, prius dictum fuisse *Agelum*. Pace eius liceat dissentire; mihi videtur non quaerenda etymologia in Graecia, quum in Latio habeatur: nam ut a *Iungo*, *Iungulum*. *Cingo*, *Cingulum*, & talia: ita *Agulum*, sive *Agolum* (nam *O* pro *V* veteres extulisse notum est) ab *Ago*.

> *Catax, claudus.*

Idem a Κατὰξ Graeco dictum vult, nec improbo: possit tamen ἀρχαϊκὸν videri pro *Cadax*. Nos quoque in nostro idiomate *Cadere* pro claudicare usurpamus. Nolo tamen temere quidquam pronuntiare. Arbitrium eligendi penes Lectorem esto.

> *Ignia, vitia vasorum fictilium.*

Ita vocabant quum ollae vehementia ignis dissiluissent, inutilesque factae essent: aut crustae intrinsecus eas occupassent Plinius lib. XX. cap. IX. *Virium brassicae unum, & magnum argu-*

argumentum edemus, & mirabile. Crustae si occupent intus vasa omnia in quibus aquae fervent, in tantum ut non sit eas avellere, si brassicam iis decoquatur, abscedunt. Itaque ut praecaverent, electa ustioni ligna tenuia leniaque, quae *Craemia.* & *Cocula* nominitabant. Vitia haec ollarum, & cautam lignorum electionem tangit Arnobius lib. IV. *Per humani generis coquinas currit, inspiciens, & explorans quibusnam lignorum generibus suis ardor excitetur in foculis habitudinem fictilibus contribuit vasculis, ne flammarum dissiliant vi victa.* Ad lignorum electionem porro pertinent ista Columellae libro XII. capit. XIX. *Lenique primum igne ac tenuibus admodum lignis.* Plinius lib. XXXV. *Lenibus autem aridisque lignis coquitur.* Atque *Ignis lenis* vocabatur, qui ex tenuibus istis lignis structus. Cato cap. XCV. *In vas ahenum indito congios duos, postea igni leni coquito.* Capit. CXIII. *Sumito testam picatam, eo prunam lenem indito.* Item in verbis Columellae citatis. Haec de lignis coculis, & coquinalibus. In sacrificiis adhibebant solida, & grandia. Tibullus in ambarvali suo sacrificio libro II. eleg. I.

Tunc nitidus plenis confisus rusticus areis
Ingerat ardenti grandia ligna foco.

Redeo ad Festum.

Millus collare canum venaticorum, factum ex corio, confixumque clavis ferreis eminentibus adversus impetum luporum.

Apud Varronem lib. II. cap. IX. *Melium* est, quod Scaliger esse verius putat, cum μελωτὴ sit pellis ovilla, & ab illo omne scorteum vocatum sit melinum. Sed idem est, nam dicebant *Melium*, *Mellum*, ut *Stiria*, *Stilla*, & talia. Deinde *E* in *I* mutato *Millum*. & *Millus*, ut *Collum*, *Collus*.

Mollestras dicebant pelles oviles, quibus galeas extergebant.

Mollestra omnino aliud non est quam Graecorum μηλωτή. Veteres, qui litteras non geminabant, rectius uno *L* efferebant, & *Melota* dicebant, postea *Melotra*, ut *Balista*, *Balistra*. *Laneus*, *Lanerus*. *Bliteus*, *Bliterus*. Sabino *Melostra*. *S* inserto, ut in *Casmenae*. *Cesna*. Deinde *Mollestra*: primum *E* in *O* mutatur, ut *Amplocti* pro *Amplecti*, teste Prisciano lib. I. *Vortere*, pro *Vertere*. In media vero syllaba vice versa *E* pro *O* ponitur, ut in *Apello*, *Hemo*, *Helus*. Ergo *Mollestrae* non tantum eae pelles quibus galeas extergebant, sed quaevis ovillae.

Muginari, est nugari, & quasi tarde conari.

Muginari pro *Nuginari*, ut *Natare*, *Natinare*. *Negare*, *Neginare*. *N* mutabant in *M* veteres: ita *Melius* & *Melo* pro *Nilus* dicebant, *I* praeterea more suo in *E* converso. In Carmine quoque *Marciano Negumare* pro *Neginare*. Idem hic auctor, *Negumate in Carmine Cn. Marcii vatis significat negate.* Itaque non debet mutari.

CAP. XVII.

Praecinere. Tibulli vetus lectio adserta. Magi inter medicos habiti. Ter lustrare mos. Ate mons. Virgilius correctus.

Tibulli elegans locus est lib. I. eleg. V.

Ille ego, quum tristi morbo defessa iaceres,
Te dicor votis eripuisse meis.
Ipseque ter circum lustravi sulfure puro,
Carmine quum magico praecinuisset anus.

Reponit vir maximus ultimo versu, *procubuisset anus:* verum ego non temere hanc lectionem reiiciendam arbitror, utpote quae genuina Tibulli sit. Sciendum autem est veteribus *Praecinere* dictos, qui aegrotantibus remedia darent. Macrobius ad Somn. Scip. lib. II. capit. III. *Corporum quoque morbis (Musica) medetur: nam hinc est, quod aegris remedia praestantes* PRAECINERE *dicuntur.* Eoque rectius Poeta heic usurpavit quum de incantatrice agat, quae carminibus magicis morbum pellere nitebatur. Olim enim & magi magaeque vice medicorum accedebant. Simaetha apud Theocritum Idyll. II.

—— ἀλλά μέ τις καπυρὰ νόσος ἐξαλάπαξε.
Κείμην δ' ἐν κλιντῆρι δέκ' ἄματα, καὶ δέκα νύκτας,
Καί μευ χρὼς μὲν ὅμοιος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ.
Ἔρρευν δ' ἐκ κεφαλῆς πᾶσαι τρίχες· αὐτὰ δὲ λοιπὰ
Ὀστέ' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα, καὶ ἐς τίνος οὐκ ἐπέρησα;
Ἢ ποίας ἔλιπον γραίας δόμον, ἅτις ἐπᾷδεν;
Ἀλλ' ἦς οὐδὲν ἐλαφρόν, ὁ δ' χρόνος ἄνυτο φεύγων.

—— *Sed me ardens quidem morbus conficiebat,*
Decubui vero in lecto dies decem, & noctem decem;
Et corpus meum admodum simile fiebat tapso.
Defluebant vero e capite omnes capilli; ipsoque sola reliqua
Ossa erant & cutis; ad cuius vero aedes non ivi?
Aut cuius aniculae domum praetermisi, siquae incantaret?
Sed nihil erat leve, & tempus interea consumebatur fugiens.

Plinius lib. XXX. cap. I. *Natam primum (Magicam) e Medicina nemo dubitat, ac specie salutari irrepsisse velut altiorem sanctioremque, quam Medicinam; ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quas maxime etiamnum caligat genus humanum.* Mox sub finem capitis. *Gallias utique possedit, & quidem ad nostram memoriam. Namque Tiberii Caesaris principatus substulit Druidas eorum, & hoc genus vatum medicorumque.* Redeo ad Tibullum. Vult praeterea tertio versu legendum sententia suadente. *Ipseque te circum*, sed male: nam *Te* ἀπὸ κοινοῦ ex praecedenti repeti debet. Deinde dixit id ex antiquo ritu, nam ter lustrare solebant. Virgilius.

Idem ter socios pura circumtulit unda,
Spargens rore levi.

Propertius lib. IV. eleg. VIII.

Ter-

Terque meum tetigit sulphuris igne caput.
Ovidius Metamorph. lib. VII.

Terque senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat.

Haec pro loco isto Tibulliano dicta sufficiunt ad pristinae lectionis adsertionem. Ad Virgilii Culicem abeo, in quo duo versus hi leguntur.

Ipsa magis namque Ida potens feritatis, & ipsa
Acta faces altrix cupidis prebebat alumnis.

Ex veteribus excusis ita reposuit Scaliger. Ego legerim, *Ata facis*. Nam *Ate* erat collis in quo sita Troia. Apollodorus βιβλιοθήκης lib. III. Ἶλος δ' εἰς Φρυγίαν ἀφικόμενος, καὶ καταλαβὼν ὑπὸ τοῦ βασιλέως αὐτόθι τεθειμένον ἀγῶνα, νικᾷ πάλην. καὶ λαβὼν ἆθλον πεντέκοντα κόρους, καὶ κόρας τὰς ἴσας, δόντος αὐτῷ τοῦ βασιλέως κατὰ χρησμὸν καὶ βοῦν ποικίλην. καὶ φράσαντος ἐν ᾧπερ ἂν κλιθῇ αὐτὴ τόπῳ, πόλιν κτίζειν, εἵπετο τῇ βοΐ. ἡ δὲ ἀφικομένη ἐπὶ τὸν λεγόμενον τῆς Φρυγίας Ἄτης λόφον, κλίνεται. ἔνθα πόλιν κτίσας Ἶλος, ταύτην μὲν Ἴλιον ἐκάλεσε. *Ilus vero in Phrygiam proficiscens, & suscipiens certamen ibidem a Rege positum, vincit palaestram; & quum accepisset praemium quinquaginta pueros, & totidem puellas, dante ipsi rege iuxta oraculum etiam bovem variam, & cogitans in quo quidem loco ipsa recubaret, urbem condere, bovem sequebatur. Illa vero abiens in Phrygiae collem, qui Ate dicitur, recubat. Ibi urbem Ilus, quum condidisset, eam Ilium vocavit.*

Lycophron.

Ἄτης ἀπ' ἄκρων βουπλανοκτίστων λόφων
Τοιῶν δ' ἀπ' ἀρχῆς ἦρχ' Ἀλέξανδρα λόγων.

Ates a summis collibus conditis ob errantem bovem
Tales principio exorsa est Alexandra sermones.

Ad quem locum vide quae notamus, si tanti est.

ANIMADVERSIONVM MISCELLARVM

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Cerus. Ianus manus in Saliari carmine dictus. Saliarium carminum duo genera. Festus emendatus. Ianus Genius. Cerus maius. Ianus Geniorum praestes. Proceres unde dicti.

FEstus exponens quaenam mater Matuta sit, dicit in carmine Saliari adpellari Cerum manum creatorem bonum. Vir magnus haeret, & modo *Cerum* ex Festi interpretatione creatorem designare credit, modo *Sanctum*, atque inde dictam *Cerimoniam*. Sed profecto *Cerus* non alius est quam *Genius*; ut enim *Canimen*, *Carmen*, *Genimen*, *Germen*, ita & *Genius*, *Gerus*, & *C* pro *G* posito, *Cerus*. Non autem potest a *Cereo* antiquo verbo derivari, nam secundum analogiam tum esset *Cerius*, ut a *Doleo Dolius*, unde *Dolium cor* Plauto. ut restituendum monui. Ergo *Cerus manus* vetustissima lingua ad verbum est *Genius bonus*, a veteribus enim bonum, & malum esse *Genium* existimatum est, quod notum. Iam si de Iano accipimus, ut Scaligero placet, poterit ita adpellatus credi in carmine Ianualio: siquidem Saliarium carminum duo genera, haec in homines composita; illa in deos: In Deos quae erant, ea ab ipsorum nominibus vocabantur: ut a Saturno *Saturnium*, quod Varro bis citat lib. VI. a Minerva *Minervium*, a Iano *Ianualium*, & porro a ceteris cetera. At quae in homines erant, ea *Axamenta* dicta. Festus. *Axamenta dicebantur carmina Saliaria, quae a Saliis sacerdotibus componebantur in universos homines: nam in deos singulos versus facti, a nominibus eorum adpellabantur, ut Ianualii, Iunonii, Minervii*. Aliae editiones habent, *Ianulii, Iunonii*: sed extra controversiam *Ianualii* legendum est: quomodo mensis eiusdem Dei honori dicatus *Ianualius*: Vtrumque efferebant & per *L*, & per *R*. Sicut *Praeliaris*, *Praelialis*. *Latiaris*, *Latialis*, & talia. Vt autem Ianum Cerum manum indigitari credamus, faciunt Messalae auguris verba haec apud Macrobium Sat. lib. I. cap. IX. quibus de eo ita ait. *Qui cuncta fingit eademque regit, aquae terraeque vim ac naturam gravem atque pronam in profundum dilabentem, ignis atque*

que animae levem immensum in sublime fugientem copulavit circumdato coelo : quae vis coeli maxima duas vis dispares colligavit. Iuvatque hoc coniecturam nostram non leviter, quod Ianus etiam *Genius* cognominatus fuit a vetustissimis, ob illam ipsam videlicet causam in superioribus Messalae verbis memoratam. Tradidit hoc Cato in aureis istis Originum libris, ut est cognoscere ex Excerptis a Ioanne Annio Viterbiensi [a] editis, in quibus haec invenio. *Post Tiberina ostia Pheregenae, primum Etruriae oppidum in vicino littore, dictum a Genio Iano, qui primus ibi colonias posuit*. Nec est quod quisquam existimet Ianum ibi Genium vocari propter tutelam regionis (ut solebant unicuique regioni suum Genium attribuere) quum dii illi tutelares ἀνονύμως colerentur, nec certi essent. Venit praeterea in mentem (etsi temere pronuntiare quidquam nolim) corrupta fortasse iam tum Festi Pompeii aevo carmina fuisse Saliorum (ut facile potuit tam longo temporis intervallo) ipsosque scripsisse potius, *Cerus maius*, id est *Genius magnus* (nam *Maius* veteribus magnus, ut ad Plauti Truculentum ostendi) ad differentiam reliquorum Geniorum, qui tantum hominibus praeerant, quum ipse toti mundo a se creato praeesset. Erit ergo Ianus summus Geniorum, ut Larum Mars, Manium Pluto, Iupiter deorum. Nam quod Macrobius tradit eum in iisdem carminibus adpellari deorum deum, nihil nobis id repugnat: hoc enim significare voluerunt, eum antiquissimum, & primum deorum esse, non summum, unde & *Pater* cognominatus, quod cum *Genii* nomine valde congruit, συνώνυμον est. Ergo qui in Pontificum Indigitamentis *Ianus Pater*, idem *Cerus manus* in Carminibus Saliorum. Vt autem finiam, hoc etiam monendum, remansisse priscae huius vocis vestigium in *Proceres*; namque illo nomine adpellabant optimates & opulentiores, quod tamquam ceri, sive genii exsisterent infimatibus pauperioribusque, qui solebant illos Genios suos nominare, ut ex aliquot Plauti locis supra abunde docui.

CAP. II.

Vlpiani ineptia explosa. Merites. Metelli. Pestestas. Thasiatas Petilii. Cinguli. Aruncus. Spirilium. Sufflo. Sublo. Catulli Sufenus quis. Taminium. Taminum. Tapulia lex. Tapulum. Castipulum. Mensae antiquissimae quadratae. Θῶκος. Festus semel iterumque emendatus.

FEsti illae reliquiae quantum me capiant, vix dixero: & utinam; sed reprimo, ἀνεμώλιον enim esset. Eae ipsae tamen quales tamdem sunt, priscae doctrinae mihi thesauri, legitur:

> *Militem AElius a mollitia, κατ' ἀντίφρασιν dictum putat, eo quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat.*

Sed haec etymologia valde inepta; melius Eutropius lib. I. Hist. Rom. de Romulo loquens. *Mille pugnatores delegit, quos a numero milites adpellavit*. Ergo *Milites* quasi *Millites*, χίλιοι; & *Militia*, pro *Millitia* proprie χιλιαςὺς, nam veteres consonantes non geminabant. Haec quoque inter alias multo ineptissimas sententia fere est Vlpiani, *L. Militibus liberam, I. D. De Mil. Testam. Miles autem adpellatur, vel a malitia, id est duritia, quam pro nobis sustinet· aut a multitudine, aut a malo, quod arcere milites solent: aut a Graeco verbo χίλιοι, unde χιλιαςὺς tractum est. Nam ita Graeci τάγμα, & mille hominum numerum adpellant, quasi millesimum quemque dicas*. Sed, o bone Vlpiane, itane *Miles* millesimus quisque? quod ergo nomen reliquis illis 999. dabis? Attaedet me harum ineptiarum: *Milites* autem primitus *Merites* nuncupati, a merendo, postea *Melites*, & *Milites*. Nam *E* & *I*; item *L* & *R*, inter se commutabant. Inde etiam conciso nomine *Metelli*, tamquam *Meritelli*.

> *Pesestas inter alia quae inter precationes* (ita recte emendavit magnus Scaliger) *dicunt, cum fundus lustratur, significare videtur pestilentiam, ut intelligi ex ceteris possit, quum dicitur. Avertas morbum, mortem, labem, nebulam, impetiginem.*

Puto *Pestestas* legendum: sic *Tempestas* ii ipsi veteres pro *Tempus* dicebant. Efferebant etiam *Pestitas*, ut *Thiasitas* pro *Thiasus*,

> *Petilam suram, siccam & substrictam vulgo interpretantur. Scaevola ait ungulam.*

Nonius. *Petilum, tenue, & exile*. Plautus Plociona. *Coloratam frontem habet, petilis labris*. Lucilius. *Insignis varis cruribus & petilis*. Non solicitandus iste versus, quum in *petilum* media brevis sit. Ergo *Petilae* surae recte siccae & substrictae, id est tenues, & exiles. Est autem *Petilum* nihil aliud quam folium, detortum ex Graeco πέταλον, ut a Τρυτάν, *Trutina*. Βυκάνη, *Buccina*. Μηχανή, *Machina*, & talia. Quia autem folia tenuia sunt & exilia, inde translate omnia eiusmodi *Petila* vocabant. Inde etiam *Petilii* dicti, quod corpore essent gracili; quod genus homines etiam *Cingulos* nominitatos invenimus.

> *Spirillum vocari ait Opilius Aurelius caprae barbam.*

Etiam *Aruncus* adpellabatur. Plinius lib. VIII. cap. L. ubi de capris *Dependet omnium mentis villus, quem aruncum vocant*. Nemo porro nescit spiras dictas funes nauticos (quamvis proprie convolutos tantum) omnes abusive, hinc *Spirilium* (sic enim legendum arbitror, non *Spirillum*) quod spirae nimirum inde fierent: supra enim docui eos factitatos fuisse ex pilis caprinis, qui in barba longissimi, ideoque ei usui aptissimi.

> *Subvlo Tusce tibicen dicitur.*

Depravatum videtur ex *Subflo*. *Subflones*, ut *Cinistones*. Tusci ita vocabant tibicines, ut Romani *Flatores*, nam illi proprie *Flare* dicebantur. Arnobius lib. II. *Quid pantomimos, quid mimulos, histriones, cantores, cuba, tibia, calamoque flatantes?* Dixerunt autem postea *Subvlo* ut *Servus* pro *Serfus*. *Ovum*, pro *Ofum*, & alia ad eam faciem.

[a] Ὑποβολιμαῖα sunt.

Sufes dictus Poenorum magistratus, ut Oscorum Mediastutichus.

Hinc *Sufenus* Catulli, quasi eo genere prognatus. Talis ergo ille Veronensis poetae Sufenus qualis Iuvenalis Ponticus, qui stemma & maiores suos iactabat, ipse nil nisi Cecropides, truncoque simillimus Hermae.

Taminia uva silvestris generis videtur Verrio dicta, quod tam mira sit quam minium.

Errat manifesto in etymo Verrius. Veteres *Taminia* vocabant omnia maculata, & foedata, nam *Taminum* sive *tamina* (utroque modo efferebant, ut *Menda*, *Mendum*, & talia) erat macula, & labes. Vnde *Taminare*, & composita *Attaminare*, *Contaminare*, *Intaminare*. Ergo *Taminia uva* & quasi maculis variegata, quae *Heluola*, *Variana*, *& Variola nuncupata*, ut ex Plinio Macrobioque est cognoscere.

Tapullam legem convivalem ficto nomine conscripsit iocoso carmine Valerius Valentinus, cuius meminit Lucilius hoc modo. Tapullam rident legem concerae opimi.

Legendum est *Tapuliam*, id ad verbum est. *Mensalem*: nam veteribus *Tapulum* erat mensa, unde compositum *Castipulum*, ut a *Stabulum*, *Naustibulum*, *Vestibulum*. Postea hoc in *Cartibulum* detortum est, ut supra ostendi: errat que, ut non semel, Varro, qui quasi *Gertibulum* a gerendo dictum arbitratur, quum potius tamquam *Cascum tapulum* sit, quippe quod genus mensae antiquissimum esset. Firmat coniecturam meam, quia forma quadrata. Isidorus. *Castipulum, mensa quadrata.* Varro. *Mensa vinaria, rotunda nominabatur Cilibantum, ut etiamnum in castris. Id videtur declinatum a Graeco, ἀπὸ τοῦ κύλικος. Altera vinaria mensa erat lapidea, quadrata, oblonga, una columella, vocabantur Cartibulum.* Et tales omnino vetustissimorum mensae. Etymologici Auctor. Αἱ τῶν παλαιῶν τράπεζαι τετράγωνοι ἦσαν. *Antiquorum mensae quadratae erant.* Ad *Tapulum* quod attinet, servavimus nos antiquae istius dictionis vestigium in nostro idiomate, qui per digamma Aeolicum pronuntiamus *Tafel*. *V* insuper in *E* mutato, ut pro *Tempulum*, sive *Templum*, *Tempel*. *Simpulum*, *Simplum*, *Simpel*. *Periculum*, *Perichel*. *Speculum*, *Spiegel*, & pluria talia.

Throcum genus sellae, habetur apud Plautum.

Scribo, *Thocum*. Graecum est θῶκος. Suidas. θῶκος, θρόνος, καθέδρα. Theocritus Idyll. ά.

Δεῦρ' ὑπὸ τὰν πτελέαν ἑσδώμεθα, τῶ τε Πριήπω
Καὶ τᾶν κρανιάδαν κατεναντίον, ᾇπερ ὁ θῶκος
Τῆνος ὁ ποιμενικός. ———

Tolerare, patienter ferre. Atius in Neoptolemo. Haut quisquam potis est tolerare acritudinem.

Tolerare pro *Tulerare*, a *Tulere*, quod veteres pro *Ferre* usurpabant: ad eamdem faciem *Blatere*, *Blaterare*. *Lambere*, *Lamberare*. *Fulgere*, *Fulgerare*. Addam corollarium de simpuvio. Dixi id in Curis Plautinis pag. 160. adpellatum tamquam *Symbuvium*, quam meam coniecturam non leviter stabilit Arnobius MS. in quo *simbubia* legitur lib. v. non *sympivia*.

CAP. III.

Exercio. Fibo. Fixula. Fesnum. Fasnum. Edor. Pompeius restitutus, item Propertius.

ITerum mihi Festus in manu, & potiorem huius capitis partem implebit.

Exercitionem exerciti dicebant antiqui: exercitationem exercitati.

Ita legit magnus Turnebus lib. III. capit. v. Sed male, ideoque peccarunt, qui temere in ipsum textum receperunt, tamquam recte emendatum esset. Optime in veteris libris est, *Exercionem*. Sic a *Contumeo* veteres verbaliter *Cortumio*, sive *Contumio* efferebant. Eodem modo etiam *Conspicionem*, *Subspicionem*.

Ferocit apud Catonem, ferociter agit, Fivere item pro figere.

Mendose *V* pro *B* scriptum est, nam *Fibo* olim pro *Figo* dicebant, hinc *Fibula*, ut *Fixula* a *Figo*; quod ex alio huius Festi fragmento cognoscimus. *Fixulas*, *Fibulas*.

Fesnoe vocabantur qui depellere fascinum credebantur.

Scaliger *Fascino* legit. Ego *Fesnoe* rectum censeo, nam veteres *Fesnum* dicebant quod postea *Fasnum*, ut *Edor* pro *Ador*. *Reperare* pro *Reparare*, & similia. Deinde *Fascinum* prolatum est, ut *Iecur*, *Iecinur*. *Circus*, *Circinus*. *Runca*, *Runcina*. *Intega*, *Incitega*; & alia plurima eum ad modum. Transeo ad Propert. Lib. II. eleg. xxv.

Miles depositis arnosus secubat armis,
Grandaevique negant ducere aratra boves.
Putris & in vacua requiescit navis arena,
Et vetus in templo bellica parma vacat.

Qui versus, ut quod censeo libere dicam, sic debent collocari.

Miles depositis annosus secubat armis,
Et vetus in templo bellica parma vacat.
Putris, & in vacua requiescit navis arena,
Grandaevique negant ducere aratra boves.

Sed Iudicium tamen esto penes Senatum Criticum. Ego, quod dixi, censeo: quod censeo, aequum & bonum videtur. At mutabo sententiam, SI QVIS (ex vetere formula) AEQVIVS MELIVS.

CAP. IV.

Noctu lumina in plateis accendi solita, eique usui in ludibrium destinata Christianorum martyrum cadavera. Statae Matris simulacrum ubi, & cur cultum; item quaenam ea Dea, erutum. Tacitus correctus, & illustratus.

QVam graves persequutiones passi sint Christiani sub Imperatoribus, ex Historia abunde liquet. Primus Nero in eos saevire coepit. Tertullianus Apologetici capit. v. *Consulite Commentarios vestros, in illis reperietis Neronem primum in hanc sectam tum maxime Romae orientem Caesariano gladio ferocisse.* Mitto Eusebium, Sulpitium, alios. Tacitus Annal. v. de hac ipsa persequutione. Per-

Pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus adfixi, aut flammandi, atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Iisdem verbis Sulpitius Histor. Sacrae libro II. *Quin & novae mortes excogitatae, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent. Multi crucibus adfixi, aut flamma usti. Plerique in id reservati, ut quum defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.* Vnde cognoscimus in Tacito mendum esse, quod & observavit ante me amicissimus Pontanus in Notis ad Macrobium, sed meo iudicio non bene corrigit. Quid si? *aut flamma usti, utque, ubi,* &c. Quod autem ait in ludibrium usui nocturni luminis Christianorum martyrum corpora destinata, id ipsum factitatum etiam fuit sub Imperatoribus multo post Neronis exemplo. Observo ex Prudentii περὶ στεφάνων. Hymn. III.

Aut gladio feriere caput,
Aut laniabere membra feris,
Aut facibus data fumificis,
Flebiliter ululanda tuis
In cineres ululanda flues.

Hoc praeterea heic quoque notandum, in plateis olim noctu accendi solita lumina. Pertinet eo Ammiani locus insignis lib. XIV. *Adhibitis paucis clam ferro succinctis, vesperi per tabernas palabatur, & compita, quaeritando Graeco sermone, cuius erat impendio gnarus, quid de Caesare quisque sentiret; & confidenter agebat in urbe, ubi pernoctantium luminum claritudo dierum solet imitari fulgorem.* Item Suetonii in Iulio Caesare. *Deinde post solis occasum, mulis e proximo pistrino ad vehiculum iunctis, occultissimum iter modico comitatu ingressus est: & cum luminibus extinctis decessisset via, diu errabundus, tamdem ad lucem duce reperto, per angustissimos tramites pedibus evasit.* Hinc Mater Stata coli coepta primo in foro, postea in omnibus fere vicis, ne lapides corrumperentur. Ex Festo certum est, apud quem ita lego. *Statae Matris simulacrum in foro colebatur, postquam Coelius stravit* (ita emendare recte videtur Scaliger) *ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore; magna pars populi in suos quisque vicos rettulerunt eius deae cultum.* Haec autem eadem est cum Vesta, quam ignis tutelam gerere credebant, ideoque ei institutae virgines, quae ignem inextinctum custodiebant. Ovidius in Fastis.

Nil aliud Vestam quam puram intellige flammam.

Videtur esse ex Saliorum carminibus, qui erant obscuritatis studiosissimi, vulgatum deae nomen obscurantes Statam Matrem vocarint, κατ' ἐξοχὴν, quia stata, id est consecrata esset ubique: nam *Sistere* simulacra, ut fana, pro *Consecrare* dicebant. Ergo *Stata* ad verbum est Ε῞στα Graecorum, nam Grammatici derivant παρὰ τὸ ἑστάσθαι, ὅ ἐστιν ἱδρύσασθαι. ὅτι πανταχοῦ ἵδρυται, καὶ τιμᾶται. Vocatur porro *Mater*, quia Vesta eadem etiam cum Terra, quae Mater Magna.

CAP. V.

Aegroti olera edebant, & Heluanes dicebantur! Ad quosnam postea ea vox translata, noviter declaratum. Sardi, vernales. Proverbium praeter Festi & Capitonis mentem explicatum. Ollae cinere repletae in parasitorum capita confringi solitae. Menervare. Promenervare. Soracum. Σώρακος. *Cicero. Vitruvius, & Iuvenalis emendatus. Sincinia.* Σίκιννις. *Sicinnistae. Sicinnia.*

Aegrotos oleribus curatos olim fuisse vel ex uno isto Plauti nostro loco facile adparebit, Captivis, Sc. *Advorte animum sis.*

HE. *Asper meus victus sane est.* PAR. *Sentis ne esitas?*
HE. *Terrestris coena est.* PAR. *Sus terrestris bestia est?*
HE. *Multis oleribus.* PAR. *Curato aegros domi.*

Huc pertinet Plinii Nat. Hist. liber vigesimus. Inde *Heluones* antiquitus proprie adpellati, nam *Helus* veteres pro *Holus* dicebant. Quia vero aegroti nauseabundi valde sunt, fastidiosique, & delicati ciborum arbitri, hinc postea translata ea vox ad homines delicatos opiparosque, qui magnas pecunias in dapes profunderent; non in voraces, quod hactenus tamen ab omnibus falso existimatum est, inducunt enim Grammatici in errorem istum, qui ita explicent. Profecto, nisi nimis mihi blandior, veram significationem erui. Sed missis aegrotis & heluonibus, ad servos sermonem deducam, quos nequissimos & versutissimos fuisse nemo ignorabit qui Comoedias priscorum legerit. Arnobius lib. IV. *Iuppiter ipse rex mundi, nonne a vobis infamis est, isse per innumeras species, & petulantis amoris flammam servilibus obumbravisse fallaciis?* Atque hinc proverbialiter *Vernales* & *Sardi* dicebantur homines nequissimi, quod scilicet vernas & servos vincerent. *Sardi* autem vetustissima lingua Latina vocabantur versipelles & callidi, atque *Sardare* pro intelligere callereque usurpabatur. Naevius bello Punico. *Quod bruti nec satis sardare queunt.* Proverbium quidem hoc elicio ex Pompeii fragmentis, in quibus ita lego. *Sardi vernales*, alius alio nequior. Nec ipsi illi veteres proverbium hoc intellexerunt, nam nugacissima est, nec unius assis, interpretatio Festi & Capitonis: non enim nec a Sardibus, nec a Sardinia populi Sardi possunt denominari. Itaque nec *venales* legendum. Invenio etiam cognomentum fuisse Romanorum. Lapis vetus.

POST. MIMESIVS. C. F
SARDVS. TR. MIL
Q. AED. PL. PR
LEGATVS. TI. CAESARIS
AVG. PROCOS. PRAEF
FRVMENTI. DANDI
EX. S. C.

Sed

Sed & haec in praesens de servorum nequitia sufficiunt; transeo ad parasitos, homines etsi non servos, tamen maxime serviles, qui libertatem offa venales habebant, eiusque gratia praeter irrisum, dicteria, colaphos, etiam ollas sibi in caput confringi permittebant. Disco ex Plauti Capteivis, Sc. *Iuventus nomen*. Conqueritur ipse Ergasilus parasitus.

Et hic quidem hercle, nisi qui colaphos perpeti
Potis parasitus, frangique aulas in caput,
Vel extra portam ire trigeminam ad saccum licet.

Erant insuper hae ollae cinere repletae, ut nimirum eo per totum corpus effuso maiorem risum praebitoribus suis exhiberent. Ostendit locus Curculione, Sc. *Beatus videor*, ubi parasito alterum oculum apud Sicyonem catapulta sibi esse excussum dicenti, ita respondet Lyco trapesita.

——— nam quid id refert mea,
In aula quassa cum cinere effossus siet?

Adludit enim ad hoc parasitorum ludibrium, quod in conviviis frequens. Sed quia in Festi paulo ante incidimus mentionem, iterum ei operam impendemus. In illius Fragmentis haec leguntur.

Minerva dicta quod bene moneat: hanc enim pagani pro sapientia ponebant. Cornificius vero quod fingatur pingaturque minitans armis eamdem dictam putat.

Illa Cornificii sententia reicula est, nam certum est rectius a monendo derivare. Exemplum est apud Homerum Iliad. *ε*. Antiquissimi *Menerva* dicebant, & *Menervare* (a) pro monere. Hinc *Promenervat* compositum in Carmine Saliari.

Soracum dicitur, quo ornamenta portantur scenicorum. Plautus in Persa, Librorum eccillum plenum soracum habeo.

Mendosa haec vox apud alios Scriptores. Cic. in Pisonem. *Quum tibi tota cognatio in sarraco advehatur*. Vitruvius lib. x. capit. I. *Portationes eorum non essent nisi plaustrorum, aut sarracorum per terram, navicularum per aquam essent inventae machinationes*. Iuvenalis.

——— longa corusca
Sarraco veniente abies.

Idem.

Frigida circumagunt pigri sarraca Bootae.

Male omnibus his locis *A* pro *O* positum; deinde neque *R* debet geminari. Graecum purum putum est, Σώρακος. Babrius.

Πȣ̃ δ᾽ ὀσπρίων ἦν σωρὸς, ἢ πίθος σύκων,
Στάμνοι τε μέλιτος, σώρακοί τε φοινίκων.
Vbi vero leguminum erat acervus, vel dolium ficuum,
Vrnaeque mellis, plaustraque dactylorum.

Hesychius. Σώρακον, ἀγγεῖον εἰς ὃ σῦκα ἐμβάλλεται, ἢ ξυλοκανθήλια. *Soracon, vas in quod ficus iniiciuntur, vel Xylocanthelia.*

Sinciniam, cantionem solitariam.

Hunc locum nemo attigit ex omnibus iis qui Festo operam dederunt, ego qui eius reliquias veneror, & diligenter excutio, videbo numquid possim investigare. Notum est musicam esse duplicem: vocalem nempe & instrumentalem: utraque veteribus admodum usitata, atque in delitiis. Miscebant autem cantiones, vocemque ad fides componebant. Quum vero solis fidibus canerent, ea vocabatur *Sincinia cantio*, quasi, sine cantu. Nam fidium sonus cantum imitatur tantum, re ipsa autem non est cantus. Ergo *Cantio sine cantu* est, quomodo *Funera nefunera* dixit Catullus, γυναῖκα ȣ̓ γυναῖκα Sophocles Trachiniis: ἔρωτας ȣ̓κ ἔρωτας Lycophron. Possit etiam transpositis leviter litteris legendum videri, *Sicinniam, cantionem saltatoriam*. Siquidem Σίκιννις erat ὄρχησις σατυρικὴ ut est apud Etymologici Auctorem, & *Sicinnistae* dicebantur qui eam saltabant, quorum erat etiam inter saltandum canere (b). Agellius lib. xx. cap. III. *Quos Sicinistas vulgus dicit, qui rectius loquuti sunt, Sicinnistas littera n gemina dixerunt. Sicinnium enim genus veteris saltationis fuit: saltabundi autem canebant, quae nunc stantes canunt*. Sed, ut nihil temere mutetur, priorem lectionem non improbam iudico; dixi tantum quae in diversum adferri poterant. Tu, Lector, arbitrabere.

CAP. VI.

Heres a quibus culta. Nerienes pedissequa, non Martis. Ennius correctus. Parasiti deorum. Grassatores.

Locus est elegans Plauti Curculione, Sc. *Date viam.*

Talos adripio, invoco almam meam nutricem Herculem.

In veteribus editionibus invenio, *nutricem Herem*. Quod non temere existimo explodendum. Vult enim significare se adiisse hereditatem, nam ii Herem colebant. Festus. *Herem Martiam antiqui accepta hereditate colebant, quae a nomine adpellabatur heredum, & esse una ex Martis comitibus putabatur*. Corruptum quoque eius nomen in Ennii fragmento apud Agell. lib. XIII. cap. XXI.

——— Nerienem Martis, & Herem.

Ita legendum, non *Herclem*. Porro errat Festus, dum Martis potius comitem & pedissequam credidit, quam Nerienis uxoris eius, inductus fortasse isto Enniano loco. Porro non me fallit Lipsium in longe alia esse opinione, sed nihil moveor ea ipsa, etsi probabili, & valde ad speciem vera. Nam parasiti illi deorum ordine erant alio, quam divitum, etiam in Italia Vetus Inscriptio.

M. AVR. AVG. LIB
AGILIO. SEPTENTRIO
NI. PANTOMIMO. SVI
TEMPORIS. PRIMO. SACERDO
TI. SYNODI. APOLLINIS. PA
RASITO.

(a) Nescio an haec vox Etrusca sit; sed certum est in antiqua patera Etrusca, in qua picta est Minerva, *Menrva* legi, uti apud *Bonarotium* in *Appendice ad Dempsterum*, videre est.

(b) Consule *Meursii* nostri *Orchestram*.

Item alia.

L. ACILIO. L. F. POM
CVTICLAE
NOBILI. ARCHIMIMO
COMMVNI. MVNERE
ADLECTO. DIVRNO. PARA
SITO. APOLL. TRAGICO
COMICO

Augustinus De Civitate Dei lib. VI. cap. VII. *Epulones etiam deos parasitos Iovis ad eius mensam qui constituerunt, quid aliud quam nimica sacra esse voluerunt.* Postea id nomen ad eos migravit, qui coenas captabant opulentiorum, quum antiquitus *Grassatores* vocarentur. Cato apud Agellium lib. XI. capit. II. *Poeticae artis honos non erat si quis in ea re studebat, aut sese ad convivia applicabat, is* GRASSATOR *vocabatur.*

CAP. VII.

Saperda. Γόνδη. Saperdae homines qui apud Varronem. Festi & Nonii error. Petronius ter emaculatus. Cappadocum nequitia, & in tormentis constantia.

IN Fragmentis Festi Pompeii ita legitur. *Saperda genus pessimi. piscis: sapientem etiam significat, quum ait Varro. Belli festivi, saperdae, quum simus omnes.* Sed Varronis locus manifesto mutilus, pleniorque apud Nonium exstat, hoc modo. *Omnes videmur nobis esse belli, festivi, saperdae, quum simus σαπροί.* Porro *Saperda* pro pisce est vox Pontica, designatque cancrum. Etymologici Auctor. Τὸν καρκίνον ἰχθὺν σαπέρδην οἱ ποντικοὶ φασι.

Persius Sat. V.

Et quid agam? rogitas? saperdas advehe Ponto,
Castoreum, stuppas, hebenum, tus, lubrica Coa.

Et etiam salsamentum suillum, Paphlagones Γόνδην vocabant. Alii apuas dicunt salsas, alii frustum tantum cuiuscumque piscis salsi. Varro transtulit, & posuit non quidem pro sapiente, ut Festus Noniusque interpretantur, sed pro faceto & salso. Itaque sensus verborum eius. Omnes nobis videmur esse belli, festivi, salsi, quum tamen simus σαπροὶ (captavit manifesto adlitterationem) id est insulsi, nec in toto corpore, ut Epigrammatarius loquitur, habeamus vel micam salis, nam σαπρὰ sunt quae salis defectu putruerunt. Conferam me iam ad Petronium, qui operam nostram exspectat. Pag. 48. editionis Raphelengianae. *Inclusus ego suspendio vitam finire constitui: & iam semicinctio stanti ad parietem spondam iunxeram, cervicesque nodo condebam, cum reseratis foribus intrat Eumolpus cum Gytone, meque a fatali iam meta revocavit ad lucem.* Locum hunc desperatum pronuntiat amicus meus, non ego. Legitur alias *spondae me vinxeram.* Bene. Sententia plana. Est vero *Semicinctium Zona* minus lata, ut dixi in Curis Plautinis. Auctor Hist. Apost. lib II. *Virtutesque non modicas Deus faciebat per manus Pauli, ita ut etiam supra languidos deferrentur a corpore eius sudaria & semicinctia.* Alter locus est obscurior & contaminatior. Pag. 58. *Adhuc aliquod iter salutis quaerendum est. Inspicite quod ego inveni. Eumolpus tamquam litterarum studiosus utique atramentum habet: hoc ergo remedio mutemus colores a capillis usque ad ungues. Ita tamquam servi AEthiopes, & praesto tibi erimus sine tormentorum iniuria hilares: & permutato colore imponemus inimicis.* Quid hoc est? *sine tormentorum iniuria hilares.* Deinde cuius constantia? Corrigo levi mutatione, *in tormentorum i. h.* Adhaeserat principio ultima littera vocis praecedentis, itaque ex *sin* postea *sine* factum est. Sane admodum inepte. Confundit autem Petronius AEthiopas qui Melanosyri, cum Cappadocibus, qui Leucosyri: de quibus haec prodit Interpres Persii vetus Sat. VI. *Cappadoces dicebantur habere naturale studium ad falsa testimonia proferenda: qui nutriti in tormentis a pueritia, equuleum sibi facere dicuntur, ut in eo se invicem torqueant, & cum in poena perdurarent, ad falsa testimonia se bene venundarent.* Nihil poterat ad Petronii mentem accommodatius. Huc pertinet Epigramma vetus.

Καππαδόκες φαῦλοι μὲν ἀεὶ, ζώνης δ' τυχόντες
φαυλότεροι, κέρδους δ' εἵνεκα φαυλότατοι.
Ἢν δ' ἄρα δὶς καὶ τρὶς μεγάλης πράξωνται ἀπάτης,
Δὴ τότε γίγνονται φαυλεπιφαυλότατοι.

Cappadoces mali quidem semper, quum vero Zonam consequuti sunt
Peiores, lucri autem causa pessimi;
Quum vero bis & ter magnam fecerint fraudem
Tunc profecto sunt mali supra pessimos.

Item Proverbio celebrata eorum nequitia. Τρία κάππα κάκιστα. De Cappadocia, Creta, & Cilicia. In eodem Petronio pag. 5. *Ecce in ipso aditu occurrit mihi aeque lapsus ac moriens Ascyltos, putares ab eadem anicula esse deductum.* Recte animadvertit Musarum amor Ianus Dousa F. *lassus* legendum esse: ego praeterea etiam *madens* pro *moriens* restituo. Sequitur enim postea. *Sudorem ille manibus detersit.* Et supra eadem hac pagina. *In cursu fatigatus, ac sudore iam madens, accedo aniculam quamdam quae agreste olus vendebat.*

CAP. VIII.

Templum Flaviae gentis a Domitiano exstructum, Flamen Flavialis. Papinii locus excussus, & alter tentatus. Cisio usi viatores. Statuae Domitiani centum pondo. Abascanti cognomen Statio redditum, eiusque locus tertius emendatus.

TEmplum Flaviae genti exstruxisse Domitianum cognoscimus ex Suetonio in vita eius cap. V. Hoc ipsum intelligit Statius lib. IV. Sylv. in Vita Domitiani.

Qui genti patriae futura semper

Sancit

Sancit limina, Flaviumque culmen.
Item Flamines Flaviales. Mentio eorum in veteri Inscriptione.

L. APPAEO. L. F
PVP
PVDENTI. P. P
TRIB. COH. XII
VRB. ET. X. PRAET
FLAMINI. FLAV
PATRO

Ergo male legitur in veteri editione, *Flaviumque Calvum.* Nam etsi Calvus plane Domitianus fuerit, & arcui cuidam eapropter *Calvitium* inscripserit, teste Suetonio cap. XIII. tamen hoc firmandae huic lectioni nihil facit. Adeo enim calvitio offendebatur, ut in contumeliam suam traheret, si cui alii ioco vel serio obiectaretur. Memorat idem Suet. cap. XVIII. Et hoc carmen scriptum est vivo imperanteque adhuc Domitiano, ut ex fine licet haurire, ideoque maxime ei erat metuenda Imperatoris offensa, quam tantopere evitavit, ut adulatorie plane Deum vocaverit. Sic enim canit.

En hic est Deus, hunc iubet beatis
Pro se Iuppiter imperare terris.

Rursus Silv. lib. v. ubi Abascantii pietatem laudat.

Macte animi; notat ista Deus, qui flectit habenas
Orbis, & humanos proprior Iove digerit actus.

Et ita volebat se nominari. Sueton. cap. XIII. Sequitur in eodem Carmine.

Hic quondam piger axe vectus uno
Nutabat cruce pendula viator,
Rodebatque rotas maligna tellus.

In vet. cod. erat: *Rordebatque.* Possit non inelegantius, *Mordebatque.* Porro crucem ibi vocat eleganter temonem, qui in birotis vehiculis etiam hodie crucis figuram praefert; & sane intelligit ibi cisium, quod birotum: adparet inde, quod ait *axe vectus uno*; nam birota curricula unicum tantum axem habent. Vtebantur autem cisiis viatores. Colligi hinc potest, & ex Ciceronis oratione pro Sexto Rosc. Amerino. *Et quum post horam primam noctis occisus esset, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit, decem horis nocturnis sex & quinquaginta millia passuum cisiis pervolavit.* Et alibi. *Cisio celeriter ad urbem vectus, domum venit capite obvoluto.* Tradit quoque (quoniam de eo heic sermo incidit) Suetonius Domitianum statuas sibi in Capitolio noluisse fieri nisi aureas & argenteas, easque certi ponderis, quantitatem tamen non exprimit. Haec eius verba. *Statuas sibi in Capitolio non nisi aureas & argenteas poni permisit, ac ponderis certi.* Fuit autem id pondus centum pondo. Haurio ex eodem Statio Sylv. lib. v. in Abascantii laude, ubi Priscilla coniunx moribunda hortatur, ut dedicationi statuae quam Domitiano parabat, inscriberet etiam suum amorem.

——— *nunc, quod cupis ipse videri,*
Da Capitolinis aeternum sedibus aurum,
Quo niteant sacri centeno pondere vultus
Caesaris, & propriae signet cultricis amorem.

Praeterea & hoc monebo, Titulum istius Carminis male legi hodie, *Abascantii in Priscillam pietas.* Item epistolae praefixae. Resp. *Ad Abascantium.* Rescribo. *Abascanti*, & *Abascantum.* Nam ita id cognomen efferebatur. Lapis vetus.

D. M.
ABASCANTO. AVG. LIB
AEDITVO. AEDIS. NEPTVNI
QVAE. EST. IN. CIRCO. FLAMIN
FLAVIVS. ASCANIVS. ET
PALLANS. CAES. N. SER
ADIVTOR. A. RATIONIB
PATRI. PIISSIMO. FEC

Item alius.

D. M.
C. PLINII
ABASCANTI
C. PLINIVS
POSPHORVS

Tertius.

Q. SERTORIVS
Q. LIB. ABASCANTVS
SEVIR. AVG. D. S. P. F. C
IDEMQVE. DEDICAVIT

Quartus.

D. M.
N. OGVLNIO
ABASCANTO
VIX. AN. L
OGVLNIA. HILARA
CONIVGI. CARISSIM
N. OGVLNIVS
RHODO. F
PATRI
CARISSIMO

Finiam hoc caput, si ex epistola illa ad Abascantum mendum sustulerim, quod est in istis verbis. *Ego tamen huic operi non ut unus e turba, sed tamen tum quasi officiosus adsilui: amavit enim uxorem meam Priscillam, & amando fecit mihi illam probatiorem.* Correxeram de coniectura, *sed tantum quasi officiosus*, quum postea eamdem veteris codicis esse lectionem deprehendi.

CAP. IX.

Apello, antique pro Apollo. Macrobius ter quater restitutus.

CVras Secundas Macrobianas, mi Lector, visum heic passim inspergere, nec tuis, ut spero ingratiis. Saturnal. lib. I. cap. XVII. in ipso initio. *Hoc equidem mecum multum ac* fre-

frequenter agitavi, quid sit quod solem modo Apellinem apellentem, modo Liberum, modo sub aliarum adpellationum varietate veneremur. Et quia sacrorum omnium praesulem esse te, Vetti Praetextate, divina voluerunt: perge, quaeso, rationem mihi tantae sub uno nomine in omnibus diversitatis aperire. Locus depravatus, ita tamen ut non difficulter restitui possit, si legamus; *t. s. uno numine in nominibus d. a.* Postea. *Quae sententia Latinae quoque nominis enuntiationi congruens fecit ne huius dei nomen verteremus; ut Apollinem apellentem mala intelligas, quem Athenienses ἀλεξίκακον adpellant.* Periit acumen sententiae totius, quod revoco, legendumque moneo: *Vt Apollinem Apellentem mala intelligas.* Festus. *Apellinem antiqui dicebant pro Apollinem.* Et antea dixit Aurelius noster. *Nam* ὡς ἀπελαύνοντα τὰς νόσους Ἀπόλλωνα, *tamquam* Ἀπέλλωνα cognominatum putant. Nec iam sequendum existimo veterem codicem, ex quo olim aliter volui corrigere. Deinde sequitur aliquanto post. *Prisci Graecorum primam lucem, quae praecedit solis exortus* λύκλω *adpellaverunt,* ἀπὸ τοῦ λευκοῦ, *id est, temporis: hodieque lycophos cognominant.* Vere corrigendum arbitror: ἀπὸ τοῦ λύκου, *idem temporis h. l. c.* Orta menda ex deducta paululum scriptura *id e.* Est & quartus locus talis. Ἀπόλλωνα Διδυμαῖον *vocant, quod geminam speciem sui luminis* (ita recte emendavit Grotius meus) *praefert ipse illuminando formandoque lunam: etenim ex uno fonte lucis gemino sidere spatia diei & noctis illustrant.* Scribo, *illustrantur.* Mendi origo ex compendiosa Scriptura, *illustrantur.*

C A P. X.

Festus emendatus. Aurea. Aureax. Auris. Auriga. Horatius explicatus. Habenarum duo genera. Iungula. Caepio. Follum. Folliculare. Follicularis vita. Heluscla.

IN Festo enucleabo quaedam & castigabo, quae etsi parva fortassis erunt, magna tamen, quia post interpretem eius & correctorem tam magnum, habenda. Legitur in libris eius hodie. *Aureax, auriga: aurea enim dicebatur frenum, quod ad aures equorum religabatur; oria quo ora coercebantur.* Adparet autem Festum putasse *Aureas* & *Oras* diversas esse. Fallitur tamen, nam eaedem omnino sunt, ori enim insertae post aures religabantur. Aut legendum quod *ad a. e. r. orea quod* (*s. eo*) *ora coercebantur.* Itaque & *Aureae* & *Oreae* diverso respectu nuncupatae. Horatius *Auris* pro *Aurea.* Lib. I. epist. XIX.

——— *non mihi Cumas*
Est iter, aut Baias, laeva stomachosus habena
Dicet eques, sed equi frenato est auris in ore.

Et sane veteribus *Auris* non tantum membrum significasse videtur, sed etiam capistrum, quod equis ad id religabatur, & inde κατ᾽ ἀναλογίαν deductum *Auriga,* ut *Aureax* ἀπὸ τοῦ *Aurea.* Porro habenarum duo erant genera, ut & hodie; aliae ora frenabant, & *Aureae* sive *Oreae* adpellabantur; ut iam dictum est: aliae iumenta compescebant, ne disiungi possent, atque eae *Iungula* sive *Iungla* dictae. Glossae. *Iungla,* ἡνίαι ζευκτικαί. Est porro in Festo alio loco. *Coepiam futurum tempus ab eo quod est coepi.* Scribo litterula una amplius, *quod est coepio.* Hoc priscum vocabulum: Plautus Menaechmis.

Neque ego insanio, neque pugnas, nec lites coepio.

Et veteres per omnia tempora & personas inflexerunt. Coecilius Periboea.

Aere obscuro hercle desinam, mane coepiam.

Pergo in Festo. *Folium a Graeco venit, quod illi dicunt* φύλλον *sed ideo per unum L, quia antiqui non geminabant consonantes. Folliculare adpellatur pars remi, quae folliculo est lecta, a quo vita follicularis.* Veteres Romani Graecam eam vocem genti suae donarunt, nam *V* in *O* mutato & *ON* in *VM* terminationem Latinam, *Follum* prius, deinde *Folium* extulerunt, quomodo *Sollum, Sollium.* Sed *Folliculare* adpellatur remi extrema pars, in folli sive folii similitudinem desinens, quam Graeci quod alae vicem navi praestet πτερὸν nominarunt. *Follicularis* item vita, quae caduca ad folii instar, nam, ut ait eleganter Homerus.

Οἵηπερ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν,
Qualis foliorum generatio, talis etiam virorum.

Et errat Festus, qui aliter explicat. Idem sic paulo post. *Heluela, holera minuta.* Scribo, *Heluscla,* nam antiqui *Helus* & *Helusculum* ὑποκοριστικῶς, sive *Helusculum,* pro *Holus* atque *Holusculum* dicebant.

C A P. XI.

Chrysologi Sermones varie castigati. Exsulare, active. Aptare, pro Ligare.

CHrysologi viri eruditissimi atque sanctissimi Archiepiscopi olim Ravennatis Sermones quum lego, admirari soleo os tam disertum, ingenium foecundissimum, stilum supra aevum istud (quod in Martiani Augusti imperium incidit) tersum atque elegantem. Duo vero velim, & paulo magis in doctorum manibus esse, & emendatiores haberi. Ego, quoad potero, zizania horti admodum speciosi Critica hac falce runcabo. Sermone I. *Adfectionis desertor, pietatis refuga, deputatur porcis, porcis addicitur, porcorum traditur servituti, porcorum pascua luculenta percurrit.* Scribo, *p. pascua lutulenta p.* mendum leve. Serm. II. *Fames revocat, quem saturitas exsularat.* Corrigo, *q. s. expulerat.* Nisi dicendum barbaro illo tempore vocem illam activam significationem habuisse, aliter quam florente Roma, & linguae decore illibato. Quod sane ostendunt Glossae Isidori, in quibus scriptum invenio hoc modo. *Amandare, Exulare.* Serm. IV. *Si ergo volumus coelestem mereri*

reri gloriam, si paradisi beatitudinem possidere, si aeterni patris inhabitare domum, si volumus rei coelestis parricidii non teneri, pervigili fide, luce spiritus terras invidiae pellamus, & excludamus insidias, invidiam totis armorum coelestium viribus comprimamus. Corrigo, & dispungo, *n. teneri, pervigili fide, luce spiritus tetras invidiae pellamus & excludamus i.* Serm. VII. *Hypocrisis dum cupit captivare oculos, oculis sit ipsa captiva*. Scribo, *fit ipsa c.* leve est. Item quod sequitur Serm. VIII. *Gubernator prudens a littore quum navim solvit, quum mare transiturus intrat fluctus, domus, patriae, coniugis, pignorum curas deponit: & ita totus mente, corpore, sensu, nauticis laboribus occupatur, ut & fluctuum possit superare discrimina, & stationem lucro si portus periculi victor intrare*. Scribendum, *lucrosi portus*. Serm. X. *Patris erat passio ibi tota ubi filius immolabatur: ignavus filius sistebatur: nescius filius aptabatur vinctus*. Corrigo, *ignarus filius s. n. f. aptabatur vinclis*. Et posuit *Aptare* propria notione frequentativa ab inusitato *Apio*, id est, *Ligo*, ut docet Festus in *Apex*. Et non semel gaudet hic Auctor noster vocibus antiquis & desitis uti. Serm. XI. *Diabolus mali auctor, nequitiae origo, rerum hostis, secundi hominis semper inimicus, ille laqueos tendit, lapsus parat, foveas fodit, aptat ruinas, stimulat corpora, pungit animas, cogitationes subgerit, immittit iras, dat virtutes odio, vitia dat amoris, errores serit*, &c. Scribo, *vitia dat amori*. Serm. XIII. *Consiliis suis si diabolus prodit*. Scribo, *se diabolus p.* Serm. XVIII. *Qui maturitatis fructum quaerit, despicit amoena camporum; violae, rosae, lilia, narcissus, grati flores, sed gratior panis*. Emendo, *Qui saturitatis f. q.* Serm. XX. *Mari, quod pedibus* CHRISTI *tumentia terga submisit, stravit in plano vortices suos, motus frenavit, adstrinxit fluctus, & per liquentem viam saxa soliditate servivit, modo quid est quod usque ad periculum sui saevit, furit, contendit auctoris?* Lego & distinguo, *p. l. viam saxea s. servivit modo, quid*, &c. Ibidem. *Denique ubi iussio sola addixit mare, recussit ventos, tulit turbines, dedit quietem*. Putem, *sustulit turbines*. Ibidem. *Hic ergo Aquilo ventus durus per dextrum, per Africum, per austerum, per Eurum diffundit se Christi turbine*, &c. Scribo, *per Austrum, p. E. d.*

CAP. XII.

Agellii loca bina restituta. Macrobii unus. Semihiulcum suavium. Cereris in nuptiis vinum adponere nefas. Orci nuptiae. Plautus illustratus, & correctus.

AGellius Noct. Attic. lib. XVI. cap. XVI. docens dictos *Agrippas* voce ab aegritudine & pedibus conficta, sic ait inter cetera. *Esse autem pueros in utero Varro dicit capite infimo nixos, sursum pedibus elatis*. Qui locus, si quid video, ita debet scribi, *capite in imo nixo, sursum p. e.* Apud eumdem lib. XIX. cap. XI.

> *Dum semihulco savio*
> *Meum puellum savior.*

Scribo, *D. semihiulco suavio M. p. suavior*. Nec aliud est *semihiulco suavio suaviari*, quam quod Plautus *valgo suavio*, dixit Milite Sc. *Mihi ad enarrandum*, &c.

> *Itaque hic meretrices labiis dum ductant eum,*
> *Maiorem partem videas valgis suaviis.*

Petronius quoque Satirico. *Commovebat valgiter labra, & me tamquam furtivis subinde osculis verberabat*. Ad quem locum vide quae doctissimus mihique amicissimus Ioan. Wouwerius. In Macrobio etiam Saturn. lib. II. cap. II. ita restitues. *Cereri deae vinum libari nefas erat in nuptiis*. Hinc capiendus Plauti elegans locus Aulularia, Sc. *Heus Staphyla*.

> STA. *Cererin' mi Strobile hi sunt facturi nuptias?*
> STR. *Qui?* STA. *quia temeti nihil adlatum intelligo.*

Ita enim legendum primorem illum ex Macrobio lib. III. cap. XI. censeo. Dicebantur vero etiam *Orci nuptiae*, & Pontificum praesentia celebrabantur. Servius ad Eclog. X. *Aliud est sacrificium, aliud nuptias Cereri celebrare, in quibus re vera vinum adhiberi nefas erat, quae Orci nuptiae dicebantur, quas praesentia sua pontifices ingenti solemnitate celebrabant*. Haec scripseram, quum vidi idem docuisse iam in Centurionatu V. N. Ianum Dousam, cui libens rescribo.

CAP. XIII.

Poma & nuces quid differant. Macrobius compluries castigatus. Varro semel. Annales Maximi qui dicti. Afranii versus eruti.

PErgam in Macrobio, & quaecumque in eum mihi iterata lectione observata, huic chartae illinam. Saturnal. lib. I. cap. II. sub finem. *Atqui scias oportet eum inter nos sermonem fuisse*, &c. Praetextati haec ad Caecinam oratio est, non Caecinae ad Praetextatum, ut praefert hic textus. Certum itaque praecessisse. *Respondit Praetextatus*; aut tale quid. Cap. IV. *Varro Ferialium diem ait a ferendis in sepulcra epulis dici, non dixit Ferialiorum*. Scribo, *Feralium*, & *Feraliorum*. Vide Festum & Varronem lib. IV. capit. VIII. *Animalium vero aeternam propagationem ad Venerem generandi facultas ex humore translata est*. Locus corruptus, quem non sano, nisi legendum, *aeterna propagatione*. Ibidem. *Falcem ei quidem putant attributam, quod tempus omnia metat*. Scribo, *quidam p.* Cap. XI. *Qui instauratitius dictus est non a patibulo, ut quidam putant Graeco nomine ἀπὸ τοῦ σταυροῦ*. Corrigo, *a patibuli, ut q. putant, Graeco n.* Ibidem. *Vides quanto de servo ad deorum summum cura pervenerit*. Scribendum, *quanta de s.* Ibidem. *Hoc qui senserit, obliviscetur dominis id parum non esse, quod dis satis est*. Deleo *non*, vult sententiae decor, vult Seneca, e cuius epistola XLVII. omnem hunc tractatum descripsit: aut certe

certe ſcribendum, *parum modo eſſe*, ut mendae origo, a *mon* compendioſa ſcriptione exiſtat. Ibidem. *At illi, quibus non tantum praeſentibus dominis, ſed cum ipſis erat ſermo, quorum os non conſuebatur, parati erant cum domino porrigere cervicem, & periculum imminens in caput ſuum vertere.* Melius in Seneca eſt *pro domino p. c.* & putem errorem eſſe feſtini librarii. Cap. XII. *Quum primum ſignum Aries Marti adſignatus ſit: ſequens mox Venerem, id eſt, Taurus accepit.* Tranſpono, *ſequens mox, id eſt, Taurus, Venerem accepit.* Niſi τὰ *id eſt taurus*, ut gloſſema τȣ̃ *ſequens* plane deleri debere cenſendum. Capit. XVI. *Ideo per praeconem denuntiabatur*, &c. Volui olim *per praeciam*, nunc alia mihi mens, nec temere velim ſolicitare, uti nec illud quod ſequitur *tamquam inominalem diem*, pro quo *innominalem* reponendum exiſtimavi. Ibidem. *Dies autem poſtriduanos ad omnia maiores noſtri cavendos putarunt; quos etiam atros, velut infauſta adpellatione, damnarunt.* Putem ſcriptum fuiſſe, *q. e. atros vocantes, v. i.* Cap. XIX. *Coelum autem Argum vocitari placuit a candore & velocitate*, παρὰ τὸ λευκὸν ϗ ταχύ. Neceſsario legendum, παρὰ τὸ ἀργὸν, τὸ λευκὸν, ϗ ταχύ. Omiſerat Feſtinus librarius duas iſtas praecipuas voces. Capit. XX. *Hinc eſt quod ſimulacris AEſculapii & Salutis draco ſubiungitur.* Mutilum hoc caput, & quomodo farciendum, monui in Notis ad CVII. caput Catonis. Cap. XXI. *Idem AEgyptii volentes ipſius Solis nomine figuravere raſo capite.* Scribo, *Iidem AEgyptii*. Praeceſſit, *Hinc Oſirin AEgyptii*, &c. Ibidem. *Ideo & Hammonem, quem deum Solem occidentem Libyes exiſtimant, arietinis cornibus fingunt, quibus maxime id animal valet ſicut ſol radiis; nam & apud Graecos ἀπὸ τȣ̃ κάρα κριὸς adpellatur.* Corrigo, ἀπὸ τȣ̃ κέρας κριὸς *adpellatur*. Capit. XXIII. *Sive* ἀπὸ τȣ̃ δεομένȣ, *id eſt* καιομένȣ, *ſeu* ἀπὸ τȣ̃ δαιομένȣ, *hoc eſt* μεριζομένȣ. Scribendum etiam primo loco, ἀπὸ τȣ̃ δαιομένȣ. Cap. XXIV. *Imo pueri quum eſſemus, Symmache, ſine iudicio mirabamur.* Praeceſſit opinor, *Tum Evangelius*, aut tale quid; nam verba Evangelii ſunt ad Symmachi praecedentem quaeſtionem. Ibidem. *Audi quid de operis ſui multiplici diſciplina ipſe pronuntiet ipſius enim Maronis epiſtola, qua Auguſtum compellat, ita incipit.* Putem τὸ *Maronis* infarſiſſe aliquem ſtudioſum lectorem: elegantius enim abeſt Lib. II. cap. III. *Idem quum Lentulum generum ſuum exiguas naturae hominem longo gladio accinctum vidiſſet.* Corrigo, *exiguae ſtaturae*. Cap. IV. ubi de Graeculo. *Brevi ſua manu in charta Graecum exaravit Epigramma.* Scribendum, *breve ſua m.* Cap. VII. *Inducto habitu Syri, qui velut flagris caeſus, praeripientique ſe ſimilis exclamabat.* Malim, *proripientique ſe*. Cap. VIII. ſub exordium. *Namque ipſius verba haec traduntur:* τὴν συνȣσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν: *id eſt, coitum eſſe parvum morbum comitialem.* Interpretatio iſta a quodam ſtudioſo lectore eſt, non a Macrobio, qui non ſolet ita facere. Deinde deſiderantur heic alia & plura quam noſter Pontanus exiſtimavit, qui ex Saliſberienſi facile ſuppleri poſſe defectum omnem cenſuit. Cap. IX. *Primus hos Q. Hortenſius augurali coena poſuiſſe dicitur.* Augeo ex ipſo Varrone, *augurali adiiciali coena*. Locus eſt Lib. III. cap. VI. Erat autem *Adiicialis coena*, quae in ſanctione foederis, aut aliqua publica privatave laetitia dabatur. Videndus Cl. Lipſius ad Tacitum. Ibidem. *Quod potius factum tum luxurioſe quam ſevere boni viri laudabant.* Eiicio τὸ *tum* natum ex ſupina iteratione ultimae ſyllabae vocis praecedentis; itaque lego, *q. p. factum luxurioſe quam ſ. b. v. l.* Et *laudabant* non eſt ἐπῄνȣν, ſed εἶπον; antiqua notione. Atque ad eumdem modum in Varronis exemplaribus reſcribi oportere cenſeo, ubi hodie longe aliter, *quod protinus factum tam luxurioſi quam ſeveri viri boni laudabant.* Qua lectione nihil ineptius; veram erui manu ducente Macrobio. Ibidem. *Vt ova eorum denariis veneant quinis.* In Varronis exemplaribus eſt, *ita ut ova*, &c. Ibidem. *Vbi iam luxuria tunc accuſaretur, quando tot rebus farta fuit coena pontificum?* Qui haec toleranda in una periodo? *iam*, & *tunc*. Emendo, *Vbinam luxuria tunc*. Cap. X. *Ab illo ordiar tempore quod fuit optimis moribus, inter duo bella Punica*, &c. Exiſtimem ſcripſiſſe, *inter duo poſtrema b. P.* Nam tria fuerunt bella Punica, atque inter duo poſtrema optimi mores. Auguſtinus De Civitate Dei lib. II. cap. XVIII. *Nam cum optimis moribus & maxima concordia populum Romanum inter ſecundum & poſtremum bellum Carthaginienſe commemoraſſet egiſſe*, &c. Cap. XI. *Romani illi nobiliſſimi principes Lucilius, Philippus, & Hortenſius*, &c. Lego, *Lucullus, Philippus.* Varro lib. III. cap. III. *Quis enim propter nobilitatem ignorat piſcinas Philippi, Hortenſii, Lucullorum?* Vide etiam eiusdem libri caput extremum; Item Columellam lib. VIII. cap. XVI. Ibidem. *Quum heres teſtamento Lucilii eſſet relictus.* Iterum lego, *Luculli*. Sequitur. *Piſces de piſcina eius quadraginta millibus vendidiſſe.* Columella loco citato, *millium quadringentorum* habet: ſed haec lectio Varronis eſt lib. III. cap. II. Malim porro in Macrobii praecedentibus verbis legere. *M. Varro* III. *lib. de Agricultura refert*, &c. quam ut hodie obtinet, *M. Varro in libro d. A. r.* Iudicium eſto doctiorum. Ibidem, ſub exitum capitis. *Auctor eſt Plinius C. Caeſarem dictatorem, cum triumphales coenas populo daret, ſex millia muraenarum a C. Hirrio ad pondus accepiſſe.* Locus Plinii eſt lib. IX. cap. LV. Varro tamen lib. III. capit. ultimo tantum duo millia ait. Cap. XII. in verbis C. Titii. *Ludunt alea ſtudioſe unguentis delibuti, ſcortis ſtipati.* Diſtinguo, *Ludunt alea ſtudioſe, unguentis d.* Ibidem. *Quid mihi negocii eſt cum iſtis nugacibus; quam potius potamus mulſum mixtum vino Graeco*, &c. Corrigo, *quin potius*. Cap. XV. *Et quia mala videmus admiſſa bellariis*, &c. In ipſo initio eſt. Lego, *admiſta bellariis*. Sequitur. *Sunt de agricultura ſcriptores, qui nuces & mala ſic dividunt, ut nuces dicant omne pomum quod foris duro tegatur, & intus habeat quod eſui eſt; Malum vero, quod foris habeat quod eſui & durum intus excludat.* Lego, *q. eſui eſt*,

est, durum intus excludat. Iam eadem de differentia, quae inter poma & nuces tradit ex Democrito Auctor γεωπονικῶν lib. x. sive Constantinus is, sive Cassius Dionysius. Ὀπώρα λέγεται ἡ χλοώδη τὸν καρπὸν ἔχουσα, οἷον δωρακινὰ μῆλα, ἀππίδια, δαμασκηνὰ, καὶ ὅσα μὴ ἔχει ἔξωθέν τι ξυλῶδες. ἀκρόδρυα δὲ καλεῖται ὅσα ἔξωθεν κέλυφος ἔχει, οἷον ῥοιὰ, πιστάκια, κάστανα, καὶ ὅσα ξυλώδη τὸν καρπὸν ἔχει ἔξωθεν. *Autumnalis dicitur quae fructum viridantem habet, qualem Mala Doracina, Appidia, Damascena, & quaecumque non habent exterius aliquid ligneum. Acradrya vero vocantur quaecumque exterius corticem habent, ut mala punica, pistacia, castaneae, & quaecumque ligneum extrinsecus fructum habent*. Servius quoque ad Virgilii Eclog. II. *Nuces dicuntur omnia tecta corio duriore, ut avellanae, amygdalae, iuglandes, castaneae: sicut e contra dicuntur poma omnia molliora*. Atque eleganter valde dictum a Columella lib. x.

——— *aut pruni lapidosis obruta pomis*
Gaudet. ———

Huc pertinet Cascellii dictum, qui Vatinio gladiatorium munus edente, quum ab aedilibus edictum esset ne quis nisi pomum in arenam mitteret, rogatus an nux pinea pomum esset, respondit, *Si in Vatinium missurus es, pomum est*. Nam re vera alioqui pomum non erat. Cap. XVI. *Sanguinem, filicem, ficum atram*, &c. Volui olim, *salicem* pro *sanguinem*, sed erravi: Mentio eius arboris apud Plinium lib. XVI. cap. XVIII. ubi invenies *sanguineas virgas*, quales erant illae quibus prius parricidae caedebantur, quam culleo insuerentur. Lib. III. cap. I. *Et si tantae disceptationis sermo non cederet*, &c. Scribendum *disceptationi*. Sequitur. *Hoc autem reputo principaliter praemittendum, quo ad hoc quis diis superis rem sacram recte perficiat, prius eum rite purificari oportere*. Censeam *τὰ ad hoc* male intrusa esse, nam sine istis optime constat sententia, quae iam nimium quantum exulcerata est. Cap. II. *Pontificibus enim permissa est potestas memoriam rerum gestarum in tabulas conferendi; & hos annales adpellant equidem maximos, quasi a pontificibus maximis factos*. Interpungo, & lego, *e. h. annales adpellant, & quidem maximos, quasi a p. m. f.* Huc pertinet. *Festi locus Maximi Annales adpellabantur, non magnitudine, sed quod eos Pontifex maximus consecrasset*. Atque hos ipsos intelligit Arnobius noster lib. I. *Stribiligines & vos istas libris illis in maximis atque admirabilibus non habetis?* Cap. X. *Nam & Tercius, quum de ritu sacrorum multa differeret, ait sibi hunc locum in quaestione venisse*. Putem, *Nam & Terentius*, & de Varrone capiendum, ortam vero mendam ex compendiosa scriptione *TerTius*. Atque videtur haec ex libris eius Rerum Divinarum accepisse, aut Epistolicis Quaestionibus. Cap. XII. sub finem. *Leges Ceres dicitur invenisse; nam & Sacra ipsius Themis feria vocantur*. Scribendum, *Thesmophoria vocantur*. Nemo tam hospes in his litteris quid nesciat. Lib. V. cap. I. *Sed istam mihi necessitatem altam & profundam remittas volo: quia non nostrum inter illos tantas componere lites*. Plus acuminis habeat si legamus, *inter illos tantos*, & ita dixisse Eusebium certum habeam; loquitur vero de comparatione Tullii & Maronis. Capit. II. *Unde enim Veneto, rusticis parentibus nato, inter silvas & frutices educto vel levis Graecarum notitia litterarum*. Volui olim, *unde enim Vergilio*, sed profecto toto caelo erravi, nunc aut fallor aut veram lectionem excogitavi, *unde enimvero rusticis p. n.* Origo mendi ex supina iteratione mediae syllabae mutato insuper *V* in *N* & *R* in *T*. Capit. XII. circa medium. *In arboribus etiam & frugibus ad earum indolem vel detrectandam vel augendam maior plerumque vis & potestas est aquarum & terrarum quae alunt*. Restituo, *In arboribus etiam & fruticibus ad*, &c. Sub finem. *Graecis milites Polipoetes & Leonteus stant pro portis, & immobiles, Asium advenientem hostem velut fixae arbores opperiuntur*. Melius, si leviter transponas, *Asium hostem advenientem*, & haec est scriptura Macrobii. Cap. XIII. in medio.

Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος.

Et alibi.

Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν.

Phidias, cum Jovem Olympium fingeret, &c. Luxatus hic locus. Restituo.

Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος.
Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν.

Et alibi: Phidias cum I. O. F. Nam pessime haec erant divulsa. Cap. XVI. *Virgilius in hoc sequutus auctorem modo in priore Catalogo, modo de Aventino, modo de Hippolyto fabulatur*. Deleo vocem male inculcatam, & scribo, *sequutus auctorem, in priore catalogo*. Cap. XVIII. *Tamen his quoque & id Euripidis nobilissimi tragoediarum scriptoris addetur auctoritas*. Corrigo, *his quoque itidem Euripidis*, ultima syllaba absorpta erat a prima vocis sequentis, itaque remanente tantum *itid* diviserunt, & fecerunt *et id*. Acute, ut ipsis visum. Cap. XIX. in Carminii sive *Granii* legendum, ut monui in Notis. *Prius itaque & Tuscos aeneo vomere uti, quum conderentur urbes, solitos in Tageticis eorum sacris invenio*. Scribo, *quum conderent urbes*; male repetita erat prior syllaba vocis sequentis. Cap. XX. *Testis Alcaeus, qui in Coelo tragoedia sic ait*. Quid si? *in Coeo tragoedia*, ut nomen fuerit tragoediae Coeus, Κοῖος, quem Hesiodus θεογονίᾳ Coeli & Terrae filium facit. Temere tamen mutare non mihi animus. Capit. XXI. *Sequitur, ut quando cantharum & poculi & navigii genus esse supra diximus, probetur exemplis*. Navigii genus? lege, relege totum hoc caput, non invenies. An non scripsit? paret: ubi ergo? aut nusquam, aut post ista, quae paulum praecedunt. *Ac sane animadverti ego apud Graecos multa poculorum genera a re navali cognominata, ut carchesia supra docui, ut haec cymbia pocula procera, ac navibus similia*. Atque heic subnixa fuerint & de canthero; quae perierunt. Lib. VI. cap. I. *Afranius etiam togatarum scriptor, in ea togata, quae Compitalia inscribitur, non inverecunde respondens arguentibus quod plura sumsisset a Menandro, Fateor, inquit, sumsi non ab il-*

lo solo

lo solo modo, sed ut quisque habuit quod conveniret mihi, quodque me non posse melius facere credidi, etiam a Latino. Vbi loci latent Afranii elegantissimi versus, leviter tamen corrupti, quos nemo hactenus deprehendit. Ego eruo & constituo.

Fateor (inquit) sumsi, non ab illo solummodo,
Sed ut quisque habuit conveniret quod mihi,
Quod me non posse melius facere credidi,
Etiam a Latino. ———

Cap. VII. *Vexare Italiam Hannibalem, quando nullum calamitatis aut saevitiae aut immanitatis genus reperiri queat, quod in eo tempore Italia non perpessa sit.* Mutilus locus; Rescribo. *Vexare Italiam Hannibalem dixit, quando nullum c. g.* Haec vox deest, aut ei similis. Sensus postulat, suadet Agellius lib. II. cap. VI. quem vide, si operae. Ibidem. *Sic in actionibus civilibus auctor laudari dicitur, quod est nominari.* Scribo, *actor laudari*, & apud Agellium lib. II. cap. VI. Lib. VII. capit. I. *Sic Agathonis convivium, quia Socrates, Phaedros, Pausanias & Erisymmachos habuit; sic & coena, quam Callias doctissimus dedit, Charmadam dico, Antisthenem, & Hermogenem, ceterosque his similes.* Nomina heic propria corrupta. Emendo. *Pausanias* & *Eryximachos habuit.* Deinde *Charmidem dico;* Agathonis convivium, quod laudat Macrobius, habes in Platonis Symposio; Calliae autem coenam, in Xenophontis: atque inde hanc correctionem meam hausi. Ibidem. *Liber pater thyrso ferit, per obliquationem circumfusae hederae latentem mucronem.* Corrigo, *latente mucrone.* Capit. VI. *Fiunt enim tremuli, graves, pallidi, & saltu tumultuantes spiritus artus suos & membra quatiuntur.* Scribo, *tumultuantis spiritus.* Cap. VIII. sub exordium. *Quidquid grave erat carnis adsumserit, consummationemque eius multa ex parte confecerit.* Scribo, *absumserit.* Sequitur. *Cum cito coquant offas bubulas, in asperis piscibus concoquendis laborant.* Corrigo, *cito concoquant.* Scriptum fuerant *concoquant* quod imperiti isti non advertentes, rati male iteratam primorem syllabam, truncatam nobis vocem dederunt. Cap. IX *Aut enim accedit priorsum, aut retrorsum recedit.* Verba sunt in initio statim; corrigo vero, *accedit prorsum* Nam *prorsum* opponitur τῷ *retrorsum.* Vide quae notamus cap. IV. libro primo huius Critici nostri. Simile mendum infra quoque cap. XIII. *Reperi nervum quemdam de corde natum priorsum pergere usque ad digitum manus sinistrae minimo proximum.* Iterum scribendum, *prorsum pergere.* Sequitur eodem XIII. capite. *Quum in templo vidissem circa deorum simulacra hunc in singulis digitum confictis odoribus illinire & eius,* &c. Scribo, *confectis odoribus,* Haec erant quae postmodum in Macrobio observaram. Tu, Lector, utere, fruere, ut meis, ut tuis.

CAP. XIV.

Catullus in Pervigilio correctus, & Statius. Adiubilare. Nubigenae montes. Nubigena Phryxus. Columella castigatus. Extorum venae. Littus uncum.

VErsus ille intercalaris est in Pervigilio Veneris.

Cras amet, qui numquam amavit, quique amavit, cras amet.

Quem languere hactenus ex tam doctis & acutis viris nemo sensit, quum tamen non leviter langueat, ita ut lumbifragium abstulisse (Plauti verbis) merito videatur. Quid enim quaeso iubeat illos denuo amare, qui semel amarunt, & habent iam speratam suam sponsam pactam. Fallor, aut scripsit iste Auctor, quicumque tandem.

C. a. q. n. a. quique amabit, cras amet.

Sensu eleganti. Qui numquam amavit, & tamen amaturus aliquando est, cras amet. Atque haec mihi sedet super eo loco sententia. Transitionem faciam ad Statium Silv. lib. V. Silva prima, ubi Abascantii in Priscillam pietatem decantat.

——— *rapidae sic obvia puppi*
Invidet, & velis adnubilat aura secundis.

Scripserim, *adiubilat aura s.* Eleganter vero ventos adversos & obstrepentes velis adiubilare dicit, sumta metaphora a rusticorum incondito clamore, quorum proprie est *Iubilatio.* Festus. *Iubilare, est rustica voce inclamare.* Thebaid. I.

——— *nec tarda sequetur*
Mens iuvenum, modo digna veni, mea pignora nosces.

Scribo, *diva veni*, Tisiphonem compellat, hortaturque in poenam filiorum. Simile mendum memini tollere in Arnobio lib. I. capit. XIII. ubi *divos* pro *dignos* legendum esse ostendi. Sequitur eodem libro in Statio.

Ille tamen modo saxa iugis fugentia ruptis
Miratur, modo nubigenas e montibus amnes
Aure, pavens, &c.

Potius, *nubigenis e montibus:* (a) Belle ita vocat montes altos, ut cum vertice nubes transeant, nasci ex iis videantur. Sed libet huius vocis occasione Columella levi mutatione corrigere, & illustrare lib. X.

Mox ubi nubigenae Phryxi, nec portitor Helles,
Signorum & pecorum princeps caput efferet undis.

Lamiae turres & pectines solis (ut cum Tertulliano loquar) loquitur iste versus; & profecto inauditum monstrum homines ex nubibus procreari; crederem si e lapidibus dixisset, inde nati, postquam

Deucalion vacuum lapides iactavit in orbem.

Vt ait Virgilius. Atqui Centauri, ut est in fabula, ab Ixione ex nube, quam Iuno sua figura induerat, geniti sunt: sed dic, sodes, an Phryxus unus de iis? λῆροι λήρων. Sano, & scribo maiuscula littera, *Nubigenae Phryxi,* ita

(a) Nubes tamen ex amnibus proprie oriuntur.

ita adpellat eum poetica catachresi ob Nephelen novercam, quam Athamas Inonis uxoris induxit in locum. Hoc verius, quam illa quae apud Sagram. Sequitur Thebaid. libro II.

Di bene, quod tales stirpemque animosque venitis.
Vt responsa iuvent. ———

Scribo, *V. responsa iubent.* Ibidem.

Me quoque nunc vates, nunc exta minantia divos,
Aut avium lapsus, aut turbida noctis imago
Territat. ———

Putem, *minantia diras.* Lib. III.

Ne mihi tunc, moneo, lituos atque arma volenti
Obvius ire pares, ventis, aut alite visa,
Bellorum proferre diem. ———

An ex ventis capta omnia? non alias memini legere. Putem, *venis, aut q. v.* atque de extispicio intelligam. Facit huc Arnobii locus lib. II. *Antequam Tages Tuscus oras contingeret luminis, quisquam hominum sciebat, aut esse noscendum condiscendumque curabat, in fulminum casibus, aut extorum quid significaretur in venis?* Pergo ad Theb. VI.

——— *aut littore in uno*
AEolus insanis statuat certamina ventis.

Putem, *littore in unco*, quomodo curvum littus alii Poetae adpellant. Postea ibidem.

Increpitans Scetumque levem, Cycnumque nivalem.

Malim, ut in aliis libris esse monet eruditissimus Bernartius.

Ascheton increpitansque levem. ———

Sic paulo ante dixit.

——— *rapidum Danacius augur*
Ascheton increpitat, meritumque vocabula Cycnum.

CAP. XV.

Sulpitius Severus aliquoties emaculatus.

SVlpitii Severi de vita D. Martini libros, usus unica, eaque depravatissima, editione Lazii, serio castigaram sublatis mendorum plaustris, ignarus iam ante Sigonium & Giselinum (quos viros!) eam Spartam sibi exornandam sumsisse: Cuius rei cum ab amicis commonefactus essem, accepissemque exemplar editionis istius, coepi cum meis illorum emendationes contendere, quid multis? e plurimis animadverti vix quatuor quinque mihi superare; quas libet heic proponere. Lib. de vita D. Martini cap. XXV. extremo. *Ego Christum nisi in eo habitu formaque qua passus est, nisi crucis stigmata proferentem, venisse non credam.* Malim, *c. stigmata praeferentem.* Epistola secunda ad Aurelium Diaconum. *Ego impudens sequi cupiens, dum altos gressus molior & conitor, evigilo, somnoque excitus congratulari coeperam visioni; quum ad me puer familiaris ingreditur, solito tristior vultu, lo quentis pariter & dolentis.* Interpungo, *solito tristior, vultu loquentis p. e. d.* Epistola III. ad Bassulam. *Aut ego tanto sim operi destinatus, ut omnia quae de Martino cognosci oportet, me potissimum scribente notescant.* Lazii editio: *scribentem notescant.* Inde coniicio scribendum, *scribente innotescant.* Dialog. I. cap. I. de virtutibus Monachorum Orientalium. *Nedum modo me tibi aestimes puncto temporis defuturum, quo minus amore tuo pendens te intuear, te audiam, tecum loquar.* Lego, *q. minus ab ore tuo p.* Ibidem. *Recte plane, inquit Postumianus: iste Gallus in societate nostra retinebitur, quia etsi mihi parum cognitus est, pro eo tamen quod tibi est carissimus, non potest mihi non esse carus.* Corrigo, *qui tametsi mihi*, &c. Cap. II. *Quum vacua ab humano cultu omnia cerneremus, ego studiosius explorandorum locorum gratia longius processi.* Quae lectio non potest bona esse; & miror sane Giselinum optime de hoc Scriptore meritum tolerasse. Pulmanni liber, ut ipse monet, habuit *studiosus.* Lazii, *studiosior.* Vtrumque bene. Sed praeterea scribendum, *ego studiosus explorandorum locorum longius processi.* Nam omnino eiiciendum τὸ *gratia*, quod a mala manu inculcatum. Dialogo II. capit. VII. *Finita coenula fragmenta panis adsumti micasque colligit, satis fideliter illas imperialibus epulis anteponens.* Corrigo, *f. panis absumti.* Haec erant quae superabant.

CAP. XVI.

Mos vetus ungendorum pedum. Diogenis Cynici scomma explicatum. Cubicula nocturna & diurna. Somnus insititius. Oluatium.

MOS erat veteribus priusquam calceos induerent pedes ungere: Hesychius ostendit Λιπαρῷ ποδί. Ἠλείφοντο τοὺς πόδας οἱ ἀρχαῖοι πρὸ ὑποδήσασθαι. *Vngebant pedes veteres antequam calcearentur.* Videmus id quoque apud Diogenem Laertium lib. VI. in vita Cynici sibi cognominis. Τῷ μύρῳ τοὺς πόδας ἀλειψάμενος, ἔφη, ἀπὸ μὲν τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν ἀέρα ἀπιέναι τὸν μύρον, ἀπὸ δὲ τῶν ποδῶν εἰς τὴν ὄσφρησιν. *Vnguento pedes delibutus, dixit, a capite quidem in aerem abire unguentum, a pedibus vero in odoratum.* Stringit eorum luxum, qui capillos unguento delibutos habebant, innuens meliorem pedes inungendi morem esse. Et hinc quoque capiendum aliud eiusdem scomma, quod postea Laertius commemorat. Ἐβόα πολλάκις λέγων τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ῥᾴδιον ὑπὸ τῶν θεῶν δεδόσθαι, ἀποκεκρύφθαι δὲ αὐτῶν ζητούντων μελίπηκτα, καὶ μύρα, καὶ τὰ παραπλήσια. ὅθεν πρὸς τὸν ὑπὸ τοῦ οἰκέτου ὑποδούμενον, οὔπω (εἶπε μακάριος), εἰ, ἂν μὴ σε καὶ ἀπομύξῃ. *Clamabat saepe dicens hominum victum facilem a diis datum esse, absconditum vero esse quaerentibus ipsis mellitas placentas, & unguenta, & similia. Quare ad eum, qui a servo calceabatur, nondum inquit beatus es, nisi te etiam emunxeris.* Erat quoque mos veteribus, qui etiamnum obtinet, aestivo tempore meridie somnum leviusculum capere, ut paret ex Plauto, aliisque. Varro elegantissime *somnum insititium* adpellat de Re Rust. lib. I. cap. II. *Ego hic, ubi nox & dies modice redit & abit,*

tamen aestivo die, si non diffinderem meo insititio somno meridiem, vivere non possem. Sed destinata ei quieti etiam alia cubicula ab iis, in quibus noctu dormiebant, atque illa *Diurna*, ut haec *Nocturna* adpellitabant. Observo ex Plinio lib. I. epist. III. *Quid? cubicula diurna nocturnaque possidentne te? & per vices partiuntur?* Ignorari video quid sit *Oluatium* Festus *Oluatium Antistius Labeo ait esse mensurae genus.* Vbi recte iudicat magnus Scaliger coactos eos interpretari id, quod in rerum natura non esset. Nec tamen locus corruptus, legendumve *Olus atrum*, ut idem minus bene existimat. Veteres enim nominabant *Oluatium* quod in ollis coctum esset, & est *Olluatim* ab *Olla*, sed moris erat illis consonantes non geminare. Eadem forma *Testuatium* dictitabant a *Testa*. Testis Romanorum doctissimus Varro, cuius ea verba lib. IV. de L. L. *Testuatium, quod in testu caldo coquebatur, ut etiam nunc Matralibus id faciunt.* Hoc mihi videtur, salvo aliorum iudicio.

CAP. XVII.

Amicorum peregre abeuntium mos. Effigies eorum in annulis gestari solitae. Seneca & Ovidius illustrati. Tesserae etiam datae. Petronii locus de littera quadrata explicatus. Sol Manare quando dictus. Chrysologo inde lux data.

AMici peregre abeuntes dabant alter alteri imagines suas ad renovandam memoriam. Inde intelligendus Seneca epist. XL. *Imagines nobis amicorum absentium iucundae sunt, quae memoriam renovant, & desiderium absentiae falso atque inani solatio levant.* Has autem, ut quocumque circumferre commode possent, annulorum gemmis insculptas gestabant. Ovidius inde capiendus, Trist. lib. I. eleg. VI.

Haec tibi dissimula, senti tamen, optime, dici,
In digito qui me fersque refersque tuo.
Effigiemque meam fulvo complexus in auro,
Cara relegati quae potes ora vides.

Atque hoc Romae, fortasse & in Graecia, ubi tamen tesseram praeterea dabant. Clare suggerit Heliod. AEthiop. V. Φέρε, σύμβολά τινα ποιησώμεθα, δι' ὧν ἀπόῤῥητά τε γνωριοῦμεν παρόντες, καὶ εἰ χωρισθῆναί ποτε συμβαίνοι, μαστεύσομεν ἀλλήλους. ἀγαθὸν γὰρ πλάνης ἐφόδιον, σύνθημα φιλικὸν εἰς ἀνεύρεσιν φυλαττόμενον. *Age, tesseras quasdam faciamus, per quas secretaque manifestemus praesentes, & si unquam separari contingat, invicem requiramus. Bonum enim erroris viaticum, amicabilis conventio in inventionem custodita.* Atque hoc illa de re; ad alia propero. Quaeritur a doctis, quid *Quadrata littera* sit in istis Petronii verbis. *Ad sinistram enim intrantibus non longe ab hostiarii cella canis ingens catena vinctus in pariete erat pictus, superque quadrata littera scriptum.* CAVE CAVE CANEM. Et dubitant an capiendum sit de iis, quas capitales vulgo vocamus; nam, inquiunt, priscis saeculis nullae aliae erant praeter tales. Vere, priscis. Sed Petronii, & ante temporibus iam inventae aliae litterarum formae. Testis ecce Quintilianus lib. I. cap. VII. *Illa vetustissima transeo tempora, quibus & pauciores litterae, nec similes his nostris earum formae fuerunt.* Innuit autem quadratam earum formam. Iam tempus Petroniani aevi ad Quintilianeum putandum tam hercle vetustissimum non est, ut ne vetus quidem iure possit adpellari. Itaque non erat cur hic tantopere aestuarent. Lego apud Festum, veteres *Manare* solem dixisse quum oriretur. Haec eius verba. *Manare solem tunc esse solitos antiquos dicere, ait Verrius, quum solis orientis radii splendorem iacere coepissent.* Atque ita loqui video Chrysologum Serm. 82. *Quia tunc sol ut mane faceret manicavit, & qui ante noctem fugerat, nunc ipse noctem praevenit fugaturus, ut reddat luci nox horas, quas terror dominicae passionis invaserat.* Est autem ὑποκοριστικὸν verbi *Manare*; quemadmodum enim a *Fodo*, *Fodico*, *Fello*, *Fellico*, ita a *Mano*, *Manico*.

CAP. XVIII.

Laevus triplici notione. Ἀριστερὸς, pro fatuo. Δεξιὸς, pro prudenti. Augurum mos. Antica. Postica. Dii Laevi. Arnobius illustratus. Tonitrua laeva auspicata. Petronio fax accensa.

LAevus triplici notione usurpari ab auctoribus observo, pro felici, infelici, fatuo. Primum itaque pro felici, apud Virgilium AEneid. IX.

Audiit, & coeli genitor de parte serena
Intonuit laevum. ———

Item.

Partibus intonuit coeli pater ipse sinistris.

Et apud Valerium Flaccum lib. I.

Talia conanti laevum Iovis armiger aethra
Advenit. ———

Stat. Thebaid. III.

Signa feras, laevusque tones. ———

Petron. Satyrico.

——— *de coelo Delphicus ales*
Omnia laeta dedit, pepulitque meatibus auras.
Nec non horrendi nemoris de parte sinistra
Insolitae voces flamma sonuere sequenti.

His omnibus, & aliis multis poetarum locis, *Laevus* pro felici accipitur, cuius rei rationem reddit Varro Epistol. Quaest. lib. V. *A deorum sede cum meridiem spectet, ad sinistram sunt partem mundi exorientes, ad dexteram occidentes, factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dextera, esse existimentur.* Servius AEneid. lib. II. *Sciendum, Laevum, quum de humanis rebus est, esse contrarium, quum de coelestibus prosperum: ut, Intonuit laevum, quia sinistra numinum intuentibus sunt dextera.* Aliter, ut videmus, quam Varro; quem Plinius sequitur lib. II. cap. LVI *Laeva prospera existimantur, quum laeva parte mundi ortus est.* Haec de prima notione, iam ad secundam veniamus. *Laevus* pro infelici. Festus *Scaeva res dicitur mala, quasi sinistra, σκαιὸν enim Graece sinistrum dicitur.* Sed nimis hoc notum est, origo tamen eius significa-

ficationis fortasse non item nota, quam si ostendero, non omnino operam lusurum me puto. Profluxit autem ab augurali disciplina. Augures enim spatia lituo designabant, & iis dabant nomina, ut prima pars *Antica*, posterior *Postica*, laterales duae, *Dextra*, & *Sinistra*. Dolabella lib. de Limitibus. *Quare per aedes publicas in ingressibus antiqui fecerunt crucem, antica & postica? quia aruspices secundum aruspicium in duas partes orbem terrarum diviserunt: unam partem ab oriente in occidentem, aliam a meridiano in septentrionem.* Vide Servium ad Eclogam IX. Atque ex hoc augurum more capiendus Arnobius lib. IV. *Iam primum enim mundus ipse per se sibi neque dexteras, neque laevas, neque superas regiones, neque imas, neque anticas habet, neque posticas.* Etiam Festus. *Ea coeli pars, quae sole illustratur usque ad meridiem, Antica utique nominatur; quae ad septemtrionem, est Postica.* Quae autem aves a dextra regione venirent, *Dextrae* dictae, & felices habitae; quae a sinistra, *Sinistrae*, & infelices. Atque hinc facta translatione latius vagari coepit vocum istarum usus. Praeterea vero, ut hoc obiter dicam, etiam locis istis putabant numina, quae *Dextera* & *Laeva* adpellabant. Ingerit Arnobius noster loco citato. *Dii laevi, & laevae, sinistrarum tantum regionum sunt praesides, & inimici partium dexterarum.* Inde Virgilius AEneid. VIII.

Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.

Nec alia de caussa toties apud poetas numina laeva aut dextra nominantur. Postremo, ut dixi, *Laevus* pro fatuo & stolido ponitur. Virgilius AEneid. II.

Et si fata deum, si mens non laeva fuisset,
Impulerat ferro Argolicas tentare latebras.

Horatius in Arte sua.

——— *o ego laevus,*
Qui purgo bilem sub verni temporis horam?

Exempla etiam apud alios multos multa, sed sufficit ex duobus principibus protulisse. Sumtum autem a Graecis est, qui ἀριστερὰ vocabant τὰ μωρά. Sophocles Aiace.

Οὔποτε γὰρ φρενόθεν γ' ἐπ' ἀριστερὰ
Παῖ τελαμῶνος ἔβας. ———
Nondum enim ex mente ad stulta
Fili Telamonis venisti. ———

Et postea.

——— σκαιὸν ἐκλύσων στόμα.
——— *stultum exsoluturus os.*

Interpres eius Vetus. Ἀριστερὰ οἱ παλαιοὶ τὰ μωρὰ ἐκάλουν, δεξιὰ δὲ τὰ συνετά. *Sinistra veteres stulta vocabant, dextera vero prudentia.* Suidas iisdem fere verbis. Ἀριστερά, τὰ μωρά; δεξιὰ δέ, τὰ συνετά. *Sinistra, stulta; dextra vero, prudentia.* Vbi etiam abducit Sophoclis locum hunc. Nos Batavi quoque, ἐλλωισμὸν referentes, de homine minime fatuo dicimus. *Hpen is niet stincx.*

CAP. XIX.

Mercurius somni praeses. Pocula ei ultima libata; Eius effigies in fulcris lectorum sculpi solita. Ἑρμῆς. Ἑρμῖνες. *Poculorum sculptura & inscriptiones.*

SOmni praesidem Mercurium superstitiosa existimabat antiquitas, itaque in lectorum fulmentis eius effigiem sculpere solebant, quae & ἑρμῖνες dicta inde. Etymologici Auctor. Ἑρμὶς, ὁ κλινόπους, ἐπειδὴ ἐν αὐτοῖς ἔγλυφον ἀγάλματα Ἑρμοῦ, ὡς ἐφόρου ὕπνου καὶ ὀνείρων. *Hermis, pes lecti, quoniam in ipsis sculpebant simulacrum Mercurii, ut somni somniorumque praesidis.* Et Suidas quoque ἑρμῖνες exponit τοὺς τῆς κλίνης πόδας. Praeterea libabant, ut placida & iucunda immitteret somnia. Didymus ad Odyss. ψ'. Τῷ δὲ ὀνειροπόμπον εἶναι (τὸν ἑρμῆν) καὶ τοὺς κοιμωμένους αὐτῷ εὔχεσθαι καὶ αὐτὸν ἀναμένειν εἵλοντο ἐν τοῖς θαλάμοις ἔχειν φύλακα τοῦ ὕπνου, ἐπινοῆσαι τε καὶ ἀσκῆσαι τοὺς τῶν κλινῶν πόδας εἰς τὴν τοῦ θεοῦ πρόσοψιν, ὅπως ἀλεξήτορας ἔχοντες ἰδέας τὰ μὲν δείματα μὴ φοβοῖντο, προσδοκοῖεν δὲ πλείστην ἐπαφροδισίαν διὰ τῶν ὀνειράτων. *Eo quod vero somnia mittat Mercurius, & dormientes ei supplicabant, & ipsum remanere optabant in thalamis ut somni custos esset, adeoque concipere & expolire lectorum pedes ad adspectum Dei, ut habentes species auxiliatrices terrores non paveant, exspectent vero per somnia multorum venereorum gaudia.* Vide quoque Eustathium. Et est elegantissimus locus apud Heliodorum αἰθιοπικῶν lib. III. Καὶ λύχνος τε ἡμμένος εἰσεφέρετο θεραπαινίδι, τοῦτο τοῦ πρεσβύτου προστάξαντος, καὶ τὴν σπονδὴν ἀπέχεεν, ἄλλους τε τῶν θεῶν, καὶ τὸν ἑρμῆν ἐπὶ πᾶσιν ἐπικαλούμενος. εὐόνειρόν τε ᾔτει τὴν νύκτα, καὶ φανῆναι αὐτῷ τοὺς φιλτάτους κατὰ γοῦν τὸν ὕπνον ἱκέτευε. *Et lychnus accensus inferebatur ab ancilla, id sene iubente, & libationem effundebat, aliosque deorum, & Mercurium prae omnibus invocans. & bonorum somniorum noctem precabatur, & adparere sibi dilectissimos secundum quietem supplicabat.* Sed & poculum eius honori consecrabant. Apollonii Scholiastes lib. I. Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς κρατῆρα κιρνᾶν ὅτε μέλλοιεν καθεύδειν, καὶ τὰς γλώσσας τῶν ἱερείων θύειν τῷ ἑρμῇ, καὶ ἐπισπένδειν οἶνον. *Moris erat apud antiquos craterem miscere quum dormire vellent, & linguas victimarum sacrificare Mercurio, & libare vinum.* Id erat ultimum. Homerus Odyss. η'.

Εὗρε δὲ φαιήκων ἡγήτορας ἠδὲ μέδοντας
Σπένδοντας δεπάεσσιν ἐυσκόπῳ ἀργειφόντῃ,
Ὧ πυμάτῳ σπένδεσκον ὅτε μνησαίατο κοίτου.
Invenit vero Phaeacum duces, & reges
Libantes poculis diligenti inspectori Argiphontae,
Cui ultimo libabant, ut decubitus reminisceretur.

Et vocabatur ἑρμῆς, ut est apud Iulium Pollucem lib. VI. cap. XV. cuius haec verba. Ἦν δὲ ὑγίεια ἱερά, ὥσπερ καὶ Διὸς σωτῆρος κρατὴρ, ἱερὸς ἦν. ἀγαθοῦ δὲ δαίμονος, ὁ μετὰ τὰς τραπέζας ἄκρατος. καὶ ἑρμῆς, ἡ τελευταία πόσις. ὅθεν καὶ ὅμηρος. Τῷ πυμάτῳ σπένδεσκον. *Erat vero salus sacra, ut & Iovis Servatoris cra-* ter,

ter, sacer erat. Boni autem daemonis post mensas Acratos. & Mercurius ultima potio, unde & Homerus. Postremo libabant. Erat vero peculiare, & consecratum soli Mercurio (sicut & illa duo priora, quae διὸς σωτῆρος, & ἀγαθοῦ δαίμονος dicebantur) proferebantque demum cubitum discessuri. Dictus vero ἑρμῆς, ab inscriptione, nam tria ista pocula eorum deorum, quibus sacra essent, nomina inscripta habebant, unde & γραμματικὰ ποτήρια nuncupata. Colligo ex Athenaeo lib. XI. qui refert Evallum Methymnensibus dedisse aureum poculum e mari extractum, cuius in circuitu sculptae undecim hae exstarent litterae, ΔΙΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ. Atque hoc de sacris poculis. Iam quae sacra non essent, historias aut varia carmina ostendebant. Tale illud Neronis, de quo in vita eius Suetonius. *Mensam subvertit: duos scyphos gratissimi usus, quos Homericos coelatura carminum Homeri vocabant, solo illisit.*

CAP. XX.

Sepulcra primitus in domibus. Ovidius illustratus. Lares cur culti. Cellae ei usui. Requietorium. Locus. Ossuarium. Cinerarium. Cinerarii. Locus communis. Sepulcra Familiaria, quae & Hereditaria. Ἀπόταφοι. Sepulcra in finibus agrorum, aliquando etiam medio.

SEpulcra Romanos iuxta vias habuisse satis omnibus constat; ut etiam Graecos. Paret ex isto Theocriti loco Idyll. VII.

Κὤπω τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμες, οὐδὲ τὸ σᾶμα
Ἁμῖν τῶ Βρασίλα κατεφαίνετο. ———
Nondum in mediam viam venimus, neque sepulcrum
Nobis Brasilae adparuit. ———

Primitus tamen in aedibus ea constituebant. Isidorus Orig. XV. cap. XI. *Sepulcrum a sepulto dictum est. Prius autem in domo sua quisque sepeliebatur.* Inde Lares coli coeperunt. Servius AEneid. VI. *Apud maiores omnes homines in suis domibus sepeliebantur: unde ortum est ut Lares colerentur in aedibus.* Atque erant cellae isti usui, quae postea translatae etiam extra urbem. Petronius Satirico. *In conditorium etiam prosequuta est defunctum, positumque in Hypogaeo Graeco more corpus custodire ac flere totis noctibus diebusque coepit.* Origo earum Graeca, quod satis etiam declarat Petronius, observavique olim paene adhuc puer ex Phlegonte Tralliano περὶ θαυμ. καὶ μακροβ. cuius haec verba sunt. Ἀνοιχθείσης δὲ ὑφ' ἡμῶν τῆς καμάρας εἰς ἣν πάντες οἱ οἰκεῖοι μεταλλαττόντες ἐτίθεντο, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων κλινῶν ἐφάνη τὰ σώματα κείμενα, &c. *Aperta autem a nobis camera, in quam omnes domestici defuncti positi erant, in aliis lectis adparuerunt corpora iacentia.* Quem locum etiam ab amicissimo meo Wouwerio adnotari video. Vt autem omnem hanc rem recte teneamus, sciendum, sepulcra aut fuisse privis hominibus facta, vel coniugibus, aut omni familiae posterisque. Privorum coniugumque adpellabantur *Requietoria*, Inscriptio vetus.

P. SCANTIVS. PHILETVS. FECIT. SIBI.
ET. SCANTIAE. NICE. LIB. REQVIETORIVM.

Quomodo Lycophron alibi εὐναστήριον. Aut *Loci*, ut videre est in iure nostro, & Inscriptionibus. Augustinus De Civit. Dei lib. I. cap. I. *Testantur hoc martyrum loca, & basilicae Apostolorum.* Aut etiam *Ossuaria*. Iterum disco ex vetere Inscriptione tali. IVLIA. FVSCINIA. OSSVARIVM. VIVA. SIBI. FECIT. Et ex alia quadam Inscriptione etiam *Cineraria* dicta invenio, unde & *Cinerarii* qui cineraria, & reliquias martyrum honorabant, apud Hieronymum in epistola quadam ad Riparium. *Ais Vigilantium os foetidum rursus aperire, & putorem spurcissimum contra Sanctorum proferre reliquias, & nos qui eas suspicimus, adpellare cinerarios, & idololatras, qui mortuorum hominum ossa veneremur.* Dixi etiam omni familiae posterisque facta sepulcra, hinc toties est legere in Inscriptionibus antiquis. FECIT. SIBI. POSTERISQVE. SVIS. Haec intelligit Ovidius Metamorphos. lib. XIII.

At, puto, funeribus dotabere regia virgo,
Condeturque tuum monimentis corpus avitis.

Lapis vetus.

PA
TERNOS CINERES EX HISPA
NIA EXPORTATE COMMVNIQVE
SEPVLCRO CONDITE QVO
AVITIS CINERIBVS IMMIXTI
SACRO GAVDEANT ANNIVER
SARIO PARENTARI.

Solinus cap. V. *Quorum reliquiae in conditorio Salustianorum videntur.* Quintilianus Declam. XI. *Miser ego nec ad cadaver accessi, non in sepulcra maiorum meis manibus intuli.* Dicebantur autem ea *Loci communes*. Artemidorus lib. I. cap. LXXX. Κοινὸς ὁ τόπος οὗτος καλεῖται, ὁ τοὺς νεκροὺς δεχόμενος. *Communis locus vocatur, mortuos excipiens.* Et in Prologo Casinae Plautinae.

Ea tempestate flos Poetarum fuit,
Qui nunc abierunt hinc in communem locum.

Cicero Verr. VI. *Dico nihil istum einsmodi rerum in provincia reliquisse*, &c. *nihil in aedibus cuiusquam, ne in oppidis quidem, nihil in locis communibus, ne in fanis quidem*, &c. Iustinianus Institut. lib. II. tit. I. *In communem autem locum purum invito socio inferre non licet.* Etiam *Familiaria sepulcra*, item *Hereditaria*. ff. lib. XI. tit. VII. l. V. *Familiaria sepulcra dicuntur, quae quis sibi familiaeque suae constituit; hereditaria autem, quae quis sibi heredibusque suis constituit*, Qui alibi sepeliebantur, ἀπόταφοι a Graecis nominabantur. Harpocration. Ἀπόταφος, ἀντὶ τοῦ ἀπεστερημένος τῶν προγονικῶν τάφων. *Insepultus, pro eo, qui maiorum sepulcro privatus est.* Erant praeterea *Publica sepulcra*, in quibus nimirum ii locabantur, qui honoris ergo de publico sepeliebantur. Mentio eorum apud Siculum Flaccum lib. de Conditionibus agrorum. *Auctores divisionis adsignationisque leges quasdam colonis describunt, ut qui agri delubris sepulcrisve*

crisve publicis, qui solis itineris viaeactus ambitus ductusque aquarum, qui publicis utilitatibus servierint, ad id usque tempus quo agri divisiones fierent, in eadem conditione esse qua ante fuerant. Solita autem strui sepulcra, ut nec hoc negligam, in finibus agrorum iuxta vias, nisi si steriles aut saxuosi essent, quippe tum etiam in ipso eorum meditullio fiebant. Idem ille Flaccus libro citato. *Inspiciendum erit & illud, ne, quoniam sepulcra in extremis finibus facere soliti sunt, & cippos ponere, aliquando cippus pro termino errorem faciat. Nam in locis saxuosis, & in sterilibus etiam in mediis possessionibus faciunt.*

CAP. XXI.

Apud Athenienses in aere alieno obrutorum agris columnae cum inscriptione figebantur. Ὅρος. Ἄστικτον Χωρίον, & Ὑπόβολον. *Suidae lacuna expleta. Harpocration correctus. Scrobs & Fossa, pro membro muliebri.* Ἄροτρον, *Vomer, pro virili. Artemidorus illustratus, & Apomasar. Apuleius emendatus.*

Athenis in agris eorum qui aere alieno obruti solvendo vix essent columnae defigebantur, in quibus perscripta erat debiti magnitudo, & debitoris nomen. Factitatum vero id ab ipsis ea fini, ut ne quis ei postea imprudens foenus locaret: atque istae columnae ὅροι adpellabantur. Suidas. Ὅρος, οὕτως ἐκάλουν οἱ ἀττικοὶ, τὰ ἐπόντα ταῖς ὑποκειμέναις οἰκίαις ϰ χωρίοις γράμματα, ἃ ἐδήλουν ὅτι ὑπόκεινται δανειστῇ. *Terminus, ita vocabant Attici litteras, quae subessent subiectis domibus & locis, quaeque declarabant foeneratori subiici.* Etymolog. Auctor. Ὅρος, σημαίνει δύο, τὰ ὅρια, ϰ τῆς χώρας τὰ τέλη. ϰ σανίδιον ἐπιτιθέμενον ταῖς οἰκίαις ϰ τοῖς χωρίοις πηγνύμενον τοῖς ἐνεχυριαζομένοις πρὸς ἃ ὀφείλουσιν οἱ δεσπόται. *Terminus, significat duo, terminos, & loci fines, & tabellam impositam aedibus & agris fixam oppigneratis ad ea, quae domini debent.* Hos ipsos ὅρους intelligit. Theophrastus in Ethicis Characteribus cap. περὶ μικρολογ. Καὶ τοὺς ὅρους δὲ ἐπισκοπεῖσθαι ὁσημέραι, εἰ διαμένουσιν οἱ αὐτοί. *Et terminos inspicere quotidie, si iidem permaneant.* Et Hesychius. Ὅρος, νόμος, θεσμὸς, ἢ στήλη, ἡ κατεπεπηγυῖα ἐπὶ χωρίῳ. *Terminus. Lex, statutum, vel columna, quae in agro fixa est.* Itaque qui ager columnas eiusmodi non haberet, ἄστικτον χωρίον nominabatur. Etymologici Auctor. Ἄστικτον οἱ ἀττικοὶ ἐκάλουν τὸ ἐλεύθερον χωρίον, καὶ μὴ ὑποκείμενον χρήστῃ. εἴρεται δὲ, ὅτι τοῖς ὑποκειμένοις χρέεσι χωρίοις, εἰώθασιν ἐγκαταπηγνύειν στήλην, ἣν ἐκάλουν ὅρον. ἐν ᾗ ἐκεχάρακτο τὸ χρέος, ϰ ὁ χρήστης. ἵνα μὴ πλανηθεὶς ἕτερος, ὡς ἐπὶ καθαρῷ, αὐτῷ δανείσῃ. *Astictum Attici vocabant agrum liberum, & non subiectum creditori. Dicitur vero in subiectis debitis agris columnam figere consuevisse, quam vocabant terminum, in qua scribebatur debitum & creditor; ne errans alter, uti puro, ipsi foeneraretur.* Suidas quoque, doctissimus Grammaticus id ipsum scripserat, nisi edacis temporis iniuria eius libros mutilasset, nam hodie truncate legitur hoc modo. Ἄς . . . χωρίον τὸ μὴ ὑποκείμενον δανειστῇ. ὅταν γὰρ ὑπόκειται αὐτὸ τοῦτο ὁ δανείσας διὰ γραμμάτων δηλοῖ ἐπικειμένων τῷ χωρίῳ. τὸ δὲ αὐτὸ ϰ ἐπὶ οἰκίας γίνεται. *Ast . . . ager, non subiectus foeneratori. Quando enim subiicitur, hoc ipsum foenerator per litteras declarat impolitas agro; idem vero etiam in domibus fit.* Restituo, Ἄστικτον χωρίον, &c. Sed & in Harpocratione male legitur. Ἀστικὸν χωρίον, τὸ μὴ ὑποκείμενον δανειστῇ, ὅθεν γὰρ ὑπόκειται, εἴωθεν ὁ δανείσας αὐτὸ τοῦτο δηλοῦν διὰ γραμμάτων ἐπόντων τῷ χωρίῳ. *Asticos ager, non subiectum foeneratori, quando enim subiicitur, consuevit foenerator hoc ipsum significare per litteras quae loco insunt.* Corrigo similiter. Ἄστικτον χωρίον. Qui autem ager columnas istas haberet, Ὑπόβολον χωρίον vocabatur. Iulius Pollux lib. III. cap. IX. Ὅρους ἐφεστάναι χωρίων. λίθος δὲ ἦν, ἢ στήλη τίς, δηλοῦσα ὡς ἐστιν ὑπόχρεων τὸ χωρίον, ἐπὶ δὲ τούτου ἔλεγον, καί τοι ἐστίχθαι τὸ χωρίον. ὡς τὸ ἐναντίον, ἄστικτον. τὸ δὲ ὑπόχρεων χωρίον, ϰ ὑπόβολον. *Terminos constituere agrorum. Lapis vero erat, vel columna quaedam declarans agrum esse debito obnoxium; ideo vero dicebant, esse signatum agrum; & e contra, astictum. Ager autem debito subiectus, & Hypobolos.* Confero me ad Artemidorum, in cuius Onirocriticis insignes multae reconditae doctrinae notae. Legi olim in illo lib. II. cap. XXVII. Φρέαρ δὲ ἰδεῖν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἢ ἐν ἄγρῳ, οὐκ ὂν πρότερον, ἀγαθόν. οὐσίας γὰρ ἐπίκτησιν σημαίνει· ἀγάμῳ δὲ ϰ ἀπαιδι, γυναῖκα ϰ παῖδας. *Puteum autem videre in domo, vel in agro, qui prius non erat, bonum; substantiae enim possessionem significat. Innupto autem & orbo, uxorem & liberos.* Ecce per puteum mulierem & liberos designari ait. Similiter fere Apomasar Apotelesmatum cap. CLXXXII. *Si quis aquam putealem haurire visus fuerit, eamque limpidam, siquidem ipsemet puteum illum fecit, aurum a puella virgine consequetur, quod aquae copiae respondebit.* Et postea. *Si visus sibi fuerit aliis ex aqua puteali potum praebere, quae vel limpida, vel turbida fuerit: per eam virginem alios aut locupletabit, aut adfliget.* Rationem eius rei hanc sum commentus, non plane abludentem, etsi Artemidorus aliam reddat, nempe quia membrum muliebre κατὰ περίφρασιν lepide fuit adpellatum βόθρος, a Graecis, ut & a Latinis *Scrobs:* Sic apud Arnobium disertissimum Christianae religionis defensorem lib. IV. *Etiamne Pertunda, quae in cubiculis praesto est, virginalem scrobem effodientibus maritis.* Item *Fossa*, apud Tibullum in Priapeis.

Tibi haec paratur, ut tuum ter, aut quater,
Voret profunda fossa lubricum caput.

Sic est alius locus apud eumdem Artemidorum lib. IV. cap. XXII. Ἔδοξέ τις ἀροτριᾷν ϰ σπείρειν πυρούς. ϰ ἐπανῆκον αὐτῷ παῖδες ἐξ ἀποδημίας, ϰ ἡ γυνὴ χωρὶς οἰκοῦσα. *Visus est sibi quidam arare & serere frumenta; & redierunt ad ipsum filii peregre profecti, & uxor seorsim habitans.* Vbi cur ἀροτριᾷν ad liberos referat eadem plane est ratio, nam membrum virile ἄροτρον adpellatur. Nonnus Διονυσιακῶν lib. XVIII.

Ὀπτό-

Ο῞πποτε μιτρῴησιν ἐπισσομένοιο χαμευναῖς
Τάμνεν ἀνυμφεύτων στάχυν ἄρσενα πατρὸς ἀρότρων.
Quando in avunculos inruentis humi cubantes
Secuit spicam masculam aratrorum coniugii expertium patris.

Vbi recte monet doctissimus vir Gerartus Falkenburgius, & legendum μητρῴησιν, & eodem modo τὸ *Vomer* usurpasse Lucretium. Huc pertinet illud Apuleii Α᾽νεζομένῳ.

Carpant papillas, atque amplexus intiment,
Arentque sulcos molles arvo Venereo.

Ita enim lego, non *Haerentque*: Possit etiam *arvo Venereo* legi, fortasse rectius. (a)

C A P. XXII.

Sacrificia Graecorum adlatis nunciis laetis, ac dubiis. Θύειν τὰ εὐαγγέλια. *Laeti nuntii coronati adveniebant.* Στεφανοῦν τὰ εὐαγγέλια.

NOtandus is mos imperatorum aut ducum exercitus, qui rebus laetis nuntiatis sacra faciebant, amicisque victimarum partes mittebant; atque id nominitabant, θύειν τὰ εὐαγγέλια. Plutarchus in Agesilao. Ε῎θυσεν εὐαγγέλια, καὶ διέπεμπε μερίδας τοῖς φίλοις ἀπὸ τῶν τεθυμένων. *Sacrificavit evangelia, & misit amicis particulas ex sacrificatis.* Aristophanes Equitibus.

——— ἄνδρες ἤδη μοι δοκεῖ
Ε᾽πὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελμέναις
Εὐαγγέλια θύειν ἑκατὸν βοῦς τῇ θεῷ.
——— *viri iam mihi visum est*
Ob bonos eventus nuntiatos
Evangelia sacrificare centum boves Deae.

Iulius Pollux lib. v. cap. xxv. Η῾ μέν τοι ἐπὶ τῷ συνήδεσθαι θυσία, εὐαγγέλια. *Sacrificium ex eo quod quis resciverit, Evangelia.* Peragebant vero ista sacrificia coronati. Certum id ex Polyaeno Strateg. lib. II. Α᾽λλὰ μὲν καὶ αὐτὸς προῆλθεν ἐστεφανωμένος, ἔθυσεν εὐαγγέλια, διέπεμψε τοῖς φίλοις τὰς μερίδας ἀπὸ τῶν ἱερέων. *Sed & ipse processit coronatus, sacrificavit evangelia, misit amicis particulas ex victimis.* Sed & incertis nuntiis adlatis sacrificabant, idque diis in plateis constitutis. Aristophanis Scholiastes Equitibus. Ε῎θος ἦν τοῖς ἐν ἀγυιαῖς ἱσταμένοις θεοῖς ἐπὶ ταῖς ἐρχομέναις ἀγγελίαις θύειν. ὡς ἂν εἰ ἀγαθαὶ εἶεν, ἐπινεύσαιεν ταύταις, εἰ δὲ τοὐναντίον, ἀποτρέψαιεν. *Mos erat Deis compitalibus, quum adferrentur nuntii, sacrificare. Vt siquidem boni esset, adnuerent, sin minus averterent.* Observo quoque consuetudinem fuisse, ut qui laeta etiam nuntiarent, coronati & vittati venirent. Ingerit idem Polyaenus loco citato. Παρεσκεύαζεν ἄνδρα ἀγνῶτα, προελθοῦσιν αὐτοῖς τῆς πόλεως, ἐστεφανωμένον καὶ ταινίας ἔχοντα πρῶτον ἀπαντῆσαι ἀγγέλλοντα. *Praeparabat virum ignotum, quum ipsi ex urbe processissent, coronatum, & vittas habentem qui primus occurreret nuncians.* Philostrat. lib. I. de vita Sophistarum, in AEschine. Α᾽λλ᾽ ἐνθυμηθεὶς τὸ ἐν ταμύναις ἔργον, ἐν ᾧ βοιωτοὺς ἐνίκων ἀθηναῖοι, ἀριστεία τούτου δημοσίᾳ ἐστεφανοῦτο, τάτε ἄλλα, καὶ χρησάμενος ἀμηχάνῳ τάχει περὶ τὰ εὐαγγέλια τῆς νίκης. *Sed cogitans opus Tamynense, in quo Boeoti ab Atheniensibus victi sunt, victoria huius publice coronabatur, & alia, usus etiam inaestimabili celeritate ad victoriae evangelia.* Et id ipsum στεφανοῦν τὰ εὐαγγέλια vocabant. Adparet ex Aristophanis Equitibus.

Εἶτ᾽ ἐστεφάνουν μ᾽ εὐαγγέλια, κἀγὼ ῎φραζα
Αὐτοῖς ἀπόρρητον. ———
Si coronabant me evangelia, & ego dicebam
Ipsis arcanum. ———

Ad quem locum Scholiastes. Τοὺς γὰρ εὐαγγελιζομένους τι ἀγαθὸν στεφάνοις ἐτίμων. *Eos enim, qui nuntiabant aliquod bonum, coronis honorabant.*

(a) Allegoria est, quae frequenter apud Eruditos Scriptores occurrit. Sic apud *Virgilium, genitale arvum*; nec dissimile dictum apud *Tertullianum* offendisse me memini.

C A P. XXIII.

Culei origo. Mos collocandi aegros ante ianuas unde manarit. Et alius Iberorum adnotatus. Ι῾ερὰ ἐσθής, στολή. *Vettius Valens emaculatus.*

CVlei supplicium apud Auctores valde frequens, & congessit de eo nuper aliquot loca in Parergorum libris Christophorus Colerus, iuvenis eruditus, quia tamen ille de origine eius nihil, libet istam heic exponere. Culei itaque supplicium vetus adprime, & iam inde a Tarquinio rege, qui primus usurpavit in M. Tullium Duumvirum, quia Petronio Sabino sacra civilia describenda praemii gratia tradidisset, Valerius id docet lib. I. cap. I. *Tarquinius autem rex M. Tullium Duumvirum, quod librum secreta civilium sacrorum continentem, custodiae suae commissum corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum in mare abiici iussit. Idque suplicii genus multo post parricidis lege irrogatum est.* Postea in parricidas statuit Pompeius, primusque ita periit Malleolus, ut inibi docet doctissimus vir Steph. Pighius. Sed hoc ἐν παρόδῳ (nam ad alia propero) ut & illud quod sequitur. Olim aegros desperatos in via ante ianuas deponebant, si quis forte praetereuntium, qui tali aliquando morbo laborasset, medelam sciret. Observaveram id ex Isidoro, quum video etiam nobilissimo & doctissimo iuveni Francisco Dousae, amico meo, ad Lucilium animadversum: sed de origine, quia ille etiam nihil, ego dicam. Omnis ille mos ab AEgyptiis manavit. Clare Strabo lib. III. Τοὺς δὲ ἀρρώστους, ὥσπερ οἱ Αἰγύπτιοι τὸ παλαιόν, προτιθέασιν εἰς τὰς ὁδούς, τοῖς πεπειραμένοις τοῦ πάθους ὑποθήκης χάριν. *Aegrotos autem, ut AEgyptii antiquitus, exponunt in viis, ut ii, qui morbum experti sunt, consilium dent.* Similis fere consuetudo Iberorum, qui parvulos, de quorum vita despondebant animum, ostiatim circumtulisse memorantur, & remedia a similia passis quaesivisse. Ruffinus Hist. Eccles. lib. I. cap. X. *Mos apud eos esse dicitur (nempe Iberos) ut quum parvulus aegrotet, circumferatur a matre per singulas domos, quo scilicet, si quis experti aliquid remedii noverit, conferat laboranti.* Sed alio sermonem vertam. Graeci veteres vestem

stem illam, qua induti sacris operarentur, ἱερὰν ἐσθῆτα, adpellabant. Liquet ex Oratione Demosthenis κατὰ Μειδίου. Τὴν γὰρ ἐσθῆτα τὴν ἱερὰν (ἱερὰν γὰρ ἔγωγε νομίζω πᾶσαν ὅσην ἄν τις ἕνεκα τῆς ἑορτῆς παρασκευάζεται, τέως ἂν χρησθῇ) καὶ τοὺς στεφάνους τοὺς χρυσοῦς, οὓς ἐποιησάμην ἐγὼ κόσμον τῷ χορῷ, ἐπεβούλευσεν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι διαφθεῖραί μου. *Vestem enim sacram (sacram enim ego puto omnem quamcumque festi caussa parat, donec utatur) & aureas coronas quas feci ego ornamentum choro, insidiatus est, viri Athenienses, corrumpere me.* Et haec eadem est, cuius meminit Heliodorus αἰθιοπικῶν lib. V. Ἡ Χαρίκλεια δὲ μετημφίασεν ἑαυτήν, ἐνδεμένη μὲν πηριδίῳ τούς τε ὅρμους, καὶ τὰ στέμματα, καὶ τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα. *Chariclea vero induit seipsam, imponens quidem in perula monilia, & serta, & sacram vestem.* Quam etiam ἱερὰν στολὴν vocat lib. I. Τὴν γοῦν ἱερὰν στολὴν καὶ τὰ στέμματα μεθεῖναι καὶ δυστυχοῦσα, δεινὸν καὶ οὐ θεμιτὸν ἡγεῖται. *Sacram igitur vestem, & coronas omittere etiam in calamitatibus pressam, dirum & nefas existimat.* Item Vettius Valens lib. Floridorum, ubi de Mercurii natura. *Alios praeponit auctionibus, alios sectores facit, alios qui venales operas habeant, itemque ostentatores, saltatores, publicorum munerum aut satellitii praefectos, vestit multos deorum sacris stolis, multisque regium factum inserit.* Malim, *regium fastum inserit.*

CAP. XXIV.

Ἐπακρία χώρα. Ἐπακρίδες πόλεις. *Suidas & Etymologici Auctor emaculati.* Συνοίκια, *festum a Theseo institutum.*

TRanseo ad Suidam, in quo lego Cecropem Athenienses per vicos & montes dispersos in undecim civitatem redegisse, & ex earum octo duas tetrapoles fecisse, reliquas tres ἐπακρίδας, regionemque ἐπακρίαν vocavisse. Verba eius haec sunt. Ἐπακρία χώρα. Κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους κωμηδὸν οἰκοῦντας τοὺς ἀθηναίους ὁ Κέκροψ συναγαγών, κατῴκισεν εἰς φύλας ιβ΄. καὶ τὴν τῶν πολιτῶν ἐπωνυμίαν ἀφ' ἑαυτοῦ κεκροπίαν προσηγόρευσε. δύο δὲ τετραπόλεις ἐκάλεσεν ἐκ τῶν τεττάρων πόλεων ἑκατέραν πᾶσαν καταστήσας. τρεῖς δὲ τὰς λοιπὰς ἐπακτρίδας ὠνόμασε. καὶ ἡ προσεχὴς χώρα ταύταις ταῖς τρισὶν ὁμωνύμως αὐταῖς ἐπακρίας ἐκαλεῖτο. *Epacria regio. Antiquis temporibus vicatim habitantes Athenienses Cecrops congregans, migrare fecit in tribus* XII. *& civium cognomentum a se ipso Cecropiam adpellavit. Duas vero Tetrapoles vocavit, ex quatuor urbibus alterutram piram constituens; tres vero reliquas epacridas nominavit. Et attigua regio eodem cum his tribus nomine Epacrias vocabatur.* Emendo primum, ἐπακρία χώρα, &c. Deinde, κατῴκισεν εἰς πόλεις ιά. Convincunt sequentia, ubi ad duarum tetrapoleon mentionem ita ait. Τρεῖς δὲ τὰς λοιπὰς ἐπακτρίδας (scribo ἐπακρίδας) ὠνόμασε. Adparebit quoque ex Stephani verbis quae postea citabo. Postremo legendum. Ἐκ τῶν τεττάρων πόλεων ἑκατέραν μοῖραν καταστήσας, &c. ὁμωνύμως αὐταῖς ἐπακρία ἐκαλεῖτο. Ecce tibi, tamquam speculum, Etymologicographi locum huc pertinentem. Ἐπακρία χώρα. Ἀθηναίους πάλαι κωμηδὸν οἰκοῦντας πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα. καὶ τὴν τῶν πολιτῶν ἐπωνυμίαν ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν προσηγόρευσε, δύο δὲ τετραπόλεις ἐκάλεσεν, ἐκ τεσσάρων πόλεων ἑκατέραν μοῖραν καταστήσας, τρεῖς δὲ τὰς λοιπὰς ἐπακρίδας ὠνόμασε. καὶ ἡ προσεχὴς χώρα ταύταις ταῖς τρισίν, ὁμωνύμως αὐταῖς ἐπακρία ἐκαλεῖτο. *Epacria regio. Athenienses olim vicatim habitantes primus Cecrops congregans in civitates duodecim, etiam civium cognomentum a seipso Cecropiam adpellavit; duas autem tetrapoles vocavit, ex quatuor urbibus quamlibet partem constituens, tres vero reliquas epacridas nominavit, & contigua regio eodem cum his tribus nomine vocabatur.* Sed & heic vitiose δυοκαίδεκα est, cum ἕνδεκα debeat rescribi. Ex his vero undecim Cecropis urbibus unas Athenas Theseus fecit, atque ἄστυ nominavit. Cicero lib. II. de Legibus. *Vt vestri Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, & in* ἄστυ, *quod adpellatur, omnes se conferre iussit,* &c. Instituit praeterea in perpetua eius rei memoriam festum Συνοίκια adpellatum. Stephanus in Ἀθῆναι. Ὁ Θησεὺς τὰς ἕνδεκα πόλεις τὰς ἐν τῇ Ἀττικῇ συνοικίσας εἰς Ἀθήνας, συνοικίαν ἑορτὴν κατεστήσατο. *Theseus undecim urbes Atticae simul migrare quum fecisset Athenas, Synoeciam festum instituit.*

CAP. XXV.

In Zonis ferri pecuniae solitae; Item in tabellis. Iuvenalis, & Constantinus περὶ θεμάτων *illustrati. Sacculari. Saccus.* Σακκίον. Σακκέλλιον. Μαρτύρια. Κιβώτια. *Hesychius emendatus. Nummi aurei in eburneis tabulis, argentei in ligneis portari soliti. Pauperum pecunia in manticis adservata.*

COnstantinus περὶ θεμάτων cap. II. ubi insigni malitia Cappadocum agit, epigramma hoc refert.

Καππαδόκες φαῦλοι μὲν ἀεί, ζώνης δὲ τυχόντες
Φαυλότεροι, κέρδους δ' εἵνεκα φαυλότατοι.
Ἢν δ' ἄρα δὶς καὶ τρὶς μεγάλης πράξωνται ἀπάτης,
Δὴ τότε γίγνονται φαυλεπιφαυλότατοι.

Cappadoces mali quidem semper, quum vero Zonam consequuti sunt
Peiores, lucri autem causa pessimi;
Quum vero bis & ter magnam fecerint fraudem,
Tunc profecto sunt mali supra pessimos.

Vbi loci cur dicat, ζώνης δὲ τυχόντες φαυλότεροι, non omnes arbitror animadvertere. Sciendum autem veteres in Zonis pecunias gestasse, unde etiam Iuvenalis capiendus Satir. XIV.

——— *infelix, ac forsitan ipsa*
Nocte cadet fractis trabibus, fluctuque premetur
Obrutus, & Zonam laeva morsuque tenebit.

Plautus Mercatore, Sc. *Divom atque hominum.*

CII. *Zo-*

— CH. *Zonam sustuli*
EV. *Eam rem nunc exquirit intus.* —
Item Poenulo, Sc. *Ain' tu.*
— MI. *tu qui Zonam non habes,*
Quid in hanc venistis urbem, aut quid quaeritis?
Item Truculento, Sc. extrema.
ST. *Vbi est quod tu das, solve Zonas.* —
Sed rei eius quam profero fide dignos dabo testes. Aristophanis Scholiastes Βατράχοις. Τὰ βαλάντια ἐν ταῖς ζώναις ἀπηωρημένα φέρουσιν ἄνθρωποι. *Marsupia in zonis sublata ferunt homines.* Suetonius in Vitellio Caesare. *Quum deserta omnia reperisset, dilabentibus etiam qui simul erant, Zona se aureorum plena circumdedit.* Gracchus e Sardinia redux in Oratione ad populum apud Agellium lib. xv. capit. xII. *Itaque Quirites, quum Romam profectus sum, Zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli.* AElianus. Καί πως τὴν ζώνην τοῦ χρυσίου ἣν ἐπήγετο ὁ ξένος, ὁ πανδοκεὺς ἐθεάσατο, καὶ παραχρῆμα ἐποφθαλμιᾷ. *Et ubi Zonam auri, quam adducebat hospes, caupo spectavit, & statim oculis laborat.* Apuleius Milef. vII. *Pretiosissimis monilium, & auro monetali Zonis refertis incincta, inter ipsas custodientium militum manus, & gladios nudos intrepida,* &c. D. Marcus Evangelista cap. v. Καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδὸν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον· μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκόν. *Et iussit eis ne quid tollerent in viam, nisi virgam solam; non peram, non panem, non aes in zona.* Et huc pertinet proverbialis versus iste.

Ζώνη κοπεῖσα τὴν ὁδὸν λύει τάχος.
Zona recisa viam solvit cito.

Hinc *Sector Zonarius* apud Plautum Trinummo, Sc. *Huic ego diei.*

Ne illic homo 'st aut dormitator, aut sector Zonarius,

qui Graece βαλαντιοτόμος, Asconio *Saccularius*, in Commentario ad Orationem contra C. Antonium & L. Catilinam competitores; nam *Saccus* idem quod marsupium. Sic in iure nostro ff. lib. xLvII. tit. II. de Furtis, Lege xxI. *Si is qui viginti numorum saccum deposuisset, alium saccum, in quo scit triginta esse,* &c. Deinde. *Sed & si quis subripuit furto duos sacculos,* &c. Item lege LxxvIII. *Qui saccum habentem pecuniam subripuit, furti etiam sacci nomine tenetur, quamvis non sit ei animus sacci subripiendi.* Graeci quoque Σακκίον adpellant. Aristophanes Θεσμοφοριαζούσαις.

Σακκίων, ἐν οἶσπερ τ' ἀργύριον ταμιεύεται.
Sacculorum, in quibus argentum reponitur.

Etiam Σακκέλλιον, unde Σακκελλάριος, quod respondet τῷ *Saccularius* Asconii. Suidas. Σακκέλλιον, βαλάντιον, μαρσίπιον. ἐξ οὗ καὶ σακκελλάριος. *Sacculus, pera, marsupium.* Et alibi. Μάρσιπος. σάκκος, θυλάκιον. σακκέλλιον. *Marsupium. saccus. loculus. sacculus.* Sed ad Zonam revertor. Non in ea tantum pecunias habebant, verum etiam in tabellis: nam tabellarum duo erant genera, in his dumtaxat scribebant, & μαρτύρια dicebantur: in aliis pecunias quoque ut dixi portabant, & κιβώτια adpellabantur. Harpocration in Lexico decem Rhetorum. Δίττα ἦν γραμματίδια οἷς ἐχρῶντο Ἀθηναῖοι, τὰ μὲν ὥστε γράφειν μόνον τι ἐν αὐτοῖς, τάδε, ὥστε καὶ ἀργυρίδιον κατατίθεσθαι, ἅπερ καὶ κιβώτια, τάδ' ἄλλα, μαρτύρια. *Duplices erant tabellae, quibus utebantur Athenienses, hae quidem ad scribendum tantum in eis; illae vero ad argentum etiam deponendum, quae & arculae; alia vero, testimonia.* Hesychius. Γραμματίδιον, ὅτε μὲν τὸ πινακίδιον, ὅτε ὅμοιον γλωσσοκόμῳ. Scribo, γλωσσοκόμῳ. Sane & ad Romanos e Graecia tabularum usus translatus, qui habuerunt ex ebore & ligno: in eburneis aurum, in ligneis argentum, portabant. Colligo ex Martiale lib. xIv. lemmate xII. *Loculi eburnei,*

Hos nisi de fulva loculos implere moneta
Non decet, argentum vilia ligna ferant.

Sed hoc opulentiores tantum, nam pauperes in manticulis. Festus. *Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis, etiam nostro saeculo fuit.*

CAP. XXVI.

Mos vetus adnotatus. Quintilianus forte correctus. Ἀποχαλκίζεσθαι. Ἐξαργυρίζεσθαι. *Aeruscare. Adaerare. Cyrilli Glossarium emendatum.*

IS fuit veteribus mos, ut vel in extrema necessitate constituti, vel peregre ituri, facultates suas omnes, aut etiam partem, divenderent, & pecunias ex iis undique colligerent. Clarum rei istius exemplum apud Quintilianum Declamat. v. quae est pro patre contra filium. *Tu mihi nunc impotentissime* (malim *impudentissime*) *iuvenis, tu quaeso responde. Quid aliud facere debuerit pater duos redemturus? Cunctas facultates in pretia collegi* (malim *coegi*) *rus, servulos, penates, & omnia utiliora festinanti properatione parentis addixi, & ultra quam non potest excogitare summus adfectus, nibil senectuti meae, nil dubiis casibus,* (*pro inconsulta pietas!*) *nihil neque isti reservavi quem redemissem.* Apuleius Milef. xI. *Iamque saepicule non sine magna turbatione stimulatus, postremo iussus, veste ipsa, quamvis parvula, distracta, sufficientem corrasi summulam.* Graeci idipsum ἐξαργυροῦν, ἐξαργυρίζειν, ἀποχαλκίζεσθαι vocabant. Thucydides ξυγγραφῆς lib. vIII. Οὐδ' ἦν δὲ τελευτῶντα τὴν ἑαυτοῦ στρωμνὴν ἐξαργυρῶσαι. Parthenius ἐρωτικῶν η. Ἐν δὲ αὐταῖς καὶ Ἡρίππη γυνὴ Ξάνθου ἀνδρὸς ἐν Μιλήτῳ πάνυ δοκίμου, γένους τε τοῦ πρώτου, παιδίον ἀπολιποῦσα διετές. Ταύτης πολὺν πόθον ἔχων ὁ Ξάνθος ἐξηργυρίζετο μέρος τῶν ὑπαρχόντων, καὶ κατασκευασάμενος χρυσοῦς χιλίους, τὸ μὲν πρῶτον εἰς Ἰταλίαν ἐπεραιώθη. Latini autem veteres, *Aeruscare.* Festus. *Aeruscare, aera undique, id est pecunias colligere.* Postea male audire coepit ea vox, dictique fuerunt *Aeruscatores,* homines impudici, agyrtae, & mendici, qui stipem colligebant ostiatim. Ita utitur Agellius lib. Ix. cap. II. *Tum nos adspiciens, qui eum sectabamur, Musonius, inquit, aeruscanti cuipiam id genus, & philosophum sese ostentanti, dari iussit mille nummum.*

Lib.

Lib. XIV. cap. I. *Disciplinam istam Chaldaeorum tantae vetustatis non esse, quantae videri volunt; neque eos principes eius auctoresque esse quos ipsi ferant: sed id praestigiarum atque offuciarum genus commentos esse homines aeruscatores, & cibum quaestumque ex mendaciis captantes*. Medio aevo *Adaerare* dicebant. Glossae, *Adaerat*, ἐξαργυρίζεται, ἀποχαλκίζει, Item, *Adaeratio*, ἐξαργυρισμός. Ἀπαργυρισμός. *Adaeratio*. In Cyrilli Glossario leviter depravatum legitur ἐξαργυρίζω, *Adero*. Scribo, *Adaero*. Invenio etiam aliquoties in Iure nostro. Codicis lib. x. Tit. XXVIII. De collatione donatorum. *Indulgentiam vero memoratae descriptionis & in anteactum, & in posterum tempus, non solum in relevatis, verum etiam in donatis, adaeratis, translatisque, seu quodcumque aliud nomen novae descriptionis excogitatum est, volumus observari*.

CAP. XXVII.

Φῶς ἀγαθόν. Vincamus. Acclamatio veterum illato lumine vespertino. Incilare. Ammianus pluries restitutus. Tacitus bis. Arae.

VArro ait veteres illato lumine vespertino φῶς ἀγαθόν exclamare solitos. Ita habent eius verba lib. v. de L. L. *Diei principium Mane, quod tum manat dies ab Oriente; nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum: ad cuius religionem Graeci quoque, cum lumen adfertur, solent dicere, φῶς ἀγαθόν*. Nec adsimilis plane Hispanorum mos, qui *Vincamus* exclamabant; puto innuentes se vincere velle tenebras claritate luminis. Ammianus commemorat lib. XVI. *Malignitate simili quidem agens in rebus in Hispania, ad coenam itidem invitatus, quum inferentes vespertina lumina pueros exclamasse audisset ex usu, vincamus, interpretatus atrociter delevit nobilem domum*. Sed quoniam in Ammianum incidi, pergam eum emendare aliquot locis. Lib. XIV. *Namque & Isauri, quibus usitatum est saepe pacari, saepeque inopinis cursibus cuncta miscere*, &c. Scribo, *saepe palare*. Sectione v. *Alii summum decus in carrucis solito altioribus, & ambitioso vestium cultu ponentes, sudant sub ponderibus lacernarum, quas in colli exserta singulis ipsis adnectant*. Mihi videtur legendum, *in colli exserta lingulis spissis adnectant*. Ex *singulis* feci *lingulis* minuta mutatione, ex *ipsis*, vero *spissis*, resumens ultimam litteram vocis praecedentis, deinde *p* transposito, & *s* geminato. Lib. XV. Sect. IV. *Contemplans diligentius scripta, apicumque pristinorum reliquias quasdam reperiens, animadvertit, tum factum ex priore textu interpellato longe alium quam dictarat Silvanus*. Scribo, *textu interpolato*. Lib. XVII. Sect. VII. *Inter haec tria genera terraemotuum Mycematiae sonitu audiuntur minatorio*. Corrigo, *Mycetiae sonitu*, &c. Hoc adeo verum est ut nihil adsertione habeat opus. Porro praecedentia ista misere corrupta; inspice, Lector, & videbis: Restituo. *Super haec tria g. t.* Alias sensus constare non potest. *Super* dixit pro *Praeterea*, sicut etiam Virgilius AEneid. II. in Oratione Sinonis.

Cui neque apud Danaos usquam locus, & super ipsi
Dardanidae infensi poenas cum sanguine poscunt.

Facilis vero mutatio *i* in *s* *n* in *u* *t* in *p*. Siquis melius quid excogitabit, dabo herbam. Sect. XIV. *Adeo ut abunde cruore diffuso metus fluminis spumaret tumens*. Scribo, *meatus fluminis*. Sect. XV. *Erat enim arduum sequi per diversas sparsos imprudentia viarum arcente*. Scribo, *per diversa sparsos*. Lib. XVIII. Sect. V. *Ne contra acumina calcitraret, flexit se in blanditias molliores: confessusque debitum per colludia in nomen fisci translatum*. Rescribo, *per colluba* sive *collyba*, vel potius *collubia* ut sit ὑποκοριστικόν, ne longius a vestigiis vulgatae scripturae abeam. Sect. VI. *Non contis, nec remulco (ut aiunt) id est, non flexiloquis ambagibus, vel obscuris, sed velificatione plena in remp. ferebatur: eumdemque incitans regem, ut quondam Maharbal lentitudinis increpans Annibalem, posse eum vincere, sed victoria uti nescire*. Emendo, *incilans regem ut quondam Adharbal lentitudinis*, &c. *Incilare* est increpare, obiurgare. Accius Meleagro.

Quis erit qui me non spernens, incilans probris,
Sermone indecorans, turpi fama differet?

Pacuvius Duloreste.

Si quis hac me oratione incilet, quid respondeam?

Vide Nonium Marcellum Sect. VIII. *Quum ego rapidu ictu transirem*, &c. Scribo, *rapido itu*. Sic paulo post quoque Sect. XII. *Hic mixti cum Persis eodem ictu procurrentibus*, &c. iterum scribo, *eodem itu p*. Idem mendi memini etiam alibi infra tollere lib. XXII. Lib. XIX. Sect. VII. *Et quia per aestum arida siti reptantes aquam diu quaeritando profundum pene vidimus puteum*, &c. Rescribo, *profundum bene*. *Bene* pro valde, non infrequens etiam aliis. Transeo ad Tacitum, in cuius Annalium lib. II. haec lego. *Sola Germanici triremis Chaucorum terram adpulit, quem per omnes illos dies noctesque apud scopulos & prominentis oras, quum se tanti exitii reum clamitaret, vix cohibuere amici, quo minus eodem mari oppeteret*. Putem scribendum, *& prominentis aras*, nam *Arae* dicuntur scopuli. Virgilius lib. III. AEneid.

Saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras.

Vide magni Scaligeri Auson. Lect. lib. II. capit. XXII. Annali XII. *Quippe Byzantium fertili solo, foecundoqae mari; quia vis piscium in pontum erumpens, & obliquis subter undas saxis exterrita, omisso alterius littoris flexu, hos ad portus defertur*. Libri omnes, *vis piscium in Metapontum erumpens*. Ex quis vere corrigi posse existimat V. Cl. Iustus Lipsius, *vis piscium innumera Pontum erumpens*. Ego tamen propius insistens vestigiis istius lectionis divinabam, *vis piscium immensa Pontum erumpens*. Fuerat nimirum vox supinitate librariorum divulsa, & syllabae eius duae

posteriores adhaeserant principio dictionis sequentis, hinc origo mendi. Atque hanc divinationem viro fama celebri, Theodoro Cantero, probavi coram, quum nuper festos VItraiecti apud amicos agens dies, Tacito itineris comite adscito, in eumpse locum forte incidisse.

CAP. XXVIII.

Arcae in carcere. Robur. Capite plectendi lautius habiti. Seneca explicatus, & tentatus. Inscriptiones aedium ad emoliendu infortunia. Dominorum nomina in aedibus scribi solita. Mos apud Athenienses. Natorum minimi patres comitati. Apuleius forte correctus.

SAtura erit hoc caput, & impendam quidquid obviam se dabit, nullo delectu: delicatulus quisquis es, qui fastidis, abstine sodes, atque aliud pulpamentum quaere. Antiqui in carceribus habebant arcas, in quas maleficos includebant. Video id ipsum apud Aurelium Victorem, si is auctor libri de Viris Illustribus, ubi de Attilio Regulo ei sermo. Haec verba eius. *Reiectisque a se coniuge & liberis, Carthaginem regressus, ubi in arcam ligneam coniectus, clavis introrsum actis, vigiliis ac dolore punitus est.* Successit in harum locum *Robur*; Docet me Festus. *Robur quoque in carcere dicitur is locus, quo praecipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robustis includebatur.* Vt bene emendavit eruditus iuvenis Petrus Colvius. Plautus Curculione, Sc. *Argentariis.*

Delicatam te hodie faciam cum catello ut accubo,
Ferreo ego dico. CA. *at ego vos ambo in robusto carcere*
Vt pereatis. ———

Item Poenulo, Sc. *Quis pulsat.*

——— *quos ego iam detrudam ad molas,*
Inde porro ad puteum, atque ad robustum codicem.

Capite plectendi arctiore in custodia habebantur, & animi reficiendi gratia lautioribus cibis alebantur. Colligo ex Senecae ep. XVIII. *Sepositos ad capitale supplicium non tam anguste qui occisurus est pascit.* Qui mos etiamnum apud nos obtinet, nam pridie condemnationis in arctiorem custodiam, Senecae verbo, seponuntur, ac tum illis, quidquid exigant, exhibetur. Sed quia Senecae iam facta mentio, libet locum eius alium ex epistola XXV. proponere, ut mendosus sit nec ne expendamus. Ita habet. *Quid tu singulis articulis singula machinamenta, quibus extorqueantur, aptas, & mille alia instrumenta excarnificandi particulatim hominis?* Nonne meliuscule? *excarnificandi articulatim*; si cui probum, gaudeo, sin autem, facilis deliramenti istius iactura. Stultum vero,

——— *Quum tot ubique*
Occurras nugis, periturae parcere chartae.

Vt ille ait. Mos veteribus superstitioribus in aedium frontispicio ad amolienda infortunia scribere, μηδὲν εἰσίτω κακόν. Observo in Vita Diogenis Cynici apud Laertium libro VI. Εὐνούχου μοχθηροῦ ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν, μηδὲν εἰσίτω, Ὁ οὖν κύριος, ἔφη, τῆς οἰκίας, ποῦ εἰσέλθοι. *Eunuchus flagitiosus, quum scripsisset supra domum, Nemo ingrediatur, Dominus igitur domus, inquit, quo introibit.* Et postea. Νεογάμου ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν, ὁ τοῦ Διὸς παῖς ἡρακλῆς καλλίνικος· ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν. *Quum qui nuper nuptias contraxerat supra domum inscripsisset, Iovis filius Hercules Callinicus hic habitat, nullum malum ingreditur.* E quibus verbis duo praeterea disco, & factitatum id a contractis nuptiis, & domini aedium nomen adscribi solitum fuisse. Quod ad infortunii amolitionem, similis fere Etruscorum mos, qui incendiis averruncandis, ARSE, VERSE, scribebant. Festus ingerit. *Arse, verse, averte ignem significat. Tuscorum enim lingua* ARSE *averte,* VERSE *ignem, constat adpellari, unde Afranius ait: Inscribat aliquis Arse verse in ostio.* Vt recte legendum Scaliger censet, quo pertinere videtur, eodem monente, illud Plinii lib. XXXII. *Etiam parietes incendiorum deprecationibus conscribuntur.* Sane ab Etrusca ista voce etiam *Arsae* dicuntur τὰ ἀμυντήρια; nam male est *Arvae* in Glossario, ut alibi monui. Apud Philostratum Iuniorem observo Athenis pueros tertio aetatis anno floribus coronari solitos, quod non alibi temere legas. Καὶ ὅτ' ἀθήνησιν οἱ παῖδες ἀνθιστερεῶνι στεφανοῦνται τῶν ἀνθέων τρίτῳ ἀπὸ γενεᾶς ἔτει, κρατῆρας τε τοὺς ἐκεῖθεν ἐστήσατο, καὶ ἔθυσεν ὅσα ἀθηναίοις ἐν νόμῳ. *Et Athenis pueri mense Anthistereone coronantur floribus tertio ab ortu anno, craterasque, qui ibidem erant, statuit, & sacrificavit, quae Atheniensium lege praescribuntur.* Locus est in Iconibus eius. Filii item minimi natu patrem semper comitabantur. Ibidem. Ἐθεράπευον γὰρ ἀεὶ τὸ βάδισμα τῶν πατέρων οἱ νεώτεροι τῶν παίδων. *Curabant vero semper ingressum patrum filii natu minimi.* Aut nepotes. Lego in Apuleio Miles. VIII. *Decepto* (forte *decrepito*) *seni subsistite, meumque parvulum ab Inferis ereptum canis meis reddite. Nepos namque meus, & itineris huius suavis comes, dum forte passerem incantantem sepicula consectatur adripere, delapsus in proximam foveam, quae fruticibus imis subpatet, in extremo iam vitae consistit periculo.*

CAP. XXIX.

Chrysologus emendatus. Angaria. Angario. Ἄγγαρος. Ἀγγαρεύειν. Ἀστάνδης. Ἀνάπαυλαι. *Mansiones. Angustio. Tribulo. Tabellionum, & baiulorum apud Persas mos notatus. Sulpitius illustratur.*

CHrysologus mihi caput hoc explebit, atque maculas porro eius aliquot turpiores (nam minutas illas taediosum est, parumque gloriosum) critica spongia eluam, quantum festina lectione fieri pote. Serm. XXV. *Et ne cui forsitan deesset evectio ad portanda illa quae dimittitis, angeriatus est pauper: ferunt pauperes onera nostra, & volentes ferunt.*

runt. Corrigo, *angariatus est pauper*. Sic postea Ser. XXXVIII. *Angariare hominem suis actibus occupatum? & alienam poenam suum solatium computare?* Est autem *Angaria*, in Iure nostro, iniusta exactio, hinc *Angariare* verbum deflexum. Glossae Isidori. *Angario, cogo*. Sed est Persarum vox, quibus ἄγγαρος dicebatur regius tabellio, qui etiam ἀστάνδης iisdem. Suidas. Ἄγγαρος. οὕτως ἐκάλουν οἱ πέρσαι τοὺς βασιλέων ἀγγέλους. *Angaros. Ita vocabant Persae Regum nuntios*. Deinde. Ἄγγαροι, οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἀσάνδαι. τὰ δὲ ὀνόματα περσικά. *Angari, qui invicem succedentes litteras ferunt. Iidem etiam astandae. Nomina vero sunt Persica*. Et alio quodam loco. Ἀστάνδαι, οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἄγγαροι. τὰ δὲ ὀνόματα περσικά. *Astandae, qui ex successione litteras ferunt. Iidem & Angari vocantur. Nomina autem sunt Persica*. Sed usurpabant etiam hanc vocem pro onere, itaque ἀγγαροφορεῖν, onus ferre, ἀγγαρεύειν, ad tale ministerium compellere dicebant. Inde detortae Latinae istae dictiones, quas supra commemoravi. Menander.

> Ὁ πλέων κατηνέχθη κρίνεθ' οὗτος πολέμιος.
> Ἐὰν ἔχῃ τι μαλακὸν ἀγγαρεύεται.
> *Qui plus delatus est iudicatur hic hostis,*
> *Si quid habeat molle angariatur.*

Sed quod ait Suidas ἐκ διαδοχῆς, id observatione non omnino indignum. Persae itinera sua in παρασάγγας dividebant, & tabelliones baiulique, quicumque erant, ut quosque parasangas attigissent, quiescebant, & onera sua aliis ulterius euntibus per vices transferenda committebant. Disco ex Agathia libro II. ubi de Parasangis Persarum. Οἱ γὰρ παρ' αὐτοῖς ἀχθόφοροι ἕκαστον παρασάγγην περαιωθέντες, τά τε φορτία τίθενται, καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐλάχιστον ἀναπαύουσιν, ἑτέρων δή που ἀμοιβαδὸν διαδεχομένων, καὶ καθόσον τοῦτο δρῶσιν, ἐς τοσοῦτον τὰς ὁδοὺς διαμετροῦνται, καὶ κατατέμνουσιν. *Etenim apud ipsos baiuli unamquemque parasangam emensi, onera deponunt, & paululum requiescunt; alteris vero vicissim excipientibus, & quantum hoc illi fecerint, tantumdem viae emetiuntur, & dividunt*. Etiam Ἀνάπαυλαι dicebantur. Sulpitius in vita Martini Turonensis *Mansiones* adpellavit. *Igitur deinde digressus Bethleem oppidum petii, quod ab Ierosolymis sex millibus separatur, ab Alexandria autem sedecim mansionibus abest*. Item Auctor Histor. Apostol. lib. VI. *Contra Indos, qui fines Persidis invaserant, susceperat bellum; erantque in comitatu eius sacrificatores, & arioli, & magi, & incantatores, qui per singulas mansiones sacrificantes daemoniis, dabant responsa fallaciae suae*. Elegans vero metaphora ista AEschyli, qua in Agamemnone sua usus invenitur.

> Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
> Ἔπεμπεν. ———
> *Horrendus vero horrendum huc ab angaro*
> *igne.*
> *Mittebat*. ———

Nuntii verba ad Clytemnestram sunt, nuntiantis Ilii captivitatem. Sed ut ad τὸ *Angariare* sermonem reducam: non infrequens id verbi Scriptoribus ecclesiasticis. Simile plane *Tribulare*, quod est, tribulo comminuere; quam vocem non temere apud quemquam legas classicum, si Catonem excipias, qui utitur cap. XXIII. *Si indideris defrutum, aut marmor, aut resinam, dies viginti permisceto crebro, tribulato quotidie*. Ita enim legendum monui in Notis meis. Cyprianus *Angustiare* dixit pro eodem, Tract. I. contra Demetrium. *Tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum*.

CAP. XXX.

Chrysologus iterum emaculatus aliquotiens.

REvertor ad Chrysologum Serm. LII. *Quum tenuis, & aeria natura carnem nesciat, refutet ossa, velut aura spirans orbem totum temporis in monumento*. Corrigo, *temporis in momento*. Serm. LVII. *Intellige, unde ubi, homo per Deum sis levatus, ut esses in coelestibus stabilis, qui eras lubricus, ac semper mutabundus in terra*. Temere nolim mutare, putem tamen scribsisse *semper nutabundus*; certe ita longe melius. Serm. LXII. *Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, una deitas, una virtus, una sempiternitas, maiestas una; quidquid autem filius minoratur, accipit, nescit, mei est corporis, non substantiae suae*. Emendo, *accipit, crescit*. Serm. LXX. *Non quod ille non sit in terra, sed ut tu per hoc germen esse noveris te coelestem*. Melius *coeleste*. Ibidem. *Ad amoris indicium rex ipse officio functus est advocati. ut preces, quibus responsus erat, ipse dictaret*. Scribo, *responsurus erat*. Serm. LXXI. *Lacessit mens, caro deficit ad divina, nisi Deus, quae fieri iubet, impleat ipse, qui iubet*. Corrigo, *flaccescit mens*. Serm. LXXXII. *Custodivi, & expavit venter meus a voce orationis labiorum meorum; & intravit tremor in ossa mea, & subitus me commota est virtus mea*. Rescribo, & *subitissime commota*. Serm. LXXX. *Saevitia, quae obsedit sepultum; perfidia, quae emit mendacium; fidem, quae vendidit inhumanitas; quae dominum suum resurrexisse dolet, non dolet occidisse*. Interpunctione sano, *p. q. emit mendacium, fidem, quae vendidit; inhumanitas, quae d. s.* Serm. XC. *Manu teneat, amplectatur gremio, & iam conspicuum mundo ullis felicibus tradat*. Scribo, *ulnis felicibus*. Sermo CLV. *Hinc est, fratres, hinc est, quod hodie gentiles deos suos foeditatibus exquisitis, excogitato dedecore, & ipsa turpiores deos suos videndos trahunt, distrahunt, pertrahunt, quos faciunt non videndos*. Quis non videt heic τὰ, *deos suos* male bis inculcata esse? Scribo, *i. turpitudine turpiores videndos trahunt*, &c. Ibidem. *Hos qua dementia deos crederent, nisi quia criminum desiderio, amore scelerum possidentur, criminum deos exoptant habere criminosos?* Etiam heic τὸ *criminum* male repetitum. Rescribo *possidentur, deos exoptant habere criminosos?* Hic subsisto, superabant, & alia menda, quae partim non visa, inge-

ingenue fatebor, partim etsi visa non libuit adnotare, quod nimis ea tenuia putarem; utinam non in paucis talia quaedam. Praeclare actum mecum putabo, non si laudem aliquam retulero, sed si a culpa liber evasero.

C A P. XXXI.

Exsules, & peregrinantes ex astris patriae situm notabant. AEschylus, Ovidius, ac Quintilianus super ea re explicati. Ἄστροις τεκμαίρεσθαι. *Proverbium.*

EXsulum eum olim morem observo, ut patriae, e qua eiecti essent, situm ex astris observarent, solatioque fuisse, si oculis saltem, quum corpore non possent, eminus usurpare daretur. Ingerit Sophocles, οἰδίποδι Τυράννῳ,

> Κἀγὼ᾽ πακέσας ταῦτα τὴν κορινθίαν
> Ἄστροις τὸ λοιπὸν ἐμμετρέμεν☉ χθόνα
> Ἔφυγον ἔνθα. ———
> *Et ego quum audissem haec Corinthiam*
> *Astris ceterum metiens terram*
> *Fugi cude.* ———

Quo loco Demetrius Triclinius vetus eius interpres. Οἱ φύγοντες ἀειφυγίαν τοῖς ἄστροις ἐσημειοῦντο τὴν ἑαυτῶν πατρίδα. *Fugientes in exsilium astris observabant suam patriam.* Hinc AEschylus, ἱκετίσι capiendus.

> ——— ὕπαστρον δέ τοι
> Μῆχαρ ὁρίζομαι γάμου δύσφρον☉
> Φυγᾷ. ———
> ——— *ex astris vero tibi*
> *Conamen definio nuptiarum infelicium*
> *Fugiebam illhuc.* ———

Hinc Ovidius Trist. lib. I. eleg. IV.

> *Nos freta sideribus totis distantia mensos,*
> *Sors tulit in Geticos, Sarmaticosque sinus.*

Nec exsulum tantum iste mos, sed etiam peregrinantium. Huc trahi forte possunt ista Quintiliani Declamat. XIII. *Etiam ratio nostra, quae sub terris lucrum invenit, quae maria inquisitione sua sideribus immiscuit.* &c. Graecorum proverbium, ἄστροις τεκμαίρεσθαι, hac ex re ortum. Auctor Proverbiorum. Ἄστροις τεκμαίρεσθαι, ἐπὶ τῶν μακρὰν καὶ ἔρημον ὁδὸν πορευομένων, καὶ ἄστροις σημαινομένων τὰς θέσεις τῶν πατρίδων. *Astris signare; de his qui longam, & desertam viam ingrediuntur, & astris patriarum situs notant.* Hesychius quoque similiter, ἄστροις σημειοῦσθαι interpretatur, μακρὰν ὁδὸν βαδίζειν. Atque hinc intelligi potest, quid sibi velit Synesius in epistola quadam, ubi ita ait. Χρῆν δὲ μὴ, τὸ λεγόμενον, ἄστροις τὰ καθ᾽ ὑμᾶς σημαίνεσθαι, μηδ᾽ ὅτι λέγει φήμη πυνθάνεσθαι. *Non vero oportere, quod dicitur, astris nostra signari, nec quod dicit fama probare.*

C A P. XXXII.

Pistores quando Romae coeperint. Mulierum primitus id opus, etiam postea labente imperio. Panicoctaria. Panificium.

BReviculum hoc caput erit, habebit tamen, ut spero, quo delectet. Olim Romae pistores nulli, usque ad annum ab V. C. IↃLXXX. sed unusquisque civium pinsebat, quantum sibi, suisque usui esset, & erat mulierum opus; postea vero in urbem intrarunt pistores, qui tunc vocabantur *Pinsores*, teste Servio ad AEneid. lib. I. ut noto in Commentario ad Lycophronem. Verum id esse, quod dixi, evincit Plinius libro XVIII. cap. XI. his verbis. *Pistores Romae non fuerunt ad Persicum usque bellum, annis ab urbe condita* IↃLXXX. *Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium.* Aperte etiam apud Plautum Mercatore, Scena *Homo me.*

> *Nihil opus nobis ancilla, nisi quae texat, quae molat,*
> *Lignum caedat, pensum faciat, aedis verrat, vapulet;*
> *Quaeque habeat quotidianum familiae coctum cibum.*

Paulo post.

> *Ea molet, conficiet pensum.*

Manserunt itaque pistores longo tempore, quoad sub Imperatoribus, collabente paullatim maximo illo imperio, iterum a feminis fieri panes soliti; Vlpianus *l. Quaesitum est* 12. *D de instit. vel instrum. leg. Item fabrum, qui villae reficiendae causa paratus sit, & mulieres, quae panem coquant, quaeque villas servent*; & *Panicoctariae* nominabantur vulgo. Observo ex Chrysologo Serm. XCIX. *Sic dicendo adpendit* (scribo, *adprendit*) *animos auditorum, & attonitos reddit stupore toto, quid regno Dei, quid Imperio divino valeat comparari, atque illis mente per multa, & magna pervagantibus, caeli dominus in hospitio pauperis, in manu panicoctariae mulieris, regni sui invenit, & format exemplum.* Locus vero, ubi opus id factitatum, *Panificium* dicebatur. Glossae, Ἀρτοποιεῖον, *Panificium*. Item *Panificium*, ποπανεῖον.

C A P. XXXIII.

Ἀμφιδρομία. *Infantibus nomina decimo die imponi solita, & munera missa a propinquis. Sacrificium factum etiam, & convivium agitatum.* Θύειν δεκάτην. Δεκάτην ἑστιᾶσαι. *Hesychius correctus. AEschyli Scholiastes falsus.* Ὀπτήρια. Ἀνακαλυπτήρια. *Hermocratis lepide dictum.*

DE Amphidromia multos Graecis sermo, & mihi hic erit. Sic de ea Auctor Proverbiorum. Ἀμφιδρομίαν τὴν πέμπτην ἄγουσιν ἐπὶ τοῖς βρέφεσιν, ἐν ᾗ ἀποκαθαίρονται τὰς χεῖρας αἱ συναψάμεναι τῆς μαιώσεως, τὸ δὲ βρέφ☉

φ☉ παραφέρυσι τὴν ἑςίαν τρέχοντες, κ) δῶρα πέμπυσιν οἱ προσήκοντες ὡς ἐπὶ τὸ πλᾶςον πολύποδας, καὶ σηπίας. τῇ δεκάτῃ δὲ τοὔνομα τίθεται. *Amphidromiam quinctam agunt in pueris, in qua expurgant manus, quae obstreticationem contigerunt; puellum autem adferunt domum currentes, & munera mittunt necessarii utplurimum polypodes, & sepias; decima vera nomen imponunt*. Quem locum ita emendo. Τὸ δὲ βρέφ☉ παραφέρυσι περὶ τὴν ἑςίαν τρέχοντες, καὶ δ. π. οἱ προσήκοντες ὡς ἐπὶ τὸ πλᾶςον πολύποδας καὶ σηπίας τῇ δεκάτῃ, ὅτε τοὔνομα τίθεται. Nam munera mittebantur eodem die, quo imposita nomina, non quinto, ideſt, ipſa amphidromia, ut refert haec lectio. Mos autem decimo illo die, convocare propinquos, & amicos, tum ſacrificare, inde nomen infanti dare, postremo convivium agitare; utrumque videmus apud Polyaenum Strateg. lib. VI. in Iaſone; ac de convocatione quidem amicorum in iſtis verbis. Καὶ δή ποτε παιδὶυ γεννηθέντ☉ αὐτῷ μέλλοντι ὄνομα τίθεσθαι, τὺς ἀρίςυς Θετλαλῶν καλέσας, παρεκάλεσε τὸν ἀδελφὸν προςῆναι τῆς ὑποδοχῆς. *Et quum puer natus esset, nomenque ei imponendum, Thessalorum optimates vocans hortatus est fratrem, ut iis excipiendis praeesset*. De ſacrificio, & convivio, in ſequentibus. Μετὰ σπυδῆς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἦλθε, καὶ τῷ ἀδελφῷ σπονδῶν κατάρχειν ἔπεμψεν, καὶ κύριον αὐ εἶναι τῆς θέσεως τῦ ὀνόματ☉ τῦ παιδίου. *Festinanter ad caenam venit, & fratri libationibus praeesse commisit, & dominum pariter esse positionis nominis pueri*. Suidas plene. Ἔθ☉ ἦν παίδων συγγεννωμένων τοῖς Ἀθηναίων ἀςοῖς, τῇ δεκάτῃ τῶν νυκτῶν ἀπὸ τῆς γενέσεως συγκαλᾶσθαι τὺς πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς οἰκείυς, καὶ τὺς ἐγγύτατα φίλυς. κ) παρόντων ἐκείνων τὰτε ὀνόματα τοῖς παισὶ τίθεσθαι, καὶ καλλιερᾶσθαι τοῖς θεοῖς, ἔπειτα εὐωχεῖσθαι τὺς συνεληλυθότας. *Mos erat pueris natis Athenienſibus civibus, decima noctium a nativitate convocare patris, matriſque, cognatos, & maximos amicos. Et praeſentibus illis nomina pueris imponere, & ſacrificare Deis, deinde convivio excipere eos, qui convenerant*. Porro amphidromiae etiam apud Platonem Θεαιτήτῳ mentio. Τῦτο μὲν δὴ, ὡς ἔοικε, μόγις ἐγεννήθη, ὅτι δήποτε τυγχάνει ὄν. μετὰ δὲ τὸν τόκον τὰ ἀμφιδρόμια ὡς ἀληθῶς ἐν κύκλῳ περιδρεκτέον τῷ λόγῳ. *Hoc quidem profecto, ut videtur, vix genitu est, quod utique est. Post vero partum Amphidromia, ut vere in circulo nutriendum ſermone*. Sacrificium vero illud, ut & convivium, Δεκάτη vocabatur, & parentes convivium quum exhiberent, Δεκάτην ἑςιᾶσαι dicebantur, teſte Suida, & quum ſacrificarent, Δεκάτην θύειν. Obſervo ex Ariſtophanis Avibus.

Οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην ταύτης ἐγώ;
Καὶ τοὔνομ᾽ ὥσπερ παιδίῳ νῦν δὴ θέμην.
Nondum ſacrifico decimam huius ego?
Et nomen, ut puero nunc profecto poſui.

Et male profecto apud Heſychium hodie legitur, Δεκάτη θύομεν, τῇ δεκάτῃ ἡμέρᾳ τὰ ὀνόματα τοῖς βρέφεσιν ἐτίθεσαν. *Decima ſacrificamus, decima die, nomina pueris ponunt*. Reſtituo, Δεκάτην θύομεν τῇ δεκάτῃ ἡμέρᾳ, ὅτε τὰ ὀνόματα τοῖς βρέφεσιν ἐτίθεσαν. Nec decimo tamen die nomina ſemper impoſita, quin imo etiam ſeptimo aliquando, ut ex Harpocratione, & Ariſtotele, oſtendi Critici Arnobius lib. III. cap. IV. Ex Plauto cognoſcere poſſumus etiam ἀμφιδρομίᾳ ſacrificari ſolitum. Truculento Sc. *Num tibi nam*.

Quin diis ſacrificare hodie pro puero volo,
Quinto die quod fieri oportet. ———

Ad munerum autem miſſionem quod attinet, innuit eam ipſam Terentius in palliata fabula Phorm. Act. I. Sc. I.

——— *porro autem Geta*
Ferietur alio munere, ubi hera pepererit.
Porro alio autem, ubi erit pueri natalis dies.
Vbi initiabunt; omne hoc mater auferet.
Puer cauſſa erit mittundi. ———

AEſchylus primis Eumenidibus vocat γενέθλιον δόσιν.

——— ἐν δὲ τῷ τρίτῳ
Λάχει, θελούσης ὐδὲ πρὸς βίαν τινὸς
Τιτανὶς, ἄλλη παῖς χθονὸς, καθέζετο
Φοίβη, δίδωσιν δ᾽ ἡ γενέθλιον δόσιν
Φοίβῳ, τὸ φοίβης δ᾽ ὄνομ᾽ ἔχει παρώνυμον.
——— *in tertia autem*
Sorte volentis neque ad vim alicuius
Titanis, alia filia Terrae, ſedebat
Phoebe, dat vero haec genitalem dationem
Phaebo, Phoebae autem habet nomen adſimile.

Quo loco fallitur Scholiaſtes, qui τὸ ὀπτήριον interpretatur. Sed longe alia erant τὰ ὀπτήρια, videlicet, τὰ ἐν τοῖς ἀνακαλυπτηρίοις διδόμενα δῶρα τῇ νύμφῃ, *Munera quae dabantur ſponſae in Anacalypteriis*, ut Callimachi ait vetus Interpres. Nonnus Dionyſ. lib. V.

Ἡφαίςυ σόφον ἔργον, ὅπερ κάμε κυπρογενείῃ,
Τοξευτῆρ☉ ἔρωτ☉ ὅπως ὀπτήριον εἴη.
Vulcani doctum opus, quod laboravit Veneri,
Arcitenentis Amoris opterion ut eſſet.

Etiam ἀνακαλυπτήρια dicebantur. At ἀνακαλυπτήρια (quoniam in eorum mentionem incidi) vocabatur tertius a nuptiis dies, quo ſe nova nupta videndam praebebat. Harpocration. Ἀνακαλυπτήρια, δῶρα διδόμενα ταῖς νύμφαις παρά τε τῦ ἀνδρὸς κ) τῶν οἰκείων, καὶ φίλων, ὅταν τὸ πρῶτον ἀνακαλύπτωνται ὥςε ὁραθῆναι τοῖς ἀνδράσι. *Anacalypteria, dona quae dantur ſponſabus a viro & domeſticis, & amicis, quum primum revelantur ut a viris ſpectentur*. Huc pertinet lepidum dictum Hermocratis, qui uxorem duxerat deformem, quod eſt apud Philoſtratum lib. II. in Vita Antipatri. Ὅτε δὴ καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐρομένυ τινὸς αὐτὸν πότε ἄγοι τὰ ἀνακαλυπτήρια, ἀςειότατα ὁ ἑρμοκράτης, ἐγκαλυπτήρια μὲν ὖν, ἔφη, τοιαύτην λαμβάνων. *Quum certe & quodam neceſſariorum interrogante ipſum, quando nam ageret Anacalypteria, urbaniſſime Hermocrates, Encalypteria quidem igitur, dixit, talem quum accipiam*. Vide praeterea de anacalypteriis Suidam, & Iul. Pollucem ὀνομαςικῦ lib. III. cap. III.

CAP.

C A P. XXXIV.

Mos vetus. Sufflamen. Sufflaminare. Hieronymus emendatus.

MOS veteribus, si de clivo carpento descenderent, rotas retinaculo aliquo, ne praecipites ruerent, coercere. Videmus apud Ammianum lib. xv. *Descendentes cunctantibus plantis homines, & iumenta procidunt, & carpenta; idque remedium ad arcendum exitium repertum solum, quod pleraque vehicula vastis funibus illigata, pone cohibente virorum, vel boum nisu valido, vix gressu reptante paulo tutius devolvuntur.* Id autem retinaculum *Sufflamen* dicebant. Glossae. *Sufflamen*, τροχῶν ἀγκύριον, βοήθεια, κώφισμα ἁμάξης. Iuvenalis Sat. VIII.

Praeter maiorum cineres, atque ossa volucri
Carpento rapitur pinguis Lateranus, & ipse
Ipse rotam adstringit multo sufflamine Consul.

Quo loco Interpres eius vetus. *Sufflamen, vinculum ferreum, quod inter radios mittitur, dum clivum descendere coeperit rheda, ne celeres rotae sequantur, & animalia vexent.* Prudentius ψυχομαχίᾳ.

——— tunc & vertigo rotarum
Implicat excussam dominam, nam prona sub axem
Labitur, & lacero tardat sufflamine currum.

Hinc *Sufflaminare*. Seneca in Ludo de morte Claudii. *Aliquando Ixionis rotam sufflaminandam.* Hieronymus in epistola ad Pammachium, de erroribus Ioannis Ierosolymitani. *En Lysias noster, en Graccus, &, ut aliquid de neotoricis inferam, Q. Ateius, qui ingenium in numerato habebat, ut sine monitore tacere non posset. De quo egregie Caesar Augustus; Quintus, inquit, noster sufflammandus est.* Legit quidam mihi olim amicus, *Q. Aterius*, deinde *sufflaminandus est.* Expressit ecce de isto Senecae Controv. lib. IV. in Prooemio. *Tanta illi erat velocitas orationis, ut vitium fieret. Itaque divus Augustus optime dixit: Aterius noster sufflaminandus est.*

C A P. XXXV.

Sol Iovis oculus adpellatus. Hesiodus. Κερδώ. Apuleius restitutus.

AIT Hesiodus lib. I. ad Persam fratrem.

Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας.

Cuncta videns oculus Iovis, idemque omnia noscens.

In quo carmine etsi Διὸς ὀφθαλμὸς simpliciter pro Iovis oculo accipi debere videatur, quomodo etiam Sophocles dixit,

Ζεὺς ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ κρατύνει.

Iupiter, qui cuncta inspicit, & continet.

Possis tamen non inepte de Sole interpretari, siquidem is veteribus *Iovis oculus* dictus fuit; unde & AEgyptii Osirin designantes, quem Solem esse adserere volunt, in sceptro oculum repraesentant. Eius rei testis Macrobius Saturn. lib. cap. XXI. *Osirin AEgyptii, ut Solem esse adserant, quotiens hieroglyphicis literis suis exprimere volunt, insculpunt sceptrum, inque eo speciem oculi exprimunt, & hoc signo Osirin monstrant; significantes hunc Deum Solem esse, regalique potestate sublimem cuncta despicere, quia Solem Iovis oculum adpellat antiquitas.* Coniecturam praeterea hanc meam de Hesiodi versu iuvat, quod Apollo πανδέρκης adpellatur ab Orpheo [a] in Hymnis.

Ὦ 'ναξ Λητοῦς υἱ' ἑκατηβόλε φοῖβε κραταιὲ,
Πανδέρκες, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσων,
Ἥλιε, χρυσέοισιν ἀειρόμενε πτερύγεσσιν.

O Rex Latonae fili, longeque sagittans
Phoebe potens, qui cuncta vides, mortalibus atque
AEternis regnans, Sol, quem levat aurea penna.

Aristophanes Νεφέλαις adpellat ὄμμα αἰθέρος, nam veteres Iovem esse aetherem crediderunt.

Ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀκάματον σελαγεῖται
μαρμαρέαισιν ἐν αὐγαῖς.

Oculus enim aetheris indefessus iubar adfert
radiantibus in splendoribus.

Scholiastes. Ἔοικε λέγειν τὸν ἥλιον. ἐπεὶ γὰρ οἱ τραγικοὶ εἰώθασιν ὀφθαλμὸν ὀνομάζειν αὐτὸν, τοιαύτη δόξα ἐστὶ παρὰ φιλοσόφοις ὄμμα αἰθέρος καλεῖν τὸν ἥλιον. *Videtur dicere Solem. Quoniam enim Tragici consueverunt oculum ipsum nominare, talis opinio est apud Philosophos oculum aetheris Solem vocantes.* Lego in Apuleii Mil. II. *Nam die quadam, quum frequentis populi circulo septus, coronae circumstantium fata donaret, Cerdo quidam nomine negotiator accessit, eum diem commodum peregrinationi cupiens.* Quae verba, si quid iudico, male distorta, & luxata; itaque restituo, *f. donaret, negotiator quidam nomine Cerdo accessit.* Quamvis enim omnes negotiatores fraude agant, ut lucrentur, hic tamen, quia optime istam artem calleret, & reliquos id genus homines facile antecelleret, κατ' ἐξοχὴν est *Cerdo* adpellatus, quod astutia plane vulpina polleret, & vulpes Κερδὼ Graecis est. Etymolog. Auctor. Κερδὼ, ἡ ἀλώπηξ, ὡς παρὰ Εἰδοθέα Εἰδὼ, οὕτω καὶ παρὰ τὸ κερδαλέα ἡ ἀπατητικὴ, γίνεται κερδὼ ὑποκοριστικῶς. *Cerdo, Vulpes. Vt ab Idothea, Ido, ita etiam a Cerdalea fallax, fit Cerdo diminutive.* Suidas. Κερδὼ ὑποκοριστικῶς ἡ ἀλώπηξ. ὡς εἰδοθέα, εἰδὼ, ὑψιπύλη, ὑψώ. *Cerdo diminutive Vulpes, ut Idothea, Ido; Hypsile, Hypso.* Et sane mos veteribus animalium nomine homines pro morum similitudine nuncupare. Ita homines asperi, & feroces a Graecis ὄφεις, a Latinis *Scorpiones* adpellabantur, ut ex Stephano, Eustathio, Apuleio docui in Commentario ad Lycophronem; contra

(a) Hymni sunt, qui sub Orphei nomine circumferuntur.

contra mites, & clementes, *Oviculae*, ut ex Auctore de Viris illustribus. Invenio porro etiam in vet. Inscript.

M. CLAVDIVS
CERDO.

Item in alia.

L. VITRVVIVS
L. L. CERDO
ARCHITECTVS.

Atque haec mea de Apuleiano isto loco sententia, quam si viris doctis probavero, erit cur gaudeam; sin autem spe excidam, conatum tamen nostrum illi ipsi nihilominus laudabunt.

CAP. XXXVI.

Tyrtaeus Poeta ab Atheniensibus missus in auxilium Spartanis. Re profligata carminibus recitatis militum animos accendit, & vincit. Carmina eius illustrata. Mos antiquus indicatus.

TYrtaeus Poeta Atheniensis claudus fuit, quem olim Athenienses Spartanis auxilium contra Messenios rebellantes petentibus in contemtum eorum miserunt. Hic tribus praeliis fusus eo usque rem omnem Spartanorum deiecit, ut ad supplementum exercitus servos suos manumitterent, iisque interfectorum matrimonia pollicerentur, ut non numero tantum amissorum civium, sed & dignitati succederent. Quumque reges Lacedaemoniorum, ne contra fortunam pugnando maiora civitati detrimenta adferrent, exercitum reducere vellent, intercessit, & carmina composita pro concione recitavit, in quibus virtutis hortamina, damnorum solatia, & belli consilia, perscripserat. Itaque tantum ardorem militum animis iniecit, ut non de salute, sed sepultura soliciti, tesseras insculptis suis, & patrum, nominibus dextero brachio adligarent, ut si omnes adversum praelium consumsisset, & temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturae possent. Reges ita animatum exercitum videntes classicum canere iubent, quo facto, tantis animis in hostem impetum fecerunt, ut vix umquam cruentius exstiterit praelium, victoriaque potiti fuerunt. Narrat haec fuse, ut alios taceam, Iustinus lib. III. Carminis istius tam praeclari etiam hodie fragmenta leguntur, inque iis hi versus.

Αὐτὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσὼν φίλον ὤλεσε
θυμὸν,
Ἄςυ τε, καὶ λαὺς, καὶ πατέρ' εὐκλεΐσας.
Πολλὰ διὰ ςέρνοιο καὶ ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης,
Καὶ διὰ θώρηκος πρόσθεν ἐληλαμένος
Τόνδ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι, ἠδὲ γέροντες,
Ἀργαλέῳ δὲ πόθῳ πᾶσα κέκηδε πόλις.

Ipse autem primis in bellatoribus dilectam perdidit animam
Quum urbemque, & populum, & patrem illustrasset.
Multum per pectus, & clipeum umbilicatum,
Et per loricam ante agitatus.
Hunc lamentantur quidem simul iuvenes, & senes
Vehementi autem desiderio cuncta civitas eius curam habuit.

In quorum ultimo adludit ad morem Atheniensium, qui in bello occisis in Ceramico extra urbem sepulcrum de publico constituebant. Ostendit diserte Demosthenes ἐπιταφίῳ. Τὺς ἐν τῷ τάφῳ κειμένους ἀγαθὺς ἄνδρας ἐν τῷ πολέμῳ γεγενημένυς ἔδοξε τῇ πόλει δημοσίᾳ θάπτειν. *In sepulcro positos, qui boni viri fuerunt in bello, placuit civitati ut publice sepelirentur*. Et postea. Ὡς μὲν ὖν ἡ πόλις σπυδάζει περὶ τὺς ἐν τῷ πολέμῳ τελευτῶντας, ἔκ τε τῶν ἄλλων ἐςὶν ἰδεῖν, καὶ μάλιςα ἐκ τῦδε τῦ νόμου, καθ' ὃν αἱρεῖται τὸν ἐρῦντα ἐπὶ ταῖς δημοσίαις ταφαῖς. *Vt igitur civitas studet de iis, qui in bello moriuntur, & ex aliis videre est, & maxime ex hac lege, iuxta quam eligit dicentem in publicis sepulcris*. Laudabant etiam. Clemens testis Strom. IV. Καὶ οἱ παλαιοὶ δὲ τῶν παρ' ἕλλησι τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων τελευτὴν ἐπαινῦσιν. *Et veteres eorum, qui apud Graecos in bello occubuissent, interitum laudabant*, & quae sequuntur. Philostratus lib. I. de vita Sophistar. in Gorgia. Ὁ δὲ ἐπιτάφιος ὃ διῆλθεν Ἀθήνησιν, εἴρηται μὲν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων πεσῦσιν, οὓς οἱ Ἀθηναῖοι δημοσίᾳ σὺν ἐπαίνοις ἔθαψαν. *Oratio autem funebris, quam recitavit Athenis, dicta est quidem super his, qui in bello occubuerant, quos Athenienses publice cum laudibus sepelierunt*. Harpocration. Τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ, καὶ τὺς ἐπιταφίυς ἔλεγον. *Qui in bello occubuerant sepeliebant publice, & orationes funebres dicebant*. Praeterea liberi eorum publice educabantur; idque ex Solonis constitutione. Diogenes Laertius lib. I. in Vita eius. Μόνον ἐκείνων τῶν ἐν πολέμοις τελευτησάντων, ὧν καὶ τὺς υἱὺς δημοσίᾳ τρέφεσθαι καὶ παιδεύεσθαι. *Eorum tantum, qui in bellis mortui erant, quorum etiam filios publice ali, & educari*.

CAP. XXXVII.

Homicidae a patria profugi, idque per annum. Ἀπενιαυτισμός. Exclamatio in funere, Non feci. *Caede caedem vindicare illicitum. Homeri Scholiastes correctus. Caedem iuste perpetratam significare volentes, gladium Soli ostendebant. Supplices in foco considebant. Ovidius illustratus.* Ἑδρῖται. *Eytmologicum magnum emendatum.*

SOlebant veteres perpetrata incaute caede a patria profugere, quoad expiati essent. Docet Homeri Scholiastes Iliad. ώ. Ἔθος ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸν ἀκύσιον φόνον ἐργασάμενον φεύγειν ἐκ τῆς πατρίδος, καὶ παραγίνεσθαι εἰς τινὸς οἰκίαν ἀνδρὸς πλυσίυ, καὶ καθίζειν ἐπὶ τῆς οἰκίας (legendum ἑςίας, ut infra declarabo,) συγκεκαλυμμένον καθαρσίων δεόμενον. *Moris erat antiquis, ut is, qui involuntariam*

riam caedem perpetrasset ex patria in exsilium iret, & graderetur ad domum alicuius viri divitis, & sederet in aede absconditum, piaculorum indigentem. Theon in Paradigmatis. Καὶ οὐδὲ τοῖς ἀκουσίοις φόνοις συγγνώμην εἴασαν εἶναι, ἀλλὰ μισοῦσι μὲν μειζόνως τοὺς ἑκουσίους, τιμωρίαν δὲ κἀκείνοις ἐξευρήκασιν φυγὴν τάξαντες, δι' ἧς ἐστὶν ἀποστερέσθαι τῶν τῆς οἰκίας καλῶν. *Neque involuntariis caedibus indulgentia concessa est, sed odio habent quidem magis voluntarias, punitionem vero etiam illis adinvenerunt exsilia statuentes, per quae domus suae bonis privarentur*. Apuleius Milesf. I. *Defletum pro tempore comitem misellum arenosa humo in amnis vicinia sempiterna contexi. Ipse trepidus, & eximie metuens mihi, per diversas, & avias solitudines aufugi; & quasi conscius mihi caedis humanae, relicta patria, & lare, ultroneum exsilium amplexus, nunc AEtoliam novo contracto matrimonio colo*. Erat vero id exsilium annuum, vocabaturque ἀπενιαυτισμός, ut pluribus docui in Commentario ad Lycophronem. Invisi autem magnopere fuerunt, qui aliquem occidissent, adeo ut etiam subspicionis vitandae, quum quis elatus esset, paterfamilias magna voce coram omni adstantium corona exclamaret ad sepulcrum, *Non feci*. Observo ex Quintiliano Declamat. XI. *Miser ego nec ad cadavera accessi, nec in sepulcra maiorum meis manibus intuli, nec licuit super ipsa corpora proclamare*, NON FECI. Et exsilio quidem homicidae multabantur, nam non licebat caede caedem vindicare. Euripidis Scholiastes ὀρέστῃ. Νόμος ἦν μὴ δι' ἑτέρου φόνου τοὺς φονεῖς κολάζειν, ἀλλὰ φυγῇ. *Lex erat per alteram caedem homicidas non punire, sed exsilio*. Qui voluntariam caedem commisissent, iusta de caussa commissam significare volentes, soli gladium ostendebant. Clarum ex Orestis exemplo apud Euripidem in Tragoedia Oreste, ad quam ita adnotat Scholiastes vetus. Εἰώθασιν οἱ ἀνελόντες τινὰ δικαίως, ὡς οἴονται, τῷ ἡλίῳ τὸ ξίφος δεικνύναι, σύμβολον τοῦ δικαίως πεφονευκέναι. *Consuevere ii, qui aliquem iuste interfecissent, ut putant, soli gladium ostendere, ut signum, quod iuste occiderint*. Emendavi autem supra in Homeri Scholiaste ἑστίας, quia mos erat ob caedem commissam profugos in foco considere. Aristoteles OEconomic. IV. Τοῦθ' ὑφηγεῖται καὶ ὁ κοινὸς νόμος, καθάπερ οἱ πυθαγόρειοι λέγουσιν, ὥσπερ ἱκέτιν ἀφ' ἑστίας ἠγμένην ὡς ἥκιστα δεῖν δοκεῖν ἀδικεῖν. *Hoc exponit & communis lex, quemadmodum Pythagorei dicunt, ut supplicem in foco sedentem saltem iniuria adfecisse videri oporteat*. Apollonius ἀργοναυτ. lib. IV.

> Τὼ δ' ἄνεω καὶ ἄναυδω ἐφ' ἑστίας ἀΐξαντες
> Ἵζανον, ἥτε δίκη λυγροῖς ἱκέτῃσι τέτυκται.
> *Ili duo vero taciti, & muti, in foco irruentes*
> *Sedebant, haec poena tristibus supplicibus fuit*.

Scholiastes. Νόμος ἐστὶ τοῖς ἱκέταις, ὥστε αὐτοὺς ἐπὶ τῆς ἑστίας καθημένους μὴ φθέγγεσθαι. *Lex est supplicibus, ut ipsi in foco sedentes non loquantur*. Parthenius Ἐρωτ. XVIII. Ἔνθα καὶ ἡ Νέαιρα δείσασα τὸν Ὑψικρέοντα διέπλευσεν εἰς τὴν Νάξον, καὶ ἐπειδὴ αὐτὴν ἐζήτει ὁ Ὑψικρέων, ἱκέτις προσκαθίζετο ἐπὶ τῆς ἑστίας τῆς ἐν τῷ πρυτανείῳ. *Inde & Neaera timens Hypsicreontem navigavit in Naxum, & quoniam ipsam quaerebat Hypsicreon, supplex in foco Prytanei adsidebat*. Adgnosco & eumdem morem apud Auctorem Proverbiorum. Ἄλκηστις δὲ καταφεύγει εἰς Φηρὰς πρὸς Ἄδμητον ἀνέψιον αὐτῆς, καὶ καθεζόμενος ἐπὶ τῆς ἑστίας, οὐκ ἐβούλετο Ἄδμητος ἑκάστῳ ἔκδοτον ἐξαιτουμένῳ δοῦναι. *Alcestis vero fugit in Pheras ad Admetum sobrinum suum, & sedens in foco nolebat Admetus cuilibet editam petenti dare*. Et apud Nepotem in Pausania. *Fanum Neptuni est Taenari, quod violari nefas putant Graeci, eo index ille confugit, in ara consedit*. Erat vero in foco ara propter quam sedebant, quae etiam ἑστία dicebatur. Hinc intelligendus Thucydides. Ὁ δὲ γυναικὸς ἱκέτης γενόμενος διδάσκεται ὑπ' αὐτῆς τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν. *Hic autem mulieris supplex factus docetur ab ipsa, ut filium suum accipiens sedeat ad focum*. Et Ovidius Ponticorum lib. I. eleg. I.

> *Vidi ego linigerae numen violasse fatentem*
> *Isidis, Isiacos ante sedere focos*.

Vbi similiter ἑλληνικῶς, *Focus* pro ara in foco exsistente. Qui ita supplicarent ἑδρῖται, nuncupabantur. Etymologici Auctor. Ἑδρῖται, οἱ οἰκέται (scribo ἱκέται) ἀπὸ τοῦ καταφεύγειν εἰς τὴν ἑστίαν. *Hedritae supplices ex eo, quod ad focum confugerint*.

L E C T O R I.

HAbe & quartum hunc librum, mi Lector antea quidem vulgatum, sed sparsim, & loco alieno, nec sub hoc titulo. Resecui enim omnia quae ad Criticum non proprie pertinebant, & in hunc ordinem fascemque redegi. Hoc volebam nescius ne esses; nunc ad reliquam lectionem te dimitto.

ANI-

ANIMADVERSIONVM MISCELLARVM

LIBER QVARTVS.

CAPVT PRIMVM.

Augustinus correctus passim.

VEre dictum ab illo, ἡ ποικιλία τερπνόν. Id vero ego experior; libetque paullulum excurrere, & quamvis ad Arnobium nihil, non prorsus tamen fore inutilia, quae proponam spero. Mendae sunt insigniores aliquot in Augustino De Civitate Dei, quas tollo, lib. I. cap. III. *Apud hunc ergo, Virgilium nempe, Iuno inducitur infesta Troianis, AEolo ventorum regi adversus eos irritando dicere.* Ista duo verba, *Virgilium nempe*, glossema esse tam mihi certum, quam me vivere. Ibidem *Sed haec Iuno dicebat velut irata mulier, quid loqueretur ignorans.* Aut fallor, aut τὸ *mulier*, aliquis male feriatus adiecit. Lib. II. cap. V. *Proinde talis mater deum, qualem habere matrem puderet quemlibet etiam pessimum virum. Romanas occupatura mentes quaesivit optimum virum, non quem monendo, & adiuvando faceret, sed quem fallendo deciperet.* Mutilus locus, supplendum putem, *adiuvando prudentem faceret*; aut tali modo. Sensus sane exigit. Lib. III. cap V. *Nam & ipsi Romani antiqui in stupro detectas Vestales sacerdotes, vivas etiam defodiebant; adulteras autem feminas, quamvis aliqua damnatione, nulla tamen morte plectebant; usque adeo gravius, quae putabant adyta divina, quam humana cubilia vindicabant.* Locus insignis, sed insigniter mutilus, & vindice dignus. Suppleo ex vetere Codice meo cuso Basileae anno CIↃ. CCCC LXXXIX. *usque adeo gravius, severiusque vindicanda putabant a. d.* &c. Et ea genuina Augustini lectio. Cap. VIII. *Ceterum alia defendenda serius sunt redire commoniti.* Vet. Cod. *ad alia*. Plenius, melius, & necessario. Cap. XIV. *Quomodo ergo alterius matris, alterius civitatis, inter se armorum potuit esse certamen.* Lego, *alterius filiae civitatis.* Loquitur de impietate belli, quod Albanis Romani intulerant. Filiam urbem, Romam intelligit; matrem autem Albam. Sic paulo ante. *Nam & hoc plus quam civile bellum fuit, quando filia civitas cum civitate matre pugnavit.* Deinde. *Vrbs tamen illa Ascanii regnum, & tertium domicilium Troianorum deorum, ab urbe filia mater eversa est.* Et ita emendaveram, quum totidem verbis in Vet. Cod. reperi. Cap. XVI. *Nam Iunius Brutus ex honorum eiecit urbe collegam L. Tarquinium Collatinum.* Lego ex V. C. *exhonoratum eiecit.* Cap. XVII. *Quam misera fuerit illa Respublica tam longa aetate per tot annos usque ad secundum bellum Punicum, bellis forinsecus inquietare non desistentibus, & intus discordiis, seditionibusque civilibus, a Salustio breviter intimatum est.* Si quid iudico, tria ista, *per tot annos*, interpretamentum sunt praecedentium verborum *tam longa aetate*; itaque delere non dubitaverim. Postea. *Neque enim gravius (vel graviora) dicimus Auctoribus eorum, & stilo, & otio multum impares.* Duo ista, circulis inclusa a me, itidem glossema existimaverim. Lib. V. cap. XII. *Vnde intelligi potest quem finem volebant esse virtutis, & quo eam referebant qui boni erant, ad honorem scilicet; nam mali nec habebant eam, quamvis honorem habere cuperent, quem malis artibus conabantur adipisci, idest, dolis, atque fallaciis.* Postrema quinque verba certissimum glossema sunt. Lib. VII. cap. XIII. *Quid est enim Saturnus? Vnus, inquit, de precibus deus, penes quem sationum omnium dominatus est.* Emendaveram, *de praecipuis deus*, quum in V. C. *de principibus*, invenio. Hic desino, alias plura, volente Deo, quum erit animus, & otium melius de eo merendi. Interim haec habe, iisque te, si forte, oblecta.

CAP. II.

Pelage. Pantices. Hiascere. Catullus, Glossae, Apuleius, & Fulgentius restituuntur.

VOluptati mihi hic error, nec finit in viam redire, itaque sedet alterum caput hoc extra ordinem subtexere, in quo saltuatim, & velut per saturam, auctores aliquos emendare adgrediar. Classem inter eos mihi ducet Catullus Carm. LXIV. de Atyde.

Rapidum salum tulistis, truculentaque pelagi.

Lego, *truculentaque pelage.* Accusativus Graecus ut fit, Lucretio usitatus lib. V.

Propter Atlanteum littus, pelageque severa.

Et VI.

At pelage multa, & late substrata videmus. Glossarium. *Panceps*, ἕλκος κτήνους ἐπιτραχήλιυ. Lego, *Pantex*, ἕλκος κτήνους ἐπὶ τραχήλυ. Deinde, *Patices*, ἕλκη κτηνῶν ἐπὶ τραχήλυ. Scribo, *Pantices*. Festus. *Pantices dicebant frus ventris . . . . adpellat a quo . . . . .* Haberemus ista plena, indubie hauriremus, quae huic loco lucem. Apuleius Milef. I. *Et lagena iuxta orificio cessim dehiscente patescens, facilis hauritu*. Ita emendavit in partem feliciffime magnum aevo suo Italiae lumen Philippus Beroaldus MS. Ro. *Officio cessi in deascento*. Basil. I. *Orificio cessi in deascento*. Lego, *cessim dehiascente*. Item Apologia. *Quin ergo dicitis eadem opera precio impenso per plurimos piscatores quaesisse de littore conchulam striatam, testulam habentem, calculum teretem*. Doctiss. Stevvechius, *testulam hiantem*. Lego, *t. hiascentem*. Nam veteres non tantum, *hisco*, sed & *hiasco* dixerunt. Cato De Re Rust. cap. XII, *Consibulas ligneas, qui arbores comprimat, si dishiascent, & cuneos sex*. Cap. XVII. *Ibi dum sunt nuces bimae, inde semen excidet, & amiculae, eae ubi primum incipiunt hiascere, tum legi oportet*. Fulgentius lib. de Allegoria Virgilii, quem ad Heraclidae Pontici imitationem scripsisse videtur. *Nam ecce ad me etiam ipse Ascraei fontis bractamento saturior advenit*. Lego, *Fontis bracteamento*. Similiter Apuleius alibi. Postea. *Vt dicere coeperam, mox, ut terram tangit, matrem videt, nec adgnoscit: plenam designans infantiam, quia partu recentibus matrem videre datur*, &c. Scribo, *quia a partu r*. Deinde. *Zopas enim Graece, quasi Siopas dictus est, quasi taciturnitas puerilis*. Lego, *Iopas enim*. Ex illo Virgilii AEneid. extremo primo.

Personat aurata cythara crinitus Iopas,
Et de hac ipsa re Fulgentius.

CAP. III.

Birrus. Artemidorus, & Isidorus restituti.

ARnobio hic primi libri finis, necdum mihi; difficile enim comprimere luxuriantem stilum. Adtexam itaque, nec Auctoris nostri ingratiis, tria capita ad numerum Gratiarum, quae benigne me respiciant in omni hac scriptione. Mendum est in istis verbis Artemidori Ὀνειροκριτικῶν lib. II. capit. III. Χλαμὺς δὲ, ἣν ἔνιοι μανδύλω, οἱ δὲ βήριον καλῦσι, θλῖψιν καὶ ςενοχωρίαν, καὶ τοῖς δικαζομένοις καταδίκην μαντεύεται *Chlamys vero, quam quidam Mandyen, alii vero Berion vocant, tribulationem, & angustiam, & iis, qui indicantur, condemnatione divinat*. Rescribo, οἱ δὲ βίῤῥιον καλῦσι. Nam dicebant, βίῤῥος, βίῤῥον, & βίῤῥιον. Suidas, βίῤῥον, ἱμάτιον ῥωμαϊκὸν, *Birrum, vestimentum Romanum*. Glossae, βίῤῥος, *birrus*. Isidorus Orig. lib. XIX. cap. XIV. *Birrus a Graeco vocabulum trahit; illi enim birrum bibrum dicunt*. Emendo, *illi enim βίῤῥον dicunt*. Nam τὸ *bibrum* ex Graecae vocis iteratione irrepsit. Martianus Capella lib. IV. de Dialectica. *Vnivocum est, quando duarum, aut plurium rerum unum nomen est, & diffinitio, ut vestis. Nam & birrus, & tunica nomen vestis habent, & diffinitionem possunt accipere*. Severus Sulpitius lib. III. de Vita D. Martini. *Haec charis viduis, atque familiaribus mandat tributa virginibus, illa, ut rigentem birrum; haec, ut fluentem texat lacernam*. Posidonius de Passione Cypriani. *Et quum pervenisset in locum, qui dicitur Sextus, quarto ab urbe miliario, exspoliavit se birro, & tradidit carnificibus*. In colloquiis puerorum quoque, quae sunt inter Excerpta e veteribus Lexicis Henrici Stephani, lego. Ὡς δὴ ἦλθον πρὸς τὴν κλίμακα, ἀνέβην διὰ τῶν βαθμῶν ἀτρέμα, ὡς ἔδει, καὶ ἐν τῷ προσχολίῳ ἀπέθηκα βίῤῥιον. *Vt profecto veni ad Cochleam, adscendi per gradus intrepide, ut oportebat, & in loco Scholae adhaerenti birrium deposui*. Iuvenalis *Santonicum cucullum* vocat, Sat. VIII.

——— quo, si nocturnus adulter
Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

Interpres vetus, *idest birro Gallico*. Et Sat. III. *Quod Graeci coccum, Latini teres birrum vocarunt*. Lego. *Latini veteres b. v.* Si tamen veteribus notus. Persii etiam Scholiastes illud Sat. I.

Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

Ita exponit. *Scis birrum attritum comiti condonare*. Nec omittendus alter Suidae insignis locus ex Artemidori citato adumbratus. Ἐφεςρὶς, ἱμάτιον ῥωμαϊκὸν. λέγεται δὲ καὶ μανδύας, καὶ βίῤῥον. ἅτινα ἐν ὀνείρῳ βλεπόμενα θλίψεις σημαίνυσιν. *Ephestris vestimentum Romanum. Dicitur vero etiam Manduas, & Birrhum, quae quum videntur in somnio tribulationes significant*.

CAP. IV.

Funibus agros mensi veteres. Hieronymus illustratus. Arvipendia πέλεθρα, σχοῖνος, σχοίνισμα, παρασάγγης. Etymolog. Auct. falsus.

VEteres agros funibus dimetiri consuevisse perspicuum ex Isidoro Orig libro XV. cap. XIV. *Fines dicti, eo quod agri funiculis sunt divisi*. Manavit ab Ebraeis ille mos. Amos Propheta cap. VII. *Filii tui, & filiae tuae in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur*. Propheta regius quoque Psalmo LXXVII. *Et eiecit a facie eorum gentes, & divisit eis terram in funiculo distributionis*. Hinc lucem accipiunt illa Hieronymi in Epistola quadam ad Nepotianum. *Si autem ego pars domini sum, & funiculus hereditatis eius, nec accipio partem in ceteras tribus*. Funiculum istum geometricum *Arvipendium* vocabant. Glossarium. *Arvipendium* σχοῖνος γεωμετρικός. Inde quoque omnem illam terram, quam mensi essent fune σχοίνισμα dixerunt. Etymologici Auctor. Ἐκ γῦν τοῦ σχοίνυ τῦ μετρικῦ σπαρτίυ, καὶ τὰ μετρύμενα τῶν χωρίων, σχοινίσματα ἔλεγον. *Ex fune igitur,*

tur, quo dimetiri solent, etiam agros mensos funiculos dicebant. Sed & *Arvipendia* vocantur, τὰ πέλεθρα, ut testatur idem Glossarium. Sic quoque σχοῖνος, non tantum funiculum illum geometricum designat, verum etiam certam agri portionem continentem, ut vult Herodotus lib. II. sexaginta stadia, aut ut Plinius lib. V. quadraginta. Hilarius Comment. in Psalm. CXXXVIII. *Σχοῖνος autem quarumdam gentium consuetudine certum, & constitutum modum itineris significat, ut quod nos miliarium, id illi χοῖνον nuncupent*. Respondet vero Parasangae Persarum, ut vult Etymologicographus. Σχοῖνος, μέτρον ἐστὶ γεωμετρικόν. σημαίνει τρία. τὴν πόαν, ἢ νομὴν, ὡς τὸ, Α'σωπον βαθύσχοινον, καὶ μέτρον περσικὸν, ὁ παρὰ πέρσαις παρασάγγης λέγεται. ἀπὸ μεταφορᾶς. *Schoenus, mensura est geometrica. Significat tria. Herbam, & pascua, ut illud Asopum profundae herbae: & mensuram Persicam, quae apud Persas Parasanges dicitur. Ex metaphora*. Quod tamen falsum, quum σχοῖνος sexaginta stadia, παρασάγγης dumtaxat triginta contineat. Atque de schoeno quidem patet ex Herodoto, de parasanga, ex Herodoto itidem, Xenophonte, & Agathia Hist. lib. II. cuius ea verba. Ε'στὶ γὰρ ὁ παρασάγγης, ὡς μὲν ἡροδότῳ δοκεῖ, καὶ ξενοφῶντι, τριάκοντα στάδια, ὡς δὲ νῦν ἴβηρες καὶ πέρσαι φασὶν, ἐν ἑνὶ μόνῳ τῶν εἴκοσι πλέονα. *Est enim Parasanga, ut Herodoto quidem videtur, & Xenophonti, triginta stadia: ut vero nunc Iberes, & Persae dicunt, viginti tantum, & unum*. Si AEgyptiorum parasangae respondere dixisset, minus errasset, hoc enim verum Ipse alibi testis. Παρασάγγαι, τὰ τριάκοντα στάδια παρὰ πέρσαις, παρ' Αἰγυπτίοις δ' ἑξήκοντα. παρὰ δὲ Σοφοκλεῖ ἐν Α'νδρομάχῃ ἐπὶ τοῦ ἀγγέλου λέγεται. *Parasangae, triginta stadia apud Persas; apud AEgyptios vero sexaginta; apud Sophoclem autem in Andromacha de Nuntio dicitur*. Itaque cum Persarum nihil, nisi nomen commune, quod reapse ostendimus.

CAP. V.

Symmachus aliquoties correctus. Spartaci facinus.

EMendabo aliquot locis elegantissimas Symmachi epistolas, de quibus optime meriti, viri magni, Franciscus Iuretus, Iacobus Lectius, iisque nunc nupere succedaneus Casper Schoppius, iuvenis industrius, libro I. epist. 89. *Olim quum res Romana adoreae militaris potita est, Polluces gemini apud Viturnae lacum praelii secunda vulgarunt*. Scribendum, *apud Iuturnae lacum*. Lib. II. epist. XLVI. *Nihil igitur maior familia Sparticon equiorem, velim quaesita facile factum est banc munificentiam principis Lybicarum largitione mutari*. Optime posteriora haec emendat Iuretus, priora non pari felicitate ab eo tentata. Ego corrigo, *nihil itaque moror familiam Spartaco nequiorem*. Certe Spartacus celeberrimus gladiator (& heic de gladiatoribus sermo) fuit, qui effracto Lentuli ludo gladiatorio, fugiens cum LXXIV. sociis similis conditionis, dux factus per quatuor annos adversus Romanos bella gerens plurima loca vastavit. Lib. III. epist. LXXXI. *Tu vero sub hac petitione dum voles retice, modo ut postea bonis epistolis redimas stili tui ferias*. Lego, *ut postea binis epistolis*. Lib. IV. epist. XX. *Nostra adhuc institutio molitur florem creare, nec imperari potest unico labor. Itaque inter meum metum, & diligentiam, lentus pignoris nostri profectus adolescit*. Lego, *inter medium metum*. Lib. V. epist. II. *Vicissitudini autem literariae parem diligentiam libenter impendo, ut ad officia promtius inciteris, quum videas apud memorem scriptorum gratiam non perire*. Emendo, *apud me tuorum scriptorum g. n. p.* Libro VI. epist XVII. *Praevidi quem metum meae aegritudinis vobis fama posset incutere; quae quum soleat supra verum de absentibus proloqui, magnitudinem periculo meo nefando quidem videtur aequasse*. Lego, *magnitudinem periculi mei ne fando q. v. ae.* Lib. IX. epist. LXXVII. *Faciet frequens humanitas, ut saepe alias in Marsos bona Phaeacum celebremus*. Lego, *poma Phaeacum*. Nam comparat poma sibi missa cum Phaeacum pomis, quae nobilissima olim.

CAP. VI.

Censorinus, & Petronius correcti, & suppleti.

PErsolvi votum gratiarum trigae. At Musae quoque, ut Ephoro, & Eumelo Corinthio placet, ternae, quarum similiter in gratiam tria capita praemittemus, in promulside aciei huius Criticae militatura. Atque primum quidem Censorinus implebit, nec solus, sed cum Petronio. Lib. de die Natali cap. IV. *Haec eadem opinio etiam in Parmenide vel * in Ste fuit, pauculis exceptis ab Empedocle dissensis*. Lacunam, quae e libris suppleri non potuit, ego fortasse an ab ingenio supplebo, hoc modo, *in Parmenide Melissove fuit*. Nam, quia fere in omnibus consentiunt, plerumque coniunctim nominari hos invenias apud Auctores; quam coniecturam meam memini olim probare per literas Nobilissimo, & Amplissimo viro Iano Dousae. Eorum de principiis opinionem refert Hermias, διασυρμῷ τῶν ἔξω φιλοσόφων his verbis. Α'λλ' ἀνθίστανται τούτῳ μέλισσος καὶ παρμενίδης. ὅγε μὲν παρμενίδης καὶ ποιητικοῖς ἔπεσιν τὴν οὐσίαν ἓν εἶναι, καὶ ἀΐδιον, καὶ ἀκίνητον, καὶ παντὶ ὅμοιον. *Sed obsistunt huic Melissus, & Parmenides, Parmenides quidem & poeticis versibus substantiam unam esse, & aeternam, & immobilem, & universo similem*. Transeo ad Petronium, editionis ultimae, pag. 99. *Placebo tibi, si me culpam emendare permiseris. * dimissa cum eiusmodi pollicitatione Chryside, &c.* Suppleo, *s. m. c. e. permiseris. Vale. Dimissa* &c.

Pag. 75. *Itaque Hercules postquam * manifesta convaluit, Lycas trepidans ad me supinas porrigit manus*. Nihil deest, ut hactenus putatum, corrigo tantum. *Postquam maris aestus invaluit*. Pag. 54. *Hoc ut infra fiduciam posui, fraudavique animum dissidentem coepi somnum obruto tunicula capite mentiri*. Scribo, *fraudavique animum diffidentem*. Pag. 53. *Tantum omnem scabitudinem animo, tamquam bonarum artium magister, deleret sine cicatrice*. Scribo, *scabritudinem*. Pag. 8. *Veniebamus in forum deficiente iam die, in quo notavimus frequentiam rerum venalium, non quidem pretiosarum, sed tamen quarum fidem male ambulantem obscuritas temporis facillime tegeret*. Restituo, *quarum furem male a*, &c.

C A P. VII.

Statius castigatus.

STatii Papinii Poetae magni Silvas conlucabo.

Inutilesque falce ramos amputans
Feliciores inseram.

Vt ait ille. Caste tamen, verbisque solennibus veniam, si dei, si deae, cui illae sacrae sunt, ante praefatus, porcoque piaculo facto. Lib. I. in Epithalamio Stellae, & Violantillae.

Quis tibi tunc alacri caelestum munere claro
Stella dies? quanto salierunt pectora voto?

Forte, *q. s. p. motu!* In Tiburtino Manlii Vopisci.

Quid te? qua mediis servata penatibus arbor
Tecta per & postes liquidas emergis in auras.
Quo non sub domino saevas passura bipennes?
Et nunc ignaro forsan, vel lubrica Nais,
Vel non abruptos tibi demet Hamadryas annos.

Scribo, *Et nunc ignarae*, arborem enim adloquitur. Tangit autem veterum superstitionem, qui credebant in singulis arboribus vivere singulas Hamadryadas, & interire. Libro II. Epicedio in Glauciam.

——— subitas inimica levavit
Parca manus, quo diva feros gravis exseris angues?

Scribo, *q. d. f. g. e. ungues?* Ibidem.

Quidquid habent ortus finem timet. ———

Lego, *quidquid habet* [a]. Lib. III. in Hercule Surrentino.

Lustratumque humeris dimitte gerentibus hostem.

Corrigo, *instratumque h.* quam emendationem meam, ut soleo, quum ad V. N. Iosephum Scaligerum retulissem, dixit idem sibi quoque aliquando in mentem venisse. Paulo ante.

——— deus adfluit, arces
Erexitque suas. ———

Lego, *deus adfluit, a.*
In Laudibus Etrusci.

——— vice cuncta geruntur,
Alternisque premunt; propriis sub regibus omnis
Terra premit, felix regum diademata Roma.
Hanc ducibus frenare datum, mox crescit in illos
Imperium superis. ———

Lego,

——— vice cuncta reguntur,
Alternisque premunt, propriis sub regibus omnis
Terra, premit felix regum diademata Roma.
Hanc ducibus frenare datum, mox cessit i. i.

In Vindicis Herculis Epitrapezio.

Prensabatque libens, modo, qua diademate dextra
Abstulerat. ———

Repono, *diademata d.*
Lib. V. de Ascantii in Priscillam pietate.

Quae morum caruere bonis, falsoque potentes
Laudis egent verae. ———

Lego, *falsaque potentes*. In Protreptico ad Crispinum.

——— spectemque ratem iam fessus ab altis
Rupibus, atque oculis longo querar ordine vinci.

Lego, *atque oculos l. q. o. v.* Deinde

——— quod tempus amicum
Fraudibus, extorto quaenam bona tempore bello?

Scribo, *exorto q. b. t. b.* Epicedio in Patrem.

——— laqueo quin illa supremo
Inclusit gemitus, & te post funera magni
Hectoris Haemonio pudor est servisse marito.

Emendo, *l. q. i. supremos l. g. & se post f. m.* De Andromacha illi sermo. Postea

Qui furias, regumque domos, aversaque caelo
Sidera terrifico super intonuere cothurno.

Scribo, *regumque dolos*. In carmine ad Somnum.

At nunc heus aliquis longa sub nocte, puellae
Brachia nexa tenens, ultro te Somne repellit.

Lego, *at nunc, heu! aliquis*, &c. In quo fine Silvarum finis mihi conlucationis.

C A P. VIII.

Aucilla. Apuleius correctus.

AD Apuleium transeo, cuius verba corrupta lib. II. Miles. *Quo placito ocyter surrexit, & ad aliud me cubiculum induxit. Ibi corpus splendentibus linteis coopertum, introductis quibusdam septem testibus manu revelat, & diutine visu praefleto, obtestata fidem praesentium, singula demonstrant anxie, membra contecta de industria quodam tabulis praenotante*. Quid est? *membra contecta de industria*. Sane non capio; quomodo enim contecta adhuc, quae iam ante revelarat, scri-

(a) At numerus repugnat.

scribo, *contrectat*. Est alter eiusdem locus Milef. IX. *Vna de cetera coborte gallina, per mediam cursitans aream, clamore genuino, velut ovum parere gestiens, personabat; eam suum dominus intuens, O bona, inquit, ancilla, & satis foecunda, quae multo iam tempore quotidianis nos partubus saginasti!* Itane? gallinam vocet ancillam? non hercle putem. Vide an non potius scribserit. *O bona aucilla*. Nam *auca*, ὑποκοριστικῶς, *aucilla*, antiquo vocabulo avis nominabatur. Glossae, *auca*, πτηνόν.

CAP. IX.

Romani in classes quinque a Servio tributi. Tubero apud Agellium defensus. Alis. Alimodi. Agellius correctus.

CErtamen mihi ineundum hoc capite, sed placidum, mite, & sine sanguine. Certamen, inquam, ineundum cum viro magno, & in literis his nostris primate, Iusto Lipsio, pro Tuberone, qui Hist. I. apud Agellium lib. X. cap. XXVIII. *Ait Servium Tullium regem, populi Romani quum illas quinque classes census faciendi gratia institueret, pueros esse existimasse, qui minores essent annis septemdecim*. Scribendum illi videtur, *sex classes*. Ego retineo. Dionysius quidem Halicarnasseus libb. IV. & VII. in sex classes tributum memorat populum. Sed ecce pro Tuberone Arnobius noster. *Numquid enim quinque in classes babetis populum distributum, vestri olim ut habuere maiores?* Charisius libro I. *Assiduus quidam per d scribunt, quasi sit a sedendo figuratum, sed errant. Nam quum a Servio Tullio populus in quinque classes esset divisus, ut tributum, prout quisque ponderet, inferret, ditiores, qui asses dabant, assidui dicti sunt, & quoniam soli negotiis publicis frequenter aderant, eos, qui frequenter adsunt, assiduos ab assibus dixerunt*. Vide etiam Festum in Quintanam classem. Quin & ipse Livius lib. I. quinque dumtaxat classes expresse nominat. Nam quam alii sextam volunt, centuria fuit unica, adeo ut classis nomen non meruerit. Centuriae autem in prima fuere 98. in secunda 22. in tertia totidem, in quarta 20. in quinta 30. in illa reliqua, e qua sextam classem nobis fabricantur, proletarii erant, & capitecensi, quos classicos non fuisse suggerit & Arnobius alibi secundo hoc libro. *Definite hominem, proletarius quum sit, classibus, & capite quum censeatur, adscribere ordinibus primis*. Atque haec cum pace Lipsii pro Tuberone dicta speraverim. Agellium vero, quoniam eius facta nunc mentio, emendabo obiter aliquot locis carptim. Lib. I. cap. III. *Lacedaemonium Chilonem unum ex illo inclito numero sapientium, scriptum est in libris eorum, qui vitas res gestasque clarorum hominum memoriae mandaverunt, quum de vitae suae postremo eum inibi mors occuparet, ad circumstantes amicos sic loquutum*. Lego, *quum die vitae s. p.* Lib. II. cap. VI. *Quam rem, & alii, & hic quidem poeta locis aliquot demonstrat*. Lego, *hic idem poeta*. Firmatque meam conjecturam Macrobius Saturnal. lib. VI. capit. VII. ubi totum hoc Gellii, ut alia non pauca, verbo tenus descripta reperies. Capit. VII. *Omnia quae in rebus humanis fiunt, sicut docti censuerunt aut honesta sunt, aut turpia, quae sua vi recta, aut honesta sunt, ut fidem colere, ut patriam defendere, ut amicos diligere, ea fieri oportet*. Transpono leviter, *a. h. s. a. turpia sua vi, quae recta a. h.* Cap. XXIII. *In hoc equidem soleo animum attendere, quodque Menander praeclare, & adposite, & facete scripsit, ea Caecilius nequaquam potuit, nedum conatus est, enarrare*. Quis non videt legendum? *Quod quae Menander*. Lib. III. cap. XVI. *Et multa opinio est, eaque iam pro vera recepta, postquam mulieris uterus conceperit semen, gigni hominem, septimo rarenter, numquam octavo, saepe nono, saepius numero decimo*. Emendo, *s. rarenter, nonnumquam octavo*. Res clamat, & sequentia, quae lege sis Cap. XVII. *In eo libro Platonem Philosophum, quem dixeramus tenui admodum pecunia familiari fuisse, contumeliose adpellat, quod impenso pretio librum Pythagoricae disciplinae emisit, ex eoque Tymaeum nobilem illum dialogum continuasset*. Lego, *dialogum concinnasset*. Libro IV. capit. X. *Eius rei gratia ducenda, longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem; erat enim ius Senatori, ut sententiam rogatus, diceret ante quid vellet alii rei, & quoad vellet*. Lego, *quidquid vellet ali rei*. Et ita Plautum quoque dixisse testetur Festus. Nam *alis*, veteres dicebant pro *alius*. Charisius lib. II. *Alius pronomen genitivum non habet, ut dicantus alius tametsi antiqui genitivum alius producta us dixerunt, quorum auctoritatem sequuti, & nos accedimus, cuius nominativum veteres non tantum Alius dixerunt, sed etiam Alis*. Salustius. *Alis alibi stantes, omnes tamen adversis vulneribus occiderunt*. Catullus in Coma Berenices.

Anne bonum oblita' s facinus, quod regium adepta' s.
Coniugium? quod non fortior aut sit alis?

Sic *alimodo* quoque, pro *aliusmodi* dictitarunt; sed & adverbium *aliter*, est ab *alio*, non *alius*, unde *aliuta*, antique.

CAP. X.

Darius Arieti a Daniele Propheta adsimilatus. Alexander hirco. Hieronymi ἁμάρτημα μνημονικόν. Eiusdem vulnera sanata.

INsignis locus est apud Danielem cap. VIII.

Et ecce aries unus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, & unum excelsius altero, atque subcrescens. Deinde. *Ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terrae, & non tangebat terram.*

Vbi per arietem innuitur Darius Persarum, & Medorum rex, per hircum vero caprarum Alexander Magnus Graecorum monarcha,

cha, qui ab Occidentali plaga respectu Mediae & Persidis, venit usque Susas, ubi Darium superavit Atque hoc verum esse liquet ex eiusdem capitis verbis sequentibus. *Aries, quem vidisti habere cornua rex Medorum est, atque Persarum. Porro hircus caprarum rex Graecorum est*. Vide etiam Chrysostomum Orat II. contra iudaeos. Venit interim in mentem insignis memoriae lapsus Hieronymi Epistolarum lib. III. in vita Hilarionis; ubi & hircum & arietem de Alexandro dici memorat.

> *Alexander Magnus Macedo, quem vel arietem, vel pardum, vel hircum caprarum Daniel vocat, quum ad Achillis tumulum pervenisset, Faelicem te, ait iuvenis, qui magno fruaris praecone meritorum, Homerum videlicet significans.*

Sed cuius lapsum ostendimus, age, etiam vulnera sanemus. Lib. I. epist. XVIII. quae est ad Augustinum. *Nec tam stultus sum ut diversitate explanationum tuarum me laedi putem: quia nec tu laeseris, si nos contraria senserimus.* Scribo, *quia nec tu laederis*. Libro II. epist. III. ad Sabinianum. *Miser, nonne quando in spelunca cum virgine stare caepisti, caligaverunt oculi tui, lingua torpuit, conciderunt brachia, pectus intremuit, mutavit incessus?* Scribo, *nutavit incessus?* Epist. X. ad Matrem viduam, & filiam virginem. *Dolet sibi praelatum iuvenem, non quidem comatum, non vestium sericarum, sed torosulum, & in sordibus delicatum; qui ipse sacculum signet, textrinum teneat, pensa distribuat, regat familiam, emat, quidquid de publico necessarium est.* Emendo, *emat de publico quidquid necessarium est*. Post illa autem *vestium sericarum* deest aliquid, puta, *ornatu splendidum*, aut tale quid, nec fine membranis facile quis suppleverit. Epistola XVII. quae est ad Paulinum. *Soror praecipue tua matronarum declinet consortia. Nec inter sericas vestes, & gemmas circumsedentium feminarum se sordidatam, aut doleat, aut miretur.* Corrigo, *m. d. consortia, ne inter*, &c. Epistol. XVIII. quae est ad Laetam. *Praetextata nobilissima quondam femina, iubente viro Hymetio, qui patruus Eustochii virginis fuit, habitum eius, cultumque mutavit: & neglectum crinem mundano more pexuit; vincere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium: & ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se angelum terribili voce minitantem poenas, & haec verba frangentem. Tune ausa es viri imperium praeferre Christo? Tu caput virginis Dei tuis sacrilegis attrectare manibus?* Lego, *vincere cupiens virginis propositum, & mariti desiderium explere*. Vltimam vocem addidi, nam aut illa, aut ei gemina, desideratur. Epist. XXI. quae est ad Demetriadem. *Habeto lanam semper in manibus, vel staminis pollice fila deducito, vel ad torquenda subtegmina in alveolis fusa vertantur: aliarumque neta, aut in globum collige, aut texenda compone;* Malim, *in glomum collige*. Ibidem. *Fuge lasciviam puellarum, quae ornant capita, crines a fronte demittunt, cutem poliunt, utuntur pigmentis, adstrictas habent manicas, vestimenta sine ruga, soccosque crispantes: ut sub nomine virginali vendibilius pereant.* Insignis locus, Emendo vero, *soccosque crepantes*. Erat enim hoc quoque inter eius aevi puellarum lasciviam. Nec aliunde petam fulcra, quae passim obvia, ipse Hieronymus suggerit, Supra epist. X. *Caliga quoque ambulantis nigella, ac nitens, stridore ad se iuvenes vocat*. Infra epist. XXII. ad Furiam. *Non habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes stibio fuliginatos*. Lib. III. de Vita Pauli primi Eremitae. *Ille vestem Christi, nudus licet, tamen servavit: vos vestitis sericis indumentum Christi perdidistis*. Scribo, *vos vestiti sericis*.

CAP. XI.

Augustinus correctus, Epigrus; item Palladius, & Seneca.

AVgustinum hoc capite saltuatim, & vellicatim emendabo, volentibus Musis, quod futurum spero. *Numquid Diana thetrica portat arma, & urbana simpliciter virgo est*. Emendaveram *theatrica portat*, quum librum meum veterem consulens inibi ita esse invenio. Locus est libro VI. de Civitate Dei cap. VII. Quem autem nunc proponam, is est ex eiusdem libri cap. X. *Quum enim de simulacris ageret, sacros*, inquit, *immortales, inviolabilesque deos, in materia vilissima, atque immobili dedicant. Habitus illis hominum ferarumque & piscium. Quidam vero mixto sensu diversis corporibus induunt*. Vet. cod. *mixto sexu*. Corrigo, *atque ignobili dedicant. Habitus illis hominum ferarumque, & piscium quidam vero mixtos sexus diversis c. i.* Libro VIII. cap. XXVI. *Omitto quod Varro dicit omnes ab his mortuos existimari inanes deos, & probat per ea sacra, quae omnibus fere exhibentur mortuis*. Mavelim, *manes deos*. Lib. XIV. cap. XX. *Hoc illi canini philosophi, hoc est Cynici, non viderunt, proferentes contra humanam verecundiam, quid aliud quam caninam, hoc est, immundam, impudentemque sententiam, ut scilicet quoniam iustum est, quod fit in uxore, palam non pudeat id agere*. Eiicio glossemata, & rescribo. *Hoc illi canini philosophi non viderunt, proferentes contra humanam verecundiam quid aliud quam caninam sententiam*. Lib. XV. cap. XXVII. *Et lignum ligno per subscudines, epiros, clavos, & gluten bituminis non potest adhaerere, ut fabricetur arca, non curvis, sed rectis ligneis longe, lateque porrecta*. Lego, *subscudines, epigros, clavos, e. g. b. n. p a. u. f. a. n. c. s. r. lineis*. Ita correxeram, cum τὸ *lineis* etiam in vetere codice invenio. Emendo vero, *epigros*, ex Isidoro Orig. lib. XIX. cap. XIX. Cuius ista verba. *Epigri, & clavi sunt quibus lignum ligno adhaeret*. Item in Glossis. *Epigri clavi quibus lignum ligno adhaeret*. Idem mendum apud Palladium lib. XI. Titulo VIII. ubi de pruno. *Si poma decurrant, oleastri epiurum terebratae insige radici*. Scripserim, *oleastri epigrum*. Illustrissimus quoque vir, Ios. pius Scaliger, Senecae restituendam hanc vocem

cen-

censet. Locus est de beneficiis lib. II. capit. XII. Ita hodie legitur. *Parum enim foede furiosèque insolens fuerat, qui de capite consularis viri soccatus audiebat, nisi in os senatoris ingessisset Imperator pigros suos*. Scribendum, *epigros suos*. Nam socci erant clavis compacti, & quidem aureis. Lib. XVIII. cap. VIII. *Nam temporibus Ogygii ad lacum, qui Tritonis dicitur, virginali fertur adparuisse aetate, unde & Tritonia nuncupata est*. Ter scribe *Ogygi*, semel *Ogygus*. Nam illud regi isti nomen. Lycophron.

Οὕτω σε πλῆθὲς ὠγύγυ σπαρτὸς λεὼς
χρησμοῖς ἰατρῦ, &c.

Nonnus Διονυσιακῶν lib. III.

Πρώτυ γὰρ κελάδοντ૭ ἐπέρρυθη νιφετοῖο
Ὤγυγ૭ ἠλιβάτοιο δι' ὕδατ૭ αἰθέρα πέμπων.

Varro lib. III. de Re Rust. cap. I. *Et enim vetustissimum oppidum quum sit traditum Graecum, Boeotiae Thebae, quod rex Ogygus aedificarit*. Postea. *Thebae quae ante cataclysmon Ogygi conditae dicuntur, eae tamen circiter duo millia annorum & centum sunt*. Et alii.

CAP. XII.

De Academia nonnulla. Diogenes Laertius, Eupolis, Etymologicographus, Horatius, Suidas, & Stephanus correcti.

Academicos hoc capite demerebor, & ipsum heroem Hecademum, gymnasii istius conditorem, cuius nomen in Academum apud plerosque scriptores mutavit. Ac primum Diogenis Laertii locum proponam, qui est lib. III. Ἐπανελθὼν δὲ εἰς ἀθήνας διέτριβεν ἐν ἀκαδημίᾳ, τόδε ἐςὶ γυμνάσιον, προάςειον, ἀλσῶδες, ἀπὸ τιν૭ ἥρω૭ ὀνομασθὲν Ἀκαδήμου. *Quum reversus esset vero Athenas moratus est in Academia; hoc est Gymnasium, suburbanum, nemorosum; a quodam heroe Academo nominatum.* Scribo, ἑκαδήμω. Eupolis ἀςρατεύτοις.

Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμυ θεῦ.
In umbrosis ambulacris Academi Dei.

Lego,

Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν ἑκαδήμυ θεῦ.
In umbrosis ambulacris Hecademi Dei.

Horatius lib. II. epist. II.

Atque inter sylvas Academi quaerere verum.

Iterum *Hecademi* scribo, ut & in Acrone eius interprete. Timon.

Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύςατος, ἀλλ' ἀγορευτὴς
Ἡδυεπὴς, τέττιξιν ἰσογράφ૭, οἵ δ' ἑκαδήμυ
Δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱᾶσι.
Omnium vero existimabatur latissimus, sed concionator
Suaviloquus, Cicadis aequalis, quae Hecademi
Arbori insidentes vocem argutam emittunt.

Quos versus paulo aliter legas apud Hesychium. Auctor proverbiorum. Ἀκαδημία δὲ ἦν γυμνάσιον ἐν ἀθήναις, προάςειον ἀλσῶδες, ἐν ᾧ διέτριβε πλάτων, ἀπὸ ἑκαδήμυ τινὸς ἥρω૭ ὀνομασθέν. *Academia vero erat Gymnasium Athenis, suburbanum, nemorosum, in quo Plato versabatur, a quodam heroe Hecademo nominatum*. Aristophanis Scholiastes ad Nubes. Ἦν γὰρ καὶ γυμνάσιον (ἡ ἀκαδημία) ἀπὸ ἑκαδήμυ τινὸς καταλείψαντος τὴν κτῆσιν ἑαυτῦ πρὸς ἐπισκευὴν τῦ τόπυ. *Erat enim etiam Gymnasium (Academia) ab Hecademo quodam, qui reliquerat possessionem suam ad loci structuram*. Vide etiam Suidam, & Stephanum. Et ineptit omnino Orion apud Etymologicographum, & quos ille sequitur auctores. Nam Hecademo heroi nomen fuisse certissimum, ex eo quod prisca gymnasii istius adpellatio non ἀκαδημία, sed ἑκαδημία fuit. Diogenes loco citato. Πρότερον γὰρ διὰ τῦ ε ἑκαδημία ἐκαλεῖτο. *Prius enim per ε Hecademia vocabatur*. Suidas. Ἀκαδημία γυμνάσιον ἦν ἐν Ἀθήναις, προάςιον ἀλσῶδες, ἐν ᾧ διέτριβε πλάτων. ἀπὸ ἑκαδήμυ τινὸς ἥρωος ὀνομασθέν. πρότερον δὲ διὰ τῦ ε ἑκαδημία ἐκαλεῖτο. *Academia Gymnasium erat Athenis, suburbanum, nemorosum, in quo Plato versabatur, a quodam heroe Hecademo nominatum. Prius enim per ε Hecademia vocabatur*. Stephanus quoque in ἑκαδήμεια aperte scribit herois nomen per ε efferri. Proferebant etiam neutro genere ἀκαδήμειον. Etymologicographus. Ἀκαδήμειον, γυμνάσιον, τόπος ἐςὶ πρὸ τῦ ἄςεος. *Academium, Gymnasium, locus est ante urbem*. Suidas. Τρία ὑπῆρχον γυμνάσια, λύκειον, κυνόσαργες ἀκαδημία ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τῦ καθιερώσαντ૭ αὐτὴν ἀκαδήμυ (scribo ἑκαδήμυ) καὶ οὐ δετέρως ἀκαδήμειον. λέγεται δὲ ἀκαδημία ἡ τῶν φίλων διατριβή. *Tria fuerant Gymnasia, Lyceum, Cynosarges, Academia, quae vocata est ab Academo, qui eam dedicavit, & neutro genere Academum. Dicitur vero Academia philosophorum auditorium*. Emendo. Ἡ τῶν φιλοσόφων διατριβή. Orta menda ex adbreviata scriptione. Sunt & qui Echemum Arcadem cum Pollucibus militasse ferant, Atticamque vicisse, & loco a se nomen ἐχεμήδειον dedisse. Stephanus in Ἑκαδήμεια, οἱ δὲ ὅτι ἔχεμ૭ ὁ Ἀρκὰς συςρατεύσας τοῖς Διοσκόροις, ὑποχείριον ἔχε τὴν Ἀττικὴν ἐξ ὗ ἐχεμήδειόν φασιν. *Hecademia. Hi vero quia Echemus Archasque cum Dioscuris militavit, subiectam habuit Atticam; ex quo Echemedium dicunt*. Quod profecto frigidum, & frivolum: quam haec similia dissimilia? Ἀκαδημία, sive ἀκαδήμειον, & ἐχεμήδειον. Considera ductum, & sonum litterarum. Deinde ab ἔχεμ૭ oportet ἐχέμειον derives, κατ' ἀναλογίαν. Sed Stephani locum hoc modo corrigo. Οἱ δὲ ὅτι ἐχέδημ૭, &c. ἐξ οὗ ἐχεδήμειόν φασιν. Echedemum hunc in mente habuit Suidas. Ἐχέδημ૭, ὄνομα κύριον. *Echedemus nomen proprium*. Nam quod apud eumdem Stephanum in ἐχέλιδαι mentionem habes Echemi, mendum est, & debet Echeli nomen reponi. Posuerunt enim Athenienses eius herois simulacrum in luco quodam, inter Tetracomum Herculis & Piraeum, ubi Panathenaeis agones gymnici celebrabantur. Igitur totum istum Stephani locum sic emendo. Ἐχελίδαι δῆμ૭ τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ ἐχέλυ. ὗτ૭ δ' ἀπὸ ἕλυς τόπυ, μεταξὺ ὄντ૭ τῦ πειραιέως, καὶ τῦ τετρακώμυ ἡρακλέυς. *Echelidae populus Atticae, ab Echelo. Hic vero ab Helone loco intra Piraeeum, & tetracomon Heraclium*. Iuvat me Etymologici auctor. Ἔχελ૭, ἥρως παρὰ ἀθηναίοις τιμώμεν૭. καὶ δῆμ૭ τῆς Ἀττικῆς, ἐχελίδαι ἀπὸ τῦ κειμένυ ἕλυς τῷ τόπῳ ἐν ᾧ ἵδρυται τὸ τῦ ἐχέλυ ἄγαλμα. παρὰ τὸ ἕλ૭ ἔχειν, ἔχελ૭. καὶ ἐχελιδῶν δῆμ૭, ἀπὸ ἔχελ૭. *Echelos, heros apud Athenienses cultus, & populus*

lus Atticae Echelidae ab iacente palude in loco ubi posita est Echeli statua, eo quod paludem habeat, Echelos, & Echelidarum populus ab Echelos. Ad quem locum cum viderem cum doctissimo Sylburgio me concurrere, non mediocriter sum gavisus emendationem meam tanti viri iudicio stabiliri. Vt autem ad Academiam sermonem reducam; sciendum tam reverenter eam a philosophis habitam, ut ridere quidem inibi minime fas putarent. AElianus docet ποικ. ἱστορ. libro III. Λόγος δέ τις διαῤῥεῖ καὶ οὗτος Ἀττικὸς, ὅς λέγει πρότερον ἐν Ἀκαδημίᾳ μηδὲ γελάσαι ἐξουσίαν εἶναι. ὕβρει γὰρ καὶ ῥαθυμίᾳ ἐπειρῶντο τὸ χωρίον ἄβατον φυλαχθῆναι. *Sermo vero quidam diffluit, & hic Atticus, qui dicit prius in Academia neque ridere licitum fuisse; contumeliae enim, & pigritiae conabantur inaccessum horum custodire*. Puteum praeterea ibi loci fuisse invenio, ubi heroibus duces patrio instituto sacrificabant. Aperte id in Heliodori αἰθιοπικῶν lib. I. Ἐπειδὴ κατὰ τὸν βόθρον ἐγένετο τὸν ἐν Ἀκαδημίᾳ (πάντως γινώσκεις ἔνθα τοῖς ἥρωσιν οἱ πολέμαρχοι τὸ πάτριον ἐναγίζουσιν) ἐνταῦθα ἀθρόον τοῦ πρεσβύτου ταράξασα τὰς χεῖρας, ὦσεν ἑαυτὴν ἐπὶ κεφαλὴν. καὶ ἡ μὲν ἔκειτο κακὴ κακῶς. *Quoniam iuxta foveam erat, quae est in Academia (omnino cognoscis ubi Heroibus Polemarchi patrium celebrant) hic subito quum senis manus disturbasset, in caput se ipse deiecit. Et mala quidem male iacebat*. Nisi forte mavelis legere. Ἐπειδὴ κατὰ τὸν βωμόν. Sed nihil mutandum: arguunt ista; ὦσεν ἑαυτὴν ἐπὶ κεφαλήν. Erat enim illic ara etiam καταιβάτου Iovis. Testis locuples Apollodorus. Περὶ Ἀκαδημίαν ἐστιν ὅτε τοῦ καταιβάτου διὸς βωμὸς, ὃν καὶ μόριον καλοῦσι, τῶν ἐκεῖ μορίων παρὰ τὸ τῆς ἀθηνᾶς ἱερὸν καθιδρυμένων. *Circa Academiam est Iovis Catabacti ara, quam & oleaginam vocant, oleis sacris illic apud Minervae fanum sitis*.

CAP. XIII.

Salvianus castigatus. Parientia.

SAlviani Massyliensis episcopi, hominis disertissimi, libros de Vero iudicio, & Providentia cum legerem, haec mihi visa in eo emendanda. Libro I. *Ac sicut ille & auras captans, & saxa vitans, & astra suspiciens, totus sit simul tam corporis, quam cordis officio operi suo deditus: ita scilicet deum nostrum ab universitate omnium rerum, nec munus dignantissimae visionis avertere, nec regimen providentiae suae tollere, nec indulgentiam benignissimae pietatis auferre*. Lego, *nec munus vigilantissimae visionis*. Et ita emendaveram, quum ecce fulcrum invenio in libri secundi initio, ubi geminus locus. *Ecce habes praesentem, ecce intuentem, ecce in omni loco cura, ac provisione vigilantem*. Postea. *Pharaonem poenitet, exercitum contrahit, ad fugientes pervenit: castris iungitur, tenebris separatur: siccatur pelagus, Israel graditur, officiosa undarum patientia liberatur*. Corrigo, *undarum parientia*. Est autem *Parientia* idem quod *obedientia*. *Sic parientiam adcommodare* in Codice Iustinianaeo, restituente magno Cuiacio. Et infra. *Commodare parientiam*. Sic emendandum. *Imparientia* apud Agellium, & Apuleium, restituentibus Lipsio, & Colvio. *Adde homines in nullis membrorum suorum partibus accessus, & decessus humanorum corporum nescientes, ungues non auctos, dentes non imminutos, capillos semper aequales*, &c. Scribo, *in ullis membrorum suorum partibus*. *Vnde hoc ita credimus? forsitan quia, ut illi tunc, mannam quotidie non comedimus, cum agros triticeos plenos messibus demetamus*. Scribo, *triticeis plenos messibus*. Lib. III. *Siquidem intra ianuas non modo illustrium portarum, sed etiam praesidum, aut praepositorum, non omnes passim intrare praesumunt, nisi quos aut iudex vocaverit, aut negotium traxerit, aut ipsa honoris proprii dignitas introire permiserit*. Lego, *illustrium epoptarum*. Similem locum in Tertulliano adversus Valentin. capit. I. emendavit Illustrissimus Scaliger, qui heic tamen *potestatum* malebat, Lib. IV. *Quid est omnium aliud dignitas sublimium, quam praescriptio civitatum? aut quid aliud quorumdam, quos taceo, praefectura, quam praeda?* Scribo, *quam proscriptio civitatum?* Lib. V. *Nam illud quale, quam non ferendum? & quod non dicam pati humanae mentes, sed quod audire vix possunt*. Scribo. *Iam illud quale? Praeiudiciis temporum ingenii status homines circumvenimus, ecce ipsi nuper quidem in alieno solo vivere caepimus, sed praeiudicia iam timemus*. Scribo, *& praeiudicia*. Lib. VII. *Quis coniugii fidem reddidit? immo quantum ad passivitatem libidinis pertinet, quis non coniugem in numerum ancillarum redegit?* Scribo, *coniugi fidem*. *Si accusanda est inhumanitas, inhumani sunt. Si ebrietas, ebrosi sunt. Si falsitas, fallacissimi. Si dolus, fraudulentissimi. Si cupiditas, cupidissimi. Si perfidia, perfidissimi*. Emendo. *Si falsitas, falsissimi*. Atque haec raptim legenti sub manu, ut solent mihi omnia, nata.

CAP. XIV.

Germanicus castigatus, & Nonnus leviter.

GErmanici Caesaris in Arati Φαινόμενα Commentarium aliquot locis emendabam nuper. Ac primum, ubi de Geminis ei sermo. *Alii volunt Zethum, & Amphionem esse, ideo unus Zonam, alter lyram habet. Nigidius deos Samothracas dixit, quorum argumentum nefas sit enumerare, propter eos qui ministeriis praesunt*. Corrigo, *qui misteriis praesunt*. Vbi de Cancro. *Cum Hercules, cum Hydra ad fontem Lernaeum depugnaret, hic cancer Herculis pede morsu depraehendit, ut Panyasis auctor dicit quem miratus Hercules calcatum contrivit*. Emendo. *Herculis pedem morsu depraehendit, ut Panyasis auctor: quem iratus*, &c. Nam τὸ *dicit* ab aliquo librario adsutum. Postea. *Quod cum adversus gigantes dii bellum agerent idem Liber & Vulcanus, & Satyri asinis insidentes profecti sunt ad pugnam. Quod genus viso tumultu, diro cum murmure rugissent, gigantes eorum voce territi fugerunt, & confestim*

festim dii de gigantibus triumphaverunt. Scribo, *diro cum murmure rudissent*. Nam hoc eius animalis. Vbi de Ericthonio. *Musaeus de capra hoc refert. Datur Iovis infans nutriendus Themidi altheae, quae fuit domina caprae, quae ex ea Iovem nutrivit*. Corrigo, *nutriendus Themidi Amaltheae*. Vbi de Delphino. *Neptunus, ut Artemidorus refert, Amphitriten voluit in coniugium accipere: quae quum ob verecundiae magnitudinem, & virginitatis observantiam ad Atlantem confugisset, Neptunus post eam multos misit, qui eam peterent*. Malim, *Neptunus postea multos misit*. Vbi de Orione. *Aristomachus autem dicit Erythrea quemdam Thebis voto petisse, ut filium haberet: ad quem Iovis Mercurius, & Neptunus hospitio devenerunt: qui eis hostiam immolavit, ut filius nasceretur, cuius bovis pelle detracta dii in eam urinam fecere, iussuque Mercurii terra obruta est, unde puer supra dictus est natus, quem Vrionem adpellaverunt, & astris intulerunt*. Lego, *dicit Hyriea quemdam*. Postea, *quibus hostiam immolavit*. Hyrieus autem erat Orionis patri nomen, ut constat ex variis auctoribus, quos brevitatis studio non nomino. Sed & in Nonno mendosum idem nomen Διονυσιακῶν lib. XIII.

Οἵ θ' ὑρίην ἐνέμοντο θηεδόχον ἕδας ἀρέρης,
Ξεινοδόχον μεθέπουσαν ἐπωνυμίην ὑριῆ@.

Quique Hyriam habitabant solum terre Deos excipiens,
Et peregrinos, consequentem cognomen Hyriei.

Corrigo. ἐπονυμίην ὑριῆ@. Vbi de Argo navi. *Sola Hypermanestra Limum servavit: ob quod fanum illis factum est; ceterae vero dicuntur apud inferos in dolium pertusum aquam ingerere*. Scribo, *fanum illi*. Vbi de Eridano. *Sorores quoque Phaethontis flentes, in arbores populos versae sunt, lacrimaeque earum in electrum durare dicuntur*. Scribo, *durari dicuntur*. Deinde. *Cycnus quoque rex Liguriae Phaetontis propinquus dum fleret, in cycnum conversus est; id quoque monens flebile canit*. Lego, *is quoque moriens f. c.* In prognosticis, ubi de *Luna*. *Dicebant enim eam (Dianam) viarum praesidem, & virginem, eo quod in viae nihil pariat*. Scribo, *quod via nihil pariat*. Postea. *Eadem Luna, eadem Diana, eadem Proserpina, vocatur: id est: caelestis, terrestris, & infernalis. De qua quidam.*

Denique quum Luna est sublustri splendet amictu,
Quum succincta iacet calamis, Latonia virgo est.

Corrigo, *iacit calamos*. Versus Prudentii sunt, e lib. I. contra Symmachum. Sed & hic valde vereor, ut festinans librarius omiserit tertium versum eiusdem Poetae, qui omnino adiungendus.

Quum subnixa sedet solio, Plutonia coniunx.

Tuum erit iudicare, Lector, qui iudicio polles. *Item post pridie nonas Apriles in Boeotia & Chaldaeis Orion, & gladius eius incipiunt abscondi*. Scribo, *postridie Nonas*.

CAP. XV.

Glossae corriguntur, & Ammianus, Festus, Isidorus.

GLossarium illud ab Henrico Stephano viro doctissimo ante annos aliquot editum thesaurus magnus antiquitatis, magnus mendarum. Nos earum bonam partem sustulimus, sed tantum decermina quaedam proponemus.

Almitus, ἀνατροφή, ἀναγωγή. Scribo *Almitas*.

Arbares sodales, οἱ περὶ ὅρων διαγινώσκοντες δικασαί. Lego, *Aruales sodales*.

Atnanulus, ἅγιον ἱερέως σκεῦ@. Magnus Festi interpres, *Atanuvius*. Legerim *Atanulus*, σφαγίον, &c. Nam dicebant *Atanulus*, *Atanulum*, *Atanuvium*, Quemadmodum *Simpuvium*, *Simpulum*.

Ansa, βορέας. Ὠτίον, λαβή. Lego, βωμός. Nam veteres *Asam*, & *Ansam* dicebant, quam nunc *Aram*.

Arvae, ἀμυντήρια. Scribo, *Arsae*, vox est ex Etruria deducta. Nam Etrusci *Arse* dicebant, *Averte*. Vide Festum.

Armentum, ἅμμα τ̃ ἀκοντίων. Lego. *Amentum*. Festus. *Amenta, quibus, ut mitti possint, vinciuntur iacula*. Ipse hic Glossarius postea. *Amentum*, ἅμμα λόγχης.

Silius Italicus lib. XIV.

——*hasta iuvatur amento.*

Prudentius ψυχομαχία.

——*non ales arundo*
Nervo pulsa fugit, nec stridula lancea torto
Emicat amento.——

Hinc *Amentare* apud Lucanum.

——*iaculum amentavit habena.*

Martianus Capella lib. V. *In causis mihi elatius anhelanti amentatas hastas crebro, & pila plurimum valentia mihi ministravit*. Corrigendus Ammianus Marcellinus lib. XXII. *In speciem Scythici arcus nervo coagmentati geographiae totius adsensione formatus*. Lego, *coamentati*. Atque haec obiter. Ad pensum redeo.

Auris clarium, Ὠτογλυφίς. Scribo, *Auriscalpium*.

Bomuis, βόμβ@. Scribo, *Bombus*.

Brucus, βροῖχ@, μωρὸς, ἠλίθι@, βραδύς. Emendo, *Brutus*, βρῦτ@, μωρός. Festus, *Brutum antiqui gravem dicebant*. Sed quia in Festi mentionem incidi, commodum mendae cuiusdam venit in mentem, quam libet tollere. *Dirigere apud Plautum invenitur pro discedere*. Vir magnus legit *discindere*. Ego *Diribere a. P. i. p. discidere*: quomodo *Abscidere*, *Concidere*, similia. Iam in Plauto lego quoque.

Clipeatus elephantum ubi machaera diribit.

Locus est Curculione, Act. I. Sc. I. Hodie *disicit*. Vnde & non minus recte *dissicit* possit legi, pro *dissecat*, ἀρχαϊκῶς. Sed primorem dictionem Plautinam esse Festus fidem facit. Nigidius tamen et-

iam dixit, *cultro gallinam dirigere*. Nisi quis velit eodem modo emendare.

Cacautica, εἶδος ζώνης. Scribo, *Calautica*.

Bria, εἶδος αἰτίου. Scribo, ἀγγέου.

Cillo, προκέφαλος. Scribo, *Cilo*. Festus, *Chilo dicitur cognomento a magnitudine labrorum. Cilo sine adspiratione, cui frons est eminentior*, &c. Vide Charisium libro I. Velium Longum, & Cassiodorum, de Ortographia.

Clores, ἰάπυξ ἄνεμος, Scribo, *Chloris*.

Columnia, ἀποικία. Scribo, *Colonia*.

Compuso, εὐχῆς ἐπιτυγχάνω. Lego. *Compos fio*.

Depertigo, λέπρα, λειχήν. Scribo, *Depetigo*.

Distote, διασκέδασον, πρὸς τὸ ἀκριβὲς ἐξέταζον. Scribo, *Discute*.

Divellio, πόλεμος. Scribo, *Duellio*, πολέμιος.

Divinusso, μαντεύομαι. Lego, *Divinus sum. μ.*

Difrax, διπρόσωπος. Scribo, *Difax*.

Domnedius, & *Coenacularius*, ϛαθμοῦχος. Scribo, *Dominaedius*, &c.

Gallesco, χαίρω, γήθομαι, Scribo, *Gavesco*. Sic antea *Gavescite*, χαίρετε.

Glaevo, βῶλος. Lego, *Gleba*.

Iambricat, σκέπτει, καλύπτει. Scribo, *Imbricat*.

Iambricos, καλυπτῆρες. Scribo, *Imbrices*.

Inersitudo, ἀδρανία. Scribo, *Inertitudo*.

Ister, ἔθος. συνήθεια, τύπος, τρόπος. Scribo, *Istar*, sive *Instar*. Sic *Istita*, *Instita*. Similia.

Obsus, τὸ δοκιμάζον τὸν χρυσὸν ὅταν παρατρίβεται. Lego, *Obrussa*, τὸ δ.

Opustorium, πλακουντάριον. Lego, *Opus pistorium*.

Postiecus, ὄπισθεν. Item *Postescus*, ὄπεσθεν. Vtrobique lego, *Post secus*, ὄπισθεν Sed & apud Isidorum corrupta haec vox libro XIX, cap XXIV *Cinctus Gabinus est quum ita imponitur toga, ut togae lacinia, quae post secus reiicitur, attrahitur ad pectus*. Coniungo voces, & scribo, *quae postsecus reiicitur*. Atque hic desino, alias plura, cum libebit.

CAP. XVI.

Valerius Flaccus, & Corrippus correcti.

Protulit ut crinem densis luctatus in extis
Ignis, & adscendit salientia viscera tauri,
Ecce sacer, totusque dei per littora Mopsus
Immanis visu: vittamque comamque per auras
Surgentem, laurusque rotat. ———

Versus sunt Valerii Flacci ex lib. I. Argonaut. quorum tertium putabam emendandum.

Ecce sacerdos usque dei p. l. M.

Lib. IV.

——— *date tangere vultus,*
Desinite amplexus, propiusque accedite dextrae.

Lego, *Et finite amplexus*.

Ad Corrippum Africanum transeo, in quo plures adhuc mendae, & lacunae superant, quam studiosus lector velit. Ego haec muginabar. Lib. II.

——— *itque tumultus*
*Per laetos, ingens fremit * undique murmur.*

Supplendum putabam.

— *fremit undique, & undique murmur.*

Ibidem.

Largior inventus patre est, clementior idem;
Qua virtute animi mentem calcavit habendi,
*Publica privato * debita redderet auro.*

Fortean *p. cum debita r. a.* Lib. III.

Regales mensas epulis onerare supernis.

Lego *superbis*. Postea.

——— *pietate regendi*
Hoc facimus, gratisque dari provisa iubemus.

Lego, *g. dari promissa*. Lib. IV.

——— *sed maiestatis honore*
Plus templum terroris habet: namque ibi probatur
Quam sit ubique Deus praesens. ———

Medius versus luxatus, restituo.

ibi namque probatur.

Ibidem.

Vt pereant; iustasque suo dent sanguine terras.

Scribo, *d. sanguine paenas*.

CAP. XVII.

Apuleius castigatus. Relicinus. Licinus. Licini boves.

Milesiarum scriptori caput hoc dabimus, quo & ille nobis nonnihil debeat. Itaque in earum prima haec emendabam. *Amatorem suum, quod vi aliam temerasset, unico verbo mutavit in feram castorem: quod ea bestia captivari metuens, ab insequentibus repraecisione genitalium liberatur*. Vbi quaeso natum τὸ *repraecisione?* nusquam, nisi apud Orci cancros, ad quos relego, & scribo, *ab insequentibus se praecisione genitalium l.* Ibidem. *Devotionibus sepulcralibus in scrobem procuratis, ut mihi temulenta narravit proxime, cunctos in suis sibi domibus tanta numinum violentia clausit, ut toto biduo non claustra perfringi, non fores evelli, non denique parietes ipsi quiverint perforari*. Scribo, *tanta nimirum violentia*. Miles. II. *Tamen dum luxu temulento similis ostiatim singula pererro, repente nescius forum cupedinis intuli*. Lego, *dum lixae t.* Miles. III. *Iamque luminibus meis vigilia marcidis infusus sopor, etiam in alium diem nos attinuit*. Lego, *in altum d.* Ibidem. *Et illa quidem magnis suis artibus volens reformatur. At ego nullo decantatus carmine, praesentis tantum facti stupore defixus, quidvis aliud magis videbar esse quam Lucius*. Emendo, *magicis suis a.* Ibidem. *Sic exterminatus animi, attonitus in amentiam, vigilans somniabam: defrictis adeo diu pupillis, an vigilarem scire quaerebam*. Induxerim τὰ *attonitus i. a.* ut interpretamentum istorum, *exterminatus animi*. Miles. V. *Hic queritans propiter emergit e mari, suumque protinus aureum thalamum petiit: & reperto, sicut audierat, aegroto puero, iam inde a foribus quam maxime boans.*

boans. Lego, *properiter emergit*. Origo mendae ex abbreviata scriptura *properiter*. Ibidem. *Sed male prima pueritia instructus es, & acutas manus habes, & maiores tuos irreverenter pulsasti toties: & ipsam matrem tuam, me inquam ipsam, parricida denudas cottidie*. Scripserim, *defrudas cottidie*. Milef. VI. *Interea Psyche variis iactabatur discursibus, dies noctesque mariti vestigationibus inquieta, animo tanto cupidior: &, iratum licet, si non uxoris blanditiis lenire, certe servilibus precibus propitiare*. Scribo, *si non uxoriis b. l. certa f. p. p.* Alioquin sensus mutilus. Ibidem. *Quod si vere Iupiter mugivit in bovem; potest in asino meo latere aliquid, vel vultus hominis, vel facies Deorum*. Scripserim, *mugivit in bove*. Milef. IX. *Ilis, & aliis similibus assaniis frustra blateratis, eos retrorsum abducunt pagani, statimque victos in Tullianum compingunt*. Scribo, *statimque vinctos*. Ibidem. *Atque hac ipsa potissimum famosa castitate, & insignis tutelae nimietate instrictus, atque inflammatus, quidvis facere, quidvis pati paratus, ad expugnandam tenacem domus disciplinam totis accingitur viribus*. Scribo, *instinctus, atque inflammatus*. Milef. X. *Tunc infelix duplici filiorum morte percussus, magnis aerumnarum procellis aestuat. Nam & iuniorem incoram sui funerari videbat, & alterum, ob incestum parricidiumque capitis scilicet, damnatum iri certo sciebat. Adhuc uxoris dilectae nimium mentitis lamentationibus, ad extremum sobolis impellebatur odium*. Corrigo, *capitis ilicet damnatum i. c. s. Adhaec v.* &c. Milef. XI. *Quae coeli luminosa culmina, maris salubria flamina, inferorum deplorata silentia, nutibus meis dispenso*. Emendo, *aeris salubria f.* Florid. I. *Profecto verissime poeta egregius dixit, velut nebulam nobis ob oculos effusam, nec cernere nos, nisi intra lapidis iactum valere*. Forte, si quid mutandum, *ob oculos offusam*. Ibidem. *Laudans sese, quod erat & coma relicinus, & barba squallidus, & pectore hirsutus, & arte tibicen, & fortunae egenus*. Quia *Relicinus* inibi quid sit video Colvium tacitum praeteriisse, libet exponere. Dicebantur vero *Relicini* quibus capillitium crispum. Vtitur hac dictione etiam postea, ubi de Alexandro magno ei sermo. *Eadem forma viridis iuventae, eadem gratia relicinae frontis videretur*. Simpliciter *Licini*. Glossae. *Licinus*, Ἀναθρίξ. Et boves quoque *Licini* dicti, quibus cornua sursum crispata. Iunius Philargyrius ad Georg. III. *Camuri boves sunt, qui conversa introrsus cornua habent, quibus contrarii Patuli, qui cornua diversa habent. Laevi, quorum cornua terram spectant, his contrarii Licini, qui cornua sursum versum reflexa habent*. Vide quoque Servium ad eumdem locum, atque hoc obiter.

CAP. XVIII.

Dies magnus. Sol magnus. Agellii lectio defensa. Apuleius illustratus.

ADpellasse videntur veteres *Magnum* diem, qui longis, periculosisque laboribus finem imponeret, quod visum etiam viro doctissimo Ludovico Carrioni, ad Valerium. Tacitus in vita Agricolae. *Transigite cum expeditionibus, imponite quinquaginta annis magnum diem*. Lactantius libro VII. cap. XIV. *Perfectis omnibus, quae in usum hominis molitus est deus, ipsum hominem sexto die ultimum fecit, eumque induxit in hunc mundum tamquam in domum iam diligenter instructam, ita nunc sexto die magno verus homo verbo dei fungitur, idest, sanctus populus doctrina, & praeceptis Dei ad iustitiam figuratur*. In sacra Scriptura quoque *dies magnus* vocatur ultimus ille, quo venturus Deus noster iudicatum vivos, & mortuos. Eodem modo *Sol magnus*, quum ad occasum iam vergit. Agellius lib. III. cap. II. *Magistratus, quando una die eis auspicandum est, & id, super quo auspicaverunt agendum post mediam noctem auspicantur, & post meridiem sole magno auspicati esse, & egisse ex eodem die dicuntur*. Et dissentio a Iusto Lipsio, viro magno, qui legit, *post meridiem solem agunt*. Differt autem Macrobius Sat. lib. I cap. III. *Post mediam noctem auspicantur, & post exortum solem agunt; auspicatique, & egisse eodem die dicuntur*. Quae sane, ut verum fatear, correctionem eius in partem stabiliunt. Porro de sole magno aliud exemplum in Apuleio Milef. XI. qui metaphora eleganti transtulit ad anni, ut ita dicam, occasum. *Ecce transcurso signifero circulo Sol magnus annum compleverat, & quietem meam rursus interpellat numinis benefici cura pervigilis*. (a)

CAP. XIX.

Mnevis. Macrobius, & Mamertinus correcti.

IN Macrobio nondum omnia emendata testabitur hic locus Saturnal. libro I. capit. XXI. *Taurum vero ad Solem referri multiplici ratione AEgyptius cultus ostendit; vel quia apud Heliopolim taurum Soli consecratum, quem Neton cognominant, maxime colunt*. Et fallor, aut legendum *quem Mnevin cognominant*. Adhaeserat prima littera fini vocis praecedentis, & *t* in *u*, atque *o* in *i* mutarunt. Suidas. Μνεῦς, ὄνομα θεȢ̃ αἰγυπτίȣ. *Mneus, nomen Dei AEgyptii*. Ammianus marcellinus libro XXII. *Inter animalia antiquis observationibus consecrata Mneuis, & Apis sunt notiora. Mneuis soli sacratur, super quo nihil dicitur memorabile, sequens, Lunae*. Transeo ad Mamertini, ut putant, Panegyricum Maximiano dictum. *Quid autem maius evenipotuit illa tua in Germaniam transgressione? qua tu primus omnium imperatorum probasti Romani imperii nullum esse terminum, nisi qui* tuo-

(a) Num legendum *magnum? Virgilius: Interea magnum Sol circumvolvitur annum.*

tuorum esset arborum. Vir Cl. Henricus Stephanus legit *arbitriorum*, quod nimium quantum a vulgata scriptura recedit. Ego minima mutatione, *qui tuorum esset armorum*: In Genethliaco eiusdem eidem dicto. *Nihil denique tam vile, tam vulgare est, cuius participes malignis aemulationis stipulis vacent*. Scripserim, *stimulis*. Deinde. *Ipsa etiam gentium domina Roma, in modico propinquitatis vestrae elata gaudio, vosque e speculis suorum montium prospicere conata, quo se vultibus vestris propius expleret, ad intuendum comminus quantum potuit accessit*. Scribo, *immodico propinquitati v*, &c. Postea. *Admonet me & temporis loci ratio, & maiestatis tuae reverentia, ut finem dicendi faciam*. Corrigo, *me temporis, & loci r*.

CAP. XX.

Pumilus. Columella correctus.

IN Columella quam insigne mendum lib. VIII. cap. II. *Pumiliones aves, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter foecunditatem, nec propter alium reditum nimium probo, tam hercle quam nec pugnacem, nec rixosae libidinis matrem*. Emendo. *Pumiles autem aves, nisi q. pumilitas e*. Et vet. cod. meus disertim *pumiles* praeferebat. Veteribus autem *Pumilis* dicebatur parvus. Efferebant etiam *Pumulus*, quo modo alia multa. Apuleius Miles. v. *At ego misera, primum patre meo seniorem maritum sortita sum, dein cucurbita glabriorem, & quovis puero pumiliorem*. Quod autem Fulgentius ait. *Pumilos dicunt molles, atque enerves*; Magna ineptia. Etiam *Pumilio*: quemadmodum *Pusus*, *Pusio*, *Amasius*, *Amasio*, & alia ad id exemplum.

CAP. XXI.

Saturno capite aperto sacra facere mos. Lucem facere. Festus & Servius emaculati. AEneae in Laurenti agro sacrificium. Fulgentius correctus.

DIis omnibus velato capite sacrificabant, soli Saturno aperto. Servius AEneidos III. *Sane sciendum sacrificantes diis omnibus caput velare consuetos, ob hoc, ne se inter religionem vagis aliquid offerret obtutibus, excepto tantum Saturno, ne numinis imitatio esse videretur, quia Saturno capite velato incenditur*. Emendo, *quia Saturnus c. velato ibi cernitur*. Tibicen mihi Macrobius Saturnal. lib. III. capit. VI. *Custoditur in eodem loco, ut omnes aperto capite sacra faciant; hoc fit ne quis in aede dei habitum eius imitetur. Nam ipse ibi operto est capite*. Ille tamen ibi de Hercule, non Saturno. Ampliter Festus *Saturnia, Italia, & mons, qui nunc est Capitolinus, Saturnius adpellabatur, quod in tutela Saturni esse existimantur. Saturnii quoque dicebantur, qui castrum in imo clivo Capitolino incolebant, ubi ara dicata ei deo ante bellum Troianum videtur, quia* (lego *cui*) *apud eam supplicant apertis capitibus. Nam Italici auctore AEnea velant capita: quod is quum rem divinam faceret in littore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Vlisse cognitus interrumperet sacrificium caput adoperuit, atque ita conspectum hostis evitavit*. Et postea. *Saturno sacrificium fit capite aperto*. Et quae sequuntur. Atque hoc *Lucem facere* nominitabant. Idem Festus alibi. *Lucem facere dicuntur Saturno sacrificantes, id est, capita detegere*. Eumdem corrige quoque obiter. *Laebesum, & laebestatem antiqui dicebant liberum, & libertatem*. Hodie est, *laebertatem*. Sed quod ait in verbis primo citatis de AEneae sacrificio in litore Laurentis agri peracto, illud ipsum intelligit Virgilius AEneid. lib. III.

Quin ubi transmissae steterint trans aequora classes,
Et positis aris iam vota in littore solves,
Purpureo velare comas adopertus amictu,
Nequa inter sanctos ignes in honore deorum
Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.

Item Macrobius loco citato. *Varro ait Graecum hunc esse morem: quia sive ipse, sive qui ab eo relicti aram maximam statuerunt, Graeco ritu sacrificaverunt; hoc amplius addit Gabius Bassus: idcirco enim hoc fieri dicit, quia ara maxima ante adventum AEneae in Italia constituta est, qui hunc ritum velandi capitis invenit*. Ita emendari debere monui in Notis ad eum, & quod inibi in Variis facturum promiseram, hic persolvo, ne ulterius exspectes. Quoniam autem Gabii Bassi ibi mentio, rescribes apud Fulgentium, *Veruina Gabius Bassus Satyra*, &c. Non ut hodie. *Galbus Bassus*.

CAP. XXII.

Nonius aliquoties correctus, Isidorus semel.

NOnio Marcello emendando operam varii varie navarunt, sed, ut dicam Ausonii verbis. *Alius alio plura invenire potest, nemo omnia* Ego etiam aliquam symbolam libens conferam.

In Senium.

Marcus Tullius de Senectute. Quod si ipsis voluptatibus bona aetas fruitur, lubentius primum parvulis fruitur rebus. Absentia unius voculae turbat sensum. Rescribo. *Quod si istis ipsis v*. Et ita constanter habent codices Ciceroniani.

In Commentum.

Plaut. Amphitruone. Fac iam Amphitruonem advenientem ab aedibus, ut abeat quovis pacto, fac commentus sies. Ecce, Poeta desiit esse Plautus, & in prosam eius versus mutarunt, quos ille duo dederat, hoc modo conceptos.

Fac Amphitruonem advenientem ab aedibus.
Vt abigas quo vis pacto, f. c. s.

Verba sunt Iovis ad Mercurium imperantis ut ab aedibus Amphitruonem arceret, dum ipse intus res mariti ageret.

In

In Superbos.

Plautus Amphitruone. Faciam ego hodie te superbum ni hinc abis; & post auferere, non abibis. Restituam Sarsinati isti versus suos, & personas.

ME. Faciam ego bodie te superbum, ni hinc ais.

Et post.

ME. Auferere, non abibis. ———

Nam τὰ *& post* verba sunt Nonii.

In Secundum.

Varro de Vita Populi Romani lib. I. *Tullum Hostilium in velis, ubi nunc est aedes deum Penatium, Ancum in Palatio ad portam Mugionis secundum viam sub sinistra.* Clara correctio, *in Veliis, ubi n. e.*

In Fornum, & Fornaces.

Fornum, & Fornaces dicuntur a forno, quod est, calido. Inde Forcipes quod candentes teneant ferrum Lego, *d. a formo, q. e. c. I. f. q. candens t. f.* Postea in verbis Varronis. *Vtriusque vocabulum a forno ductum.* Iterum scribo, *a formo d.* Corrigendus extra ordinem Isidorus Orig. lib. XIX. cap. VII. *Forcipes, quasi ferricipes, eo quod ferrum candens capiant, teneantque, sive quod ab his aliquid foruum capimus & tenemus, quasi foruicapes. Nam foruum est calidum.* Scribo, *f. quod his a. formum c. e. t. q. formicapes; Nam formum e. c.*

In Collutulet.

Collutulet significat dedecoret. Plautus Trinummo. Haec famigeratio te honeste me collutulet, & sine dote duxeris. Restituo.

——— *haec famigeratio*
Te honestet, me autem collutulet, si sine dote duxeris

Ita habent Plauti editiones.

In Casteria.

Quin pol si reposui remum sola ego in casteria.

Scribo, *si reposivi*, verbo antiquo, & Plautino: alias versus non constet.

In Naenia.

Varro de vita Populi Romani lib. IV. *Ibi a muliere, quae obtutum a voce esset, perquam laudari, deinde naeniam cantari solitam ad tibias, & fides.* Emendo, *quae optima voce e.* Veteres scribebant *obtuma*. Incuria vero librarii media syllaba geminata errorem peperit.

In Capitia.

Neque id ab orbita matrumfamilias instituti, quod eae pectore, ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant, baec, & capitula adpellavit. Separo Nonii verba a Varronis, & lego, *habebant. Haec & capitula adpellant.* Postrema illa quatuor Marcelli sunt.

CAP. XXIII.

Olesco. Censorinus passim emaculatus.

HAbes, quae mihi ad Arnobium: en mantissam, non tamen talem, quae, ut in Lucilii versu est, obsonia vincat. Censorino aliquot locis male adfecto medicinam faciam. Cap. IV. *Anaximander Milesius videri sibi ex aqua, terraque calefactis exortos esse sive pisces sive piscibus simillima animalia: in his homines concrevisse, fetusque ad pubertatem intus retentos, tunc demum ruptis illis viros, mulieresque, qui se iam alere possent, processisse.* Corrigo, *e. a. terraque coalefactis e. e. f. p. f. p. f. a. i. h. h. concrevisse, & usque ad p. i. r. t. d. ruptis iliis*, &c. Paulo ante. *Aristoteles quoque Stagirites, & Theophrastus, multique praeterea non ignobiles. Peripatetici idem scripserunt*, &c Interpungo, *n. ignobiles Peripatetici*. Sed hoc leviculum. Extremo V. *Illud quoque ambiguam facit inter auctores opinionem, utrumne ex patris tantummodo semine partus nascatur, ut Diogenes, & Hippon, Stoicique scripserunt, an id ex matris, quod Anaxagorae, & Alcmaeoni, nec non Parmenidi, Empedoclique, & Epicuro visum est.* Si quid video, transponendae leviter dictiones, *an ex matris, id quod Anaxagorae*, &c. Cap. VI. *Quorum opiniones ut de hac specie congruae, ita de similitudine liberorum sunt dispariles, super qua re Empedoclis disputata ratio talis profertur.* Lego, *Empedoclis disputatio talis p.* Nata menda ex multiplicatione mediae syllabae. Cap. VII. *Quorum omnium consensus Euriphonem Cnidium non deterret idipsum intrepide pernegantem.* Scribo, *Euthyphronem Cnidium*. Cap. VIII. *Nam ut aliae occasum, nonnullae stationem faciant, nosque omnes dispariles sua temperatura adficiant, solis fieri potentia.* In manuscripto, quo usus Gulielmius acutissimus erat, *sua disparilitatem peritura*. Vnde ipse fecit *sua disparili temperatura*. Bene! melius tamen ex ductu litterarum corrigendum putem, *f. disparili tam temperatura*. Postea eodem capite. *At si intra hoc spatium maturescere uterus non poterit, octavo mense non editur (ab octavo enim signo, ut a sexto, inefficax visus) sed vel nono mense, vel undecimo.* Legendum est, *vel nono mense, vel decimo:* quod sequentia verum esse facile praestabunt. Cap. XIV. *Secundo ad tricensimum annum adolescentes, ab alescendo sic nominatos.* Scribo, *ab olescendo f. n.* Nam veteres *Olesco* dicebant, cuius composita etiamnum in usu. Huic loco facit Festus. *Adolescit ab olesco, id est, cresco, venit.* Vt recte emendavit maximus Scaliger. Cap. XVII. *Itaque scriptum est quatuor prima secula annorum fuisse centum, quintum viginti trium, sextum undeviginti & centum, septimum totidem, octavum tum demum agi, nonum & decimum superesse.* Augeo, *quintum centum vigintitrium*. Facile potuit librariis vox ter repetita elabi. Postea. *Sed nostri maiores, quod natura seculum quantum esset exploratum non habebant, civile ad certum an-*

norum

norum modulum centum statuerunt. Truncata vox; rescribendum autem, *quod naturale saeculum*, &c. Nam ineunte capite dixit. *Saecula aut naturalia sunt, aut civilia*. Cap. xix. *Sunt qui tradant hunc annum trimenstrem Horon instituisse, eoque ver, aestatem, autumnum, hyemem, ὥρας, & annum dici, & Graecos annales horos, eorumque scriptores horographos*. Etiam heic vox elapsa. Corrigo autem, *hyemem ὥρας, & annum ὥρον dici*, &c. quod in partem monui etiam in Notis ad Macrobium superiore anno. Cap xxi. *Secundum non plane quidem scitur, sed tamen ad mille circiter & loc. annos esse creditur, a priore scilicet cataclysmo, quem Ogygium dicunt, ad Inachi regnum, anni circiter* cccc. *hinc ad Olympiadem primam paulo plus* cccc. Nimis mutilus numerus, & quidem dimidia parte, nam mille sexcenti anni dividi debent in bis octingentos. Scribo itaque, *anni circiter* DCCC. *h. a. O. p. p. p.* DCCC. Lapsus sane proclivis. Deinde. *Quare scire etiam licet anni illius magni, qui, ut supra dictum est, solaris & canicularis, & diei annus vocatur, nunc agi vertentem annum centesimum*. Scribo, *& dei annus vocatur*. Ad illa cap. xviii *Hic annus etiam heliacus a quibusdam dicitur, & ab aliis ὁ θεοῦ ἐνιαυτός*. Cap. xxiii. *Alii eum apud aedem Quirini primum statutum dicunt, alii in Capitolio, nonnulli ad aedem Dianae in Aventino*. Scribo, *Alii enim apud aedem Q.* &c.

CAP. XXIV.

Tertullianus aliquoties castigatus. Lunus. Ceres. Σιτώ. Retrorsus, adiective. Speculare.

IN Tertulliani Apologetico post tot eius tam diligentes, & doctos Censores emendanda haec censebam. Cap. I. *Nihil de causa sua deprecatur, quia nec de conditione miratur; scit se peregrinum in terris agere, inter extraneos facile inimicos invenire*. Lego, *q. nec de conditione miseratur*. Cap II. *Plinius enim Secundus quum provinciam regeret damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret, consuluit tunc Traianum Imperatorem*. Leviter luxatus locus. Restituo, *consuluit Traianum tunc Imperatorem*. Cap. x. *Satis iam de Saturno, licet paucis etiam Iovem ostendimus, tam hominem quam ex homine, & deinceps totum generis examen tam mortale, quam seminis sui par*. Lego, *i. d. Saturno, licet paucis, e I. ostendemus t. h. q. e. h. e. d. t. g. e. t. m. q. s. s. pater*. Iupiter enim

——*divum pater, atque hominum rex*

Cap. xv. *Moechum Anubim, & masculum Lunam, & Dianam flagellatam*. Scribo, *masculum Lunum*. Nam & Lunus deus fuit, vide Spartianum in Caraculla. Platonici observarunt nomina deorum masculina significare in divinis actum efficientem, feminina vero virtutem ipsam, ac potentiam capientem numinis. Cap. xvi. *Et tamen quanto distinguitur a crucis stipite Pallas Attica, & Ceres Farrea? quae sine effigie rudi palo, & informi ligno prostant*. Nimis velim V. CL. Franciscum Iunium, a quo dissentire poene religio mihi, non sollicitare hunc locum, & nescio quas abstrusas explicationes quaerere, id est, nodum in scirpo. Nam Pallas Attica est, quae Graecis ἀθηναΐη, Ceres *Farrea*, quae Σιτὼ, cuius AElianus meminit ποικίλης ἱστορίας lib. I. cap. xxvii. Λέγεται δὲ ἐν Σικελίᾳ ἀδδηφαγίας ἱερὸν εἶναι, καὶ σιτοῦς ἄγαλμα δήμητρος. Cap. xix. *Ceteri quoque prophetae, etsi Moysi postumant, extremissimi tamen eorum non retrosiores depraehenduntur primoribus vestris sapientibus & legiferis, & historicis*. Lego, *retrorsiores depraehenduntur*. Nam veteres dicebant *Retrorsus a, um*; unde in usu permansit substantivum neutrum, ut vocant Grammatici, adverbialiter usurpatum, *Retrorsum*. Sicut ἀπὸ τοῦ *Prorsus, a, um*. *Prorsum*. Cap. xxv. *Peregrinos enim deos non putem extraneae genti magis fautum voluisse, quam se*. Quis non videt scribendum, *magis factum voluisse q. s.* Cap. xxxv. *Iam si pectoribus ad translucendum quamdam specularem materiam natura obduxisset, cuius non praecordia*, &c. MS Fuldensis *quoddam s. m.* Corrigo, *quoddam speculare natura obduxisset*. Aliquis ad oram interpretando adscripserat, *specularem materiam*, quod pro genuina voce, ut solet, irrepsit in textum. *Speculare* autem est, quod eidem alibi *Specular*, quum dicit, *corneum specular*. Iuvenalis.

Quae vehitur clauso latis specularibus antro.

Plinius lib xvi. *In Arabia quoque esse lapidem vitri modo translucidum, quo utuntur pro specularibus*. Ex quibus verbis iam capio quae Seneca de levi saxo, quae negavi olim capere in Spicilegio Theocritico Idyllio vi. Martialis.

Hybernis obiecta Notis specularia puros
Admittunt soles, & sine faece dies.

Cap. xxxvii. *Plures hostes quam cives vobis remansissent, nunc enim pauciores hostes habetis prae multitudine Christianorum poene omnium civium, poene omnes cives Christianos habendo*. Delenda censuerim quinque postrema verba, utpote a mala manu interpretamenti vicem adsuta. Ibidem. *Sed hostes maluistis vocare generis humani potius, quam erroris humani*. Etiam heic postrema vox adsuta, ideoque inducenda; quod quamvis abunde ipse orationis decor evincat, valde tamen etiam sequens periodus, plane gemina. *Hostes iudicare maluistis, qui sumus plane non generis humani tamen, sed potius erroris*. Capit. xl. *Legimus Hierapolim, & Delon, & Rhodon, & Coon insulas multis cum millibus hominum pessum abiisse*. Scribo, *& Con* praeterea etiam, *Hierapolin*, ut sit terminatio Graeca, quales reliquae. Ibidem. *Olet adhuc incendio terra, & si qua illic arborum poma conantur, oculis tenus, ceterum contacta cinerescunt*. Emendo, *poma cooriantur*. Ibidem. *Sed nec Tuscia, atque Campania de Christianis querebatur, cum Volsinios de caelo, Pompeios de suo monte perfudit ignis*. Lego, *Pompeios Vesuvio monte p. i.* Subaudiendum est de ἀπὸ κοινοῦ.

CAP.

CAP. XXV.

Sicera. Hieronymus emendatus. Suidae error.

DIcebatur *Sicera* omnis potio, quae inebriare posset. Suidas. Σίκερα. σκευαςὸν πόμα. κὴ παρ' ἑβραίοις ὕτω λεγόμϑον. μέθυσμα. οἶν⊛ συμμιγὴς ἡδύσμασιν. *Sicera. Praeparata potio; Et apud Ebraeos ita dicitur, quidquid inebriat. Vinum dulcibus mistum.* Sed quod addit, ἐκ τῦ συγκεκράσθαι: id vero falsum, venit ab Hebraeo *Schechar*. Hieronymus in Epistola ad Nepotianum. *Sicera Ebraeo sermone omnis potio nuncupatur, quae inebriare potest, sive illa, quae frumento conficitur, sive pomorum succo, aut quum favi decoquuntur in dulcem, & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctisque frugibus aqua pinguior coloratur.* Arnobius [a] in Adnotationibus in aliquot loca S. Scripturae, explicans Lucae locum paulo ante a nobis citatum. *Sicera autem dactyli succus est, qua non aliud quam carnis dulcedinem intelligit.* Hieronymi autem verba, ne obliviscar, emendanda hoc modo. *Sive illa, quae e frumento conficitur, sive e pomorum s.* Nam adhaeserunt haec monosyllaba finibus praecedentium dictionum. Deinde, *coctisque frugibus aqua pinguior colatur*. Atque huius emendationis meae tibicen Isidorus Orig. lib. xx. cap. III. qui totidem paene verbis, suo more, integrum hunc locum transscripsit. *Sicera est omnis potio, quae extra vinum inebriare potest. Cuius licet nomen Ebraeum sit, tamen Latinum sonat pro eo quod ex succo frumenti, vel pomorum conficiatur, aut palmarum fructus in liquorem exprimantur, coctisque frugibus aqua pinguior velut succus colatur: & ipsa potio sicera nuncupatur.* Multa eius mentio in Sacris litteris, & Scriptoribus. Sulpitius Severus Historiae Sacrae lib. I. *Ea tempestate Samson natus traditur, huius mater diu sterilis Angelum vidit, dictumque ei est, vino, & sicera, atque immundis abstineret, fore uti puerum ederet libertatis vindicem, & hostium ultorem.* Solomon Proverb. cap. xx. *Derisorem (efficit) vinum, tumultuatur sicera, & omnis qui errat in eo non erit sapiens.* Item cap. xxxI. *Non est regum o Lemuel, non est regum bibere vinum, & principum non est sicera.* D. Lucas Evang. cap. I. *Erit enim magnus coram domino, & vinum, & siceram non bibet.* Hieronymus in Epistola quadam ad Paulum Monachum. *De his sunt & illi filii Rechab, qui vinum, & siceram non bibebant, qui morabantur in tentoriis.*

CAP. XXVI.

Incilae fossae. Incilare. Festus, Cato, & Palladius, correcti. Septimontium. Vber terrae.

FOssas veteres in viis ad derivandam aquam fodiebant, quas *Incilas* dicebant. Festus. *Incilae fossae, quae in viis fiunt ad deducendam aquam, sive derivationes de rivo communi factae.* Ita lego, non *Incillae*. Dicebant *Incilus* & *Incilis*, utroque genere, quemadmodum *Imbecillus*, *Imbecillis*, & talia. Cato de Re Rust. cap. CLV. *In monte fossas inciles puras habere oportet. Prima autumnitate cum pulvis* (lego ex V. C. *pluvia*) *est, tum maxime ab aqua periculum est. Quum pluere incipiet, familiam cum ferreis sarculis* (ita etiam lego ex V. C.) *exire oportet, incilia aperire, aquam diducere in vias.* Hinc *Incilare*. Palladius lib. XII. Tit. III. *Viridissima parte corticis acuto ferramenti mucrone feriatur, ac fossa frequentius inciletur.* Ita emendo, nam hodie, *incitetur*. Sed quia coepi, pergam emendare Palladium eodem libro Tit. VII. ubi de castanea. *Castanea inseritur (sicut probavi ipse) sub cortice mense Martio, vel Aprili, tamen genere utroque respondet.* Corrigo ex fide manuscripti, quem utendum subpeditavit mihi doctissimus, amicissimusque Paulus Merula. *Castanea inseritur (sicut probavi) in se sub c.* Sic loquitur Palladius saepe. Libro XIII. Tit. I. *Decembri mense seruntur frumenta triticum, far, hordeum, quamvis ordei satio iam sera sit. Et faba circa septimum Idus seri potest.* Idem ille Manuscriptus *circa septa montium seri*. Corrigo, *circa Septimontium*; qui dies festus veteribus Romanis illo mense, de quo Scriptori huic sermo. Libro I. Tit. VI. *Qui arando crudum solum inter sulcos relinquit, suis fructibus derogat, terrae ubertatem infamat.* Longe melius MS. *terrae uber infamat*. Quomodo Graeci Poetae, οὖθαρ ἀρύρης, quod Didymus exponit, τὸ πιότατον κὴ τροφιμώτατον τῆς γῆς. Expresserunt id praeter Palladium etiam alii. Virgilius AEneid. lib. III.

> ——— *quae vos a stirpe parentum*
> *Prima tulit tellus, eadem vos ubere laeto*
> *Accipiet reduces.* ———

Martianus lib. I. *Sola vero (quod vector eius cygnus impatiens oneris, atque etiam subvolandi alumna stagna petierat) Thalia derelicta in ipso florentis campi ubere residebat.* Salvianus lib. VII. de Provid. Dei. *Nemini dubium est Aquitanos omnes populos medullam fere omnium Galliarum, & uber totius foecunditatis habuisse.* Ipse denique Palladius libro citato Tit. VII. *Ne bonum naturalis foecunditatis colentium depravaverit inertia, & in degeneres surculos uber feracis soli expenderit.* Varro de Re Rust. lib. I. cap. VII. *Caesar Vopiscus aedilitius causam quum ageret apud Censores, campos Roseae Italiae dixit esse sumen.*

CAP. XXVII.

Tertullianus correctus, & explicatus. Vectores, passive. Diogenis Cynici scomma.

TErtulliani Apologeticum paulo ante castigavimus, videbimus & quid in eiusdem de spectaculis libro reliqui fecerint viri magni. Cap. II. *Tam ferrum Dei res est, quam angeli. Numquid tamen in hominis necem auctor ista providit?* Quid? si, *prodidit*. Capit. III. *Generaliter dictum intelligamus, quum quid etiam specialiter intelligi capit.* Nam

[a] Arnobius videlicet iunior.

Nam & specialiter quaedam pronuntiata, generaliter sapiunt. Lego, *capiunt*: subintelligitur ἀπὸ κοινοῦ, *interpretari*. Cap. IV. *Ne quis argumentari nos putet, ad principalem auctoritatem convertar ipsius signaculi nostri*. Nonne melius? *argutari nos p.* ita conieceram, quum video etiam D. Iunio in mentem venisse. Cap. IX.

Primus Erichtonius currus & quatuor ausus
Iungere equos, rapidusque rotis insistere victor.

Miror sane hoc non vidisse summos illos Censores, legendum esse

—— *rapidusque rotis insistere vector*.

Nam *Vectores* passive οἱ ἐπιβάται Latinis auctoribus non infrequens dicuntur. Cap. X. *Sed non ignoramus, qui sub istis nominibus & institutis simulacris operentur, & gaudeant, & divinitatem mentiantur, nequam spiritus scilicet daemones*. Duo postrema verba aliquis male feriatus de suo adiecit. Cap. XVII. *Erubescat Senatus, erubescant ordines omnes, Ipsae illae pudoris sui interemtrices de gestibus suis ad lucem, & populum expavescentes semel anno erubescunt*. Lego, *o. omnes, ipsae illae p. s. i. d. g. s. a. l. e. p. e. s. a. erubescant*. Sensus est. Ipsae illae meretrices pudoris sui interemtrices, quae clam in prostibulis suis nunquam pudore subfunduntur, semel anno in scena ludis Floralibus propalam ad lucem, & populum expavescentes de gestibus suis erubescant. Cap. XX. *Novam proxime defensionem suaviludii cuiusdam audivi. Sol, inquit, immo etiam ipse Deus de coelo spectat, nec contaminatur. Plane sol & in cloacam radios suos defert, nec inquinatur*. Nimis heic se torquet Latinius dum *suadiludii* legit, & pro ludorum suasore accipit; minus vero Dominus Iunius, qui *suaviludium* interpretatur eum, qui suavitatem in ludis constituit, sive agat ipse, sive spectator sit, sive apud alios conetur defendere suavitatis nomine. Sane, nisi egregie fallor, habuit ob oculos Tertullianus Diogenis Cynici scomma, qui πρὸς τὸν ὀνειδίζοντα ὡς εἰς τόπους ἀκαθάρτους εἰσίοι, καὶ γὰρ ἥλιος, ἔφη, εἰς τοὺς ἀποπάτους, ἀλλ' οὐ μιαίνεται. *Ad exprobrantem, quod in locos immundos ingrederetur, etenim Sol, inquit, in latrinas, sed non temeratur*. Vt refert in vita eius Diogenes Laertius lib. VI.

CAP. XXVIII.

Senecae loca duo restituta. Sidonii pluria.

DE magno Seneca quam praeclare nupere meritus sit CL. Gruterus in omnium doctorum ore versatur, nec meriti istius debitam gloriam dies ulla obliterabit. Post eum duum locorum mendas visus sum tollere, cuius rei iudicem ipsum in primis cupio, & capio. Epist. XIV. *Nam quemadmodum plus agit tortor, quo plura instrumenta doloris exposuit (specie enim vincuntur, qui patientia restitissent:) ita ex his, quae animos nostros subigunt, & domant, plus proficiunt quae habent quod ostendant*. Corrigo, *N. q. plus angit tortor*. Epist. XV. *Mos antiquis fuit, usque ad meam servatus aetatem, primis epistolae verbis adiicere: Si vales, bene est. Recte & nos dicimus. Si philosopharis, bene est*. Atque haec ipsa prima epistolae verba, quomodo ergo potuerunt *adiicere*. Scripserim, *primis epistolae verbis dicere*. Transeo ad Sidonium, cuius libri merae mendarum scatebrae. Iuvabo, & aliquot locorum emendationes proponam, nam ut omnium nec est huius instituti nostri, nec, ingenue fatebor, virium. Interim, dum alii scriptis libris adiuti hanc sibi operam demandabunt, isthaec delibabo. Lib. I. epistola ad Vincentium, sub finem. *Illo tamen, seu expectat extrema quaeque, seu sustinet, infelicius nihil est, si post tot notas iustas contumeliasque aliquid nunc amplius quam vivere timet*. Scribo, *p. t. notas inustas*. In epistola ad Heronium. *Sed inter hos quoque, quamquam stupendi, tamen varii mores, & genii potius quam ingenii similitudo. Favor namque super his aliqua succinctius*. Scribo, *Fabor n.* Lib. III. in epistola ad Apollinarem *Quique quod verbis inverecundis aurium publicarum verecundiam incessant, granditer sibi videntur facetiari*. Lego, *aurium pudicarum verecundiam incestant*. Ibidem. *Ita vivens paucis voluptati, nullis amori, omnibus risui est, vesicarum ruptor, fractorque ferularum, bibendi avidus, avidior detrahendi, rapido pariter ore spirans coenum, spumans vinum, loquens venenum, facit ambigi, putidior, temulentior, an facinorosior existimetur*. Scribendum, *spirans coenam*. Lege, sis, praecedentia etiam. Libro IV. in epist. ad Claudianum. *Committi domine maior in necessitudinis iura provincias, cur quod ad salutis tibi debitum spectat, a stilo, & pugillaribus diu temperem*. Corrigo, *i. n. iura pronuncias*. Ibidem. *Quodque pretiosus est, tota illo dicto sic caesuratim succincta quam profluens, quam rebus amplam strictamque sententiis sentias plus docere, quam dicere*. Restituo. *Quodque pretiosius est, tota illa dictio*, &c. *quam discere*. Lib. V. in epistola ad Apollinarem. *Illud sane velut Atticas leges ita in aere credite incisum, nos sub ope Christi numquam admissuros amoris terminum, cuius studuimus fundere principium*. Scribo, *fundare principium*. Ibidem in alia epistola ad eumdem. *Timebat enim, verebaturque ne quam tibi calumniam turbo barbaricus, aut militaris continuaret improbitas*. Scribo, *concinnaret improbitas*. Quale mendum memini tollere lib. II. cap. XVI. in Agellio. Et quidem in fine hac paginae finis mihi scriptionis. Superabant aliae multae tam ad praeteritos, quam sequentes libros coniecturae; sed visum manum de tabula tollere. Tu macte his praemissis esto amice Lector, & salve.

CAP XXIX.

Lais, Nais. Hyccara. Aristophanis Scholiastes, Synesius, Stephanus, Athenaeus, emendantur.

LEguntur apud Aristophanis Scholiasten πλούτῳ haec verba. Διχῶς εὕρηται τὸ ὠνήμαι, καὶ ἐπὶ τοῦ ἠγορακότος, καὶ ἐπὶ τοῦ ἠγορασμένου. καὶ ἐπὶ τοῦ μὲν ἠγορακότος, ὡς ἐνταῦθα. ἐπὶ δὲ τοῦ ἠγο-

ἠγορασμένη, ὡς παρὰ συνεσίῳ. ἡ γὰρ λαῒς ἀνδράποδον ἦν καρικὸν, ἐκ σικελίας ἐωνημένον. *Dupliciter invenitur ἐώνημαι, & de eo qui emit, & de eo quod emtum est. Et de eo qui emit, ut hic; de eo vero quod emtum est ut apud Synesium. Lais enim mancipium erat Caricum, ex Sicilia emtum.* Sunt desumta ex Synesii epistola quadam ad Euoptium fratrem, ubi paulo quidem plenius, ἡ γὰρ λαῒς, ἔφη τις ἤδη λογογράφ@, ἀνδράποδον ἦν συγκαρικὸν, ἐκ σικελίας ἐωνημένον. Viden'? apud illum est καρικὸν, apud hunc συγκαρικὸν: neutrum recte. Emendo. Γενεαλογοῦντες αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐν φήμῃ ναΐδ@. ἡ γὰρ ναῒς ἀνδράποδον ἦν ὑκκαρικὸν, &c. Cur ὑκκαρικὸν reposuerim postea ostendam: ναῒς autem debet omnino legi. Synesii hanc esse genuinam lectionem abunde testantur illa Stephani in εὐκαρπία. Ε῎στι καὶ εὐκαρπία φρούριον Σικελίας ἐν τοῖς λεγομένοις Τιμαίοις. καὶ γενέσθαι λαΐδα ἐν τούτῳ τὴν ἐπὶ κάλλει διαβεβλημένην ἑταίραν, ἣν οἱ πολλοὶ Κορινθίαν φασί. τὴν οὐδὲ Λαΐδα τινὲς λέγουσιν, ἀλλὰ Ναΐδα, καὶ Καρικὸν ἀνδράποδον, ὡς Συνέσι@ ἐν ἐπιστολῇ. *Est vero Eucarpia munimentum Siciliae in iis, qui vocantur Timaei; & natam esse Laidem in hoc meretricem ob venustatem celeberrimum, quam multi Corinthiam dicunt. Hanc neque Laidem quidem dicunt, sed Naidem, & Caricum mancipium, ut Synesius in Epistola.* Pro εὐκαρπία repono ὕκκαρα, & ὑκκαρικὸν pro καρικόν. Scriptum fuerat ΗΥΚΚΑΡΑ, librarii scioli ignorantes veterem hunc adspiratae scribendae morem in ΕΥΚΑΡΠΙΑ mutarunt. Audi Athenaeum lib. XIII. Λαΐδ@ τε τῆς ἐξ ὑκκάρων, πόλις δ' αὕτη Σικελική, ἀφ' ἧς αἰχμάλωτ@ γενομένη ἧκεν εἰς Κόρινθον. *Laidisque ex Hyccaris, urbs vero haec Sicula, ex qua captiva facta venit Corinthum.* Et postea. Νυμφόδωρ@ δ' ὁ Συρακούσι@ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων, ἐξ ὑκκάρου (scribo ὑκκάρων) φησὶ Σικελικοῦ φρουρίου εἶναι τὴν Λαΐδα. *Nymphodorus vero Syracusius Libro de Siciliae mirabilibus ex Hyccaris ait Siciliae castello esse Laidem.* Sed Athenaeus Ναΐδα scripsit indubie. Harpocration arguit. Ναῒς, ἑταίρά τις. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ φιλωνίδου, εἰ γνήσι@. καὶ ἀριστοφάνης ἐν γηρυτάδῃ. μήποτε δὲ καὶ ἐν τῷ πλούτῳ φησὶν ὁ κωμικός. ἐρᾷ δὲ λαῒς οὐ διὰ σὲ φιλωνίδου. γραπτέον ἦν διὰ τοῦ ν ναῒς, καὶ οὐ λαῒς, ὡς καὶ ἀθήναι@ ἐπισημαίνεται. *Nais, meretrix quaedam. Lysias oratione contra Philonidem, si legitima, & Aristophanes in Gerytade; nisi forte, & in Pluto ait Comicus. Amat vero Lais non propter te Philonidem. Scribendum erat per N Nais, & non Lais, ut & Athenaeus indicat.*

CAP. XXX.

Acron emendatus. Matronarum adulterii convictarum poena. Samonico data lux, simul medicina. Stola apud Graecos infamis.

ACronis ad lib. I. Sat. II. locus de adulterarum matronarum poena mendose hodie legitur. *Matronae quae a maritis ob adulterium repudiabantur, togam accipiebant sublata stola propter ignominiam. Toga autem meretricibus apta; ita enim prostare solebant cum togis puellae, ut discernerentur a matronis.* Emendare volui olim: *istae e. p. s. c. t. pullis, u. d. a. m.* Nam ut dignoscerentur a meretricibus matronae adulterae, stola deposita togam albam capiebant, quum illae pullam gestarent. Hinc facem praefero Q. Ser. Sammonico de Morb. Curat. cap. LIX.

Allia praecepit Titini sententia Vecti,
Qui veteri claras expressit more togatas.

Vocat *claras togatas* matronas adulteras toga alba indutas. Emendo vero;

Qui veneris claras expressit amore togatas.

Id est, qui libidine victus imitatus est matronas adulteras. Siquidem Vectius hic, de quo Sammonicus, Tiberii Caesaris adulterio nobilitatus fuit. Vide Plin. lib. XXIX. capit. I. Vt autem stola Romae matronarum vestis, ita in Graecia meretricum. AElianus ποικ. ἱστορ. lib. XII. de Aspasia. Ἡ δὲ Ἀσπασία οὔτε ἐνδῦναι πολυτελῆ χιτῶνα ἐβούλετο, οὔτε περίβλημα περιβαλέσθαι ποικίλον ἠξίου, οὔτε λούσασθαι ὑπέμενεν, ἀνευφημήσασα δὲ θεοὺς ἐκάλει ἑλληνικοὺς, καὶ ἐλευθερίους τοὺς αὐτοὺς, καὶ τὸ τοῦ πατρὸς ὄνομα ἐβόα, καὶ κατηρᾶτο ἑαυτῇ καὶ τῷ πατρὶ δουλείαν σαφῆ καὶ ὡμολογημένην ὑπομένειν πιστεύουσα τὴν ἔξω τῆς συνηθείας περὶ τὸ σῶμα στολήν τε ἅμα καὶ περίεργον κατασκευήν. ῥαπισθεῖσα δὲ πρὸς ἀνάγκην ἐνέδυ, καὶ εἶκε τοῖς ἐπιτάγμασιν ἀλγοῦσα, ὅμως οὐ παρθενικὰ ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐβιάζετο. *Aspasia vero neque sumtuosam tunicam induere volebat, neque varia stola circumamiciri dignabatur, neque lavari sublinebat; precans autem deos vocabat Graecos, & liberos eos, & patris nomen clamabat, & imprecabatur sibi ipsi, & patri, servitutem manifestam, & apertam, sustinere; credens praeter consuetudinem, stolam circa corpus simul, & superfluum ornatum. Quum autem alapis percuteretur coacta induebat, & ex iussis dolens adparebat, similiter non virginea, sed meretricia agere compellebatur.* Hinc & Hesiodus meretricem πυγοστόλον adpellavit.

Μηδὲ γυνή σε νόον πυγοστόλ@ ἐξαπατάτω.
Neque mulier tuam mentem stola induta decipiat.

CAP. XXXI.

Τηβέν@. Τήβενν@. *Trabea Trossula. Dionysii Halycarnassaei ignorantia.*

NOn convenit inter auctores, Graecorum τήβενν@ cui Romanorum vesti conveniat. Hesychius contentus fuit dixisse. Τήβενν@ εἶδ@ περιβολαίου παρὰ ῥωμαίοις. *Tebennus species pallii apud Romanos.* Dionysius Halycarnassaeus lib. III. togas nuncupat. Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ἀμφιεσμάτων ῥωμαῖοι μὲν τόγας, ἑλληνικὸν γὰρ οὐ φαίνεταί μοι τοὔνομα εἶναι. *Huiusmodi vero vestimenta Romani quidem togas, non enim mihi videtur esse nomen Graecum.* Plane in diversum abit Eunapius in vita Iuliani. Ἐνταῦθα ἀνά τε ἐπήδησεν ὁ ἀνθύπατ@ ἐκ τοῦ θρόνου, καὶ τὴν περιπόρφυρον ἀνασείων ἐσθῆτα, τήβεννον αὐτὴν ῥωμαῖοι καλοῦσιν, ὥσπερ μειράκιον ὁ βαρὺς ἐκεῖν@ καὶ ἀμήλικτ@, ἐκρότει τὸν προαιρέσιον. *Hinc & excessit Proconsul e sede, & pur-*

purpuream excutiens vestem, Tebennum eam Romani vocant, ut adolescens, gravis ille, & asper impulit Proacresium. Quae verba de trabea Trossula capienda sunt nam illa erat περιπόρφυρος, sicut Regia ὁλοπόρφυρος. Ait vero Dionysius nescire se cur Graeci τήβεννον adpellarint; ego docebo. Fuit Timenus Arcas, qui primus per Ionium sinum quum navigasset pallium ita induit, quem imitati incolae similem vestem paraverunt. eamque ab eius nomine τιμένιον vocaverunt: postca autem depravatione vocabulo τήβεννος est adpellata. Artemidorus lib. II. capit. III. Τὰ δ' αὐτὰ (σημαίνει) καὶ ἡ ῥωμαϊκὴ ἐσθὴς ἣν νῦν τήβεννον καλοῦσιν ἀπὸ τιμένου τοῦ ἀρκάδος, ὃς πρῶτος τὴν ἑαυτοῦ χλαμύδα τοῦτον περιεβάλλετο τὸν τρόπον εἰσπλεύσας κατὰ τὸν ςόνιον κόλπον, καὶ ὑποδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ταύτῃ κατοικούντων. ἀφ οὗ μαθόντες καὶ οἱ ἐγχώριοι τὸν αὐτὸν ἐσκευάσαντο τρόπον, καὶ ἐκάλουν τὴν ἐσθῆτα τιμένιον, ἐπώνυμον τιμένου τοῦ εὑρόντος. ὕςερον δὲ τῷ χρόνῳ παραφθαρὲν τὸ ὄνομα τίβενος (scribo τήβεννος) ἐκλήθη. *Eadem vero (significat) & Romana vestis, quam nunc Tebennum vocant a Timeno Arcade, qui primus suam chlamydem hoc modo induit, navigans iuxta Stonium sinum, & exceptus ab eius incolis. A quo quum didicissent incolae eodem modo vestiebantur, & vocabant vestem Timenium, cognominem Timeni inventoris, posteriori vero tempore depravato nomine Tibenos vocata est.*

C A P. XXXII.

Precari, pro Deprecari. Petronii lectio defensa.

IN Petronio nonnulla post alios a me emendata, quae nunc quidem non proponam: Vnum tantum locum male tentatum adferam, siquidem non minorem meretur laudem, qui veram lectionem defendit, quam qui falsam eiicit, quamvis hoc fortasse maioris operae quis dicat. Sed ne multa circumducam verborum ambage, locum dabo, is est pag. 100. editionis ultimae. *Qnid est, inquit, paralytice, ecquid hodie totus venisti? Rogas, inquam ego, potius quam tentas? totoque corpore in amplexum eius immissus non precantis usque satietatem osculis fruor.* O crux, quam tu crucias magnos Criticos? Alter vult, *non pernegavit:* alter, *non pugnantis*. Immo vero *precantis* recte est, pro *deprecantis*. Sic apud Terentium *precator* non semel pro *deprecatore*. Heautont. Act. v. Sc. II.

> —— *nec tu aram tibi,*
> *Neque precatorem pararis.* ——

Sub eiusdem scenae exitum.

> —— *ad Menedemum hinc pergam, eum*
> *Precatorem mihi paro.*

Donatus. *Precari, aliquando idem quod deprecari*

Phorm. Act. II. Sc. II.

> —— *G. ad precatorem abeam credo, qui mihi*
> *Sic oret.* ——

Quae loca si ipsis in mentem venissent, nunquam Petronium solicitassent.

PRECES AD DEVM

Fusae in diuturno & gravi morbo, Anno cIɔ. Iɔ. XCIX.

MAgne DEVS, *qui templa tenes flammantia mundi,*
Qui patrem nobis te dixti, nomine Natos
Adpellans blando, pravos licet, & patre tanto
Indignos, si non bonitas faceret tua dignos.
Altera iam celeres agitat per signa quadrigas,
Annum festinus properat dum condere Titan;
Ex quo me serpens per viscera torruit acri
Igne calor, Styga trans Lethaeaque flumina natus,
Febris ubi, morbique habitant crudelia secla.
Ad te confugio supplex, te voce fatigo,
Sis facilis, placidamque preces admittito in aurem.
Deme mihi hunc morbum, insolitos mihi deme calores;
Et quae olim fuerunt iuvenanti in corpore vires,
Da, precor, ut redeant, & membra trementia firment.
Grandia sunt, fateor, quae admisi crimina, grandes
Commerui poenas, verum clementia maior
Est tua, quae veniam suadet sperare benigna.
Namque soles, si quando vagi de tramite recto
Cessimus (humana est ut multum lubrica vita.)
Mox reduces, blandus peccantibus indulgere,
Vt pater errori natorum ignoscere pronus.
Sed tu, summe Parens, reliquae mihi tempora vitae
(Si qua tamen superant) divinae ad legis amussim
Institues, gradibus certisque angusta viarum
Raro trita solo facies transmittere, calcem
Vt postquam extremum tamdem pervenero anhelus,
Praemia cursurae possim meruisse beatae.
Vnum hoc mens animi votis ardentibus optat.

F I N I S.

A V-

AVCTARIVM
PHILOLOGICVM:

IOANNES MEVRSIVS
CORNELIO FRATRI
S. D.

SAEpenumero ego te, Frater, ad Virtutem, ac Gloriam, accendere soleo, & ut animum super fortunam capessas hortari; quippe Philosophorum apex Plato inter quatuor nobilium genera praestantissimum statuit eorum, qui istum magnum habeant. Enitere ergo; & contra Fortunam adsurge. Vniversa vita humana quasi palaestra est, in qua lucta iugis cum illa. Vince, vince, quod poteris, si ad Gloriam excelso quodam spiritu, impetuque animi alacri contendes. Multa lubrica, fateor, quae in lapsum impellant non raro; & illa quoque supplantare doctissima. Ne cede tamen, aut cessa; generosus luctator a lapsu animosior surgit, & novas vires, novos stimulos pudor sufficit; imitare, atque ulciscere contumeliam. Hae cogitationes esse omnes debent, haec studia, haec vota. Vtinam, inquies, cum Symmacho, admitteret animum magnum angusta fortuna, *& ad Gloriae templum aditum non prohiberet! Quid deiiceris, aut desperas? spes tibi post Deum omnes in temet sitae sint. Virtutem sequere, penetrabis; invium illi nihil: diffringit, ac perrumpit quidvis. Exempla in tot illustribus viris. Praeterea in Doctrina etiam non parum praesidii, quam sectare per vestigia mea. Illicium aliquod haec politioris literaturae scitamenta nunc do; postea praeceptis Eloquentiae, Ethices, Politices pectus tibi istud imbuam; tum vero ad augustissimam totius terrarum orbis gubernatricem, Reginamque ducam Iurisprudentiam. Obsequere, obsequere mi Frater, quod facis. Ego te iuvabo, & amabo, quamdiu tu Virtutem, ac Gloriam. Vale, & gaude. Die mihi laeto ob natalem vigesimum secundum. Anno* CIↃ. IↃ. CI.

AVCTA-

AVCTARIVM PHILOLOGICVM.

CAPVT PRIMVM.

Commendandi formula apud Romanos. Item laudandi.

NON ineleganter Nazarius. *In magnis domibus interiorem ornatum vestibula ipsa declarant.* Vsurpabo, sed alio sensu. Facile quoque de vestibulo, ut ita dicam, huius libri ceterum ornatum censebis. Sed cogita fratri haec maxime scribi, ut in studia humaniora introducamus, cui sufficere volo. Abstine, sodes, a contemtu, mi Lector; maiora cudo, te, meque magis digna,

——— ὢν κράντης χρόνος
Μήνης ἑλίσσων κύκλον αὐδηθήσεται.
——— *quae imperans tempus*
Lunae volvens circulum loquetur.

Videres mature, si otium haberem ex voto, nunc mecum, quando aliter non licet, tempus exspecta. Interim tamen in his levibus, si quae placebunt, fruere; sin minus, relinque fratri, cui, quod cupio, praestabunt. A commendandi formula erit principium. Apud Romanos veteres, qui commendare aliquem vellent, dicebant: *Spondeo probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem.* Hoc ipsum est, quod *More Romano commendare* vocat Cicero lib. VII. epist. XVIII. ad Trebatium: *Ego te Balbo, quum ad vos proficiscetur, more Romano commendabo.* Plene cognoscitur ex epist. V. eiusdem libri: *De quo tibi homine haec spondeo, non illo vetere verbo meo, quod quum ad te de Milone scripseram, iure elusisti; sed more Romano, quomodo homines non inepti loquuntur; probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem.* Addam laudationem, sed ab aevo magis vetusto; ea summa erat, si quem bonum agricolam, bonumque colonum dicerent. Cato in prooemio libri De Re Rust. ad Filium: *Virum bonum quum laudabant, ita laudabant, Bonum agricolam, bonumque colonum; amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur.*

CAP. II.

Familia apud veteres duplex. Familia Aurea. Lar Militaris. Capella emendatus. Lar Noster, Familiaris. Servi in foco cibum sumebant. Columella correctus. Lares Vicini, Viales. Plautus illustratus. Marini. Permarini. Hostilii. Sacra facta a peregre proficiscentibus Mercurio, Herculi Sanco, Neptuno, Thetidi, Glauco. Neptunus Redux.

EXpediam rem intricatam, & obscuram, de Familiis, & Laribus. Apud veteres Romanos familiae distinctae in duos ordines: servos, qui Familia nuncupabantur; ingenuos, qui *Familia aurea.* Colligo ex Festo. *Familia aurea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux, & princeps generis vocabatur Pater, & Mater-familiae. Vnde Familiae nobilium Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum; & Familiares ex eadem familia: postea hoc nomine etiam famuli adpellari coeperunt.* Aureae familiae praestites dii Picumnus, & Pilumnus, id est Mars, & Romulus, ut docui Miscell. Animadvers. lib. II. cap. I. Quorum Picumnus, quia princeps Larium erat, *Lar* κατ' ἐξοχὴν fuit adpellatus, & quidem *Militaris*, ut a *Familiari*, de quo infra dicetur, dignosceretur. Invenio apud Capellam lib. I. *In secunda itidem mansitabant praeter domum Iovis, quae ibi quoque sublimis est, ut est in omnibus, Praediatus, Quirinus, Mars, Lar Militaris.* Ita restituo eum locum. Et paulo post. *Mulciber, Lar Caelestis, nec non etiam Militaris.* Et hic praeses Larium Hostiliorum, de quibus in Miscell. Animadvers. Hic quoque *Noster* ab illis vocabatur. Euclio Plautinus.

Nunc tusculum emi, & hasce coronas floreas,
Haec imponentur in foco Nostro Lari.

Apud Apuleium Milesf. V. sorores Psyches dicunt. *Et nunc quidem concedamus ad Maritos, & Lares pauperes Nostros, sed plane sobrios, revisamus.* Symmachus *Patrium* adpellat lib. V. epist. LXXII. *Octavo demum die, multa reluctatus itineris difficultate, Larem Patrium salutavi.* Idem est, qui toties apud Auctores *Suus Lar.* Apuleius Milesf. XI. *Exosculatis vestigiis Deae, quae gradibus haerebant argento formata, ad suos discedunt Lares.* Nec alius intelligi debet apud Iuvenalem Sat. III.

Non

Non matrona Laris, non filia virgo, neque ipse
Sponsus laevis adhuc.

Diversus ab hoc erat Lar *Familiaris*, cui cura foci, & familiae, id est servorum; qui etiam in foco, tamquam in praesentia Dei sui, cibum sumebant. Columella lib. XI. cap. I. *Consuescatque rusticos circa Larem domini, focumque familiarem semper epulari*. Sed locus luxatus, & corruptus: corrigo, *circa Larem Familiarem, focumque domi semper epulari*. Sed quisnam Deorum Lar iste Familiaris? an non Saturnus? firmat valide coniecturam, quod Saturnalibus servi depositis vinculis tamquam ingenui convivio a dominis excipiebantur, referentes eo festo fortunam Laris sui, qui iis quoque diebus tantum solutus compedibus regnabat. Huc pertinent illa Luciani in Saturnalibus. Ἐγὼ δὲ, ὦ Κρόνε, καὶ τοῦτο εἴκαζον, ὡς τοὺς δούλους καὶ παιδοτρίβας φιλάνθρωπον ἐκ τοῦ μύθου ἐκείνου ποιεῖν σε, τιμῶντα τοὺς τὰ ὅμοια πάσχοντας, ἅτε καὶ αὐτὸν δουλεύοντα, μεμνημένον τῆς πέδης. *Ego vero, o Saturne, & hoc coniiciebam humanum te ex illa fabula erga servos, & puerorum institutores praebere, honorantem eos, qui similia ac tu passi sunt utpote qui servieris, vinculorum memorem*. Lar autem Etrusca vox est, & principem ac προστάτην significat, ut docuit summus vir, Iosephus Scaliger ad Propertium. Hinc Lares dicti varii variarum rerum antistites dii. Lar *Caelestis* apud Martianum loco citato, & *Cunctalis:* quorum ille caeli praeses ac princeps deus Iupiter, hic autem Ianus, quem regere omnia crediderunt, ut liquet ex Messallae verbis apud Macrob. Saturnal. lib. I. cap. IX. Praeterea quoque Lares urbium apud Capellam lib. II. quorum tanta maiestas & reverentia, ut captivos abducere nefas existimaretur, ideoque certo carminis genere evocabantur; quod ne fieret nomina eorum summo studio caelabantur. Habes fuse in Macrobio lib. III. cap. IX. Erant etiam Lares *Vicini*, & *Viales*. Arnobius lib. III. *Possumus, si videtur, summatim aliquid de Laribus dicere, quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum deos esse*. Vicorum praestites apud Graecos θεοὶ ἀγυιεῖς nominabantur, iique erant Apollo & Bacchus, ut discimus ex Suida, Harpocratione, & Aristophanis Scholiaste ad Vespas. De Apolline ex Plauto quoque paret, Bacchid. Sc. *Herilis patria*.

Saluto te Vicine Apollo, qui aedibus
Propinquus nostris accolis, veneror que te.

Vbi falluntur viri docti, qui Vicinum interpretantur τὸν προστατήριον, cum τὸν ἀγυιέα deberent. Apud Romanos in eodem erat munere Mater Stata, ut ex Festo licet haurire. Larium vialium Plautus etiam meminit Mercat. Sc. *Divum atque hominum*.

——— CH. *invoco*
Vos Lares Viales, ut me bene iuvetis.

Et hi fuerunt in Graecia Mercurius, εὐόδιος inde cognominatus, Romae vero Hercules Sancus, cui propter viam sacra a profectu ris facta ex Festo Macrobioque notum. Livius lib. XL. Lare *Permarinos* vocat, qui θεοὶ διαπόντιοι in Glossis. Et hi sunt Neptunus, Thetis, Glaucus: nam per mare iter facturi immolabant illi taurum, isti iuvencam, huic bovem. De Neptuno leges in Cicerone lib. III. de Natura Deorum, item Phurnuto περὶ τῶν παραδεδομένων μύθων, cuius ea verba. Καὶ θύουσιν αὐτῷ (τῷ Ποσειδῶνι) ταύρους παμμέλανας, διὰ τὴν χροίαν τοῦ πελάγους. *Et ei sacrificat Tauros nigros, ob pelagi colorem*. Didymus ad Odyss. γ'. Ἔθυον Ποσειδῶνι ταύρους μὲν διὰ τὸ βίαιον τῆς θαλάσσης, μέλανας δὲ διὰ τὴν χροίαν τοῦ ὕδατος τὴν ἐκ τοῦ βάθους. *Immolabant Tauros Neptuno ob maris violentiam; nigros vero, ob colorem aquae qui ex profunditate fit*. De Glauco & Thetide ex Valer. Flacco disces lib. I.

Tum laeti statuunt aras, tibi Rector aquarum,
Summus honos, tibi caeruleis in littore vittis,
Et Zephyris, Glaucoque bovem, Thetidique iuvencam
Deiicit Antaeus. (a)

Ad Neptunum quod attinet, hunc etiam Romani ea de caussa *Reducis* nomine coluerunt. Mentio eius exstat apud Val. Probum, item in nummis Vespasiani, & Gallieni. Atque hactenus de Laribus iam, spero sine lapsu.

CAP. III.

Anagnostae, iique servi. Scribae. Librarii. Bibliothecam tractare.

Romani illi Doctrinae studiis addictiores, & quibus voluptati summae tacita ista cum mutis magistris colloquia, si quando integrum non esset propriam operam impendere (puta in mensa, balneo, morbo) aliena utebantur, habebantque quos praelegentes audirent, ut vel eo modo tempus non periret. Huic autem usui servi, iique Anagnostae dicebantur. Vatinius in epist. ad Ciceronem lib. V. *Dicitur mihi tuus servus anagnostes fugitivus cum Vardacis esse: de quo tu mihi nihil mandasti*. Ex Plinio idem animadvertas lib. III epist. V. *In secessu solum balinei tempus studiis eximebatur: quum dico balinei, de interioribus loquor: nam dum distringitur, tergiturque, audiebat aliquid, aut dictabat*. Ecce; *audiebat*, inquit; a quo nisi ab anagnoste suo? Sed &, *aut dictabat*, ibi legis; Ei rei amanuenses adhibebantur, & *Scribae* dicebantur. Cicero lib. V. epist. XX. ad Rufum. *Ita accepi librum a meo servo scriba, ut eumdem acceperim a fratre tuo*. Erant & *Librarii*, quibus, credo, cura & praefectura bibliothecae mandata. Cicero ad Sextium lib. V. epist. VII. *Quum ad me Decius librarius tuus venisset, egissetque mecum ut operam darem, ne tibi hoc tempore succederetur*, &c. Et hi *Bibliothecam tractare* dicebantur. Idem Cicero epist. LXXVII. lib. XIII. ad Sulpicium. *Dionysius servus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit, cum multos libros surripuisset, nec se impune laturum putaret, aufugit*.

CAP.

(a) Virgilius:
Taurum Neptuno, Taurum tibi, pulcer Apollo.

CAP. IV.

Fata advocare, scribere, occupare.

VEteres eo die, quo imponenda essent infantibus nomina, advocabant mathematicos, qui inspecto themate genethliaco fausta infaustaque eventura praedicerent. Hinc Statius intelligendus Thebaid. VIII.

Sumserat in Danaos Heliconius arma Coroebus
Ante comes Musis, Stygii cui conscia pensi
Ipsa diu inspectis lethum praedixerit astris
Vranie. ———

Atque hoc vocabant, *Fata advocare*, & *scribere*. Tertullianus lib. de anima cap. XXXIX. *Dum per totam hebdomadam Iunoni mensa proponitur: dum ultima die fata scribunda advocantur.* Seneca de Divina Providentia. *Ille ipse omnium conditor ac rector, scripsit quidem fata, sed sequitur.* Adripiebant etiam quaecumque poterant omnia in bonam scaevam, ad impositionem nominum, idque vocabant, *Fata occupare*. In Prologo Bacchidum Plautinarum, qui reperitur in Basiliensi editione.

Vno edidit gnatas nisu geminas:
Parentes, ut fit crebro, fata occupant,
Placuitque initiatis, Trieteride
Quas ederent, Bacchi vocare nomine.

Aliquid etiam hac de re in Ausonianis Scaligeri invenies.

CAP. V.

Onerariarum navium magnitudo quomodo distincta. A magistratu discedentes orationem habebant. Civitate donatorum mutata nomina, & in tabulas relata.

NAvium onerariarum magnitudinem per amphoras Romani distinguebant. Locus apud Ciceronem est, & puto unicus, unde discas, in epistola Lentuli lib. XII. *Idcirco etiam naves onerarias, quarum minor nulla erat duum millium amphorarum, contractas, in Lycia a classe eius obsideri.*

Deponentes magistratum concionem ad populum prius habebant, qua videlicet fidem suam & integritatem in munere gesto praedicarent. Primus omnium id facere impeditus fuit Cicero a Metello Tribuno, ut ipse conqueritur in epistola ad fratrem eius Q. Metellum Celerem Proconsulem lib. V. *Ille, quod te audisse credo, pridie Kalendas Ianuarias, qua iniuria nemo umquam in aliquo magistratu improbissimus civis adfectus est, ea me consulem adfecit, quum Remp. conservassem; atque abeuntem magistratu concionis habendae potestate privavit: cuius iniuria mihi tamen summo honori fuit.*

Civitate donatis, quum peregrina nomina Romani odissent, sua imponebant. Clare ostendit locus Ciceronis epist. XXXVI. lib. XIII. *Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est, familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo nullo. Ei Dolabella rogatu meo civitatem a Caesare impetravit: qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur.* Incidebantur etiam tabulae; quod ex verbis sequentibus haurias. *Quumque propter quosdam sordidos homines, qui Caesaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina civitate donatorum incisa essent, revelli iussisset,* &c.

CAP. VI.

Deorum meridiationes, eaeque ad iannas templorum suorum. Meridiei sanctitas: a cantu & strepitu tunc abstineri cur solitum. Hostiae Meridiales. Mundus ab Auguribus quomodo divisus. Varro emaculatus. Laevae regioni Dii praesides dati; non item dextrae. Quid in caussa sit.

VEteres Graeci, ut ipsimet cibo meridie sumto somno se tradebant, meridiabanturque, ita Deos etiam facere eadem existimabant. Locum iis quietis in templo cuique suo adiudicabant, eumque ad ianuam. Ea de caussa nefas meridie templum intrare, quod Deos in via esse, eoque ire meridiandi gratia crederent. Cognoscere licet ex Porphyrii libro de Nymphiarum antro. Κατὰ τὴν εἰς νότον ἔγκλισιν τοῦ ἡλίου οὐ θέμις ἀνθρώπους εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερά. ἀλλ' ἀθανάτων ὁδός ἐστιν. ἱστᾶσιν οὖν καὶ σύμβολον τῆς μεσημβρίας καὶ τοῦ νότου, ἐπὶ τῇ θύρᾳ μεσημβριάζοντος τοῦ θεοῦ. *Quum sol ad austrum declinat nefas hominibus templa ingredi; sed immortalium via est. Statuunt igitur & signum meridiei, & austri, in ianua meridiantis Dei.* Praeterea cavebat unusquisque sedulo a cantu, omnique alio strepitu, ne Dei sui, quem praecipue colebat, somnum ac quietem interturbaret. Exemplum clarum apud Theocritum Idyll. I. ubi Caprarius nefas dicit fistula canere, quia meridies sit, & metuendum ne Pani deo suo somnum excutiat. Haec verba.

Οὐ θέμις, ὦ ποίμαν, τὸ μεσαμβρινὸν, οὐ θέμις ἄμμιν
Συρίσδεν. τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες. ἦ γὰρ ἀπ' ἄγρας
Τηνίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται.

Nefas, o Pastor, meridie, nefas nobis
Fistula canere. Pana timemus. Tunc enim a venatione
Fessus quiescit. (a)

San-

(a) An istis de caussis Veteres Deorum praesentias meridie fieri crederent, vel eas timerent, *Meursius* noster viderit. Ipse quidem crediderim aliunde hanc opinionem ortum habuisse, & eius originem ex alia secretiore antiquitatis Theologia repetendam, ut facile coniicere & intelligere est ex *Dissertatione*, quam adolescentior adhuc, & eadem cum *Meursio* haec scribente aetate elucubravi, dum Platonicam Theologiam percurro, & cum Christiana contendo. Itaque non abs re fore arbitror, si ex ea quaedam proferam, operis varietate Lectoris fastidium adlevaturus. *Certum & exploratum est tam apud nostros, quam apud Ethnicorum sapientes, antiquis saeculis manifestum Deum, Angelosque, & facilius & crebrius se praebuisse mortalibus, caelestium saepe praesentia & consuetudine dignatis. Pulcerrima sunt, & suavis orationis ubertate pronunciata, quae alicubi habet* Iohan. Chrysostomus *hoc est* Homil. II. in Genes. & Homil. de Ieiun. & Lection. Genes. Deus, *inquit*, humani generis conditor, ab initio per se ipsum hominibus loquebatur, quomodo hominibus audire eum possibile est. Sic enim ad Adam venit; sic Cain increpavit; sic cum Noe loquutus est; sic apud Abraham hospitatus est. At ubi in magnam militiam omne hominum genus degeneravit, neque tunc sese totum ab hominum genere avertit opifex omnium: sed quia sua familiaritate indi-

gni

Sanctus itaque plane, & diis dicatus meridies. Romani quoque eo ipso diei tempore atram Soli hostiam immolabant, ut temperaret immodicos, quibus saevire tunc solet, calores: eaque *Medidialis* dicebatur, quia *Medidies* antiqui pro *Meridies* efferebant. Festus. *Medidialem* (ita iam olim corrigendum monui.) *adpellabant hostiam atram, quam meridie immolabant*. Atra autem ista hostia, quia Sol meridianus nimio ardore res adureret infuscaretque, unde & αἴθοπα eum eleganter vocat Nonnus Dionysiac. lib. XXIX.

——— ὁππότε γαίης
Ἠὼς μέσσον ἀνέσχε, καὶ ἔτρεμε θερμὸς ὁδίτης
Αἴθοπος ἠελίοιο μεσημβρίζουσαν ἱμάσθλην.
——— *quando terrae*
Aurora medium tenebat, & tremebat calidus viator
Fusci solis meridiantem scuticam.

In Glossario legitur. *Antica*, μεσημβρία. Sed caute hoc legendum, ne impingat in errorem. Non enim antica aedium *Meridies* adpellabatur, sed tantum Meridies Antica, idque ab Auguribus, qui caeli spatia lituo designantes in quatuor partes mundum dividebant: & primam *Anticam*; alteram *Posticam*, tertiam *Dextram*, quartam *Sinistram* nominabant: ut discimus ex Servio ad Eclogam IX. & Dolabella lib. de limitibus agrorum. Antica autem erat Meridies, Postica Septemtrio, Sinistra Oriens, Dextra Occidens. Varro Epistol. Quaest. lib. V. *A deorum sede quum Meridiem spectet, ad sinistram sunt partem* (emendo *partes*) *mundi exorientes, ad dexteram occidentes, factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dextera esse existimentur*. Ergo *Antica*, ut adparet, dictus Meridies, quod eum spectanti sol adversus sit; Septemtrionem aver-

gni facti fuerunt, iterum suam erga illos amicitiam innovare volens, quasi longe absentibus litteras mittit, conciliaturus sibi universam hominum naturam. Et has quidem litteras dedit Deus, adtulit autem Moyses. *Vnde forte derivatum est id, quod antiqui persuasum habuere, aurea, ut loquebantur, aetate Deos passim familiariter inter homines versatos; sed quum mortales in omne scelerum genus sensim delapsi essent, & innocentiam castitatemque fortunatorum temporum exuissent prorsus; caedes, & furta, & insidias mutuas detestantes Superos, pollutas terras dereliquisse caelum iterum repetentes; id quod versibus elegantissimis expedit poetarum suavissimus* Catullus De Nupt. Pelei.

Praesentes namque ante domos invisere castas
Saepius, & sese mortali ostendere coetu
Caelicolae nondum spreta pietate solebant.
Saepe Pater divum templo in fulgente revisens,
Annua dum festis venissent sacra diebus,
Conspexit terra centum procurrere currus.
Saepe vagus Liber Parnassi vertice summo
Thyadas effusis evantes crinibus egit;
Quum Delphi tota certatim ex urbe ruentes
Acciperent laeti divum fumantibus aris.
Saepe in letifero belli certamine Mavors,
Aut rapidi Tritonis Hera, aut Ramnusia virgo,
Armatas hominum est praesens hortata catervas.
Sed postquam tellus scelere est imbuta nefando,
Iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt:
Perfudere manus fraterno sanguine fratres:
Destitit extinctos natus lugere parentes:
Optavit genitor primaevi funera nati,
Liber ut innuptae potiretur flore novercae:
Ignaro mater substernens se impia nato
Impia non verita est divos scelerare parentes.
Omnia fanda, nefanda malo permista furore
Iustificam nobis mentem avertere deorum.
Quare nec tales dignantur visere coetus,
Nec se contingi patiuntur lumine claro.

Si quando tamen adparent, aut adparuerunt divi mortalibus, certis statisque temporibus se manifestos praebere consuerunt, & Dion Chrysostomus *auctor est, vulgo credi conditores, Heroas, ac Deos, ut maxime eos decet, adire frequenter suas civitates, & praecipue festis solemnibusque diebus humanis conspectibus se conspicuos exhibere. Ita apud* Homerum Odyss. η. *narrat Alcinous, sibi quum sacra faceret, & Hecatombas celebraret, praesentes Deos adesse solitos, & mensis dapibusque paratis accumbere, nec hominum mortalium colloquium & consuetudinem adspernari.*

Αἰεὶ γὰρ τὸ πάροσγε θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς
Ἡμῖν, εὖτ' ἔρδωμεν ἀγακλητὰς ἑκατόμβας
Δαίνυνταί τε παρ' ἄμμι καθήμενοι, ἔνθαπερ ἡμεῖς.
Εἰδ' ἄρα τις καὶ μοῦνος ἰὼν ξύμβληται ὁδίτης,
Οὔτι κατακρύπτουσιν, ἐπεί σφισιν ἐγγύθεν εἰμὲν,
Ὥσπερ κύκλωπές τε, καὶ ἄγρια φῦλα γιγάντων.

Verum & id manifestissime patet ex adlatis Catulli *versibus, ubi dilucide & perspicue canit:*

Saepe Pater Divum templo in fulgente revisens
Annua dum festis venissent sacra diebus,
Conspexit terra centum procurrere currus.
Saepe vagus Liber Parnassi vertice summo
Thyadas effusis evantes crinibus egit:
Quum Delphi tota certatim ex urbe ruentes
Acciperent laeti Divum fumantibus aris.

Ita quoque videre est apud alias laudatum Dempsterum *in* Etruria Regali Tab. XVI. XXXV. LXIII. *vetustissimas picturas Deorum desuper advolantium praesentias exhibentes, non alio tempore huiusmodi adparitiones contigisse significantes, quam ludorum sacrorumque rite factorum; dum varios circum homines exprimunt frondentes ramos petentes, vel cymbala pulsantes, vel lyra canentes, & laetitiae festivae signa & indicia manifestissima praeseferentes. Sed & meridie potissimum se videri contingique deos olim passos veterum monumenta confirmant, ceteris diei horis haudquaquam se manifestantes, quos ideo tum maxime metuebant mortales. Ita* Callimachus *Cyrenaeus, in* Hymno *in* Lavacra Palladis, *Deam describit cum Chariclone Nympha lavantem meridiano tempore, hisce verbis:*

Ἵππω ἐπὶ κράνᾳ ἑλικωνίδι καλὰ ῥεοίσᾳ
Λῶντο, μεσαμβρινὰ δ' εἶχ' ὄρος ἁσυχία.
Ἀμφότεραι λώοντο, μεσαμβριναὶ δ' ἔσαν ὧραι,
Πολλὰ δ' ἁσυχία τῆνο κατεῖχεν ὄρος.

In Hippocrene Heliconide pulcre fluenti
Lavabant, quum meridiana obtineret montem quies;
Ambae lavabant, & meridianum erat tempus,
Multaque tranquillitas illum obtinebat montem.

Quo factum est ut Tiresias, qui per Heliconem tunc oberrabat, Dea conspecta, oculorum usum amiserit. Nec alio certe tempore Dianam lavantem inducit Ovidius Metam. III. *quum eam Actaeon inscius nudam deprehendit, & in cervum poenam exsolvens conversus est:*

Iamque dies medius (*inquit*) rerum contraxerat umbras,
Et sol ex aequo meta distabat utraque.

Similiter apud Theocritum Idyll. I. *Pastores non audent* τὸ μεσαμβρινὸν συρίσδεν, meridie fistula canere, *quod timerent Panem,* τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες, timemus, *inquiunt*, Panem. *Omnium autem apertissime* Lucanus Lib. III. *de luco ad Massiliam sito agens, quem sanctissimum Galli habebant:*

Non illum cultu populi propiore frequentant,
Sed cessere Deis, medio quum Phoebus in axe est,
Aut caelum nox atra tenet, pavet ipse sacerdos
Accessus, dominumque timet deprendere luci.

Idem, sed latenter, Virgilius Georg. III. *insinuat: ita enim Cyrenem gnatum Aristaeum adloquentem introducit, quum illum in Protei antrum auctura esset:*

Ipsa ego te medios quum sol accenderit aestus,
Quum sitiunt herbae, & pecori iam gratior umbra est,
In secreta senis ducam, quo fessus ab undis
Se recipit.

Hanc Ethnicorum credulitatem forte, ut quidam censent, illud Cantoris Iudaei iuvat atque confirmat, ubi Daemonii meridiani δαιμονίου μεσημβρινοῦ *meminit, quod diu multumque Interpretum cum Graecorum, tum Latinorum, ingenia torsit. Et quidem Dei Angelorumque praesentias maxime meridiano tempore contigisse divina quoque oracula disertissime tradunt. Ita Deus poenas ab Adamo de praecepti transgressione exacturus, ambulasse* in Paradiso ad auram post meridiem *apertissime dicitur. Non me quidem latet ita ab Interpretibus hunc locum ex Ebraica veritate transferri, ut potius indicet ad vesperam Deum aurae frigus captantem in viridario deambulasse: sed certe vespertinum hoc tempus non multum a meridie distat. Libet tamen hic quae* Hieronymus Quaest. Ebraic. *in hunc locum erudite, & prudenter commentatur, ut res fiat illustrior, adducere:* Et audierunt, *inquit*, vocem Domini Dei ambulantis in Paradiso ad vesperam. In plerisque codicibus Latinorum, pro eo quod hic posuimus ad vesperam, post meridiem habet: quia τὸ δειλινὸν Graecum sermonem ad verbum transferre non possumus: pro quo in Ebraeo scriptum est: larvali haiom quod Aquila interpretatus est, ἐν τῷ ἀνέμῳ τῆς ἡμέρας: idest in vento diei. Symmachus vero διὰ πνεύματος τῆς ἡμέρας, idest, per spiritum diei. Porro Theodotion manifestius ἐν τῷ πνεύματι πρὸς κατάψυξιν τῆς ἡμέρας, ut meridiano calore transacto, refrigerium aurae spirantis ostenderet. *Iidem mediis ferventis aici aestitus*

aversus. Laevis praeterea istis regionibus dii laevi praepositi, & deae laevae. Aperte Arnobius testatur lib. IV. *Dii laevi, & laevae, sinistrarum tantum regionum sunt praesides, & inimici partium dexterarum.* Dextris non item. Idem Arnobius paulo post. *Quid dexterae meruerunt de immortalibus diis partes, ut sine ullis praesidibus degerent?* Nonne mirum? investigo caussam. Quum omnia captantes, laeta ea sibi venire cuperent, & a sinistra parte essent exspectanda, deos ei deasque praefecerunt, a quibus spes suas votaque impetrarent: at quum a dextera mala adessent, nulla ei supplicatione, nullis diis opus.

CAP. VII.

Graeculi qui dicti.

APud Romanos, qui impendio Graecarum litterarum studiis dediti erant, Graeculi per convitium dicebantur. Ciceroni id nominis impositum testantur Plutarchus in vita eius, & Hieronymus in epistolis. Nec alia de caussa ille nomen invenit, qui descendenti a Palatio Augusto Caesari honorificum porrigere epigramma solebat, ut ex Macrobio cognoscimus. Ecce, ut videas pertinax Romae odium in Graeciam terram, in usu retinuit etiam adhuc sub Imperatoribus. Spartianum audi de Hadriano. *Imbutusque impensius Graecis studiis, ingenio eius sic ad ea declinante, ut a nonnullis Graeculus diceretur.* Item Ammianum lib. XVII. de Iuliano. *Extrema minitans Iulianum compellationibus incessebat & probris, Asianum adpellans, Graeculum, & fallacem, & specie sapientiae stolidum.*

CAP. VIII.

Foci urbium captarum effossi olim, araeque eversae. Cicero illustratus.

VOlebant hostes urbibus captis, si delere eas vellent, in focos maxime aedium, saevire, eosque effodere; ac aras, quae in iis sacrae diis Penatibus, evertere: videlicet ut ne loca illa dii rursus occuparent, & tutelam pristinam reciperent. Haurio ex Euripidis Hecuba.

Ἐπεὶ δὲ τροία θ' ἕκτορός τ' ἀπώλετο
Ψυχή. πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη.

Postquam vero Troiaque, Hectorisque periit
Anima, patriique foci effossi sunt.

Hinc intelligenda ista quae toties aqud Ciceronem in Orationibus occurrunt; *Pro aris ac focis dimicare*, ac talia. Idem factum in privatorum domibus. Quo respexit Cicero, quum de domo sua a Clodio eversa loqueretur. *Ius igitur statuetis esse, uniuscuiusque vestrum sedes, aras, focos, Deos penates, subiectos esse libidini tribunitiae?* Et obtinuit multo tempore post. Apud Marcellinum ecce lib. XXVIII. *Eorumque soboles, parva etiam tum, ne ad parentum exempla succresceret, pari sorte deleta est, laresque eversi, quos ambitiose luctuosis aliorum dispendiis exstruxerant.*

CAP. IX.

Spartiani locus correctus.

VItium in Spartiano est, quod ostendam, & tollam, nimis iam diu bono Scriptori iniuriam faciens. Habes in vita Hadriani Caesaris. *Mathesin sic scire sibi visus est, ut sero Calendis Ianuariis scripserit, quid ei toto anno possit evenire: ita ut eo anno, quo periit,*

stibus adparuisse Deum Abrahamo indubitatum est, dicente Scriptura: Adparuit autem ei Dominus in convalle Mambre sedenti in hostio tabernaculi sui in ipso fervore diei. *Quae quidem omnia nescio an lucem aliquam foenerari possint loco cuidam Canticorum, ubi Sponsa, quemdam compellans,* Cap I. vers. VI. *ait:* Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie. *Quod tamen expendendum eruditioribus relinquimus,* Adamantii Homil. I. in Cantic. *nihilominus monitum inculcantes:* Diligenter observa, ubi meridiem legeris. Apud Ioseph meridie fratres prandium celebrant. Angeli meridie Abrahae suscipiuntur hospitio: & cetera istiusmodi. Quaere, & invenies Scripturam divinam, non frustra seu fortuito unumquemque usurpare sermonem. *Sunt tamen & loci litterarum caelestium, qui satis innuere videntur diurnam lucem Angelos reformidare, & lubenter persequi tenebras; iisdemque terras occupantibus versari inter homines. Qua de causa quum Angelus tota nocte cum Iacobo luctatus esset, illucescente iam die, dum ab Antagonista detinetur tenacius,* Dimitte me, *inquit*, iam enim adscendit aurora, *quasi lucem refugeret, ut aliquibus videtur, ne tenue suum corpus nitentibus radiis verberatum Iacobi oculis adspectabile fieret, quod iam fuerat in luctatione tractabile. Sed & nocte potissimum media Deos vagari solitos antiquis mortalibus accreditum & Lucani, quos supra exscripsimus, versus, & Platonis testimonium alibi ex secundo de Rep. dialogo adlatum certissime produnt.* Statius *quoque hoc esse tempus ait,*

Quo superis terrena placent.

Video tamen nocturnum errorem Animabus vita functis maxime tribuisse, quibus diurnam lucem fecere etiam formidolosam. Hinc Virgilius lib. V. Aeneid. *Anchisae umbram, quae filio per noctem adparuerat, sub finem sermonis ita proloquentem describit:*

Iamque vale: torquet medios nox humida cursus,
Et me saevus equis oriens adflavit anhelis.

Propertius lib. IV. eleg. VII. *tamen fabulatur animabus extra noctis fines vagari, certa lege & fato, interdictum esse, quare Cynthia secundum quietem illi visa ita eum adloquitur discessura:*

Nocte vagae ferimur: nox clausas liberat umbras.
Errat & abiecta Cerberus ipse sera.
Luce iubent leges Lethaea ad stagna reverti.
Nos vehimur: vectum nauta recenset onus.

Eapropter Ovidius lib II. Fast.

----- bustis exisse feruntur,
Et tacite questi tempore noctis avi.
Perque vias urbis, latosque ululasse per agros
Deformes animas, vulgus inane ferunt.

Sed ubique & passimne videntur, adparentque dii, vel in certis, dilectisque locis? Certis quidem in locis maxime videri, & iis praecipue, qui illis sacri sunt, manifestos fieri veteres crediderunt? Ex iis, quae supra ex variis Scriptoribus adtulimus res satis patet. Nam in Parnassi vertice, qui est mons Phoebo Bromioque sacer, Liber saepe visus est, ex Catullo. *Incertum Massiliensium Deum in sacro sibi luco deprehendi, res erat populis formidolosa, apud* Lucanum. *In sui antri secretis vinctum victumque ab Aristaeo Proteum* Virgilius *describit. Ita* Heliodo Theogon. *ad Heliconis radices Musae se sistunt conspiciendas.*

Αἵ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδὴν
Ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὑπὸ ζαθέοιο.
Τόνδε δέ με πρώτιστα θεαὶ πρὸς μῦθον ἔειπον
Μοῦσαι ὀλυμπιάδες κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Quid quod Porphyrius *apud* Fic. lib. IV. Theol. cap. I. *docet quosdam daemonas videri facilius & perspici in Oriente, & Meridie, quod in eorum corporibus praeter aquae exhalationem, ignis abundet? Quid quod & quosdam insuper tangi & contrectari dicit certis in regionibus, ut suis temporibus apud Tuscos?* Et haec quidem pauca ex multis, quae olim otio tranquillo usus in hanc rem commentatus fueram; quibus apte *Meursius* noster hoc capite coronidem imponit, tradens ex laudato *Porphyrio* Deos in suorum Templorum portis maxime meridiari.

usque ad illam horam, qua est mortuus, scripserit quid acturus esset. Omnino mendum est: obsecro, quid enim hoc? *sero Calendis Ianuariis.* Latet ibi proprium aliquod nomen, quod protraham e latibulo isto suo in hanc lucem. Corrigo: *ut Vero Calendis Ianuariis scripserit.* Vide vitam Aelii Veri: invenies quae huc pertinent.

CAP. X.

Pilei infantum advocatis venditi, quos adiuvare credebantur. Lampridius restitutus.

ETiam pileis, quibus infantium nonnullos vestit Natura, aliquid ad eloquentiam & quaestum augendum inesse posterior aetas credidit, unde & obstetrices summa cura servatos, tamquam thesauros, vendebant advocatis. Disco ex Lampridio in vita Antonini Diadumeni. *Solent deinde pueri pileo insigniri naturali, quod obstetrices rapiunt, & advocatis credulis vendunt, siquidem causidici hoc iuvari dicuntur.* Locus notatu non indignus. Sed qui nos hoc docuit, ei gratiam aliquam referendam censeo, quod qua re, quam loci cuiusdam restitutione, praestari melius possit non video. Is est in eodem Diadumeno, verbis infra sequentibus. *Primum omnium iam te exulceratis subspicionibus amare non possunt: denique crudeliores inimici sunt, qui, obliti veteris familiaritatis, se inimicissimis tuis iunxerunt.* Scripserat ille, *exulcerati subspicionibus*, una littera minus.

CAP. XI.

Ianuarum sanctitas, quippe Apollini & Iano dicatarum, de cuius etiam nomine dictae: Macrobii error. Ianeus. Limentinus. Forculus. Lima. Carna. Mercurius στροφαῖος. Transgredientibus ianuas loqui non licitum.

IAnuas olim sacras habitas certum, tam apud Graecos quam Romanos. Apud illos Apollo θυραῖος praesidebat, apud hos Ianus. De Apolline cognoscimus ex Macrobio Saturnal. lib. I. cap. IX. *Apud Graecos Apollo colitur, qui θυραῖος vocatur, eiusque aras ante fores suas celebrant, ipsum exitus & introitus demonstrantes potentem.* De Iano ibidem. *Apud nos Ianum omnibus prae esse ianuis nomen ostendit, quod simile θυραίῳ.* Glossae. *Ianus*, θυραῖος θεός. Sed Macrobius errat nonnihil: nam θυραῖος non est *Ianus*, sed *Ianitor:* sive, ut casci illi loquebantur, *Ianeus* quod Festus tradit. Manavit id vocabuli a *Iano*, nam veteribus etiam ianua *Ianus* dicebatur, ut testatur in libris de Natura Deorum Cicero. Sed nec cura Iani unius visa sufficere, quin & alii dii excogitati, auxiliatores istius custodiae, Limentinus, Forculus, Lima, Carna. Arnobius lib. IV. *Quis Limentinum, quis Limam (credat) custodiam liminum gerere, & ianitorum officia substinere?* Augustinus de Civit. Dei lib. IV. cap. VIII. *Tres deos isti posuerunt, Forculum foribus, Carnam cardinibus, Limentinum liminibus. Ita non poterat Forculus simul fores, & cardinem, limenque servare?* Graeci praeter Apollinem θυραῖον Mercurium quoque στροφαῖον coluerunt propter cardines. Atque in deorum horum reverentiam transgredientes ianuas non loquebantur. Porphyrius testis est lib. de Nymph. antro. Οὐκοῦν οὐδ᾽ ἐπὶ τῶν ἄλλων θυρῶν ἐφ᾽ ὁποιασοῦν ὥρας ἐξῆν λαλεῖν, ὡς ἱερᾶς οὔσης θύρας. *Igitur neque in aliis ianuis quocumque tempore licebat loqui, utpote quia ianua sacra est.*

CAP. XII.

Salustius correctus.

DE Salustii Catilina tollam mendum, quod tot acutissimorum virorum oculos praeterire potuisse non iniuria miror. In principio ubi de urbe Roma ei accuratus sermo. *Avaritia pecuniae studium habet; quam nemo sapiens concupivit, ea quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effeminat: semper infinita, insatiabilis est; neque copia, neque inopia minuitur.* Hoc certe non nihil est, inopia non minui avaritiam; & quis aequus ab ea id postulaverit? Omnino legendum, *neque copia inopia minuitur.* Verbum unum nunc perit, sed antea totius loci sententia, & decor.

CAP. XIII.

Lepores in delitiis summis. Ad formam prodesse inter amantes ioco dicti. Lampridius correctus. Ex secunda mensa semina fructuum diligenter servata a rei arborariae studiosis.

QVantis in delitiis leporina caro fuerit, abunde proverbium testatur: πάντα λαγῷα. Et ab amantibus quoque, quando in mensam inferretur, eo nomine virginibus commendabatur per iocum, quod formam, cuius valde studiosae essent, in septem dies elegantiorem conciliaret. Discas ex Martialis epigrammate, quod & Lampridius in Alexandro Severo citat, his verbis. *Multi septem diebus pulcros esse dicunt eos, qui leporem comederint, ut Martialis coci epigramma significat, quod contra quamdam Gelliam scripsit huiusmodi.*

Quum leporem mittis, semper mihi Gellia mandas,
Septem formosus, Marce, diebus eris.
Si verum dicis, si verum Gellia mandas,
Edisti numquam Gellia tu leporem.

Sed, Musae omnes! vos adpello; an Martialis coquus, alumnus ille vester? qui equestri se dignitate, praetura, & trium liberorum iure donatum ipse praedicat? Numquam crediderim, neque vos sinitis: magis depravatam lectionem, scribendumque. *Martialis quoque epigramma:* Librarius coce scripserat, suo more: & ob istum eius errorem Martialis in culinam damnatus: exi, exi magne vir, & Poeta. Redeo ad convivium. In secunda mensa quum poma pyraque, & alii id genus fructus ar-

arborei inserrentur, si qui interessent rei arborariae studiosiores, semina ex iis sedulo conquisita acceptaque in laciniis servabant. Liquet ex epistola Ciceronis filii ad Tironem, qui praedium emerat, ubi esset rusticaturus, arborariaque plantaturus. Locum habes lib. XVI. epist. XXI. *Quum ego mihi nunc ante oculos tuum iucundissimum conspectum propono, videor videre ementem te rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia servantem ex mensa secunda semina.*

CAP. XIV.

Quid Dextrocherium, & Campagus. Suidas emaculatus.

INvenio apud Iulium Capitolinum *Dextrocherium*, quod verbum armillam in dextro brachio gestari solitam designare existimo. Locus est in Maximino maiore. *Pollice ita vasto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo.* Iterum in minore. *Dextrocherium cum costula, de hyacinthis quatuor.* Et apud Trebell. in Quieto. *Alexandrum Magnum Macedonem viri in auro & argento, mulieres in reticulis, & dextrocheriis, & in annulis, & in omni ornamentorum genere exsculptum semper habuerunt.* Invenio & *Campagus* calceamenti genus. Locus est iterum in eiusdem Capitolini Maximino maiore. *Calceamentum eius, id est campagum regium, quidam in luco, qui est inter Aquileiam & Arziam, posuerunt.* Suidas. Ξυρίδες, *καμπάκια. ἢ ἄλλο τι ὑπόδημα διάφορον. Xyrides, campagia, vel aliud aliquod calceamentum diversum.* Emendo, *καμπάγια.* Sed erat caligae potius genus, quam calcei, & ad reticuli instar contexi solebat. Colligere licet ex Trebellii Pollionis Gallienis. *Caligas gemmatas adnexuit, quum campagos reticulos adpellaret.* Reperitur quoque haec vox in Apomasaris Apotelesmatis.

CAP. XV.

Locupletes & Loculi quid sint. Cur divites ita dicti. Tertullianus correctus.

IN aerariis plurimas fuisse capsas pecuniarias scimus, quae *Loculi* dicebantur: erantque & eburneae, & ligneae. In eburneis auream monetam, in ligneis argenteam recondebant. Notum est ex isto Martialis lib. XIV. Lemmate XII.

Hos nisi de fulva loculos implere moneta
Non decet, argentum vilia ligna ferant.

Quia autem loculis istiusmodi plena essent aeraria, inde ab antiquissimis Romanis, id est Latinis, *Locupletes* nominabantur, facili ac perspicua dictionis etymologia. Postea transiit id vocabuli ad ipsos homines, & adpellati sunt ita homines pecuniosi ac divites, quemadmodum *Ventres* comedones voracesque, *Amphorae* bibones. Nam qui a multorum locorum possessionibus deduci hactenus crediderunt, quaeso, patiantur sibi eripi errorem istum. Quin & *Loculi* simillimo modo iidem dicebantur. Ecce apud Senecam de rem[e]diis fortuitorum. *Quis aerario, quis plenis [l]oculis invidet? & iste, quem dominum pecuni[a]e aestimas, pecuniae loculus est.* Tertullianum obiter mihi corrige adversus Marcionem lib. I. cap. XVII. *Sufficit unicum hoc opus Deo nostro, quod hominem liberavit summa & praecipua bonitate sua, & omnibus locustis anteponenda.* Lege, *& omnibus loculis anteponenda.* Vult dicere Deum homines liberasse bonitate sua, quae summa esset, & praestantior omnibus loculis atque pecuniis, quibus redimi liberarique non potuissent. Magnum quidem acumen viri clarissimi, *omnibus Loculiis* reponentis: sed profecto, nisi ego insigniter fallor, nihil isti omnino ad hunc locum, neque Tertulliano haec scribenti umquam in mentem venisse adfirmare audeam. Expende Lector, & iudica.

CAP. XVI.

Carrago. Καραγός. *Trebell. Pollio emendatus.*

PLaustris olim in orbem compositis muniebant sese exercitus, ac pro vallo habebant. Sisenna Histor. lib. IV. *Impedimenta collocant omnia, construunt carros, & sarraca crebra disponunt.* Hinc intelligendus Caesar Belli Gallici lib. I. *Ad impedimenta, & carros suos se contulerunt.* Et alio loco. *Inter carros impedimentaque praelium commiserunt.* Ammianus Marcellinus lib. XXXI. *Haud longo spatio separatum vulgus inaestimabile barbarorum, ad orbis rotundi figuram multitudine digesta plaustrorum, tamquam intramuranis cohibitum spatiis, otio fruebatur & ubertate praedarum.* Et munimentum istud *Carrago* dicebatur. Apud eumdem Marcellinum loco citato. *Incensis malleolis ad carraginem, quam ita ipsi adpellant, aliti velocitate regressae, incentivum audendi maiora popularibus addiderunt.* Trebellius Pollio in Gallienis. *Scythae facta* (lego, *fracta*) *carragine per montem Gessacem fugere sunt conati.* Idem in Claudio. *Adde servos, adde familias, adde carraginem, & epota flumina, consumtasque silvas.* Paulo post. *Carraginem tantam quantam numerus hic armatorum sibimet aptare potuit & parare, nunc incendia fecit, nunc cum omnibus familiis Romanis servitio deputavit.* Et iterum. *Campi ossibus latent tecti, nullum iter purum est, ingens carrago deserta est.* Fl. Vopiscus quoque in Aureliano. *Quaerere praeterea ubi carrago sit hostium, & vere scire quanti qualesque sint.* In Leonis Imperatoris Tacticis Καραγὸς vocatur. Καραγὸς λέγεται ὁ διὰ τῶν ἁμαξῶν, καὶ τῶν βολῶν, καὶ τῶν ἄλλων μηχανῶν γινόμενος περιορισμὸς εἰς ἀσφάλειαν τοῦ στρατοῦ. *Caragos dicitur, quod per plaustra, & bolos, & alias machinas, fit confinium in exercitus securitatem.*

CAP. XVII.

Amoris duplex arcus. Chaeremonis & Euripidis loca comparata. Suidae ab Athenaeo dissensus.

AMori duplicem tribuebant arcum veteres, quorum uno tristitiae tela, altero laetitiae eiacularetur. Athenaeus lib. XIII. Μετριάζων (ὁ ἔρως) ἐστὶν εὔχαρις, ἐπιτεινόμενος δὲ καὶ διαταράττων χαλεπότατος, διόπερ ὁ ποιητὴς οὗτος (ὁ Χαιρήμων) οὐ κακῶς αὐτοῦ τὰς δυνάμεις διαιρῶν φησι, δίδυμα γὰρ τόξα αὐτὸν ἐκτείνεσθαι τῶν χαρίτων, τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι τύχᾳ, τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς. *Moderatus amor est gratiosus, intensus vero, & perturbans, difficillimus; propterea hic poeta (Chaeremon) non male eius potestates dividens inquit, Geminos enim areos ipsum tendere Gratiarum, hunc quidem in tranquilla fortuna, illum vero in confusione vitae.* Quae etiam Euripides Iphig. in Aulide.

> Δίδυμ' ἔρως χρυσοκόμας
> Τόξ' ἐκτείνεται χαρίτων.
> Τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ,
> Τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς.
> *Geminos Amor auricomus*
> *Arcus tendit Gratiarum*
> *Hunc quidem in tranquilla sorte,*
> *Illum vero in perturbatione vitae.*

Hoc quoque observandum, quod Athenaeus Chaeremonem hunc ibi Tragicum adpellat, sic enim inquit. Θεόφραστος δ' ἐν τῷ ἐρωτικῷ, Χαιρήμονα φησὶ τὸν τραγικὸν λέγειν. *Theophrastus vero in Amatorio, Chaeremonem ait Tragicum dicere.* Suidas Comicum facit.

Sed & tela duplicia, pro numero arcuum. Illa plumbea, quae fugabant amorem in amata, erantque apta tristitiae arcui; altera aurata, quae amorem incuterent amanti, istaque laetitiae. Haurio ex Ovid. Metamorph. lib. I.

> *Deque sagittifera promsit duo tela pharetra*
> *Diversorum operum; fugat hoc, facit illud amorem.*
> *Quod facit auratum est, & cuspide fulget acuta:*
> *Quod fugat obtusum est, & habet sub arundine plumbum.*
> *Hoc Deus in Nympha Peneide fixit, at illo*
> *Laesit Apollineas traiecta per ossa medullas.*
> *Protinus alter amat, fugit altera nomen amantis.*

CAP. XVIII.

Osculandi modi. Quid sit apud Poetas, Oscula dividere, figere, libare. Labrata. Glossarium explicatum.

OScula apud veteres duplicia: haec Humana, illa Divina. Divina adpello, quae in cultu & veneratione Deorum; Humana quae in hominum. De utriusque abunde olim in Electis vir litterarum harum peritissimus: addo tamen haec pauca, ut plenius sciamus quidquid ad omnes delitias istas. Humana iterum distingo, in Amatoria, & Officiosa. Amantes, non contenti certa faciei parte, osculabantur os, oculos, genas, collum. Nec haec Amatoria tantum, verum & officiosa, quippe in gratulationibus usurpata. Eumaeus apud Homerum Odyss. XVII. Telemacho gratulans.

> Κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε, καὶ ἄμφω φάεα καλά.
> *Osculatus autem est eius caput, & ambo lumina pulcra.*

Pedo in Elegia de morte Drusi.

> *Obvia progrediar, felixque per oppida dicar,*
> *Collaque, & os, oculosque illius ore premam.*

Arrianus Dissertat. lib. II. cap. XX. Πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται· ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ, ἄλλος τὸν τράχηλον. *Omnes occurrentes simul voluptate perfunduntur; alius oculos osculatur; alius collum.* Atque hinc *Dividere oscula* poetae dixerunt, quum tam variis ea locis imprimerent, ac veluti distribuerent. Horat. lib. I Od. XXXVI.

> *Qui nunc Hesperia sospes ab ultima*
> *Caris multa sodalibus,*
> *Nulli plura tamen dividit oscula,*
> *Quam dulci Lamiae.*

Et apud alios saepe est invenire. Atque haec in gratulatione, ubi levitatem istam laetitia excusabat (a). In salutatione maior habita gravitatis ratio & decori: dabant oscula tarda, & a quibus aegre dimitterent, idque adfectus benevoli testimonium habebatur. Colligo ex Seneca de Ira lib. II. capit. XXIV. *Tollenda ex animo suspicio, & coniectura, fallacissima irritamenta. Ille me parum humane salutavit; ille osculo meo non adhaesit; ille institutum sermonem cito abrupit; ille ad coenam non vocavit; illius vultus aversior visus est.* Poetae nihil aliud intellexerunt, quum *Figere oscula* dixerunt, quia quasi adfixi inhaererent faciei. At haec inter pares: superiores vero inferioribus salutantibus osculum simplex porrigebant, quod *Libare* vocant iidem Poetae. Virgilius AEneid. I. de Iove Venerem filiam osculante, ex more Romanorum suorum ita canit.

> *Olli subridens hominum sator atque deorum,*
> *Vultu quo caelum tempestatesque serenat,*
> *Oscula libavit natae.*

Imperatores medii & infra aevi collisis labris ediroque molliculo quodam ac fracto sono, oscula iaciebant verius quam dabant: Atque haec *Labrata* nuncupabantur. Glossae. *Labratum*, φίλημα βασιλικόν. Idem faciebant, qui Imperatores salutabant; quippe cum sacros istos vultus ore contingere irreverentius aliquanto, nec tantae maiestati conveniens, iudicaretur. Hoc est quod in iisdem Glossis invenitur. *Labratum*, ἀσπασικὸν βασιλέως.

(a) Huius gratulationis specimen in Gallia observavi; ibi enim, quum marito nova nupta ducitur, occurrentes quique sponsam exosculantur.

CAP. XIX.

Mucerda. Sucerda. Opicerda. Festus correctus, & reprehensus. Oves antiquis Opes dictae. Opulentus.

LEgitur hodie in Festi fragmentis. *Muscerdas prima syllaba producta stercus murum adpellant*. Sed mendum est, corrigendumque *Mucerdas*. Paret, quia admonet syllabam priorem productam esse, quod non faceret si *Muscerda* dixissent. Sic *Bucerda* & *Sucerda* dicebant. Male quoque *Succerdae* alibi apud eumdem, nam librarii *C* litteram geminarunt, ut syllabae modum ostenderent. Confundit autem *Sucerdam* & *Opicerdam*, verum non recte; nam *Opicerda* ovium est. Veteres enim oves adpellabant, *Opes:* atque hinc deducta *Opicerda*, *Opilio*, & in nominibus propriis *Opilius*, ut *Suilius*. Deinde vero, quia in multitudine pecorum, maxime ovium, antiqui illi divitias, & censum collocabant, ex eo *Opes* dictae divitiae, mansitque ea significatio hactenus in usu, altera ista exoleta. Atque hac quidem in re Graecos imitati sunt, apud quos similiter πολύμηλοι sunt divites. Iam πολύμηλος ad verbum nihil aliud est quam *Opulentus*, quae tamen notio eodem modo exolevit, illa posteriore etiamnum remanente.

CAP. XX.

Dii Consentes Penates. Penatum quatuor genera. Mart. Capella restitutus.

LOcus est in Martiano Capella lib. I. de Nuptiis Philologiae, & Mercurii. *In sexdecim discernitur caelum omne regiones, in quarum prima sedes habere memorantur post ipsum Iovem Dii Consentes, Penates, Salus, ac Lares, Ianus, Favores, Opertanei, Nocturnusque*. Restituo levi interpunctione. *Dii Consentes Penates*; ut iidem sint, non diversi: nam Consentes isti duodecim, Iovis Penates credebantur. Idem Auctor alibi eodem libro clare indicat. *Ac mox Iovis scribae praecipitur pro suo ordine ac ratis modis caelicolas advocare, praecipueque senatores Deorum, qui Penates ferebantur Tonantis ipsius: quorum nomina quoniam publicari secretum caeleste non pertulit, ex eo quod omnia pariter repromittunt, nomen ex consensione perfecit*. Manifestum quoque ex Arnobio nostro lib. III. ubi de Penatibus disputat. *Varro, qui sunt introrsus, atque in intimis penetralibus caeli, deos esse censet, quos loquimur, nec eorum numerum nec nomina sciri. Hos Consentes & Complices Etrusci aiunt, & nominant, quod una oriantur, & occidant una: sex mares, & totidem feminas, nominibus ignotis, & viscerationis parcissimae: sed eos summi Iovis consiliarios, ac principes* (Scaliger *participes* legendum putat) *existimari*. Omnino autem heic intelligendi Penates Iovis, non Neptuni, aut inferiorum, aut hominum, quos ex Nigidii lib. XVI. de diis discimus, citante Arnobio eodem libro.

CAP. XXI.

Sepulcra eligi solita etiam a vivis, & nigro lapide paulum supra terram eminente signata.

OLim magnates etiam vivi adhuc sepulcri sibi locum eligebant, qui placeret, eumque lapide nigro, id est funesto, signabant. Liceat haurire ex isto Festi Pompeii loco. *Niger lapis in Comitio locum funestum significat, Romuli morti destinatum, sed non usu obvenit, ut ibi sepeliretur*. Nec ad aliam, puto, rem, ille apud Euripidem, sub quo Hecuba, quia necdum a cadavere occupatus locus, thesaurum occultatum, fingit Polymnestori.

Ἑκά. Οἶσθ' ὖν ἀθάνας Ἰλιάς ἵνα ςέγαι;
Πολ. Ἐνταῦθ' ὁ χρυσὸς ἐςί; σημᾶον ἢ τί;
Ἑκά. Μέλαινα πέτρα, γῆς ὑπερτέλλυσ' ἄνω.

Hec. Nosti igitur immortalis Iliae ubi tectum?
Pol. Hic aurum est? sepulcrum vero quod?
Hec. Nigra petra supra terram exsurgens.

Vnde quoque discas aliquantum supra terram eminentiorem eum lapidem fuisse.

CAP. XXII.

Plauti locus restitutus. Culter gestari vetitus: coqui nota. Servo in bello capto servitutem exprobrare inhonestum. Supplicium quomodo de servis sumi solitum. Carnificum dies. Abituri in hostilem terram a Praetore syngrapham accipiebant. Infernales cruciatus pingi in tabellis consueti. Epistolarum laetarum litterae parvae, tristium autem grandes.

PLauti locus Menaechmis est, Sc. *Edepol ne hic*. Eum leviter quidem mendosum, sed foede luxatum pristino nitori reddam.

MED. *Mane modo; etiam percontabor*. SE. *aliam accipis fabulam*.
MED. *Dic mihi hoc etiam; solent tibi umquam oculi duri fieri?*
MED. *Quid? tu me locustam censes esse homo ignavissime?*
MED. *Dic mihi, an umquam tibi intestina crepant, quod sentias?*
MED. *Vbi satur sum nulla crepitant: quando esurio tum crepant*.
MED. *Hoc quidem edepol haud pro insano verbum respondit mihi*.

Vide an non ita scripserit noster Comicus.

MED. *Mane modo etiam percontabor alia*. SE. *occipias fabulam*.
MED. *Dic mihi hoc etiam; solent tibi umquam oculi duri fieri?*
Dic mihi, an umquam tibi intestina crepant, quod sentias?
MED. *Quid? tu me locustam esse censes, homo ignavissime?*
Vbi satur sum, nulla crepitant: quando esurio, tum crepant.
MED. *Hoc quidem edepol*, &c.

Commodum autem, quia in Plauto sum, quaedam ad Antiquitatem pertinentia proponam, quae alibi non facile occurrentia, quod exoleverint postea, ex ipso erui. Cultrum gestare non

non temere cuivis licebat praeterquam coquo. In Aulul. Sc. *Redi quo fugis?*

> EV. *Ad tresviros iam ego deferam tuum nomen*. CON. *quamobrem?*
> EV. *Quia cultrum habes*. CON. *coquum decet*.

Itaque insigne & nota coqui habebatur. Videre idem licet ex fragmento quodam Philemonis Iunioris, quod exstat apud Athenaeum lib. VII.

> *Μάγειρός ἐστιν οὐκ ἐὰν ζωμήρυσιν*
> *Ἔχων τις ἔλθῃ καὶ μάχαιραν πρός τινα,*
> *Οὐδ' ἄν τις εἰς τὰς λοπάδας ἰχθῦς ἐμβάλῃ.*
> *Ἀλλ' ἐστί τις φρόνησις ἐν τῷ πράγματι.*
> *Coquus est non si cinctum*
> *Habens quis venerit, & cultrum ad aliquem,*
> *Neque si quis in ollas pisces immiserit,*
> *Sed est quaedam prudentia in actione.*

Etsi pari iure habebantur servi, bello capti, atque ii qui vernae essent, hoc illis tamen quasi miseriae suae solatium ac levamen erat, quod exprobrare servitutem non liceret, quum id ipsum minime honestum existimarent. Inde Capt. Sc. *Quo illum nunc*. Tyndarus Aristophonti respondet.

> *Pergin servum me exprobrare esse, id quod vi hostili obtigit.*

Servi autem qui gravius deliquissent, magnum de iis supplicium sumebatur, immo crudele. Adligabantur ad trabem manibus sursum adrectis, adpenso ad pedes centupondio. In Asin. Sc. *Vbi nunc*. Leonidas obiicit Libano conservo.

> *Ad pedes quando adligatum est aequum centupondium.*
> *Vbi manus manicae complexae sunt, atque abductae ad trabem,*
> *Nec dependes, neque propendes.*

Hoc parum: ita pendebant totam noctem, & flagris exagitabantur. Sosia in Amphitr. Sc. *Qui me alter*.

> *Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo,*
> *Nisi item unam verberatus quam pependi perpetem.*
> *Eam quoque Edepol etiam multo haec vincit longitudine.*

Vel etiam diem. In Milite Sc. *Satin' abiit ille*. (ut hodie quidem mendose legitur, quod in Exercitationum Criticarum parte prima nuper ostendi) Periplectomenes Sceledro comminatur.

> ——— *atque ita me dii deaeque ament,*
> *Nisi mihi supplicium virgarum de te datur,*
> *Longum diutinumque, a mane ad vesperum,*
> *Quod meas confregisti imbrices, & tegulas.*

Sed quot lictores, aut carnifices huic tantae saevitiae, & tam diuturnae pares, qui non defatigentur? Octo. Sosia in Amphitruone, Scena modo citata.

> *Quasi incudem me miserum homines octo validi caedant.*

Item in Asin. Sc. *Perfidiae laudes*. Vitio dat Libano Leonidas.

> *Vbi saepe causam dixeris pendens adversus octo*
> *Astutos, audaces viros, valentes virgatores.*
> Regeritque Libanus.
> *Vbi saepe ad languorem tua duritia dederit octo*
> *Validos lictores, ulmeis adfectus lentis virgis.*

Observa, & ibi virgas *lentas*, quia totam noctem, aut diem verberabant. Eligebant vero ad servilia ista supplicia certa tempora, quae proprie *Carnificum dies* adpellabantur; eosque celebrare dicebantur carnifices. quum muneri suo vacarent. Haurio ex Leonidae verbis, eadem Asin. Sc. *Vbi nunc ego*.

> *Omnes de nobis carnificum concelebrabuntur dies.*

Satis de servis, eorumque suppliciis. Abituri in hostilem terram accipiebant syngrapham, ut tuto per castra, & copias militares iter facere possent. Aperte ecce in Capteiveis Sc. *Quae res bene*.

> HE. *Sequere me, viaticum ut dem hinc a trapezita tibi.*
> *Eadem opera a Praetore sumam syngraphum*. TYN. *quem syngraphum*.
> *Quem hinc ferat secum ad legionem, hinc ire huic ut liceat domum.*

Veteres, ut melius in officio continerentur homines, & a sceleribus absterrerentur, cruciatus infernales, quos imminere iis credebant, in tabulis depingebant, ut quasi praesentes intuerentur. Inde Tyndarus in iisdem Capt. Sc. *Vidi ego*.

> *Vidi ego multa saepe dicta, quae Acherunti fierent,*
> *Cruciamenta: verum enimvero nulla adaeque est Acheruns,*
> *Atque, ubi ego fui, in lapicidinis.*

In epistolis, si laeta essent scribenda, utebantur genere litterarum contractiore, & adcuratiore: si vero tristitia, grandiore, & neglectiore. Sic in Bacchid. Sc. *Atridae duo fratres*. Nicobulus, quum resignasset adlatam a filio epistolam, quae tamen magnis litteris conscripta, utpote tristia nuntians, ait exsultans, tamquam laeta foret lecturus:

> *Euge litteras minutas.*

Chrysatus autem de miseria filii eius certus subiicit.

> ——— *qui quidem videat parum:*
> *Verum, qui satis videat, grandes satis sunt.*

CAP. XXIII.

Maiores, & minores inter cognomina. Pauli error.

Festi fragmentum est ex epitoma Pauli. *Maiores, & minores inter cognomina feminarum poni solebant*. Sed vereor valde, ut imposuerit hic nobis iste mutilator, nec sine causa. Non feminarum enim tantum, sed virorum erant ista cognomina; nam etiam filii quum essent sui heredes, haberentque dominium in spe, ut loquuntur Iureconsulti, *minores heri* (a) adpellabantur, patres autem *Maiores*. Abunde id docuerit, vel unus Plauti locus Asin. Sc. *Vbi ego nunc*.

> ——— LE. *Vbinam est erus?*

Pari

(a) Sic a Gallis adpellantur *petits Maitres*.

LI. *Maior apud forum est, minor hic est intus.*

Pari modo in sexu sequiore. Adparet ex Truculento, Sc. *Egone tibi maledicam.*

CA. *Loquere tu, quis dare te huic puerum iussit?* AN. *hera maior mea.*
CA. *Quid? tu cur eam accepisti?* AN. *hera me rogavit minor.*
Puer tu auferretur, eaque ut celarentur omnia
CA. *Loquere tu, quid eo fecisti puero?* AN *ad meam heram detuli.*
CA. *Quid eo puero tua hera fecit?* AN. *herae meae extemplo dedit.*
CA. *Cui, malum, herae?* AN. *duae sunt istae.* CA. *cave tu, nisi quod te rogo, nisi*
Ea quae exquiro. AN. *mater filiae dona dedit inquam.*

CAP. XXIV.

Servis, ancillisque sculponeae datae, & annuli ferrei. Plautus expositus.

NON temere est, quod Stalino senex Pardaliscae ancillae, si uxori suae persuaderet, ut gladium deponeret, soleas, & aureum annulum pollicetur. Locus est Casina, Sc. *Nulla sum.*

Si effexis hoc, soleas tibi dabo, & annulum in digito
Aureum, & bona plurima.

Non temere est, inquam; nam ingenuorum dumtaxat erant soleae, & annuli isti; servi, ancillaeque sculponeas accipiebant, & pro aureis ferreos. De sculponeis clarum ex Catone de Re Rust. cap. LIX. ubi, quae, & quoties familiae vestimenta procuranda sint, tradit. *Sculponeas bonas alternis annis dare oportet.* De annulis notissimum est, & habere quidem aureos in peculio suo illis licebat, non vero gestare. Inde ait se in digito daturum.

CAP. XXV.

Suadere. Ambitus capitis. Animare capillum. Caedere fructum. Tertullianus correctus, & illustratus.

EX Tertullianeis etiam aliquid delibabo. In lib. de Habitu muliebri mendum est, cap. I. *Tu es diaboli ianua, tu es arboris illius resignatrix, tu es divinae legis prima desertrix tu es, quae eum suasisti, quem diabolus adgredi non valuit.* Melior Goldastus eruditus iuvenis, in literis ad me datis, se malle significavit, *quae sit invasisti.* Meo iudicio mutandum nihil est, nam *Suadere* hic omnino, etsi insolenti notione, non aliud est, quam δηλεῖν, ut apud Symmachum lib. I. epist. XLI. *Suada Circes pocula*, τὰ δηλητήρια. Lib. de Cultu feminarum, cap. VI. *Atqui, & detrimentum crinibus medicaminum vis inurit, & cerebro perniiem etiam cuiuslibet sinceri humoris adsiduitas referat, tum solis animulando simul, & siccando capillo exoptabilis ardor.* Idem malebat *exitiabilis ardor.* Non probo: Exoptabilis enim, ut capillos cito siccos reddat; & tamen, inquit, ille vobis tam gratus, atque exoptabilis ardor solis perniciem cerebro referat. Hoc ἀπὸ κοινοῦ repetendum. Porro, & hoc ibi observatione non indignum, quod dicit, *animando capillo*, quod quidem quid sibi velit non omnes, credo, capiunt. Ita vero loquitur, quasi ipse capillus isto fuco, tamquam ornatior, ac splendidior animum sumat, atque superbiat. Capit. VII. *An cum cerussa, & purpurisso, & croco, & in illo ambitu capitis resurgatis; an taliter expictam Angeli sub event in nubila obviam Christo.* Scribo, *taliter ex ictam.* Deinde Goldastus malebat, *in illo habitu capitis.* Minus recte, *ambitus capitis*, est studium eius nimis ambitiose ornandi. Vocat *ambitionem capillorum*, lib. de Vel. Virg. cap. VIII. *Quia non sit naturaliter consequutus ambitionem capillorum, quia radi, sive tonderi non sit turpe illi.* Capit. IX. *Satis igitur usae estis divitiis, atque delitiis, satis dotum vestrarum fructum cecidistis. Vnde notitia salutarium disciplinarum, nos sumus in quos decurrerunt fines seculorum.* Latinius emendat probante Iunio, *fructu. Excidistis de notitia s. d.* Ego existimaverim ita corrigendum. *Fructum cecidistis, utique de notitia salutarium disciplinarum. Nos sumus &c* Quid aliud est *caedere fructum*, quam metere? Cap. XIII. *Discutiendae enim sunt delitiae, quarum mollitia, & fluxu fidei virtus effeminari potest.* Scribserim, *mollitia, & luxu.* Nisi τὸ *fluxu*, cum *fidei* velis coniungere, atque ita construere.

CAP. XXVI.

Dies numquam patens. Sol liber. Minutalia regni. Tertullianus iterum correctus.

ELegans iste locus lib. I. adversus Marcionem cap. I. ubi de immanitate nimia accolarum ponti Euxini. *Duritia de caelo quoque, dies numquam patens, sol numquam liber unus, aer nebula, totus annus hibernum, omne quod flaverit Aquilo est.* Correxerim, *una est aer n.* Scribserat librarius, *una 'st aer n.* Quod postea loco corrumpendo fuit. Eleganter autem, *dies numquam patens* dicitur, qui nebulosus, & quasi circumseptus, ac clausus, densissima nebula, ut prospectus nusquam liber pateat. Hoc, qui intellexerit, & facile intelliget quis sit *Sol liber*, ut mutare istam lectionem, aut praeferre ei aliam temere non velit. Cap. IV. *Sed & alterius formae reges, qui singulares in unione imperii praesunt, si minutalibus, ut ita dixerim, regnis, undique conferantur in examinationem, qua constet, quis eorum praecellat in substantiis, & viribus regni, in unum necesse est summitas magnitudinis eliquetur.* Certa correctio mea, *si minutalibus, ut ita dixerim, regni &c* Sic *Minutalia terrae* dixit lib. de Habitu Muliebri cap. VI. *Lapillos istos,*

istos, qui cum auro superbiam iungunt, quid aliud interpreter, quam lapillos, & calculos, eiusdem terrae minutalia? Cap. xv. *Interim quaecumque substantia est, cum suo utique Deo adparuisse debuerat. At nunc quale est, ut Dominis a* XII. *Tiberii Caesaris relevatus sit, substantia vero iam ad decimum quintum Severi Imperatoris nulla omnino comperta sit.* Corrigo, *anno xv. Tiberii*. Mendae origo omnis a compendio scripturae; librarii enim annum, mensem, vel diem designantes, prima litera notabant A. M. D. Crebrum id in Inscriptionibus antiquis. Iam de numero, quem mutavi, evincit Historiae veritas, & locus geminus, cap. XIX. sequenti, & alter item lib. IV. adversus eumdem hunc Marcionem, cap. VII.

CAP. XXVII.

Mamertini Panegyricus emaculatus.

FLavius Mamertinus a Iuliano imperium auspicante summis beneficiis adfectus, quippe uno, eodemque anno, qui a Christo CCCLXII. ab V. C. cIc. CXIV. & sacrarum largitionum comes factus, & praetorio per Illyricum Praefectus, & Consul cum Fl. Nevita, gratias ei pro collatis tantis honoribus insigni Panegyrico egit, qui dignus legi ab omnibus, sed sine mendis, quibus obsitus, & foedatus est. Conferam operam, & iuvabo. Locus est de prensationibus ambitiosorum. *Ediscenda omnium nomina tribuum, homines, atque etiam singuli salutandi, prehensandae obviorum manus, omnibus adridendum, non solum cum infimis, sed etiam cum ignotis familiaritatis imago simulanda.* Scribendum, *omnes, atque etiam singuli salutandi*. *Fatebor autem tibi maxime Imperator, & tuto apud te animi opera reserabo, numquam in capita civium potestatem, numquam provinciam concupivi.* Scribendum, *animi operta reserabo*. *Ceterorum Regum, atque Imperatorum caritates admodum rarae, nec umquam diuturnae fuerunt; in summis enim hominum habitavere pectoribus, subita, & fortunata benivolentia provocatae, non virtutum admiratione devinctae.* Emendo, *subita, & forte nata benivolentia*. Benevolentia forte nata est fortuita. *Prorsus amicitias tueris privatae fidei, Imperatoris opulentia, quae perpetuae, & constantis benevolentiae prima fiducia est.* Legerim, *amicitias tueris privati fide, Imperatoris opulentia* Idest, amicitias colis non tamquam Imperator cum subdito, sed tamquam privatus cum eiusdem sortis homine; at munificus es, liberalis in amicos, plane ut Imperatorem decet. *Clamores inconditos profundebat laudandi effusa libertas; tripudiabat crebris saltibus multitudo; nimiae laetitiae decoris sunt, & gravitatis immemores.* Scribendum, *nimia laetitia*. *Credet hoc aliquis, qui illa purpuratorum vidit paulo ante fastigia, qui ideo tantum honorem in suos, ne inhonoros contemnerent conferebant.* Corrigo, *purpurarum paulo ante fastidia*. Anne aliquis, inquit, qui Imperatorum superiorum fastum, ac superbiam vidit, credet Imperatorem nostrum Iulianum paene intra ipsas Palatinae domus valvas lecticas Consulares iussisse inferri, & quum honori eius, venerationique cedentes sedile illud dignitatis amplissimae recusaremus, suis nos prope manibus impositos, mixtum agmini togatorum praeire coepisse peditem, gradum moderantem paene ad lictoris nutum, & viatoris imperium?

CAP. XXVIII.

Febris, πυρετὸς, pro quocumque morbo. Pestis, pro morte. Rasores. Flatores. Equi in magnatum exsequiis. Purpurarii. Tecta veterum plana, & horti in iis, ac arboraria; itidem in fenestris. Pulveraticum. Frontinus correctus. Balneaticum. Martiaticum. Chartiaticum. Cathedraticum. Cerarium. Calcearium.

APud veteres Romanos omnes morbi eodem generali nomine *Febres* adpellabantur. Videre est adhuc ex Senecae loco De remediis fortuitorum. *AEgroto. Non potest istud toto seculo fieri, aut ego febrem relinquam, aut ipsa me.* Et inde quoque colligere licet, quod pro omnium morborum averruncatione sola febris coleretur, cui arae erectae in palatio in area Marianorum monumentorum, & in summa parte vici longi. Ita πυρετὸς quoque apud Graecos. Hipparchus περὶ εὐθυμίας. Πολλῶν ὖν τοιύτων ἐπικρεμαμένων, μητὲ ταῖς κατὰ τὸ σῶμα εὐαμερίαις προσέχοντες σεμνυνόμενοι ἐπαιρώμεθα, αἳ τινες ὀλίγῳ πυρετῷ ἐπιγενομένῳ, σὺν θεῶν τρόπῳ, συντόμως μαραίνονται. *Multis igitur huius modi impendentibus, neque corporis tranquillitatibus attendentes graves extollamur, quae brevi febri ingruente, Deorum voluntate, illico marcescunt.* Ita *Pestis* etiam pro morte simpliciter. Livius lib. II. ab Vrbe condita. *Ibant unius familiae viribus, Veienti populo pestem minitantes.* Et *Pestifera* auspicia, quae mortem portenderent, & *Pestiferum* fulgur, apud Festum. Plautus Asin. Scena *Sicut tuum. Atque illa viva vivus, ut pestem oppetas.*

Apud Festum lego, *Rasores fidicines antiqui adpellabant, qui, ut ait Verrius, ita adpellati videntur, quia radere ictu chordas videantur artificio quodam.* Acumen Grammatici! Non dicebantur *Rasores* fidicines cuncti indifferenter, sed per contemtum ii tantum, qui minus dextre fides percuterent. Sic *Flatores* quoque non omnes tibicines, ut hactenus putatum est, sed isti solum, qui minus artis suae, quam profitebantur periti, adeo ut flare magis, quam canere essent dicendi.

In magnatum exsequiis etiam equos ire videmus hodie, qui mos ab aevo aliquanto antiquiore usurpatus. Chrysostomus interprete Germano Brixio, Homilia III. ad populum Antiochenum. *Divite aliquo mortuo non servos solos, & ancillas, sed & equos necessarii sacco amicientes, & agasonibus tradentes, ad se-*

ad sepulcrum sequi iubent, calamitatis magnitudinem ostentantes, & omnes ad misericordiam adlicientes.

Qui purpuram tingerent, & qui venderent *Purpurarii* nomine communi dicebantur. Glossae. πορφυροβάφος, *Purpurarios* Item, πορφυροπώλης, *Purpurarius*. Et in Lapide Narbonensi.

VIVONT
A. SEMPRONIO.
GALLAECI L. LAETO
PVRPVRARIO
ET. SEMPRONIAE. MODESTAE.
VXORI.

Tecta veterum plana fuisse ex sacris literis licet cognoscere, nec apud Iudaeos solum, sed & alias gentes. Et Romani Maeniana sua habebant in iis. Licet quoque haurire ex Statio Thebaid. lib. II.

——— *adtonitae tectorum ex culmine summo*
Prospectant matres, saevoque infanda precantur
OEnidae.

Ergo etiam in Graecia. Apud Romanos quandoque etiam arboraria in iis. Seneca epistola CXXIII. *Pomaria in summis turribus ferunt, quorum silvae in tectis, ac domorum fastigiis nutant.* Hoc non mirum; illud magis, quod in fenestris. Plinius lib. XIX. capit. IV. *In fenestris suis plebs urbana imagine hortorum quotidiana oculis rura praebebant, antequam praefigi prospectus omnis coegit multitudinis innumeratae saeva latrocinatio.* Hinc Martialis capiendus lib. XI.

Donasti, Lupe, rus sub urbe nobis,
Sed rus est mihi maius in fenestra. (a)

Agrimensorum merces *Pulveraticum* dicebatur. Invenio in Constitutione Theodosii, & Valentiniani, apud Iul. Frontinum De Limitibus Agrorum. *Praecipimus itaque agrimensoribus, ut pro laborum vicissitudine Geometricae artis, fundo cui finem restituens in trifinii rationem steterit, & convenientiam trium centuriarum ibidem esse signaverit, tres aureos accipiat absque sua pulveratica.* Corrigo, *suo pulveratico*. Eadem forma, quod pro lavatione in balneo dabatur, *Balneaticum* vocabatur. Glossae Latinograecae, *Balneaticum*, Βαλανικόν. Sic *Martiaticum*, quod milites accipiebant stipendium. Priscianus lib. ultimo De Partitionibus versuum XII. AEneid. principalium. *Solemus etiam Martiaticus, Martiatica, Martiaticum dicere, unde stipendia militum Martiatica dicuntur.* Apud Moschopulum *Chartiaticum*, quod pro charta dabatur. Zonaras utitur. Ἀπαιτεῖσθαι δὲ καὶ ὑπὲρ χαρτιατικοῦ ἐπὶ τῷ νομίσματι δύο κεράτια. Quod Episcopi in honorem Cathedrae suae habebant: *Cathedraticum*. Pelagius in epistola ad Tresconium Illustrem. *Illud te volumus modis omnibus custodire, ne qui Episcoporum Siciliae de Parochiis ad se pertinentibus nomine cathedratici amplius, quam duos solidos praesumant accipere.* Et in alia quadam epistola ad eumdem. *Illud magnitudinem tuam minime volumus ignorare, quod Syracusanae Civitatis Episcopus inter alia, quae in cautionum suarum pagina spopondit; hoc etiam specialiter sub interpositione poenae legitime promisisse legitur, numquam se a quolibet suae dicecesis Presbytero ultra duos solidos Cathedratici nomine petiturum.* Gelasius in epistola ad Fabianum Episcopum. *Cathedraticum etiam non amplius, quam vetusti moris exstiterit, ab eius loci Presbytero noveris exigendum.* Eiusdem etiam formae *Synodaticum*, quod ad Synodum convenientibus viatici nomine praebetur. Veteres illi alia utebantur, nuncupabantque *Honorarium*, quod honoris ergo exhiberetur. Sic *Cerarium* apud Ciceronem Ver. V. quod pro cera. *Calcearium*, quod pro calceis pendebatur classiariis, apud Suetonium Vespasiano.

(a) De Solariis Antiquorum, & ἡλιακοῖς egi in Prologo Galeato ad Chronicon Pontificum Leonis Urbevetani. Horti pensiles Persarum in tectis erant. Adi Curtium.

CAP. XXIX.

Annona triplici notione. Dii cur Augusti. deae autem Augustae adpellatae.

A*Nnona* pro anni proventu apud Auctores passim obvium; sed & Deae nomen, quae culta, ut iste largus esset, ac felix. Ecce in veteri lapide.

ANNONAE. SANCTAE
AELIVS. VITALIO
MENSOR. PERPETVVS
DIGNISSIMO
CORPORIS. PISTORVM
SILIGINIARIORVM
D. D.

Et in nummo. ANNONA AVGVSTA. Etiam pro salario annuo. Glossae Latinograecae. Ἀννῶνα, *Salarium*. Fl. Vegetius de re militari lib. II. cap. VII. *Torquati simplares, quibus torques aureus solidus virtutis praemium fuit, quem qui meruisset, praeter laudem interdum duplas consequebatur annonas.* Cassiod. Var. lib. IX. epist XXI. *Neque de transferendis, neque de imminuendis annonis a quolibet patiatur improbam quaestionem.* Et postea. *Residua vero anni tempora cum annonarum debita redhibitione claudantur.* Iterum lib. XII. epist. IV. *In annonis vero reputandis esto solicitus, ne aliquem cuiusquam possit fraudare versutia.*

Romani, ut propitios sibi haberent Deos, & eorum favore, ac numine tuti felicius agerent, tamquam praestites imperii, eodem, quo Caesares nomine, *Augustos* adpellarunt, & Deas *Augustas*. Ideoque in Inscriptionibus antiquis legitur. *Cereri Augustae Matri agrorum. Genio Augusto, & Laribus. Iano Augusto sacrum. Isidi Augustae sacrum. Libero Augusto sacrum. Lunae Augustae. Marti Augusto sacrum. Mercurio Augusto. Neptuno Augusto. Saturno Augusto sacrum.* In nummis quoque. *Apollini Augusto, Ceres Augusta. Diana Augusta. Fortuna Augusta. Herculi Romano*

mano Augusto. Iunoni Augustae. Minerva Augusta. Opi Augustae. Romulo Augusto. Veneri Augustae. Vesta Augusta. [a]

CAP. XXX.

Castellum. Castellarius. Magister memoriae. Claustrorum. Dignitatis, & Maiestatis nomina Imperatoribus quando tributa.

EX quo in fundum suum aquam deducebant, dicebatur *Castellum*, apud veteres *Dividiculum*. Festus. *Dividicula antiqui dicebant, quae nunc sunt castella, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit*. Et D. de aqua cotidiana, & aestiva. *L. ait Praetor* 1. *Quo ex castello illi aquam ducere ab eo, cui eius rei ius fuit, permissum est*. Paulo post. *Qui ex castello ducit interdictum dari, idest, ex eo receptaculo, quod aquam publicam suscipit; ita enim castellum accipe, si ex castello permissum est. Permittitur autem aquam ex castello, vel ex rivo, vel ex quo alio loco publico, ducere*. Frequens est apud Frontinum lib. de Aquaeductibus. Hinc *castellarii*, qui castellis istis praefecti. In vet. Inscript.

CASTELLARIVS. AQVAE. CLAVDIAE.

Qui sub Caesaribus, proximeque subsequutis Imperatoribus *A memoria*, & *Ad memoriam* nominabantur, ii sub posterioribus *Magistri sacrae memoriae*, ut quidem existimat vir magnus, qui tamen fallitur. Nam differentia est primo in personis. Nam *A memoria* erant liberti, *Memoriae magistri*, viri clarissimi. Lapis vetus ostendit abunde.

SATVRNINIO. SECVNDO. V. C
PRAESIDI. PROVINCIAE. AQVITA
NICAE. MAGISTRO. MEMORIAE.

Eumenius pro Scholis instaurandis. *Vt trecenta illa sestertia, quae sacrae memoriae magister acceperam, in honore privati huius ministerii addita pari sorte geminarent*. Deinde muneris quoque ipsius ratione non parum differebant. Illi Caesaribus, quae meminisse vellent, in memoriam revocabant, & quasi debitum officium praestabant; hi dignitatem, & splendorem obtinebant, ut ex locis citatis adparet. Scribebant autem eos, qui in bello strenue sese, ac fortiter gessissent, commendabantque Imperatori, ut meritis honoribus ornarentur. Codinus docet. Τὸ τῶν ἐπὶ τῶν ἀναμνήσεων ὑπηρέτημα πάλαι μὲν ἦν τὸ ἀπογράφεσθαι τὺς ἐν ταῖς ϛρατιαῖς καὶ ἀλλαχοῦ ἀριϛεύοντας, ἀναμνήσκειν τὸ ὑπὲρ αὐτῶν τῷ βασιλεῖ, ἵνα λαμβάνωσι τὰς προσηκύσας τιμὰς· κατὰ δὲ τὸ παρὸν ὐδεμίαν ὑπηρεσίαν ἔχει. Hoc de *Memoriae magistro*; a bove nunc, quod dicitur, ad asinum quodammodo transcendam. *Magistri claustrorum* adpellabantur carcerum praefecti. Apud Cassiodorum invenio Var. lib. XI. epist. XL. ubi de relaxatione captivorum. *Ad te claustrorum Magistrum verba revocemus. Patere poenale secretarium tuum innocenter esse secretum*.

Iterum adsurgam, & de Imperatoribus aliquid monebo. *Maiestas* illis adtributa, non tamen ab aevo antiquo, ac imperii flore. *Longe post dignitas* tantum, deinde vero decrescente magis Imperio, & servili adulatione aulicorum crescente *Maiestatis* nomen inventum est tempore Trebellii Pollionis. Ipse tradit in Gallienis. *Constat de genere, non satis tamen constat de dignitate, vel, ut coeperunt alii loqui, de maiestate*. Et certe apud posteriores dumtaxat Historicos, ac Panegyricos reperitur; item in Lapidibus *D. N. M. Q. V.* idest, *Devotus Numini Maiestatique vestrae*.

CAP. XXXI.

Panegyrici Scriptores varie restituti. Core, pro frumento. Burrae.

MEndum est apud Latinum Pacatum in Panegyrico Theod. Aug. dicto. *Audio Constantiam dicere, Bellum atrox, periculosumque suscepi; memorare Patientiam, Immensum iter, tempus anni grave, semper armata, semper ieiunia toleravi*. Scribo, *semper arma*. Postea sub finem fere. *Spectabas haec a tuis collibus, Romam, & septena arce sublimis, celsior gaudio ferebaris*. Scribo, *a tuis collibus Roma, & septeni*, &c. In Panegyrico Constantino Augusto Const. Fil. dicto. *Spectans ex edito monte Xerxes navale certamen, Augustus aliquid agens vicit apud Actium*. Falsum est, non vicit Xerxes, sed victus fuit, sellaque argentea, in qua sedens spectaverat in templo Minervae Virginis adservata, in perpetuam rei memoriam. Corrigo ego, *Spectavit ex edito monte*, & postea. *Augustus aliud agens vicit*. In Panegyrico Nazarii. *Quinquennalia beatissimorum Caesarum occupatos in gaudiis habent, sed in destinatis decenniis iam vota properantia, & spes volucres constituerunt*. Scribo, *constiterunt*. Postea. *Rapitur quippe ad similitudinem suorum excellens quaeque natura, nec sensim, ac lente indicium promit boni, quum involucra infantiae vividum rumpit ingenium*. Scribo, *quin involucra*. Sequitur. *Illa invitum exercitum tuum, tot victoriarum conscientia plenis pectoribus ardentem, tantis insuper viribus iuvit*. Scribo, *invictum exercitum*. *O nox illa aeternis seculis, monumentisque mandanda, quum spiris, tenebrisque congressus fartunae totum liceret*. Lego, *spissis tenebris congressus*. *Quot in illo turpitudinum notas extinxeras, tot in te laudum insulae refulserunt*. Scribo, *laudum infulae*. In Panegyrico Constantino Const. Filio dicto. *Nihil eiusdem Massiliae altitudo murorum, nihil celeberrimae turres, nihil loci natura remorata est, quo minus & portum caperes, & urbem*

(a) Nescio an huc faciant, quae canit *Ovidius* in *Fastis*:
Sancta vocant augusta patres, augusta vocantur
Templa Sacerdotum rite dicata manu.

bem continuo, si velis. Quid si? *nihil creberrimae turres. Sic quoque multi scalarum brevitate decepti, quod supererat adscensui extentis corporibus aequabant, & succedentium humeris sublevati iam intervalla praeviarum uncis manibus invaserant*. Henric. Stephanus, vir eruditissimus, legebat *intervalla pinnarum*. Ego veram lectionem existimaverim, *perticarum*. In Panegyrico Maximiano Aug. dicto. *Arat ergo nunc mihi Caunus, & Frisus, & ille vagus, ille praedator, exercitio squalidus operatur, & frequentat nundinas meas core venali, & cultor barbarus laxat annonam*. Mirus iocus profecto, & qui praeteriri non debet. Henric. Steph. putat *corpore venali* legendum, sed quomodo? obsecro: de frumento heic sermo. Arbitror nihil potius mutandum, & quum Belga sit, qui Panegyricum istum scripserit, & de Barbaris loquatur, videtur frumentum, quod venale adferrent, barbaro suo vocabulo, ita ut ipsi adpellabant, hic posuisse. Certe Germanicae omnes nationes sive superiores, sive inferiores, *Koren* nuncupant. Ausonius quoque in Phalaecio ad Latinum Pacatum a *Burra* voce Aquitanica non abstinuit.

Burras, quisquilias, ineptiasque.

Quod si quibus commentum hoc nostrum non placuerit, videant an malint, *Cerere venali*. Quemadmodum Virgilius loquutus est AEneid. I.

Tum Cererem corruptam undis.

In eodem Panegyrico. *Tu enim ipse, tu domine Maximiane Imp. aeterne, noxo itineris compendio adventum divinitatis tuae accelerare dignatus, repente Rheno institisti*. Stephanus *noto*, vel *noxio* existimat reponendum; ego autem. *Mox itineris compendio*. In Eumenii Oratione pro Schol. instaur. *Neque enim Syrus mercator, aut Deliacus, aut Indicus ad uberrima ista compendia laudis adspirat*. Corrigo, *aut Niliacus, aut Indicus*.

CAP. XXXII.

Ὀργὰς. *Bostar. Faucillare. Gau. Commodioritas. Deniculus. Fabii. Fabulinus.* Βυκκίζειν. *Ambrices Ieiunii tres species. Prandicularii dies. Bos Luca.* Ἐπίγρ. *Agrippa. Sabanum.* Ἐμβέρικλον. *Inburuclum.* Βυρίχος.

IN Glossario non video quid sibi velint ista, *Aruum*, γεωργία. Corrigo, γῆ, ὀργὰς, nam τὴν ὀργάδα, Grammatici interpretantur εὔγειον καὶ σύμφυτον γῆν. *Bustra*, βυςάσιον. Lego *Bustar*. Isidori Glossae. *Bostar, locus ubi stant boves*. Charisius lib. I. interpretatur etiam locum, ubi cremantur corpora mortuorum. *Facillare*, ςραγγαλίσαι. Lego, *Faucillare*. Veteres per O efferentes *Focillare* dicebant, cuius compositum *Refocillare*. Est vero ὑποκοριςικὸν τοῦ *Focare*, unde *Offocare, Refocare, Suffocare*. *Gau*, ξίφος. Ennius pro *Gaudium* truncate dixit, ut alia. Ausonius in Grammaticomastige.

Ennius ut memorat replet te laetificum gau.

Hic auctor noster videtur *letificum* legisse, ideoque ξίφος exposuit valde male. *Commodior aetate*, τῇ χρήσει. Lego, *commodioritate*, est enim in medii aevi vocabulum, ut *prioritas, superioritas*, & talia. *Deniculus*, σκύφιον μίκρον. Lego, *deniculus*, vel *deniculus*. Erat autem *dinus* poculi genus, & dictio mere Graecanica, Δεῖνος. Archedicus in Aberrante.

Δεῖνον ποτ' ἦρεν ἀργυροῦν ἐν τῷ σκότῳ.

Non temere vero heic ὑποκορισμὸν vides; nam duae istius poculi species antiquitus, una minuscula, quam Glossographus designat, altera maior, & totam interdum amphoram capiebat. Dionysius Sinopensis in Servatrice.

Ὅσα δ' ἐςὶν εἴδη θηρικλείων τῶν καλῶν
Γύαλα, δικότυλοι, τρικότυλοι, δεῖνος μέγας
Χωρῶν μετρητήν.

Desurgit, ἐφοδεύει ὡς Σωκράτης. Scribo, ἀφοδεύει. Habuit ob oculos istum locum Horatii lib. II. Sat. II.

——— *vides ut pallidus omnis*
Coena desurgat dubia.

Fabea, παιδίσκη. Cl. V. Bon. Vulcanius legit *favea*, ego non ausim; nam ut pueri, quum loqui adhuc per aetatem non possent, *infantes*, ita quum inciperent, a Fando *Fabii*, & *Fabiae* puellae sunt dictae. Et ab his Deus Fabulinus nomen habet, cui pro accepta voce sacra faciebant. Varro Cato, vel De liberis educandis. *Quum primo fari incipiebant, sacrificant divo Fabulino*. Antea enim, quum adhuc infantes, Vaticanum colebant, ut ex Agellio, atque Augustino discimus. *Iactat*, βυκκίζει. Legit, *iantat*, sed ego nihil mutandum censuerim; nam ut Bucca oris concavitatem, & ζωμίον significat, sic vox Latinograeca inde detorta pro *ianctare*, & *iactare* ponitur. Et posteriore quidem notione quum accipitur, non abludit illud idiomatis nostratis *pocchen* [a], quod profecto nihil aliud est, quam βυκκίζειν. Et *buccones* non tam garruli sunt, ut volunt Grammatici, quam homines adrogantes, plenisque buccis semper virtutes suas depraedicantes. *Iambrices*, χαλυπτῆρες. Mendum est, cuius ubi originem ostendero, facile sustulero. Scriptum erat *iambrices*, quo significabatur, & *imbrices*, & *ambrices*, pro eodem dici. De ambricibus est apud Festum etiam. Idem commissum in *iambricat*, quod sequitur. Hunc vero librariorum morem esse, quum aliquid indifferens sint scripturi, sciunt illi, qui manuscriptos Codices aliquando tractarunt. *Prandicularius*, ἡ μετὰ μνηςείαν ἡμέρα. Lego, ἡ μετὰ νηςείαν ἡμέρα. Ratio nominis clara, & manifesta. In vetere Ecclesia tres ieiunationis erant species: prima *ieiunium* proprie dicta, altera *statio*, tertia *xerophagia*. In ieiunio nihil omnino comedebant; in statione cibum in merendae tempus differebant; nonnumquam etiam, sed raro, in vesperam; at in xerophagia aridis dumtaxat cibis utebantur, a potu, & poculento omni abstinentes. *Ieiunium* observabatur in Parasceve, & ad nonnullis ad Pascha usque producebatur; stationi Sabbatum erat dicatum; xerophagiae duae hebdo-

[a] Quasi *Bocchen*, B enim in P. mutant Germani.

hebdomades quotannis destinabantur, exceptis Sabbatis, & Dominicis. Haec omnia didicimus ex Tertulliano, libro de Ieiunio. Adparet itaque illud, quod in Arabico Glossario legitur, *statio*, *ieiunium*; quomodo intelligi debeat, idest, non quidem proprie pro ieiunio, sed pro portionario; quemadmodum Tertullianus loquitur. Sed ut ad ieiunium revertar, sciendum quinquaginta illos sequentes dies ad πεντηκοστὴν usque in varia laetitia, & prandiis hilarioribus, exactos fuisse. Afer ille Doctor, lib. citato cap. XIV. *Cur Pascha celebramus annuo circulo in mense primo? cur quinquaginta exinde diebus in omni exsultatione decurrimus?* Ergo sine dubio hi dies *prandicularii* adpellati fuerint. Α᾽σσαρίου ἥμισυ, *sesquas*. Mendum manifestum, nam *semis* potius est. Corrigo, ἀσσάριον ἥμισυ. Ita loquuntur Graeci, ἓν ἥμισυ, concise, manetque ea phrasis hodie in idiomate Brabantorum. Rectius itaque in Glossis Latinograecis, *sesquas*, ἓν ἥμισυ ἀσσάριον. Sic infra. Πῆχυς εἷς ἥμισυ, *secubitum*. Sed scribendum, *sescucubitum*, pro *sesquicubitum*; nam *secubitum est* ἑξάπηχυ, ut *sedigitus* ἑξαδάκτυλος. Pergo, ἐλέφας, *elefantus*, *vocucla*, *barrus*. Corrigo, *bos*, *luca*. *barrus*. De bobus Lucis notum ex Varrone, Lucretio, Plinio, Ausonio, aliis. Ε᾽πίυρος, *compages*, *sudis*. Scribo, ἐπίγρος; *compages*, *subscus*. Idem mendum supra pag. 418 γόμφος, ἐπίυρος. Corrige ad hoc exemplum. Vide Animadvers. Miscell. nostras lib. IV. cap. XI. Ο῾ ἐπὶ πόδας γεννηθεὶς, *Arippa*. Scribo, *Agrippa*. Vide Glossarium Latinograecum, & Agellium lib. XVI. cap. XVI. Σάβανον, *sabanum*, *lencium*. Menda efficit, ut pulcerrimum locum non intelligamus. In Glossario quoque Latinogr. reperio, *sabana*, σαβάνια. Sed hoc non est explicare vocem. Erat autem linteum, quo in balneo lauti abstergebantur; ideoque heic *linteum*, pro *lencum*, rescripserim, quia librarii *E* pro *I*, & *C* pro *T*, item *I* pro *E*, scribebant. In Colloquio Scholastico vetere. Εἰς βαλανεῖον ἰτέον. ἦν γὰρ, τότε προσέρχομαι καὶ ἐκέλευσα ἀρθῆναι σαβάνια, καὶ ἠκολούθησα. Et in altero. Κατάγετε σάβανα εἰς τὸ βαλανεῖον, ξυστρὰν, προσόψιον, ποδεκμάγιον, λήκυθον Iuvenalis Sat. XIV.

Vritur ardenti duo propter lintea ferro,

Scholiastes. *Idest, sic punitur servus propter duo sabana*. Apomasar Apotelesmatum capit. CLVII. *Si visus sibi fuerit sumsisse peplum, sive sabanum*. Marcellus de Medicamentis. *Caput laves, & crasso sabano diligenter siccabis*. Vegetius Mulomed. lib. IV. cap. CI. *Post sabanis validioribus abstergetur, & denuo unctum operietur*. Repertur etiam in Historia Apollonii Tyrii. Vox autem Teutonum est, & per milites primum quum ea gente bellum gerentes in Italiam transfusa, *saban* enim dicebant Et apud Iornandem in Elencho vocabulorum Teutonicorum invenies, *saban*, *linteum*. Itali Latina terminatione *sabanum* protulerunt, ne exoticum videretur. Ε᾽νβέλυκλον, *inburuclum*. Lego, Ε᾽νβέρικλον. Βέριχος significat equum (a). Glossae Latinograecae. *Mannis*, βουρίχοις. Ergo ἐμβουρίχιον, &, quod inde diminutum, ἐμβέρικλον, *inburiclum*, sive *inburuclum*, idem est, quod ἐφίππιον.

[a] In Provincia, & Liguria Asini *Burichi* adhuc vocantur.

CAP. XXXIII.

Indulgentia. Sacra largitio.

MEdio aevo *indulgentia* vocabatur, quando tributa, & vectigalia Imperatores laxabant, ac remittebant. In Panegyrico Flaviensium nomine Constantino Augusto dicto. *Stratum ante pedes tuos ordinem, indulgentiae tuae voce divina, porrectaque hac invicta dextera sublevasti*. Sub finem. *Vnus hic annus prope sensum non habet difficultatis, duorum temporum indulgentiis coarctatus*. Deinde. *Quid ergo nos convenit gratulari de hoc indulgentiae tuae lustro*. Natum illud vocabulum Ammiani temporibus, cuius locus exstat lib. XVI. *Denique id eum ad usque imperii finem, & vitae scimus utiliter observasse, ne per indulgentias, quas adpellant, tributariae rei concederet reliqua*. Ecce, ait *quas adpellant*, quod certissimum novitatis indicium; fallíturque Bellarminus, vir eruditus, in lib. De Indulgentiis, qui antiquam vocem putat, nec Ammiani mentem capit. Ergo, *indulgentia* est, quae antea *sacra largitio* dicebatur, & hoc vult istud in Glossario. Θεία δωρεά, *indulgentia*. Eumenius pro Schol. Instaur. *Quemadmodum id sine sumtu publico, & cum laude sacrae largitionis fieri possit, ostendam*. Crebrum apud eumdem, quem citavi, Ammianum, & posteriores alios Historiae Augustae Scriptores. Qui autem munificentiam hanc Imperatoris exsequabantur, *Comites sacrarum largitionum*, & *sacri largitores* nuncupabantur, ut ex Paulo declaravi Animadvers. Miscell. lib. II. cap. V. Porro ad indulgentiam pertinent Cassiodori Var. lib. III. epistolae XXXII. & XL. item X. lib. IX. Praeterea etiam significat liberalem criminum remissionem, quam Imperatores concedebant, ut docet Bellarminus loco citato.

CAP. XXXIV.

Ars tesseraria. Tesserarii. Acumen pro vigore. Arrilatores. Ociones, Auricoctores. Βαυκάλη. Γελλώ. Caronium. Laberius emaculatus.

MEdio illo aevo, quum pessum plane iret priscus iste decor imperii, & morum, nobiles vino, atque aleae dediti, vitio, quod virtutis instar placebat, laudabile nomen invenerunt, imposueruntque; ac turpe, nobilitateque sua indignum exercitium, *artem tesserariam* adpellarunt. Hinc intelligendus Marcellinus lib. XIV. *Et si digesto plene consilio id placuerit geri, is adhibetur, qui pro domibus excubat aurigarum, aut artem tesserariam profitetur, aut secretiora quaedam se nosse confingit*. Lib. XXVIII. *Ideoque videre licet ignobilem, artis tesserariae callentem arcana, ut Catonem Porcium ob repulsam praeturae*

turae nec subspectam antea, nec speratam incedere gravitate composita moestiorem, quod in maiore convivio, vel consessu proconsularis quidam est antelatus. Praeterea artis eius professores non *aleatores iam, sed tesserarii* nominari volebant. Habes ibidem. *Quidam ex his, licet rari aleatorum vocabulum declinantes, ideoque se cupientes adpellari tesserarios, inter quos tantum differt, quantum inter fures, & latrones*. In Glossario Graecolatino legitur ὀξυποδία, *acupedium*. Item apud Festum. *Acupedius dicebatur, cui praecipuum erat in currendo acumen pedum*. Sed non placet viro erudito, acumen pedibus tribui, rectiusque ad animum, quam ad corpus referri. Dissentio omnino; nam *acumen*, pro vigore ἑλληνισμὸς est, ἡ ἀκμή [a]. Non aliter *acumen pulcritudinis* apud Arnobium nostrum lib. VI. *Phryne illa Thespiaca, quum in acumine ipso esset pulcritudinis, venustatis, & floris; exemplarium perhibetur fuisse cunctarum, quae in opinione sunt Venerum*. In eodem Glossario, & Festo, *arrilatores*, & *cociones* vocantur μετάβολοι, & Festus quidem, cumque eo vir magnus, *cociones* tamquam *coctiones*, sive *cuctiones*, a cunctando dictos existimat. Non recte, puto, nam divites tenaces per irrisum *arrilatores*, & *cociones* dicebantur, quod pecuniam, quam debebant, quia lente solvebant, quodammodo apud se elixarent, & coquerent; mallentque arra lata tricones esse, ut Lucilio nuncupantur, quum interim prae avaritia, quemadmodum Plautinus ille Euclio, ollas domi nummis refertas haberent. Itaque scomma iaciebatur in eos, ita coquere pecuniam in istis suis ollis, veluti coqui cibos. Dicebant enim veteres *cocus*, & *cocio*, ut *pusus*, *pusio*, & talia Hoc innuit quoque vox ἑψέτης (ita enim legitur, *arillator*, βωμοφόρος, ἑψέτης, πραγματευτής,) quae otiosa non est putanda. Quin etiam *auricoctores*, ab eadem re vocati iidem. Eaedem Glossae. *Auricoctor*, χρυσεψέτης. Et cave cum aurifice confundas. Iam quod βωμοφόρος explicatur, error est Glossographi, qui *arilatores* potius, quam *arrilatores* dictos arbitratus. In Isidori Glossis reperio, *baucatem*, *gellonem*. Verum rectius multo *baucalem* legeris, ut alibi, *Gellonem*, *baucalem*. Gello virgo erat, quae immatura morte quum obiisset, dictum est a Lesbiis spectrum eius oberrare, & ut pueris somnum incuterent nutrices, utebantur hoc terriculamento, dicentes: Gellonem instare, quae mortem esset immaturam adlatura, nisi somnum capessererent. Auctor Proverbiorum. Γελλὼ τις ἦν παρθένος, καὶ ἐπειδὴ ἀώρως ἐτελεύτησε, φασὶν οἱ Λέσβιοι αὐτῆς τὸ φάντασμα ἐπιφοιτᾷν ἐπὶ τὰ παιδία, καὶ τοὺς τῶν ἀώρων θανάτους αὐτῇ ἀνατιθέασι. Iam βαυκάλη quoque, & βαυκαλᾷν, & καταβαυκαλίζεσθαι quid sit, notum est; ergo optime *gello* explicatur βαυκάλη. Apud Agellium lib. XVI. cap. VII. Laberii versus profertur ex Staminariis eius.

Tollet bona fide vos Orcus nudas in Catonium.

Vidi virum doctum, qui Catonium vellet, at ille parum versus habuit rationem, qui tum ruit. Lego, *caronium*, id erit *charonium*, χαρώνιον; nam tum adspiratas reiicere mos. Vetus Poeta.

Quoniam Caron eas faciebat nuptias.

Vt recte apud Varronem emendavit Scaliger. Iam Charon est Orcus. Glos. Graecolat. χάρων, *orcus*. Ergo χαρώνιον, est ille locus, cuius fines *orci cancros*, nominat Apuleius.

CAP. XXXV.

Amphorae pro comitio ad urinam. Reticulis odoratis foetor a naribus arceri solitus. Quid sit in XII. Tabb. Pedem struere. Mars Campestris.

PRO comitio in angiportu amphorae erant collocatae, in quibus urgente necessitate vesica exonerari posset ab iis, qui ibi convenissent. Colligo ex Fragmento Orationis, qua C. Titius legem Fanniam suasit. Exstat apud Macrobium Saturnal. lib. II. cap. XII. *Ad comitium vadunt, ne litem suam faciant; dum eunt, nulla est in angiportu amphora, quam non impleant, quippe qui vesicam plenam vini habeant. Veniunt in comitium tristes, iubent dicere, quorum negotium est, dicunt, iudex testes poscit; ipsius it minctum, ubi redit; ait se omnia audivisse, tabulas poscit*.

Divites molliores reticula habebant rosis intexta, quibus ad arcendum foetorem utebantur. Cicero Verrina III. *Reticulumque ad nares admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae*.

Apud Festum invenio. *Pedem struit, in duodecim significat, fugit; ut ait Ser. Sulpicius*. Quem locum opinor illustrandum. *Struere*, itaque non aliud est, quam *truere*; ut *stritavus*, *stlis*, *stlocus*, in iisdem Tabulis, pro *tritavus*, *lis*, *locus*. Iam *truere*, & *truare* dicebant, ut *sonere*, *sonare*, *tonere*, *tonare*, *lavere*, *lavare*, & talia. Id vero veteribus *movere*, significabat, unde *amtruare*, *redamtruare*. Ergo nunc liquet, cur *pedem struere*, profugere ibi positum, quod hactenus existimo plurimos non animadvertisse.

Propter felicem bellorum terrestrium exitum Mars *campestris* colebatur; itaque in vetere Inscript. lego.

MARTI. CAMPESTRI. SACRVM.

CAP. XXXVI.

Virgines studiose educatae, & edoctae. Locus eis in convivio ad lectorum fulcra. Filo colla mane dimensae. Strangulari non poterant.

NON minus vere, quam eleganter de virginibus Phocilydes dixit.

Κάλλος δυστήρητον ἔφυ παίδων τοκέεσσι.

Pulcritudo difficile servatur puellarum a parentibus.

Ita-

[a] Ipse crediderim, ut ὀξὺς apud Graecos, & *Acutus*, & *Praeceps*, *Rapidusque* valet, unde καιρὸς ὀξὺς apud *Hippocratem* in *Aphorismis*, & ὀξὺς ἠελίοιο apud Poetas; ita forte & apud Latinos *Acumen* velocitatem significasse. Hinc *morbi acuti* adhuc apud nos, quos *celeres passiones* *Caelius Aurelianus* adpellat; *occasio* autem *acuta* conversa est in Aphorismo Hippocratis ab antiquo Interprete.

Itaque Romani in his educandis recte summam omnino curam adhibuerunt, ad ludum literarium mittentes. Ecce apud Livium libro III. *Vir exempli recti domi, militiaeque perinde uxor instituta fuerat, liberique instituebantur*. Paulo post. *Virgini venienti in forum (ibi namque in tabernis literarum ludi erant) minister decemviri libidinis manum iniecit, serva sua natam, servamque adpellans esse*. Plutarchus de Cornelia Crassi primo. mox Pompeii uxore, tradit literas eam, ac Geometriam, probe edoctam Philosophos quoque cum fructu audire consuevisse. Plinius lib. I. epist. XVI. *Legit mihi nuper epistolas quas uxoris esse dicebat, Plautum, vel Terentium metro solutum legi credidi*. In digestis, ubi pupill. educ. L. qui filium heredem 4. *Iussus est alimenta pupillae, & mercedes, ut liberalibus artibus institueretur, pupillae nomine praeceptoribus dare*. Cod. quoque de neg. gest. act. *Si paterno adfectu privignas tuas aluisti, seu mercedes pro iis aliquas magistris expendisti; eius erogationis tibi nulla repetitio est*. Duravit profecto merito mos laudatissimus. Inde in Inscr. Vet.

FILIAE. ET. FORMA. SINGVLARI ET. MORIBVS. PIISSIMIS. DOCTRI NAQVE. SVPRA. LEGITIMAM. SE XVS. SVI. AETATEM. PRAESTAN TI.

Sed redeo ad priscum aevum, quo in ludum abeuntes comitabantur nutrices; puto etiam posteriore. In Livii citato loco clarum exemplum. *Pavida puella stupente, ad clamorem nutricis fidem Quiritium implorantis, fit concursus*. Hoc de institutione, dicam de educatione, quae sub ipsis oculis semper parentum; itaque in convivio ad fulcra lectorum sedentes cibum capiebant. Suetonius Claudio. *Adhibebat omni coenae, & liberos suos cum pueris, puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur*. In virginitate quoque custodiendi summa solicitudo, & nutrices quotidie tempore matutino collum filo metiebantur, quod, si struprari illas contigisset. intumuisse comperiebatur. Adparet ex Carmine Catulli De Nuptiis Pelei, & Thetidis.

Non illam nutrix orienti luce revisens
Hesterno collum poterit circumdare filo.

Addam aliquid, quod ad educationem, aut institutionem nihil pertinet. Strangulare eas carnifici non licebat. Suetonius docet Tiberio. *Immaturae puellae, quia nefas esset virgines strangulari, vitiatae prius a carnifice, dein strangulatae*.

C A P. XXXVII.

Fabros ferrarios pilea gestasse.

FAbros ferrarios pileatos fuisse ecce ex Arnobio licet cognoscere, lib. VI. *Cum pileo Vulcanus, & malleo, mancus, liber, sed dextera, & fabrili expeditione succinctus*. Item ex Arriano ad Epictetum, lib. IV. cap. VIII. Οὐδὲις δ᾽ ἐριεῖ, ἐγὼ μυσικός εἰμι, ἂν πλῆκτρον καὶ κιθάραν ἀγοράση· ὐδ᾽ ἐγὼ χαλκεύς εἰμι, ἂν πιλίον καὶ περίζωμα περίθηται. *Nemo vero dicet, ego musicus sum, si plectrum, & citharam emerit; neque ego faber aerarius, sum, si pileum, & cinctum induero*. Et paulo post. Οὕτω κωφὸς εἶ, καὶ τυφλὸς, ἵνα μηδὲ τὸν ἥφαιςον ὑπολαμβάνης καλὸν χαλκέα, ἂν μὴ τὸ πιλίον ἴδης περὶ τὴν κεφαλὴν περικείμενον. *Ita surdus es, & caecus, ut neque Vulcanum putes bonum fabrum ferrarium, nisi pileum videas eius capiti impositum* (a).

C A P. XXXVIII.

Γέλων. Νῆϊθ. *Loca quaedam restituta in epistolis Hippocratis. Diogenis, & Apollonii, & Melissae*,

LEve mendum est in epistola Hippocratis ad Senatum Abderitarum, quod movere me profecto pigeret, nisi viderem impegisse virum eruditum Eilhardum Lubinum. Ὁ πολίτης ὑμέων Μελισαγόρας ἥκεν ἐς Κῶ, καὶ ἔτυχε τότε ὖσα ἡ ἀνάληψις τῆς ῥάβδυ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ Ἐτήσιος ὡς ἴςε Πανήγυρις, καὶ πομπὴ πολυτελὴς ἐς κυπάριοσον. *Civis noster Melisagoras venit in Coum, & erat tunc illa die adsumptio virgae, & annua, quemadmodum nostis panegyris, & pompa sumtuosa in Cyparissum*. Vertit, & Etesius, quemadmodum novistis, Panegyris, quum debuisset, & annua, quemadmodum *n p.* scribendum enim, καὶ ἐτήσιος. Est & epistola Diogenis Cynici ad τὺς καλυμένυς ἕλληνας. Ἡ δὲ φύσις τῷ ἔργῳ, ὁμόιως πάντας ὑμᾶς τιμωρεῖται. ὁμοίως γὰρ πᾶσιν ὑμῖν θάνατος ἐπικρέμαται, ὃν ὑμεῖς φοβεῖσθαι καὶ πολλάκις * Εἰ δὲ πτωχὺς ὑγιαίνοντας δι᾽ ἔνδειαν, πλυσίυς ἢ νοσῦντας δι᾽ ἀκρασίαν τῆς δυςυχῦς γαςρός. *Natura vero reipsa similiter omnes vos punit; similiter enim cunctis vobis mors imminet, quam vos timetis; & saepe quis vidit pauperes bene valentes ob egestatem, divites vero aegrotantes ob intemperantiam miseri ventris*. Corrigo, ὃν ὑμεῖς φοβεῖσθαι, καὶ πολλά τις εἶδε πτωχύς. In epistola Apollonii Tyanei quadam ad Sardienses. Αἶσχρὰ καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ταγμάτων ὑμῶν· κόδδαροι, ξυρίτταυροι. ταῦτα τοῖς τέκνοις τίθεσθε τὰ πρῶτα, καὶ εὐτυχεῖτε γίνεσθαι τύτων ἄξιοι. *Turpia & nomina ordinum vestrorum, Coddari, Xyrittauri. Haec filiis primum imponitis, & optatis fieri his digna*. Emendo, καὶ εὔχεσθε γίνεσθαι τύτων ἄξια. In alia ad Ephesios. Ἦλθεν ἐκ τῆς ἑλλάδος ἀνὴρ ἕλλην τὴν φύσιν, ὐκ Ἀθηναῖος, ὐδὲ Μεγαρεύς. Γελοῖον ὄνομα· παροικήσων ὑμῶν τῇ θεῷ. *Venit ex Graecia vir natura Graecus, non Atheniensis, neque Megarensis, Gelo nomine, habitans iuxta Deam vestram*. Scribo, ὐδὲ μεγαρεύς. Γέλων ὄνομα, &c. Nemo nescit Γέλων esse inter Graecorum nomina. Item in alia ad Saitas. Ἀθηναίων ἀπόγονοι ἔςε, καθάπερ ἐν Τιμαίῳ Πλάτων φησίν. οἱ ἢ τὴν κοινὴν ὑμῖν θεὸν ἐξορίζυσι τῆς Ἀττικῆς. Νῆιν μὲν τὴν ἐφ᾽ ὑμῶν· Ἀθηνᾶν ἢ τὴν ὑπ᾽ αὐτῶν ὀνομαζομέ-

(a) Isthuc ipsum antiqui Nummi, & Gemmae celatae, aliaque id genus vetusta monumenta confirmant.

ζομένην. *Athenienſium nepotes eſtis, ſicut in Timeo Plato ait. Communem vero vobis Deam expellunt ex Attica. Neith quidem a vobis, Minervam vero ab ipſis nominatam.* Et heic manifeſtum mendum eſt; nam Saitae Neith adpellabant. Corrigo itaque, Νηῒθ μέν. Locus Platonis eſt. Τούτου δὲ τοῦ νομοῦ μεγίστη πόλις Σάϊς, ὅθεν δὲ καὶ Ἄμασις ἦν ὁ βασιλεύς. οἷ τῆς πόλεως θεὸς ἀρχηγός ἐστιν, Αἰγυπτιστὶ μὲν τοὔνομα Νηῒθ, ἑλληνιστὶ δὲ, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ. *Huius vero nomi maxima urbs Sais, unde & Amaſis rex erat. Ibi urbis Dea Praeſes eſt, AEgyptio quidem nomine Neith, Graeco vero, ut eorum ſermo fert, Minerva.* In Meliſſae ad Claretam, ubi de veris Matronarum ornamentis. Ἔχοις δ' ἂν ἐπὶ τᾶς ὄψιος ἐρύθημα μὲν Σαμαῖον αἰδοῦς ἀντὶ φύκεος. Emendo, ἐρύθημα μὴν σαμαῖον αἰδοῦς. Tota epiſtolae ipſius phraſis eſt Dorica, ergo σαμαῖον, ponitur pro σημεῖον. Id non animadvertens, vir eruditus nuper *herbam Samiam* interpretatus eſt, quae nuſquam in univerſa literatura exſtat. Samiorum quidem flores noti ſunt, ſed οὐδὲν πρὸς διόνυσον. Vertere ergo debebat. *Habeas vero in facie pro fuco ruborem, verecundiae ſignum.* Eleganter autem propter iſtum ruborem, quia faciem accendit, θερμερῶτιν αἰδῶ, dixit AEſchylus προμ. δεσμ.

Ἐκ δ' ἔπληξέ μου τὰν θερμερῶπιν αἰδῶ.
Perculit vero meum fervidum pudorem [a].

CAP. XXXIX.

In Statii Silvis Epicedia duo correcta. Epitaphium nobiliſſimae matronae Gertrudis ab Oldenbarneveldt, Dominae de Veenhuyſen, & Spanbrouck.

MOEſtus domeſtici funeris cauſſa inambulabam in Statii Papinii Poetae eximii Silvis, illis quidem & viridiſſimis, & amoeniſſimis. Quaerebam remedium doloris, eumque exonerare in Carmen tentabam. Inter ambulandum dum intento oculo ſingulas arbores intueor, cupreſſos mihi elegantes aliquot notavi, & ſubſpirans altius; infelices, inquam, arbores ex funere natae, & in funus. Vtinam viveret adhuc Cypariſſos, nec vobis quiſquam opus haberet, & illibata manerent mortalibus gaudia ſua. Haec quiritans, in illa, quam ex Glauciae tumulo enatam inciſae cortici literae teſtabantur, ramum ecce exareſcentem video.

Quis matutinos abrumpet murmure ſomnos
Impoſitus ſtratis? abituſque morabitur arctis
Nexibus? atque ipſo revocabit ad oſcula poſte?

Atque exaruerat totus, niſi olim Politiani comitas, nuper Bernartii, ſuccurriſſet; ego plane virorem priſtinum excito adfuſa aquula ex fonte Muſarum noſtrarum, & in hac ſpecie repraeſento.

——— *atque ipſo revocabit ab oſcula poſte?*

Nec melior fortuna iſtius.

——— *cupit omnia ferre*
Prodigus, & totos Melior ſuccendere ſenſus,
Deſertas exoſus opes.

Reſtituo in integrum,

——— *totus Melior ſuccendere cenſus.*

Alteram quoque videbam ex Etruſci tumulo exortam, & in ea ramum item iſtum male adfectum.

Laeta dehinc ſeries, variiſque ex ordine curis
Auctus honos, ſemperque gradu prope numina, ſemper
Caeſareum coluiſſe latus, ſacriſque deorum
Arcanis haerere datum.

Genuina forma.

——— *ſemperque gradi prope numina.*

Poſthacc ſub umbra confidens, aeſtus enim erat, ut praecipite Iunio ad Carmen me compoſui.

CARMEN FVNEBRE

In Obitum Nobiliſſ. Caſtiſſimaeq; Matronae

GERTRVDIS ab OLDENBARNEVELDT

Filiae Nobiliſſ. Ampliſſimiq; Viri

IOANNIS ab OLDENBARNEVELDT

Domini de Tempel, &c. Hollandiae Advocati, & Conſiliarii Principis, magnique Sigilli Cuſtodis

Ad Nobiliſſ. Ampliſſimumq; Virum

REGINALDVM BREDERODIVM

Dominum de Veenhuyſen, & Spanbrouck; inque ſupremo Hollandiae Conſilio Senatorem, Coniugem.

ERgone, qui laeto nuper modulamine feſtos
Gratabar (b) thalamos, nunc triſtia funera plangens
Antiquum perdam male grato Carmine munus.
Heu varios hominum caſus, & lubrica vitae?
Nec certum, aut ſolidum quidquam mortalibus eſſe
Fata volunt? tetricae confundunt omnia Parcae?
Seu iuvenis mundum, & caeli hoc ſublime tueris,
Et ſenium demens ſpondes tibi, paſſibus aequis
Mors ſequitur, falcemque minans exaſperat annos.
Sive hilarem ſecura citas ad pocula riſum,
Non exſpectatus perturbat gaudia moeror,
Caeca nocte ſatus; cuique eſt mortalia ſecla
Intempeſtivae ludus damnare ſenectae.
Sive torum ſternens longum ſpe praecipis aevum,
Et multam ſobolem, generis nova germina aviti;
Falleris, ah! & vota feruntur inanibus auris.

Omnia

[a] Ceterum hae omnes epiſtolae ſuppoſititiae videntur.
[b] Nempe ſororis ANNAE BREDERODIAE, quod Epithalamium etiam hac mentione volui ſubiicere. *Meurſius.*

Omnia sic humana sibi contraria pugnant,
Alteriusque odiis gravibus res altera iurat
Perniciem, atque truces infesta incumbit in iras.
Florebat iam laeta domus, magnique Penates
Fortuna ridente nihil tam triste timebant.
Non tulit hanc rerum faciem Adrastea, benignae
Quae minus aequa deae furiata mente resistens,
Eius dona mala perditve, aut inquinat arte.
Scilicet invidiae Fors est obnoxia semper,
Nec bene velle diu, aut vestigia figere in uno
Certa loco potis est, devolvitur undique praeceps.
Quis Deus, humanis gaudens illudere rebus,
Discordes divas eadem sub vincla coegit?
Quis teneat lacrimas, aut tali in funere luctum
Castiget, saeva nisi tigride saevior ipse?
Miles equus Martis dura inter bella peremtus
En gemitum vectoris habet, fidosque Molossi
Deflevere canes, funusque habuere volucres;
Romaque in atrato muraenam Consule luxit.
Possem utinam, possem vesano parcere questu,
Neve recenti animum rursus percellere luctu;
At mens officiumque iubent, nec parcere fas est,
Dulciaque infelix poscit solatia casus.
Vnde autem, verbisve quibus mulcere dolorem
Adgrediar? laudumne velim contexere peplum?
Accendam luctum, studioque innoxia laedat
Forte inconsulto cupiens prodesse voluntas,
Dum repetam quali privatus coniuge vivas.
Sed solamen habe potius, quod munera caeli
Reddideris caelo: felix hoc nomine, felix.
Fortunam modo nosce tuam, nec fata lacesse.
Omnibus huc iter est, huc festino pede quisque
Currit, & ignarus properat deponere vitam.
Hinc hieme in gelida moritur, vere ille beato;
Hunc locuples autumnus, & illum corripit aestas.
Funera sic quadruplex inter se dividit annus,
Ipse etiam funus mox grande, & nomen inane.
Et noctesque, diesque, & celsi sidera caeli,
Et caelum quoque, non mortis quidquam effugit urnam.
Omnia communi condit Natura sepulcro.
Quod desiderium si non fers, vivere credas,
Amissamque neges, bina quae prole relicta
Vivit adhuc, & tam praestanti parte superstes
Solatur maerentem, & se tibi reddit in ista.
Illa quidem vixdum superato limine primo
Decessit, sed fessa viae, pertaesa laboris,
Indignata moras, quas dum se intenderet aetas
Promittebat adhuc, magnorum plena malorum.
Ac campo veluti viridi flos se auferens effert,
Luxurians inodoro in gramine, moxque superba
Exanimis momento in terram colla remittit.
Sic haec; namque alia poterat non lege teneri,
Feminei fuerat generis, quae flosque, decusque.
Et dudum certe laudum primordia quaerens
Distrahor, ac mihimet multum contrarius ipse
Pendeo, dum pariter tot in uno corpore donat
Et video, & stupeo, nec quae ius prima putare
Dignosco, certant sic cuncta, & prima videntur.
Hinc recti mores, & honestae gratia formae,
Quam Venus indiderat dulci caelestis alumnae.
Hinc pudor, & sacri veneratio maxima lecti;
Dardanius quam non umquam expugnasset adulter,
AEgisthusve, Ithacive proci, non Iupiter ipse
Qui Danaen fulvo fallax compressit in auro.
Inde decens probitas tenero maturior aevo,
Inque Deum pietas grandis, carosque parentes,
Pignoraque & fratres, & quae super una, sororem.
Singula qui memorem? brevibus comprendere oportet
In numeris. PERIIT LVX FEMINEI VNICA SEXVS.

Habe, mi Frater, hoc Carmen. & Epithalamium, quod promisi. Non satisfaciam fortasse Lectori, tamen tibi, habebisque exemplum, ac incitamentum ad Parnassum. Maciem non excuso Lectori, fateor enim & ingenue, & perlibenter a novem annis, quibus ferulae manum subtraxi, quadringentos versus non scripsi; quum nescio quomodo nihil aeque invitus faciam. Tu diligentior esto in hoc ingenii cultu; potes & hinc sperare laudem, ac famam.

CARMEN EPITHALAMIVM IN NVPTIAS

Nobilissimi, ac Clarissimi Viri

GVLIELMI MARTIGNII

In Senatu Bramantico Consiliarii

ET

Nobilissimae, atque Clarissimae Virgini

ANNAE BREDERODIAE

A VEENHVYSEN.

SOL, qui declivis morientem digerit annum
Exhibet en tua vota tibi, MARTIGNE, *benignus:*
Ducitur in thalamum postquam Brederodia Nympha.
Antiquum repetens generoso a sanguine stemma:
Nympha, cui invideat formam Venus aurea (si fas
Taenareum est animis caelestibus addere crimen.)
Par myrto, in multos quam nutrit [a] *Hamadrias annos,*
Anxia ne siccis desit radicibus humor,
Seque sua indignata extingat in arbore Terra.
Dicite

(a) Veteres enim in singulis arboribus credebant & vivere, & interire Hamadryadas, Bion, Nonnus, Papinius. *Meursius.*

Dicite felicem MARTIGNVM, dicite Musae.
Hanc si olim Admeti vidisset Phoebus in agris,
Errares Daphne, nec laurus fallat amantem.
Nec tantum Thesei Minois amata fuisses,
Neve invasisset deserta cubilia Bacchus.
Ipse etiam totum nutu qui temperat orbem,
Iupiter, Acrisii neglecto carcere aheno,
Non Danaae in gremium sese aureus insinuasset.
Dicite felicem MARTIGNVM, dicite Musae.
Macte toro tali, Astreae rectissime cultor.
Quaerendo [a] externos multum lassatus amore
Prendisti portus; sic Alpheus transfuga Pisae,
Postquam illi pectus peregrinis ignibus arsit,
Flumina subduxit caeco intemerata meatu,
Trinacria donec vix tamdem proditus ora,
Mansit ibi, madidoque inventa Arethusa cubili est
Exoptata diu, miratur dulcia Nais
Oscula, nec credit ponto venisse maritum.
Dicite felicem MARTIGNVM dicite Musae.
Quis tibi, SPONSE, dies hic divum munere praesens?
Quam grato surgens illuxit lumine, crebro
Ante incusatus non ulla obstacla ferenti
Segnior ire polo, clarosque errare per axes?
Pastor Amyclaeo rediit non laetior orbe,
Quum picta promissa abduxit furta carina,
Bella vehens Priamo, bella exitialia Troiae.
Thessala nec talem viderunt Pelea Tempe,
Quum thalamum adscendit pulcerrima Neptunine.
Dicite felicem MARTIGNVM, dicite Musae.
Descendere Dii caelo, vacat omnis Olympus,
Atque humeris levius iam pondus sustinet Atlas.
Ortygia Phoebus, Nysa Semeleius Evan,
Iuno Samo, Lemno Vulcanus, & alma Cytheris
Cypria, Boeotoque adsunt Helicone Camoenae;
In tua se certant effundere gaudia cuncti.
Dicite felicem MARTIGNVM, dicite Musae.
Oceano veniunt Neptunus, & Amphitrite,
Dorisque, Pa opeque, Eudoraque, Cimothoeque,
Protoque, Eucrateque, Saoque, & pulcra Galene,
Spioque, Glauceque, Thaliaque, Cymodoceque,
Et quaecumque habitant cano sub gurgite glaucis
Nereides oculis, & adesse ad gaudia certant.
Dicite felicem MARTIGNVM, dicite Musae.
Dona ferunt omnes, deceant, quae Numina dona,
Quas Tagus ingratas flaventi prodigus alveo
In mare volvit opes, & caerula salsa colorat.
Sertaque, & Eois distincta monilia gemmis,
Docta ubi texta manu cernuntur [b] nomina Nymphae.
Dicite Io iuvenes, & Io geminate puellae.
Plectra ferit Paean, lascivaque carmine molli
Fescennina canit; choreas en Numina laeta
Instituunt, nectuntque manus, & iubila tollunt,

[a] Nam Sponsus Brabantus est, Sponsa Batava. *Meursius*.
[b] Nomina enim virgines monilibus in texta gestabant, Aristaenetus, Prudentius. *Meursius*.
[c] Ferus pro equo apud Virgilium, Catullum, Manilium, Petronium, Arnobium. *Meursius*.

Clamantes Hymenaee, Hymen, Hymen, Hymenaee.
Nil sine te Cytherea potest, Hymen, Hymenaee.
Nulla domus prolem sine te dat, Hymen, Hymenaee.
Dexter ades Hymenaee, Hymen, Hymen, Hymenaee.
Dicite Io iuvenes, & Io geminate puellae.
Hesperus en properante [c] fero venit, Hesperus instat,
Qui referet talamos, & vincula stringat amantum;
Qui teneros lusus, & dulcia proelia monstret.
Felices nimium thalamos, felixque cubile,
Lacteolum recubans quo corpus Nympha locabit.
Dicite Io iuvenes, & Io geminate puellae.
Atque unctas reserate fores, deducitur ecce
Nympha; Erycina, & lascivi comitantur Amores;
Inclususque pedem socco, frontemque corollis,
Ipse facem auricomam protendit praevius Hymen;
[d] Atque optat numquam, aut nisi sero exstinguere; Parcae
Longa manu cupiant producere stamina lenta.
Longa manu lenta producite stamina Parcae;
Condonate annos, & avaram fallite mortem.
Iupiter ignoscet fraudi, poenamque remittet.
Dicite Io iuvenes, & Io geminate puellae.
Ipsa toro Cypris pulvinar sternit eburno,
Castraque nocturnae metatur commoda pugnae;
Castra, in queis sueta est horrendum vincere Martem.
Dexter ades Hymenaee, Hymen, Hymen, Hymenaee,
Multa superiectam corrupit purpura vestem,
Palladis innuptae donum mirabile; namque
Indiderat varias industria diva figuras,
Intexens castos aevi fugientis amores.
Pyramus hic Thisbeque iacent, uno ilia ferro
Traiecti, albentem signantes sanguine morum.
Invidus hic paries miseros prohibebat amantes,
Oscula vix tenui non oscula mittere rima
Concedens; saevus paries, saevique parentes!
Dexter ades Hymenaee, Hymen, Hymen, Hymenaee.
Hic stabat Phoebe permixta minoribus astris,
Pallidaque in nigrantem acuebat cornua noctem,
Aspera mox oculis fata adspectura duorum.
Hic lea crudelis lapsos laniabat amictus
Ore cruentato; Thisbe hic pavida antra petebat,
Antra sacri infausto pendentia fornice saxi.
Hic niveum tristis morus spoliata colorem.
Infelix amor, & seros miserande per annos!
Dexter ades Hymenaee, Hymen, Hymen, Hymenaee.
Tuque etiam Genius, Nymphae & tutor, bona Iuno.
Iam iacet in thalamo tota optans mente maritum

Nym-

[d] Veteres enim credebant Hymenaeum in morte alterius facem connubialem extinguere. *Meursius*.

Fympha, o SPONSE veni, quid gaudia tanta moraris?
SPONSE veni, diffunde nuces, quid SPONSE moraris?
Forte quidem primis nolens luctabitur ausis,
Quum dabis amplexus toties, & mollia collo
Basia lacteolo figes, atque unguibus iras
Expediet, verum tu contra audentior ito.
Ne trepida; nescit virtus invicta repulsam.
Nam finget tantum quod non vult velle, quod ardet
Dissimulans; renuet tangi, nec tangere quidquam
Optabit, nisi te; manibus dum proelia pugnans
Miscebit, manibus fallax tua proelia pascet.
Dexter ades Hymenaee, Hymen, Hymen, Hymenaee.
Prorue in amplexus, & firmo implectito nexu,
Arboreos hedera ut ramos circum implicat errans.
Spernet amans, lacrimis lacrimans sua gaudia prodet.
Tu lacrimas risum, suspiria gaudia cense.
Et, quod amare feret, renuas, non corpore mentem
Proferet illa suam; negat? haud negat; hoc negat unum,
Sese omnem, quem incendit Amor, perferre calorem.
Ergo ut laeta ferat, quod sperat tota, fugitque,
SPONSE negans sequere, illa negantem laeta sequetur.
Dexter ades Hymenaee, Hymen, Hymen, Hymenaee.
Adrisit quantum vultu Fortuna benigno
SPONSE tibi, qui non [a] lugentibus incola campis
AEger ages animam invisas ubi myrtea celat
Silva domos, vivuntque truces a morte dolores,
Illis queis crudelis Amor sua vota negavit.
Dexter ades Hymenaee, Hymen, Hymen, Hymenaee.
At tu, Nympha, avido quamdiu pugnare marito
Niteris? cessa: vana, & sine viribus, ira
Est tua, seu pudor hanc, [b] ignarusve excitat ardor.
Aut, ubi conspicias te vi succumbere victam,
Cur querere, ac vacuis humectans fletibus ora
Quid rosei violas vultus ingrata decorem?

(a) In lugentibus campis crediti torqueri etiam post mortem, qui prae impatientia amoris, quod voto potiri non daretur, manus sibimet attulissent. Vide Virgil. AEneid. VI. & Ausonium in Epist. *Meursius*.

Qualis ab Herculeis surgens complexibus Hebe,
Ereptum deflet sibi virginitatis honorem.
Dexter ades Hymenaee, Hymen, Hymen, Hymenaee.
Parce precor, non haec debent te damna movere.
Damna deae Veneri tot iam annos debita; sunt haec
Iura tori; communem hoc pactus foedere lectum
Coniux; quae culpa est, sua si bona vindicat? ergo
Vtere sorte tua, nec te tibi subtrahe flendo,
Improba, neu perimas vesana gaudia mente.
Dexter ades Hymenaee, Hymen, Hymen, Hymenaee.
Quid steriles annos iuvet exegisse iuventae
Nulla sinu viridis cur munera colligis? aude;
Suadet Amor, noli certe contemnere Divos.
Exerce aetatem, rapido fugit ocior Euro.
Forma bonum fragile est, nimium ne fidito, tempus
Auferet ignarae, rugasque inducet hiantes.
Nunc autem in pulcra mater laudabere prole, &
Quae periit forma, haud periisse putabitur ulli;
Vt nec virginitas, quum tot circum ubera ludent
Tetrica fallentes curarum taedia natae.
Dexter ades Hymenaee, Hymen, Hymen, Hymenaee.

IN EASDEM NVPTIAS

EPIGRAMMA.

OMnia iam matura, ingens maturuit annus;
Et rerum facies intemerata viget.
Ditat maturis Autumnus fructibus hortos;
Multa ferens dominis munera grata suis.
Tuque etiam, multis vix tamdem quamlibet annis,
Es matura tamen NYMPHA pudica viro.
Finiit in te tarda suos Natura labores,
Vt solido stares hoc mage firma pede.
Maturata cadunt; durant matura, solentque
Grandia quae tarde crescere, parva cito.
Felix maturo Naturae munere Sponse!
Vivacem spondent omnia certa torum.

(b) *Ignarus*, pro *Ignoto*, apud Virgil. & Salust. Vide Agell. libro IX. cap. XII. *Meursius*.

F I N I S.

AD

AD THEOCRITI
SYRACVSANI
POETAE IDYLLIA
SPICILEGIVM
EIVSDEM
AD EPIGRAMMATA NOTAE

THEODORO CANTHERO

Viro nobilissimo, & doctissimo, in Curia Vltraiectina Senatori amplissimo.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

Post impositam Lycophronis obscurissimo Poemati, & Parthenii Eroticis, ultimam manum, Vir nobilissime, nihil mihi antiquius fuit, quam ut IVSTITIAM *(licet ita cum Pythagoricis ternarium numerum adpellare) impierem, & quamvis Variarum Lectionum libri, quos quatuor iam adfectos habeo, ad eam rem usui esse potuissent, visum tamen tertium quemdam auctorem in partes vocare. Varias enim conficere nullo negotio, & aliud agens quivis potest: at commentari, hoc vero demum opus, hic labor & putatur, & est revera. Probare id pluribus haud necesse, norunt optime viri magni, qui in eo scribendi genere exercuere se aliquando, & exercent etiamnum. Haec animo voluenti Theocritus in mentem venit, cuius elegantissima idyllia hodie nemini non in manu. Adripui itaque avide opus novum, semelque adreptum non ante de manibus amisi, quam ipsum paucis diebus absolverem. Deo meo immortali gratias ago, qui me id posse voluit. Et iam nihil huic meae opellae deerat praeter patronum, eum te delegi, duabus potissimum de caussis: cum quod volebam virum litterarum harum curiosum, & cuius nomen in iis magnum: is tu profecto, tum quod mei amantem; etiam is tu: Animum enim illum in me tam proclivem non semel humanissimae tuae litterae prolixe admodum declararunt, & coram ipse expertus sum. Quapropter etiam atque etiam te rogo, uti amoris observantiaeque testimonium meas hasce* SPICAS, *quas post aliorum messem collegi, quales quales erunt, accipere ne dedigneris. Quod si impetro, & mei me voti compotem reddideris, & effeceris ut patrocinio tuo fretus, nullius calumnias magnopere extimescendas existimem. Vale* μοιςᾶν καπυρὸν ςόμα, *xviii. Kal. Maias. Anno* 1597.

PETRVS SCRIVERIVS

IOHANNI MEVRSIO SVO.

Heic ubi Neptunus liquido pede moenia pulsat
AMSTELIA, *& tophos decumanis asperat undis;*
Vndis, quis late se porrigit Amphitrite,
Et mediam multis amcingit fluctibus urbem,
Plurima stant LVCRO, *sed nulla palatia* PHOEBO.
MVSAE *sunt nugae, & casci Buttubata NaevI;*
Omnia MERCVRII *sunt heic paene illita gypso,*
Hunc vino inferio mactant, huic pocula libant.
Fartoque eliciunt, pinguem ut vomat ore salivam.
Quis non heic inhiat numis, & colligit aurum,
Indocilisque uti collecto pauper in auro est?
Nonne haec antiqui est opulens penuria Midae?
Ha! curvae in terras animae quid quaeritis? Aurum.
Pabula quod vitiis humanis subgerit Aurum?
O vere caecos homines! o saecula bruta!
Ergone spes Lucri, Phoebo Aoniisque Puellis
Antestat? pulcrisque Deis formosius Aurum est?
Quam bene! constituunt tibi, Diva PECVNIA, *Templum,*
Et primo multas figunt in marmore CERAS,
Scilicet, VT *gemmis, & numo divite bulga*
Impleri possit, distendique arca metallo:
Hoc, clamant, permitte tuis Antistita servis,
Hocque incurvari sine te, Diva aurea, VOTO;
Sic tibi mox surgent celso contermina caelo
Dentibus e Lybicis magni fastigia Templi,
AEmula sideribus multo distincta Pyropo,
Pictaque inauratae ridenti emblemate conchae:
Haec tetricae pueris indunt lallantibus assae;
Atque ea, quae prisci, Satura adludente, Poetae
In citreis docto calamo incidere tabellis.
VT *sospes vivat gallinae filius albae,*
Vt LicinI campos, Crassique perambulet aedeis,
Vt fetam argento Bona FORS *huic offerat urnam,*
Sacculus ut pleno speciosus turgeat aere:
O caecas nutricum animas, o pectora bruta!
Heu PVDOR. *heu* PIETAS. *ubi discessistis? an ultra*
Sauromatas? sedemque feris posuistis in Indis?
Heic, MEVRSI, *me posse putas conscribere carmen,*
Quod relegat praesens, & ventura aestimet aetas?

Falle-

Falleris: ha! pluteos Graphiusne hic caederet, ungues
Roderet, & folium Lauri morderet? iniquum est;
Heic quia Pierides sordent, atque enthea Phoebi
Vis flaccet: nullo pulsantur pectine chordae;
Barbitus ignavae suspensa ad Templa Vacunae
Squalet, & ad nervos disponit aranea casses:
Heic IANVS, *Maiaque satus* CYLLENIVS *ales*
Emporium, imperiumque tenent, & carmina spernunt:
Quos igitur negat Ingenium, Geniusque locorum
Praepopere fusos dabit Indignatio versus.
QVAE *nostras adeo vecors Ignavia mentes*
Fascinat, & lento consumit iniqua veterno?
Nescio: quaeque adeo funesta Inscitia nostros
Impedit obtutus lema, & glaucomate nubit?
Ecce arteis Samius Bucco commendat inerteis,
Et narrat fatuis aegroti somnia fungis;
Phryx alius nugas, nebulasque in pariete pictas
Iactat, & ignaro divendit scruta popello:
MALCHIO *securos* EPICVRI *diligit* HORTOS,
Et gaudet populo sic se subducere: noster
PANTOLABVS *vitae, decursique inmemor aevi*
Stertere, & irriguo mavult turgescere somno,
Quam Coi senis, aut Celsi pallescere chartis,
Pronus & in Musas oleo vigilare CLEANTHIS:
Eho! tam fatuo te tinxit Inertia succo,
Et cerebrum fregit tibi tanta insania, dignum
Vt nihil esse putes, propter quod rumpere somnum
Stulte velis, adeo te ludit amabilis error?
Findor: & id merito: nec frustra indignor abire
Tot cassos sine fruge dies, lucesque palustres.
Pro Superi! quae mens? sic somno & inertibus horis
Currimus hoc studium vitae? sic labimur omnes?
Scimus & hoc nostrum quam sit breve VIVERE, *scimus?*
Nec quisquam mores, humanasque adiuvat arteis?
Publica cum privis nec quisquam commoda curet?
O viduas sensu mentes, o pectora caeca!
Quam breve sit spatium, miseri quod vivimus, aevi,
Non decet aeternam, longamque anquirere FAMAM?
Tu, MEVRSI *prudens, puerum quem praevia mentis*
Canities docuit, quam sit breve VIVERE *nostrum,*
(Scilicet, ut Rosa, quam Virgo metit ungue, fatiscit,
Sic fluxae nobis labuntur tempora vitae.)
AEternae FAMAE, *& venienti consulis aevo,*
Et cura adsidua, studio accubuoque laboras
Inter vivendum vitai extendere metas,
Caute equidem. Famae multum sperata voluptas
Suadet & inducit quemvis sufferre laborem,
Et lychno adposito solidas consumere noctes;
Te nec desidiae Seiren movet improba, nec te
Pellicit Ambitio, nec Amor titillat habendi:
In Musas palles, Phoebique incensus amore
Suspiras, sacroque tibi iecur icitur igni,
Et tremula occultae lambunt praecordia flamae:
Hinc caperis magis atque magis legere aurea sensa,
Quae Latium, aut Hellas Museis scalpsit in Albis,
Et nostro penna felici tradidit aevo;
Quis indefesso studio impallescere gaudes,
Et deflorare & depascere mellea dicta.

Haud secus herbarum, florumque emblemate pictis
Taurigenae volucres in saltibus omnia libant.
Nunc quia te volucri Ingenii, Laudisque veruto
Incessit, certoque ferit te verbere, Famaque
Illice succendit tibi pectoris intima Phoebus,
Illustras SICVLI *divina Eidyllia* VATIS,
Atticis condita favis Eidyllia: belle!
Sic revocas priscos, Venere adiutrice, Lepores,
Restituisque illas patri, mystaeque Leporum,
Pollice quod studium haud temere dilaudat utroque
SCALIGER *ille meis fax invidiosa* BATAVIS.
Et decus Astrorum, & nutantis destina caeli:
Qui nos saepe sua dia mulcedine linguae
Lactat, & in dorsum magni deducit Olympi.
MACTE *isto sollerti animo, ingenioque sagaci?*
Quorum, quis Lucumo est, qui non miretur acumen?
Hoc quippe ex SICVLO *festivi vatis* AGELLO
Falce sua pingueis glomeravit ad horrea messes
Eximius messor CASAVBONVS, *ille beatus,*
Et nimium felix, unus qui possidet omnes
Priscorum Genios, quem nec sua GALLIA *tantum,*
Verum omnes celebri ellogio, versuque frequentant
Sub gemina Hesperia, quis curae est scandere montes
Aonios, frontemque sacris adspergier undis.
Huius post pingues & iustae Messis acervos
Has tua COLLEGIT, MEVRSI, *prudentia* SPICAS;
Quis spreta redimis CANTERI *tempora Lauro,*
Cuius amor privas merito tibi crescit in horas,
Quem caute poscis Tutanum: nam, liquet, illam
Non facile Invidiae, aut putris dens adteret Aevi
Quae sibi CANTERI *praescripsit pagina nomen.*
O bene! iam maior rerum tibi nascitur ordo,
Hoc AGE, MEVRSIADE, *durum exantlare laborem*
Ne fuge, speratae dabit is tibi praemia FAMAE,
FAMAE, *quae superat ridentia littora gemmis,*
Quae potior Crassi, quod strangulat urna, metallo;
Perge modo: perge, & coeptos ne desere cursus:
Nonne vides, surgent quam pulcra exordia Famae?
Mox te (laurivoro docuit me CYNTHIVS *ore)*
Lauru immortali praesignem frigidus ISTER
Noverit, & BOREAS, *securaque regna* CANOPI,
Quique resurgentem PHOEBVM *cernuntque iacentem,*
Tu modo quae studiis tibi sunt adfecta secundis
In lucem subito profer Scripta aurea, profer
Scripta Caballini quae sumta Gurgitis unda,
Atque adipe ambrosiae digne madefecit APOLLO;
Scripta, Cytheriacis tolli dignissima cygnis,
Et ferri aligeris Puero aurigante quadrigis
Longe ultra superi flammantia moenia mundi.
Quid metuis? Momi & Codri censoris acumen?
Frustra es: nil sapiunt: bis laeva in parte mamillae
Nil salit: illorum iamdiu spoliata cerebro
Tempora ventoso distenta cucurbita ventre
Quaerit: at! ut tollunt irati nubila frontis!
Non aliter vetulam corrugat simia buccam
Dum scalpit teretem, si quando verminat, aurem.

AD

AD THEOCRITVM SPICILEGIVM.

THeocriti Syracusani Poetae oppido quam elegantis idyllia dignissima profecto quae Graecae linguae studiosi debeant.

— nocturna versare manu,
versare diurna.

De quibus optime meriti viri maximi, & Reip. litterariae utilitati nati, Iosephus Scaliger, & Isaacus Casaubonus. Ille editis hoc anno Castigationibus suis, hic innovatis Theocriticis Lectionibus: praeter hos quoque Henricus Stephanus typographorum, utinam non olim, στέφανος. Quoniam tamen iis quaedam invisa, aut contemta potius, nonnulla ex iis adnotare adgrediar: neque enim spero, moleste ferent summi viri, si post uberiorem ipsorum messem spicilegium aliquod colligere instituerim. Itaque cum Deo studiorum nostrorum unico praeside, QVOD. BONVM. FELIX. AC. FAVSTVM. SIT. a primo idyllio merito mihi principium.

Α῾δύ τι τὸ ψιθύρισμα) Hunc & sequentem versum Latio quondam donatum a Terentiano Mauro indicavit mihi amicus meus Petrus Scriverius. Locus est in libro de Metris, ubi de carmine Bucolico agit, in quo nostrum Poetam maxime excellere ait: adscribam paulo uberius, & id absque nausea & stomacho, opinor, benivoli Lectoris.

Pastorale velit quum quis componere carmen,
Tetrametrum absolvat, cui portio demitur ima.
Quae solido a verbo poterit connectere versum;
Bucolicum siquidem talem voluere vocari.
Plurimus hoc pollet Siculae telluris alumnus:
Ne Graecum immittam versum, mutabo Latinum.
„ Dulce tibi pinus submurmurat en tibi pastor
„ Proxima fonticulis, & tu quoque dulcia pangis.

Χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται) In naribus quoque est aliqua adfectuum significatio, e quibus flatus emissus indicat iram, unde & Theocritus hoc loco illis irae sedem tribuit, cum quo Plautus & Persius. Polemon quoque φυσιογνωμικῷ naso iracundiae indicium inesse tradit. Ρ῾ινὸς τὸ ἄκρον λεπτὸν ὑπάρχον, ἐπιζέειν τοῦ ἀνδρὸς τὴν ὀργὴν σημαίνει. Et Adamantius φυσιογνωμικῶν lib. II. iisdem paene verbis. Ρ῾ινὸς τὸ ἄκρον λεπτὸν ἐπαύξειν τὴν ὀργὴν σημαίνει. At Heraclides in Allegoriis cor eius sedem statuit. Ο῞τι μὲν ὁ θυμὸς εἴληχε τὸν ὑποκάρδιον χῶρον, ὁ ὀδυσσεὺς τοῦτο ποιήσει σαφὲς ἐν τῇ κατὰ μνηστήρων ὀργῇ καθάπερ οἶκόν τινα τῆς μισοπονηρίας θυροκρουστῶν τὴν καρδίαν,

Στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπατο μύθῳ,
Τέτλαθι δὴ κραδίη, κὴ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.

Α᾽φ' ἧς γὰρ αἱ θυμικαὶ ῥέουσι πηγαὶ, πρὸς ταύτην ὁ λόγος ἀποκλίνων. (a)

Τῶ τε πριήπω) Intellige statuam eius quam veteres in agris hortisque collocabant, cum quia illis locis foecunditatem adferre, tum quia fures avesque terrere & averruncare putabatur. Horatius lib. I. Sat. VIII.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Quum faber incertus scamnum faceretne Priapum,
Maluit esse deum; deus inde ego, furum aviumque
Maxima formido: nam fures dextra coercet,
Obscaenoque ruber porrectus ab inguine palus:
Ast importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatque novis considere in hortis.

Catullus epigramm XX.

Ego haec, ego arte fabricata rustica,
Ego arida, o viator, ecce populus
Agellulum hunc, sinistra tute quem vides,
Herique villulam, hortulumque pauperis,
Tuor malasque furis arceo manus.

Martialis lib. VI. epigramm. XVI.

Tu qui pene viros terres, & falce cinaedos,
Iugera sepositi pauca tuere loci.
Sed tua non intrent veteli pomaria fures,
Sed puer, aut longis pulcra puella comis.

Et passim in Priapeis hoc obvium. (b)

Α῎περ ὁ θῶκος) In umbra sub arboribus ut plurimum canebant pastores. Virgilius

Tityre tu patulae recubans sub tegmine fagi
Sylvestrem tenui musam meditaris avena.

Et alibi.

Forte sub arguta consederat ilice Daphnis.

Moschus idyll. III.

Κεῖνος ὁ ταῖς ἀγέλαισιν ἐράσμιος οὐκέτι μέλπει,
Οὐκέτ' ἐρημαίῃσιν ὑπὸ δρύσιν ἥμενος ᾄδει.

Καὶ βαθὺ κισσύβιον) Neoptolemus Parianus lib. III. περὶ Διαλέκτων ait κισσύβιον fuisse poculum ex hedera confectum: addit Philemon fuisse μονωτόν. Neoptolemo adstipulantur multi, Theocritus, Didymus, cuius ea verba ad Odyss. IX. Κισσύβιον ποιμενικὸν ποτήριον ἐκ κισσίνου ξύλου κατεσκευασμένον. ἢ ὄνομα κύριον ποτηρίου, ἢ (lego ὁ) ἔχον κισσὸν ἔξωθεν (c). Euripides ἀνδρομέδῃ.

(a) *Plato* irae sedem in pectore statuit, ut in Libris περὶ πολιτείας videre est. *Claudianus De IV. Consul. Honor.*

Iram sanguinei regio sub pectore cordis
Protegit imbutam flammis, avidamque nocendi,
Praecipitemque sui Rabie succensa tumescit,
Contrahitur tepefacta metu; cumque omnia secum
Duceret, & requiem membris vaesana negaret
Invenit pulmonis opem, madidumque furenti
Praebuit, ut tumidae ruerent in mollia fibrae.

(b) *Virgilius Georg.*

— πᾶς
Et custos furum atque avium cum falce saligna
Hellespontiaci servet tutela Priapi.

Multam lucem Horatii carminibus adferre potest Priapi imago apud *Begerum* exstans in *Thesauro Brandemburgico*.

(c) *Virgilius Bucolicis.*

———— pocula ponam
Fagina, caelatum divini opus Alcimedontis,
Lenta quibus torno facilis superaddita vitis
Diffusos hedera vestit pallente corymbos.

——— πᾶς δὲ ποιμένων ἐρῆς λεώς,
Ο᾽ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος
Πόνων ἀναψυκτήρ᾽, ὁ δ᾽ ἀμπέλων γάνος.

Et forte de cissybiis dixit Serenus de Curat. Morb. cap. XXIII.

Mollibus ex hedera tornantur pocula lignis
Hinc trahat adsuetos aeger quicumque liquores.

Clitarchus refert scyphum κισσύβιον adpellatum ab AEolibus. Ab antiquissimis tamen Graecis pocula quaevis κισσύβια adpellabantur. Nicander αἰτωλικῶν lib. I. Ἐν τῇ ἱεροποιΐῃ τοῦ Διδυμαίου διὸς κισσοῦ σπονδοποιέονται πετάλοισι, ὅθεν τὰ ἀρχαῖα ἐκπώματα κισσύβια φωνέαται. Homerus,

Κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο.

Callimachus,

Καὶ γὰρ ὁ Θρηΐκιην ἀπήνατο χανδὸν ἄμυστιν
Ζωροποτεῖν. ὀλίγῳ δ᾽ ἥδετο κισσυβίῳ.

Asclepiades vetus interpres Homeri tradit solos rusticos eo poculi genere usos. Dionysius Samius pro κισσύβιον reponendum autumat κυμβίον. Vide Macrobium lib. V. cap. XXI.

Δῆθα κυλοιδιοῶντες) Dividiae inter auctores. Theocritus innuere videtur iis oculos intumescere, qui saepe insomnes noctes traducunt, & ita exponit Scholiastes. Συμβαίνει τοῖς ἀγρυπνοῦσιν ὡς ἐπίπαν οἰδαίνειν τὰ κοῖλα. Scribo, τ. κῦλα, potissimum quum adferat eius verbi etymon: sunt autem κῦλα, τὰ ὑποκάτω τῶν βλεφάρων κοιλώματα. Pugnat vero cum Theocrito eiusque interprete doctissimus Etymologici Auctor. Κυλοιδιᾷν λέγεται τὸ ἐπηρῶσθαι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀπὸ τοῦ ἐπιπολὺ καθεύδοντας οἰδεῖν τοὺς ὀφθαλμούς. Quis hos conciliet? ego tentabam legendo, ἀπὸ τοῦ οὐκ ἐπιπολὺ κ. frustra, quum subito mihi aurem vellit Persius Sat. V.

Hic satur irriguo mavult turgescere somno.

Quae verba planissime ad mentem Etymologicographi. Emendabis obiter Basilium lib. περὶ γραμματικῆς γυμνασίας. Scribendo, Κυλοιδιῶ, τὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξογκοῦμαι; nam male hodie κυλλοιδιῶ geminato λ.

Πέτρα τε τέτυκται) In scopulis olim piscatum exercuere piscatores. Lycophron.

Ο᾽ τὴν θαλάττης αὐσονίτιδος μυχοὺς
Στενοὺς ὀπιπτεύουσαν ἀγρίαν κύνα.
Κτανὼν ὑπὲρ σπήλυγγος ἰχθυωμένην.

Ad quem locum vide quae notamus.

Η᾽ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα) Tempe regio Thessaliae celeberrima. Descriptionem eorum (ut Geographos omittam) vide apud AElianum ποικ. ἱστορ. lib. III. cap. I.

Δάφνι λυγιξεῖν) Veteres cannabi usu adhuc ignoto e viminibus funes contexebant. Ea de re ad Lycophronem.

Αἰπύ τε σᾶμα) Observa hic AEpyti Lycaonidae sepulcrum in Helice monte, nam ibi solitos nobiliores & potentiores sepeliri doceo ad Poema obscurum.

Χ᾽ ὡ μὲν τόσσ᾽ εἰπὼν ἀπεπαύσατο) Adposite hoc vocabulo usus Poeta, nam sicut κεκμηκέναι de mortuis dicebant, ita ἀποπαύειν, quod ei oppositum, de Daphnide moriente usurpavit, elegantissime. Quin etiam ἀποπαύειν dixisse videri potest, qua ratione somni molliore nomine mortem designabant. (a)

Idyll. II.

Στέψον τὰν κελέβαν) Sunt qui velint κελέβην AEolensium linguam poculum designare. Alii vas solis calidis potionibus accommodatum. Hesychius. Κελέβη, ποτηρίου εἶδος θερμοχόου, καὶ ποιμενικὸν ἀγγεῖον. Nicander vas esse ait condendo melli destinatum.

Φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ) Apud veteres coronae, etiam regum, e lana fuere. Festus. *Antiquissimum genus fuit coronarum lanearum.* Euripidis Scholiastes. Ο᾽ρέστῃ Αἰσχίνης γὰρ στέμματα τὰ ἔρια φησὶν, ἀπὸ τοῦ στέφειν τὰς ἡλακάτας, ἐξ οὗ γίνονται οἱ στέφανοι τῶν βασιλέων. (b)

Α᾽λλὰ σελάνα) Apud veteres viri amantes Apollinem, mulieres Dianam invocabant. Hinc nutrix apud Senecam Hippolyto.

O magna sylvas inter & lucos dea,
Clarumque coeli sidus & noctis decus,
Cuius relucet mundus alterna face,
Hecate triformis: en ades coeptis favens,
Animum rigentem tristis Hippolyti doma,
Amare discat: &c.

Non dissimulabo equidem malle me,

——— *eia ades c. f.*

Τὶν γὰρ ποταείσομαι ἀσύχα δαῖμον) Mos veneficis murmurantes peragere incantationes suas. Ovidius Metamorph. lib. VII.

Vmbrarumque rogat rapta cum coniuge regem,
Ne properent artus anima fraudare senili:
Quos ubi placavit, precibusque & murmure longo,
AEsonis efferri &c. ———

Aristaenetus lib. II. Τούτοις ἀμφότεροι φοινικίσαντες τὸν νέον ἀπῆλθον. ἡ μὲν πλασαμένη σώφρονος ἤθη. ὁ δὲ ὑποκρινάμενος τῶν περιέργων τὸ σχῆμα, καὶ δαιμόνων προσηγορίας συνείρων, πλασματώδεις τέ τινας ὑποφθεγγόμενος ἐπικλήσεις, καὶ ψιθυρίζων ἀπατηλῶν γοητευμάτων λόγους φρικώδεις. Apuleius Miles. I. *Nec fuit in illa civitate, quod adspiciens id esse crederem quod esset, sed omnia prorsus ferali murmure in aliam effigiem translata.* Quintilianus Declamat. X. *Magum protinus nescia matre, cuius horrido murmure imperiosisque verbis dii superi manesque torquentur, advocat.* Et postea. *Ore squallido barbarum murmur intonuit fallereque* (lego *favereque*) *coegit superos, audire inferos, tremere terras, ut experimentis loquentium fama est.* Eunapius in vita Iamblichi. Ο᾽ δὲ ἐπιψαύσας τοῦ ὕδατος, ἐτύγχανε δὲ ἐπὶ τῆς κρηπῖδος κατὰ τὴν ὑπέρκλυσιν καθήμενος, καὶ βραχέα τινὰ προσειπὼν, ἐξεκάλεσεν ἀπὸ τῆς κρήνης κάτωθεν παιδίον. Et in Maximo. Τοῦτο δὲ εἰπὼν, καὶ καθεσθέντων ἡμῶν ἁπάντων, χόνδρον καθαρίσας λιβανωτοῦ, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ὅν τινα δήποτε ὕμνον περαίνων, &c. Prudentius.

Murmure nam magico tenues excire figuras,
Atque sepulcrales scite incantare favillas,
Vita itidem spoliare alios ars noxia novit.

Τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι) Nam canes Hecatae immolabantur olim. Plutarchus. Ρ᾽ωμαϊκοῖς. οὐ μὴν οὐδὲ καθαρεύειν ᾤοντο παντάπασιν οἱ παλαιοὶ τὸ ζῶον (κύνα) καὶ ὀλυμπίων μὲν γὰρ οὐδενὶ

(a) Vide *De Funere Cap. I.* & quae ibi adnotamus.
(b) *Plato* Homerum lana coronatum a republica sua exsulare compellit.

θενὶ θεῶν καθιέρωται, χθονίᾳ δὲ δεῖπνον ἑκάτῃ πεμπόμενος εἰς τριόδους ἀποτροπαίων καὶ καθαρσίων ἐπέχει μοῖραν. Lycophronis Scholiastes Θύουσι δ᾽ αὐταῖς (de Cybele & Hecate loquitur) κύνας, ὥς φησι Σώφρων ἐν μίμοις ὁ γὰρ κύων βαΰζας λύει τὰ φάσματα. Inde κυνοσφάγον θεὸν, nuncupavit Lycophron, ad quem alia notamus.

Ἴυγξ ἕλκε τυ τῆνον) Hesychius. Ἴυγξ, φίλτρον ἀπὸ ἴυγγος τοῦ ὄρνεῳ, τοῦτό φασιν εἶναι ἐπιτήδειον πρὸς τὰς μαγγανείας. Etymologici auctor. Ἴυγξ, ὁ ἔρως, καὶ ὀρνεόν τι τὸ λεγόμενον σεισοπυγὶς, ᾧ χρῶνται αἱ φαρμακίδες εἰς φίλτρα. Aristaenetus lib. II. Ὁ μὲν ἐραστὴς περιώδυνος ἐκ τοῦ πόθου τὸν φιλτροποιὸν ἱκέτευε πάλιν κατ᾽ ἐκείνης ἀνακινῆσαι τὰς ἴυγγας. Ita emendo, nam male ἴγγας: quod etiam doctissimo Mercero visum gaudeo. Huc etiam pertinet quod Synesius ait in epistola quadam. Αὐτὴν ἐκείνην ἀποφανῶ σοὶ δεῦρο πολλαῖς ἴυγξι γινομένην ἀγώγιμον, καὶ δεήσεταί σου καὶ ἀντιβολήσει.

Ἄλφιτά τυ πρῶτον πυρὶ τάκεται) Molae olim in magicis usus. Virgilius eclog. VIII.

Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.

Ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν αἴθω) Virgilius loco citato,

——fragiles incende bitumine lauros.

Quod autem Pharmaceutria ait,

——Χ᾽ ὡς αὐτὰ λακεῖ μέγα καππυρίσασα,
Χἠξαπίνης ἄφθη, κοὐδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτῆς,
Οὕτω τοι καὶ Δέλφις ἐπὶ φλογὶ σάρκ᾽ ἀμαθύνοι.

Ei geminum plane illud Horatii Epod. V.

——amore sic meo flagres, uti
Bitumen atris ignibus.

Ὡς τοῦτον τὸν καρόν) Etiam cereas icunculas adhibebant. Virgilius.

Limus ut haec durescit, & haec ut cera liquescit
Vno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore.

Plato περὶ νόμων lib. XI. de veneficis loquens. Ἄν ποτε ἄρα ἴδωσί που κηρινὰ μιμήματα πεπλασμένα εἴτ᾽ ἐπὶ θύραις, εἴτ᾽ ἐπὶ τριόδοις, &c. Horatius lib. I. Sat. VIII.

Lanea & effigies erat, altera cerea: maior
Lanea, quae poenis compesceret inferiorem.
Cerea suppliciter stabat, servilibus utque
Iam peritura modis.——

Et Epod. XVII.

An quae movere cereas imagines,
Vt ipse nosti curiosus, & polo
Deripere Lunam vocibus possum meis.

Χ᾽ ὡς δινεῖθ᾽ ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος) Adhibebant etiam trochos. [a] Horatius loco citato.

Canidia, parce vocibus tandem sacris:
Citumque retro solve solve turbinem.

Pindari Scholiastes Pythion Od. IV Λάμβανουσαι αἱ φαρμακίδες τὴν ἴυγγα δεσμεύουσιν ἐκ τροχοῦ τινος ὃν περιρομβοῦσιν ἅμα ἐπᾴδουσαι. οἱ δέ φασιν ὅτι τὰ ἔντερα αὐτοῦ ἐξελκύσασαι καθάπτουσι τῷ τροχῷ. Martialis lib. IX. epigramm. XXX.

Quae nunc Thessalico Lunam deducere rhombo,
Quae sciet hos illos vendere lena toros?

Et lib. XII. epigramm. LVII.

Dicet quot aera verberent manus urbis,
Quum secta Colcho Luna vapulat rhombo.

Laevius Poeta vetus.

Philtra omnia undique eruunt,
Antipathes illud quaeritur,
Trochisci, iynges, taeniae.

Τὸ δὲ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει) Luna delinquente veteres aera pulsasse docuit eruditissimus Casaubonus; visum tamen id adiectis aliorum testimoniis confirmare. Iuvenalis Sat. VI.

——nemo aera fatiget,
Vna laboranti poterit succurrere Lunae.

Interpres eius vetus: *Sonitum fieri adsolet quando Luna deficit.* Seneca Hyppolito.

At nos soliciti lumine turbido
Tractam Thessalicis carminibus rati.
Tinnitus dedimus.——

Ovidius Metamorph. lib. VII.

Te quoque Luna traho, quamvis Temesaea labores
AEra tuos minuant.——

Tibullus lib. I. Eleg. VIII.

——e curru Lunam deducere tentat,
Et faceret, si non aera repulsa sonent.

Martialis loco supra citato.

Dicet quot aera, &c.

Meminit & huius rei Lycophronis Scholiastes. Θύουσι δ᾽ αὐταῖς κύνας, ὥς φησι Σώφρων ἐν μίμοις, ὁ γὰρ κύων βαΰζας λύει τὰ φάσματα, ὡς καὶ χαλκὸς κροτηθείς.

Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι) Antigonus lib. ἱστορ. παραδόξων. Τὰς δὲ ἵππους τὸ ἐπιφυόμενον τοῖς ἐμβρύοις ἱππομανὲς ἀπεσθίειν (φασὶν) γινέσθαι δὲ τοῦτο ἐπὶ τοῦ μετώπου, καὶ πρὸς πολλὰ ζητεῖσθαι. Vide Plinium lib. VIII. cap. XLII. & XVIII. cap. XI. Virgilius putat esse virus Georg. libro III.

Hinc demum hippomanes, vero quod nomine dicunt
Pastores, lentum distillat ab inguine virus. [b]

Aliter vetus interpres Iuvenalis. *Hippomanes quod de equarum partu rapitur a fronte pulli, statim ut nascitur, quod mater ab eodem lambit.* Vtebantur eo olim ad amores inducendos. Virgilius loco citato.

Hippomanes, quod saepe malae legere novercae,
Miscueruntque herbas, & non innoxia verba.

Propertius lib. IV. eleg. V.

Consuluitque stryges nostro de sanguine, & in me
Hippomanes foetae femina legit equae.

Iuvenalis Sat. VI.

Hippomanes carmenque loquar, coctumque venenum,
Privignoque datum?

Interpres eius. (*Hippomanes*) *datum in poculum ad amatorias res facit.*

Αἰ παρὰς ἐκτοθὲ παλαίστρας) Quia moris athletis ante luctam oleo perungi. Simili modo *nitidam palaestram* dixit Ovidius in epist. Paridis ad Helenam.

More tuae gentis nitida dum nuda palaestra
Ludis——

Eadem ratione Virgilius AEneid. V.

Cetera populea velatur fronde iuventus,
Nudatosque humeros oleo perfusa nitescit.

Καναφόρος ἄμμιν ἀναξώ) De canephoris virgini-

[a] Trochus tamen aliquando non videtur idem esse, ac turbo Adi *Mercuriale de Arte Gymnastica*.

[b] Idem putat *Tibullus*.

ginibus notum. Harpocration. Φιλόχορος ἐν δευτέρᾳ ἀτθίδος φησὶν, ὡς ἐριχθονίου βασιλεύοντος πρῶτον κατέστησαν αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι φέρειν τὰ κανᾶ τῇ θεῷ ἐφ' οἷς ἐπέκειτο τὰ πρὸς τὴν θυσίαν, τοῖς τε παναθηναίοις, καὶ ταῖς ἄλλαις πομπαῖς. Adi Pausaniae Attica, ubi multa [a].

Τὰν ξυςίδα τᾶς Κλεαρίςας) De Xystide variant auctores. Harpocration. Γυναικεῖόν τι ἔνδυμα δὲ ἡ ξυςὶς, πεποικιλμένον, ὡς δῆλον ποιοῦσι ἄλλοι τε τῶν κωμικῶν, καὶ ἀντιφάνης ἐν εὐπλοίᾳ. ὥσπερ ξυςίδα τῷ ποικίλον ἠμφιεσμένῳ. ἔςι μὲν καὶ τραγικόν τι ἔνδυμα οὕτω καλούμενον, ὡς κρατῖνος ἐν ὥραις. ἔςι δὲ καὶ ἱππικὸν ἔνδυμα, ὡς ἀριςοφάνης ἐν φιάλαις. Ita restituo inibi Antiphanis versum.

Ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο) quod palaestram γυμνάσιον Graeci vocaverint nimis notum est. Vlpianus ad Orat. πρὸς Λεπτίνην. Γυμνάσιον τὴν παλαίςραν ἐκάλουν. Adi Grammaticos. Iuvenalis Satyr. III.

Et quoniam coepit Graecorum mentio, transi
Gymnasia, atque audi facinus maioris abollae

Τόδε κάλλος ἐτάκετο) Eleganter ex amore decumbentium habitum describit Apuleius Milesʃ. x. *Salutis vultusque detrimenta nesciat; pallor deformis, marcentes oculi, lassa genua, quies turbida, & suspiratus cruciatus tarditate vehementior.*

Πᾶσα μὲν ἐφύχθην χίονος πλέον) Petronius. *Vt haec dixit Quartilla, Ascyltos, quidem paulisper obstupuit: ego autem frigidior hieme Gallica factus, nullum potui verbum emittere.* Bellam autem his quinque versibus habes hominis externati descriptionem.

Ἵδρως μὲν κεχύεσκεν) Similiter, & in simili adfectu, Apuleius Milesʃ. I. *Haec ut ego accepi sudore frigido miser perfluo, tremore viscera quatior.*

Ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πήξας) Ita solent homines cogitabundi. Aristaenetus lib. I. Ἀλλ' ἐς γῆν ἑώρας τὸ πρόσωπον, ὥσπερ τι συννοουμένη. Eunapius Iamblicho. Τὸν νῦν ἐπιςήσας ὁ Ἰάμβλιχος μεταξὺ διαλεγόμενος, ὥσπερ ἀποκωπεὶς τὴν φωνὴν, καὶ τὰ ὄμματα ἐς τὴν γῆν ἀτρεμίζοντα χρόνον τινὰ ἐρείσας, ἄνω τε ἔβλεψεν ἐς τοὺς ἑταίρους, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐξεβόησεν. Virgilius AEneid. VIII.

Vix ea fatus erat, defixique ora tenebant
AEneas Anchisiades, & fidus Achates,
Multaq; dura suo tristi cum corde putabant. [b]

Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος) Ita populum vocat quia ab Hercule inventa. Homerus Iliad. ν'. ἀχερωΐδα hac de caussa adpellat: ad quem locum ita Scholiastes. ΑΧΕΡΩΙΣ. ἡ λεύκη. παρὰ τὸ ἐκ τοῦ ἀχέροντος ποταμοῦ τῶν καταχθονίων κομισθῆναι αὐτὴν ὑπὸ ἡρακλέους, ςεψαμένου αὐτῇ ἐπὶ τῇ τοῦ κερβέρου νίκῃ. Hinc capiendus Artemidorus lib. II. cap. xxv. Λεύκη ἀθληταῖς συμφέρει διὰ τὸν ἡρακλέα. [c]

Καὶ ταχὺ χρὼς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο) Artemidorus lib. II. cap. VIII. Οὐδὲν οὕτως τὰ σώματα θερμαίνει, ὥσπερ πῦρ καὶ γυνή. Huc per-

[a] Adi *Meursium* nostrum in *Panathenaeis*, & *Eleusiniis*. Consule etiam si tanti est Disputationem meam *De Cistis mysticis Tom. I. Dissertat Acad. Etrusc.*

[b] *Virgilius* idem *AEneid. VI.*

Illa solo fixos oculos aversa tenebat.

Persius:

Obstipo capite, & figentes lumine terras
AEgroti veteris meditantur somnia.

tinet illud Terentii Eunuch. Act. I. Sc. II.

Accede ad ignem hunc iam calesces plus satis.

Inde quia calor generationis caussa, ut tradunt Physici, feminae celerius maribus ad generandum fiunt idoneae, quia plus habent caloris. Etiam secundum iura publica duodecimus annus in femina, decimusquartus in puero, definit pubertatis aetatem. Ob eumdem feminarum calorem olim, quum plura cadavera cremarentur, solebant funerum ministri denis virorum corporibus singula muliebria addere, ut unius adminiculo quasi naturae flammei, & celeriter ardentis, cetera incenderentur, flammamque facilius acciperent. Vide Macrobium lib. VII. cap. VII.

Αὼς τὰν ῥοδόπαχυν ἀπ' Ὠκεανοῖο φέροισαι) Credebant veteres sidera humore accendi. Porphyrius lib. de Nymph. antro. Διαβεβαιοῦνται δέ τινες καὶ τὰ ἐν ἀέρι καὶ οὐρανῷ ἀτμοῖς τρέφεσθαι ἐκ ναμάτων, καὶ ποταμῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἀναθυμιάσεων. τοῖς δ' ἀπὸ τῆς ςοᾶς, ἥλιον μὲν τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναθυμιάσεως ἐδόκει, σελήνην δ' ἐκ τῶν πηγαίων καὶ ποταμίων ὑδάτων, τὰ δ' ἄςρα ἀπὸ τῆς ἐκ γῆς ἀναθυμιάσεως, &c. Hinc capienda infinita auctorum loca. Virgilius AEneid. VIII.

Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda
Extulit os sacrum. ———

Martianus Capella lib. VI.

Sic Cypris Oceani perfuso sidere lymphis,
Lucifero adnuerat lumina tota suo.

Corippus lib. IV.

Qualis ab Oceani liquidis sol aureus undis
Splendentes mittit radios.

Seneca Hippolyto.

Qualis est primas referens tenebras
Nuncius noctis, modo lotus undis
Hesperus. ———

Horat. lib. I. Od. V.

——— *albo sic humero nitens*
Vt pura nocturno renidet
Luna mari. ———

Valerius Flaccus Argonaut. lib. III.

Ergo ubi puniceas oriens adscenderit undas
Tu socios adhibeto sacris.

Ennodius in Panegyrico. *Quum primum Aurora bigis in croceis ortum iubaris indicavit, quum de Oceani lymphis Solis flamma surrexit*, &c. Apuleius Milesʃ. XI. *Sol ipsum quidem delapsus Oceanum, subterrenas orbis plagas illuminabat.* Orpheus in Argonaut.

Ἀλλ' ὅ τε γ' Ὠκεανοῖο ῥόον βαπτίζετο Τιτάν.

Et apud omnes Poetas. [d]

Ἀκράτῳ ἐπεχεῖτο) De hoc amantium more infra dicimus.

Νῦν μὲν τοῖς φίλτροις καταθύσομαι) Lego μὲν. Idyll. III.

Ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς) Ita solent facere amatores quum amore suo potiri non datur. Cydonius in Orat. Περὶ τοῦ καταφρονεῖν τὸν θάνατον, de amore loquens. Ἢ κατὰ κρημνῶν ὦσεν, ἢ βρόχον ἀνῆψεν, ἢ ξίφος ἐπήνεγκεν, αὐτόχει-

[c] *Virgilius:*

Populus Alcidi gratissima.

[d] *Lucanus.*

Flammiger an Titan ut alentes hauriat undas
Erigat Oceanus fluctusque ad sidera tollat.

Consule *Macrobium* in *Saturnal.* Ceterum ipse omnino omnia Poetarum loca a *Meursio* adlata nihil de Vapido Siderum nutrimento insinuare. Emergere enim illa ex Oceano dicuntur, quod ita fieri illis Orientibus videatur.

τόχειρα τὸν ἄνθρωπον ἀναγκάσας γίνεσθαι. Arnobius lib. III. *Innectuntur cervicibus laquei, conscenduntur ardentes rogi, & per vastas atque altissimas rupes iaciunt se passim voluntariis saltibus praecipitati.* Quintilianus Declamat. XV. *Datum est remedium dolori* (amorem intelligit) *qui saepe egit in laqueos, in praecipitia compulit, qui cruciatus laborantis animae vulneribus emisit.* Lycidas apud Calphurnium ecloga III.

Quod si turpis amor precibus (quod abominor) istis
Obstiterit, laqueum miseri nectemus ab illa
Ilice, quae primum nostros violavit amores.

Τὸ πᾶν λίθ☉) Aristaenetus lib. I. Ὦ δυστρόπου γυναικός! ὢ βαρβάρων ἠθῶν! ὢ ψυχῆς ἀνημέρου!

Ὦ κυάνοφρυ νύμφα) Veteres nigra supercilia in non minima pulcritudinis parte ponebant. Aristenaetus in Laidis suae descriptione: ὀφρῦς τε μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον. Gregorius Nyssenus lib. περὶ παρθενίας cap. III. ἐὰν τὰ τίμια τῇ νεότητι, καὶ ὅσα παρὰ τῶν ἀνοήτων σπουδάζεται κατανοήσῃ οἷον ὀφθαλμὸν τοῖς βλεφάροις λάμποντα, καὶ ὀφρῦν περικεχυμένην τῷ ὄμματι. Retraho vocem fugitivam atque festinantis librarii culpa exsulantem, & scribo καὶ ὀφρῦν μέλαιναν περικεχυμένην τ. ὄ Hac de causa mulieres circa formam curiosae oculos stibio illinebant: quem morem etiam adgnoscit Iul. Pollux lib. v. cap. XVI. Artemidorus libro I. cap. XXVII. Ὀφρύες δασεῖαι καὶ εὐανθεῖς πᾶσιν ἀγαθαί, μάλιστα γυναιξίν, αὗται γὰρ ὑπὲρ εὐμορφίας καὶ μέλανι χρίονται τὰς ὀφρύας. Hieronymus in epistola quadam ad matrem viduam. *Non bene morata mater est, res seculi cupit, amat divitias, oculos stibio linit.* Item in epist. ad Furiam. *Non habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes stibio fuliginatos.* Et in vita Paullae. *Turpanda est facies, quam contra Dei praeceptum purpurisso, & cerussa, & stibio saepe depinxi.* Clemens Paedagog. libro III. capit. II. Τρὶς γὰρ, οὐχ ἅπαξ ἀπωλωλέναι δίκαιαι, κροκοδείλων ἀποπάτοις χρώμεναι, καὶ σηπεδόνων ἀφροῖς ἐγχριόμεναι, καὶ ταῖς ὀφρύσι τὴν ἀσβόλην ἀναμαλτόμεναι, καὶ ψιμμυθίῳ τὰς παρειὰς ἐντριβόμεναι. Ambrosius lib. I. de Virginitate. *Hinc illa nascuntur incentiva vitiorum, ut quaesitis coloribus ora depingant, dum viris displicere formidant, & de adulterio vultus medicantur adulterium castitatis.* Vide Augustinum de Doctr. Christ. lib. IV. cap. XXI. Arnobius lib. II. *Luminas pertunderent aurium, imminuerent frontes limbis, fuligine oculos obumbrarent.* Cyprianus de Habitu virginum id vocat modo *oculos circumducto nigrore fucare*, modo, *nigro pulvere adulterare.* Naumachius γνωμικοῖς id reprehendit ut matrona honesta indignum.

Μηδὲ μέλαινε τεοῖσιν ὑπὸ βλεφάροισιν ὀπωπάς,
Οὐ γὰρ θηλυτέραις δέμας ὤπασεν ἡμιτέλεστον
Μορφήν, ὄφρα καὶ ἄλλα περὶ χροὶ τεχνήσαντο.

Scribo, περὶ χρόα τ.

Ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι) Vtitur hoc versu etiam infra.

Τὸν στέφανον τῖλαι) Solebant amatores κωμάζοντες corollas nectere sibi, quas capiti imponebant, ut possent amasiis suis placere. Synesius epist. XXXII. Ὁ γὰρ ἰδὼν τὸν πορνότριβα σοβοῦντα διὰ τῆς ἀγορᾶς, ἐν στεφάνῳ καὶ μύροις μεθύοντα καὶ κωμάζοντα, &c. Item epistola CXXI. Ἔτι δὲ κάλλιον ἂν καὶ στεφάνους παρασκευάσαιο κιττοῦ τε καὶ σμίλακος. οἷς ταυτόν τε καὶ τὰ παιδικὰ ἀναδήσαιο. AElianus ποικ. ἱστορ. lib. XIII. cap. I. de Hylaeo & Rhaeco Atalantae procis. Κλάδους δὲ πιτύων νεοδρεπεῖς ἀποκλάσαντες, εἶτα τούτοις ἑαυτοὺς διαπλέξαντες εἰργάζοντο στεφάνους; & quae sequuntur. Horat. Od. I. lib. IV.

Me nec femina, nec puer,
Iam nec spes animi credula mutui,
Nec certare iuvat mero,
Nec vincire novis tempora floribus.

Exempla habes apud Ovidium. Iuvenalem, & amorum illos Triumviros, quos lege. Vide praeterea Clementem Paedagog. lib. II. cap. VIII.

Οὐδὲ τὸ τηλέφιλον) Hesychius. Τηλέφιλον, φυτόν τι. τινὲς δὲ ἀείζωον ἄγριον. Vsitatum amatoribus scire volentibus an ab amasiis suis redamarentur. Iul. Pollux lib. IX. Τὸ δὲ πλαταγώνιον οἱ ἐρῶντες, ἢ ἐρῶσαι, ἔπαιζον. καλεῖται μὲν γὰρ οὕτω καὶ τὸ κρόταλον, καὶ τὸ σεῖστρον. ᾧ κατάβαυ καλοῦσιν (emendo καταβαυκαλῶσιν) αἱ τίτθαι, ψυχαγωγοῦσαι τὰ δυσυπνοῦντα τῶν παιδίων. Ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ τηληφύλλου (lego τηλεφίλου) καλουμένου φύλλα ἐπὶ τοὺς πρώτους δύο τῆς λαιᾶς δακτύλους, εἰς κύκλον ἐμβληθέντας, ἐπιθέντες τῷ κοίλῳ τῆς ἑτέρας χειρὸς ἐπικρούσαντες, εἰ κτύπον ποιήσειεν εὔκροντον (scribo εὔκροτον) ὑποσχισθὲν τῇ πληγῇ τὸ φύλλον, μεμνῆσθαι τοὺς ἐρωμένους αὐτῶν ὑπελάμβανον. Quae verba plurimum ad Theocriti lucem.

Ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός) A veteribus scientia ominandi κληδονιστικὴ magnopere culta fuit. Eius tres species. Palpitatio, Sternutatio, & Tinnitus auris. De Tinnitu sunt ista verba Aristaeneti lib. II. Οὐκ ἐβόμβει μοι (lego σοι) τὰ ὦτα ὅτε σου μετὰ δακρύων ἐμεμνήμην. De Sternutatione ad idyll. VII. dicendum erit. De Palpitatione hoc loco, contra quam elegans locus Iustini Martyris in Responsf. ad Quaest. XIX. Ὁ δὲ παλμὸς, πάθος, ἐστὶ σωματικὸν ἐκ τῆς διαδρομῆς τοῦ φυσικοῦ πνεύματος ἐν τῷ σώματι ὑφισαμένου πάντων τῶν ζώων. διὸ ἀνάξιον ἔκριναν οἱ ἅγιοι εἶναι κριτήριον τῶν μελλόντων τὸ τοιοῦτον σωματικὸν κίνημα; & quae sequuntur. Qui vero ex Palpitatione divinabant, ii *Salissatores* a veteribus Latinis dicebantur. Isidorus lib. VIII. *Salissatores vocati sunt, quia dum eis membrorum quaeque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum, seu triste, significari praedicunt.* Melampodis locum adduxissem, si non antevertisset Casaubonus, vir, de quo hoc verissime usurpaverim, quod de Porphyrio Eunapius, βιβλιοθήκη τις ἔμψυχος, καὶ περιπατοῦν μουσεῖον.

Ἱππομένης ὄκα δή) Fabula notissima: Duae vero fuerunt Atalantae, Altera Arcadica sagittandi peritissima, de qua est apud Ovidium Metamorph. libro VIII. Altera Boeotica pedum celeritate nobilissima: de ea hic Theocritus, & Ovidius Met. lib. X.

Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη) Docet Athenaeus lib. VIII. ex Aristotele amantes oculos potissimum inspicere, itaque in oculis amoris sedem constitutam. Hinc toties per oculos intrare amorem fingunt Poetae, ut enim vetus adagium: ἐκ τοῦ ὁρᾶν, τὸ ἐρᾶν. Musaeus.

Ὀφθαλ-

Ὀφθαλμὸς δ' ὁδὸς ἐστιν, ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων
Ἕλκος ὀλισθαίνει, καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὁδεύει.

Philemon.

Ὁρῶσι πάντες πρῶτον, εἶτ' ἐθαύμασαν,
Εἶτ' ἐπεθεώρησαν, εἶτ' εἰς ἐλπίδ' ἐνέπεσαν.
Οὕτω γίνεται ἐκ τούτων ἔρως.

Propertius lib. I. eleg. I.

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,
Contactum nullis ante cupidinibus.

Aristaenetus II. Διὰ τῶν ὀμμάτων ἐρωτικῶς διεθερμάνθη. Theophylactus Simocatus in epistola quadam. Μελανίππην Διοδώρου ἀπόγονον ἐκτόπως ποθῶ, μηδὲ ὄναρ ποτὲ τὸ γύναιον θεασάμενος, ἀλλὰ μόνον ἀκούσας ὑπό τινος ᾄδειν αὐτὴν θαυμαστῶς, καὶ βέβλημαι τὴν ψυχὴν μηδὲν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀδικούμενος.(a). Maximus Tyrius in Dissert. de Amore. Ἀρχὴ δὲ αὐτοῦ (τοῦ ἔρωτος) ἄνθος σώματος ἐρχόμενον εἰς ὀφθαλμοὺς, καὶ δι' αὐτῶν ἐπὶ τὴν ψυχὴν ῥέον, ὁδοὶ γὰρ κάλλους οἱ ὀφθαλμοί. Elegantissime Philostratus de oculis. Ὦ καλοὶ δαδοῦχοι ἔρωτος, πρῶτοι μὲν ὑμῖν τὸ κάλλος ἐπυρσεύσατε. Hinc visus prima amoris linea. AEl. Donatus Eunuch. Act. IV. Sc. II. *Quinque lineae perfectae sunt ad amorem: prima visus, secunda loqui, tertia tactus, quarta osculari, quinta coitus.*(b)

Τὰν ἀγέλαν χ' ὡ μάντις) Plene haec habes apud Apollodorum lib I. Didymum ad Odyss. λ'. & Apollonii Scholiasten lib. I. Adonidem vero Veneris amasium nemo nescit, quem eius odio Musae occiderunt: unde Lycophron.

Καὶ τὸν θεοῖς κλαυσθέντα γαιάντος τάφον,
Σχοινίδι μυσόφθαρτον ἀρέντα ξένη,
Κρανταῖσι λευκῷ τὸν ποτ' ἔκτανε πτίλας.

Ἄτροπον ὕπνον ἰαύων ἐνδυμίων) De Endymionis fabula, ut notissima, nihil dicam. Illud monebo: ab eo scilicet amasios *Endymiones*, ut a Ganymede *Catamitos*, adpellatos. Apuleius Miles. I. *Infit illa cum gladio: Hic est, soror Panthia, carus Endymion: hic Catamitus meus, qui diebus, ac noctibus, aetatulam meam illusit.*

Ζαλῶ δὲ φίλα γύναι ἰασίωνα) Vide Hesiodum extrema Theog. & Didymum ad Odiss. ἑ.

Κείσεῦμαι δὲ πεσὼν) Κεῖσθαι funerum verbum est. Hesychius. Κεῖται, ἀεὶ ἐπὶ κακοῦ τίθεται τοῦτο, ἢ ἀπραξίας. Homerus Iliad. τ'.

Κεῖται ἀνὰ πρόθυρον.

Theognis.

Καὶ κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενον.

Synesius epist. III. Τρίτη μὲν ἦν αἰσχύνη κειμένῳ, ἡ δὲ ἀδελφιδῆ τότε πρῶτον, &c. Parthenius Erot IV. Ἀθυμήσας ὁ Ἀλέξανδρος ἐξέπνευσεν. οἰνώνη δὲ ἐπεὶ νέκυν ἤδη κατὰ γῆς κείμενον ἴδεν, &c Et infinitis locis Sed quod ille ait, κατὰ γῆς κείμενον, id vero observatione non indignum. Humi antiquitus deponi solita cadavera. Artemidorus lib. I. cap. X. Οἱ ἀποθνήσκοντες ἐσχισμένοις ἐνειλοῦνται ῥάκεσι, καὶ χαμαὶ τίθενται. Valer. Maximus lib. I. cap. VIII. *Aliquid admirationis civitatis nostrae Acilii etiam Aviolae rogus attulit, qui & a medicis, & a domesticis mortuus creditus, quum aliquandiu humi iacuisset, elatus,* &c. Ecce, humi positi mortui, atque id quidem in aedium vestibulo, pedibus foras spectantibus, quod a viris magnis iam olim observatum. Graeci id & προτιθέσθαι, & προκεῖσθαι dicebant. Sophocles Aiace.

Θανόντες ἂν προὐκείμεθ' αἰσχίστῳ μόρῳ.

Aristophanes Concionantibus προκείμενον absolute τὸν νεκρὸν dixit.(c)

Idyll. IV.

Καὶ πόκα τήνος ἔλαιον) Oleo se unxisse athletas, vel pueri norunt in trivio: sciendum vero id factitatum vel suis, vel publicis expensis. Observo id ex Vlpiani Commentariis ad Orat. Πρὸς Λεπτίνην. Γυμνασίαρχος δὲ, ὁ παρέχων τοὔλαιον τοῖς γυμναζομένοις, γυμνάσιον γὰρ τὴν παλαίστραν ἐκάλουν, καὶ κρατῆρας ἐπίμπλασαν τοῖς βουλομένοις δημοσίᾳ χρίεσθαι. Vel refer, sis, ad oleastrum, e quo coronae victorum. Erant vero certaminum victoribus propositae coronae, vel solae, vel cum muneribus: & in quibus solae quidem coronae, ἀγῶνες στεφανῖται, in quibus etiam munera, ἀγῶνες ἀργυρῖται dicebantur. Idem Vlpianus sub Orationis eiusdem exordium. Οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀγώνων εἰσὶ στεφανῖται. οἱ δὲ, ἀργυρῖται. δίδονται δὲ ἐν μέγισται δωρεαὶ καὶ μετὰ τὸν στέφανον. Inde Pindarum explico Olympion. Od. VIII.

Μᾶτερ ὦ χρυσοστεφάνων
Ἀέθλων Ὀλυμπία,
Δέσποιν' ἀλαθείας.

Dicit χρυσοστέφανα ἆθλα, quia agonum Olympicorum hi στεφανῖται, illi ἀργυρῖται.

Κώχετ' ἔχων σκαπάναν) Athletas triginta dies ante legitimum certamen exerceri consuevisse, notavit Is. Casaubonus. Inde intelligendus Ambrosius Offic. lib. I. cap. X. *Qui viribus corporis legitimoque luctandi certamine coronam petunt, quotidiano usu palestrae durantes membra, nutrientes patientiam, laborem adsuescunt.*

Τῶ σκληρῶ μάλα δαίμονος) Genium natalitii diei omnisque vitae praesidem credebat antiquitas. Censorinus capit. III. *Genius est deus, in cuius tutela, ut quisque natus est vivit.* Festus. *Genium adpellabant deum, qui vim obtineret rerum omnium gerendarum.* Mart. Capella lib. II. *Generalis omnium praesul & specialis singulis hominibus Genius admovetur, quem Praestitem, quod praesit gerundis omnibus, vocaverunt.* Et postea. *Ideoque Genius dicitur: quoniam cum quis hominum genitus fuerit, mox eidem copulatur. Hic tutelator fidissimusque germanus animos omnium mentesque custodiat.* Arrianus in Epictetum libro I. cap. XIV. Ἀλλ' ἐν οὐδὲν ἧττον καὶ ἐπίτροπον ἑκάστῳ παρέστησε τὸν ἑκάστου δαίμονα καὶ παρέδωκε φυλάσσειν αὐτὸν αὐτῷ. M. Antonius Imp. Τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. V. Συζῆν δὲ θεοῖς ὁ συνεχῶς δεικνὺς αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀρεσκομένην μὲν τοῖς ἀπονεμομένοις, ποιοῦσαν δὲ, ὅσα βούλεται ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ. Huc pertinent illa in Cebetis Tabula. Ὁ δὲ γέρων ὁ ἄνω ἑστηκὼς ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, τῇ δὲ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικνύων τι, οὗτος Δαίμων καλεῖται. προστάττει δὲ τοῖς

[a] Hinc miratur *Iuvenalis* ob eum,
Qui numquam visae languebat amore puellae.

[b] Apud *Ovidium* reperies illud:
Si nescis, oculi sunt in amore duces.

[c] Consule *De Fauvre.*

τοῖς ἐμπορευομένοις τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν ὡς ἂν εἰσελθῶσιν εἰς τὸν βίον, καὶ δεικνύει ποίαν ὁδὸν δεῖ αὐτοὺς βαδίζειν, εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ. Hinc Sophocles Aiace.

Πρέπον γε τ' ἦν ἂν δαίμονος τοῦ μοῦ τόδε.

& Oedip. Tyranno.

Ἀλλ' εὐτυχοίης, καὶ σὲ τὴν δὲ τῆς ὁδοῦ
Δαίμων ἄμεινον ἢ 'μὲ φρουρήσας τύχοι.

Trachiniis.

Αὐτὴ τὸν αὐτῆς δαίμον' ἀνακαλουμένη.

Parthenius Erot. XVII. Κατολοφυραμένη τὸν αὐτῆς δαίμονα ἀνεῖλεν ἑαυτήν. Terentius Phorm. Act. I. Sc. I.

——*mihi usu venit hoc, scio,*
Memini relinqui me, deo irato meo.

Vocat *deum suum*, Genium vitae suae praesidem. Persius Sat. IV.

——*diis iratis, Genioque sinistro.*

Polemon Φυσιογνωμικῷ. ὅσοι δὲ ἀναστρεφομένους περὶ τὴν κόρην τοὺς κύκλους ἔχουσι, συνδεδεμένους τῆς κινήσεως, τούτοις δέδοται ἔργα ἄνομα, ἅπερ αὐτῶν ἡ ψυχὴ μαινομένη ποιήσει κακαῖς βουλαῖς, ὥσπερ ἐλαυνομένη δαίμονι οὐκ ἀγαθῷ. Geminos autem singulis Genios attribuebant, bonum, malum. Vide Servium AEneid. VI. Menander tamen improbat.

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
Εὐθὺς γινομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου
Ἀγαθός. κακὸν γὰρ δαίμον' οὐ νομιστέον
Εἶναι, βίον βλάπτοντα χρηστόν, πάντα γὰρ
Δεῖ ἀγαθὸν εἶναι τὸν θεόν.

Prior, Callimacho Hymn. VI. δαίμων δεξιός; alter, Pindaro Pythion. Od. III. δαίμων ἕτερος dicitur. A Magis autem hoc profectum docet ex Aristotele Diog. Laertius libro I. Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ περὶ φιλοσοφίας καὶ πρεσβυτέρους εἶναι (Μάγους φησὶ) τῶν Αἰγυπτίων, καὶ δύο κατ' αὐτοὺς εἶναι ἀρχάς, ἀγαθὸν δαίμονα καὶ κακὸν δαίμονα. καὶ τῷ μὲν ὄνομα εἶναι Ζεὺς καὶ Ὠρομάσδης, τῷ δὲ Ἅδης καὶ Ἀρειμάνιος. Hesiodus libro I. Geniorum pluralitatem adfirmat,

Τοὶ μὲν δαίμονες, &c. locus notus.

Adgnoscit eamdem Timaeus Locrus lib. περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος. Ἅπαντα δὲ ταῦτα ἐν δευτέρῳ περιόδῳ ἁ Νέμεσις συνδιέκρινε σὺν δαίμοσι παλαμναίοις χθονίοις τε ἐπόπταις τῶν ἀνθρωπίνων, οἷς ἁπάντων ἁγεμὼν θεὸς ἐπέτρεψε διοίκησιν κόσμω συμπεπληρωμένω ἐκ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων, τῶν τε ἄλλων ζώων, ὅσα δεδαμιούργηται ποτ' εἰκόνα τὰν ἀρίσταν εἴδεος ἀγεννάτω. AEgyptii hominibus quatuor praesides attribuebant, Genium, Fortunam, Cupidinem, Necessitatem. Vide Macrobium Sat. lib. I. cap. XIX. Apud Romanos viri Genio natalem suum acceptum referebant. Arnobius lib. II. *Toga sternitis lectulos, & maritorum Genios advocatis.* Iuvenalis Sat. VI.

—— *vetus est alienum Posthume lectum*
Concutere, atque sacri Genium contemnere fulcri.

Hinc enim facem praefero isti loco. Mulieres vero Iunoni. Inde Tibullus.

Haec per sancta tuae Iunonis numina iuro,
Quae sola ante alios est mihi magna Deos.

Et lib. III. eleg. VII.

Etsi perque suos fallax iuravit ocellos,
Iunonemque suam, perque suam Venerem.

Apud nequitiae Arbitrum impudica illa Quartilla. *Iunonem meam iratam habeam, si me umquam meminerim virginem fuisse.* Sed haec Viro Nobilissimo & Doctissimo Iano Dousae olim notata. (a)

Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν) Docet Poeta in rebus adversis non abiiciendum animum. In eamdem sententiam Linus Poeta vetus. (b)

Ἔλπεσθαι χρὴ πάντ' ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον.
Ῥᾴδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.

Apollodorus Comicus.

Οὐδέποτ' ἀθυμεῖν τὴν κακῶς πράσσοντα δεῖ
Ἄνδρες, τὰ βελτίω δὲ προσδοκεῖν ἀεί.

Huc pertinet figmentum de Pandorae pyxide. Porro a Romanis religiosissime culta fuit Spes, eique aedes in foro Olitorio consecrata a Collatino.

Τὸ γερόντιον ἢ ῥ' ἔτι μύλλει;) Μύλλειν, ut Latinis *Molere*, vocabulum est, quale ad sacra sua Bona dea numquam admittat. Hesychius, Μύλλει, πλησιάζει. Sed haec talia ignorare poteramus.

Idyll. V.

Δῶλε Συβάρτα) Verum omnino quod ait Scholiastes. Εἰώθασιν δὲ οἱ παλαιοὶ τοῖς δούλοις ὀνόματα τιθέναι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. Iuvenalis interpres Sat. VI. *Antiquitus servis nomina ex gentibus suis ponebantur.* Non semper tamen, quinetiam a venditoribus, a dominis ab aliis quibuslibet rebus. Varro de L. L. lib. VII. *Tres cum emerunt Ephesi singulos servos nonnumquam alius declinat nomen ab eo quod vendidit Artemidorus, atque Artemam adpellat: alius ab regione, quod ibi emit, ab Ionia Ionam: aut ab urbe Epheso Ephesium; sic alius ab alia aliqua re, ut visum est.* Desierunt vero a dominis nomina trahere sub Imperatoribus. Quintilianus lib. I. cap. IV. *In servis iam intercidit illud genus quod ducebatur a domino, unde Marcipores Publiporesque.*

Οὐδὲ γὰρ εὐμάρις) Veteres rudiori illo aevo lectorum usum ignorantes pellibus stratis utebantur. Theocritus hoc loco, & idyllio XXVIII.

Ἀλλ' ὑπὸ σοὺς πέπλους ἁπαλὸν νάκος ἠνίδα βάλλω.

Iuvenalis Sat. VI.

Silvestrem montana torum quum sterneret uxor
Frondibus, & culmo, vicinarumque ferarum
Pellibus. ——— (c)

Tendebantur vero funibus, ita ut pensiles essent. Lucilius lib. XI. apud Nonium.

Hic ubi concessum, pellesque ut in ordine tentae.

Et lib. VI.

Tres a Deucalione grabati restibus tenti.

Frondibus etiam lectos sternebant, ut vides apud Iuvenalem, & infra dicemus ad epigrammata. Vide Wouwerii ad Petron.

Ἔντι μὲν οὐδὲν ἱερὸν) Hesychius. Οὐδὲν ἱερόν. παροιμία λεγομένη ἐπὶ τῶν τέλεον ἀχρήστων πρὸς τὸ συλλαβεῖν καὶ ἐπαρκεῖσθαι, καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς γνωρίμοις. φασὶν δὲ ἡρακλέα πρῶτον θεασάμενον

(a) Consule *Fabrettum Inscript. Antiq. Class. II.*
(b) Num haec supposititia?
(c) *Virgilius:*
——— *Et caesarum de more bidentum*
Pellibus incubuit stratis.

μῦσον τὸν ἄδωνιν, εἰπεῖν, ὐδὲν ἱερόν. ἴσως ἦν ἀνίδρυτον, διὰ τὸ πρὸς μηδὲν εἶναι χρήσιμον.

Ὑ'ς πότ' ἀθηναίαν ἔριν ἤρισε) Festus. *Sus Minervam, in proverbio est, ubi quis id docet alterum, cuius ipse inscius est.* Censorinus capit. I. *Ex philologis commentariis quasdam quaestiunculas delegi, quae congestae possint aliquantum volumen efficere: idque a me vel docendi studio, vel ostentandi voto fieri non praedico: ne in me, ut vetus adagium est, iure dicatur,* SVS MINERVAM. Symmachus in quadam ad Patrem epistola, cuius editionem industriae Schoppianae debemus. *Vnus aetate nostra monetam latiaris eloquii Tulliana incude finxisti: quidquid in Poetis lepidum, apud Oratores grave, in annalibus fidele, inter Grammaticos eruditum fuit, solus hausisti iustus heres veterum litterarum. Ne mihi verba dederis: novi ego quid valeat adagio:* SVS MINERVAM. Hieronymus (a) in epistola quadam ad Marcellam. *Vnde & nos oblitae virium nostrarum, & non quid possumus, sed quid velimus tantum cogitantes, magistram cupimus docere discipulae, & ut est vulgare proverbium. Sus artium repertricem.*

Ζῶντ' ἄφες) Elegans loquutio. Plautus in Mostellaria dicit *vivum amittere.*

Habeo Neptune magnam gratiam tibi,
Quom me amisisti vix a te vivum modo.

Βάλλεν κ᾽ μάλοισι τὸν αἰπόλον) Pomum amoris symbolum. Vide Philostrati εἰκόνας in Cupidinibus. Aristaenetus lib. I. Αὐτίκα γῦν κατὰ τὸ Ἀρτεμίσιον, ὡς ἐθεάσω προκαθημένην τὴν κόρην, τῦ κήπυ τῆς ἀφροδίτης κυδώνιον ἐκλεξάμενος μῆλον, ἀπάτης αὐτῷ περιγεγράφηκας λόγον. Virgilius eclog. III.

Malo me Galatea petit lasciva puella.

Aristophanes νεφέλαις.

——— ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχήνῃς
Μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίυ, τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῇς.

Scholiastes. Μήλῳ βληθεὶς, ἀντὶ τῦ ἔρωτι. μηλοβολεῖν γὰρ ἔλεγον εἰς τὰ ἀφροδίσια δελεάζειν. ἐπεὶ καὶ τὸ μῆλον ἀφροδίτης ἐςὶν ἱερόν. Hesychius. Μηλοβολεῖν. πλῆξαί τινα, κ᾽ εἰς ἔρωτα ὑπαγάγεσθαι. Inde Coluthus ἑλένης ἁρπαγῇ vocat pomum κτέαρ ἐρώτων, eleganter. (b)

Μῆλον ἔχειν ἐπόθησεν, ὅτι κτέαρ ἐςὶν ἐρώτων. Ita lego non κτέρας. Neque abludunt illa Artemidori lib. I. cap. LXXV. Μῆλα μὲν ἐαρινὰ γλυκέα κ᾽ πεπανὰ κ᾽ ἰδεῖν κ᾽ φαγεῖν ἐςὶν ἀγαθόν. πολλὴν γὰρ ἐπαφροδισίαν σημαίνει. μάλιςα τοῖς περὶ γυναικὸς ἢ ἐρωμένης φροντίζυσι. ταῦτα γὰρ ἀνάκειται τῇ ἀφροδίτῃ.

Λιπαρὰ ᾗ παρ' αὐχένα σεῖετ' ἔθειρα) Λιπαρὰ ἔθειρα propter unguentum quo capillos delibutos habebant. Sic Callimachus Hymno v. λιπαρὸν πλόκαμον dixit. Synesius epist XXXII. Ὁ γὰρ ἰδὼν τὸν πορνότριβα σοβῦντα διὰ τῆς ἀγορᾶς, ἐν ςεφάνῳ κ᾽ μύροις μεθύοντα καὶ κωμάζοντα, &c. Horatius lib. II. Od. XI.

Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinu, iacentes sic temere, & rosa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Assyriaque nardo,
Potamus uncti? ———

Et apud Iuvenalem, Ovidium, Amorum Triumviros.

Ἐςὶ δέ μοι γαῦλος) Multa γαῦλος designat: navigium Phoenicum, haustrum, vas pastorale. Lexicon Herodoteum vetus. Γαῦλος, πλοῖον φοινίκιον, κ᾽ φρέατος ἀντλητήριον, κ᾽ γαλακτοδόχον ἀγγεῖον. De navi Festus. *Gaulus, genus navigii paene rotundum* (c). De haustro capies in Alexandri AEtoli elegia quae est apud Parthenium.

——— λόγος δὲ οἱ ἔχεται ὅτος.
Γαῦλός μοι χρύσεος φρέατος ἐκ μυχάτυ,
Νῦν ὄγ ἀνελκόμενος, &c.

De vase pastorali Theocritus hic, & Iul. Pollux lib. I. cap. XII. Τὸ δὲ φαῦλον τῦ γάλακτος, ὀῤῥός. τὰ δὲ ἀγγεῖα, γαυλός. Lego, τ. δ. α. γαυλοί. Vide Hesychium. Latini *Sinum* vocant. Virgilius eclog. VII.

Sinum lactis, & haec tibi liba Priape quotannis
Exspectare sat est. ———

Varro tamen lib. IV. de LL. vas vinarium grandius esse putat. *Vas vinarium grandius sinum, ab sinu, quod sinu maiorem cavationem, quam pocula, habeat.* Idem libro I. De Vita Populi Romani. *Vbi erat vinum in mensa positum, aut galeola, aut sinum.*

Οὐκ ἐφίλασε τῶν ὤτων καθελοῖσ') Mos veteribus auriculis adprehensis osculari quemquam. Vides hic, & apud Aristaenetum libro I. in epistola Musarionis. Ταχὺ γὰρ ἐπαφρόδιτον μηδὲν μελλήσας ἧκέ μοι φίλημά τι μόνον ἀποκομίζων. κἀγὼ τῶν ὤτων λαβομένη τρίς σε φιλήσω. Tibullus lib. II. eleg. V.

Et foetus matrona dabit, gnatusque parenti
Oscula comprensis auribus eripiet,

Plutarchus lib. de Auditu. Οἵ τε πολλοὶ τὰ μικρὰ παιδία καταφιλῦντες, αὐτοὶ τὸν τῶν ὤτων ἅπτονται, καὶ τύτοις τ' αὐτὸ ποιεῖν κελεύυσιν. αἰνιττόμενοι μετὰ παιδιᾶς, ὅτι δεῖ φιλεῖν μάλιςα τοὺς διὰ τῶν ὤτων ὠφελῦντας. Clemens Strom. V. Οὔκυν εἰκῇ τοῖς παιδίοις παρακελευόμεθα, τῶν ὤτων λαμβανομένοις φιλεῖν τὺς προσήκοντας. τῦτο δήπυ αἰνιττόμενοι, δι' ἀκοῆς ἐγγίγνεσθαι τῆς ἀγάπης τὴν συναίσθησιν, Atque id osculi genus χύτρα nuncupatum fuit. Iulius Pollux lib. X. cap. XXIV. Εἰδέναι δ' ὁ φαῦλον, ὅτι καὶ χύτρα φιλήματος ἦν εἶδος, ὁπότε τὰ παιδία φιλοίη τῶν ὤτων ἐπιλαμβανόμενα. Et memini super hac re legere quid in Notis viri eruditissimi Gulielmi Canteri, quae si voles vide. Cod. mihi haud ad manum.

Ὄκα οἱ τὰν φάσσαν ἔδωκα) Observa, lector, amasios columbas sibi mutuo donare consuevisse, quia Veneri, divae eorum tutelari, aves eae consecratae. Petronius Satyrico. *Forte quum in triclinio iaceremus, quia dies solennis ludum arctaverat, pigritiamque recedendi imposuerat hilaritas longior, fere circa mediam noctem intellexi puerum vigilare. Itaque timidissimo murmure votum feci; &, Domina, inquam, Venus, si ego hunc puerum basiavero, ita ut ille non sentiat, cras illi par columbarum donabo.* (d)

Ἐς

(a) Nisi me fallit memoria, haec Epistola non est Hieronymi, sed Paullae & Eustochii inter Epistolas Hieronymi.
(b) Vide etiam Epigramma Platonis apud *Laertium*.
(c) Num hinc *Galea*? nam infra apud *Varronem* invenies *Galeola*.
(d) Apud *Virgilium* pastor pullos palumbium suae se Veneri missurum ait.

Ε'ς ὐρανὸν ὔμμιν ἀλεῦμαι) Proverbialis loquendi forma. Ariſtaenetus lib. I. Καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τῦτο, ἐδόκει τῇ κεφαλῇ ψαύειν τοῦ ὐρανῦ. Horatius lib. I. Od. I.

Quod ſi me Lyricis vatibus inſeris,
Sublimi feriam ſidera vertice.

Symmachus lib. I. *Quid ſi adfuiſſes tam bonae voluntatis auditor? Nae ego digito, ut aiunt, ſupera convexa tetigiſſem.*

Idyll. VI.

Ε'ξ ἁλὸς ἐρχομένας) Mos antiquitus virginibus aeſtivo tempore mare frequentare lavandi cauſſa. Ariſtaenetus lib. I. Παρὰ τὴν ἀκτὴν ἑστηκότι μοι κατὰ πέτρας, καὶ τῷ ἀγκίστρῳ προσπεπηγότα κάλλιστον ἰχθὺν ἀνασπῶντι τῦ καλάμυ κυρτωμένυ τῷ βάρει, προσῆλθέ τις εὐπρόσωπος κόρη, κάλλος αὐτοφυὲς καὶ ὅμοιον αὐτομάτῳ φυτῷ φέρυσα. καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἔφην. ἑτέρα πολλῷ βελτίων τῆς προτέρας ἐμπέπτωκεν ἄγρα. Αὕτη τὴν ἐσθῆτα, φησὶ, πρὸς τῦ ποσειδῶνος, φύλαττε τὴν ἐμὴν ἄχρις ἂν τοῖς κύμασιν ἐμαυτὴν ἀπολύσω. Ovidius Metamorphoſeon lib. XIV.

Parvus erat gurges curvos ſinuatus in arcus,
Grata quies Scyllae, quo ſe referebat ab aeſtu
Et maris, & caeli, medio quum plurimus orbe
Sol erat, & minimas a vertice fecerat umbras.

Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς) Nimirum ἱερᾶς, Heſychius. Τὸν ἀφ' ἱερᾶς. γραμμή τις ἐν τῇ παιδιᾷ τῶν πεσσῶν ἱερὰ καλυμένη. Reliqua deſunt, ſcribe itaque pro puncto *. Plenius de hoc vetere ludo dicere lubet. Erant in laterculo (πλινθίον, Graeci vocant) regiones lineis diſtinctae, quas πόλεις nuncupabant. Erant hae regiones plerumque lineis tranſverſis, & decuſsationibus, alternatim diſtinctae, quinque, & viginti numero, ſingulis latrones quinque inſidebat, excepta media, cui tantum quatuor. Excubabant itaque utrimque latrones, ſeu canes mavis, hoſtili animo inſidiantes, coloribus varii; eaque erat ludi ratio, ut ſi unus ex hoſtili agmine incomitatus deprehenderetur, ut circumveniri poſset, captivus ex acie transferretur. Ex iſtis autem lineis, quae media eſset ἱερὴ, dicebatur, a qua movere calculum religio fuit, niſi quum magna, & inevitabilis quaedam urgeret neceſſitas. Vide Caelium Calcagninum. Hinc illud eſt, τὸν ἀφ' ἱερᾶς κινεῖν. Adi Paroemiographos, & Iul. Pollucem lib. VII. cap. IX. Calculus autem, qui in ſacra illa linea, *incitus* dicebatur, reliqui *ordinarii*, & *vagi*. Iſidorus Orig. lib. XVIII. cap. LXIII. *Calculi partim ordine moventur, partim vage. Ideo alios ordinarios, alios vagos adpellant. At vero, qui moveri omnino non poſſunt, incitos dicunt.* Quia vero eas lineas πόλεις dicebant orta adagio, πόλεις παίζειν. Heſychius. πόλει (emendo πόλεις) παίζειν, παροιμιῶδες, καὶ δοκεῖ μετενηνέχθαι ἀπὸ τῶν ταῖς ψήφοις παιζόντων, ταῖς λεγομέναις νῦν μὲν χώραις, πότε δὲ πόλεσι. Sophocles quoque ναυπλίῳ πυρκαεῖ, ut monet ille Grammaticus, propter linearum numerum πεσσὰ πεντάγραμμα dixit.

Ἠ γὰρ ἔρωτι πολλάκις) Recte. Caecus enim Amor a Poetis fingitur, quod conſilio, & ratione careat, neque quid utile quid honeſtum ſit videat, non enim ulla ratione, ſed ſolo adfectu ducitur amor, ut optime dixerit divinus ille Plato, Τυφλῦται τὸ φιλῦν περὶ τὸ φιλύμενον.

Ἠ γὰρ πρὰν ἐς πόντον ἐσέβλεπον) Abſurdiſſimum iſtud, nam aqua marina propter craſſitiem minime dilucida; & tamen videmus ſequi Virgilius eclog. II.

Nec ſum adeo informis, nuper me in littore vidi,
Quum placidum ventis ſtaret mare —— [a]

Qui locus, & ab Seneca adducitur Natural. Quaeſt. lib. I. cap XVII. *Fons cuique pellucidus, aut leve ſaxum, imaginem reddit,*

—— nuper me in littore vidi,
Quum placidum ventis ſtaret mare. ——

qualem fuiſſe cultum putas ad hoc ſpeculum ſe cernentium; ubi amicus meus Petrus Scriverius geſtit reponere, *cernuantium*, me non admodum nolente. Verum quod de levi ſaxo ait idem Romanus Sapiens plane non capio, quaero alium Oedipum [b]. Ineptiunt itaque Theocritus, & Virgilius, & cum iis nonnihil Seneca, qui de fonte loquens, de mari exemplum profert. In flumine debet forma videri; melius ab aliis ſervatum decorum. Ovidius Metam. lib XIII.

Certe ego me novi, liquidaeque in imagine vidi
Nuper aquae, placuitque mihi mea forma videnti.

Nemeſianus eclog. II.

Quinetiam fontis ſpeculo me mane notavi,
Nondum purpureos Phoebus quum tolleret orbes,
Nec tremulum liquidis ſplendores lumen in undis.

Calpurnius eclog. II.

Fontibus in liquidis, quoties me conſpicor ipſe,
Admiror toties. —— [c]

Speculorum autem apud veteres duo genera: orichalcum, & fluvii [d]; hoc opulentiorum, illi pauperum. De illis diximus, de hoc intelligendus Auſonius Moſella.

Sic ubi compoſitos oſtentatura capillos
Candentem late ſpeculi explorantis honorem,
Quum primum carae nutrix admovit alumnae,
Laeta ignorato fruitur virguncula ludo.
Germanaeque putans firmam ſpectare puellae,
Oſcula fulgenti dat non referenda metallo.

Complectitur utrumque genus Callimachus Hymno V.

Οὐχ ἐς

[a] Miror haec dici a *Meurſio*, quum nil referat quid eſſe craſſum, modo aequa, ac laevi ſuperficie ſit, ut imaginet.

[b] Forte ipſe Oedipus fuerim; nam ſaxum duriſſimum, ut marmor, & huiuſmodi, ſi laeviges, & iniquam, aſperamque faciem teras, ac demas, imaginat. Ipſe certe non video cur Theocritus, & Virgilius, & Seneca ineptiant.

[c] Poterat & Narciſſi exemplum adducere.

[d] Conſule de hoc pariter *Meurſium* in *Auctario Philologico*.

Οὐκ ἐς ὀρείχαλκον μεγάλα θεὸς, οὐδὲ Σιμοῦντος
Ἔβλεψεν δίναν ἐς διαφαινομέναν.
Οὐδ' ἥρη. κύπρις ἢ διαυγέα χαλκὸν ἑλοῖσα
Πολλάκι, τὰν αὐτὰν δὶς μετέθηκε κόμαν.

Elegantissime etiam disertissimus Apuleius in Apologia. *Videnturne vobis debere Philosophi haec omnia vestigare, & inquirere, & cuncta specula vel uda, vel suda soli videre?* Bellissime hercule *uda specula*, vocat fluvios, *suda* autem, quae ex oricalcho; quorum item genera tria apud veteres invenio, plana, globosa, cava. Idem Apuleius, loco citato. *Quibus praeter ista, quae dixi, etiam ista ratiocinatio necessaria, cur in planis quidem speculis ferme pares obtutus, & imagines videantur, in tumidis vero, & globosis, omnia defectiora, at contra in cavis auctiora.* Planorum meminit Maximianus.

Fontis aquae reddunt simulacra imitantia verum,
Qualia laeve refert speculi quum cernimus aequor.

Globosorum Euphorbus.

Forma repercussus liquidarum fingit aquarum,
Quales purifico speculorum ex orbe reducit.

Cavorum autem mentio apud Agathiam libro v. Δίσκον μὲν γάρ τινα ἐσόπτρῳ δίκην ἐσκευασμένον, καὶ ἠρέμα ὑποκοιλαινόμενον ταῖς τοῦ ἡλίου ἀκτῖσιν ἀντέμπτλα τῆς αἴγλης. Sed illa iam ignorantur (a), sola plana, & globosa etiamnum videntur. Quin & materies mutavit, nam pro orichalco nobis crystallus (b). Ad uda specula pertinet Macrobii capit. xiv. lib. vii.

Τῶν δέ τ' ὀδόντων λευκοτέραν αὐγὰν) Dentes candidi in pulcritudinis parte. AElianus ποικ. ἱστορ. lib. xii. cap. 1. de Aspasia. Ὑπέφαινε δὲ καὶ τὰ χείλη ἐρυθρὰ, καὶ οἱ ὀδόντες λευκότεροι χιόνος ἦσαν. Catullus epigram. xi. in Egnatium.

Egnatius quod candidos habet dentes,
Renidet usquequaque. ———

Inde quidam formae curiosi ut dentes albescerent lentiscum edebant. Vnde σχινοτρῶκται. Auctor Proverb. Εἰώθασι τὸν σχῖνον τρώγειν οἱ καλλωπιζόμενοι ἕνεκα τοῦ λευκοῦν τοὺς ὀδόντας, παρὸ καὶ τούτους σχινοτρώκτας λέγουσι. Nec lentiscus tantum ei usui, verum & scilla, inde σχινίζεσθαι dicebantur. Etymologicum. Τὴν σκίλλαν διαμασῶνται οἱ καλλωπιζόμενοι ἕνεκα τοῦ λευκοῦν τοὺς ὀδόντας, ἀφ' οὗ καὶ τὸ σχινίζεσθαι. Etiam pulvisculus. Hieronymus in epistola quadam ad Sabinianum. *Amiciris linteis, digitos annulis ornas, dentes pulvere teris, raros in rubenti calvaria digeris capillos.* Celtiberi lotio dentes fricabant. Catullus.

Nunc Celtiber in Celtiberia terra
Quod quisque minxit, hoc sibi solet mane
Dentem, atque russam defricare gingivam.

Quod etiam memorat Strabo lib. x.

Παρίας ὑπέφαινε λίθοιο) Petronius. *Iam mentum, iam cervix, iam manus, iam pedum candor intra auri gracile vinculum positus, Parium marmor extinxerat.* Virgilius.

Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum Pariusve lapis circumdatur auro.

Τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον) Viguit illa prisco aevo superstitio ut ad amoliendum fascinum ter in sinum exspuerent. Callimachus.

Δαῖμον, τί κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες;

Ipse hic Theocritus idyllio sequente,

Ἄμμιν δ' ἀσυχία τε μέλοι, γραῖα τε παρέη,
Ἅτις ἐπιφθύσδοισα τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι.

Et idyll. xxi.

Τοιάδε μυθίζοισα τρὶς εἰς ἑὸν ἔπτυσε κόλπον.

Theophrastus in Eth. Charact. περὶ Δεισιδαιμ. Μαινόμενόν τε ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον φρίξας εἰς κόλπον πτύσαι. Iuvenalis Sat. vii.

Tunc immensa cavi spirant mendacia folles
Conspuiturque sinus. ———

Interpres vetus. *Propter fascinum verborum ter sibi in sinu spuunt, & videntur fascinum arcere.* Petronius. *Mox turbatum sputo pulverem medio sustulit digito* (c), *frontemque repugnantis signavit: hoc peracto carmine ter me iussit exspuere.* Tibullus lib. 1. eleg. 11.

Haec mihi composuit cantus queis fallere posses,
Ter cane, ter dictis despue carminibus.

Inde *lustrales salivas* dixit Persius Sat. 11.

Ecce avia, aut metuens divum matertera, cunis
Exemit puerum: frontemque atque uda labella
Infami digito & lustralibus ante salivis
Expiat. ———

Sed latissimi usus haec superstitio. Vide quae amicus meus Ioannes a Wouweren ad Petronium nupere.

Idyll. vii.

Οὐδ' ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλλίδες) Cur ἐπιτυμβιδίους κορυδαλλίδας vocet Theocritus, disces ex Aristophanis Avibus, quas vide.

Ἢ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι;) Mos olim tempus convivis certum praestituere, quo adesse ipsi vellent. Aristophanis Scholiastes ἐκκλησιαζούσαις. Τὸ παλαιὸν καλοῦντες ἐπὶ δεῖπνον παρεσημαίνοντο τὴν σκιάν. καὶ οὕτως οἱ μὲν ἔμενον τοὺς κληθέντας, οἱ δὲ ἀπήεσαν ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις οὐδ' ὑπὸ τηρήσεως οὔσης αἰτίας, ἐφ' ἧς οἷόν τε ἦν τεκμήρασθαι εἰς πόσας ὥρας προήκει. Inde Aristophanes eo loco.

——— σοὶ δὲ μελήσει
Ὅταν ᾖ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον λιπαρῶς χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον.

Itaque summo opere ad convivium vocatis observatum ut tempori adessent. Qui serius accessissent, audiebant eam paroemiam,

Ὅστις ἐπὶ δεῖπνον ὀψὲ κληθεὶς ἔρχεται,
Ἢ χωλός ἐστιν, ἢ οὐ δίδωσι συμβολάς.

Dicebanturque per iocum καλοσίδειπνοι & ζοφοδορπίδαι, teste Plutarcho Sympos. lib. viii. Qu. vii. Dicebantur autem convivae καλέοντες, ut hic observare est. Homerus Odyss. λ'.

Ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ οἶκόνδε καλέσσας,
Δειπνίσσας. ———

He-

(a) Non ignorantur profecto. Nam Florentiae apud *Salvettium* huiusmodi cavum speculum aeneum vidi, & quidem ingens, ac mirabile. Extra se enim, & procul a se, obiecta quaeque imaginat, in medio scilicet speculi, & obiecti; ut ipse saepius expertus sum, cuius rei Philosopho facile est caussam adferre. Ceterum, quae hic de speculis habet *Meursius*, eadem prope sunt, atque ea, quae disseruit in *Auctario Philologico*.

(b) Immo vitrum, arte laboratum; nam crystallus sponte natura nascitur.

(c) An hinc illustres Evangelii locum?

Hesiodus lib. II.

Τόνδε μάλιστα καλεῖν ὅστις σέθεν ἐγγύθι ναίει.

Theophrastus in Eth. Charact. Καὶ κεκλημένος δὲ ἐπὶ δεῖπνον κελεῦσαι καλέσαι τὰ παιδία, &c. Passim. Eodem modo Romani *Vocare*. Plautus Sticho.

Negare nulli soleo si quis me vocat.

Et *Vocatores* nominabant servos, quorum opera in convivis vocandis utebantur, quod iam pridem a viris doctis notatum.

Ἔσσεται ἀγεάνακτι καλὸς πλόος) Solebant veteres amicis aliquo navigantibus felicem navigationem precari, qui mos etiam hodie obtinet. Horatius lib. I. Od. III.

Sic te Diva potens Cypri,
Sic fratres Helenae lucida sidera,
Ventorumque regat pater,
Obstrictis aliis praeter Iapyga,
Navis, quae tibi creditum
Debes Virgilium finibus Atticis,
Reddas incolumem precor,
Et serves animae dimidium meae.

Quintilianus Declamat. XII. *Nostris manibus Legatum in navem tulimus, ac ne quid morae esset, pro sua quisque portione etiam commeatum dedimus, retinacula incidimus, & littus ingressi classem publicis manibus impulimus. Inde fugientia vela longo visu prosequuti, facilem emtionem, secundos ventos, placidum mare, non secus ac si ipsi navigaremus, precati sumus.* Iustinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Iudaeo. Μεθ' ἃ ἀπήεσαν λοιπὸν εὐχόμενοί τε μοι σωτηρίαν, καὶ ἀπὸ τοῦ πλοῦ, καὶ ἀπὸ πάσης κακίας. Interpres Historiae Apollonii Tyrii. *Rex autem exhilaratus naves iubet produci in littus, & omnibus bonis impleri, praeterea nutricem eius nomine Lycoridem, & obstetricem propter partum eius simul navigare praecepit. Et data proficiscendi copia deduxit eos ad littus, osculaturque filiam & generum, & ventum eis optat.*

Κἠγὼ τῆνο κατ' ἦμαρ) Olim, ubi indulgere Genio decreverant, corollis redimiti, & unguentis delibuti caenitabant. Horatius.

Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinu iacentes sic temere & rosa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Assyriaque nardo
Potamus uncti?

Item.

Huc vina & unguenta, & nimium breves
Flores amaenae ferre iube rosae.

Iuvenalis Sat. IX.

——— dum bibimus, dum serta, unguenta puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.

Eas corollas ὑποθυμίδας adpellabant. Plutarchus Sympos. lib. III. Quaest I. Ἐνίων δὲ ἀνθῶν ὀσμαῖς ἄνω σκιδραμέναις περὶ τὸν ἐγκέφαλον, οἵ τε πόροι τῶν αἰσθητηρίων ἐκκαθαίρονται. καὶ λεπτύνονται τὰ ὑγρὰ πράως ἄνευ πληγῆς καὶ σάλου τῇ θερμότητι διακρινόμενα, καὶ φύσει ψυχρὸς ὢν ὁ ἐγκέφαλος ἀναθάλπεται. διὸ μάλιστα τοὺς ἀνθινοὺς ἐκ τῶν τραχήλων καθάπτοντες ὑποθυμίδας ἐκάλουν.

Καὶ πίομαι μαλακῶς μεμνημένος ἀγεάνακτος) Notus ille vetus mos. Asconius Verr. III. *Merum cyathis libabant, salutantes primo deos, deinde amicos suos nominatim: nam toties merum bibunt, quoties deos & caros suos nominatim vocant.* Videas id quoque apud Athenaeum, Ovidium, alios.

Καί τυ κατεκλάσθης ἐς λάρνακα) De hoc veterum more vide quae ad Lycophronem. Attingit autem historiam Comatae, quam fuse exponit Pediasimus ad Σύριγγα. Ἱστόρηται δὲ περὶ τοῦ Κομάτου τούτου, ὡς ποίμνην ὤν, καθ' ἑκάστην ταῖς Μούσαις ἐκ τῶν θρεμμάτων ἔθυεν. ἐφ' ᾧ δυσχεραίνας ὁ δεσπότης αὐτοῦ κατέκλεισεν αὐτὸν ἐν ξυλίνῃ λάρνακι, Μούσαις ἐπιτρέψας τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν, ἃς ὑπερβαλλόντως ἐσέβετο. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἀνοίξας τὴν λάρνακα, ζῶντά τε τὸν Κομάταν εὑρίσκει, καὶ κηρία μέλιτος οἷς περιεσώζετο τὴν ζωήν. Vocat vero κέδρον ἀδεῖαν propter odoris suavitatem. Vide Plinium lib. XIII. capit. V. Corippus lib. IV.

——— cecidere securi
Antiquae quercus, & amictae vitibus ulmi,
Cedrus olens. ———

Σιμιχίδᾳ μὲν ἔρωτες ἐπέπταρον) Etiam sternutationes observabant; atque ex iis bona malaque ominari solebant. Infra idyll. XVIII.

Ὄλβιε γάμβρ' ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
Εἰς Σπάρταν. ———

Catullus epigramm. XLVI.

Hoc ut dixit, Amor sinistra, ut ante
Dextra, sternuit adprobatione.

Propertius lib. II. eleg. III.

Num tibi nascenti primis mea vita diebus
Aridus argutum sternuit omen amor.

Aristophanes βατράχοις.

——— Κᾆτα πῶς οὐκ ἔπταρον;

Apud Homerum Odyss. XVII. Penelope Telemacho sternutanti procos ab Vlysse male multandos praedicit.

Ἔρχεό μοι τὸν ξεῖνον ἐναντίον ὧδε κάλεσσον.
Οὐχ ὁράᾳς ὅ μοι υἱὸς ἐπέπταρε πᾶσιν ἔπεσσιν;
Τῷ κε καὶ οὐκ ἀτελὴς θάνατος μνηστῆρσι γένοιτο
Πᾶσι μάλ', οὐδέ κέ τις θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξοι.

Menander.

Ἡ γεῖς δὲ χωρὶς τῶν ἀναγκαίων κακῶν,
Αὐτοὶ παρ' αὐτῶν ἕτερα προσπορίζομεν,
Λυπούμεθ' ἂν πτάρῃ τις. ———

Xenophon quoque in concione ad milites quum sternutasset collegit inde se totius exercitus ducem fore, quod exitus ratum fecit. Sed Hippiae, quia sternutando dens excussus, futurae calamitatis praesagium fuit. Observabant praeterea an matutina esset sternutatio, an meridiana: ista nefanda omnia ominari credebatur, haec autem optima & faustissima. Ac si quis sternutaret interea dum calceis induendis intenti, lectum repetebant. Augustinus de Doctr. Christ. lib. II. cap. XX. *Hinc sunt etiam illa: Limen calcare quum ante domum suam transit: redire ad lectum, si quis dum se calceat sternutaverit.* Ad amoliendum vero infortunium acclamabant sternutanti ζεῦ σῶσον: quod videas apud Petronium, Apuleium. Romani metum inde conceptum *Consternationem* adpellabant, teste Festo. Stringit hanc superstitionem Philemon, cuius versus habes apud Theodoretum θεραπευτ. Sermon. VI. Ὅταν

Ὅταν ἴδω παρατηρῦντα τίς ἔπταρεν,
Ἤ τίς ἐλάλησεν, ἢ τίς ἐςιν ὁ προσιὼν
Σκοπῦντα, ἀπολῶ τῦτον εὐθὺς ἐν ἀγορᾷ.
Αὐτῷ βαδίζῃ, κ) λαλεῖ, κ) πτάρνυται
Ἕκαςος ἡμῶν, ὐχὶ τοῖς ἐν τῇ πόλῃ.
Τὰ πράγμαθ' ὡς πέφυκεν, ὕτω γίγνεται.

Sternutaturi autem, ut hoc quoque moneam, solem versus vultum dirigebant. Cassius ἰατρ. ἀπορ. XLIV. Ὁ μὲν πταρμὸς γίνεται ὑπὸ θερμῦ τινὸς κινήσαντος τὸν τόπον τῦτον, ἀφ' ὗ γίνεται. διὸ κ) ἀνακύπτομεν πρὸς τὸν ἥλιον, ὅταν βυλώμεθα πταρύναι. (a)

Ὀνύχεσσι δακνόμενος κνάσαιο) Sensus est, decipient te cum magno tuo malo: id enim Graeci veteres ὀνυχίζεσθαι dicebant. Si quis ad verbum velit explicare, nae ille fallatur. Artemidorus lib. I. cap. XXIII. Καὶ γὰρ τὸ ὀνυχίζεσθαί φαμεν, τὸν ἐπὶ βλάβῃ ὑπό τινος ἐξαπατηθέντα.

Ἐγγύθεν ἱερὸν ὕδωρ) Vocat ἱερὸν ὕδωρ, quia fluminum praesides Nymphae credebantur; qua de re ad Lycophronem a me aliquid notatum. (b)

Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο) Ita dicit, quia veteres omnia antra Nymphis consecrabant. Porphyrius lib. de Nymph. antro. Τῷ κόσμῳ (ἱδρύσαντο) ἄντρα τε κ) σπήλαια. ὡσαύτως ἢ καὶ ταῖς νύμφαις, διὰ τὰ ἐν τοῖς ἄντροις καταλειβόμενα ἢ ἀναδιδόμενα ὕδατα, ὧν αἱ ναΐδες προεστήκασι νύμφαι. Theocriti vero hunc locum in animo habuit Synesius epist. CXIV. Ἐνθάδὶ ἢ, οἷον μέν ἐςιν ὑπελθὰν δένδρυ σκιάν. κἂν δυσαρεςήσῃς, ἐςὶν ἀμείψαι δένδρον ἐκ δένδρυ, κ) ὅλον ἄλσος ἐξ ἄλσυς, οἷον ἢ, τὸ διαβῆναι παραῤῥέον ὑδάτιον. ὡς ἡδὺ δὲ ὁ ζέφυρος ὑποκινῶν ἠρέμα τὺς κλάδυς. ποικίλαι δὲ κ) ὀρνίθων ᾠδαί, καὶ ἀνθέων χροιαὶ, κ) λειμῶνος θάμνοι. τὰ μὲν γεωργίας ἔργα, τὰ δὲ φύσεως δῶρα, πάντα εὐώδη, γῆς ὑγιαινύσης (lego ὑγραινύσης) χυμοί. τὸ δὲ τῶν νυμφῶν ἄντρον ὐκ ἐπαινέσομαι. θεοκρίτυ γὰρ δεῖ. ἔςι δέ τι κ) παρὰ ταῦτα. Emendo, ἐςὶ δὲ τὸ κ) παρὰ τῦτο. Est enim apud Homerum in Odyssea.

Idyll. VIII.

Ὡς πρωτεὺς φώκας ἔνεμε) Homerus Odyss. IV.
Ἀμφὶ δέ μιν φῶκαι νέποδες καλῆς Ἁλοσύδνης
Ἀθρόαι εὕδυσιν, πολιῆς ἁλὸς ἐξαναδῦσαι,
Πικρὸν ἀποπνείυσαι ἁλὸς πολυβενθέος ὀδμήν.
Et postea.
Φώκας μέντοι πρῶτον ἀριθμήσῃ, κ) ἔπεισιν,
Αὐτὰρ ἐπὴν πάσας σεμπάσσηται, ἠδὲ ἴδηται.
Λήξεται ἐν μέσσοισι νομεὺς ὡς πώεσι μήλων. (c)

Ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ) Hesychius. Ὕσπληγξ. βαλβὶς, μύωψ. ὁ πλήσσων τὺς βόας, κ) παγὶς λύκων. Lycophronis Scholiastes. Ὕσπληγξ ἢ κ) ὑςριχὶς, κυρίως δὲ μάςιξ ἦν ἐκ χοιρίων τριχῶν συμπεπλεγμένη. καταχρηςικῶς δὲ κ) πᾶσα μάςιξ, κ) βύκεντρον.

Ὦ πάτερ, ὦ ζεῦ) Phurnutus. Ὁ ζεὺς πατὴρ λέγεται θεῶν κ) ἀνθρώπων εἶναι, διὰ τὴν τῦ κόσμυ φύσιν αἰτίαν γεγονέναι τῆς τύτων ὑποςάσεως, ὡς οἱ πατέρες γεννῶσι τὰ τέκνα. Dionysius Halicarnassaeus auctor est Iovem marem & feminam coniunxisse, atque PATRIS nomen ea ex re accepisse. (d)

Κρητῆρ' ἡρακλῆι γέρων ἐςήσατο χείρων) Hac de re leguntur Stesichori versus apud Athenaeum lib. X. quos hic restituo ne ibi mendosos legas. Στησίχορος δὲ τὸ παρὰ Φόλῳ τῷ κενταύρῳ ποτήριον σκύφιον δέπας καλεῖ ἐν ἴσῳ τὸ σκυφοειδές. λέγει δὲ ἐπὶ τῦ ἡρακλέυς.
Σκύφιον δὲ λαβὼν δέπας ἔμμετρον ὡς τριλάγυνον
Πῖεν ἐπισχόμενο[s] τό ῥα οἱ κεράσας παρέθηκε
Φόλος.

Idyll. IX.

Πολλὰς μὲν οἷς) Veteres Graeci numerum finitum fascino obnoxium putabant, itaque ΠΟΛΛΑ dicebant, quod & imitati Romani eorum multis in rebus simiae. Catullus epigramm. V.
Dein quum millia multa fecerimus,
Conturbabimus illa, ne sciamus,
Aut ne quis malus invidere possit,
Quum tantum sciat esse basiorum.
Epigramm. VII.
Tam te basia multa basiare
Vesano satis est super Catullo:
Quae nec pernumerare curiosi
Possint, nec mala fascinare lingua.
Similiter rustici vinum in culeum additturi, urna una addita, MVLTA dicebant. Varro de L. L. lib. IV. *Olim unum dicebant* MVLTA. *Itaque quum in dolium aut culeum vinum addunt rustici, prima urna addita, dicunt etiam nunc* MVLTA. Iactat vero Menalcas pecora sua, quae pascere prisco illo aevo honorificum plane, & regium, ut ad Lycophronem dico: quippe iis divitias suas metiebantur, iis vicem pecuniae utebantur, testibus Festo, Plutarcho, Poetarum interpretibus. Neque minor honos apud Romanos, qui & hac in re Graecos imitati: siquidem quempiam laudaturi dicebant, BONVM. AGRICOLAM. BONVM. QVE. COLONVM. Cato de Re Rust. *Virum bonum quum laudabant, ita laudabant.* BONVM. AGRICOLAM. BONVM. QVE. COLONVM. *Amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur.* Rei Rusticae laudes (ut Varronem & alios omittam) habes apud Ciceronem in Orat. pro S. Roscio Amerino (e).

Ὁ δ' ἐγκαναχήσατο κόχλῳ) Veteres pro tuba concham habuisse aliquando ad Lycophronem noto. (f)

Οὔτε μέλισσαι ἄνθεα) Legendum, ut est in vetere codice, ὔτε μελίσσαις ἃ.

(a) Id tamen fit tantum ad facilius sternutamentum excitandum, sole irritante. Ceterum ex his proclive est intelligere quam falso a quibusdam adseratur adclamandi & bene precandi in sternutatione morem ex quadam pestilentia & morbo epidemico, sternutantibus fatali, tempore Gregorii I. Episcopi Romani initium sumsisse. Vide quae in hanc rem observat *H. Baruffaldus* in Scholiis ad suum *Dithyrambum De Tabaco*.

(b) Similia passim apud Latinos Poetas.

(c) *Virgilius* quoque similia habet *IV. Georgicon*.

(d) Hinc apud Homerum πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε dicitur; & apud *Virgilium*, *Divum pater*, *atque hominum rex*. Deus omnium pater est, utpote qui cuncta creavit.

(e) Habes etiam apud eumdem libello *De Senectute*; habes & apud *Xenophontem* in *Oeconomico*; apud *Plinium Histor. Natural. Lib. . . . Prooem. Philonem* in *Vita Mosis*. De hoc Romanorum antiquo more consule *Propertium Lib. . . . Lucanum Lib. I. Claudianum Contra Rufinum Lib. . . .* Sed instar omnium *Virgilius* sit.
Hanc veteres olim vitam coluere Sabini,
Hanc Remus, & frater; sic fortis Etruria crevit,
Scilicet & rerum facta est pulcerrima Roma,
Septem quae una sibi muro circumdedit arces.

(f) Pastores adhuc apud nos, & suarii praecipue, concha utuntur ad cogendum dispersum gregem.

Οὐς γὰρ ὁρῶσι γαθεῦσιν) Callimachus Epigramm. XXVI.

——— μῶσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας,
Ἄχρι βίου πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.

Horatius lib. IV. Od. III.

Quem tu Melpomene semel
Nascentem placido lumine videris,
Illum non labor Isthmius, &c.

Idyll. X.

Ἐγὼ δ' ἔχω οὐδ' ἅλις ὄξευς) Olim pauperum in caenis erant sal & acetum. Plautus Rudente, Sc. *Neptunus has ago*,

Sed hic rex cum aceto pransurus est & sale, sine bono pulmento.

Persius Sat. IV.

——— *tunicatum cum sale mordens*
Coepe: & farrata pueris plaudentibus olla,
Pannosam faecem morientis sorbet aceti.

Iuvenalis habita aceti mentione salis non meminit. Sat. III.

——— *exclamat, cuius aceto,*
Cuius conche tumes? quis tecum sectile porrum
Sutor, & elixi vervecis labra comedit?

Apud Horatium solius salis mentio.

Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.

Et in Satyris.

——— *modo sit mihi mensa tripes, &*
Concha salis puri. ———

Εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρὸν) Horatius.

Numquam antecedentem scelestum
Deseruit pede paena claudo.

Pindarus Olympionic. Od. I.

——— εἰ δὲ θεὸν
Ἀνήρ τις ἔπελταί τι λαθέμεν ἔρδον, ἁμαρτάνει.

Thales etiam rogatus, Lateretne deos homo male agens, ne cogitans quidem, aiebat. Arcades quum Aristocratem proditorem lapidibus obruissent, atque extra fines abiecissent insepultum, in columna, quam in Lycaei Iovis luco erexerant, inscripserunt hos versus.

Πάντως ὁ χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆι
Ῥηϊδίως, χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον. (a)

Καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος) Hyacinthi duo genera: ille scriptus, de quo heic: iste minor, & non scriptus. Ille inscriptas habebat foliis luctus notas αἶ αἶ, ob quas γραπτὰ nunc. Noster infra idyll. XIX.

Νῦν ὑάκινθε λαλεῖ τὰ σὰ γράμματα καὶ πλέον, αἶ αἶ
Λάμβανε τοῖς πετάλοισι. ———

Euphorion.

Πορφυρέη ὑάκινθε σὲ μὲν μία φάτις ἀοιδῶν
Ῥοιτείης ἀμάθοισι δεδουπότος Αἰακίδαο
Εἶαρος ἀντέλλειν γεγραμμένα κωκύουσαν.

Ovidius Metamorph. XIII.

Littera communis mediis pueroque viroque
Inscripta est foliis, haec nominis, illa querelae.

Virgilius Eclog. III.

——— *inscripti nomina regum*
Nascantur flores. ———

His satis expositum videtur cur γραπτὴ ὑάκινθος Siculo Poetae: porro & nigrum vocat a nigris luctus notulis (b). Hermionenses κοσμοσάνδαλον adpellant, teste Pausania κορινθιακοῖς.

Κἀνακείμεθα τᾷ Ἀφροδίτᾳ) Apud antiquos qui statuam alicui erigebant, solebant eam certis diis consecrare: sic Mithridates statuam, quam erigebat Platoni, Musis dicavit. Observavit id in Notis ad Laertium V. Cl. Isaacus Casaubonus. Id autem ea fini ab ipsis factitatum, ut statuae eo modo consecratae, intactae manerent. Cicero Verr. IV. *Apud omnes Graecos hic mos est, ut honorem hominibus habitum in monumentis huiusmodi* (de statuis ei sermo) *nonnulla religione Deorum consecrari arbitrentur.* Valerius Maximus lib. VIII. cap XV. de Gorgiae Leontini statua. *Vniversa Graecia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit.* Theocritus ipse infra in Epigrammatis.

——— ὦ Βάκχη, χάλκεόν νιν ἀνθ' ἀλαθινοῦ
Τὶν ὧδ' ἀνέθηκαν. ———

Σχῆμα δ' ἐγὼ) Vt apud Graecos statuae schemate erant indutae, ita apud Romanos toga, a qua togatae nuncupabantur. Vide Persii interpretem Sat. V. Quintilianus lib. XI. cap. III. *Togam veteres ad calceos usque demittebant, ut Graeci pallium. Idque ut fiat qui de gestu scripserunt circa tempora illa, Plotius, Nigidiusque, praecipiunt. Quo magis miror Plinii Secundi docti, & in hoc utique libro paene etiam nimium curiosi, persuasionem, qui solitum id facere Ciceronem velandarum varicum gratia tradit: quum hoc amictus genus in statuis eorum quoque, qui post Ciceronem fuerunt, adpareat.* Isidorus Orig. lib. XIX. capit. XXIV. *Cuius similitudinem in operimentis simulacrorum vel picturarum adspicimus, easque statuas togatas vocamus.* Quae moneo ad verbum ex Persii interprete transscripta. Fuit id a Romuli usque temporibus. Asconius in Orat. pro M. Scauro. *Romuli aetatis statuae in Capitolio, & in Rostris Camilli fuerunt, togatae sine tunicis.* Quod aut *schema* (ut ad hanc vocem revertar) Palmerius legendum vult apud Petronium, pro eo quod ibi *scena*, male, ut putat, probare equidem haud ausim. Erat namque *Scena*, Graeco charactere σκηνή, vestis Persica oblonga, qualis in Arbitro designatur. Vide Iulium Pollucem lib. VII.

Idyll. XI.

Πολύφαμος οὐκ ἤρατο τῆς Γαλατείας) Huc pertinet Synesii epistola CXXI.

Τὸ οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον? Philosophi amoris & libidinis sedem in iecinore collocant, quod ibi sit sanguinis officina, unde seminis materia. Plato enim diserte τὸ ἐπιθυμητικὸν in hepate ponit, eumque sequutus Timaeus (c) Locrus lib. περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος. Τοῦ δὲ ἀλόγω μέρεος, τὸ μὲν θυμοειδὲς περὶ τὰν καρδίαν. τὸ δὲ ἐπιθυματικὸν περὶ τὸ ἧπαρ. Heraclides de Alleg. Hom. Τοῦ δὲ ἀλόγου μέρους ὁ μὲν θυμὸς οἰκεῖ περὶ τὴν καρδίαν. αἱ δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν ὀρέξεις ἐν ἥπατι. Huc pertinet illud e trivio.

Cor

(a) Hinc Deus in caelestibus Litteris καρδιογνώστης adpellatur.
(b) Hinc *Vaccinia nigra* apud *Virgilium*.
(c) Μιταχρόνιος. Nam Timaeus Platonem aetate praecessit; Timaeumque Plato sequutus est, quare eum differentem in suo Dialogo inducit.

Cor sapit, & pulmo loquitur, fel commovet iras,
Splen ridere facit, cogit amare iecur.
Mathematici quoque iecur Veneri subiiciunt. Hinc apud Poetas amor iecur torret. Bion idyll. II.
Ἄχρις ἀπὸ ψυχᾶς ἐς ἐμὸν σῶμα κεὶς ἐμὸν ἧπαρ
Πνεῦμα τεὸν ῥεύσῃ. ———
Aristaenetus lib. II. Ἔρως ἔρωτος ὁ πυρσὸς, καὶ μέχρι τοῦ ἥπατος διεληλυθεν ἀσφυές. Horatius lib. I. Od. xxv.
Quum tibi flagrans amor, & libido,
Quae solet matres furiare equorum,
Saeviet circa iecur ulcerosum.
Lib. IV. Od. I.
Si torrere iecur quaeris idoneum.
Acron. *Ideo iecur amori dedit, quod iecore amari volunt.* (a)
Εἷς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι) Virgilius AEneid. III. narrat Cyclopem oculum habuisse,
Argolici clipei, aut Phoebeae lampadis instar.
Ovidius Metamorph. lib. XIII.
Vnum est in media lumen mihi fronte, sed instar.
Ingentis clipei. ———
Huc refer illa quae in genere de Cyclopibus Callimachus Hymno III.
——— πᾶσι δ' ὑπ' ὀφρὺν
Φάεα μουνόγληνα σάκει ἶσα τετραβοείῳ.
Δεινὸν ὑπογλαύσσοντα. ———
Κὴκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελκόμενον γάλα πίνω) Cyclops ille apud Ovidium loco citato:
Lac mihi semper adest niveum, pars inde bibenda
Servatur. ———
Λευκᾶς ἐκ χίονος) An Cyclops hic immanis tam delicatus ut biberet aquam nivatam? ne crede. Theocritus haec dicit ex sui aevi luxu: summis enim in delitiis frigidus potus habebatur, itaque hyeme Graeci pariter & Romani nivem abscondebant, quae aestate ad potus refrigerium usui esset. Inde capiendus Varro Quinquatribus. *Lympham melius e lacuna fontium adlatam nives potui permiscent.* Alexis Comicus.
Καὶ χίονα μὲν πίνειν παρασκευάζομεν.
Machon Poeta vetus.
Τὴν χίονα δ' εἰς τὸν ἄκρατον ἐγχεῦσαι λάθρα
Τῷ παιδὶ τ' ἐπίταξεν. ———
Plinius lib. I. epist. xv. *Paratae erant lactucae singulae, cochleae ternae, ova bina, alica cum mulso & nive.* Animadvertere etiam est eam consuetudinem apud Xenophontem, ubi Virtus Voluptati Herculem pertrahere in suam sententiam conanti ita convitiatur. Ἵνα δὲ ἡδέως πίνῃς, οἴνους τε πολυτελεῖς παρασκευάζεις, καὶ τοῦ θέρους χίονα περιθέουσα ζητεῖς. Seneca Natur. Quaest. lib. IV. cap. XIII. *Nos vero quaeramus potius quomodo fiant nives, quam quomodo serventur, quoniam non contenti vina defundere veterana, & per sapores aestatesque disponere, invenimus quomodo stiparemus nivem, ut ea aestatem evinceret, & contra anni fervorem defenderetur loci frigore.* Martialis lib. XIV.
Spoletana bibis, vel Marsis condita cellis,
Quid tibi decoctae nobile frigus aquae.
Et alibi eodem libro.
Non potare nivem, sed aquam potare rigentem
De nive commenta est ingeniosa sitis.
Nicander ἀλεξιφαρμακοῖς. (b)
Ἢ χίονι γλυκέως μίγδην πόσις ἄλγος ἐρύξει.
Hinc Plinio maiori lux eum divitum luxum taxanti. *Servatur algor aestibus, excogitaturque ut alienis mensibus nix algeat.* Huc referes Plutarchi problema VI. Sympos. Quaest. lib. VI. Adservabant vero nivem hoc modo. Effodiebant scrobes, in easque nivem iniiciebant quernis ramis tegentes, atque ita illa in multum tempus usum sui praebebat in mixtione potus. Athenaeus Δειπνοσ. lib. III. Χάρης δὲ ὁ Μιτυληναῖος ἐν ταῖς περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαις, καὶ ὅπως δεῖ χίονα διαφυλάσσεσθαι εἴρηκεν, διηγούμενος περὶ τῆς πολιορκίας τῆς ἐν Ἰνδοῖς πόλεως Πέτρας, ὀρύξαι φάσκων τὸν Ἀλέξανδρον ὀρύγματα τριάκοντα συχνὰ, ἃ πληρώσαντες χίονος παρεμβαλεῖν δρυὸς κλάδους. οὕτω γὰρ παραμένειν πλείω χρόνον τὴν χίονα. Noxiam tamen eam potionem docet ex Agellio (cuius nomen supprimit suo more) Macrobius Saturn. lib. VII. cap. XI.
Καὶ ὑπὸ σποδῷ ἀκάματον πῦρ) Sub cinere occultum noctu ignem in posterum diem servabant, qui mos etiamnum obtinet. Virgilius in Moreto.
Parvulus exusto remanebat stipite fumus,
Et cinis obductae celabat lumina prunae.
Vt atem ἀκάματον πῦρ dixit Theocritus, ita Tibullus lib. I eleg. I. *ignem adsiduum*, Martialis lib. X. epigramm. XLVII. *focum perennem*. Ratione tamen dispari. Observo enim apud Romanos morem fuisse in luctu ut focum non instruerent. Iuvenalis Sat. III.
Si magna Assarici cecidit domus, horrida mater,
Pullati proceres, differt vadimonia Praetor,
Tunc gemimus casus urbis, tunc odimus ignem.
Interpres vetus. *Nec focum in nostra domo fieri patimur, quod & lugentes observare solent.* Hinc capiendus Apuleius Miles. II. *Ibi, inquit fatue, qui in domo funesta coenas & partes requiris, in qua totiugis iam diebus ne fumus quidem visus est ullus.* Atque tum *Focus noxius* dicebatur. Quintilianus Declamat. XII. *Redite in domos vestras, videbitis noxios focos, & ignes tabe cadaverum extinctos, & tecta mortibus gravia.* Sic Martialis *focum perennem*, Tibullus *ignem adsiduum* adpellat, qui propter luctum extinctus numquam fuit. (c)
Καὶ τὰν χέρα τεῦ ἐφίλασα) Amantium mos manus osculari. Aristaenetus lib. I. Ἡ δὲ ὥσπερ ἀλγοῦσα λαθραίως στόματι προσάγει τὴν χεῖρα, καὶ τοὺς ἑαυτῆς περιλήπτ. δακτύλους, ὧν ἐκεῖνος

(a) Vide quae superius ex *Claudiano* produximus.
(b) Multa heic de gelidis antiquorum potionibus commentari possem; sed adridet potius *Meursio* nostro in hoc me minime consentientem fateri, quum non videam cur liquatam nivis aquam e montibus defluentem ad aestus forte tempestatis tempendos Cyclops, etsi immanis, non potuerit. Quum id tam obvium sit agrestem vitam agitantibus, ut inter delicias minime recenseri possit. Ipse quum per Rhoetiam proficiscerer mense iulio aquarum flumina e summis montibus nivibus prae calore liquefcentibus in ima praecipitare observavam. ...
(c) Consule *De Funere*.

νος προσήψατο. Et in alia libri eiusdem epistola. Καὶ λάθρα τὴν ἑαυτῆς πεφίληκε δεξιὰν, ᾗ προσήψατο τοῦ μειρακίου. Item lib. II. Καὶ τῶν τείχων (lego χειρῶν) ἐφαπτομένη τοὺς δακτύλους ἐφίλουν ὑποχαίρουσα καὶ μειδιῶσα γλυκύ. Apuleius Milesf. VI. *Tunc Iupiter pressa Cupidinis buccula, manuque ad os suum relata, consuaviat.* Val. Flaccus lib. VIII. de Iasone manum Medeae osculante.

Sic ait: & primis supplex dedit oscula palmis.

Idyll. XII.

Οἱ μὲν ἦς εἴσπνιλος φαίη χ' ὠ μυχλαῖσδων) Vetus codex habet εἴσπνηλος. Nondum recte, sed ad rectam lectionem gradus: lego, ἀσπνήλης, quae genuina Laconum vox. Callimachus.

Μέμβλετο δ' ἀσπνήλαις ὁππότε κοῦρος ἴοι.

Deducitur autem ἀπὸ τοῦ ἀσπνεῖν, quod Lacones *Amare* dicunt. Nam apud eos quum amari se ab amasiis suis amatores cuperent, precabantur ut vellent ἀσπνεῖν. AElianus ποικ. ἱστορ. lib. III. cap. XII. Οὐκ εἰσὶ θρυπτικοὶ πρὸς τοὺς ἐραστὰς οἱ Λακεδαιμονίων καλοὶ, οὐδὲ ἀλαζόνες. ἐπεὶ τοὐναντίον, ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὡραίοις τὰ ἐκ τούτων καταμαθεῖν ἐστιν. αὐτοὶ γοῦν δέονται τῶν ἐραστῶν ἀσπνεῖν αὐτοῖς. λακεδαιμονίων δ' αὕτη ἐστὶν ἡ φωνὴ, ἐρᾶν δεῖν λέγουσα. Emendo, ἐρᾶν σημαίνουσα. Hesychius. Ἔμπνει μου, ἐρᾷ μου, ποθεῖ με. Etymologici Auctor. Εἰσπνήλης, ὁ ὑπὸ τοῦ ἔρωτος (lego ἐρῶντος) ἀσπνεόμενος. Λακεδαιμόνιοι γὰρ εἰσπνεῖν φασιν τὸ ἐρᾶν. ἢ παρὰ τὸ ἕπεσθαι τοῖς ἐρωμένοις. In quibus postremis verbis observa alium amantium morem, de quo ad Parthenium notavi.

Χρύσειοι πάλαι ἄνδρες) Intelligit homines bonos, quod nimirum aureae aetatis homines naturae bonitate & sapientia excellerent. Hierocles in Comment. ad χρυσᾶ ἔπη Pythagorae. Τὸ ἅγιον καὶ καθαρὸν γένος, καὶ τὸ πάντη καθαρεῦον πονηρίας ἦθος, εἰκότως χρυσοῦν ἐλέχθη. Inde etiam veteres homines probos λείψανα τοῦ χρυσοῦ γένους adpellabant. Plato lib. X. de Rep. Τῶν δὲ δὴ ἀποθανόντων ἐπὶ τῆς στρατείας, ὃς εὐδοκιμήσας τελευτήσῃ, ἆρ' οὐ πρῶτον μὲν χρυσοῦ γένους εἶναι φήσομεν; Expressit hanc adagionem Ausonius.

Generi hic superstes aureo,
Satorque prolis aureae,
Convicit Ascraeum senem.

Similiter χρύσειοι ἄνδρες hoc loco apud Theocritum. Plato in epistola ad Architam. Καὶ ἔδοξεν ἡμῖν ἀνὴρ ἄξιος ἐκείνων τῶν παλαιῶν προγόνων. λέγονται γὰρ οἱ ἄνδρες οὗτοι μυραῖοι (lego χρύσειοι) εἶναι. οὗτοι δ' ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἐξαναστάντων Τρώων ἄνδρες ἀγαθοὶ, ὡς ὁ παραδεδομένος μῦθος δηλοῖ. Synesius epistol. CXXXIV. Τρύφωνι τῷ χρυσῷ (δεῖ γάρ τι καὶ ἐν τούτοις ψυχρὸν εἰπεῖν καὶ γοργιαῖον) τρυφῶντα δῶρα παρεσκευάσαμεν ὀπὸν σιλφίου πολύν. Aristaenetus lib. I. Πάντων οὖν εἰς ταυτὸν ἀθροιζομένων τῶν δαιτυμόνων, ὁ χρυσοῦς ἑστιάτωρ εἰσῄει πρεσβύτην τινὰ συνεπαγόμενος. Et in alia eiusdem libri epistola. Ταῦτά μοι λέγοντος ὁ χρυσοῦς ἀκήκοεν ἱππεὺς, καὶ διαμεμφόμενος ἔφη. Propertius lib. IV. eleg. VII.

Hic Tiburtina iacet aurea Cynthia terra.

Pedo in elegia in obitum Mecaenatis.

Sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo,
Quae bene procinctos postmodo pulsa fugit.

Horatius de moribus usurpavit lib IV. Od. II.

—— vires, animumque, moresque
Aureos deducit in astra, nigroque
Invidet Orco.

Ausonius in Gratiarum actione. *O mentis aureae dictum bracteatum!* Et postea. *Mens ista aurea quam de communi deo plus quam ullus hausisti.* [a]

Λυδίῃ ἶσον ἔχων πέτρῃ στόμα) De Lydio lapide ita Plinius lib. XXXIII. cap. VIII. *Auri argentique mentionem comitatur & lapis, quem coticulam adpellant, quondam non solitus inveniri nisi in flumine Tmolo, ut auctor est Theophrastus, nunc vero passim, quem alii Heraclium, alii Lydium, vocant.* Clemens Stromat. I. Πολύτροπος οὗτος τῆς ἀληθείας ἰχνευτὴς, καὶ τῷ ὄντι πολύμητις, δίκην τῆς βασάνου λίθου, ἡ δ' ἐστὶ λυδὴ, διακρίνειν πεπιστευμένη τὸ νόμιμον ἀπὸ τοῦ ἰθαγενοῦς χρυσοῦ. Rescribo, ϑ. π. τ. νόθον ἀ. τ. ἰ. χ.

Idyll. XIII.

Χρύσειον ἔπλει μετὰ κῶας Ἰήσων) de aureo vellere dicimus ad Lycophronem.

Θεῖος ἀωτος ἡρώων) Ennius de Cethego,

Flos illeibatus popolei, Suadaique medolla.

Simonides de Sophocle.

Ἐσβέσθης γηραιὲ Σοφοκλέες, ἄνθος ἀοιδῶν.

Ὕδωρ ἐπιδόρπιον οἰσῶν) Virgilius lib. I. AEneid.

Dant manibus famuli lymphas. ——

Moris vero lavari & ante sumendum cibum, atque tum dicebant ὕδωρ κατὰ χειρός: & post sumtum, tum dicebant ἀπονίψασθαι δὸς ὦ παῖ. Aristophanes Vespis.

Ὕδωρ κατὰ χειρὸς, τὰς τραπέζας εἰσφέρειν,
Δεδειπνήκαμεν. ἀπονενίμμεθ' ἤδη.

Scholiastes. Οὕτω δὲ ἔθος λέγειν, ὕδωρ κατὰ χειρὸς, πρὸ τοῦ εἰσαχθῆναι τὴν τράπεζαν. μετὰ δὲ τὸ δειπνῆσαι, ἀπονίψασθαι δὸς ὦ παῖ. Athenaeus lib. IX. Παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ τοῦ ἀρίστου καὶ δείπνου λέγεσθαι, κατὰ χειρός. τὸ δὲ μετὰ ταῦτα, ἀπονίψασθαι. Neque semper tamen post cibum sumtum ἀπονίψασθαι dicebant, verum etiam, κατὰ χειρὸς, ut ante. Idem Athenaeus paulo post. Σημειωτέον δὲ ὅτι καὶ μετὰ τὸ δειπνῆσαι κατὰ χειρὸς ἔλεγον, οὐχ ὡς Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός φησιν, ὅτι πρὶν φαγεῖν οἱ Ἀττικοὶ κατὰ χειρὸς ἔλεγον, & quae sequuntur.

Ταὶ δ' ἐν χερὶ πᾶσαι ἔφυσαν) Vide Valer. Flaccum lib. III. Anton. Liberalem lib. Μεταμορφ.

Τρὶς μὲν Ὕλαν ἄυσεν) Val. Flacc. lib. III.

Rursus Hylan, & rursus Hylan per longa reclamat
Avia: responsant silvae, & vaga certat imago.

Addit Ant. Liberalis etiam suis temporibus ab incolis Hylae iuxta fontem sacrificatum fuisse, eiusque nomen a sacerdote ter invocari consuevisse. Verba eius ita habent. Ὕλᾳ δὲ θύουσιν ἄχρι νῦν παρὰ τὴν κρήνην οἱ ἐπιχώ-

[a] Sic nos dicimus: E' *una coppa d'oro*. Nescio an Plato Gorgiam perstringens huc etiam respexerit, dum eum adpellavit Γοργίαν χρυσοῦν apud *Athenaeum*.

χάριοι, κ̀ αὐτὸν ἐξ ὀνόματος εἰς τρὶς ὁ ἱερεὺς φωνεῖ, κ̀ εἰς τρὶς ἀμείβεται πρὸς αὐτὸν ἠχώ. Idem adſeverat Servius ad eclog. VI. *Poſtea quum eſſet cognitum quod periiſſet (Hylas) in fonte, ei inſtituta ſunt ſacra, in quibus mos erat ut eius nomen clamaretur in fontibus.* Solinus capit. XLIV. *Pruſiaden urbem praetermeat Hylas flumen, & adluit Hylas lacus, in quo reſediſſe credunt delitias Herculis, Hylam puerum, Nymphis rapinam: in cuius memoriam uſque adhuc ſolenni curſitatione* (vet. cod. *tripudiatione*) *lacum populus circuit, & Hylam voce clamat.* Paulo aliter quam Liberalis, aut Servius. Sed obſerva Hylae nomen ter invocatum fuiſſe, aut ad Herculis imitationem, aut ex more Priſco, quem enarrabo. Pindari Scholiaſtes Pythion. Od. IV. Ἔθος ἦν τῶν τελευτησάντων ἐπ' ἀλλοδαπῆς, εἰ κ̀ μὴ τὰ σώματα εἴη παρ' αὐτοῖς, τὰς γοῦν ψυχὰς διά τινων μυστηρίων ἀνακαλεῖσθαι, κ̀ ὥσπερ συμπλεύσας εἰς τὴν πατρίδα διαπεραιοῦν. Etymologici Auctor. Εἰώθασι κλαίοντες ἀνακαλεῖσθαι τοὺς τεθνεῶτας. Accurate magis ad Odyſſ. IX. Didymus docet ter invocari conſueviſſe. Ἀρχαῖον, inquit, ἔθος τῶν ἐπὶ ξένης ἀπολλυμένων τὰς ψυχὰς ἀνακαλεῖν τρίτον τοὺς περιλειφθέντας. Virgilius AEneid. VI.

> *Tunc egomet tumulum Rhaetaeo in littore inanem*
> *Conſtitui, & magna manes ter voce vocavi.*

Et lib. III.

> *Sollennes tum forte dapes & triſtia dona*
> *Libabat cineri Andromache, maneſque vocabat*
> *Hectoreum ad tumulum.* ———

Interpres Hiſtoriae Apollonii Tyrii. *Non prius ſumebat cibum, quam nutricis monimentum introiviſſet, & ferens ampullam vini ingrediebatur, & ibi manes ſuorum parentum invocabant.* Philoſtratus ἡρωϊκοῖς. Προσεσχηκότας δὲ τῇ θαλάττῃ ἀνακαλεῖν αὐτὸν (de Palamede loquitur ab Agamemnone & Vlyſſe interfecto) καὶ ὀλοφύρασθαι, κ̀ τὸν ἀγαμέμνονα ἐν ὀργῇ ἔχειν. Apud Homerum ſimiliter Patrocli manes vocat Achilles Iliados lib. XVIII. Parthenius ἐρωτ. XXXVI. Ἡ δὲ ὡς ᾔσθετο τεθνηκότος αὐτοῦ, αὖθις ἀπεχώρησεν εἰς τὸν τόπον ἔνθα ἐμίγα πρῶτον αὐτῷ. κ̀ περὶ αὐτὸν ἀλωμένη θαμὰ ἐβόα τοὔνομα τοῦ ῥήσου. Hunc morem etiam Romani a Graecis acceperunt. Propertius lib. I. eleg. XVII.

> *Illa meum extremo clamaſſet pulvere nomen,*
> *Vt mihi non ullo pondere terra foret.*

Auſonius in Parentalibus.

> *Hoc ſatis eſt tumulis, ſatis eſt telluris egenis,*
> *Voce ciere animas funeris inſtar habet.*
> *Gaudent compoſiti cineres ſua gaudia dici,*
> *Frontibus hoc ſcriptis & monumenta iubent.*
> *Ille etiam maeſti cui defuit urna ſepulcri,*
> *Nomine ter dicto poene ſepultus erit.*

Poſtea in Coronide.

> ——— *nomina tantum*
> *Voce ciere ſuis ſufficiet tumulis.*

Statius Thebaid. XII.

> *Nomina, quod ſupereſt, vacuis datis orba ſepulcris:*
> *Abſenteſque animas ad inania buſta vocatis.*

Ovidius Triſt. lib. III. eleg. III.

> *Sed ſine funeribus caput hoc, ſine honore ſepulcri,*
> *Indeploratum barbara terra teget?*
> *Ecquid ubi audieris tota turbabere mente,*
> *Et feries pavida pectora fida manu?*
> *Ecquid in has fruſtra tendens tua brachia partes,*
> *Clamabis miſeri nomen inane viri?*

Vbi obiter obſervandum manibus ad eam regionem in qua mortui erant protenſis nomina vocari ſolita. Quo facit Langobardorum mos, qui perticis columbas ligneas imponebant, adſpicientes eam regionem in qua ſepulti iacerent. Vide Paulum Diaconum lib. V. cap. XXXV. Ter autem vocabant, quia ternio perfectus putabatur, aut quia imparem numerum hominibus proſperiorem credebant, teſte Feſto. Poſt nominis citationem, ut hoc praeterea dicam, addebant. *Vale, nos te ordine, quo Natura permiſerit, cuncti ſequemur.* Vide Servium AEneid. III. Ad quae ſolennia verba reſpexit Auſonius epigramm. CLI.

> *Iamque diu monimenta vocant, ſit quaeſo querela*
> *Longior, & veniant ordine quiſque ſuo*
> *Naſcendi qui lege datur.* ———

Ὕλας μακάρων ἀριθμῆται) Graecis veteribus, quod notum, mortui μάκαρες & μακαρῖται dicebantur, κατ' εὐφημισμόν. Sic Perſius Sat. III. Graeciſſans *beatulum* pro mortuo dixit.

> ——— *tandemque beatulus alto*
> *Compoſitus lecto.* ———

Plautus, *ad beatos ire.* Horatius.

> *Omnes, compoſui, felices.* ———

Idyll. XIV.

Πρώαν τις ἀφίκετο πυθαγοριστάς) Sunt qui velint in Platonem philoſophum hoc dictum, quod ad Dionyſium tyrannum ſe contuliſſet. Pythagorae vero diſcipulorum alii ſpeculativam exercebant, & illi σεβαστικοί: alii circa iura humana verſabantur, & hi πολιτικοί: alii circa Geometriam & Aſtronomiam, atque iſti μαθηματικοὶ nuncupabantur. Deinde Sebaſtici nominabantur Πυθαγορικοὶ, Mathematici autem Πυθαγορισταί.

Θρὶξ ἀνὰ μέσσον) Adluſum ad proverbium, ἐκ τριχὸς κρέμαται. Apoſtolius. Ἐκ τριχὸς κρέμαται· ἐπὶ τῶν σφόδρα κινδυνευόντων. ὅμοιον τῷ ἐπὶ ξυροῦ. Vſurpat Ariſtaenetus lib. II. Καὶ τεθνήξεται θᾶττον ἐκ τριχὸς κρεμάμενος, καὶ σκιᾶς εἴδωλον γεγονώς. Ennius Annal. VII. dixit, *filo pendere.*

> *Hac noctu feilo pendebit Etruria tota.*

Τετόρων ἐτέων) Mos veteribus aetatem vini tabellis ad cados 'amphoraſque ſuſpenſis notare. Horatius, Petronius, Iuvenalis, alii multi.

Ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον) Mos Graecorum in conviviis, minoribus, prius, inde maioribus & meracioribus poculis ſe invitare. Vides id etiam hoc loco. Catullus.

> *Miniſter vetuli puer falerni*
> *Ingere mi calices amariores.*

Virgilius AEneid. I.

> *Poſtquam prima quies epulis, menſaeque remotae,*

Cra-

(a) Idem Epodo:
Eſto beata
Conſule Librum *De Funere.*

Crateras magnos statuunt, & vina coronant.

Homerus Iliad. IX.

Μάζονα δὲ κρητῆρα μενοιτίου υἱὲ καθίςα,

Ζωρότερον δὲ κέραιρε, δέπας δ' ἔντυνον ἑκάςῳ.

Super quo loco vide Plutarchum Sympos. lib. IV. Quaest. V. Cicero Verr. III. *Mature veniunt, discumbitur, fit sermo inter eos, & invitatio, ut Graeco more biberetur: hospes hortatur, poscunt maioribus poculis, celebratur omnium sermone laetitiaque convivium.* Quae verba in mente Ausonii fuerunt, quum scriberet in epistola quadam ad Symmachum. *In expeditione (quod tempus, ut scis, licentiae militaris est) super mensam meam facta est invitatio, non illa de Rubrii convivio, ut Graeco more biberetur, sed illa de Flacci ecloga*, &c. Taxat pessimum illum morem Philo περὶ μέθης. Πιόντες γὰρ ἔτι διψῶσι, καὶ ἄρχονται μὲν ἀπὸ τῶν βραχυτέρων κυάθων. προϊοῦσι δὲ τοῖς μάζοσιν οἰνοχόοις ἐγχεῖν παραγγέλλουσιν, ἐπειδὰν ἀκροθώρακες γενόμενοι χλιανθῶσιν, οὐκέτι κρατεῖν ἑαυτῶν δυνάμενοι, τάς τε οἰνηρύσεις καὶ τὰς ἀμυςὰς καὶ τοὺς κρατῆρας ὅλους προσηνεγκάμενοι, ἀκράτους πίνουσιν ἀθρόως, μέχρις ἂν ἢ βαθεῖ ὕπνῳ δαμασθῶσιν οὐκέτι κρατεῖν ἑαυτῶν δυνάμενοι, ἢ τῶν ὄγκων (emendo βρόγχων) ἀποπληρωθέντων ὑπερβλύσῃ τὸ ἐπεισχεόμενον. Ait vero Theocritus, ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον, alioquin aquam immiscere solebant, quam diluendi consuetudinem fuisse docet Athenaeus, ut ad duos vini cyathos quatuor aquae adderent, nonnumquam ad quatuor vini duos aquae. Hesiodus tamen lib. II. monet.

Τρὶς ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἱέμεν οἴνου.

Atque hoc Romani *Spurcum vinum* adpellitarunt Festus. *Spurcum vinum est, quod sacris adhiberi non licet, aut cui aqua admixta est.* Isidorus Orig. lib. II. cap. III. *Spurcum (vinum) quod offerri non licet, aut cui aqua admixta est, quasi spurium.* Horatius lib. III. Od. XXI. *languidiora vina* nominat.

——— *Corvino iubente*

Promere languidiora vina.

Graeci hodie κρασὶ vocant, quod olim ἄκρατον, ut docet doctiss. Ivo Villiomarus. Sciendum porro ἄκρατον non semper de vino meraciore capi solitum, sed & de aqua limpida. Athenaeus lib. II. Καὶ ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἔταττον οἱ παλαιοὶ τὸ ἄκρατον. Sophron Poeta vetus.

——— ὕδωρ ἄκρατον

Εἰς τὴν κύλικα. ———.

Ὥ τινος ἤθελ' ἕκαςος) De eo more diximus supra ad idyllium septimum.

Οὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες;) Virgilius Eclog. XI.

——— *vox quoque Moerin*

Iam fugit ipsa, lupi Moerin videre priores.

Servius eius interpres. *Hoc etiam Physici confirmant, quod voce deseratur is, quem prior viderit lupus.* AEl. Donatus Adelph. Act. IV. Sc. I. *Lupum vidisse homines dicimus, qui repente obmutuerint: quod fere iis evenit, quos prior viderit lupus: ut cum cogitatione in qua fuerint, etiam verbis & voce careant.* Isidorus lib. I. cap. XXVI. *Aiunt rustici vocem hominem perdere, si eum prior lupus viderit: unde & subito tacenti dicitur illud proverbium Lupus in fabula.*

Θετταλικὸν τὸ μέλισμα) Hesychius. Θετταλόν. τοῦτο παροιμιῶδες, τασσόμενον ἐπὶ ἀπάτης. Athenaeus lib. I. Ταῦτ' εἶπε τὸ Θετταλὸν σόφισμα ὁ ἐκ Θετταλίας σοφιςής. Hinc capio Parthenium Erot. XXIV. de Hipparino Achaeum vocis sono fallere volente. Θετταλίζων δὲ τῇ φωνῇ τὸν Ἱππαρῖνον ἔφησεν ἀπεκτονηκέναι. Eunapius in Chrysanthio. Καὶ οἱ πεμφθέντες ςρατιῶται μετὰ τιμῆς τὸ Θετταλικὴν ἐπῆγον πειθανάγκην.

Πὺξ ἐπὶ κόῤῥας) Harpocration. Ἐπὶ κόῤῥης, δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ μειδίου. ἄλλοι μὲν ἄλλως ἀπέδοσαν, βέλτιον δὲ ὑπολαμβάνειν ἐπὶ κόῤῥης λέγεσθαι, τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου, ὃ λέγομεν ἐν τῷ βίῳ ῥάπισμα. Agathias lib. II. Ἔς τε γὰρ τὰ δώματα τῶν εὐδαιμονούντων ἰὼν, καὶ σιτούμενος ἀφειδῶς τὰ ποικιλώτερα τῶν ἐδωδίμων, θαμά τε ὁμιλῶν τῇ θηρικλείῳ, καὶ λόγοις χρώμενος ὑπὸ μέθης αἰσχροῖς τε ἄγαν καὶ ἀκολάςοις, γέλωτα ὦφλίσκανε πλεῖςον, ὡς καὶ παίεσθαι τυχὸν ἐπὶ κόῤῥης, &c. Terentius similiter dixit, *pugnus in mala*. Adelphis Act. II. Sc. I.

Ne mora sit si innuero, quin pugnus continuo in mala haereat.

Ἀνειρύσασα δὲ πέπλως) Solebant se isthoc modo succingere mulieres aliquo iturae, ut iter expeditius haberent. Parthenius ἐρωτ. X. Αὐτίκα δὲ ἐς γόνυ ζωσαμένη, κρύφα τῶν θεραπαινίδων εἰς ὕλην καταδύνει. Sic Venus apud Virgilium AEneid. I.

——— *humeris de more habilem suspenderat arcum*

Venatrix, dederatque comas diffundere ventis,

Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes.

Valerius Flaccus lib. III.

——— *levis omnibus arcus,*

Et manicae virides, & stricta myrtus avena,

Summo palla genu. ———

Philostratus Iunior in Imaginibus describens Atalantam venatricem. Ἔςαλται δὲ ἐσθῆτι μὲν ὑπὲρ γόνυ, κρηπῖδα δὲ τοῖν ποδοῖν ἐνῆπται, καὶ αἱ χεῖρες εἰς ὦμον γυμναί. Apollonius.

Αὐτίκ' ἀνασχόμεναι λευκοῖς ἐπὶ γούνασι πέζας.

Et alibi.

Παρθενικαὶ δίχα κόλπον ἐπ' ἰσχύας εἱλίξασαι.

Apud Callimachum quoque Diana optat.

——— εἰς γόνυ μέχρι χιτῶνα

Ζώννυσθαι λεγνωτόν. ———

Petronius. *Placuit puellae consilium, itaque collegit altius tunicam,* (a) *flexitque se in eum daphnona, qui ambulationi haerebat.* Quo loco *colligere altius tunicam* est, quod Graeci dicunt εἰς γόνυ ζώσασθαι. Talis quoque habitus Iridis apud Mart. Capellam lib. I. *Eiusdem genua zona quidem diversicolor ambiebat, quae nunc perfulgido resplendebat orbe, nunc vanescentis gratiae tenuata varietas ita penitus obliquabat, tamquam nihil habuisset ante discolorum.* Hesychii vero eum locum. Ζώνας τε συλλαβὰς πέπλων. ἀντὶ τοῦ.. αἷς ζώννυμαι, καὶ τοὺς πέπλους συλλαμβάνω: ita restituo: ἀντὶ τοῦ, ταῖς ζώναις ζώννυμαι, καὶ τ. π. σ. Nam habuit ob oculos eum versum AEschyli ἱκετίσι.

Ἔχω ςρόβους ζώνας τε συλλαβὰς πέπλων.

Ἴθι

(a) Locus male habitus & luxatus ab exscriptore. Emendo, *c. a. t. deflexitque in e. d. Meursius.*

Ι'θὺ δι' ἀμφιθύρυ ᾗ δικλίδ☉-) Veterum Graecorum ianuas bifores, & ἀμφίθυρα ea ex re ac δικλίδας dictas fuisse, nemo ignorat paulum modo in his litteris versatus. Homerus Odyss. ρ'.

——— ἐπήσκηται ἢ οἱ αὐλὴ
Τοίχῳ ᾗ θριγκοῖσι, θύραι δ' εὐαρκέες εἰσὶ
Δικλίδες. ———

Apud Romanos vero eiusmodi fores non nisi viris magnatibus, & optime de Rep. meritis, honoris ergo concedebantur.

Αἶν☉- θὴν λέγεταί τις) Eleganter quid sint αἶν☉-, μῦθ☉-, λόγ☉-, dixerit Theon in Progymnasmatis. Προσαγορεύουσι ἢ αὐτὰς τῶν μὲν παλαιῶν οἱ ποιηταὶ μᾶλλον αἴνυς. οἱ δὲ μύθους. πλεονάζουσι δὲ μάλιςα οἱ καταλογάδlω συγγραφέτες, τῷ λόγυς ἀλλὰ μὴ μύθυς καλεῖν, ὅθεν λέγυσι ᾗ τὸν αἴσωπον λογοποιόν. Πλάτων ἐν διαλόγῳ τῷ περὶ ψυχῆς, πῆ μὲν μῦθον, πῆ δὲ λόγον ὀνομάζει. εἴρηται ἢ μῦθ☉-, οἷον λόγ☉- τις ὤν. ἔπει ᾗ μυθεῖσθαι τὸ λέγειν ἐκάλυν οἱ παλαιοί. αἶν☉- ἢ, ὅτι ᾗ παραίνεσίν τινα περιέχει. ἀναγράφεται γὰρ ὅλον τὸ πρᾶγμα εἰς χρησίμlω ὑποθήκlω. νῦν μέντοι ᾗ τὰ αἰνίγματα αἴνυς τινες καλῦσι. Vide Quintilianus lib. v. cap. xi.

Οὐδὲ θρακιςὶ κέκαρμαι) Id est, ad cutem usque: ita radebantur Thraces, Persae, Alani: unde confunduntur eae gentes propter vicinitatem, quale multoties est observare. Vocabatur autem id tonsurae genus σκαφίον: nam duo erant genera, σκαφίον & κῆπ☉-. Aristophanis Scholiastes ad Aves. Δύο ἢ εἴδη κυρᾶς, σκαφίον ᾗ κῆπ☉-. τὸ μὲν ἦν σκαφίον, τὸ ἐν χρῷ. ὁ ἢ κῆπ☉-, τὸ πρὸ μετώπυ κεκοσμήθ☉-. Eustathius Iliad. ψ'. enumerans tonsurarum quaedam genera solius σκαφίυ meminit. Κείρονται δὲ ᾗ μέχρι νῦν, οἱ μὲν ἐν χρῷ, καθὰ ᾗ ἀλανοί. οἱ ἢ, σκαφίον, ὃ παρὰ τῷ κωμικῷ κεῖται. Emendo, ὃ δὴ σκαφίον, ὃ παρὰ τ. κ. κ. Hesychius ait κῆπον fuisse delicatorum, σκαφίον scortorum. Κῆπ☉-, ait, παράδεισ☉-, ἢ εἶδ☉- κυρᾶς παρὰ πέρσαις, ἣν οἱ θρυπτόμενοι ἐκείροντο. Et postea. Σκαφίον πτύον, ᾗ εἶδ☉- κυρᾶς κεφαλῆς, ὃ κείρεσθαί φασι τὰς ἑταιρεύουσας. Meminit etiam σκαφίυ Harpocration. Ο"τι ἢ σκαφίον εἶδ☉- κυρᾶς, ᾗ ἀριςοφάνης ἐν γήρᾳ. Forte legendum, ἑταίρᾳ. Plautus Capteivcis utrumque genus complectitur.

——— *strictimne attonsurum dicam, an per pectinem?*

Strictim, dixit de scaphio, *per pectinem*, de cepo:

Α"μμες δ' ὔτε λόγω) Respexit oraculi versus, quos ex Theognide adducit Clemens Stromat. vii.

Υ'μεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς ὔδε τρίτοι ὔτε τέταρτοι,
Οὔτε δυωδέκατοι, ὔτ' ἐν λόγῳ ὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Quod posterius hemistichium imitatur Agathias in epigrammate.

——— ἡμετέρης δὲ
Φροντίδ☉- ὔτε λόγ☉- γίγνεται ὔτ' ἀριθμός.

In oraculi versibus est ἐν ἀριθμῷ: id Latine *in numero* Plinius posuit eadem facie lib. vii epist. xvii. *Nonne si prima quaeque improbari putas, debilitaris, & concidis? Opinor, quia in numero ipso est quoddam magnum collatumque consilium.*

Idyll. xv.

Ε'πτὰ δραχμᾶν κυνάδας) Vetus codex, ἑπταδράχμως: quod haud temere explorerim.

Ταμπέχονον ᾗ τὰν περονατρίδα) Quae sit heic περονατρὶς docuit Casaubonus, quem vide. Is vero vetus habitus Peloponnesiacarum. Etymologici Auctor. Αἱ κατὰ πελοπόννησον κόραι διημερευον ἄζωσοι ᾗ ἀχίτωνες, ἱμάτιον μόνον ἐπὶ θάτερον ἐπιπεπορπημέναι, ᾗ παραφαίνυσαι πολὺ τῦ σώματ☉-, καθάπερ ᾗ ἐν ἀρχαίοις ὕμνοις ἐςὶν εὑρεῖν ἐν ὑπομνήματι ἐκάβης. (lego ἐκάλης) Hesychius. Δωριάζειν, γυμνῦσθαι, ἀπὸ τῶν ἐν πελοποννήσῳ παρθένων, αἵ τινες χωρεύυσαι ἱματίδιον μόνον περιπόρπητον ἀμφιέννυνται, παραφαίνουσαι τὸ πολὺ τῦ σώματ☉-. Hinc lucem de Polyaeno lib. iv. Πολυσπέρχων τὰ ὅρια φυλασσόντων τῶν πελοποννησίων, τὺς αὐτῦ ςρατιώτας προέτρεψε πρὸς τὸν κίνδυνον, πῖλον ἀρκαδικὸν ἐπιθέμεν☉-, καὶ τρίβωνα διπλῦν ἐμπορπησάμεν☉-, καὶ βακτηρίαν λαβὼν, ἔφη πρὸς αὐτὺς. πρὸς ὓς μὲν κινδυνεύειν μέλλομεν, ὦ ςρατιῶται, τοιῦτοι τυγχάνυσιν ὄντες.

Ε"ρπειν ὥρα κείη) Apud Graecos ὥρα pro quovis tempore indifferenter accipiebatur, quos imitati Romani. Asconius Verr. iii. *Veteres propterea horas generaliter dixerunt more Graecorum*. Horatius in Arte.

——— *ah ego demens,*
Qui purgo bilem sub verni temporis horam!

Α'ργυρίω καθαρῶ μνᾶς) Non aliud est ἀργύριον καθαρὸν quam apud Latinos *argentum purum putum*. Vide Festum, & Agellium lib. vi. cap. v. Plinius lib. iii. epist. i. *Adponitur coena non minus nitida quam frugi, in argento puro & antiquo*. Martianus Capella lib. i. *purgatius aurum* dixit. *Iuno quoque ex purgatioris auri splendente vena addiderat crinibus sociale vinculum*. Cyprianus vocat *bonum aurum* adversus Iudaeos lib. ii. capit. xvi. *Ecce imago nimis magna, & contemplatio eius imaginis metuenda, elata stabat contra te, cuius caput fuit ex auro bono*, &c.

Καὶ θὰν θολίαν) Erat θολία pilei genus quo aestate ad arcendum solis aestum utebantur. Attici σκίῤῥον adpellabant. Invenio autem pileorum, quorum ad vitandum solem usus, genera duo: hi Arcadici, illi Thessalici dicebantur. De Arcadicis elegans locus apud Philostratum lib. ii. περὶ βίυ σοφιςῶν in Alexandro. Προϊόντ☉- ἢ αὐτῷ τῦ λόγυ, ἐπέςη ὁ ἡρώδης ἀρκάδι πίλῳ τὴν κεφαλὴν σκιάζων, ὡς ἐν ὥρᾳ θέρυς εἰώθει ἀθήνησιν. Meminit & horum Polyaenus loco citato. De Thessalicis Sophocles Οἰδίπ. ἐπὶ Κολ.

——— κρατὶ δ' ἡλιοςερὴς
Κυνῆ πρόσωπα θεσσαλίς νιν ἀμπέχει.

Scholiastes. Καὶ γὰρ περισσοὶ ἦσαν οἱ θεσσαλικοὶ πῖλοι. Callimachus.

Εἶδε☉- ἀμφὶ ἢ οἱ κεφαλῇ νέον αἱμονίηθεν
Μεμβλωκὸς, πίλημά τι πέτρυ ἄλκαρ ἔκειτο.

Erant & Boeotici pilei, quibus utebantur rustici. Hesychius. Κυνῆ βοιωτία. ἐγένοντο γὰρ διάφοροι. ἀλλ' αἱ ἐν βοιωτίᾳ καλαὶ κυναῖ. ἃς οἱ κατ' ἀγρὸν ἐφόρυν. Deque iis intelligendi Callimachi versus apud Apollonii Scholiasten.

Ε"πρεπέ τοι προέχυσα κάρης εὐρεῖα καλύπτρη
Ποιμενικὸν πίλημα. ———

Τὰν κύν' ἔσω κάλεσον) Canes ad aedium custo-

ſtodiam adhibitos nemo ignorat. Artemidorus lib. II. cap. I. Τῶν κυνῶν οἱ μὲν ἐπὶ θήρας τρέφονται, καὶ τούτων οἱ μὲν εἰσὶν ἰχνευταὶ, οἱ δὲ ὁμόσε τοῖς θηρίοις χωροῦσιν, οἱ δὲ ἐπὶ φυλακῇ τῶν κτημάτων, οὓς οἰκουροὺς καὶ δεσμίους λέγομεν. Theodoretus de Provid. Dei Orat. V. Κύνες, οἱ μὲν συνθηρῶσιν, οἱ δὲ συμποιμαίνουσιν, οἱ φύλακες γίνονται τῆς οἰκίας. Phemon in Proleg. lib. περὶ ἐπιμελείας κυνῶν. Οὐκ ἔλαττον συντελεῖ ὁ κύων πρὸς ὑπηρεσίαν τῷ ἡμετέρῳ γένει, πῇ μὲν πρὸς φυλακὴν, πῇ δὲ καὶ πρὸς θήραν, ἢ καὶ ἀμφότερα.

Παρέρπων αἰγυπτιστὶ) Vide Paroemiographos, Suidam, Heſychium, Etymologicographum. Martialis lib. IV. epigramm. XLII.

Niliacis primum puer hic naſcatur in oris,
Nequitias tellus ſcit dare nulla magis.

Τροίαν πειρώμενοι ἦλθον ἀχαιοὶ) Ariſtaenetus lib. I. Χρόνῳ δὲ καὶ Ἀτρεῖδαι τῆς κλεινῆς ἐκράτησαν Τροίας. Demoſthenes in Epitaphio. Τοσοῦτον γὰρ ἀμείνους τῶν ἐπὶ Τροίαν στρατευσαμένων νομίζοιντ' ἂν εἰκότως, ὅσων οἱ μὲν ἐξ ἁπάσης τῆς ἑλλάδος ὄντες ἀριστεῖς. δέκ' ἔτη τῆς ἀσίας ἓν χωρίον πολιορκοῦντες μόλις εἷλον. Dares ille fictitius ait pugnatum eſſe ad Troiam annis integris decem, menſibus VI. diebus XII. periiſſeque eo bello Graecorum quidem octingenta & octoginta ſex millia, Troianorum ſexcenta ſeptuaginta ſex. Iam de ipſo captivitatis tempore dividiae quam magnae? Clemens Stromat. I. Κατὰ δὲ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς Ἀγαμέμνονος βασιλείας Ἴλιον ἑάλω, Δημοφῶντος τοῦ Θησέως βασιλεύοντος ἀθήνησι τῷ πρώτῳ ἔτει, θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα ὥς φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. Αἰγίας δὲ καὶ Δερκύλος ἐν τῇ τρίτῃ μηνὸς πανήμου, ὀγδόῃ φθίνοντος. ἑλλάνικος γὰρ δωδεκάτῃ θαργηλιῶνος μηνός καί τινες τῶν τὰ Ἀττικὰ συγγραψαμένων, ὀγδόῃ φθίνοντος, τὸ τελευταῖον ἔτος Μενεσθέως, πληθυούσης σελήνης. Νὺξ μὲν ἔην, φησὶν ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκὼς μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα. ἕτεροι δὲ σκιρροφοριῶνος τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Sunt qui ſeptima luna accidiſſe dicant. Servius AEneid. II. *Sciendum autem ſeptima luna captam eſſe Troiam, cuius ſimulacrum apud Argos eſt conſtitutum.* Accidit vero bellum id Troianum poſt Moyſen annis fere nongentis, poſt Solomonem, centum & quadraginta. Teſtis Lactantius lib. IV. cap. V. & VIII.

Πάντα γυναῖκες ἴσαντι) Simonides de mulieribus loquens.

Τὴν δ' ἐξ ἀλιτρῆς θεὸς ἔθηκ' ἀλώπεκος
Γυναῖκα πάντων ἴδριν. οὐδέ μιν κακῶν
Λέληθεν οὐδὲν, οὐδὲ τῶν ἀμεινόνων.

Παύσασθ' ὦ δύστανοι ἀνάνυτα κωτίλλοισαι) Graeci ita loqui λαρυγγίζειν nuncupabant. Harpocration. Λαρυγγίζειν, τὸ πλατύνειν τὴν φωνὴν, καὶ μὴ κατὰ φύσιν φθέγγεσθαι. ἀλλ' ἐπιτεδεύειν περιεργότερον τῷ λάρυγγι χρῆσθαι. Hunc locum prae oculis habuit Hermogenes lib. I. περὶ ἰδέων cap. περὶ σεμνότητος, quum ita ſcribit. Ὁ γὰρ θεόκριτος ἀκθόμενόν τινα πεποίηκε δωριαζούσαις γυναιξὶ, διὰ τὸ πλατύνειν, τῷ ἃ τὰ πλεῖστα χρωμένας, τὴν φωνήν.

Τὸν ἰάλεμον ἠρίστευσε) Mos Graecorum vetus defunctorum laudes vel carmine, vel proſa oratione celebrare. Etymologici Auctor. Ἐλεγεῖα ἐπὶ νεκροῖς πάλαι ᾖδοντο. Philoſtratus ἡρωϊκοῖς. Προὔθεντο δὲ ἀθηναῖοι τὸ σῶμα (τοῦ αἴαντος) καὶ Μενεσθεὺς ἐπ' αὐτῷ λόγον ἠγόρευσε ᾧ νομίζουσιν ἀθήνησι τιμᾷν τοὺς ἐκ τῶν πολέμων τελευτῶντας. Quem morem etiam Romani a Graecis acceperunt. Hieronymus in vita Nepotiani. *Moris quondam fuit ut ſuper cadavera defunctorum in concione pro roſtris laudes liberi dicerent, & inſtar lugubrium carminum ad fletus & gemitus audientium pectora concitarent.* Vide Dionyſium Halycarnaſſaeum lib. V. Primus Romae Valerius Publicola Bruti ſupremas laudes oratione funebri proſequutus eſt, poſt quem deinde inſtitutum ut in clarorum virorum funeribus oratio funebris recitaretur. Praeter funebres illas orationes etiam naeniae uſitatae, quarum cantrices *Praeficae* dictae, earumque vocabulum uſque ad tempora belli Punici manſit. Naeniarum inventorem ſunt qui Simonidem ſtatuant. Vide Acronem lib. I. Od. II. Vnde Horatio *Caea naenia.*

Χρυσῶ παίζουσ' ἀφροδίτη) Divine emendat vir magnus χρυσωπίζουσ' ἀ. & haec eſt quam Homerus, Heſiodus, aliique χρυσῆν vocabulo vulgatiore adpellant. Delubrum eius fuit in Aegypto, ut teſtatur Iuſtinus Martyr in Serm. exhortat. ad Gentes. Χρυσῆν δὲ ἀφροδίτην ὠνόμασεν (ὁ ὅμηρος) ἐκ τῆς αἰγύπτου ἱστορίας. ἔγνω γὰρ καὶ τέμενος χρυσῆς ἀφροδίτης ἐν αἰγύπτῳ λεγόμενον, καὶ πεδίον χρυσῆς ἀφροδίτης ὀνομαζόμενον. Variat Homeri Schol. Iliad. III. Ἑστιαία δὲ ἡ γραμματική φησι πεδίον ἐστὶ χρυσοῦν καλούμενον, ἐν ᾧ χρυσῆν ἀφροδίτην τιμᾶσθαι, καὶ εἶναι οὕτως χρυσῆς ἀφροδίτης ἱερόν. καὶ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς πάσου. οἱ δὲ τὴν καλην. κλεάνθης δὲ καὶ ἐν λέσβῳ οὕτω τιμᾶσθαι ἀφροδίτην χρυσῆν.

Οἷόν τοι τὸν ἄδωνιν) Huius rei allegoricam explicationem vide apud Macrobium Saturnal lib. I. cap. XXI.

Συρίῳ δὲ μύρῳ χρύσει' ἀλάβαστρα) Syria unguenta nobiliſſima, ac proinde varii eorum meminerunt. Proferam unicum Andromachi Γαλήνῃ locum, ut vulnus curem a mala ei manu inflictum.

——— καὶ κεῖνον ὀπὸν μίσγοιο θυώδη
Βαλσάμου ἀσσυρίης ἔνδοθεν αἰνύμενος, lego, κλεινόν.

Corruperunt haec Syria unguenta Romam, & quamvis Publius Craſſus & Iul. Caeſar edixiſſent anno V. C. DC. LXV. nequis unguenta inveheret peregrina, vicerunt tamen poſtmodum vitia, & ſenatui adeo odores illi in delitiis fuere, ut L. Plotium L. Plotii fratrem, bis Conſulem, proſcriptum a Triumviris in Salernitana latebra unguenti odor proderet. Sed haec ἐν παρόδῳ. Poſuit vero ἀλάβαστρα pro myrothecis, quod Poetis non inſolens quia alabaſtriten lapidem (onychiten alii vocant) excavabant ad vaſa unguentaria. Plinius lib. XXXVI. cap. VIII. *Hunc Alabaſtriten vocant, quem cavant ad vaſa unguentaria, quoniam optime ea incorrupta ſervare dicitur.* Vide Iſidorum compilatorem Orig. lib. XVI. cap. V [a]

Τά τ' ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ) Heſychius. Ὑγρὸν ἔλαιον διὰ τὸ εἰς ἄνεσιν ἄγειν τὸ σῶμα. ἢ ὅτι πάντων τῶν ὑγρῶν ὑγρότατόν ἐστι τὸ ἔλαιον. πᾶσι γὰρ

[a] Hinc in Evangelio: *Alabaſtrum unguenti pretioſi.*

γὰρ ὑγροῖς ἐπιπλεῖ (lego ἐπιπολεῖ) βαλλόμενον τὸ ἔλαιον. Etymologici Auctor. Ὑγρὸν ἔλαιον, διὰ τὸ μὴ πήγνυσθαι ὡς τὸ ὕδωρ, ὅτι πολὺ ἔχει τὸ θερμόν. Plutarchus Sympos. lib. VI. Quaest. IX. Ἠπορήθη ποτὲ καὶ διὰ τῶν πολλῶν διὰ τί πολλῶν ὑγρῶν ὄντων, τὰ μὲν ἄλλα τοῖς ἰδίοις ἐπιθέτοις ὁ ποιητὴς εἴωθε κοσμεῖν, τὸ γάλα τε λευκὸν, καὶ τὸ μέλι χλωρὸν, καὶ τὸν οἶνον ἐρυθρὸν καλῶν. τὸ δὲ ἔλαιον ὑπὸ (lego ἀπὸ) κοινοῦ τοῦ πᾶσι συμβεβηκότος μόνον ἐπιεικῶς ὑγρὸν προσαγορεύει. εἰς τοῦτο ἐλέχθη ὅτι καὶ γλυκύτατόν ἐστι τὸ δι᾽ ὅλου γλυκὺ, καὶ λευκότατον, τὸ δι᾽ ὅλου λευκόν. δι᾽ ὅλου δὲ τοιοῦτόν ἐστιν ᾧ μηδὲν ἐμμέμικται τῆς ἐναντίας φύσεως. οὕτω δὲ καὶ τὸ ὑγρὸν μάλιστα ῥητέον, οὗ μηδὲν μέρος ξηρόν ἐστι. τοῦτο δὲ τῷ ἐλαίῳ συμβέβηκε. Vide totum illud Problema.

Αὖθεν δ᾽ ἄμμες νιν ἅμα δρόσῳ) Observa hic mane efferri Adonidem, nam is mos in Graecia. Libet vero data occasione excurrere paululum, & de vetere efferendi, sepeliendique tempore, & die aliqua, quae per aetatulam hanc licuit ex auctorum lectione colligere, in medium proferre. Efferebantur itaque postridie mortem, quod animadverto in Ciceronis Orat. pro Cluentio. *Eo ipso die puer quum hora undecima in publico valens visus esset, ante noctem mortuus, & postridie ante lucem combustus est*. Callimachus epigramm. XIX.

Δαίμονα τίς δ᾽ εὖ οἶδε τὸν αὔριον, ἡνίκα καί σε
Χάρμι τὸν ὀφθαλμοῖς χθιζὸν ἐν ἡμετέροις
Τῇ ἑτέρῃ κλαύσαντες ἐθάπτομεν. ———

Hinc capienda illa Pherecidae iam iam mortem exspectantis in epistola ad Thaletem. Καὶ προεῖπ᾽ αὐτοῖσιν ἥκειν ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐπὶ τὰς Φερεκύδεω ταφάς. Haec de elationis die; nunc de tempore agendum, quod matutinum, ut initio dixi, nocte iam decrescente. Heraclides de Alleg. Hom. Ἦν ὁ παλαιὸς ἔθος τὰ σώματα τῶν καμόντων, ἐπειδὰν ἀναπαύσηται τοῦ βίου, μήτε νύκτωρ ἐκκομίζειν, μήθ᾽ ὅταν ὑπὲρ γῆς τὸ μεσημβρινὸν ἐπιτείνηται θάλπος, ἀλλὰ πρὸς βαθὺν ὄρθρον ἀπύροις ἡλίου ἀκτῖσιν ἀνιόντος. Callimachus epigramm. XXV.

Ἠῷοι Μελάνιππον ἐθάπτομεν, ἠελίου δὲ
Δυομένου Βασιλὼ κάτθανε. ———

Cicero loco citato. *Ante noctem mortuus, & postridie ante lucem combustus est*. Legimus quoque apud Virgilium AEneid. XI. Pallantem Evandri filium mane efferri. Hinc permansit postea consuetudo, ut mortuos faces antecederent, teste Servio AEneid. VI. Ergo mane elata funera indubie: itaque si formosum aliquem iuvenem mori contigisset, eius elatio ἡμέρας ἁρπαγὴ adpellabatur. Heraclides loco citato. Ἐπειδὰν οὖν εὐγενής τις νεανίας ἅμα καὶ κάλλει προέχων τελευτήσῃ, τὴν ὄρθριον ἐκκομιδὴν ἐπευφήμουν ἡμέρας ἁρπαγήν, ὡς οὐκ ἀποθανόντος, ἀλλὰ δι᾽ ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν ἀνηρπασμένου. Mos praeterea (addam & hunc ritum funebrem) cum mortuis aquam efferre inferis libandam. Iustinus Martyr Apolog. II. Ὅπερ μόνον ἐγκαλεῖν ἡμῖν ἔχετε, ὅτι μὴ τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν σέβομεν θεοὺς, μηδὲ τοῖς ἀποθανοῦσι χοὰς καὶ κνίσας, καὶ ἐν ταφαῖς στεφάνους καὶ θυσίας φέρομεν. Apuleius lib. de Mundo. *Diis sacrificatur, Geniis ministratur, obitis libatione profunditur*. Orpheus in Argonaut.

——— ξένος ἐν ψαμάθοισι
Κεῖται ἀποφθίμενος, τῷ οἱ κτέρεα κτερεΐξαι
Παμμήτειρα Ῥέη κέλεται γέρα, ἠδὲ καὶ λοιβὰς
Δῦναι ὑποχθονίοισι. ———

Et postea.

——— αὐτὰρ ἔγωγε
Ψυχὴν ἐλασάμην σπένδων μειλίγματα χύτλων
Ὕδατι δ᾽ ἠδὲ γάλακτι μελισσορυτῶν ἀπὸ νασμῶν
Λοιβαῖς συμπροχέων. ———

Eam aquam χθόνια λουτρὰ Graeci nuncupabant. Auctor proverb. Χθόνια λουτρὰ, τὰ τοῖς νεκροῖς ἐπιφερόμενα, ἐπεκομίζετο γὰρ ἐπὶ τοὺς τάφους λουτρά. Vide Hesychium, & Suidam. Latini *Arferial*, & *Arferiam aquam* adpellabant. Glossae. Ὕδωρ τὸ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς σπενδόμενον. *Arferial*. Festus. *Arferia aqua, quae inferis libabatur*. Portabant eam, si vir, aut femina excessisset, mulieres, quae ἐγχυτρίστριαι dicebantur. Etymologici Auctor. Ἐγχυτρίστριαι, αἱ τὰς χοὰς τοῖς τετελευτηκόσιν ἐπιφέρουσαι. Sin iuvenis quispiam, aut virgo, fungebatur eo munere puer genere proximus. Idem Etymologicographus. Ἔθος δὲ ἦν καὶ ἀγάμων ἀποθανόντων λουτροφορεῖν. ταῦτα δὲ ποιῶν ἦν παῖς ἄρρην ὁ ἐγγύτατα γένους. Harpocration. Ἔθος δὲ ἦν καὶ τῶν ἀγάμων ἀποθανόντων λουτροφορεῖν, καὶ ἐπὶ τὸ μνῆμα ἐφίστασθαι. τοῦτο δὲ ἦν παῖς ὑδρίαν ἔχων. Restituo, τοῦτο δὲ ποιῶν ἦν π. υ. ἐ. Ad infantium tamen sepulcra ea aqua non elata. Plutarchus in Orat. Consolat. ad uxorem. Τοῖς δὲ πατρίοις καὶ παλαιοῖς ἔθεσι καὶ νόμοις ἐμφαίνεται μᾶλλον ἢ περὶ τούτων ἀλήθεια. τοῖς γὰρ αὐτῶν νηπίοις ἀποθανοῦσιν οὔτε χοὰς ἐπιφέρουσιν, οὔτ᾽ ἄλλα δρῶσι περὶ αὐτὰ, οἷα εἰκὸς ὑπὲρ θανόντων ποιεῖν τοὺς ἄλλους.

Οὔτ᾽ Αἴας ὁ μέγας) Cur Aiax μέγας dictus docet Philostratus ἡρωϊκοῖς. Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος ἐκάλουν οἱ Ἀχαιοὶ μέγαν, οὐκ ἀπὸ τοῦ μεγέθους, οὐδ᾽ ἐπειδὴ μείων ὁ ἕτερος, ἀλλ᾽ ἀφ᾽ ὧν ἔπραττε.

Idyll. XVI.

Κενεᾶς ἐπὶ πυθμένι χηλοῦ) Adludit ad duo scrinia Simonidis Lyrici Poetae, qui primus astutia quaestum in artem induxisse traditur. Erant illi duo scrinia, alterum gratiarum, alterum praemiorum, quae quum post tempus aliquod aperuisset, gratiarum scrinium semper inane, praemiorum autem plenum offendere se dicebat; eo commento significans se nolle gratis carmina donare. Aristophanis Scholiastes ad Pacem. Τὸ μέντοι περὶ κιβωτῶν περὶ Σιμωνίδου λεγόμενον ὅτι παρακειμένας εἶχε δύο, τὴν μὲν κενὴν, τὴν δὲ μεστήν. καὶ τὴν μὲν κενὴν χαρίτων ἔλεγεν εἶναι. τὴν δ. γνώριμον.

Πᾶς δ᾽ ὑπὸ κόλπου χεῖρας ἔχων) Nimirum sub pallio; id enim pudoris, ac modestiae indicium apud Graecos, maxime Atheniensses, habebatur. Artemidorus lib. I. cap. LVI. Χρὴ τὸν ἔφηβον ἐν τῇ χλαμύδι καὶ τὴν δεξιὰν ἐνειλημένην ἔχειν, διὰ τὸ ἀργὴν μὴ εἶναι καὶ πρὸς ἔργα καὶ λόγους τὴν χεῖρα. Quintilianus lib. XI. cap. III. *Est aliquid in amictu, quod ipsum aliquatenus temporum conditione mutatum est. Nam veteribus nulli sinus, per quam breves post illos fuerunt. Itaque etiam gestu necesse est usos in principiis eos alio, quorum brachium, sicut Graecorum, veste continebatur*. lib. XII. cap. X. *Quapropter mihi falli multum*

tum videntur, qui ſolos eſſe Atticos credunt tenues, & lucidos, & ſignificantes, ſed quadam eloquentiae frugalitate contentos, ac ſemper manum intra pallium continentes. Interpungo, & emendo, *Q. ſ. e. A. c. t. e. l. & ſignificantes ſe quadam e. f. c.* Huc pertinent illa Valerii Maximi lib. VI. cap. IX. *Primum coronam capite detractam proiecit, paulo poſt brachium intra pallium reduxit.* Item illa Porphyrii περὶ ἀποχῆς. Α'εὶ δ' ἐντὸς τοῦ σχήματος χεῖρες. Ab eadem hac face etiam lux AEliano ποικ. ἱστορ. lib. V. capit. XIX. Α'μυνίας ὁ νεώτερος ἀδελφὸς διακαλυψάμενος τὸ ἱμάτιον, ἔδειξε τὸν πῆχυν ἔρημον τῆς χειρός. Iam vero de palliis (quoniam eorum mentio) id quoque heic dicere libet fuiſſe antiquitus nigra uſque ad Herodis Sophiſtae tempora, qui primus albo indutus fuit. Planum id ex Philoſtrato lib. II. περὶ βίου σοφιστῶν, in Herode. Μετεκόσμησε καὶ τοὺς Α'θηναίους ἐφήβους εἰς τὸ νῦν σχῆμα, χλαμύδας πρῶτος ἀμφιέσας λευκὰς, τέως γὰρ μέλαινας ἐνημμένοι τὰς ἐκκλησίας περιεκάθηντο, καὶ τὰς πομπὰς ἔπεμπον, πενθούντων δημοσίᾳ τῶν Α'θηναίων τῶν κήρυκα τὸν κοπρέα, ὃν αὐτοὶ ἀπέκτειναν τοὺς ἡρακλείδας τοῦ βωμοῦ ἀποσπῶντας. Lego, ἀποσπῶντα.

Καὶ ἄνακτος Α'λεύα) Aleuas rex quidam Theſſaliae fuit, cuius meminit Pindarus Pythion. Od. X. & Vlpianus ad Demoſthenis Olynthiacam I.

Α'ρμαλιὴν ἔμμηνον) Mos Graecis pariter, & Romanis, certam alimoniam in ſingulos menſes ſervis ſuis diſtribuere. Hinc capiendus Phocylides,

Δούλῳ τακτὰ νέμοις. ———

Theodoretus de Provident. Dei Orat. VII. de ſervis loquens. Μέτρῳ λαμβάνει τὸ σιτηρέσιον, ἀλλὰ φροντίδος ἀπηλλαγμένον ἐπ' ἐδάφους καθεύδει, ἀλλ' οὐ μεριμνᾷ. Latini id *demetiri*, Graeci Σιτομνημονεῖν dicebant. Heſychius. Σιτομνημονεῖν, ἀντὶ τοῦ τὰ σῖτα μετρεῖν, παρόσον ἀπεγράφοντο οἱ λαμβάνοντες παρὰ τῶν δεσποτῶν τὰ τεταγμένα μέτρα. Faciebant id die menſis ultima. Heſiodus, ἡμέραις.

Πεφραδέμεν δμώεσσι τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην,
Ε'ργα τ' ἐπιπτεύειν ἠδ' ἁρμαλιὴν δατέεσθαι.

Romani Kalendis. Plautus Sticho, Sc. *Qui manet*, &c.

Vos meminiſtis quot calendis petere demenſum cibum.

Dabant autem modios quatuor. Donatus Phorm. Act. I. Sc. I. *Servi quaternos modios accipiebant frumenti in menſem, & id Demenſum dicebatur.* Sed hoc de privatis ſervis, nam publici annua accipiebant. Graecorum Σιτομέτριον quale fuerit nondum memini legere.

Ε'μετρήσαντο πενέσται) Erant πενέσται apud Theſſalos, quales Lacedaemoniorum εἵλωτες, Cretenſium κλαρῶται, & μνῶιται, Maryandynorum δορυφόροι, Argivorum γυμνῆτες, & Sicyoniorum κορυνηφόροι. Vide praeter alios Grammaticos Iul. Pollucem. Ad Helotas, quod attinet, iis uſi Lacones in dedocenda filios ebrietate. Cydonius in Orat. περὶ τοῦ καταφρονεῖν τὸν θάνατον. Ω'σπέρ φασι καὶ λακεδαιμονίους τῇ τῶν εἱλώτων μέθῃ τοῖς παισὶν ὑποδεικνύναι τὸ τῆς νήψεως ἀγαθόν. Porro πενέσται, quorum hic Theocritus meminit, etiam θετταλικέται adpellati fuerunt. Harpocration. Διάλεκται δὲ περὶ αὐτῶν ἐπὶ πλέον. Στάφυλος ἐν τῇ τρίτῃ περὶ θετταλῶν οὐ μόνον δὲ αὐτοὺς πενέστας καλεῖσθαί φησιν, ἀλλὰ καὶ θετταλικέτας.

Χαιρέτω ὅστις τοῖος) Hoc loco χαίρειν maledicti vim habet, quemadmodum *vale* ſaepe apud Tragicos, Comicoſque. Servius AEneid. XI. *Varro in libris Logiſtoricis dicit ideo mortuis, Salve, & Vale dici, non quod valere, aut ſalvi eſſe poſſint, ſed quod ab his recedimus eos numquam viſuri; hinc ortum eſt, ut etiam maledicti ſignificationem Vale obtineat.* Ter. Andr. Act. IV. Sc. II.

——— *valeant.*
Qui inter nos diſcidium volunt.

Agathias lib. II. Οὕτω δὲ ἅπαντες οἴκαδε ἀπενόστησαν, χαίρειν εἰπόντες τῇ τοῦ βαρβάρου φιλοξενίᾳ. Et apud alios innumeros, quos mitto.

Σακέεσσι ἰτείνοισιν) E ſalice olim clipei. Virgil. AEneid. VII.

——— *flectuntque ſalignas*
Vmbonum crates alii. ———

Hinc & ἰτέαι dicebantur. Heſychius. Ι'τέαι, αἱ ἀσπίδες. διὰ τὸ πρώτας ἐκ ταύτης τῆς ὕλης κατασκευασθῆναι. Etiam ex ære. Talis ille Militis Plautini; talis ille, quo Democritus Abderites uſus ad effodiendos oculos, ut eſt apud Agellium. Virgil. AEn. I.

Ære cavo clipeum magni geſtamen Abantis.

Lib. XI.

——— *clipeumque ex ære ſiniſtrae.*
Subligat. ———

Ennius ſimpliciter *æs* dixit, pro clipeo ex ea materie. Feſtus. *Prolato ære apud Ennium ſignificat ſcuto ante ſe protento.* Fuere & e corio, & viminibus, ut ad Lycophronem dixi.

Ι'ππείαι δὲ κόρυν σκεπάουσιν ἔθειραι) Hac de re ad Dioſcuros erit dicendum.

Κακαὶ πέμψειαν ἀνάγκαι) Duplicem conſtituit neceſſitatem Philoſophus, ἡ μὲν γὰρ, inquit, κατὰ φύσιν καὶ τὴν ὁρμήν. ἡ δὲ βιαία, ἡ παρὰ τὴν ὁρμήν. Quam ultimam etiam κακοποιὸν dixerunt veteres. Sophocles ἀναγκαίαν τύχην adpellat in Aiace, & Antigone; & fruſtra eſt Brodaeus, qui in obſcoenam ſententiam rapit.

Α'ριθματοὺς ἀπὸ πολλῶν) Α'ριθμητοὶ pro paucis, eleganter. Eadem notione *numerabilis*, praeter Horatium, dixit Apuleius lib. I. de Philoſophia. *Sed adprime bonos, & ſine mediocritate deterrimos, paucos admodum, rarioreſque, & ut ipſe ait, numerabiles eſſe.*

Ο'πῃ πλατὺ τεῖχος) Solinus. *Chaldaeae gentis Babylon eſt, a Semiramide condita, tam nobilis, ut propter eam & Aſſyrii, & Meſopotamii in Babyloniae nomen tranſierint: urbs eſt ſexaginta millia paſſuum circuitu patens, muris circumdata, quorum altitudo ducentos pedes detinet, latitudo quinquaginta in ſingulos pedes ternis digitis ultra quam menſura noſtra eſt altioribus.*

Idyll. XVII.

Ε'κ Διὸς ἀρχώμεσθα) Arati Scholiaſtes. Ε'θος γὰρ δὲ τοῦτο τοῖς ἀρχαίοις φιλοθέοις οὖσιν ἐπιεικῶς ἅπασιν ἀπὸ θεῶν ἄρχεσθαι, ὡς καὶ

πάν-

πάντων ἀνθρώποις τῶν καλῶν αἰτίων. Apollonii Scholiastes lib. I. Ἔθος ἀπὸ θεῶν προοιμιάζεσθαι. Philostratus ἡρωϊκοῖς. Τὸ μὲν θεοὺς ἡγεμόνας εἶναι τοῖς ποιηταῖς ξένε τῆς πάσης ᾠδῆς, αὐτοί πυ οἱ ποιηταὶ ὁμολογῦσιν. οἱ μὲν Καλλιόπην, οἱ δὲ ϗ τὸν ἀπόλλω πρὸς ταῖς ἐννέα παρατυχεῖν αἰτύμενοι τῷ λόγῳ. Artemidorus lib. I. cap. XI. Οὐχ ὥσπερ οἱ παλαιοὶ ἀπὸ θεῶν ἀρξόμεθα. Plinius lib. VIII. epistola IV. *Proinde iure vatum invocatis diis, & inter deos, ipso, cuius res, opera, consilia dicturus es, immitte rudentes, pande vela, ac si quando alias, toto ingenio vehere*. Corippus libro primo.

Officio quocumque datur praecommodo linguam,
Vos divae date verba, & quae vigilantia mater,
Et quae summa regens sapientia respicis orbem.
Vos mihi pro cunctis dicenda ad carmina Musis
Sufficitis. ———

Varro De Re Rust. lib. I. cap. I. *Et quoniam (ut aiunt) dei facientes adiuvant, prius invocabo, eos, nec, ut Homerus, & Ennius, Musas, &c.* Nec Poetae id soli fecerunt, verum enimvero etiam ipsi Oratores, qui Iovem Opt. Max. invocabant. Valer. Maximus in Prologo, lib. I. *Nam si prisci Oratores ab Iove Optimo Maximo bene orsi sunt; si excellentissimi vates a numine aliquo principia traxerunt, mea parvitas eo iustius ad favorem tuum decurrerit*. Virgil. AEn. XI.

Praefatus divos solio rex infit ab alto.

Servius. *More antiquo; nam maiores nullam fere orationem, nisi invocatis numinibus inchoabant, sicut sunt omnes Orationes Catonis, & Gracchi*. Vnde Cicero in Verrem per irrisionem ait. *Si quid ex vetere aliqua oratione Iovem ego Opt. Max. &c.* Demost. contra AEschynem. Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι ϗ πάσαις. Vide Asconium in Ciceronis Divinationem. Ridet eumdem morem Symmachus lib. V. epist. XLIV. *An si nobis scribenda sit forensis oratio, Iovem, deosque ceteros Catonis lege praefabimur, ne nobis vitio detur vel negligentia antiquitatis, vel inscitia*[a]?

Πέρσαισι βαρὺς θεὸς) Tradunt Ammonis filium haberi voluisse Alexandrum, atque duodecim diis decimum tertium additum. Clemens, ut Curtium, & alios omittam, προτρεπτικῷ. Ἐβύλετο δὲ ϗ Ἀλέξανδρος Ἄμμωνος υἱὸς εἶναι δοκεῖν, ϗ κερασφόρος ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν. Postea. Οἵδε γὰρ ἀνθρώπυς ἀποθεῶν τετολμήκασι, τρισκαιδέκατον Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἀναγράφοντες θεὸν, ὃν Βαβυλὼν ἤλεγξε νεκρόν.

Στερεοῖο τετυγμένα ἐξ ἀδάμαντος) Hesiodi Scholiastes lib. I. Ἀδάμας δ' ἐστὶν εἶδος σιδήρυ, ϗ λίθος στερρὸς δς διὰ ὑπερβάλλυσαν πυκνότητα οὔτε πυρῦται, οὔτε σιδήρῳ τέμνεται, ἀλλὰ μολίβδῳ, ϗ αἵματι τράγυ. Genera eius quatuor: Indicus, Arabicus, Macedonicus, Cyprius. Vide Plinium lib. XXXVII. cap. IV.

Λαοφόνον Διομήδεα) Ita *homicidam Hectorem* dicit Horatius Epod. XVII.

Luxere matres Iliae addictum feris
Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem[b].

Μισγομένα Τυδῆι) Quare μίσγεσθαι in re venerea usurpatum, docet Nemesius περὶ φύσ. ἀνθ. cap. XXV. Καὶ αἱ γυναῖκες δὲ πάντα τὰ αὐτὰ τοῖς ἀνδράσιν ἔχυσι μόρια, ἀλλ' ἔνδον καὶ ὐκ ἔξω. Ἀριστοτέλης μὲν ὖν ϗ Δημόκριτος ὐδὲν βύλονται συντελεῖν τὸ τῆς γυναικὸς σπέρμα πρὸς γένεσιν τέκνων. τὸ γὰρ προϊέμενον ἐκ τῶν γυναικῶν ἱδρῶτα τοῦ μορίυ μᾶλλον ἢ γονὴν εἶναι βύλονται. Γαληνὸς δὲ καταγινώσκων Ἀριστοτέλυς λέγει σπερμαίνειν μὲν τὰς γυναῖκας, ϗ τὴν μίξιν τῶν ἀμφοτέρων σπερμάτων ποιεῖν τὸ κύημα. διὸ ϗ τὴν συνυσίαν μῖξιν λέγεσθαι.

Ἔνθα γὰρ εἰλέθυιαν ἐβώσατο) Parientium praeses, & opitulatrix Diana putata, quae εἰλέθυια Graecis, *Iuno Lucina* Latinis. Arnobius lib. III. Horatius in Carmine Seculari. Pindarus Nemeon. Od. VII. Iul. Africanus Histor. Apostol. lib. III. Macrobius lib. VII. cap. XVI. Hac de caussa ei supercilia sua consecrarunt mulieres. Festus. *Supercilia in Iunonis tutela putabant, in qua dicuntur mulieres etiam, quod iis protegantur oculi, per quam luce fruimur, quam tribuit Iuno*. Varro lib. IV. De LL. *Facta igitur a iuvando, & luce Iuno Lucina, a quo parientes eam invocant. Luna enim nascentium dux, quod menses huius ducat. Hoc vidisse antiquos adparet, quod mulieres potissimum supercilia sua adtribuerunt ei Deae. Hic enim maxime collocari debuit Iuno Lucina, ubi ab diis lux datur oculis*. Locum habuit, & aedem in secunda urbis regione apud Cispium montem; coli autem coepta Kalendis Martiis, quas ea propter matronae celebrabant. Fuere praeterea apud Romanos Dii Nixii, quorum signa tria in Capitolio genibus nixa ante Minervae cellam visebantur. Vide Festum.

Ὁ δὲ πατρὶ ἐοικὼς) Paulo ante,

——— τέκνα δ' ὑπότ' ἐοικότα πατρί.

Ad quae vide Casaubonum, quibus addo. Aristaenetus lib. I. Εἶτα τῆς Εἰλειθυίας ἐγκαίρως ἐφισαμένης, τίκτει παιδίον ἀστεῖον νὴ τὰς χάριτας καὶ τῷ φύσαντι γνησίως ἐξεικονισμένον τῇ φύσει. Lib. II. Καὶ ὄνοιθά γε δικαίως ἀλλήλων ἐπὶ μήκιστον χρόνον, ϗ γένοιτο παιδίον ὑμῖν ὅμοιον τῷ πατρί. Plinius minor, lib. V. epist. XVI. *Amisit enim filiam, quae non minus mores eius, quam os, vultumque referebat, totumque patrem similitudo exscripserat*. Nam parentibus dissimiles illegitimi habebantur. Phocylides.

Οὐ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίυς μοιχικὰ λέκτρα.

Horatius lib. IV. Od. V.

Laudantur simili prole puerperae.

Quintilianus Declamat. XVIII. *Quae pudicitiae prima fiducia est, edidit partum, quem maritus adgnosceret; non timuit ne stupra, furtivosque concubitus parvuli vultus, aut crescentis infantis similitudo detegeret*[c]. Huc facit iocus Liviae apud Macrobium Saturn. lib. II. cap. V.

[a] Hinc in antiquis Inscriptionibus, illae praefationes ἀγαθῇ τύχῃ σὺν θεῷ, *bono eventu*.

[b] Horatius Homerum imitatus est, apud quem illud: ἐφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο.

[c] Consule *De Puerperio*.

cap. v. *Quumque conscii flagitiorum mirarentur, quomodo similes Agrippae filios pareret, quae tam vulgo potestatem sui corporis faceret, ait :* NVMQVAM. ENIM. NISI. NAVI. PLENA. TOLLO. VECTOREM. Eos autem maxime diligebant parentes. Apuleius Apologia. *Equidem scio, & filiorum cariores esse, qui similes videntur*. Dido apud Virgilium AEneid. IV.

——— si quis mihi parvulus aula
Luderet AEneas, qui te tantum ore referret.

Parasitus apud Theophrastum cap. περὶ ἀρεσκείας. Καὶ κεκλημένος δ' ἐπὶ δεῖπνον, κελεῦσαι καλέσαι τὰ παιδία τὸν ἑστιῶντα, καὶ εἰσιόντα φῆσαι σύκυ ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρί. Similitudinis eius caussas Physicas vide apud Censorinum cap. VI.

Διὸς αἴσιος αἰετὸς ὄρνις) Cur aquila Iovi sacra docet Acron lib. IV. Od. IV. Servius AEneid. IX. Myro Poetria μνημοσύνῃ.

Νέκταρ δ' ἐκ πέτρης μέγας αἰετὸς αἰὲν ἀφύσσων
Γαμφηλῇ φορέεσκε πετῶν Διὶ μητιόεντι.
Τὸν καὶ νικήσας πατέρα κρόνον εὐρύοπα ζεὺς
Ἀθάνατον ποίησε, καὶ ὀρανῷ ἐγκατένασσεν.

Variat Lactantius lib. I. cap. XI. & Phurnutus. Ἱερὸς δὲ ὄρνις αὐτῦ (Διὸς) ὁ ἀετὸς λέγεται εἶναι, διὰ τὸ ὀξύτατον εἶναι τῦτον τῶν ἄλλων πτηνῶν. Fuit vero apud veteres auspiciis accommodatissima, quod hoc loco quoque licet observare. Festus. *Alites volatu auspicia facientes istae putabantur; buteo, sanqualis, immussulus, aquila, vulturius*. Exempla habes quoque apud Suetonium in Augusto. *Octavianus Augustus quum lustrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum saepius circumvolavit, transgressaque in vicinam aedem super nomen Agrippae ad primam litteram sedit*. Et ibidem. *Contractis ad Bononiam Triumvirorum copiis, aquila tentorio Octavii Augusti supersedens, duos corvos hinc, & inde infestantes ecflixit, & ad terram, dedit notante omni exercitu, futuram quandoque inter collegas discordiam talem, qualis sequuta est, ac exitum praesagiente*. Apud Pindarum etiam Isthmion. Od. VI. ex aquilae volatu auguratur Hercules exauditas preces suas.

Ταῦτ' ἄρα οἱ φαμένῳ πέμψεν θεὸς
Ἄρχον οἰωνῶν μέγαν ἀετόν.
Ἁδεῖα δ' ἔνδον μὲν ἔκνιξεν χάρις.
Εἶπέν τε φωνήσας ἅτε μάντις ἀνήρ,
Ἔσσεταί τοι παῖς ὃν αἰτεῖς ὦ τελαμών.

Similiter apud Val. Flaccum lib. I.

Talia conanti laevum Iovis armiger aethra
Advenit, & validis fixam gerit unguibus agnam.

Φιλοπτολέμοις τε Καρέσσι) Militiae olim studiosi Cares, cuius rei testimonium perhibent scutorum ansae, umbilici, & cristae, & insignia, quae omnia ipsi invenerunt. Strabo lib. XIV. de Caribus loquens. Τῦ δὲ περὶ τὰ ϛρατιωτικὰ ζήλυ τά τε ὄχανα ποιῦνται τεκμήρια, καὶ τὰ ἐπίσημα, καὶ τὺς λόφυς. Vide quae ad Lycophronem pag. 341.

(a) Elagabalus aurea scobe capillos crispergebat, ut apud *Herodianum* videre est. *Prudentius*.
Armiger e cuneo puerorum flavicomantes.

Ξανθοκόμος πτολεμαῖος) Flava caesaries olim haud parum ad pulcritudinis commendationem. AElianus lib XII. de Aspasia, Ἦν ἡ καὶ τὴν κόμην ξανθή, καὶ οὔλη τὰς τρίχας ἠρέμα. Et de Atalanta lib. XIII. Ξανθὴ δὲ ἦν αὐτῆς ἡ κόμη, οὔτι πυ πολυπραγμοσύνῃ γυναικείᾳ, καὶ βαφαῖς ἅμα, καὶ φαρμάκοις. Poeta quoque quum *aureolum capillitium* dicit flavum intelligit. Nec flava tantum pulcritudinem commendabat, sed & nigra. Horatius lib. I. Od. XXXII.

Et Lycum nigris oculis, nigroque
Crine decorum.

Varro apud Nonium in Rictus. *Ante auris nodosae soboles, & cincinni parvuli intorti demittebantur. Oculi suppaetuli nigellis pupillis, &c.* Ita lego eum locum. Sed, inquiet aliquis, hoc in Italia, ubi meretricum capillus flavus; dabo e Graecia auctorem Aristaenetum lib. I. in epist. Cyrtionis. Ἐξέλαμπε γὰρ ἐκ πολλῆς τε καὶ μελαίνης κόμης λευκὸς μὲν τράχηλος. Viden? aperte hic coma nigra. Possis nihilominus ξανθόκομον Ptolemaeum accipere propter aureos funiculos quibus capillos nectere mos. Coluthus de Baccho.

Χρυσέοις δ' ἑκάτερθε τινασσόμενος πλοκάμοισι.

Ovidius Metamorph. lib. XII.

Barba erat incipiens, barbae color aureus, aureaque
Ex humeris medios coma dependebat in armos.

Valerius Flaccus lib. VI.

Et gravidae maduere comae, quas flore Sabaeo
Nutrierat, liquidoque parens signaverat auro.

Iuvenalis Sat. II.

Reticulumq; comis auratum ingentibus implet.

Petronius.

Fundunt colla rosas, & cedit crinibus aurum.

Lego, *Findunt* c. r. [a]

Μυρμάκων αἰὲν μογεόντων) Multa de formicarum industria, & sedulitate narrantur, quam etiam regum omnium sapientissimus non iniuria commendavit. Vide praeter Historiae Animalium Scriptores Virgilium AEneid IV Phocylidem ποιήματι νυθετικῷ. Hieronymum in Vita Malchi.

Χέρας φοιβήσασα μύροις ἔτι παρθένος) Solebant antiquitus oleo se ungere virgines. Hesiodus lib. II.

Οὔτω ἔργ' ἄδυῖα πολυχρύσυ Ἀφροδίτης,
Εὖτε λοεσσαμένη τέρενα χρόα, καὶ λίπ' ἐλαίῳ
Χρισαμένη. ———

Emendo, Οὔτε λ. Scholiast. ἐλάφοντο δὲ πρώϊω αἱ παρθένοι τῷ τῦ βαλσάμυ ἐλαίῳ. Homerus Odyss. VII. de Nausicaa.

Δῶκε δέ οἱ χρυσέῃ ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον,
Εἵως χυτλώσαιτο σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν.

Et postea.

Αἱ δὲ λοεσσάμεναι καὶ χρισσάμεναι λίπ' ἐλαίῳ,
Δεῖπνον ἔπειθ' εἵλοντο παρ' ὄχθῃσιν ποταμοῖο.

Hinc lucem do Horatio lib. II. Od. XII.

——— nec dare brachia
Ludentem nitidis virginibus sacro
Dianae celebris die.

Nam

Et illud:
Εἰσιμένα κλιτία ξανθότριχι πατρὸς ἀκύω.

Nam *nitidas virgines* dixit propter oleum, quo ungebantur; sic λιπαρὰν παλαίςραν, item *nitidam palaestram* dixerunt Theocritus, & Ovidius, ut supra monui.

Idyll. XVIII.

Ἄειδον δ' ἄρα πᾶσαι ἐς ἓν μέλος) Is mos erat in nuptiis. Aristaenetus lib. I. Αἱ δὲ τῆς παιδὸς ἡλικιώτιδες ἐνεργὸν ὑμέναιον ᾖδον, οὐκ ἀναβαλλόμενον ἔτι, οὐδὲ διακοπτόμενον νόσῳ. καὶ ἡ διδάσκαλος ἐπέβλεπε τὴν ἐπᾴδουσαν. καὶ ἐς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐνεβίβαζε χρονομῦσα τὸν τρόπον. ἕτερος δὲ τοῖς ᾄσμασιν ἐπεκρότει, καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσχαλμένοις ὑποκειμένην τὴν ἀριςερὰν ἔπληττεν ἐς τὸν κοῖλον. ἵν' ὦσιν αἱ χεῖρες εὔφωνοι συμπληττόμεναι τρόπον κυμβάλων. Nonnus Dionys. lib. V.

Α'όνιον δὲ θύγατρες ἀνεκρέσαντο χορείαις
Ἁρμονίης ὑμέναιον, ἐπ' εὐθαλάμῳ ἦ μελάθρῳ
Θρηϊκίης φθέγξαντο χορῆτιδες σύνομα νύμφης.

Theon Sophista in Paradigmatis. Τί οὖν ἐγὼ φημι δεῖν ἐκεῖνο μᾶλλον μὲν ἐννοεῖν, ὑμέναιον, κρότους, &c. Epithalamiorum autem duo erant genera: illa vesperi canebantur, atque ad medium noctis producebantur, & κατακοιμητικὰ; ista mane, & διεγερτικὰ dicebantur. Illom mentionem habemus apud Mart. Capellam sub exitum libri noni. *Quae quum Harmonia intentis tam divis, quam heroum populis augusta quadam suavitate percurreret, ad cantus, carminumque dulcedines decenter regressa conticuit. Tuncque Iove adsurgente, divisque praeambulis* κοίμησιν *modulata, in thalamum quoque virginis magna cunctorum voluptate pervenit.* Vocat κοίμησιν, quod alii τὸ κατακοιμητικόν.

Ποσσὶ περιπλέκτοις) Nam sandalia gestabant, quibus pedes ansis innectebant. Videre id passim. Hesiodus lib. II.

Ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἶφι κταμένοιο
Ἄρμενα δήσασθαι, πίλοις ἔντοσθε πυκάζων.

Theocritus Hercule Leonicida.

Ἀλλ' ὁ μὲν ἀμφὶ πόδεσσιν εὐτμήτοισιν ἱμᾶσι
Καλοπέδιλ' ἀράρισκε, παραςαδὸν ἐγγὺς ἀμέλγων.

Romani illos calceos *obstrigillos* dicebant. Isidorus Orig. lib. XIX. cap. XXXIV. *Obstrigilli sunt, qui per plantas consuti sunt, & ex superiore parte corrigia trahitur, ut constringantur; unde & nominantur*. Dicebantur, & *Soleae*.

Ἀγαθός τις ἐπέπλαρεν) Vide, quae ad Idyll. VII.

Ὑπὸ τὰν μίαν ᾤχετο χλαῖναν) De chlaena dixi ad Lycophronem. Hoc loco accipies pro stragula, qua novae nuptae lectus sternebatur; notus enim mos sternendi thalamos. Hieronymus in epistola ad Demetriadem. *Quum iam nuptiarum adpropinquaret dies, & futuro matrimonio thalamus pararetur*, &c. Arnobius lib. II. *Quum in matrimonia convenitis, toga sternitis lectulos*. Apuleius Miles. X. *Et iam, torus Genialis scilicet noster futurus, accuratissime desternebatur lectus Indica testudine perlucidus, plumea congerie tumidus, veste serica floridus*. Petronius Satyrico. *Iam ebriae mulieres longum agmen plaudentes fecerant, thalamumque ingesta exornaverant veste*. Catullus in Nuptiis Pelei.

Pulvinar vero divae Geniale locatur
AEdibus in mediis. ———

Et postea.

Talibus amplificae vestis decorata figuris
Pulvinar complexa suo velabat amictu.

Atque iste *Genialis lectus* dicebatur. Servius AEneid. VI. *Geniales* (lecti) *proprie dicuntur, qui sternuntur puellis nubentibus*. Sternebatur autem in honorem Genii, qui natalis mariti praeses. Festus. *Genialis lectus, qui nuptiis sternitur in honorem Genii*. Inde Arnobius. *Toga sternitis lectulos, & maritorum Genios advocatis*. Iuvenalis quoque Sat. VI.

———*sacri Genium contemnere fulcri*.

Χρισαμέναις ἀνδριςὶ) Apud Lacones puellae nudae cum adolescentibus in gymnasiis corpora exercuisse tradunt multi. Ovidius in epistola Paridis ad Helenam.

More tuae gentis nitida dum nuda palaestra
Ludis, & es nudis femina mista viris.

Propertius lib. III. eleg. XIII.

Multa tuae, Sparte, miramur iura palaestrae,
Sed mage virginei tot bona gymnasii.
Quod non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros.

Et quae sequuntur. Martialis lib. IV. Epigramm. LV.

Thebas carmine cantet, aut Mycenas,
Aut claram Rhodon, aut libidinosae
Ledaeas Lacedaemonis palaestras.

Lib. XI. Epigr. XLVIII.

Cur Lacedaemonio luteum ceromate corpus
Perfundit gelida Virgine?

Cicero Tuscul. II. *Spartiatae etiam in feminas transtulerunt, quae ceteris in urbibus mollissimo cultu parietum umbris occuluntur; illi autem voluerunt nihil horum simile esse apud Lacaenas virgines; quibus magis palaestra, Eurotas, sol, pulvis, labor, militia, in studio est, quam fertilitas barbara*. Has Laconicas palaestras intelligit Donatus Eunuchi Act. II. Sc. III. *Antiqui Graeci etiam virginibus suis praebebant palaestram ad componenda corpora*. Euripidis Scholiastes ἀνδρομάχῃ. Σώματος εὐρωςίας ἀντιποιοῦνται Λάκωνες, διὸ τὰς παρθένους γυμνάζουσιν ἵνα γενναῖα παιδία γεννῶσι [a].

Μεγάλα) Statura in feminis procera laudatur. Aristaenetus lib. I. Ἔςι δὲ εὐμήκης ἡλικία, σχῆμα καλόν τε καὶ περίμετρον, καὶ τῷ τύπῳ συνδιατιθέμενον τῶν μελῶν. Et in alia Epistola. Ὁρᾷς ἐκείνην ὦ φίλε τὴν ἐπιβάλλουσαν τὴν χεῖρα παιδίσκην; ὡς εὐμήκης; ὡς καλή; καὶ λίαν εὐσχήμων; Nec in his dumtaxat, sed & in viris. Ipse noster Idyll. XIV.

Ἐντὶ Λύκος, Λύκος ἐντὶ, Λάβα τῶ γείτονος υἱός,
Εὐμάκης, χ' ἁπαλὸς, πολλοῖς δοκέων καλὸς ἦμης.

Plinius lib. I. epist. X. *Ad hoc proceritas corporis, decora facies, demissus capillus, ingens, & cava barba*. Euphraten Philosophum commendat. Et epist. XX. *Vt aliae bonae res ita bonus liber melior est quisque, quo maior. Vides, ut statuas, signa, picturas, hominum deni-*

[a] Vide quae de his pariter commentatur Meursius noster in *Miscellaneis Laconicis*.

denique, multorumque animalium, formas, arborum etiam, si modo sint decorae, nihil magis, quam amplitudo commendet.

Α᾽ροδόχρως ἐλένα) AElianus ποικ. ἱστορ. lib. XII. de Aspasia. Η῏ν δὲ αὐτῇ καὶ δέρμα ἁπαλὸν, ἐῴκει δὲ ἡ χροιὰ ἡ τοῦ προσώπου ῥόδοις. διὰ ταῦτά τοι οἱ Φωκαεῖς ἔτι παιδίον οὖσαν ἐκάλουν Μιλτώ. Aristaenetus. Λευκαὶ μὲν ἐπιμὶξ καὶ ὑπέρυθροι παρειαὶ, καὶ ταύτῃ τὸ φαιδρὸν ἐκμιμοῦνται τῶν ῥόδων. Et aliquoties in illis suis epistolis. Elegantissime Musaeus.

Α῎κρα δὲ χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν,
Ω῾ς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον. ἦ τάχα φαίης
Η῾ρῶς ἐν μελέεσσι ῥόδων λειμῶνα φανῆναι.

Callistratus in Descriptionibus. Αἱ παρειαὶ δὲ εἰς ἄνθος ἐρευθόμεναι νεοτήσιον ὡραΐζοντο, ἐπιβάλλουσαι τοῖς ὄμμασιν ἁπαλὸν ἐρύθημα.

Η῍ ἅρματι θεσσαλὸς ἵππος) Thessalici equi etiam ab oraculo olim laudati. Apuleius Miles. x. *Equis etiam Thessalicis, & aliis iumentis Gallicanis, quibus generosa suboles perhibet pretiosam dignitatem.*

Οὔτέ τις ἐν ταλάρῳ) Summa cura lanam matronae faciebant. Symmachus lib. VI. epist. LXVIII. *Interea domina filia honoratum me opimo lanificii tui monumento satis gaudeo. Vna quippe amor in parentem tuum, & industria matronalis inclaruit. Sic priscae feminae vitam coluisse traduntur. Et illas quidem delitiarum sterile seculum colo, & telis animum iubebat intendere, quia illecebra cessante temporum vivebatur.* Noster hic Idyl. XXIX.

Γλαυκᾶς ὦ φιλέριθ᾽ ἀλακάτας δῶρα ἀθανάας
Γυναιξὶ πόνος οἰκοφελέεσσι. ———

Huc pertinet illud in epitaphio veteri.

DOMVM. SERVAVIT. LANAM. FECIT. DIXEI. ABEI.

Terentius Andr. Act. I. Sc. I.

——— *pudice vitam, parce, ac duriter*
Agebat, lana, ac tela victum quaeritans.

Cicero lib. II. de Oratore. *Quid tu Egilia mea, quando ad me venis cum tua colu, ac lana?* Ita studiosae vero erant Graecorum matronae, ut ei soli intentae domi se continerent, mares autem forum frequentarent, & rei familiaris curam gererent. Nymphodorus, citante Sophoclis interprete, βαρβαρικῶν lib. XIV. Ε῎ν μὲν γὰρ τοῖς ἕλλησιν οἱ μὲν ἄνδρες τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν οἰκονομοῦσιν, αἱ δὲ γυναῖκες ἔνδον μένοντες ταλασιουργοῦσιν. Hac de caussa apud Romanos in pelle lanata novam nuptam considere moris erat. Festus. *In pelle lanata nova nupta considere solet, vel propter morem vetustum, quia antiquitus homines pellibus erant induti; vel quod testetur lanificii officium se praestituram viro* (a).

Πυκινώτερον ἔτριον ἱστῷ) Pari cura telas texebant, atque id stantes quidem. Servius AEneid. VIII. *Apud maiores stantes texebant, ut hodie linteones videmus.* Prima sedit Hyios mulier AEgyptia. Etymologici Auctor. Αἱ πάλαι γυναῖκες ἑστῶσαι ὕφαινον, καὶ ἐπιπορευόμεναι τὸν ἱστόν. πρώτην δὲ γυναῖκα Αἰγυπτίην τοὔνομα υἱὸν καθεζομένην ὑφᾶναί φασιν. Romanae matronae sedebant, nisi quum rectas texerent, quas patres ominis boni caussa liberis confieri curabant. Locus textrinae in Graecia thalamus, Romae autem atrium. Asconius in Milon. *Omni vi ianua expugnata, & imagines maiorum deiecerunt, & lectulum adversum uxoris eius Corneliae, cuius castitas pro exemplo habita est, fregerunt; itemque telas, quae ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt.* Arnobius lib. II. *Matresfamilias vestrae in atriis operantur domorum, industrias testificantes suas.* Quum haec scripsissem, indicavit mihi Scriverius meus haec iam olim a doctissimo viro Iusto Lipsio in Electis monita. Atque ista de textrinae loco dicta sunto. Restat, ut dicam in quorum usum (libet enim excurrere paulum) telas adornaverint, nempe in filiorum, iis enim vestimenta parabant. Ausonius Centone Nuptiali.

At parte ex alia foribus sese intulit altis
Ora puer prima signans intonsa iuventa,
Pictus acu chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit,
Et tunicam, molli mater quam neverat auro.

Alexander AEtolus apud Parthenium in Eroticis.

——— ὁ δ᾽ ἐφράσθη. ἀπὸ μὲν Λελετήιον εἶμα
Μητρὸς ἑῆς ἔργον θήσεται Ε᾽λλαμένης.

Virgilius AEneid. IX.

Veste tegens, tibi, quam noctes festina diesque
Vrgebam & tela curas solabar aniles.

Statius Thebaid. IX.

Ipse bis Oebalio saturatam murice pallam,
Lucentesque auro tunicas (hoc neverat unum
Mater opus) tenui collectus in ilia vinclo, &c.

Cassiodorus Var. lib. I. epist. XXI. *Geniatus indutus, vestis gratiosa, quam filio suo Priapo Venus dicitur texuisse, ut eximiae pulcritudinis matrem singulariter ornatus filius testaretur.* Apud Homerum Odyss. β'. Penelope Vlyssi suo vestem sepulcralem texit. De his quoque nostrum P. Scriverium Musarum Amasium scribere memini in suis Decerminum libris, quos adfectos habet, & effectos (faveat Deus) dias in luminis eruet oras, Reipub. nostrae literariae bono.

Τᾶς πάντες ἐπ᾽ ὄμμασιν ἵμεροι ἐντί) Musaeus.

——— οἱ δὲ παλαιοὶ
Τρεῖς χάριτας ψεύσαντο πεφυκέναι, εἷς δέ τις ἡρούς
Ο᾽φθαλμὸς γελόων ἑκατὸν χαρίτεσσι τεθήλει.

Aristaenetus lib. I. Καὶ τοῖς ὄμμασι χάριτες οὐ τρεῖς καθ᾽ ἡσίοδον, ἀλλὰ δεκάδων περιχορεύει δεκάς.

Πρᾶται τοι στέφανον) Mos veteribus arbores, quas consecrabant coronare. Apuleius Florid. I. *Aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata.* Et in Apologia. *Negant vidisse se, qui fuerunt unum saltem in finibus eius lapidem unctum, aut ramum corona-*

(a) Sic in caelestibus litteris: *Quaesivit linum, & lanam, & operata est consilio manuum suarum.* Agitur ibi de honesta, & forti muliere.

ronatum. Arnobius lib. I. *Venerabar, o caecitas! nuper simulacra ex fornacibus promta, in incudibus deos, & ex malleis fabricatos, elephantorum ossa, picturas, veternosis in arboribus taenias*. Emendo, *i. i. d. & malleis f.* Natum τὸ *ex* e repetitione *&*, monosyllabi.

Γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται) Mos ille vetus amantium in arborum corticibus amasiarum nomina perscribere. Callimachus.

> Α'λλ' ἐνὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε
> Γράμματα, κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν.

Aristaenetus lib. I. Η"γουν τοσαῦτα κατὰ τῶν φλοιῶν ἐγκεκολαμμένα φέροιτε γράμματα, ὅσα τὴν Κυδίππην ἐπονομάζει καλήν. Virgilius eclog. x.

> *Certum est in sylvis, inter spelaea ferarum,*
> *Malle pati, tenerisque meos incidere amores*
> *Arboribus, crescent illae, crescetis amores.*

Tibullus eleg. v. lib. II.

> *Ah quoties teneras resonant mea vota sub umbras,*
> *Scribitur & vestris Cynthia corticibus.*

Neque in arboribus solum, sed in parietibus, & ubivis locorum. Aristophanis interpres ad Vespas. Ε'πέγραφον δὲ οἱ Α'θηναῖοι τὰ τῶν καλῶν ὀνόματα, οὕτως. Ο' ΔΕΙΝΑΚΑΛΟΣ. ἔγραφον δ' ἐν τοίχοις, καὶ ἐν θύραις, καὶ ὅπου τυχῇ. Callimachus apud Diog. Laertium lib. II. in Diodoro.

> ——— αὐτὸς ὁ Μῶμος
> Ε"γραφεν ἐν τοίχοις, ὁ Κρόνος ἐστὶ σοφός.

Aristophanes Acharnensibus.

> Υ'μῶν τ' ἐραστὴς ἦν ἀληθῶς, ὥστε καὶ
> Ε'ν τοῖσι τοίχοις ἔγραφον, Α'θηναῖοι καλοί.

Et in Vespis.

> ——— ἰὼν παρέγραψε κῆμος καλός.

Emendo, *i. π.* κεῖνος *κ.* Cretenses enim κεῖνον vocabant amasium. Theon in Paradigmatis. Ξένα δὲ, τὰ ἑτέροις μὲν ἐπιχώρια, τοῖς δὲ ἄλλοις οὐ συνήθη. ὡς εἴτις ἀγορὰν ὀνομάζει τὸν λιμένα, καθάπερ Θετταλοί. ἢ κεῖνον, ἀντὶ τοῦ ἐρωμένου ὡς κρῆτες.

Ω' ὑμέναιε γάμῳ ἐπὶ τῷδε χαρείης) De Hymenaeo vide Scholiasten Homeri Iliad. XVIII. Servium AEneid. I. & Donatum Adelphis Act. v. Sc. VII. Hunc etiam putabant facem extinguere, quando aut maritus, aut uxor denasceretur. Inde Bion Idyll. I.

> Ε"σβεσε λαμπάδα πᾶσαν ἐπὶ φλιαῖς ὑμέναιος,
> Καὶ στέφος ἐξεπέτασσε γαμήλιον. ———

Nuptiae vero apud veteres illos (libet id hoc loco dicere, quia sermo de iis) magno in honore, & caelibatus infamis; non in Graecia dumtaxat, aut Romae, sed etiam in Iudaea, ubi caelibes discalceati esse cogebantur. Cyprianus adversus Iudaeos lib. II. capit. XVII. *Erat enim in lege, ut quisquis nuptias recusaret, calciamentum deponeret, calciaretur vero ille, qui sponsus futurus esset*. Sed ad Graecos revertor, apud quos quoque propinqui opulentiores virgines paupertinas, quae viros invenire ob inopiam haud possent, ducere iubebantur, aut minis quinque datis alteri nuptum elocare. Harpocration. Ε'πάναγκες δὲ ἦν τοῖς ἔγγιστα γένους τὰς θήσσας ἢ λαμβάνειν πρὸς γάμον, ἢ πέντε μνᾶς διδόναι. ὡς καὶ ποσίδιππός που ὁ κωμικός φησι. Apertissime ecce in fabula palliata, Terentii Phormionem dico Act. II. Scena III.

> *Etsi mihi facta iniuria est, verum tamen*
> *Potius quam lites secter, aut quam te audiam.*
> *Itidem ut cognata si sit, id quod lex iubet*
> *Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.*

Idyll. XIX.

Υ"πνος ὅτε γλυκίων) Cur somnus dulcis dicatur, & cur vincula ei adtributa, elegantissime ex Aristotele, Themistioque docet ad Catullum Ianus Dousa F. flos iuventutis nostrae Bataviae; vere flos (*). *Cuius enim rei inveniri potest brevior aetas. Namque dum immaturos exterior adligat cortex, nodum dixeris florem. Paulatim deinde vividiore succo tumescit uterus, & albentes accipit rimas, needum tamen flos est. At quum se ruptis iam tunicis in patulum capita fuderunt, & velut fissa in orbem, iamque eorum videtur maturitas, & ignotus occasus est, & iam sine ventis quoque soluta natura labitur gratia, nec quisquam est flos nisi novus*. Doleo, doleo abitum praestantissimi adolescentis, literarum caussa, & mea. Amisi enim amicum non e multis, &, quod dolorem augeat, recentem adhuc. Ah Dousa, Dousa, quam saepe tu mihi in mentem! quod, ut testatum publice faciam, adscribo brevem hanc Elegiam moeroris indicem.

ELEGIA
IN OBITVM
IANI DOVSAE FILI

Iuvenis nobilissimi, ingeniosissimi, eruditissimi.

> LAmentantur MVSAE, *lamentatur* APOLLO,
> DOVSA *abiit*: PARCA, *ah! diva es iniqua nimis!*
> *Lamentantur* MVSAE, *lamentatur* APOLLO,
> *Atque genas violant lacrimulae vidulas.*
> DOVSA *abiit meus, ille meus, vix redditus orbi*
> *Nostro post longae taedia multa viae.*
> DOVSA *abiit*, DOVSA, *ah! primis ereptus in annis*,
> *Inque modum floris flos cecidit iuvenum.*
> *Flos cecidit iuvenum lustris vix quinque peractis,*
> *Permutans caeli fornice currientum*
> FAMAE *praepetibus quem scandere coeperat alis*
> *Ingenii, & Genii dexteritate sui.*
> *Scilicet (heu* FATI *legem!)* MORS *optima quaeque*
> *Corripit, & tristi falce proterva metit.*
> *Ha! quam nuntius hic mihi tristis perculit aures,*
> *Excutiens testes tristitiae lacrimas;*

Quam

(*) Vsurpo verba Quintiliani Declam. XIII. *Meursius*.

Quam vellem medicorum e gente Asclepius alter
Exstaret, vitam qui revocare queat.
Quam vellem: scio sed voto hoc me haut posse fruisci,
Et ferre haec rapidos irrita verba NOTOS.
Ah PARCA *ingeniis sublimibus invidiosa,*
Non exspectato forcipe fila secans.
Debebas potius primae indulsisse iuventae,
Debebas PHOEBO, *&* MNEMOSYNES *suboli.*
Vivere si PYLII *licuisset* NESTORIS *annos,*
Et sero campos visere ad ELYSIOS,
Patria se tellus isthoc iactaret alumno,
Ast nunc ludibrium debuit ille tibi.
Istum cum MVSIS PHOEBVS *iactaret alumnum,*
Iactaret PATER; *heu! nunc male spe cecidit!*
Spe cecidit! neque fas ORCI *diffringere cancros,*
Et fugitivum oras retrahere ad superas.
Scilicet haec data lex nascentibus, & neque FATI
Stricta quis immitis fallere iura potest.
DOVSA *abiit*, DOVSA, *ah! primis ereptus in annis,*
Inque modum floris flos cecidit iuvenum.
Lamentantur MVSAE, *lamentatur* APOLLO,
DOVSA *abiit*: PARCA, *ah! diva es iniqua nimis!*

Manibus tuis amicissimis nobilissime, ingeniosissime, & doctissime DOVSA, amoris, & moeroris (utinam perpetuum!) testimonium M. P.

Ignosce, Lector, dolori, qui me abripuit.

Ἀτρεκέων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων) Ea somnia vera putabantur, quae post mediam noctem viderentur. Horat. Sat. 10. lib. I.
Atque ego quum Graecos facerem natus mare citra
Versiculos, vetuit tali me voce Quirinus
Post mediam noctem visus, quum somnia vera,
Acron. *Tunc enim digestior animus vera somniat, idest, quando pituitis caremus.* Ovidius in epistola Heronis ad Leandrum.
Namque sub aurora iam dormitante lucerna,
Tempore, quo cerni somnia vera solent, &c.

Ἀσιάδ' ἀντιπέρην τε) Veteres in duas tantum partes, Asiam, & Europam, universum terrarum orbem distribuebant, teste etiam Eustathio ad Dionysii περιήγησιν. Varro De LL. lib. IV. *Vt omnis natura in coelum, & terram divisa est, sic coelum in regiones, terra in Asiam, Europam.* Isocrates in Panegyrico. Τῆς γὰρ γῆς ἁπάσης δίχα τεμνομένης, καὶ τῆς μὲν ἀσίας, τῆς δὲ εὐρώπης καλουμένης, τὴν ἡμίσειαν ἐκ συνθηκῶν εἴληφεν. Quae verba citat quoque in Vita eius Philostratus, non nominata tamen Oratione. Acron lib. III. Od. XXVII. *Vna pars orbis Europae nomen accepit, altera Asia dicta est.* Hanc divisionem sequitur Callimachus Hymno εἰς Δῆλον.
——— ὦ ὑπὸ μίτρην
Ἵξεται ἐκ ἀέκητι μακεδόνι κοιρανέεσθαι
Ἀμφοτέρη μεσόγαια. ———
Tibullus lib. IV. eleg. I.
Solus utroque idem diceris magnus in orbe.
Seneca quoque.
Si quid Pelasgae, si quid urbes Barbarae
Novere facinus. ———
Cum Seneca quoque Athenagoras περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν, & Hegesippus in Orat. περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν, quae Demostheni falso adscribitur. Auctor autem istius divisionis Eratosthenes. Varro De Re Rust. lib. I. cap. II. *Primum quum orbis terrae divisus sit in duas partes ab Erathosthene, maxime secundum naturam, ad meridiem versus, & ad septentrionem,* &c. Strabo irridet [a].

Παλλομένη κραδίην) Melampus lib. De Divinatione περὶ παλμῶν. Καρδία ἀλλομένη ἐπιβουλὴν φίλου δηλοῖ.

Τίς μοι τοιάδε φάσματ' ἐπουρανίων προΐηλε) Graeci omnia inexspectata θεόπεμπτα dicebant. Artemidorus lib IV. cap. IV. Θεοπέμπτους δὲ ὀνείρους, τοὺς ἐφνήδιον (emendo αἰφνίδιον) ἐφισταμένους. ὡς καὶ πάντα τὰ ἀπροσδόκητα θεόπεμπτα καλοῦμεν.

Ἀλλά μοι ἐς ἀγαθὸν) Vide quae ad Lycophronem extrema Alexandra.

Ὅτι τ' αἰὲν ὁμιλαδὸν ἠγερέθοντο) Solebant olim virgines, ac praecipue heroum filiae, certo tempore in pratis convenire ad sua quaedam exercitia, ut hoc loco Europa. Sic Nausicaa Alcinoi filia apud Homerum Odyss. VII. Apud Apollonium quoque lib. I. Orithyia a Borea rapitur ad Ilyssum flumen cum puellis coaetaneis ludens. Apud Claudianum Proserpina rapitur dum flores cum Cyane Nympha, & Sirenibus in Ennensi loco colligeret.

Φαίης κ' αὐλοῦ μυγδονίου) Tybia Mygdonia est, quae ad Phrygiam harmoniam aptata. Eadem Barbara dicta, quia Phryges Barbari. Horatius Epod. X.
Tecum sub alta (sit Iovi gratum) domo
Beate Mecaenas bibam.
Sonante mistum tibiis carmen lyra,
Hac Dorium, illis Barbarum.
Catullus in Nuptiis Pelei.
Barbaraque horribili stridebat tibia cantus.
Alcmon.
Φρύγιον ηὔλησε μέλος τὸ κερβέσιον.
Euripides Bacchis.
Ἀνὰ δὲ Βάκχεια συντόνῳ
Κέρασαν ἡ δυβόα Φρυγίων
Αὐλῶν πνεύματι, &c.
Sic apud Pindarum δωρία φόρμιγξ, ad harmoniam Doricam. Ait enim Olympionic. Od. I.
——— ἀλλὰ δωρίαν ἀ-
πὸ φόρμιγγα πασσάλου
λάμβαν'. ———
Scholiastes. Ὅτι δωρικῇ ἁρμονίᾳ ἥρμοσαι τῷ πινδάρῳ ἡ λύρα, ἁρμονίαι δὲ πλείονες. δώριος, φρύγιος, λύδιος. Certe modi musici varii. Martianus Capella lib. IX. *Tropi vero sunt quindecim, sed principales quinque, quibus bini cohaerent, id est Lydius, cui adhaerent* ὑπερλύδιος, *&* ὑπολύδιος. *Secundus Iastius, cui sociatur* ὑποιάστιος, *&* ὑπεριάστιος. *Item AEolius,*

[a] Virgilius:
Atque triumphatas utroque a littore gentes.

lius, *cum* ὑπατολίῳ, *&* ὑπερατολίῳ. *Quartus Phrygius*, *cum duobus* ὑποφρυγίῳ, *&* ὑπερφρυγίῳ. *Quintus Dorius*, *cum* ὑποδωρίῳ, *&* ὑπερδωρίῳ. Lego, & interpungo. *Tropi v. s. q. s. p. q. q. b. cohaerent. Primus Lydius, c. a.* &c. Scripta fuit unitatis nota. L hoc bipedes isti τὸ *id est* latere rati locum nobis insigniter corruperunt. Porphyrio vetus Horatii interpres. *Notandum est modos musicos esse septem, Dorium, Hypodorium, Phrygium, Hypophrygium, Lydium, Hypolydium, Mixolydium, a nationibus scilicet, Doribus qui sunt Graeci, Lydis, & Phrygibus*. Censorinus in fragmento cap. XII. *Species carminum tredecim, ex quibus primae sunt Dorium, Phrygium, Lydium, his accesserunt gravissimum hypodrium, mox duo hypophrygii, gravior, & acutior, deinde hypolydii totidem*, &c. Emendo, *h. a. gravissimum hypodorium, m, d. h.* Vide praeterea Cassiodorum Var. libro II. epist. XL. De his modis quoque intelligendus Quintilianus lib. XII. cap. X. *Eademque musicis ratio est, qui quum in cythara quinque constituerunt sonos, plurima deinde varietate complent spatia illa nervorum, atque iis quos interposuerunt inserunt alios, ut pauci illi transitus multos gradus habeant*. Ex omnibus autem harmoniis hisce Lydiam luctibus dicatam observo. Apuleius Florid. I. *Tibicen quidam fuit Antigenidas omnis voculae melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator, seu tu velles AEolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum*. Locus insignis, in quo videmus, & ceterarum usum. Miles. IV. *Sonus tibiae Zygiae* (lego *Phrygiae*) *mutatur in querulum Lydii modum, cantusque laetus Hymenaei lugubri finitur ululatu*. Sed & rebus laetis adhibita haec harmonia. Apuleius Miles. X. *Iam tibiae multiforatiles cantus Lydios dulciter consonant*. Propertius lib. IV. eleg. VII.

Ecce coronato pars altera vecta phaselo,
Mulcet ubi Elysias aura beata rosas:
Qua numerosa fides, quaque aera rotunda Cybeles,
Mitratisque sonant Lydia plectra choris.

Λῦσε ᾗ οἱ μίτρην) Olim virgines zona cingebantur, quam sponsus virginitatem imminuturus solvebat. Callimachi Scholiastes. Μίτρας ἐζώννυον, ἃς ἔλυον ὅταν ἔμελλον διαπαρθενεύεσθαι. Musaeus.

Ὣς ἡ μὲν ταῦτ' εἶπεν, ὁδ' αὐτίκα λύσατο μίτρην.

Homerus Odyss. λ'.

Λῦσε ᾗ παρθενίην ζώνην, κατὰ δ' ὕπνον ἔχευον.

Arnobius lib. III. *Virginalia vincula iam ferventes dissolverent atque imminentes mariti*. Varro γεροντοδιδασκάλῳ apud Nonium in *Cingulum*. *Novus maritus taciturnus taxim uxoris solvebat cingulum*. Interpres Historiae Apollonii Tyrii. *Stimulante furore libidinis diu repugnanti filiae suae nodum virginitatis rupit, perfectoque scelere evasit cubiculum*.[a]

Meursii Tom. V.

[a] Haec cingula Dianae dicabant, quae ideo λυσίζωνη adpellabatur. Vide alibi *Meursium* nostrum.

Idyll. XXI.

Α'ςυκὰ χάλεα θλίβειν) In Veneris delitiis etiam illud ab amatoribus positum leviter labella inter suaviandum mordere. Horatius libro I. Od. III.

——*sive puer furens*
Impressit memorem dente labris notam.

Apuleius Α'νεχομένῳ.

Olli purpurea delibantes oscula,
Clemente morsu rosea labella vellicant.

Tibullus lib. I. eleg. VIII.

Et dare anhelanti pugnantibus humida labris
Oscula, & in collo figere dente notas.

Ad quae vide Mureti. Forte ob eam caussam, quia labris praesidere Venerem credebant, ut docet Vestius Valens Florid. lib. I.

Καὶ κακὸν ἐξόσδεις) Malim τράγον, nisi si hoc audaculum cui videatur. Nam τράγος a Graecis, *Hircus* a Latinis, & *Caper*, vocatur faetor alarum. Martialis.

Inde τράγος, *celeresque pili, mirandaque matri*
Barba.——

Ovidius de Arte amandi lib. III.

Quam saepe admonui ne trux caper iret in alas,
Neve forent duris aspera crura pilis.

Catullus epigramm. LXX.

Valle sub alarum trux habitare caper.

Epigramm. LXXII.

Si cui iure bono sacer alarum obstitit hircus.

Horatius lib. I. Sat. IV.

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

Epod. XII.

Namque sagacius unus odor.
Polypus, an gravis hirsutis cubet hircus in alis.

Acron. *Dicit se nec putorem narium, nec hircorum ferre, quo illa laborabat; ab hircorum enim foetore dicti sunt, & olentes titilli*. Emendo. *Dicit s. n. fluorem n. n. hircum f. q. i. l. a. h. e. f. d. s. e. o. hirquitalli*. Inde *Hirquitallire* Latini, Graeci τραγίζειν, & τραγᾷν dicebant. Censorinus cap. XIV. *In secunda hebdomade, vel incipiente tertia, vocem crassiorem, & inaequabilem fieri* (*tradunt*) *quod Aristoteles* (lib. VII. περὶ ζώων) *adpellat τραγίζειν, antiqui nostri Hirquitallire: & inde ipsos putant Hirquitallos adpellari, quod tum corpus hircum olere incipiat*. Hesychius. Τραγᾷν, ὕτω τὸ ἀκαρπεῖν τινες τῶν γεωργικῶν. οἱ ᾗ μενῶν νόσον, ᾗ τῆς φωνῆς τὸ πάθος. Emendo, οἱ ᾗ μάλων ὀσμόν.

Καὶ τί σεσαρὸς ᾗ σοβαρὸν μ' ἐγέλαξεν) Id derisionis genus *Sanna* Romanis adpellabatur. Persii interpres vetus Sat. I. *Tria genera sannarum: aut manu significare ciconiam, aut adposito temporibus pollice auriculas asininas, aut linguam sitientis canis. Sanna autem dicitur os distortum cum vultu, quod facimus quum alios deridemus. Inde Sanniones dicti qui non rectum vultum habeant*. Ab Horatio hoc modo circumscribitur lib. I. Sat. VI.

——*naso suspendis adunco*
Ignotos.——

Cicero lib. II. de Oratore. *Quid enim potest esse tam ridiculum, quam sannio est, qui ore, vul-*

vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipso? (a)

Ἐπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις) De nigris superciliis antea dictum.

Idyll. XXII.

Ἁ πενία Διόφαντε) Manilius lib. I.

Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemque
Advigilare sibi iussit Fortuna premendo.

Notum vetus illud:

Πολλῶν ὁ λιμὸς γίνεται διδάσκαλος.

Arrianus lib. I. de Providentia refert Paupertati, & Arti structas aras a Gaditanis fuisse: illi quidem ne placata obesset, huic velut egestatis remedio. (b)

Ὅτε τἄματα μακρὰ φέρῃ Ζεύς) Veteres in Iovis tamquam in supremi dei tutela dies omnes ponebant, eumque illorum rectorem existimabant. Hinc Horatius.

Nunc pluit, & claro nunc Iupiter aethere fulget.

Virgilius.

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.
Divisum imperium cum Iove Caesar habet.

Romani quoque ea de causa *Diespitrem*, & *Lucetium*, ut Cretenses ab eius nomine diem Δία adpellitabant. Macrobius Saturnal. lib. I. cap. XV. *Quum Iovem accipiamus lucis auctorem, unde & Lucetium Salii in carmine canunt, & Cretenses* Δία τὴν ἡμέραν *vocant, ipsi quoque Romani Diespitrem adpellant, ut diei patrem*, &c. (c)

Χρηστὰ γὰρ εἶδον) Si laeta somnia vidissent amicis ea communicabant, sin contra tristia, mane soli narrabant. Demetr. Triclinius ἠλέκτρᾳ. Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, ὁπότε καθ' ὕπνους ὄναρ δεινὸν θεάσαιντο, ἅμα πρωῒ πρὸς τὸν ἥλιον λέγειν, ἵν' ἐπειδὴ ἐνάντιος οὗτός ἐστι τῇ νυκτὶ, ἀποτροπὴν ἐργάζηται τούτου. Romani Vestae. Propertius lib. II. eleg. XXIX.

Ibat & hinc castae narratum somnia Vestae.
Neu sibi, neve mihi quae nocitura forent.

Τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ) Servabatur in prytaneo ignis, quem extingui nefas erat. Iul. Pollux lib. I. cap. I. Ἑστίαν δὲ κυριώτατα καλοίης τὴν ἐν πρυτανείῳ, ἐφ' ἧς τὸ πῦρ ἄσβεστον ἀνάπτεται.

Οὐκ ἦν μὰν πολύσιτος) Id requirit in somniantibus Artemidorus lib. I. cap. VII. Ἐν πᾶσι τοῖς πρόδηλον αἰτίαν ἐκφέγουσιν (scribo ἐκφεύγουσιν) προσέχειν χρὴ, ἐάν τε νυκτὸς, ἐάν τε ἡμέρας ὁράθῃ. μὴ δεῖν (scribo μηδὲν) διαφέρειν νομίζοντας εἰς πρόγνωσιν τὴν νύκτα τῆς τροφῆς καθεύδῃ τις. ἐπεὶ αἵ γε ἄμετροι τροφαὶ οὐδὲ πρὸς αὐτῇ τῇ ἕω παρέχουσιν ἰδεῖν τὸ ἀληθές. Apuleius Milesf. I. *Cibo & crapula distentos saeva & graviora somniare autumant*. Est vero huius piscatoris somnium Proprium. Siquidem somniorum quinque species traduntur, Proprium, Alienum, Commune, Publicum, Generale. Vide Macrobium in Som. Scip. lib. I. cap. III.

Idyll. XXIII.

Καὶ φοβερὸν πολυδεύκεα πὺξ ἐρεθίζων) Vbique laudatur Pollux ut pugil optimus. Homerus Iliad. γ'.

Δοιὼ δ' οὐ δύναμαι ἰδέειν κοσμήτορε λαῶν
Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα.

Item Odyss. XI.

Ἥ ῥ' ὑπὸ Τυνδάρεῳ κρατερόφρον' ἐγείνατο παῖδε.
Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκη.

Propertius lib. III. eleg. XIII.

Qualis & Eurotae Pollux & Castor arenis,
Hic victor pugnis, ille futurus equis.

Seneca Medea.

Cedat Castore cum suo
Pollux caestibus aptior.

Arnobius lib. I. *Tyndaridae Castores, equos unus domitare consuetus, alter pugillator bonus, & crudo inexsuperabilis caestu.* Ovidius Metamorph. lib. VIII.

Tyndaridae gemini praestantes caestibus alter,
Alter equo. ———

Βοέοισιν ἱμᾶσιν) Caestus intelligit περιφραστικῶς, qui e bubulis pellibus plumbo ferroque insutis erant. Virgilius AEneid. V.

———*sic deinde loquutus,*
In medium geminos immani pondere caestus
Proiecit, quibus acer Eryx in praelia suetus
Ferre manum, duroque intendere brachia tergo.
Obstupuere animi, tantorum ingentia septem
Terga boum plumbo insuto ferroque rigebant.

Statius Papinius.

———*nigrantia plumbo*
Tegmina cruda boum.

Ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων) Artemidorus lib. II. cap. XLII. de Dioscuris loquens: Πάντων τῶν δεινῶν εἰς τέλος ἀζημίους ἀπαλλάττουσι. σωτῆρες γάρ εἰσιν οἱ θεοί. ἀλλὰ τῶν πρότερον ἐπί τινι φόβῳ ἢ κινδύνῳ γινομένων.

Νιφόεντος ἀταρτηρὸν στόμα πόντου) Pontum νιφόεντα vocat propter album aquae illius colorem. Vide Aristotelis Problemata.

Εὐνάς τ' ἐστόρνυντο) Nonnus Dionysf. lib. III.

———ἐπ' αἰγιαλοῖσι δὲ ναῦται
Ἀστορέας ψαμάθοισιν ἐπετρέψαντο χαμευνὰς
Ἑσπερίην μετὰ δαῖτα.

Virgilius AEneid. VIII.

Haec ubi dicta, dapes iubet, & sublata reponi
Pocula, gramineoque viros locat ipse cubili.

Valerius Flaccus lib. VIII.

Pars verubus, pars undanti despumat aheno,
Gramineis ast inde toris discumbitur. ———

Transtulit totum hunc Theocriti locum Propertius lib. I. eleg. XX.

Namque ferunt olim Pagasae navalibus Argo
Egressam, longe Phasidos isse viam.
Et iam praeteritis labentem Athamantidos undis,

(a) *Martialis:*
——*Sannas Rhinocerotis habes*

(b) *Persius:*
Magister artis, ingeniique largitor Venter.

(c) Hinc illud:
——*qualis pater ipse*
Iupiter auctiferas lustravit lampade terras

Mysorum scopulis adplicuisse ratem.
Hic manus heroum placidis ut constitit oris,
Mollia composita littora fronde tegit.
At comes invicti iuvenis processerat ultro
Raram sepositi quaerere fontis aquam.

Πυρἀά τε χερσὶν ἐνώμων) Erant πυρἀὰ ligna duo quorum attritu ignem eliciebant, alterumque σορεὺς dicebatur, cui alterum terebro simile atterebatur. Apollonii Schol. lib. I. Τὰ ξύλα παρέτριβον, καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν πῦρ ἔβαλλον. πυρήϊα γὰρ ταῦτά φησι τὰ προστριβόμενα ἀλλήλοις πρὸς τὸ πῦρ ἐγγεννᾷν. ὧν τὸ μὲν ἐστιν ὕπτιον ὃ καλεῖται σορεύς. θάτερον δὲ παραπλήσιον τρυπάνῳ, ὥσπερ ἐπιτρίβοντες τῷ σορῷ στρέφουσιν. Adi Grammaticos.

Δεινὸς ἰδεῖν) Haec omnia, & plura alia robusti viri indicia, enumerat Adamantius φυσιογνωμικῶν lib. II. Εἶδος ὂν ἀνδρείου, ὄρθιον τὸ πᾶν σχῆμα, πλευραὶ, καὶ ἄρθρα, καὶ τὰ πάντα ἄκρα τοῦ σώματος ἐῤῥωμένα. ὀστᾶ μεγάλα καὶ μὴ σκληρά. κοιλία πλατεῖα, καὶ κοῖλοι ὦμοι, καρτεραὶ ὠμοπλάται, πλευραὶ διεστηκυῖαι, στέρνα ῥωμαλέα, καὶ μετάφρενα, ἰσχίον σκληρόν. σκέλη σαρκώδη, περὶ τὰς σφύρας καρτερά. πόδες ἀρθρώδεις, χρῶμα ὀξύτερον. βλέμμα ὑγρὸν, γοργόν. οὐ μεγάλοι ὀφθαλμοὶ, οὐδὲ πάνυ ἀναπεπετασμένοι, οὐ μὴν οὐδὲ μύοντες. ὀφρύες οὐ τεταμέναι, μέτωπον οὔτε τραχύ. φωνὴ ἀπηνεστέρα, ἰσχυρὰ, μεγάλη, πνεῦμα εὐσηθὲς, τοιοῦτος μὲν ὁ εὔψυχος καὶ ἰσχυρός.

Στήθεα δ᾽ ἐσφαίρωτο πελώρια) Pectoris latitudo certissimum roboris indicium a Physiognomicis putatur. Valerius Flaccus lib. I.

Ostenditque humeros fortes, spatiumque superbi
Pectoris, Herculeis aequum, Meleagre, lacertis.

Item lib. IV.

——— *nec plura moratus*
Ingentes humeros, spatiosaque pectoris ossa
Protulit. ———

Σφυγηλάτος οἷα κολοσσὸς) Apud Graecos κολοσσοὶ erant statuae mirae magnitudinis, quarum umbrae κολοσσίαι dicebantur. Memorabilis maxime colossus Solis, quem Rhodi posuit Chares Lyndius LXX. cubitorum, ut epigramma illud testatur.

Κολοσσὸν ἡλίου πόθ᾽ ἑπτάκις δέκα
Χάρης ἐποίει πηχέων ὁ Λύνδιος.

Simonides dissentit, & artificem Lacherem nuncupans, & altitudinem LXXX. cubitorum narrans.

Τὸν ἐν ῥόδῳ Κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
Λάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λύνδιος.

Vide Festum *Colossus*. Hinc Rhodi Κολοσσαεῖς adpellati. Observa vero proverbialem loquutionem, qua usus in Amyci proceritate indicanda Theocritus. Vtitur eadem Lucianus Hermot. Κἂν πηλὸς θέλῃ τις γενέσθαι, κἂν κολοσσαῖος τὸ μέγεθος. Eunapius quoque in Proaeresio. Τὸ δὲ μέγεθος ἦν ἡλίκον ἄν τις οὐ πιστεύσειεν, ἀλλὰ εἰκάσειεν μόλις. ἀνεστηκέναι γὰρ ὡς ἕνα τὸν πόδα κατεφαίνετο, ὥστε κολοσσὸς ἐδόκει παρὰ τοὺς μεγίστους ὁρώμενος τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν ἀνθρώπων. Et postea. Καὶ ὅσον γε τῶν ἐκάνη τότε ἀνθρώπων οὐκ ἐξικνοῦντο τούς τε λόγους ἀναθεωρεῖν καὶ τὰ ἀπόρρητα τῆς ψυχῆς θαυμάζειν, πρὸς τὴν ὄψιν καὶ τὰ φαινόμενα μεταφέροντες τὴν ἔκπληξιν, τοῦ τε σώματος αὐτοῦ τὸ κάλλος

καὶ τὸ ὕψος ἐτεθήκεσαν, ὥσπερ ἐς ἀνδριάντα τινὰ καὶ κολοσσὸν μόλις ἀναβλέποντες. Valerius Flaccus lib. IV. scopulo comparat.

——*instar scopuli, qui montibus altis*
Summus abit, longeque iugo stat solus ab omni.

Corippus lib. III. quercui.

Ense latus cincti, praestricti crura cothurnis,
Adstabant celsi pariter, pariterque nitebant
Exstantes latis humeris, durisque lacertis,
Coniferae veluti sacra inter flumina quercus.

Ξενίων γε τυχὼν) Hospites antiquitus hospitibus dona dedisse nemini ignotum. Donatus ad Phorm. *Hospites hospitibus multa donabant.* Servius AEneid. I. *Consuetudo erat apud maiores, ut inter se homines hospitii iura mutuis muneribus contraherent.* Et apud Poetarum interpretes saepe. Primo die ad coenam invitabant, postero munuscula mittebant. Vitruvius lib. VI. *Quum fuerint Graeci delicatiores, & opulentiores a fortuna, hospitibus advenientibus instituebant triclinia, & cubicula, & cum penu cellas, primoque die ad coenam invitabant, postero mittebant pullos, ova, olera, poma, reliquasque res agrestes.* Primo itaque die ad convivium invitabant. Plautus Bacchidibus.

Hospitium & coenam pollicere, ut convenit
Peregre advenienti. ———

Et alibi aliquoties. Pindarus Pythion. Od. IV.

——— ξένοις ἄτ᾽ ἐλ-
θόντεσσιν εὐεργέται
Δαῖτ᾽ ἐπαγγέλλοντι πρῶτον.

Scholiastes. Τοῖς ξένοις παραγεγονόσιν οἱ ξενισταὶ τὰ δεῖπνα καὶ τὴν φιλοφροσύνην πρῶτον ἐπαγγέλλονται. Parthenius Erot. VIII. Ὁ δὲ ἠγάσθη τῆς ψυχῆς τὸν Ξάνθον, καὶ αὐτίκα συνουσίαν ποιησάμενος τῶν μάλιστα προσηκόντων αὐτῷ ἐξένισεν αὐτόν. Polyaenus lib. VIII. Πύθης δὲ ἐξ ἀποδημίας ἧκε, καὶ δεῖπνον ᾔτει. ἡ γυνὴ παρέθηκεν αὐτῷ χρυσῆν τράπεζαν, ἐφ᾽ ἧς παρέκειτο οὐδὲν ἐδώδιμον. Val. Flaccus lib. II.

—*simulantque choros, delubraque festa*
Fronde tegunt, laetaeque viris venientibus adsunt,
Iamque domos mensasque petunt, discumbitur altis
Porticibus. ———

Terentius Heautont. Act. I. Sc. II.

—— *advenientem e navi egredientem illico*
Abduxi ad coenam. ———

Atque hoc, ut dixi, primo die; postea mittebant poma, & alias res agrestes. Hinc lucem do Polyaeno lib. I. in Cypselo. Καὶ μὲν, ἔφη, φθάνουσα ὑμῶν ἡ στρατιὰ ξένια παρ᾽ ἡμῶν τὴν ὀπώραν ἔχειν. Apuleius Miles. II. *Commodum meridies accesserat, & mittit mihi Byrrhena xeniola, porcum opimum, & quinque gallinulas, & vini cadum in aetate pretiosi.* Orpheus in Argonaut.

Ἀλλὰ μὲν αὐτίκα τοι πρόφρων ξεινήϊα πέμψω
Σῖτον, καὶ μέθυ λαρὸν, σὺν δὲ κρέα πολλά.

Antiquissimum autem xenium gleba telluris. Videre id quoque apud Pindarum loco citato.

——— τόν ποτε
Τριτωνίδος ἐν προχοαῖς
Λίμνας, θεῷ ἀνέρι εἰδομένῳ,

Γαῖαν διδόντι ξένια
Πρώραθεν εὔφαμος καταβὰς
Δέξατ'. ———

Et poſtea.

Ἂν δ' εὐθὺς ἁρπάξαις ἀρύρας
Δεξιτερᾷ, προτυχὸν
Ξένιον μάστευσε δῦναι.
Οὐδ' ἀπίθησέ νιν, ἀλ-
λ' ἥρως ἐπ' ἀκταῖσι θορὼν,
Χειρὶ ὡς χεῖρ' ἀντερείσαις
Δέξατο βώλακα δαιμονίαν.

Ἦ ῥ' Ἄμυκος) Hunc Amycum caeſtuum lora inveniſſe narrat Clemens Strom. I. Ἄμυκός τε ὁ Βεβρύκων βασιλεὺς ἱμάντας πυκτικοὺς πρῶτος εὗρε.

Ὁππότερος κατὰ νῶτα λάβῃ φάος ἠελίοιο) Id inter pugnantes obſervabatur. Nonnus Dionyſ. lib. XXXVII.

Εὐρυμέδων μὲν ἔκαμνε μελισσέος ἴδμονι τέχνῃ,
Ἄσχετον ἠελίοιο μένων ἀντώπιον αἴγλην
Ὄμμα καταυγάζοντος.

Ἔστη δ' πληγαῖς μεθύων) Elegans notio verbi μεθύειν. Nonnus loco citato.

——— αὐτὰρ ὁ κάμνων
Ὕπτιος αὐτοκύλιστος ἐρείσατο νῶτα κονίῃ,
Θυμολιπὴς, μεθύοντι πανείκελος. ———

Similiter in re tamen diſſimili Demoſthenes. Ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, νὴ τοὺς θεοὺς ἐκεῖνον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων.

Ἀνήσχετε νεῖκος ἀπαυδῶν ἀμφοτέρας ἅμα χεῖρας) Adpoſite dictum a Theocrito νεῖκος ἀπαυδῶν, neque alioqui Pollux victor adpellari potuiſſet. Nam nemo dici poterat, victor ſi non is qui victus erat victum ſe fateretur, & victorem adgnoſceret. Ennius.

Quei veicit, victor non eſt, niſi victus fatetur.

Vide maximi Scaligeri ad Feſtum. Itaque mos in pugilatu manum porrigere in victoriae partae ſignum. Ariſtaenetus lib. I. Ἔρωτος δ' φανέντος γέγονε ῥίψασπις εὐθὺς ὁ τέως θρασὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἀκονιτὶ προσανατείνας ὡμολόγει τὴν ἧτταν. Et lib. II. Ὁ δὲ σχηματισάμενος μαγγανείαν παρ' ἕκαστον, ἑαυτὸν ἀπεθαύμαζεν παραδόξου νίκης ἀνατείνων τὴν χεῖρα. Ab hac mente dixit Arnobius lib. I. *Sed concedamus, interdum manum veſtris opinatonibus dantes, unum Chriſtum fuiſſe de nobis*, &c. Etiam herbam dare aliquando ſolebant, vide Feſtum. Gladiatores victi oſtenſione digiti veniam a populo poſtulabant.

Ὤμοσε δέ τοι μέγαν ὅρκον) Apud Graecos μέγας ὅρκος vocabatur, cum per Stygem dii, aut per deos homines iurarent. Heſiodus in Θεογονίᾳ ubi de Styge.

Αὐτὴν μὲν γὰρ ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον.

Sed de hac per Stygem iurandi conſuetudine abunde ad Lycophronem. Pindarus Olymp, Od. VI.

Οὐ φιλόνεικος ἐὼν,
Οὔτ' ὢν δύσερίς τις ἄγαν,
Καὶ μέγαν ὅρκον ὀμόσσαις,
Τοῦτό γε οἱ σαφέως μαρτυρήσω.

Od. VII.

Ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα
Χρυσάμπυκα δ' Λάχεσιν
Χεῖρας ἀνθεῖναι. θεῶν δ' ὅρκον μέγαν μὴ παρφάμεν.

Solebant vero qui μέγαν ὅρκον iurabant, πρῶτον θεοὺς ὀμνύναι εἶτα ἐπάγειν καὶ τὰς ἰδίας συμφορὰς, ut ait Apollonii Schol. libro II. Atque id ὀμνύειν proprie dicebant. Didymus ad Odyſſ. β'. Ὀμόσαι μὲν, τὸ εἰπεῖν θεόν τι ὄνομα, οἷον, νὴ τὸν ἑρμῆν, μὰ τὰς ἐλευσινίας θεάς. Alioquin ſimpliciter iurabant per res obvias, μὰ γῆν, μὰ παγίδας, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα, & per res ſimiles. Aliquando etiam ſolummodo dicebant μὰ, τὸν, metuentes Dei nomen adiicere, atque eo iuramento utebantur quum quempiam laudarent. Ariſtophanis Scholiaſtes βατράχοις. Ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀρχαίοις ἐνίοτε μὴ προστιθέναι τὸν θεὸν εὐλαβείας χάριν. εἰώθησαν δ' τοιούτοις ὅρκοις χρῆσθαι ἐπευφημιζόμενοι. ὥστε εἰπεῖν μὲν ΜΑ ΤΟΝ. ὄνομα δ' μηκέτι προσθεῖναι. Invenio etiam moris fuiſſe, ut iurantes ferri laminam manu tenentes per ignem tranſirent (nam nihil ab eo detrimenti capturos putabant qui periurio nulli obnoxii eſſent) moxque abiicientes in mare dicerent tam diu ſe fidem ſervaturos quam illa lamina eſſet duratura. Sophocles ἀντιγόνῃ.

Ἦμεν δ' ἑτοῖμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν,
Καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν,
Τὸ μήτε δρᾶσαι, μήτε τῳ ξυνειδέναι
Τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι, μήτ' εἰργασμένῳ.

Scholiaſtes. Εἰώθασι γὰρ οἱ ὀμνύοντες ταῦτα ποιεῖν. μύδρους γὰρ αἴροντες ἐπαρῶνται μένειν τὰ ὅρκια ἕως αὐτοὶ φανῶσι, καὶ ῥίπτουσιν αὐτοὺς εἰς θάλασσαν, ὅπως οὖν αἰώνια τὰ ὅρκια ὑπάρχῃ. Demetrius Triclinius. Εἰώθασι δ' ὀμνύοντες καὶ πίστεις διδόντες μύδρους βαστάζειν καὶ πῦρ ὑπερβαίνειν, τοὺς γὰρ μὴ ἐνόχους τῷ ἁμαρτήματι ᾤοντο καὶ ἐπὶ τούτοις μὴ ἀλγεῖν. Videmus etiam eum morem apud Herodotum Κλειοῖ, ubi de Phocaeenſibus ei ſermo. Ἐποιήσαντο ἰσχυρὰς κατάρας τῷ ὑπολειπομένῳ ἑωυτῶν τοῦ στόλου. πρὸς δ' ταύτῃσι καὶ μύδρον σιδήρεον κατεπόντωσαν, καὶ ὤμοσαν πρὶν μὴ ἐς Φωκαίην ἥξειν πρὶν ἢ τὸν μύδρον τοῦτον ἀναφανῆναι. Huc pertinet Callimachi verſus.

Φωκαέων μέχρις κε μένῃ μέγας εἰν' ἁλὶ μύδρος.

Iuramentorum vero haec ἐπομότοι, iſta ἀπώμοτοι, illa κατώμοτοι nuncupabantur. Vide Etymologici auctorem, & Harpocrationem.

Χαλκεοθώραξ) Loricas duplices habuere milites, unam ab humeris ad umbilicum, & ea θώραξ, alteram ab umbilico ad genua, ea ζῶμα. Etymologici auctor. Ἰστέον ὅτι οἱ παλαιοὶ θώρακας ἐφόρουν. ἕνα μὲν ἀπὸ τοῦ ὤμου μέχρι τοῦ ὀμφαλοῦ, ὃς καὶ κυρίως θώραξ. ἄλλον δ' ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ ἄχρι τῶν γονάτων, ὃς ζῶμα ἐκαλεῖτο. Habuere & ἡμιθωράκια, qualibus Alexander Magnus armari milites ſuos voluiſſe perhibetur, ut fugiendi occaſio ipſis praeriperetur. Polyaenus lib. IV. Ἀλέξανδρος ἡμιθωράκια τοῖς φεύγουσι στρατιώταις ἀντὶ θωράκων ἔδωκεν, ἵνα μένοντες μὲν ἀσφάλειαν ἔχοιεν τῶν κατὰ πρόσωπον κρυπτομένων. φεύγοντες δ', τὰ ὄπισθεν μέρη φυλάσσειν μὴ δύναιντο.

Ἀμὶν γάμος οὗτος ἐν ὅρκῳ) Solebat ante matrimonii contractionem iurare ſponſus ſe ſponſam poſt concubitum invitam non deſerturum. Poſtea Idyll. XXVIII.

Ὄμνυε μὴ μετὰ λέκτρα λιπὼν ἀέκουσαν ἀπελθεῖν. Ariſtaenetus lib. I. Ταῦτα μὲν ἔχρησεν ὁ μαο-

μαντῷ θεὸς, ὁ δὲ ὅρκος ἅμα τῷ χρησμῷ συνεπληρῶτο τοῖς γάμοις. Theophylactus Simocatus in epistola quadam. Τὰ ἑωθινὰ καταλέλοιπας ᾄσματα, παρῶσω τὰς μυρίας πρεσβείας, τοὺς ὅρκους, τὰς σπονδὰς, ἃς διὰ τῶν προσαγωγῶν γυναίων ἐπέμψω μοι.

Ε῎νθα κόραι τοκέεσι) Innuit priscum morem. Virgines ante nuptiarum tempus in publicum non prodibant, inde & μένανδροι nuncupatae, teste Athenaeo lib. III. quod domi exspectarent maritum. Adlusit etiam ad istum morem Hesiodus lib. II.

Καὶ διὰ παρθενικῆς ἁπαλόχροος ὐ διάησιν,
Η῞τε δόμων ἔντοσθε φίλῃ παρὰ μητέρι μίμνει.

Catullus in carmine de nuptiis Pelei, & Thetidis.

——— *cupido conspexit lumine virgo*
Regia, quam suaves exspirans castus odores
Lectulus in molli complexu matris alebat.

Phocylides ποιήματι νυθετικῷ.

Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι.
Μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς,
Κάλλος δυστήρητον ἔφυ παίδων τοκέεσι.

Hinc dixit Euripides ἠλέκτρᾳ.

Εἰς ὄχλον ἕρπειν παρθένοισιν ὐ καλόν.

Τὰ δ᾽ ἐς ὑγρὸν ᾤχετο κῦμα) Alexander AEtolus apud Parthenium.

Κρήναις ἢ ποταμοῖς νίψετ᾽ ἀέξε ἔτος.

Ad quem locum plura notavimus.

Σείων καρτερὸν ἔγχος) Sciendum olim consuevisse milites ante pugnam hastas concutere, tentantes eo modo an non fractae essent. Homeri Scholiast. Iliad. β΄. Ε῎σειον τὰ ἔγχη πρὸ τῆς ἀφέσεως μήποτε ἄρα εἶεν κλασθέντα. Inde ἐγχέσπαλοι toties apud Homerum, & alios Poetas.

Καὶ ἱπποκόμον τρυφάλειαν) Veteres setis equinis galearum conos ornabant, testes mille Poetarum loca. Virgilius AEneid. X.

——— *clipeumque iubasque*
Divini adsimilat capitis. ———

Servius. *Propter equinam caudam, quae esse solebat in galeis.* Hesychius. Ι῾πποκόμον, τρυφάλειαν ἐξ ἱππείων τριχῶν τὸν λόγον ἔχουσαν: Lego, & interpungo. Ι῾πποκόμον τρυφάλειαν, ἢ. ἰ. ἰ. ἰ. λόφον ἤ. Sunt enim duae primores dictiones vel Theocriti, vel Homeri, vel alius Poetae, quae Hesychius explicanda more suo proposuit.

Η῾ γὰρ ὅγε σάλαν) Lycophron.

——— *τῷ δὲ δευτέραν ἔτι*
Πληγὴν ἀθαμβὴς κριὸς ἐγκορύψεται,
Α῎γαλμα πήλης τῶν ἀμυκλαίων τάφων.

Vbi eleganter cippum ἄγαλμα τάφων vocat.

Idyll. XXIV.

Φίλαμα τὸ κυφίζον τὸν ἔρωτα) Supra dixit.

Ε῎στι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.

Α῎γριε παῖ, καὶ συγνέ) Similis descriptio hominis immisericordis & ferocis est apud Ovidium Trist. lib. I. eleg. VII.

Non ego te genitum placida reor urbe Quirini,
Vrbe, meo quae iam non adeunda pede est.
Sed scopulis Ponti, quos haec habet ora, sinistri;
Inque feris Scythiae, Sarmaticisque iugis;
Et tua sunt silicis circum praecordia venae,
Et rigidum ferri semina pectus habet.
Quaeque tibi quondam tenero ducenda palato
Plena dedit nutrix ubera, tigris erat.

Catullus epigramm. LXI.

Num te leaena montibus Libyssinis
Aut Scylla latrans infima inguinum parte,
Tam mente dura procreavit ac tetra?

Virgilius AEneid. IV.

Non tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanaeque admorunt ubera tigres. (a)

Abaris in epistola ad Phalaridem. Ε῎δειξας φύσιν οἰκείαν ὕβρεως καὶ ὠμότητος. καὶ σε ἔτεκεν ὐ γυνὴ καὶ ἀνὴρ, ἀλλὰ λέαινα καὶ σῦς ἄγριος, ποιεῖς γὰρ πάντα βίᾳ καὶ προσέτι ἰσχύϊ καὶ δόξῃ καὶ ἀγριότητι. Paulo antea dixit:

Α᾽λλ᾽ ἐλθὼν ἔκλαιε ποτὶ στυγνοῖσι μελάθροις.

Fusius id expressit in re simili Ovidius Metamorph. XIV.

Interdum madidas lacrimarum voce coronas
Postibus intendit, posuitque in limine duro
Molle latus, tristisque ferae convicia fecit.

Lego, *m. lacrimarum rore coronat*; quem totum locum iuvabit contulisse cum hoc Theocriti Idyllio. Sequitur postea.

——— *ὅτι λόγος ἧμεν ἀταρπὸν,*
Ξυνὸν τοῖσιν ἐρῶσι τὸ φάρμακον. ———

Interpungo.

——— *ὅτι λόγος ἧμεν ἀταρπόν*
Ξυνὸν, τοῖσιν ἐ. τ. φ.

Credebant autem veteres apud inferos esse campos lugentes, in iisque errare eos, qui ob amorem misere vitam finivissent. Virgilius AEneid. VI.

Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem
Lugentes campi, sic illos nomine dicunt.
Hic, quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant callis, & myrtea circum
Silva tegit, curae non ipsa in morte relinquunt.

Hunc locum respexit Ausonius in epistola ad Gregorium filium. *Cupidinem cruci adfigunt mulieres amatrices, non hae de nostro saeculo, quae sponte peccant, sed illae Heroicae, quae sibi ignoscunt, & plectunt Deum: quarum partem in lugentibus campis Maro noster enumerat.*

Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι) Transtulit hunc locum in Bucolicis suis Nemesianus.

Respice me tamdem puer o crudelis Iola,
Non hoc semper eris, perdunt & gramina flores,
Perdit spina rosas, nec semper lilia candent.
Nec longum tenet uva comas, nec populus umbras,
Donum forma breve est, nec se tibi commodat annis. (b)

Τὸν

(a) Adi Gellium in Noct. Atticis.
(b) Sic Virgilius.
O formose puer nimium ne crede colori
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigram leguntur
Tibullus:
At si tardus eris, errabis; transit aetas;
Quam cito non segnis stat que caditque dies.
Quam cito purpureos deperdit terra colores,
Quam cito formosas populus alta comas.

Τὸν τλάμονα μή με παρένθῃς) Vide quae ad Lycophronem.

Α'μφίδες ἐκ ῥεθέων σῶν εἵματα) Involvebantur mortui pannis vilibus. Artemidorus lib. I. cap. x. Οἱ ἀποθνήσκοντες ἐσχμένοις ἐνἑλῦνται ῥάκεσιν, ὡς τὰ βρέφη, καὶ χαμαὶ τίθενται. Eusebius in Chronicis. *Cassius Severus orator egregius* xxv. *exsilii sui anno, summa inopia, moritur, vix panno verenda contectus*. Apuleius Milef. x. *Vt erat adhuc feralibus amiculis obstrictus atque obditus, portatur ad iudicium puer*. Invenio & pretiosa veste indutos, scilicet quum rogo imponendi, aliter haud concilio. Val. Maximus lib. v. cap. v. *Vt fratrem germanum esse cognovit, multum ac diu convitio deos ob donum impiae victoriae insectatus, prope castra transtulit, & pretiosa veste opertum rogo imposuit*.

Τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον) Etiam is mos obtinebat, ut osculum mortuo darent. Pedo in eleg. de morte Drusi.

At miseranda parens suprema neque oscula fixit,
Frigida nec movit membra tremente sinu.

Lego, *fovit*.

Χῶμα δέ μοι κοίλανον) Hac de re ad Parthenium dixi.

Ω' φίλε κᾶσαι) De hac voce ad idyllium tertium notavi.

Γράφον μοι τοδε γράμμα) De sepulcrorum inscriptione vide quae ad Poema obscurum.

Εἵματα πάντ' ἐμίαινεν ἐφαβικά) Εἵματα ἐφαβικὰ puta chlamydem, nam ea induti ephebi, cetera nudi. Martianus Capella libro I. *Ac iam pubescentes genae seminudum eum incedere, chlamydeque indutum parva, invelatumque cetera, humerorum cacumen obnubere sine magno risu Cypridis non sinebant*. Apuleius Milef. x. *Adest luculentus puer nudus, nisi quod ephebica chlamyda sinistrum tegebat humerum*. Sed quod narrat iste chlamyda tectum fuisse humerum sinistrum, subspicio est cinctum Gabinum eos imitatos, siquidem ille talis. Persii interpres vetus Sat. v. *Gabino habitu cinctuque Dii penates formabantur; obvoluti toga super humerum sinistrum, dextro nudo*. Sed haec vereor, ut satis proba sint, ita mirum quantum variant in hac re Scriptores. Ecce, aliter omnino Servius AEneid. v. *Conditores civitatis taurum in dextram, vaccam intrinsecus, iungebant: & incincti ritu Gabino, id est, togae parte caput velati, parte succincti, tenebant stivam incurvam* &c. Et lib. VII. *Gabinus cinctus est, toga sic in humerum reiecta, ut una eius lacinia a tergo revocata hominem cingat*. Aliter etiam Isidorus Orig. lib. XIX. cap. XXIV. *Cinctus Gabinus est, quum ita imponitur toga, ut lacinia quae postrinsecus reiicitur, attrahatur ad pectus, ita ut ex utroque latere picturae pendeant, ut sacerdotes Gentilium faciebant*. Ecce, quam difficulter certi quid de hoc cinctu constituas. attamen, qualis qualis fuit, nobilissimus fuit, utpote a Consulibus bellum indicturis usurpatus. Virgilius AEneid. VII.

Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino,
Insignis reserat stridentia limina Consul.

Nec ab his solum, verum & a sacerdotibus, ut testis Isidorus loco citato, & Valerius Maximus lib. I. cap. I. *Gallis Capitolium obsidentibus, ne statum Fabiae gentis sacrificium interrumperetur, Gabino ritu cinctus, manibus humerisque sacra gerens, per medias hostium stationes in Quirinalem collem pervenit*. Quin & aevo posteriori ab Imperatoribus. Corippus lib. IV.

Censuramque piam servans gravitate resedit,
Caesareos augens habitus, ritusque Gabinos.

Dixit antea Consulum habitum, eoque pertinent illa Claudiani de III. Consulatu Honorii:

Festior annus eat, cinctusque imitata Gabinos
Dives Hydaspeis augescat purpura gemmis.

Etiam exercitus cinctus hoc cinctu, & *Procincta classis* dicebatur. Festus: *Procincta classis dicebatur, quum exercitus cinctus erat Gabino cinctu confestim pugnaturus*. Claudianus de IV. Consulatu Honorii.

Patritios sumant habitus, & more Gabino
Discolor incedat legio.

Atque haec mihi de isthoc cinctu observata.

Idyll. xxv.

Καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος) Cur infantibus primus cibus lac exhibeatur, docet Macrobius ad Somn. Scip. lib. I. cap. XII. *Ideo primam nascentibus ait lactis alimoniam offerri, quia primus eis motus a lacteo incipit in corpora terrena labentibus*. Hinc Scipio de animis beatorum ostenso lacteo dicebat: *Hinc profecti, huc revertuntur*. Quid? quod lacteus ille circulus, e quo nos ortos Scipio volebat, hac a re nomen traxisse traditur? Porphyrius lib. De Nymph. antro. Δῆμος δ' ὀνείρων κατὰ πυθαγόραν αἱ ψυχαί, ἃς συνάγεσθαί φασιν εἰς τὸν γαλαξίαν τὸν ὕτω προσαγορευόμενον ἀπὸ τῶν γάλακτι τρεφομένων, ὅταν εἰς γένεσιν πέσωσιν.

Χαλκέαν κατέθηκεν ἐπ' ἀσπίδα) Cunarum usus vetus, & prisco illo saeculo natus. Arnobius lib. IV. *Ad somnos inductus est in mollissimis cunis iacens, & vocibus delinitus infractis*. Persius Sat. II.

——*metuens divum matertera cunis*
Exemit puerum.——

Iuvenalis Sat. VI.

Et segmentatis dormisset parvula cunis.

Cicero Tuscul. I. *Iidem si puer parvus occidit, aequo animo ferendum putant: si vero in cunis, ne querendum quidem*. Isidorus Orig. lib. XX. cap. XI. *Cunabula sunt lectuli in quibus infantes iacere solebant: dicta quod partui adhibeantur, quasi cynabula, nam κύειν est Graece eniti*. Erant istae cunae clipei ut plurimum, aut ventilabra. Clipeos adgnosco in illo versu Ennii Andromeda.

Nam ubi introducta est, puerumque ut laverent locant
In clipeo.——

Ventilabra apud Callimachum Hymn. I.

—σέ

——σὲ δὲ κοίμισεν Ἀδρήσεια
Λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ.——

Scholiastes. Ἐν γὰρ λίκνοις τὸ παλαιὸν κατεκοίμιζον τὰ βρέφη, πλοῦτον καὶ καρποὺς οἰωνιζόμενοι. Etymologici auctor. Καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ ἐν τοῖς πτυχρίοις ἐπόιυν τὺς οἰκέιυς υἱὺς καθεύδειν. A cunis quoque Romani veteres *Cunire* dixerunt, quum nimirum infantes eas stercore facto sordidarent.

Κλιντῆρος κεδρίνῳ) Veteres lectos, scrinia, alia multa ex cedro conficiebant, quia cariem non sentit ea arbor. Virgilius ea de caussa *antiquam cedrum* adpellavit AEneid. VII.

Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum
Antiqua ex cedro.——

Et a putredine cadavera conservat, unde & νεκρῶν ζωὴ nuncupata. Nicandri Scholiastes. Θηριακοῖς. Τὺς νεκρὺς ἀσήπτυς ποιεῖ (ἡ κέδρος) τὸ νοτερὸν καὶ τὸ ῥευστικὸν ἐξωθῦσα, ὅθεν καὶ νεκρῶν ζωὴν ἔνιοι αὐτὴν ἐκάλεσαν. Et cedrino oleo chartas illinebant. Ovidius Trist. lib. I. eleg. I.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Inde Persius dixit:

——*& cedro digna loquutus.*

Horatius in Arte.

——*speramus carmina fingi*
Posse linenda cedro.——

Martialis lib. III. eleg. II. ad librum suum.

Cedro nunc licet ambules perunctus.

Δμῶας δὴ τότ' ἄϋσαν) Servorum domesticorum duo apud Graecos erant genera: hi operam dominis suis navabant in tributis, & vectigalibus exigendis: illi domestica opera peragebant, & in publicum prodeuntes dominos ornatus & ministerii causa comitabantur. Hesiodi Scholiastes lib. II. Οἰκέταις μὲν καὶ μισθίοις οἱ παραδυναστεύοντες κέχρηνται. τοῖς μὲν, ἐξ ὧν διατρέφονται, φόρυς συλλέγοντες. τοῖς δὲ, κόσμυ χάριν καὶ προπομπῆς. Ita etiam apud Romanos eorumdem duo erant ordines: illi maiores, hi minores. Maiores *Columellae* dicebantur, minores vero *Servuli*, sive *Adversitores*. De prioribus Donatus ad Phormionem Act. I. Sc. II. *Columellae apud veteres dicti servi maiores domus*. Lucillius XXII.

Servus neque infidus domino neque inutilis cuiquam,
Lucilli columella hic situs est Tubero.

Variat tamen pentameter apud Martialem libro XI. epigramm. XCI.

Lucilli columella hic situs Metrophanes.

Quod probo cum doctissimo Gulielmio. Numquid & tu amicissime Dousa? qui Poetae isti miserrime lacero medicus serus, sed serius. De Adversitoribus vide eumdem Donatum ad Adelphos Act. I. Sc. I.

Λύχνοις ἅμα δαιομένοισι) Veteribus rudiori adhuc aevo lumen ligna accensa suppeditabant. Etymologici auctor. Οἱ παλαιοὶ ὐκ ἐχρῶντο ἐλαίῳ καὶ λύχνῳ, ἀλλὰ ξύλοις. Idem videre est ex Hesychio in Δαλός: ubi ita inquit. Δαλὸς, μελάνυρος ἰχθῦς, ἡ λαμπὰς, ἡ ξύλον κεκαυμμένον, τὸ ἐξαμμένον ξύλον, παρὰ τὸ δαίεσθαι, ἤγυν καίεσθαι. Galenus in Lexico Hippocratis. Λαμπτὴρ, ὃν οἱ πολλοὶ φανὸν ὀνομάζυσιν, &c. παρὰ μέντοι τοῖς ἄλλοις, καὶ μάλιστα τοῖς ἀττικοῖς, ἐν ᾧ ξύλα τε κατεκαίετο παρέχοντα φῶς. Vide quoque Suidam in φρυκτοί. Caecilius Molctrice.

Memini ibi candelam ligneam ardentem.

Indicant hunc lignorum usum etiam illa Isidori Orig. lib. XVII. capit. VII. *Lignum nomen accepit, quia aptum est flammis ac luminibus.* (a) Postea politiores funiculos cera inclusos excogitarunt, quibus lychnorum vicem usi. Atque eae *Candelae* & *Funalia* dicebantur. Varro lib. IV. de LL. *Candelabrum a candela; ex his enim funiculi ardentes figebantur*. Servius AEneid. I. *Funalia sunt, quae intra ceram sunt, atque sunt dicta a funibus, quos ante usum papyri cera circumdatos habuere maiores: unde & funera dicuntur, quod funes incensos mortuis praeferebant*. Isidorus lib. XIX. cap. XIV. *Funes dicti, quod antea in usum luminis fuerint circumdati cera*. Deinde in funiculorum loco papyrum cera circumdare coeperunt, quod videre ex verbis Servii citatis, & Isidoro lib. XI. *Dictum funus a funibus accensis, quos ante feretrum papyris cera circumdatis fiebant*. Vide eumdem libro XX. cap. XL. Vsitata nihilominus adhuc, licet inventis iam his omnibus, ligna ad lucernas accendendas, quae *Sulfurata* dicta, quia sulphure tincta. Martialis lib. I. epigram. XLII.

Hoc quod Transtiberinus ambulator,
Qui pallentia sulfurata fractis
Permutat vitreis.——

Τρίτον ἄρτι τὸν ἔσχατον ὄρθρον) Vocat τρίτον ὄρθρον, quod tempus in militia *Tertia Vigilia* adpellabatur. Censorinus lib. de Die natali cap XXIII. *Diem quadripartito, sed & noctem similiter dividebant: idque similitudo testatur militaris, ubi dicitur Vigilia prima, item Secunda, & Tertia, & Quarta*.

Δώδεκα οἱ τελέσαντι) Herculis duodecim labores celeberrimi, quibus perfectis in Deorum numerum relatus. Ovidius Metamorph. lib. XV.

O cuius coelum bis sex ficere labores,
Fer precor, inquit, opem.——

Emendo.

O. c. c. b. s. vicere l.

Νυκτὶ μέσῃ) Recte, quia Eumenidibus haec sacra in vindictam fiebant, quibus media nocte moris facere. AEschyli Scholiastes εὐμενίσι. ἐν γὰρ τῷ μεσονυκτίῳ μόναις ἐριννύσιν ἀπάρχονται.

Ὑπὲρ ποταμοῖο φέρυσα) Lycophron.

Ὅταν ἀκάρποις γυῖα συμφλέξας φυτοῖς
Ἥφαιστος εἰς θάλασσαν ἐκβράσσῃ σποδόν.
Τῆς ἐκ λόφων τράρωνος ἐρθιτωμένης.

Vide quae ad eum locum.

Ἀψ δὲ νέεσθαι ἄστρεπτος) Mos veteribus quum purgamenta abiecissent, non respicientes domum recurrere. AEschylus χοηφόροις.

——τάδ' ἐκχέυσα, γάποτον χύσιν,
Στείχω, καθάρματ' ὥστις ἐκπέμψας, πάλιν,
Δικῦσα τεῦχος, ἀστρόφοισιν ὄμμασιν.

Virgilius eclog VIII.

Fer cineres Amarylli foras, rivoque fluenti.
Transque caput iace, ne respexeris.——

Plautus Mostellaria.

—*cave respexis, fuge, atque operi caput.*

Va-

(a) Virgilius:
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum

Valerius Flaccus lib. III.

——*lustramina ponto*
Pone iacit, rapidis adolentur cetera flammis.

Vbi *pone* idem est quod *trans caput* Virgilio.

Καθαρῷ ἢ πυρώσατε δῶμα θεείῳ) Sulfuris in lustrationibus usus multus. Plinius lib. XXXV. *Habet & in religionibus locum sulfur, ad expiandas suffitu domos.* Apuleius Milef. XI. *Summus sacerdos teda lucida, & ovo, & sulfure, solemnissimas preces de casto praefatus ore, quam purissime purificatam, Deae nuncupavit, dedicavitque.* Iuvenalis Sat. II.

——*cuperent lustrari, si qua darentur*
Sulfura cum tedis.

Propertius lib. IV. eleg. VIII.

Terque meum tetigit sulfuris igne caput.

Ovidius Metamorph. lib. VII.

Terque senem flamma, ter aqua, ter sulfure lustrat.

Item in arte amandi lib. II.

Et veniat quae lustret anus lectumque locumque;
Praeferat & tremula sulfur, & ova, manu.

Homerus.

Προίτιδας ἁγνίζων κόρας, καὶ τὸν πατέρ' αὐτῶν
Προῖτον Ἀβαντιάδην καὶ γραῦν πέμπτην ἐνὶ τοῖσδε
Δαδὶ μιᾷ, σκίλλῃ τε μιᾷ, πόσα σώματα φώτων,
Θείῳ τ', ἀσφάλτῳ τε, πολυφλοίσβῳ τε θαλάσσῃ.

Ἔπειτα δ' ἅλεσι μεμιγμένον) Ad lustrationem sale mixtam aquam veteribus mos adhibere. Hac de re locus insignis Menandri apud Clementem Strom. VII.

—εἰ μέν τι κακὸν ἀληθὲς ἔχεις ὦ φίλε,
Δίξειν ἀληθὲς φάρμακον τούτου σε δεῖ.
Νῦν δ' οὐκ ἔχεις. κενὸν εὕρηκας τὸ φάρμακον,
Πρὸς τὸ κενὸν, οἰήθητι δ' ὠφελεῖν τί σε.
Περιμαξάτωσάν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ,
Καὶ περιθέτωσαν, εἶτ' ἀπὸ κρουνῶν τριῶν
Ὕδατι περίρραν' ἐμβαλὼν ἅλας, φακούς.
Πᾶς ἁγνός ἐστιν ὁ μηδὲν οἱ συνειδὼν κακόν.

De salsa aqua capiendus quoque Ovidius loco citato.

Terque senem flamma, ter aqua, ter sulfure, lustrat.

Atque hanc quidem aquam adhibebant, si marinae copia non esset. Alias lustrabant, ut ait Homerus.

Θείῳ τ', ἀσφάλτῳ τε, πολυφλοίσβῳ τε θαλάσσῃ.

Θαλλῷ ἐπιρραίνειν) Graeci χύτλα vocabant. Vide nobilissimi Scaligeri ad Cyrin Virgilii.

Πολλοῖσι βαρύς περ ἐὼν ἐνιαυτοῖς) Lycophron νεκρόμαντιν πέμπελον adpellat, ad quem plura.

Κάμπτοντα τροχῷ σύριγγα) Graeci σύριγγα, & συρίγγιον adpellabant rotae umbilicum, cui plaustri axis inseritur. Hesychius. Συρίγγιον, τροχοῦ κένωμα. δι' οὗ ἐνίεται ὁ ἄξων. Significat etiam teres illud lignum axis, quod umbilico rotae inseritur. Sophoclis Scholiastes ἠλέκτρᾳ. Σύριγξ δέ ἐστι τὸ εἰς τὴν ὀπὴν τοῦ τροχοῦ ἐμβαλλόμενον μέρος τοῦ ἄξονος. καὶ αὐτὴ ἡ ὀπὴ τοῦ ἄξονος οὕτω καλεῖται. AEschyli interpres. πέρσαις. Σύριγγες δέ εἰσι τὰ ξύλα τὰ μέσον τοῦ περιφορέως ξύλου τοῦ τροχοῦ διαπερονούμενα.

Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ) Argos Peloponnesi urbs nobilissima, hanc Homerus, & eum imitati Poetae, ἱππόβοτον vocant, vel propter pascua, quae optima habebat. Horatius libro I. Od. VII.

—— *plurimus in Iunonis honorem*
Aptum dicet equis Argos.——

Vel propter fabulam, qua fertur Neptuno in Argiva regione prata quaedam, in quibus equi illius pascerentur, consecrata fuisse. Aliam epitheti rationem reddit Homeri Scholiastes Iliad. β'. Ἴασος καὶ Πελασγὸς Τριόπα παῖδες τελευτήσαντος αὐτοῖς τοῦ πατρὸς διείλοντο τὴν βασιλείαν. λαχὼν δὲ Πελασγὸς τὰ πρὸς ἐρασῖνον ποταμὸν ἔκτισε Λάρισσαν. Ἴασος δὲ τὰ πρὸς ἦλιν. τελευτησάντων δ' αὐτῶν νεώτατος ἀδελφὸς Ἀγήνωρ ἐπεστράτευσε τῇ χώρᾳ πολλὴν ἐπαγόμενος ἵππον. ὅθεν ἐκλήθη ἱππόβοτον μὲν Ἄργος ἀπὸ τῆς Ἀγήνορος ἵππου.

Ἄρτος δωρικός) De Dorico pane nihil hoc temporis habeo dicere, neque umquam de eo memini legere; dubium tamen minime, quin fuerit praegandis, & rusticorum. Arguunt illa.

—— ἀσφαλέως κε φυτοσκάφον ἄνδρα κορέσσαι.

Eiusmodi erant *cibarii* Romanorum. Cicero Tuscul. I. *Cui quum peregrinanti in AEgyptum, comitibus non sequutis, cibarius in capsa panis datus esset, nihil visum illo pane iucundius.* Emendabis obiter Nonium in *cibarium*, apud quem legitur, *cibarius in casa panis*, male. Hieronymus in epistola ad Paullinum. *Natus in paupere domo, & tugurio rusticano, qui vix milio, & cibario pane, rugientem saturare ventrem poteram, nunc similam, & mella fastidio.* Et mox. *Tota hortorum cultura vexatur, ut cibario non vescantur pane, & dum delitias sectamur, a regno caelorum retrahimur.* Apuleius Milef. VI. *Nec offerentis hospitae sedile dedicatum, vel cibum beatum amplexa; sed ante pedes eius residens humilis, & cibario pane contenta Veneream protulit legationem.* Plato Comicus in Nocte longa (Comoediae nomen est) tales κιλλικίους vocat, & in Menandro ἀγελαίους. Alexis φαιούς. Athenaeus lib. II. Πλάτων δ' ὁ κωμῳδοποιὸς, ἐν νυκτὶ μακρᾷ τοὺς μεγάλους ἄρτους καὶ ῥυπαροὺς κιλικίους ὀνομάζει, &c.

Idyll. XXVI.

Ἕρμεω ἁζόμενος δεινὴν ὄπιν) Mercurii statuae (Hermas vocabant) olim in triviis ponebantur, quae peregrinis regionis, viaeque ignaris qua esset eumdem indicabant, qua de caussa ἐνόδιον eum adpellat hoc loco Theocritus. Erymologici Auctor. Τρικέφαλος ὁ ἑρμῆς λέγεται, ὥσπερ διδάσκων τὰς ὁδοὺς, καὶ ἔχων ὑπογραφὴν ποῖ μὲν αὐτὴ φέρει ἡ ὁδὸς, ποῖ δὲ αὐτή. ἴσως δὲ πρὸς ἑκάστην ὁδὸν κεφαλὴν εἶχεν. Quae totidem verbis leges apud Harpocrationem. Huc facit Anytae Poetriae Epidauriae epigramma.

Ἑρμᾶς τᾷδ' ἕστακα παρ' ὄρχατον ἠνεμόεντα
Ἐν τριόδοις, πολιᾶς ἔγγυθεν αἰόνιος.
Ἀνδράσι κεκμηῶσιν ἔχων ἄμπαυσιν ὁδοῖο,
Ψυχρὸν δ' εὐκραὲς κράνα ὑποϊάχει.

Primus autem eiusmodi statuas Mercurio posuisse fertur Patroclides quidam. Vide Etymolo-

mologici Auctorem. Emendabis vero obiter Harpocrationem. Ἔστι δὲ ὁ ἀναθεὶς τὸν τρικέφαλον ἑρμῆν, ὡς φιλόχορός φησιν ἐν τρίτῃ, προκλείδης ἱππάρχου ἐραστής. Repono, πατροκλείδης i. e. Scriptum fuerat abbreviate προκλείδης, quod postea loco corrumpendo. Quod officium Graeci Mercurio, id Romani Vibiliae adsignabant. Arnobius lib. IV. *Ab erroribus viarum dea Vibilia liberat.*

Ἱερὸν θάσιο παρὰ ῥόον ἀλφειοῖο) Cur vocet Alphei ἱερὸν ῥόον duplex adferri ratio potest. Vel quia quaevis flumina sacra Nymphis, vel quia Elei cineribus, quos Alphei aquis miscuerant, Iovis Olympii aram illinere solebant. Pausanias. Κατ' ἔτος δὲ ἕκαστον φυλάξαντες οἱ μάντεις τὴν ἐνάτην ἐπὶ δέκα τοῦ ἐλαφίου μηνός, κομίζουσιν ἐκ τοῦ πρυτανείου τὴν τέφραν. φυράσαντες δὲ τῷ ὕδατι τοῦ ἀλφειοῦ κονιῶσιν οὕτω τὸν βωμόν. ὑπὸ δὲ ἄλλου τὴν τέφραν ὕδατος ποιηθῆναι πηλὸς οὐ μήποτε ἐγγίνεται· καὶ τούτου ἕνεκα ὁ Ἀλφειὸς νενόμισθαι τῷ ὀλυμπίῳ Διὶ ποταμῶν μάλιστα εἶναι φίλος. Hinc dicit Pindarus Olymp. Od. II.

Ἀλλ' ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας,
Ἕδος Ὀλύμπου νέμων,
Ἀέθλων τε κορυφάν,
Πόρον τ' ἀλφεοῦ.

Ea de caussa eius κόνιν ἱρὰν dicit Moschus Idyllio VII.

Ἀλφειὸς μετὰ πίσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὁδεύῃ,
Ἔρχεται εἰς Ἀρέθουσαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ.
Ἕδνα φέρων καλὰ φύλλα, καὶ ἄνθεα, καὶ κόνιν ἱράν.

Ὡς τοῦ καὶ βασιλεῦσιν ἐέδεται) Simile illud ἵππον πιαίνει δεσπότου ὀφθαλμός. Item istud. Κόπρος ἀρίστη τὰ τοῦ δεσπότου ἴχνη. Apud Aristotelem in Oeconomicis. AEschylus quoque Persis.

——— ὄμμα γὰρ
Δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν.

Pertinet huc historia illa de quodam obeso habente equum strigosum, & macilentum, Censoribus Scipione Nasica, & M. Pompilio. Vide Agellium lib. IV. cap. XX.

Χαλεπὸν δ' ἑτέρου νόον ἴδμεναι ἀνδρὸς) Hac de caussa ferunt reprehensum a Momo Iovem, quod hominis pectus non fecisset fenestratum, ut quid intus lateret cognosci posset.

Ἠέλιος μὲν ἔπειτα ποτὶ ζόφον ἔτραπεν ἵππους) Graeci veteres ζόφον, pro Occidente posuerunt. Homeri Scholiastes Iliad. IV. Ζόφον τὴν δύσιν ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. Soli autem equos ab antiquitate tributos nemo ignorat, caussam forte nonnemo. Eam eleganter (a) exponit Beda in libros Regum Quaest. XXVIII. *Audientes Graeci ab Israeliticis, quos divinas habere literas fama prodebat, quod Helias curru igneo, & equis sit igneis ad caelestia translatus, vel certe hoc ipsum inter alia depictum in pariete videntes, crediderunt vicinia decepti nominis, solis hic transitum per caelos esse designatum; & miraculum divinitus factum commutaverunt in argumentum erroris humana stultitia commentum.* Ait vero Beda: *vicinia decepti nominis*, quia ἡλίας accentu in priorem syllabam reiecto, & α in ο mutato, est ἥλιος. Firmat valide Sedulius, de Heliae adscensu canens.

Quam vel fulminei praelucens semita caeli
Convenit Heliae meritoque, & nomine fulgens.
Hac ope dignus erat; nam si sermonis Achivi
Una per accentum mutetur litera, Sol est.

Lego, & interpungo.

Convenit Heliae, merito qui & n. f.

Ad equorum numerum, quod attinet, sciendum eos quatuor esse putatos. Unde etiam originem traxerunt quatuor aurigarum factiones, anni tempora coloribus suis repraesentantes. Prasina, Russea, Candida, Veneta. Agathias lib. V. Ἀλλὰ μὴ προθέοι καὶ ἀνασκιρτῴη πρὸς κινήσεις ἀλόγους, καὶ δημώδεις ὁρμάς, καὶ ἵππων ἁμίλλας τοῖς χρώμασι μεμερισμένας. Plenissime Corippus lib. I.

Solis honore novi grati spectacula Circi
Antiqui sanxere Patres, qui quatuor esse
Solis equos quadam rerum ratione putabant.
Tempora continui signantes quatuor anni.
In quorum specie, signis, numerisque, modisque
Aurigas totidem, totidem posuere colores.

Et quae sequuntur. Isidorus Orig. lib XVIII. cap. XXX. Prasinae, & Venetae tantum meminit; uti & Antoninus τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. I. Vide Cassiodori Varias, & Isidorum libro citato cap. XXXVIII.

Πινέμεναι λιαροῖο. πέπληντο δὲ πάγχυ γάλακτος) Malim ita interpungere.

Πινέμεναι. λιαροῖο πέπληντο δ. π. γ.

Idyll. XXVII.

Ἐξ ὄρεος πένθημα) Ex Euripidis Bacchis sumsit, ubi legitur,

Πένθευς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις.
Τοῖς σοῖσι Κάδμε. ———

quod monuit olim ad Catullum doctissimus Ianus Dousa F Simili adliteratione *crucisalum* Plautus Bacchidibus ex *chrysalo* fecit.

Facietque extemplo crucisalum me ex Chrysalo.

Sic Tiberius est adpellatus Biberius, Cyprianus, Caprianus, teste Lactantio lib. V. cap. I.

Idyll. XXVIII.

Καὶ τί μοι ἕδνον ἄγοις γάμου ἄξιον) Vocabant ἕδνα pecuniam sponsae a sponso dandam. Homeri Scholiastes. Ἕδνα, τὰ πρὸ τῶν γάμων ὑπὸ τοῦ νυμφίου διδόμενα δῶρα τῇ νύμφῃ. Vide Grammaticos. Siculi δωτίνην adpellabant. Dos autem sponsae προὶξ dicebatur, a Latinis *sponsa*. Varro lib. V. de LL. *Adpellabatur & pecunia, & quae desponsa erat, sponsa.* Mos vero erat, ut sponsi parem cum sponsa dotem adferrent, aut saltem pignus tantidem pretii darent. Atque id ἀποτιμᾶν dicebant Harpocration. Εἰώθεσαν δὲ καὶ οἱ τότε, εἰ γυναικὶ γαμουμένῃ προῖκα διδοῖεν, οἱ προσήκοντες αἰτεῖν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ὥσπερ ἐνέχυρόν τι τῆς προικὸς ἄξιον. οἷον οἰκίαν, ἢ χωρίον, ἐλέγετο δὲ ὁ μὲν δοὺς τὸ ἐπιτίμημα ἐνεργητικῶς ἀποτιμᾶν, ὁ δὲ λαβὼν, ἀποτιμᾶσθαι.

Βάλλεις εἰς ἀμάραν με) Huc pertinent illa Achil-

(a) Forte magis eleganter, quam vere.

Achillis Statii lib. v. Καὶ ἐγένετο ὅσα ὁ ἔρως ἤθελεν, οὔτε στρωμνῆς ἡμῶν δεηθέντων, οὔτε ἄλλου τινὸς τῶν εἰς παρασκευὴν ἀφροδισίων αὐτουργὸς γὰρ ὁ ἔρως καὶ αὐτοσχέδιος σοφιστὴς, καὶ πάντα τόπον αὐτῷ τιθέμενος μυστήριον, τὸ δὲ ἀπερίεργον ἥδιον μᾶλλον τοῦ πολυπράγμονος. αὐτοφυῆ γὰρ ἔχει τὴν ἡδονήν.

Τᾷ παφίᾳ πρώτιστον) In honorem Veneris sponsus virginalis pudicitiae testem zonam solvebat, quum virginitates esset imminuturus. Athenienses id Dianae in honorem faciebant, tum demum quum paterent. Apollonii Scholiastes lib. I. Λύουσι τὰς ζώνας αἱ πρώτως τίκτουσαι, καὶ ἀνατιθέασιν τῇ ἀρτέμιδι. ὅθεν καὶ λυσιζώνης ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν Ἀθήναις. Agathias.

Τῇ παφίῃ στεφάνους, τῇ παλλάδι τὴν πλοκαμῖδα,
Ἀρτέμιδι ζώνην ἄνθετο καλλιρόη.
Εὕρετο γὰρ μνηστῆρα τὸν ἤθελε, καὶ λάχεν ἥβην
Σώφρονα, καὶ τεκέων ἄρσεν ἔτικτε γένος.

Ἄρτεμι μὴ νεμέσα, σῆς ἐρημιᾶς οὐκέτι πιστή) Adposite dixit, σῆς ἐρημιᾶς, nam apud veteres Dianae virgines initiabantur, atque ἀρκτεύειν & ἄρκτοι dicebantur. Harpocration. Ἀρκτεῦσαι, τὸ καθιερωθῆναι πρὸ γάμων τὰς παρθένους τῇ ἀρτέμιδι τῇ μουνυχίᾳ, ἢ τῇ βραυρωνίᾳ. Postea. Ὅτι δὲ αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, εὐριπίδης ὑψιπύλῃ, ἀριφάνης (scribo ἀριστοφάνης) λημνίαις, καὶ λυσιστράτῃ. Eius rei haec caussa. Quum Diana ob ursam sibi sacram interfectam pestem immisisset gravissimam, oraculumque consulerent, non ante cessaturam, quam deae virgines innuptae dicarentur. Vide Iul. Pollucem lib. v. Hac de caussa virgines Dianae, ut iuvenes Apollinis, natalem celebrabant, quod Romani, ut alia multa, imitati. Horatius lib. I. Od. XXI.

Dianam tenerae dicite virgines,
Intonsum pueri dicite Cynthium.

Et lib. II. Od. XII.

Quam nec ferre pedem dedecuit choris,
Nec certare ioco, nec dare brachia
Ludentem nitidis virginibus, sacro
Dianae celebris die.

Quo loco Acron eius interpres. *Natalis enim Dianae a virginibus celebrabatur, sicut Apollinis a pueris.*

Idyll. XXIX.

Γυναιξὶ πόνος οἰκοφελέεσσι) Quanto studio lanam veteres matronae fecerint dico ad Idyllium XVIII.

Ξεῖνον τέρψομ' ἰδὼν κὠντιφιλήσομαι) Mos veteribus peregre redeuntes osculo excipere. Horatius lib. I. Od. XXXVI.

Qui nunc Hesperia sospes ab ultima
Charis multa sodalibus,
Nulli plura tamen dividit oscula,
Quam dulci Lamiae.

Acron. *Tamquam, quae multis sufficerent; quae consuetudo est amicorum dum de longinquo tardius revertuntur.* Apuleius Miles. I. *Inde me commodum egredientem continuatur Pythias condiscipulus apud Athenas Atticas meas, qui me post aliquantum multum temporis, amanter adgnitum invadit, amplexusque, ac comiter deosculatus: Mi, Luci, ait, sat pol diu est, quod intervisimus te.* Et Mil. II. *Adhaerebat lateri senex iam gravis in annis, qui ut primum me conspexit: Est, inquit, hercules hic Lucius, & offert osculum.* Oculos autem maxime petebant, Plautus Casina.

Sine tuos oculos deosculer voluptas mea.

Cicero in epistola ad Tironem. *Ego vos ad III. Kal. videbo, tuosque oculos, etiamsi te veniens in medio foro videro, dissuaviabor.* Homerus Odyss. XVII.

Κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλά.

Orpheus in Argonauticis.

Παῖδα δ' ἐν ἀγκαλίδεσσιν ἐνίσχανεν ἱππότα πελεύς,
Καὶ ῥ' ἔκυσεν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλά.

Pedo Albinovanus in eleg. de morte Drusi.

Obvia progrediar, felixque per oppida dicar,
Collaque, & os, oculosque illius ore premam.

Χαρίτων ἱερὸν φυτὸν) Idest vultu formoso, & comi. Sic Demetrius Phalereus ab eximio formae nitore χαριτοβλέφαρος, & λαμπετὼ, fuit nuncupatus, testibus Laertio, & Hesychio Milesio lib. περὶ τῶν ἐν τῇ παιδίᾳ διαλαμψάντων. Credebant autem veteres vultus comitatem a Gratiis dari, unde, qui austeriores essent, litare illis per iocum iubebantur. Eunapius in Iamblicho. Οὐ μὴν οὐδὲ ἀσαφῆ παντελῶς τυγχάνει, οὐδὲ κατὰ τὴν λέξιν ἡμαρτημένα, ἀλλ', ὥσπερ ἔλεγε περὶ Ξενοκράτους ὁ πλάτων, ταῖς ἑρμαϊκαῖς οὐ τέθυται χάρισιν. Item in Epigono, & Bereniciano. Ἄνδρες ἄξιοι τοῦ τῆς φιλοσοφίας ὀνόματος. πλὴν ὅσαγε ὁ Βερενικιανὸς ταῖς χάρισιν ἔθυσε, καὶ ἱκανὸς ἀνθρώποις ὁμιλεῖν ἐπὶ καὶ εἴη. Philostratus ἡρωϊκοῖς. Σεμνὸν γὰρ καὶ μεγαλοπρεπῆ φαίνεσθαι, καὶ οἷον ταῖς χάρισι θύοντα. Diogenes Laertius in Xenocrate. Σεμνὸς δὲ τά τε ἄλλα Ξενοκράτης καὶ σκυθρωπὸς ἀεὶ, ὥστε αὐτῷ λέγειν συνεχῶς τὸν πλάτωνα, Ξενόκρατες θύε ταῖς χάρισι. Hinc dixit Aristaenetus lib. I. Εὐμενεστέροις ὄμμασιν ἐκείνην αἱ χάριτες εἶδον.

Θευγένιδος εἵνεκ' εὐσφύρω AElianus lib. XII. Ἦν δὲ καὶ τὰ σφυρὰ ἀγαθὴ, καὶ οἷα ὅμηρος λέγει τὰς ὡραιοτάτας γυναῖκας κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φωνὴν καλλισφύρους ὀνομάζων.

Ad Fistulam.

Οὐδενὸς εὐνάτειρα) Idest, Vlyssis. Ita ipse de se apud Homerum Odyss. IX.

Οὔτις ἐμοί γ' ὄνομ' ἐστ' οὔτιν δέ με κικλήσκουσι
Μήτηρ ἠδὲ πάτηρ, ἠδ' ἄλλοι πάντες ἑταῖροι.

Vide Brodaei Miscellan. Eustathius eo loco οὔτιν cavillationem interpretatur. Ἔστι δὲ τὸ σόφισμα (οὔτις) οὐ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν κατά τινας, ἀλλὰ παρὰ σύνθεσιν μᾶλλον, καὶ διαίρεσιν, τοῦ μὲν κύκλωπος κύριον νοήσαντος, καὶ σύνθετον καὶ ἁπλοῦν, τὸ οὔτις, ὡς κλινόμενον οὔτιδος. Diogen. Laert. lib. VII. in Zenone. Ὁμοίως δὲ καὶ λόγων καὶ τρόπων καὶ συλλογισμῶν, καὶ τῶν παρὰ τὴν φωνὴν καὶ τὰ πράγματα σοφισμάτων, ὧν εἶναι ψευδομένους λόγους καὶ ἀληθεύοντας καὶ ἀποφάσκοντας, σορείτας τε καὶ τοὺς ὁμοίους τούτοις, ἐλλιπεῖς τε καὶ ἀπόρους, καὶ περαίνοντας καὶ ἐγκεκαλυμμένους, κερατίδας τε, καὶ οὔτιδας, καὶ θερίζοντας. Et postea. Καὶ ἄποροι δέ τινές εἰσι λόγοι ἐγκεκαλυμμένοι καὶ διαλεληθότες, καὶ σωρεῖται, καὶ κερατίδες, καὶ οὔτιδες.

IOAN-

IOANNIS MEVRSI
AD EPIGRAMMATA THEOCRITI
NOTAE.

Epigrammate I.

TAI δὲ μελαμφυλλοι δάφναι) Lauri duo genera ponit Cato lib. De Re Rust. cap. VIII. Delphicam, & Cypriam. Delphica coronabantur Delphis sacrorum carminum victores, & triumphantes Romae. Cypria subcrispa est, foliaque habet brevia, & nigra; ea ante curias, domos Caesarum, Pontificum, & flaminum ponebatur, & Martiis Kalendis renovabatur. Theocritus μελαμφύλλως δάφνας, utramque laurum promiscе vocat. Vide Plinium lib. XV. cap. XXX. Apollini autem dicata a veteribus laurus, unde etiam in templis eius coronae ex lauro confectae videbantur. Caussa autem, quod laurus vaticinationibus symbolum. Veteres enim ex lauri crepitu rerum eventa observabant, & in ignem iniecta, si cum strepitu conflagrasset, auspicatissimum erat signum, maxime colonis; si vero sine strepitu consumeretur, finistrum omen erat. Tibull. lib. II. eleg. V.

Laurus ubi bona signa dedit gaudete coloni.

Propertius lib. II. eleg. XXVIII.

Et iacet extincto laurus adusta foco.

Quin & Poetae laurum edebant, & vates. Tibullus lib. II. eleg. V.

——— *sic usque sacras innoxia lauros*
Vescar. ———

Lycophron δαφνηφάγυς λαιμὺς vocat, ad quem vide, quae notavi.

Δελφὶς ἐπὲι πέτρα) Dicit lauro honestatum Apollinem a Delphica petra, quia inibi in eius templo coronae e lauru essent. Δελφίδα πέτραν, cur vocat, facile videre ex Iustino lib. XXIV. cuius ea verba. *Templum autem Apollinis Delphis positum est in monte Parnasso, in rupe undique impendente, ibi civitatem frequentia hominum facit, qui ad adfirmationem maiestatis concurrentes in eo saxo consedere, atque ita templa, civitatemque non muri, sed praecipitia; non manufacta, sed naturalia praesidia defendunt, prorsus ut incertum sit, utrum munimentum loci, an maiestas Dei plus hic admirationis habeat. Media saxi rupes in theatri formam recessit.* Similiter παρνασίδα πέτρην dixit Orpheus in Argon.

Ὦναξ πύθωνῷ λεδέων ἑκατηβόλε μάντι,
Ὅς λάχες ἠλιβάτυ κορυφῆς παρνασίδα πέτρην.

Κεραὸς τράγῷ ἦτῷ ὁ καλὸς) Καλοὶ dicebantur in sacrificiis boves, & capri, cornua habentes, quibus si carerent κολοβοὶ, & κυλλεὶ, ut apud Romanos *Mutili* dicebantur; unde eleganter Nemesianus eclog. III. Bacchi adhuc pueri, & necdum cornua habentis, caput *Mutilum* adpellat.

Adplauditve manu mutilum caput, aut leve mentum.

Epigramm. II.

Ο' καλᾶ σύριγγι μελίσδων) Malim legere, ὁ καλὰ, pro eo, quod est καλῶς.

Epigramm. III.

Εὗδας φυλλοςρῶτι πέδῳ Δάφνι) Veteres frondibus lectos sternere consuevisse iam nemo ignorat, quod postea nihilominus a pauperioribus usurpatum. Inde *Torus*, *Lectus*, & *Lectica* vocabula sua traxerunt apud Latinos. Iuvenalis Sat. VI.

Silvestrem montana torum quum sterneret uxor
Frondibus, & culmo. ———

Varro De Vita Popul. Rom. lib. I. *Fronde lecticas sternebant, & herba torta.* Ita enim emendo apud Nonium in Toral. Idem lib. IV. De Lingua Latina. *Super lectulis origines, quas adverti, hae: Lectica, quod legebant, unde eam facerent stramenta, atque herbas, & ut etiam nunc fit in castris, lectos ne essent in terra, sublimes in his ponebant.* Videre quoque licet hanc consuetudinem ex Festi verbis. *Lectus dictus, vel a collectis foliis ad cubitandum, vel quod fatigatos ad se adliciat.* Etiam ex Servio ad AEneid. lib. II.

Epigramm. IX.

Μηδὲ παρ' ὥρην ναυτίλῷ ἴσθι) Nam hieme olim maria clausa erant, verno tempore aperiebantur. Theodoretus de Provid. Serm. I. Τὸ μὲν γὰρ χειμῶνῷ λήγοντῷ, κὴ τὸ ἔαρῷ ὑπολάμποντῷ, ἡνίκα πλέυς τῶν ἀνθρώπων οἱ περὶ τὴν ἐργασίαν πόνοι, ὁδοιπορίαι τε κὴ ἐκδημίαι, κὴ ἀπὸ λιμένων ἀναγωγαὶ, καὶ θάλαττα ἐςορεσμένη, κὴ τῆς χειμερινῆς ἀπηλλαγμένη τραχύτητῷ, &c. Horatius lib. I. Od. IV.

Solvitur acris hyems grata vice veris, & Favoni;
Trahuntque siccas machinae carinas.

Hieronymus in Vita Paullae ad Eustochium. *Tandemque exacta hieme, aperto mari, redeuntibus ad Ecclesias suas Episcopis, & ipsa voto cum eis, ac desiderio, navigavit.* Vide Hesiodum lib. II. Incidit autem navigationis natalis (ut cum Vegetio dicam) apud Graecos quidem in Bacchanalia maiora. Theophrastus in Ethicis Charact. περὶ ἀδολεσχίας. Καὶ τὴν θάλατταν ἐκ Διονυσίων πλοΐμον εἶναι. At apud Latinos in VI. Iduum Martiarum. Fl. Vegetius de Re Militari lib. IV. cap. XXXIX. *Post ortum Pleiadum a die VI. Kalend. Iunii usque in Arcturi ortum, idest, in diem XVIII. Kalend. Octobr. ut secura navigatio creditur, quia aestatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur; ita post hoc tempus, usque in III. Id. Novembr. incerta navigatio est, & discrimini proprior.* Et postea. *Ex die igitur III. Id. Novembr. usque in diem VI. Id. Mart. maria clauduntur.* Ergo, ut dixi, navigationis natalis fuit VI. Id. Mart. qui dies solenni certamine, publicoque spectaculo, multarum gentium celebrari solitus. Vide loco citato Vegetium. Apud Graecos Dianae sacerdotes rudem carinam deae dedicabant, & commeatus primitias libabant. Apuleius Milef. XI. ex per-

persona Dianae. *Diem, qui dies ex ista nocte nascetur, aeterna mihi nuncupavit religio; quo sedatis hibernis tempestatibus, & lenitis maris procellosis fluctibus, navigabili iam pelago, rudem dedicantes carinam, primitias commeatus libant mei sacerdotes.*

Epigramm. XIII.

Ἡ Κύπρις ὐ πάνδημος) Veteres duas Veneres statuebant, alteram ὐρανίαν dictam, altera πάνδημον. Adstipulatur in Symposio Platonis Pausanias, & ἡ μὲν γὰρ, inquit, γέπου πρεσβυτέρα καὶ ἀμήτωρ, ὐρανῦ θυγάτηρ. ἣν δὲ καὶ ὐρανίαν ἐπονομάζομεν. ἡ δὲ νεωτέρα διὸς καὶ διώνης, ἣν δὲ πάνδημον καλῦμεν. Postremam hanc *Voluptuariam* vocat Mart. Capella libro II. Ac proinde etiam Amores bini, alter *Caeles*, alter *Vulgarius*, ut cum Apuleio dicam, Plato ibidem. Ἀναγκαῖον δὲ καὶ ἔρωτα τὸν μὲν τῇ ἑτέρᾳ σύνεργον πάνδημον ὀρθῶς καλεῖσθαι. τὸν δὲ, ὐράνιον. Quintilianus Declamat. XV. *Amoris (si sapientiae sequamur auctores) antiquissimum numen, & cui se naturae debet aeternitas. Sed ille mitis, & serius honestis cupiditatibus, & viribus sacrae caritatis exsultans, ut qui cuncta priscae noctis operta caligine diduxerit primum, deinde miscuerit. Hic vero, quo perditis visceribus adhaeremus inquieti, lascivientis adhuc aetatis instinctu tumultuosus, ac petulans, telis funereis, facibusque armatus. Praestat igitur ille mortalibus liberos hac usitata coniugii pietate; hic incesta, libidines, adulteria, meretrices.* Videsis etiam elegantissimum locum in Apolog. Madaurensis Philosophi, quem ad Lycophronem adduximus. Athenaeus lib. XIII. Οἱ τύτυ (Ζήνωνος) πρεσβύτεροι κατὰ φιλοσοφίαν σεμνόν τινα τὸν ἔρωτα, καὶ παντὸς αἰσχρῦ κεχωρισμένον ᾔδεσαν, δῆλον ἐκ τῦ κατὰ γυμνάσια αὐτὸν συνιδρῦσθαι Ἑρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ. Hinc in Argonaut. διφυῆ ἔρωτα dixit Orpheus:

Αἰθέρα καὶ διφυῆ περιωπέα κυδρὸν ἔρωτα.

Vide praeterea eumdem Apuleium lib. De Philosophia.

Epigramm. XV.

Κεῖται τῆς ἱερῆς κῦφος ὑπὲρ κεφαλῆς) Veteres mortuorum cineribus terram levem imprecabantur. Euripides in Alcestide.

——— κῦφα σοὶ
Χθὼν ἐπάνω πέσοι γύναι.

Martialis lib. V. epigr. XXXVI.

Mollia nec rigidus cespes tegat ossa, nec illi
Terra gravis fueris, non fuit ille mihi.

Et lib. IX. epigr. XXX.

Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena.

Tibullus lib. II. eleg. IV.

Et bene discedens dicet, placideque quiescat,
Terraque securo sit super ossa levis,

Huius loci est lepidum Agathiae cavillum in infantem matris utero immortuum.

Κύφη σοι τελέτοι γαςὴρ τέκος ἀντὶ κονίης.
Αὐτὴ γάρ σε φέρει, καὶ χθονὸς οὐ χατέεις.

Inde *cippum levem* dixit Persius Sat. I.

——— *nunc non cinis ille Poetae*
Felix? non levior cippus nunc imprimit ossa?

Iuvenalis Sat. VII.

Dis maiorum umbris tenuem, & sine pondere terram.

Huc pertinet vetus cipporum inscriptio,

——— *hic situs es sit tibi terra levis.*

Credebant autem sepultos adhuc incantationibus obnoxios, ideoque ne eae nocerent, tumulo bene precabantur, quod si incantari contigisset, tum *Terra gravis* dicebatur. Quintilianus Declamat. X. de sepulcro incantato. *Nunc barbaro carmine gravem terram totis noctibus pulsat, & impositum sibi sepulcrum, quod non possit evolvere, quae solebat ipsos discutere inferos, umbra miratur.* Iterum. *Queritur solito terram graviorem, utique quum sentit venisse noctem, quando umbrae feliciores dimittuntur ad matres.* Tertio. *Iuvenis piissime, iuvenis indulgentissime, numquam matri tuae umbra, nec manes, si modo veneficum pondus, & terroribus omnibus verba graviora mago patiente discusseris.* Praeterea, si cui male volebant, ei imprecabantur terram gravem, idest, ut sepulcrum eius incantaretur, quo scilicet umbra pressa e tumulo evocari non possit, quod ex Quintiliano videmus. Pedo in elegia in obitum Mecaenatis.

——— *tellus levis ossa teneto,*
Pendula librato pondus & ipsa tuum.

Propertius lib. III. eleg. V.

Sit tumulus lenae curto vetus amphora collo;
Vrgeat hunc supra vis caprifice tua.

Idem lib. II. eleg. XX.

Si fallo, cinis, heu! sit mihi uterque gravis.

Quod expressum videtur ex ultimo Callimachi epigrammate.

Εἶχον ἀπὸ σμικρῶν ὀλίγον βίον, ὔτε τι δεινὸν
Ῥέζων, ὔτ' ἀδικῶν ὐδένα γαῖα φίλη
Μίκκυλος. εἴ τι πονηρὸν ἐπῄνεσα, μήτε σὺ κούφη
Γίγνεο, μήτ' ἄλλοι δαίμονες οἵ μ' ἔχετε.

Plinius de terra loquens. *Cuius numen ultimum iam multis imprecamur irati grave, tanquam nesciamus hanc esse solam quae numquam irascatur homini.*

Epigramm. XVII.

Ἅτε φωνὰ Δώριος) Vox Dorica, quam hic designat Theocritus, est κωμῳδία, nam κώμαν vocabant Dores, Attici δῆμον.

Ὁ τὰν κωμῳδίαν εὑρὼν ἐπίχαρμος) Diomedes Grammat. Institut. lib. III. *Sunt qui velint Epicharmum in insula Co exsulantem, primum hoc carmen frequentasse, & sic a Co Comoediam dici.* Vide Aristotelem περὶ ποιητικ.

Χάλκεόν νιν ἀντ' ἀλαθινῦ) Vlpianus ad Demosthenis Orat. πρὸς Λεπτίνην. Ἔθος ἦν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις (immo vero apud omnes Graecos passim & Romanos) τὺς εὐεργέτας τῆς πόλεως λαμβάνειν διαφόρυς τιμὰς, ἢ χαλκῆν εἰκόνα, ἢ σίτησιν ἐν πρυτανείῳ, ἢ ἀτέλειαν. Theon in Paradigm. Οἱ μὲν ὖν εὖ πεποιηκότες τὴν πόλιν ἔχυσι τὰς ἀμοιβὰς, οἱ μὲν ςεφάνυς, οἱ δὲ εἰκόνας, οἱ δὲ ἔν τι τῶν ἐς τιμὰς τοῖς εὐεργέταις εὑρημένων. Symmachus lib. X. epist. XXV. de statuis is loquens. *Ornamentis honorum incitatur imitatio, & virtutis aemulatio alitur exemplo honoris alieni. Hinc factum est, ut rusticis adhuc seculis optimi quique civium manu & arte formati in longam memoriam mitterentur.* Eunapius in Proaeresio. Πολλὰ δὲ ἐπὶ πολ-

πολλοῖς ἀγαθέντες, κ̀ τυχόντες ἐπαίνων, ἀνδρίαντα κατασκευασάμενοι χαλκοῦν ἰσομέτρητον ἀνέθηκαν, ἐπιγράψαντες. Η. ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΑ. ΡΩΜΗ. ΤΟΝ. ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΑ. ΛΟΓΩΝ. Apuleius Milesf. III. *At tibi civitas omnis pro ista gratia honores eximios offeret, nam & patronum scripsit, & ut in aere stet imago tua decrevit.* Habuere ius eiusmodi statuarum soli ingenui. Artemidorus lib. I. cap. LII. Χάλκεοι εἰκόνες τῶν ἐλευθέρων ἀνατίθενται. Solebant eas statuas, quo splendidiores forent, inaurare: postea vero aureae coeperunt statui, primusque talem adeptus Gorgias Leontinus, Valerius Maximus lib. VIII. cap. XV. *Gorgiae vero Leontini studiis litterarum aetatis suae, cunctos praestantis, adeo ut primus in conventu poscere, qua de re quisque audire vellet, ausus sit, universa Graecia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit; quum ceterorum ad id tempus auratas collocasset.* Referebant eae statuae vultus eorum, in quorum honorem ponebantur, ut notum. Plinius lib. II. epist. VII. *Etenim si defunctorum imagines domi positae dolorem nostrum levant, quanto magis eae quibus in celeberrimo loco non modo species & vultus illorum, sed honor etiam & gloria refertur.*

Πελωριςᾷ πόλει) Vrbs Syracusae Graecarum urbium omnium maxima pulcerrimaque quondam: constabat enim 4. urbibus maximis, quarum una Νῆσος dicta, duobus portubus cincta, atque in ea domus regis Hieronis, item sacrae aedes complures, sed duae quae longe ceteris antecellebant, Dianae una, altera Minervae, praeterea fons Arethusa. Altera urbs Ἀχραδίνη dicebatur, in eaque forum maximum, pulcerrimae porticus, ornatissimum prytaneum, amplissima curia, templumque Iovis Olympii. Tertia urbs, quod in ea Fortunae fanum antiquum fuit, Τύχη adpellabatur, in ea gymnasium amplissimum, & complures aedes sacrae. Quarta autem urbs, quia postrema aedificata est, Νεάπολις nominatur, in ea theatrum maximum, praeterea tria egregia templa, Cereris unum, alterum Proserpinae, tertium Apollinis Tennitae. Vide Ciceronem Verrina VI. Hinc *quadruplices Syracusae* dictae. Ausonius in Vrbibus. *Quis Catinam sileat? quis quadruplices Syracusas?*

Οἷα ἀνδρὶ πολίτᾳ) De Epicharmi patria non convenit inter auctores. Certe Theocritus Syracusanum facit, a cuius partibus faciunt Aristoteles lib. περὶ ποιητικῆς, & Horatius lib. II. epist. I. cum ait:

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.

Stephanus περὶ πόλεων Crastinum facit.

Epigramm. XVIII.

Κἠπέγραψε Κλέτας) De sepulcrorum inscribendorum consuetudine vide quae ad Lycophronem.

Ἐξᾶ τ̃ χάριν ἡ γυνή) Ex lege Solonis, qua cogebantur parentibus amicisque, a quibus educati essent, educationis praemium reddere. Quintilianus Declamat. VI. *Vultis scire quantus nomini nostri debeatur adfectus? quanta veneratio? Non est beneficium, quod pascitis: sed facinus, quod negatis:* LIBERI. PARENTES. ALANT. *Pudet sacrorum nominum, pudet religionis humanae. Haec ergo lex erit?* Graecis haec educationis praemia, θρέπτρα, τροφᾶα, θρεπτήρια nuncupata. Hesychius. Θρέπτα, τροφᾶα, τροφῶν ἀμοιβά. Lego, Θρέπτα, τ. τ. ἀμοιβαί. Hesiodus ἔργων lib. I.

——— οὐδέ μὲν οἵ γε
Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν.

Scholiastes. Οἱ παλαιοὶ τοῖς γονεῦσιν ἐδίδουν τὰ θρέπτρα. Aristaenetus lib. I. Τί δ' ὐκ ἤμελλον ζηλῶν ἐμοὶ (lego ἤ. ζηλῦν ἐμὲ) καθυβρῖσαι τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, ἣν ταῖς ἐμαῖς ἀνέτρεφον ἀγκάλαις τοιαῦτά μοι παρ' αὐτῆς τὰ τροφᾶα; ὕτω με νῦν ἀντιπελαργῦσα δικαίαν ἀποδίδωσι χάριν; Menander Dardano, citante Theone in Progymnast.

Ἀνδρὸς πένητος υἱὸς ἐκτεθραμμένος.
Οὐκ ἐξ ὑπαρχόντων ὁρῶν ἠσχύνετο
Τὸν πατέρα μικρ' ἔχοντα παιδεῦσαι γὰρ εὖ
Τὸν καρπὸν γὰρ εὐθὺ ἀποδίδω χάριτος καλόν.

Phalaris in epistola ad Lacritum. Νομίσας ὧν ἀξίας παρ' αὐτῦ χάριτας ἀπειληφέναι γενέσεως κ̀ ἀνατροφῆς, τὸ καλὸν κἀγαθὸν μέχρι τέλους αὐτὸν γεγονέναι. Valerius Flaccus lib. VI.

Immoritur primaevus Helyx, nec reddita caro
Nutrimenta patri: brevibus praereptus in annis.

Quae descripta moneo ex illis Homeri Iliad. IV.

——— οὐδὲ τοκεῦσι
Θρέπτα φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δέ οἱ αἰὼν
Ἔπλετ'. ———

Latini *Alimenta* dicunt. Glossae. *Alimenta,* τρεπτήρια, τροφᾶα. Eximii tamen ac hac lege erant spurii, & qui incuria parentum artem non didicissent qua vitam tolerarent, ut est ex Plutarcho & Synesio cognoscere.

Epigramm. XIX.

Οὗ τὸ μυρίον κλέος) Huc pertinet oraculum datum patri eius Telesicli, quod exstat apud Theodoretum θεραπευτικῆς Serm. X. Οὗτος κ̀ τὸν ἀρχίλοχον αἰσχρότατον γεγενημένον ποιητὴν, ἀοίδιμον προσηγόρευσε κ̀ ἀθάνατον. κ̀ πρὸς τὸν τῦδε ἔφη πατέρα.

Ἀθάνατός σοι παῖς κ̀ ἀοίδιμος, ὦ τελεσίκλεις,
Ἔσσετ' ἐν ἀνθρώποις. ———

Ὡς ἐμμελής τ' ἔγεντο κἠπιδέξιος) Commendat Archilochum a felicitate in scribendis Poematis. Exstat de eo etiam elogium Quintiliani lib. X. cap. I. *Ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum, ad* ἕξιν *maxime pertinebit unus Archilochus. Summa in hoc vis eloquutionis, cum validae, tum breves vibrantesque sententiae, plurimum sanguinis atque nervorum: adeo ut videatur quibusdam, quod quoquam minor est, materiae esse non ingenii vitium.* Claruit hic Archilochus Tullo Hostilio Romae regnante, ut ex Nepote tradit Gellius lib. XVII. cap. XVI.

Epigramm. XXII.

Ἄλλος ὁ χῖος) Hic est ille Theocritus, quem Antigonus rex ob importunam nimis dicacitatem vita privavit, ut est apud Macrobium Saturnal. lib. VII. cap. III. & Plutarchum De puerorum educatione.

FINIS.

IN

IN ELEGANTISS. ADVLESCENTIS

IOANNIS MEVRSI

AMICI MIHI AMICISS.

LABORES CRITICOS,

CARMEN PHALAECIUM.

Mevrsi flos iuvenum politiorum,
Lycei decus atque ocelle nostri,
Et summe omnibus e meis amicis,
Antistes mihi millibus trecentis,
Laetor te Criticos tuos Libellos,
Illos aureolos tuos Libellos,
Sparsos luteolo croco atque amomo,
Et cedro carie abnuente tangi,
Graves Cecropidum Elegantiarum
Foetu, & Delitii prioris AEvi,
Docto SCALIGERO *probasse (magno*
Censori & veterum Arbitro Leporum!
Laetor EX ANIMO *(facesse Livor)*
Te punctumque viri tulisse tanti,
Qui pie Aonias colit Puellas,
Quem pie Aoniae colunt Puellae;
O SCAEVA OPTIMA, *&, o, nimis beata,*
Qua te Semideus beavit, HORA.
Digna littoris Indici lapillis
Signari, & niveis notari in Albis!
Iam-nuper, liquidum est polite MEVRSI,
(Quod iuvit, iuvat, & diu iuvabit)
PRAESES *ille Novem sacer* SORORVM
PHOEBVS *laurigerae adsidens* MONETAE.
Dextram STERNVIT *adprobationem,*
Quem SALVERE *chorus repente iussit*
ADORANS *timidis cata ora palmis;*
Exin Auspicium tibi IMPETRISTI
Faustum (Iupiter!) atque adoreosum.
O FACTVM BONVM *&* AVREVM! *sinistra*
Videsne ut saliat mihi mamilla,
Felici omine palpitetque ocellus?
Olympum videor ferire plantis
Inque eius patulo exsilire dorso;
Nam cur quum tibi sit BENE *ac* BEATE,
Non item mihi sit BENE AC BEATE?
MACTE *his Auguriis, Amice,* MACTE
Hoc fausto Auspicio atque adoreoso!
Quod te ultro voluit, Deae Patrimae
Pullus, Mnemosynes sacer sacerdos,
DICTATOR *Critici optimus Senati,*
Phoenix SCALIGER *ille litterarum*
Nota iudicii sui beare,
CALCVLOQVE *tuas* NOTAS *probare;*
Destinae huic homines politiores
Inniti cupiunt, suasque gaudent
Huic tanto Critico probari opellas.
Quis, o, quantum hominum uspiam elegantum,
(Quod dicam, scio, FASCINO *invidente,*
Cuius nunc oculi dolent, dolebunt
Magis, quum videt hos tuos Labores)
Te felicior, auspicatiorque est,
MEVRSI *noster amor, Lycei ocelle,*
Mere o flos iuvenum erudite MEVRSI.

Scriptum Nonis Sextilibus,
An. cIↄ. Iↄ. XCVI.

A

PRO IISDEM

AD CORDATVM LECTOREM.

Ita est: sunt homines severiores,
Qui SANE-SAPERE *arbitrantur esse*
Ipsam Barbariem Striblig inemque;
Infruniti homines, & inficeti!
Quis suasoribus, arbitrisque, nostri
Cruda adhuc studia in forum propellunt;
Hi supercilio Sophi, videntur,
B
Et naso sapiunt, leguntque Opellas,
Incluti Ingenii inclutas Opellas,
Nulla iudicii regem te norma
Fungos hos procul hinc iubemus ire, &
VIAM PERPETVAM *precamur: ipsas*
Petant Anticyras nimis necesse est,
Et certe expedit, ut via vorata
Heic omne evacuent cerebrum, & inde
Ibidem nebulas imaginosas
Pingant, ut poterunt, cucurbitasque:
Tu Lector melior, cui dederunt
C
Non e plebe animam Dii Deaeque,
Lege has iudicii regente norma
Incluti Ingenii inclutas opellas,
Imo (ne tumidum sit aut superbum)
Aurei ingenii aureas Opellas,
Quas scite Venus uda Transmarino
Rore tinxit, & Imbribus Maritis;
Facessat Mala Mens, canisque Livor
Adlatrare homines suetus illos,
Quos adtingere subiices Deorum
Videt caesarie, invidetque: Porro
D
Vertat limam alio stilumque Censor,
Qui prurit nimis, aestuatque, deinde
Quae carpit capiat prius, rogamus,
Et mox, quum capit, ut favente Phoebo
Promat quid melius, politiusve.
Sed vos interea hinc abite Fungi,
Infruniti homines, & inficeti
Ite in exsilium, malasque terras
Ex quis spissigradum pedem tulistis:
Et vos o homines severiores,
Quis lucet nihil aut liquet, valete.
E

Scripsi. ex. A. D. IV. Kalend. April.
Anno cIↄ. Iↄ. XCVII.

Ne sis nescius, Lector, utrumque illud Phalaecium est Petri Scriverii mei, quod, quia ipsius incuria ibi nomen omissum, hic monere necesse habui.

Quum

Quum Spicilegio suo Meursius *quaedam addiderit pagellas vacuas implendi gratia, nos etiam eadem heic subnectimus.*

Lais. Nais. Hyccara. Aristophanis Scholiastes, Synesius, Stephanus, Athenaeus, emendantur.

LEguntur apud Aristophanis Scholiasten πλύτῳ haec verba. Διχῶς εὕρηται τὸ ἀνήμαι, κὶ ἐπὶ τοῦ ἠγορακότ☉, κὶ ἐπὶ τῦ ἠγορασμένυ. κὶ ἐπὶ τῦ μὲν ἠγορακότ☉, ὡς ἐνταῦθα. ἐπὶ δὲ τῦ ἠγορασμένυ, ὡς παρὰ συνεσίῳ. ἡ γὰρ λαῒς ἀνδράποδον ἦν καρικὸν, ἐκ σικελίας ἐωνημένον. Sunt desumta ex Synesii epistola quadam ad Evoptium fratrem, ubi paulo quidem plenius. Ἡ γὰρ λαῒς, ἔφη τις ἤδη λογογράφ☉, ἀνδράποδον ἦν συγκαρικὸν, ἐκ σικελίας ἐωνημένον. Viden'? apud illum est, καρικὸν, apud hunc συγκαρικόν: neutrum recte. Emendo. Γενεαλογῦντες αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐν φήμῃ ναΐδ☉. ἡ γὰρ ναῒς ἀνδράποδον ἦν ὑκκαρικὸν, &c. Cur ὑκκαρικὸν reposuerim postea ostendam: ναῒς autem debet omnino legi. Synesii hanc esse genuinam lectionem abunde testantur illa Stephani in εὐκαρπία. Ἔςι κὶ εὐκαρπία φρέριον Σικελίας ἐν τοῖς λεγομένοις Τιμαίοις. κὶ ψεύδεσθαι λαΐδα ἐν τούτῳ τ ἐπὶ κάλλει διαβεβλημένίω ἑταῖραν, ἣν οἱ πολλοὶ Κορινθίαν φασί. τὴν δὲ Λαΐδα τινὲς λέγυσιν, ἀλλὰ Ναΐδα, κὶ Καρικὸν ἀνδράποδον. Pro εὐκαρπία repono ὕκκαρα, & ὑκκαρικὸν pro καρικόν. Scriptum fuerat ΕΥΚΚΑΡΑ, librarii scioli ignorantes veterem hunc adspiratae scribendae morem in ΗΥΚΑΡΠΙΑ mutarunt. Athenaeum lib. XIII. Λαΐδ☉ τε τῆς ἐξ ὑκκάρων, πόλις δ' αὕτη Σικελικὴ, ἀφ' ἧς αἰχμάλωτ☉ γενομένη ἧκεν εἰς Κόρινθον. Et postea. Νυμφόδωρ☉ δ' ὁ Συρακύσι☉ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων, ἐξ ὑκκάρυ (scribo ὑκκάρων) φησὶ Σικελικῦ φρυρίυ εἶναι τὴν Λαΐδα. Sed & Athenaeus Ναΐδα scripsit indubie. Harpocration arguit. Ναῒς, ἑταίρά τις. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ φιλωνίδυ, εἰ γνήσι☉. κὶ ἀριςοφάνης ἐν γηρυτάδῃ. μήποτε δὲ κὶ ἐν τῷ πλύτῳ φησὶν ὁ κωμικός. τὰ δὲ λαῒς ὐ διά σε Φιλωνίδυ. γραπτέον ἦν διὰ τῦ ν ναῒς, κὶ ὐ λαῒς, ὡς κὶ ἀθήναι☉ ἐπισημαίνεται.

Acron emendatus. Matronarum adulterii convictarum poena. Samonico data lux, simul medicina stola apud Graecos infamis.

Acronis ad lib. I. Sat. II. locus de adulterarum matronarum poena mendose hodie legitur. *Matronae quae a maritis ob adulterium repudiabantur, togam accipiebant sublata stola propter ignominiam. Toga autem meretricibus apta: ita enim prostare solebant cum togis puellae, ut discernerentur a matronis.* Emendare volui olim, *istae e. p. s. c. t. pullis, u. d. a. m.* Nam ut dignoscerentur a meretricibus matronae adulterae, stola deposita togam albam capiebant, quum istae pullam gestarent. Hic facem praefero Q. Ser. Sammonico de Morb. Curat. cap. LIX.

Allia praecepit Titini sententia Vecti,
Qui veteri claras expressit more togatas.

Vocat *claras togatas* matronas adulteras toga alba indutas. Emendo vero:

Qui Veneris claras expressit amore togatas.

Id est, qui libidine victus imitatus est matronas adulteras. Siquidem Vectius hic, de quo Sammonicus, Tiberii Caesaris adulterio nobilitatus fuit. Vide Plin. lib. XXIX. cap. I. Ut autem stola Romae matronarum vestis, ita in Graecia meretricum. AElianus ποικ. ἱςορ. lib. XII. cap. I. de Aspasia. Ἡ δὲ Ἀσπασία ὔτε ἐνδῦναι πολυτελῆ χιτῶνα ἐβύλετο, ὔτε περίβλημα περιβαλέσθαι ποικίλον ἠξίυ, ὔτε λύσασθαι ὑπέμενεν. ἀνευφημήσασα δὲ θεὺς ἐκάλει ἑλληνικὺς, κὶ ἐλευθερίυς τὺς αὐτὺς, κὶ τὸ τῦ πατρὸς ὄνομα ἐβόα, κὶ κατηρᾶτο ἑαυτῇ κὶ τῷ πατρὶ δυλείαν σαφῆ κὶ ὁμολογημένίω ὑπομένίν πιςεύυσα τὴν ἔξω τ͂ συνηθείας περὶ τὸ σῶμα ςολήν τε ἅμα κὶ περίεργον κατασκευήν. ῥαπισθεῖσα δὲ πρὸς ἀνάγκίω ἐνέδυ, κὶ εἶκε τοῖς ἐπιτάγμασιν ἀλγῦσα, ὅμως ὐ παρθενικὰ, ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐβιάζετο. Hinc & Hesiodus meretricem πυγοςόλον adpellavit.

Μηδὲ γυνή σε νόον πυγοςόλ☉ ἐξαπατάτω.

Τιμένι☉. Τήβενν☉. Trabea Trossula. Dionysii Halycarnassaei ignorantia.

Non convenit inter auctores, Graecorum τήβενν☉ cui Romanorum vesti conveniat. Hesychius contentus fuit dixisse. Τήβενν☉ εἶδος περιβολαίυ παρὰ ῥωμαίοις. Dionysius Halycarnassaeus lib. III. togas nuncupat. Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ἀμφιεσμάτων ῥωμαῖοι μὲν τόγας, ἕλλωες δὲ τήβεννον καλῦσιν, ὐκ οἶδ' ὁπόθεν μαθόντες. ἑλλίωικὸν γὰρ ὐ φαίνεταί μοι τὔνομα εἶναι. Plane in diversum abit Eunapius in vita Iuliani. Ἐνταῦθα ἀνά τε επήδησεν ὁ ἀνθύπατ☉ ἐκ τοῦ θρόνυ, κὶ τὴν περιπόρφυρον ἀνασείων ἐσθῆτα, τήβεννον αὐτὴν ῥωμαῖοι καλῦσιν, ὥσπερ μειράκιον, βαρὺς ἐκεῖν☉ κὶ ἀμείλικτ☉, ἐκρότει τὸν προαιρέσιον. Quae verba de trabea Trossula capienda sunt, nam illa erat περιπόρφυρ☉, sicut Regia ὁλοπόρφυρ☉. Ait vero Dionysius nescire se cur Graeci τήβεννον adpellarint: ego docebo. Fuit Timenus Arcas, qui primus per Ionium sinum quum navigasset pallium ita induit, quem imitati incolae similem vestem paraverunt, eamque ab eius nomine τιμένιον vocaverunt: postea autem depravatiore vocabulo τήβενν☉ est adpellata. Artemidorus lib. II. cap. III. Τὰ δ' αὐτὰ (σημαίνει) καὶ ἡ ῥωμαϊκὴ ἐσθὴς ἣν νῦν τήβεννον καλῦσιν ἀπὸ τιμένυ τῦ ἀρκάδ☉, ὃς πρῶτ☉ τὴν ἑαυτῦ χλαμύδα τῦτον περιεβάλλετο τὸν τρόπον ἀπλεύσας κατὰ τὸν ἰόνιον κόλπον, κὶ ὑποδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ταύτῃ κατοικύντων, ἀφ' ὗ μαθόντες κὶ οἱ ἐγχώριοι τὸν αὐτὸν ἐσκευάσαντο τρόπον, κὶ ἐκάλυν τὴν ἐσθῆτα τιμένιον, ἐπώνυμον τιμένυ τῦ εὑρόντ☉. ὕςερον. δὲ τῷ χρόνῳ παραφθαρὲν τὸ ὄνομα τίβενν☉ (scribo τήβενν☉) ἐκλήθη.

Pr-

Precari, pro Deprecari. Petronii lectio defensa.

In Petronio nonnulla post alios a me emendata, quae nunc quidem non proponam: Vnum tantum locum male tentatum adferam, siquidem non minorem meretur laudem qui veram lectionem defendit, quam qui falsam eiicit, quamvis hoc fortasse maioris operae quis dicat. Sed ne multa circumducam verborum ambage, locum dabo, is est pag. 100. editionis ultimae. *Quid est, inquit, paralytice, ecquid hodie totus venisti? Rogas, inquam ego, potius quam tentas? totoque corpore in amplexum eius immissus non precantis usque ad satietatem osculis fruor.* O crux, quam tu crucias magnos Criticos! Alter vult, *non pernegantis*: alter, *non pugnantis*. Immo vero *precantis* recte est, pro *deprecantis*. Sic apud Terentium *precator* non semel pro *deprecatore*. Heautont. Act. v. Sc. II.

—— nec tu aram tibi,
Neque precatorem pararis. ——

Sub eiusdem scenae exitum.

—— ad Menedemum hinc pergam: eum
Precatorem mihi paro.

Donatus. *Precari, aliquando idem quod deprecari*. Phorm. Act. I. Sc. II.

—— G. ad precatorem abeam credo, qui mihi
Sic oret. ——

Quae loca si ipsis in mentem venissent, numquam Petronium solicitassent.

LYCOPHRONIS
CHALCIDENSIS
ALEXANDRA
POEMA OBSCVRVM.

IOANNES MEVRSIVS

RECENSVIT, ET LIBRO COMMENTARIO ILLVSTRAVIT.

ACCESSIT

IOSEPHI SCALIGERI IVLI CAES. F.

VERSIO CENTVM LOCIS EMENDATVR.

ILLVSTRIBVS VIRIS

ORDINIBVS HOLLANDIAE

WESTFRISIAE PATRIAE PATRIBVS.

DOMINIS POTENTISSIMIS.

VERE *dictum, Viri Illustres, a C. Crispo Sallustio: Omnes homines, qui sese student praestare ceteris animantibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transigant, veluti pecora, quae Natura prona atque ventri obedientia finxit: sed nostra omnis vis in animo & corpore sita est, animi imperio, corporis servitio magis utimur; alterum, nobis cum diis, alterum cum belluis commune est. Quo mihi rectius esse videtur, ingenii quam virium opibus gloriam quaerere; & quoniam vita ipsa, qua fruimur, brevis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere. Nam divitiarum & formae gloria fluxa atque fragilis est: virtus clara aeternaque habetur. Quae aureola magni Scriptoris verba oraculi ad instar & habui semper, & habebo porro. Quum autem duae sint res in vita humana, quae illustriorem reddere hominem & possunt, & solent, Virtus, atque Doctrina, merito utramque colimus, aut illam saltem, per cuius templum ad Honoris patere accessum Romani rerum quondam domini non iniuria voluerunt. At pro dolor! quotusquisque hodie est qui Virtutis, non dicam Doctrinae, studium amplectitur?*

—— quaerenda pecunia primum est,
Virtus post nummos; haec Ianus summus ab imo
Perdocet, haec recinunt iuvenes dictata senesque,
Laevo suspensi loculos tabulasque lacerto.

Negligitur Virtus, negligitur Doctrina. Paucissimi quibus recta mens, & ad altiora illa erecta. Priscis temporibus quam adhuc nuda Virtus placeret, vigebant artes ingenuae, summumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum seculis diu lateret. Mihi deinceps spretis aliis inlecebris adiuvante Deo Opt. Max. per Virtutis ad Honoris contendere certum: quippe

—— audendum aliquid quo me quoque possim
Tollere humo, victorque virum volitare per ora.

Post Virtutem amanda Doctrina, quae Famae mater quam non nisi nimis degeneres animi, & qui σκιαὶ ἀΐσσονται, *aspernantur. Post Virtutem, inquam, amanda Doctrina; quod ut me facere constet, publico dono Lycophronis Poetae Tragici excellentissimi Alexandram, poema exiguum quidem, sed ita obscurum, ut Hortensii Sphinge opus habeat. Addo praeterea librum Commentarium, in quo si non omnia, paene omnia illustro; quam feliciter, non mei est iudicii. Vobis autem VV. ILL. has studiorum meorum primitias dedicandas existimavi, utpote natas in celeberrima vestra Academia, in agello, quem non sine vestro beneficio colo. Et agricolae veteres fructuum suorum primitias, ut mercatores* τα ἀκροθίνια, *iis potissimum diis consecrabant, quorum numine agellos suos tutos arbitrabantur. Est enim apud Sulmonensem Poetam,*

At domini memores sertis ornare solebant
Agricolae fructu praeveniente deos;
Saepe tuas igitur Liber miratus es uvas,
Mirata est oleas saepe Minerva suas.

Habete

Habete igitur grati animi hoc qualecumque testimonium ; maius propter aetatem meam hanc dare non potui , daturus aliquando , si vitam mihi indulserit magnus ille Monarcha , a cuius nutu pendemus nos homines . Valete Viri Illustriss. Amplissimique . Deus Opt. Max. quam diutissime vos patriae nostrae incolumes servet , ad nominis sui sanctissimi gloriam , subditorum utilitatem , quod voveo & opto . Anno Domini CIↃ. IↃ. XCVII. XVII. *Kal. Febr. qui mihi natalis* XVIII. *Lugduni Batavorum .*

ILL. DD. VV.

Observantissimus
IOANNES MEVRSIVS.

AD LECTOREM.

ECCE, mi Lector, dono tibi Lycophronem Poetam omnium , quotquot sunt, obscurissimum . Addo Librum Commentarium , eo facem ei praefero qua opus illi fuit nimis diu . Ferunt obscuram Myrmecidis ex ebore operam facilius visam si nigras setas adhibuissent, idem de hoc Lycophronis poemate dictum habe , quod sine interprete vix est ut quisquam intelligat. Laudabilis nupera opera doctissimi (viri dicam an adolescentis ?) Gulielmi Canteri nostratis . Bertrandus si quid laudis meritus , non ego defraudem . Primi in hoc opere illustrando sudarunt Dection , Orus, & Theon, viri in Grammatica quondam illustres, sed eorum opera tempus atque invidiosa vetustas nobis ademerunt. Quae hodie exstant commentaria Isaacii Tzetzae , papae ! quam multoties nugacia ! mortuaria glossemata cum Catone meritissimo quis dixerit . Si boni quidquam in illis, ea istorum sunt quos paulo ante laudavi, qui si reviviscant, indubie lege Atinia rem furtivam vindicent. Atque exstarent illi, labore hoc supersedere potuissem : sed haec vota tantum . Quare illa, quae iam maioribus nostris ademit oblivio fugitiva , sequutaque sedulitas posterioris aevi retrahere nequivit, non, si non potero indagare, eo ero tardior, sed velocior ideo si quivero . Non mediocres enim tenebrae in hac silva : neque eo , quo pervenire volumus, semitae tritae: neque non in tramitibus quaedam obiecta , quae euntem retinere possent. Praeterea damus quoque emendatiorem versionem Illustrissimi viri Iosephi Scaligeri Iulii Caes. F. cuius hortatus ad has meas lucubratiunculas edendas magnum mihi calcar addiderunt: & absque eo esset, vix id facere ausus fuissem. Quod superest, moneo, & testor religiose a me servatam nobilem illam Laurentium legem, NE POMVM EX ALIENO ; nosti cetera . Quidquam a nobis ex doctorum huius aevi virorum scriptis in mea tralatum ? nomina ingenue profiteor . Neque enim furtivae a me sublectae pennae,

Ne , si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas , moveat cornicula risum .

Deinde pauci sunt quos aliquando aliud agens apud amicos inspiciens legi, pauciores immo nulli quos perlegi : non quod neglexerim, sed otium defuit; magis me capiunt ipsi fontes, e quibus gratius aquae petuntur. Graculi isti, qui plagium clamitant si quid dixeris quod ipsi ante te, verbo dicam, non me movent . Nec ego solus ero , in quos ab illis involatum . Vale , Lector candide; Zoilum enim non aestimo , qui quorum similitudinem desperat, eorum adfectat simultatem . Themistocles dolebat cum nulli sibi invidi .

Ὁ γὰρ ἀφθόνητος οὐκ ἐπίζηλος πέλει.

Iterum vale, & his meis candide fruere; sicubi lapsus, veniam dabis adolescenti admodum, deinde homini . Nemo nostrum non peccat, homines sumus, non Dii.

AD PHOEBVM

DE LYCOPHRONE

A Ioanne Meursio illustrato.

HEXASTICHON.

ANtra cothurnati penetrare Lycophronis ausus,
Maturus studiis, sed vix egressus ephebi
Vesticipes annos, & limina puberis aevi,
Meursius has virides segetes, messisque futurae
Primitias dat, Phoebe, tibi pro tempore, ubi aetas
Hunc firmata virum perfecerit: accipe messem.

Iosephus Scaliger Iul. Caes. Fil.

BONAVENTVRA VVLCANIVS

In Ioannis Mevrsi πρωθήβου

Commentarium ad Lycophronem.

ΜΕΥΡΣΙΕ, βάλλ' οὕτως, συγερὴν τε Λυκόφρονος ὄρφνην
Λήματος ἀγχινόου λαμπάδ' ἀποσκέδασον.
Εὐκλείας τ' ἀπόναιο καλῆς, ἡ σοὶ μὲν ὀπάζοι
Πολλὸν ἄκος καμάτων, τοῖς δὲ φθονοῦσιν ἄχος.
Εἰ γὰρ πρωθήβης γλαφυρὸν τοῦτ' ἔργον ἔτευξες,
Ποῖον ὑπηνήτης ὕστερον ἐκτελέσεις.

Idem Latine.

Perge age, mi Meursi, tenebrasque Lycophronis atri
Ingenii illustris lampade discutito.
Carpitoque hanc laudem tibi quae praedulce levamen
Sudorum dabit, at cordolium Invidiae.
Talia namque edens primae lanuginis annis,
Quid facies mentum quum tibi barba teget?

PAVLVS G. F. P. N. MERVLA.

FErunt tenebricosa Dircaeo satae
Solo puellae, monstriformis, arculae
Viantibus, fuisse hemonum neminem
Sagace qui expediret arte aenigmata:
Quam qui sacratus, luce vix visa, trucis
Formidini parentis in quercu hostia,
Inter coumque vinciamque pendulus
Praetermeante regii gregis duce
Vinclo solutus, mox parectatus miser
Factus sui peremtor, infandum, patris,
Matrisque maritus nescienter, eruit
Vtrumque prae dolore lumen maxumo:
Ab ingeni vates catus praestantia,
AEternam adeptu' est gloriam & famam sibi.
Ast te beabit certius, Meursi, magisque
Ad astra tollet ingeni benignitas

Coelestior, succusque longe ditior,
Ambage namque tortuosa aenigmatum,
Draconiformis quae rogavit popula,
Hos flexuosos Dictionum tramites
Quas ore virgo fata vero Dardana,
Obscuriores reique maioris reor.
Quas quum fidelis indicas, audis mihi
Quam cascus ille maior & fidelior.

IN LYCOPHRONIS CASSANDRAM.

A doctissimo iuvene Ioanne Meursio editam.

ANtiqua scripta qui libenter lectitant,
Moresque laudant veteres, sapientes puto:
Nam mustei libri plerumque quos danunt
Morbo referti querquero, auctores mali,
Sunt nequiores quam solent nummi novi.
Hos non meraco tincta pectora qui gerunt
Potu Platonis lectitare gestiant,
Sed imperiti, & inficeti, & hispidi,
Queis summa laus, nil scire, docta temnere:
Horum hacce tempestate non multo est minus,
Quam quum caletur esse muscarum solet.
Recte ergo, Meursi, teque & aetatem tuam
Ornare pergis, scripta publico bono
Situque squalleque obsita in lucem trahens.
Cassandra vitam redditam debet tibi,
Debet Lycophron; hisce si claudat latus
Orci cavernis eruta praefiscine
Tua arte, Meursi, docta Suada Partheni,
Sublimis altum nubibus condes caput.

P. Bertius.

IN LYCOPHRONIS CASSANDRAM

A Iohanne Meursio recensitam.

MEursi, o sacrarum cura Virginum sacra,
Tibi quae rependet doctiorum praemia
Chorus beatus demereri tam cate
Quem te videmus? ecce in oras luminis
A te Lycophron restitutus nunc redit,
Veteris cothurni maximum decus redit,
Linguaeque maior Doricae cultus redit,
Reditque belli prisca fama Troici.
His ergo cunctis dum facem rebus simul
Tete videmus anteferre fulgidam,
Quis quaeso non miretur aut solertiam,
Aut invidendi non acumen ingeni
Tui obstupescat; qui reducto scilicet
Scriptore in uno tot simul res eruis?

Franciscus Dousa Nordovix.

IN

IN IOSEPHVM SCALIGERVM

Lycophronis interpretem,

ET IOANNEM MEVRSIVM

Eiusdem illustratorem.

INgrati dudum Lycophron oblivia secli
Quod patitur, magnus Scaliger haud patitur.
Ergo diu obscurum Latia ornat luce Poetam,
Pallio & exuto donat habere togam.
Quaeritur ex tali quid vati accessit amictu?
(Scaliger hoc liceat dicere pace tua)
Id facis, a te habuit licet hic vitamque decusque,
Ecce tuus Lycophron vix legitur Lycophron.
Hoc est Romane vatem vertisse Pelasgum,
Quilibet ut Latium, quum legat, esse putet,
Et tamen esse aliam neque vano hoc omine causam
Crediderim, longo tempore cur Lycophron
Obsitus & multa iacuit caligine mersus,
Terruit horrifici nomine namque etymi.
Hoc est cur vitet, cur quisque hunc negligat hoc est,
Cur timeat multis hispida, biulca, locis.
Et certe timuisse licet: nam vera fateri
Si volumus, claris indiguit facibus.
Tum quia non hominis loquitur sed more Poetae,
Lustrante indiguit luce remota adyta.
Tu Meursi (magnum venientibus incrementum
Temporibus, patrii spesque decusque soli)
Ambiguos sanas torpenti in corpore sensus,
Pellis & obscuras luce nova tenebras.
Ecquis adhuc timeat penetralia ad ipsa Poetae
Ire, quis horrificum nomen adhuc metuat?
En formidatus multis vates aperitur,
Iamque magis Glycophron quam Lycophron legitur.

I. Bruno.

PETRI SCRIVERII

HARLEMENSIS, VERSUS NUMERII

Ad iuvenem insignem, & egregie doctum,

IOANNEM MEVRSIVM

Lycophronis Cassandram opera sua qua meliorem, qua illustriorem, evulgantem.

QVisnam adeo est audax, quis terrae filius ille,
Chalcidici illustrat qui monumenta Senis?
Si quis post Argi, & post Lyncei lumen acutum,
Hic se quid iactat cernere, ludibrio est.
Provida nil reliqui Canteri Industria fecit,
Nil oculos eius praeteriisse putem.
Sic ego; sic contra pernicibus incita pennis,
Lapsaque de coeli fornice Musa refert.
Falleris, o hominum vanissime, falleris: illa
Non poteris liquida dicere verba fide.
Multum equidem reliqui Canteri Industria fecit,
Plurima diversis sunt tenebrosa locis;
Atque invisa illi; quae fas his cernere tantum,
Vincere qui possunt Lyncea acuminibus.

Talis, Olympiadum cura ignea, Meursius, ille
Solerti Ingenio praeditus & Genio;
Qui longe hoc superat Museo Lyncea Scripto;
Praestinguitque ipsi lumina Centoculo.
Hisque ipsis opus esse docet collyria, monstratque
Vt videant omnes omnia & invideant.
O aciem! talem nec habet Iovis armiger ales
Nec draco, qui a visu nominis omen habet.
Macte acie, & Genio, Meursi cultissime, Macte!
Mox tua Laurigeris Fama vehetur Equis.
Gaude isto Eulogio insigni, Tituloque superbo!
Adtribuit Scriptis quem Dea Sancta tuis.
Gaude; perpetuis tollentur Scripta quadrigis,
Haecque incana diu secula pervolvent;
At subito insubidi Lucumonis scripta peribunt,
Et scombris laxas fracta dabunt tunicas.

Eidem Ioan. Meursio ἐγκώμιον eod. auct.

HOc opus obscurum Veteres dixere Poema,
Atque hunc in densa nocte iacere Librum.
Credo equidem; fatuo quas Cassandra ore loquuta est,
Solvere sat digne non potuere strophas.
Et prisca Historia, & prisci latuere Duelli
Ordia, & antiquum Martia facta Ducum.
Nunc bona ave exoritur divino percitus oestro
Meursius, ille suis lumen & Aonisin;
Cui cor scillite decies detersit aceto
Pallas, & Ambrosiis ora rigavit aquis
Scruporum ambages, Phrygiaeque aenigmata Vatis
Is Genii enucleat dexteritate sui.
Cimmeriasque fugat tenebras, noctemque solocem
Sole suo, & Templum Ditis adire iubet.
Sic ut (quod Liquido iurare & dicere vellem,
Scribere & in Tabulis, Dia Moneta tuis)
A furvo veteres si possent surgere busto,
Hoc Opere adsererent clarius esse nihil.

Ad eumdem eodem auct.

EPIGRAMMA.

Lampade Meursiadae a capite illustratus ad ungues
Effert se Lycophron docta sub ora Virum;
Extemplo auricomos abscondis, Phoebe, lacertos,
Ignivomam nebulis involuisque facem.
Quid! credam hunc Solem rutilas praestinguere posse,
Queis mundi incendis cardinem utrumque, rotas?

Eiusdem Epigramma de Lycophrone.

Pegasus hic alis pernicibus aera findit.
Cetera plebs pedibus Musica pulsat humum.
Livor abi, & lacero discincta Inscitia peplo,
Tu capere haec nescis, carpere & ille nequit,
Carmina digna cedro; quae penna Lycophronis olim
Inscripsit diis Mnemosynes tabulis.

Animos inspirat Apollo.

LYCOPHRONIS

Vita, e Suida.

Λυκόφρων χαλκιδεὺς, ἀπὸ εὐβοίας, υἱὸς Σωκλέους, θέσει Λύκου τοῦ Ῥηγίνου. γραμματικὸς καὶ ποιητὴς τραγωδιῶν. ἐπὶ γοῦν εἷς τῶν ἑπτὰ, οἵτινες πλειάς ὠνομάσθησαν. εἰσὶ δὲ καὶ τραγωδίαι αὐτοῦ, αἴολος, ἀνδρομέδα, ἐλεφήνωρ, ἡρακλῆς, ἱκέται, ἱππόλυτος, κασσανδρεῖς, Λάϊος, μαραθώνιοι, ναύπλιος, οἰδίπους, ά β΄ ὀρφανὸς, πενθεὺς, πελοπίδαι, σύμμαχοι, τηλέγονος, χρύσιππος. διασκευὴ δ' ἐστὶν ἐκ τούτων ὁ ναύπλιος. ἔγραψε δὲ καὶ τὴν λεγομένην ἀλεξάνδραν, τὸ σκοτεινὸν ποίημα. De morte Suidas ne γρῦ quidem: Ovidius sagitta confixum narrat, in carmine in Ibin. Fallitur vero vir doctissimus in Prolegomenis, dum putat Lycophronem Satyras scripsisse, quarum nomen & ipse, & cum ipso universa Graecia, ignoravit: nam Satyram Latinum esse vocabulum nemo nescit. Sed Satiros scripsit, & imposuerunt codices mendosi.

DE LYCOPHRONE

Excerpta e variis Auctoribus.

(a) Καὶ μύρια ἐπὶ μυρίοις εὕροιμεν ἂν ὑπό τε φιλοσόφων, ὑπό τε ποιητῶν αἰνιγματωδῶς εἰρημένα. ὅπου γε καὶ ὅλα βιβλία κεκρυμμένην τὴν τοῦ συγγραφέως βούλησιν ἐπιδείκνυνται, ὡς καὶ

A τὸ Ἡρακλείτου περὶ φύσεως, ὃς καὶ δι' αὐτὸ τοῦ τὸ Σκοτεινὸς προσηγόρευται, ὁμοία δὲ τούτῳ τῷ βιβλίῳ ἡ Φερεκύδους Θεολογία τοῦ Συρίου. εὐφορίων γὰρ ὁ ποιητὴς, καὶ τὰ Καλλιμάχου Αἴτια, καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλέξανδρα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια, γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικῶν ἔκκειται ἅπασιν, σαφῶς οὐδὲν ἐκτίθεται.

(b) *Carmina Battiadae, latebrasque Lycophronis atri.*

(c) Εἰσὶ καὶ παρὰ Λυκόφρονι ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ, καὶ παρὰ ἡρακλείδῃ τῷ ποντικῷ ἐν ταῖς λέσχαις, καὶ B παρθενίῳ ἐν ἐλεγείαις, καὶ παρ' ἄλλοις πολλοῖς ἱστορίαι ξέναι καὶ ἄτριπτοι.

(d) Ἑπτὰ λέγονται εἶναι τραγῳδοὶ, διὸ καὶ πλειάς ὠνομάσθησαν, ἐπὶ πτολεμαίου γεγόνασιν οὗτοι, ἄριστοι τραγικοί. εἰσὶ δὲ οὗτοι. ὅμηρος νεώτερος, Σωσίθεος, Λυκόφρων, Ἀλέξανδρος, Φίλικος (scribe Φίλισκος) Διονυσιάδης (Strabo libro XIV. Dionysiden vocat) Αἰαντίδης.

(e) Ἐπὶ τῶν χρόνων πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἑπτὰ ἄριστοι γεγόνασι τραγικοὶ, οὓς πλειάδας ἐκάλεσαν, διὰ τὸ λαμπροὺς εἶναι ἐν τῇ τραγικῇ, C ὥσπερ ἄστρα τὰ ἐν τῇ πλειάδι. εἰσὶ δὲ οὗτοι. Ὅμηρος, οὐχ ὁ ποιητὴς ἀλλ' υἱὸς Ὁμηροῦς (scribo ὁ Μυροῦς υἱὸς) τῆς βυζαντίας ποιητρίδος, καὶ Σωσίθεος, καὶ Λυκόφρων, καὶ Ἀλέξανδρος, καὶ Αἰαντιάδης (is supra Αἰαντίδης) καὶ Σοσιφάνης, καὶ Φίλισκος.

(f) Τῶν ποιητῶν οἱ μὲν εἰσι λυρικοὶ, οἱ δὲ μονῳδοὶ, οἱ δὲ κωμικοὶ, καὶ ἕτεροι τραγικοὶ, &c. μονῳδῶν δὲ γνωρίσματα, τὸ μονοπροσώπως ὑπόθεσιν ἐφηγεῖσθαι τὴν οἵαν δήποτε. οἷός ἐστιν τῇ ἀλεξάνδρᾳ Λυκόφρων.

[a] Clemens Strom, lib. V.
[b] Stat. Silv. lib. V. in Epiced. Patris.
[c] Artemidorus lib. IV. cap. LXV.
[d] Hephaestionis Scholiastes.
[e] Alius eiusdem.
[f] Hesiodi Scholiastes Ioannes Tzetzes.

ΛΥΚΟΦΡΟΝΟΣ
ΤΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ
A IOSEPHO SCALIGERO
IVL. CAES. F.

Latio donata, & iam ab eodem recensita.

LYCOPHRONIS CASSANDRA IAMBICO CARMINE.

ΛΥΚΟΦΡΟΝΟΣ ΤΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ ΑΛΕΧΑΝΔΡΑ.

TRANSLATA PER IOSEPHUM SCALIGERUM, IULII F.

Quaecumque poscis, ultima ex origine
Plane expedibo: sed tamen prolixius
Parcas loquenti: non enim virgo, ut prius,
Secura solvit multiplex os carminum,
Sed & tumultum murmuris multi ciens,
Superstitiosa [a] fauca bacchata est sonum,
Tenebricosae verba Sphingis aemulans:
Quorum memor mens quae mihi nunc subgerit,
Adverte Rex, putansque mente singula,
Percurre dictionum inobservabiles
Scru-

[a] fatidica.

Λέξω τὰ πάντα νητρεκῶς [a] ἅμ' ἱσορεῖς
Ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης. ἣν δὲ μηκυνθῇ λόγος,
Σύγγνωθι δέσποτ' 1 ὐ γὰρ ἥσυχος κόρη
Ἔλυσε 2 χρησμῶν ὡς πρὶν, αἴολον σόμα
Ἀλλ' ἄσπετον χέασα παμμιγῆ βοὴν,
Δαφνηφάγων [b] φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα, 3
Σφιγγὸς 4 κελαινῆς γῆρυν ἐκμιμυμένη.
Τῶν, ἅσσα θυμῷ κ' διὰ μνήμης ἔχω,
Κλύοις ἂν [c] ὦ'ναξ. κἀναπεμπάζων φρενὶ
Πυκνῆ, διοίχνει 5 δυσφάτυς αἰνιγμάτων
Οἴμας

[a] ἀλλ' ἱσορεῖ legit. aliter.
[b] al. δαφνηφάγον.

1 Οὐ γὰρ ἥσυχος κόρη) Numine adflatorum indicium putatur clamore confuso bacchari. Apuleius Milef. VIII. *Inter haec unus ex illis bacchatus effusius, ac de imis praecordiis anhelitus crebros referens, velut numinis divino spiritu repletus, simulabat sauciam vaecordiam prorsus.* Et postea. *Infit vaticinatione clamosa conficto mendacio, semetipsum incessere atque criminari, quasi contra fas sanctae religionis designasset aliquid.* Oecumenius ad cap. XII. Act. Apost. Καὶ ὕτω μανίας πληρυμένη, καὶ τὰς τρίχας λύυσα, καὶ ἀφρὸν ἀπὸ τῦ σόματος ἀποπέμπυσα, κ' τἄλλα πάντα ποιῦσα ὅσα οἱ μαινόμενοι ποιεῖν εἰώθασι, τὰ τῆς μαντείας, ἢ μᾶλλον μανίας ἐφθέγγετο ῥήματα. Eunapius in vita AEdesii de Sosipatra loquens. Εἶτα ἐς τὸν περὶ καθόλου ψυχῆς, κ' τι τὸ κολαζόμενον, κ' τι τὸ ἀθάνατον αὐτῆς, ἐμπίπτυσα λόγον, μεταξὺ τῦ κορυβαντιασμῦ κ' τῆς ἐκβακχεύσεως, ὥσπερ ἀποκοπεῖσα τὴν φωνὴν, ἐσιώπησε. Petronius. *Potius furentis animi vaticinatio adpareat, quam religiosae orationis sub testibus fides.*

2 Χρησμῶν αἴολον σόμα) Simili phrasi AEschylus Prometheo αἰολοσόμυς χρησμὺς dixit.

3 Δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα) Cassandrae vatis δαφνηφάγυς λαιμὺς vocat Lycophron, quia laurus μαντικῆς σύμβολον, ut ait Aphthonius προγυμν. & futurorum praesensionem habere credita olim, eaque de causa Apollini dicata, ut patet ex Theocriti epigrammate primo, & Ovid. Metamorph. libro I. Hesiodus gustata laurum Poetam factum se, & praeteritorum futurorumque cognitionem accepisse prodit, his verbis:

Καί μοι σκῆπτον ἔδων δάφνης ἐριθηλέος ὄζον
Δρέψασθ θνητὸν. ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν
Θείην, ὥςε κλύοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

ubi Scholiastes, ἡ δάφνη ἐνεργεῖ πρὸς τὺς ἐνθυσιασμύς. A Claudiano quoque lib. II. de Raptu Proserpinae — *venturi praescia laurus* dicta. Apud Homerum etiam Iliad. ά. Chryses vates Atridas accedit.

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλυ ἀπόλλωνος.

Eunapius in Chrysanthio. Ἡ δὲ πρὸς τὸ θεῖον οἰκειότης ὕτως ἦν ἀπραγμάτευτος καὶ εὔκολος, ὥςε ἐξήρκει τὸν σέφανον ἐπιθεῖναι τῇ κεφαλῇ, κ' πρὸς τὸν ἥλιον ἀναβλέποντα χρησμὺς ἐκφέρειν, κ' τύτυς ἀψευδεῖς. καὶ πρὸς τὸ κάλλισον εἶδος ἐνθέυ πνεύματος γεγραμμένυς. Nam eo loco σέφανος (ut apud Homerum σέμματα) lauream significat. Huc pertinent verba Capellae libro I. *Delus quoque ut ramale laureum gestitat, & divinatrice eadem coniecturatique virga, &c.*

4 Σφιγγὸς κελαινῆς) De Sphynge vide Hesiodum Theogonia, Palaephatum περὶ ἀπίσων ἱσοριῶν, & Psellum ἀναγωγαῖς. Lycophroni heic κελαινὴ dicitur, quod effigies eius in lucis, qui tenebricosi sunt, consecrari consueverit, ut auctor Synesius in oratione de Regno, vel propter aenigma, quod ita habet.

Εσὶ δίπυν ἐπὶ γῆς κ' τέτραπον, ὖ μία φωνή,
Καὶ τρίπυν, ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον. ὅσ' ἐπὶ γαῖαν
Ἑρπετὰ κινεῖται, ἀνά τ' αἰθέρα κ' κατὰ πόντον,
Ἀλλ' ὁπόταν πλείσοισιν ἐπειγόμενον ποσὶ βαίνῃ,
Ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτῦ.

Apud Scholiasten corruptum valde legitur. Vide Athenaeum δειπνοσοφ. & Apollodorum libro III.

5 Δυσφάτυς αἰνιγμάτων οἴμας) Martianus Capella dicit *obliquas vaticiniorum ambages*, lib. I. de Mercurio loquens. *Ipse pedibus talaria nectit aurea, & nunc in fanis, quibus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus, aut denuntiata pecudum caede, fissiculatis extorum prosiciis viscera loquebantur.* Videmus porro Lycophronem poemate hoc antiquissimos poetas imitari voluisse, qui obscuritatem de industria adfectabant. AEschyli Scholiastes προμηθεῖ. Οἱ παλαιοὶ τὰ ποιήματα αὐτῶν πρῶτον μὲν αἰνίγμασι γεγράφασι, ὕσερον δὲ καθόλυ φανερῶς ἐχρῶντο τῷ λόγῳ, Vnde Prometheus.

Λέξω τορῶς σοι πᾶν ὅ τι χρῄζεις μαθεῖν,
Οὐκ

Οἴμας τυλίσσων ἤτερε εὐμαθὴς τρίβος
Ὀρθῇ κελεύθῳ τὰν σκότῳ ποδηγετεῖ.
Ἐγὼ δ' ἄκραν βαλβῖδα μηρίνθου σχάσας,
Ἄνειμι λοξῶν ἐς διεξόδους ἐπῶν
Πρώτην ἀράξας νύσσαν ὡς πτηνὸς δρομεύς.
Ἠὼς μὲν αἰπὺν ἄρτι [a] φηγίου πάγον
Κραιπνοῖς ὑπερποτᾶτο πηγάσου πτεροῖς,
Τιθωνὸν ἐν κοίτῃσι τῆς κέρνης πέλας 1
Λιποῦσα τὸν σὸν ἀμφιμήτριον κάσιν.
Οἱ δ' οὖσα γρώνης εὐγάληνα χερμάδος
Ναῦται λίαζον, κἀπὸ γῆς ἐσχάζοσαν
Ὑσπληγγας. αἱ δὲ παρθενοκτόνον θέτιν
Ἰουλόπεζοι 2 θεῖνον εὐῶπες 3 σπάθαις
Πελαργοχρῶτες, αἱ φαλακραῖαι κόραι 4,
Ὑπὲρ καλυδνῶν 5 λευκὰ φαίνουσαι πτίλα 6,

Scrutans camenas, qua expedita ſemita
Ad planam ineptos ducit errores viam.
Ego at ſolutis carcerum repagulis
Verborum obibo flexuoſos tramites,
Primumque pulſans oppidum, ut curſor celer,
Matuta Fagutalis arcis culmina
Citis ſupervolabat alis Pegaſi,
Caſcum [a] maritum proxime Cernem inſulam
Toro relinquens, bigenerem fratrem tuum;
Tranquillaque [b] ocris concavi ancoralia
Nautae luebant, atque tonſillae [c] tenus;
Puellicidam & vermigradae [d] Salaciam
Scapis tuebant e [e] columbariis ſuis
Ciconiveſtes populae Phalacriae,
Vltra Calydnas [f] obſtinentes palmulas,

[a] ſenem. Varr.
[b] petra.
[c] funes. Plau.
[d] mare. Pacu.
[e] foraminibus quibus inferuntur remi.
[f] oſtendentes. Feſt.

Ἄφλα- Aplu-

Ὥσπερ δίκαιον πρὸς φίλους οἴγειν στόμα.
Οὐκ ἠμπλέκων αἰνίγματ' ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ,

Itaque vides iam cauſam, ob quam ita obſcurus in hoc poemate Lycophron. Alia eſt potior, quia olim oracula aenigmatice efferebantur. Clemens Στρωμ. lib. v. Οὐ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι οὐ θεμιτὸν εἶναι συνεδόκει καὶ πλάτωνι. ἐντεῦθεν αἱ προφητεῖαι, οἵ τε χρησμοὶ λέγονται δι' αἰνιγμάτων.

1 Τῆς κέρνης πέλας) Cerne inſula eſt contra ſinum AEthiopicum, cuius neque magnitudo, neque intervallum a continente conſtat, AEtiopiaſque tantum populos habere creditur. Auctor Plinius lib. VI. cap. XXXI. Cernem autem heic Aurorae habitaculum facit Lycophron, quo pertinent Nonni illa Dionyſ. lib. XXXIII.

——— ἀμφὶ δὲ κέρνῃ
Κυκλώσας πτερὰ κοῦφα βολαῖς ἀντώπιος ἠοῦς
Ἵπτατο μειδιόων. ———

Euſtathius ad Dionyſii περιήγησιν. Τὴν κέρνην οἱ μὲν νῆσόν φασιν ἐν τῷ ὠκεανῷ. οἱ δὲ τοῦτο οὐ δέχονται. καὶ ἡ θέσις δὲ αὐτῆς διαφωνεῖται. οἱ μὲν γὰρ ἀνατολικὴν αὐτὴν ὑποτίθενται, ὡς καὶ ὁ Λυκόφρων ἐμφαίνει.

2 Ἰουλόπεζοι) Paridis naves ἰουλοπέζους Lycophron adpellat propter remos, eſt enim ἴουλος animalculum multipes. Apollonii Scholiaſtes lib. I. Λέγεται δὲ ἴουλος καὶ ζῶόν τι (a) θηρίδιον πολύπουν. ἑκατέρωθεν γὰρ ἔχει πολλοὺς πόδας. Eodem modo Valerius Flaccus lib. I. Argonaut. *Phrygios iulos* dixit de navibus Troianus loquens. Certe Suidas quum ſcriberet, ἰουλόπεζα, ἡ ναῦς. Dubium non eſt quin hunc Lycophronis locum ob oculos habuerit.

3 Εὐῶπες) Iſaacius Tzetzes interpretatur, εὐόφθαλμοι, διὰ τὰς ὀπὰς, ὅθεν ἐν τῷ πλεῖν κινοῦσι τὰς κώπας. Poſſint & ita dictae videri a navis parte, quae ὀφθαλμὸς nuncupabatur, cui navis nomen inſcribi ſolebat. Iul. Pollux lib. I. cap. IX. Τὸ δὲ ὑπὲρ τὸ πρῦχον ἀκροστόλιον πτυχὶς ὀνομάζεται καὶ ὀφθαλμὸς, ὅπου καὶ τοὔνομα τῆς νεὼς ἐπιγράφουσι. Vide etiam Etymologici Auctorem in Ἀκροστόλιον.

4 Αἱ φαλακραῖαι κόραι) Eleganter admodum naves e Phalacrae arboribus fabricatas φαλακρίας κόρας adpellat, quod Horatius imitatus lib. I. Od. XIV.

Quamvis Pontica pinus
Silvae filia nobilis.

Atque eum Caelius Firmianus Symphoſius in aenigmate de navi, quod ita interpungendum, & emendandum.

Longa feror, velox frondoſae filia ſilvae.

Nam antea male,

Longa feror velox, formoſae filia ſilvae.

Et in aenigmate veteris Poetae Graeci.

Ὑλογενὴς, ἀνάκανθος, ἀναίματος, ὑγροκέλευθος.

5 Ὑπὲρ καλυδνῶν) Calydnae inſulae duae iuxta Tenedum ſitae teſte Strabone. Aliorum tam de numero, quam ſitu alia eſt opinio. Sed topographus immorari inſtituti noſtri non eſt, ſed relego Lectorem ad doctiſs. Viri Gulielmi Canteri Adnotationes, qui ſatis ſuper his quatenus ad Lycophronis illuſtrationem.

6 Λευκὰ φαίνουσαι πτίλα) Errant Viri docti omnes quicumque locum hunc tangunt, Canterus, Villiomarus, Titius, dum aut ſola vela, aut ſolos remos intelligi volunt. Certe ſive vela, ſive remos interpretere, utrumque defendi poteſt. Si remos, iuvat Pollux lib. I. cap. IX. Τῆς δὲ κώπης, τὸ μὲν οὗ λαμβάνονται οἱ ναῦται, ἐγχειρίδιον. τὸ δὲ μέσον, οὐρακος. τὸ δὲ τελευταῖον, πτερὰ καὶ ταρσοὶ κωπῶν. Et Ariſtophanis Scholiaſtes Avibus. Αἱ νῆες ἀντὶ πτερῶν τὰς κώπας ἔχουσι. Hinc *remigium alarum* dixerunt Iul. Africanus Hiſtor. Apoſtol. lib. I. Mart. Capella lib. VIII. & Virgil. AEneid. VI. Similiter Apuleius Mil. V. *Remigio plumae captum maritum proceritas ſpacii fecerat alienum.* Et πτερύγων ἐρετμοῖς AEſchylus Agamemnona dixit. Sane Propertii locus de remis accipiendus, quidquid dicat Robertus Titius, qui parcius debuerat doctiſſimi, immeritiſſimique Canteri manibus inſultare. Sed haec miſſa facio. Apud Heſiodum lib. II.

——— νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο.

Item Pind. Olymp. Od. IX. qui nuncupat νῆα ὑπόπτερον, utrolibet modo accipias, perinde eſt. Si autem vela interpretabere, iuvat Caſſiodorus lib. V. epiſt. XVII. vela *alas navium* nominans. AEſchylus quoque Prometheo, dum λινόπτερα ναυτίλων ὀχήματα dicit, quod recte Scholiaſtes interpretatur τὰ ἔχοντα τὰ ἄρμενα ὡς πτερά. Et Perſis ab eodem ὁμόπτεροι νᾶες, quae aequatis velis procedunt, ut utar Virgilii verbis. Infra apud Lycophronem πτερωτὰς ὁλκάδας utro modo intelligas, ſuſque deque eſt. Alarum vero hae πτίλα, aliae πτερὰ, illae ὠκύπτερα, ut volunt Grammaticorum filii.

(a) Deleo θηρίδιον, quod a Gloſſographo, non ab Interprete. *Meurſius.*

a *Vela*. Suidas.

Apluſtreque paſſim, & explicata [a] ſuppara,
Phrenetici Septentrionis flatibus;
At ora ſolvens entheis bacchatibus,
Ates ab altis pervagae bovis iugis
Caſſandra dictis infit orſa talibus.
Heu heu cremata lacrimoſa patria;
Primum quidem feralibus Trinoctii
Stlatis [b] gigantis, ore quem quondam ſuo
Conſi voravit campa [c] manduces canis,
Qui vivus uſtus excavator viſcerum
Intra lebetis ignis expertes focos

b *navibus*. Feſt. c Feſtus.

a For-

Α῎φλαςα, ϗ φώσσωνας ὠργυιωμένυς.
Α᾽παρκτίαις πρηςῆρ☉ αἴθων☉ πνοαῖς.
Η῾ δ᾽ ἔνθεον σχάσασα βακχεῖον ςόμα.
Α῎της ἀπ᾽ ἄκρων 1 βυπλανοκλίςων λόφων,
Τοιῶν δ᾽ απ᾽ ἀρχῆς [a] ἦρχ᾽ ἀλεξάνδρα λόγων,
Αἲ αἲ τάλαινα θηλαμὼν κεκαυμένη,
Καὶ πρόσθε μὲν πεύκησιν ὑλαμηφόροις 2
Τριεσπέρυ λέοντ☉ 3. ὅνποτε γνάθοις 4
Τρίτων☉ ἠμάλαψε κάρχαρ☉ κύων 5.
Ε῎μπνυς δὲ δαιτρὸς ἠπάτων, φλοιδύμεν☉
Τινθῶ λέβητ☉ ἀφλόγοις ἐπ᾽ ἐσχάραις,

a al. ἀρχεκασσάνδρα.

Σμή-

1 Α῎της ἀπ᾽ ἀκρῶν) Ates colles Ilium antiquitus vocitatum. Heſychius. Α᾽τιολόφ☉, (lege ἄτης λόφ☉) οὕτω τὸ ἴλιον ἐκαλεῖτο πρῶτον. Erant vero Ates illi colles duo. Stephanus Ι῎λιον, πόλις Τρωάδ☉, ἣν οἱ Τρῶες Α῎την ἐκάλυν. ϗ αὐτῆς λόφοι δύο. Ita emendo, male antea, ἣν οἱ Τρῶες Α᾽κτὴν ἐκάλουν. Nominis originem ab hiſtoria profectam vide apud Apollodorum libro tertio βιβλιοθήκης. Euſtathius ab omnibus diſſentit: Φασὶ δὲ (inquit) εἰς ἴλιον κατενηνέχθαι ῥιφεῖσαν τὴν ἄτην, διὸ καὶ ἄτης λόφος ἐκεῖ, τῦτο δὲ ἀςείως πέπλαςαι διὰ τὰς μεγάλας ἄτας ἃς ἐκ διὸς οἱ τρῶες ἔπαθον.

2 Πεύκησιν οὐλαμηφόροις) Ex pinu maxime naves olim fiebant, quam materiam etiam iis praeſcribit Fl. Vegetius De Re Milit. lib. IV. cap. XXXIV. Horatius.

Quamvis Pontica pinus
Sylvae filia nobilis
Iactes & genus, & nomen inutile.

Ovidius Triſt. lib. I. eleg. III.

Pinea texta ſonant.

Virgilius AEneid. IX.

Pinea ſilva mihi multos dilecta per annos
Lucus in arce fuit ſumma (quo ſacra ferebant)
Nigranti picea, trabibuſque obſcurus acernis.
Has ego Dardanio iuveni, quum claſſis egeret,
Laeta dedi. ———

Feſtus Avienus in Ora maritima de OEſtrymnibus loquens.

——— *multa vis his gentis eſt,*
Negotiandi cura iugis omnibus,
Non uſque cymbis turbidum late fretum
Et belluoſi gurgitem Oceani ſecant.
Non hi carinas quippe pinu texere
Fecere morem, non abiete, (ut uſu eſt.)
Curvant faſelos, ſed rei ad miraculum
Navigia iunctis ſemper aptant pellibus,
Corioque vaſtum ſaepe percurrunt ſalum.

Hinc *volare* de navibus uſurpavit Martialis libro IV. epigr. LXIV.

——— *ſacrumque*
Lapſae per Tiberim volent carinae.

3 Τριεσπέρυ λέοντ☉) Trinoctem leonem vocat Herculem, quia tres noctes cum Alcmena concubuerit Iupiter; praeceperat enim ſoli, uti fabulantur, ut tres dies lateret. Iuſtinus Martyr in Orat. ad Gentes. Τὸν γὰρ τριέσπερον ἀλκείδην, τῶν ἀγώνων ἡγήτορα τὸν ᾀδόμενον, τὸν τῦ διὸς υἱὸν. ὃς βλοσυρὸν κατεπνεφελέοντα, καὶ πολύκρανον ὤλεσεν ὕδραν. Statius Papinius Thebaid. lib. XII.

Da mihi paſcenti munus breve Cynthia, ſi quis
Eſt Iunonis honos, certe Iovis improba iuſſu
Ternoctem Herculeam. ———

Orphei Argonaut.

Πρῶτα δὲ εἶδα βίην ἡρακλῆ☉ θείοιο,
Ο῞ν τέκεν ἀλκμήνη ξlωὶ κρονίωνι μιγεῖσα,
Η῏μ☉ ὅτι τρισσὴν μὲο ἐλείπετο σείρι☉ αἴγλην
Η῾έλι☉, δολιχὴ δ᾽ ἐπιμαίετο πάντοθεν ὄρφνη.

In quibus etiam σείρι☉ pro ſole ponitur, qua de re dico infra. Seneca Agamemnone duas noctes refert.

Roſcidae noctis geminavit horas,
Iuſſit Phoebum tardius celeres
Agitare currus. ———

Hunc ſequutus Propertius lib. II. (a)

Iupiter Alcmenae geminas requieverat Arctos,
Et caelum noctu bis ſine rege fuit.

Martianus Capella lib. II. *In ortu Herculis geminatae noctis obſequium, ſerpenteſque idem parvus oblidens vim numinis adprobavit.* Hieronymus adverſus Vigilantium. *Libere proclamabis te eſſe aut Mercurium propter nummorum cupiditatem, aut Nocturnum iuxta Plauti Amphitruonem, quo dormiente in Alcmenae adulterio duas noctes Iupiter copulavit, ut magnae fortitudinis Hercules naſceretur.* Clemens προτρεπτικῷ novem noctes refert. Εἰς ὅσον διελήλακεν ἀσελγέιας ὁ ζεὺς ἐκεῖν☉, ὁ μετ᾽ ἀλκμήνας τοσαύτας ἡδυπαθήσας νύκτας. οὐδὲ γὰρ αἱ νύκτες αἱ ἐννέα τῷ ἀκολάςῳ μακραὶ, &c. Arnobius eum ſequitur lib. IV. *Deus Hercules natus eſt, qui in rebus huiuſmodi patris ſui tranſiret exſuperaretque virtutes, ille noctibus vix novem unam potuit prolem extundere, concinnare, compingere.* Leonem porro vocat a leonina, quam ſolitus geſtare. Eſt autem ἕσπερ☉, qui mane φώσφορ☉, quod vel pueris notum. Timaeus Locrus lib. περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσι☉, (ut alios omittam) Ο῾ μὲν αὐτὸς πόκα μὲν ἕσπερ☉ γίγνεται ἑπόμενος τῷ ἀλίῳ τοσῦτον, ὁκόσον μὴ ὑπὸ τὰς αὐγᾶς αὐτῷ ἀφανισθήμενον. πόκα ᾗ ἑῷος, αἴκα προαβέηται τῷ ἀλίῳ ϗ προανατέλλη ποτ᾽ ὄρθρον.

4 Ο῟ν ποτε γνάθοις) Theophylactus Commentario in Ionam prodit Herculem triduo in ventre ceti fuiſſe, hiſtoriamque ad Chriſtum ſervatorem noſtrum detorquet. Aliter Val. Flaccus Argonaut. lib. II. & alii. Οὐλαμὸν Grammatici 40. virorum faciunt.

Τρίτων☉ κάρχαρ☉ κύων) Eleganter deſcribitur a Philoſtrato iuniore in Imaginibus, his verbis. Ο῾ρᾷς δὲ ὅπως ὀξεῖα ἡ τῦ ςόματ☉ ἐκβολὴ, καρχάρυς ϗ τριςοίχους ὀδόντας ἐκφαίνουσα. ὧν οἱ μὲν ἀγκιςρώδεις, ϗ ἀνεςραμμένοι κατέχειν τὰ ληφθέντα. οἱ δὲ ὀξεῖς τὴν αἰχμὴν, &c.

(a) Paulo negligentius ſe habet *Meurſius* noſter interdum circa proprietatem verborum; qui enim Propertius Senecam ſequi poterat, qui eorum aetate anteceſſit?

Σμήριγγας ἐξάλαξε κωδείας 1 πέδῳ.
Ὁ τεκνοραίστης, λυμεὼν ἐμῆς πάτρας,
Ὁ δευτέραν τεκοῦσαν ἄτρωτον βαρεῖ
Τύψας ἀτράκτῳ 2 στέρνον, ἔντ' αὐλῷ μέσῳ 3
Πατρὸς παλαιστοῦ χερσὶν ὀχμάσας δέμας,
Κρόνου παρ' αἰπὺν ὄχθον, 4 ἔνθα γηγενοῦς 5
Ἵππων ταρακτής ἐστιν ἰσχένου τάφος.
Ὁ [a] τὴν θαλάττης αὐσονίτιδος μυχοὺς
Στενοὺς ὀπιπτεύουσαν ἀγρίαν κύνα
Κτανὼν ὑπὲρ σπήλυγγος ἰχθυωμένην, 6
Ταυροσφάγον λέαιναν. ἣν αὖθις πατὴρ
Σάρκας καταίθων λαμπάσιν 7 δεμήσατο,
Λέτλυνιν οὐ τρέμουσαν ὑδαίαν [b] θεόν,

[a] al. τῆς. [b] al. θιαν.

Formo [a] capronas verticis fudit solo,
Prolis peremtor, patriae pestis meae:
Matri secundae qui volanti cuspide
Detersit uber, inque Circi pulvere
Quinquertionis membra patris sustulit
Saturnium ad cacumen, ubi terra sati
Formido equorum cespes Ischeni tumet:
Salsas [b] Triquetri qui latebras aequoris
Torve obsidentem semifeminam canem
Stinxit [c], rapinis imminentem piscium
Gumiam [d] boum leaenam, adustis quam pater
Membris, lucernis corporavit igneis,
Mortam [e] haud paventem sedis inferae deam:

[a] ca[illegible]. Fel[illegible]. [b] Siculi. [c] pro extinxit, antique. [d] devoratricem. [e] parcam.

1 Σμήριγγας ἐξάλαξε κωδείας) Notant Grammatici κωδείαν tantum de papaveris capite dici. Lycophron tamen hoc loco, Homerus Iliad. ξ'. Nicander ἀλεξιφαρμακοῖς, & alii pro capite quovis animato posuerunt.

2 Τύψας ἀτράκτῳ) ἄτρακτος fusum significat, μεταφορικῶς de sagitta Lycophron usurpavit. Hesychius. Βέλος, ἄτρακτος μεταφορικῶς. Eadem notione est apud Sophoclem Trachiniis.

Τὸν γὰρ βαλόντ' ἄτρακτον οἶδα, καὶ θεὸν
Χείρωνα πημήναντα. ———

Et Philoctete.

——— πρὸς δὲ τοῦτ' ὅμοι βάλοι
Νευροσπαδὴς ἄτρακτος. ———

Etiam apud AEschylum προμηθεῖ λυομένῳ.

Ὡς δ' ἐστὶ μύθων καὶ λιβυστικῶν λόγος,
Πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν αἰετὸν
Εἰπεῖν ἰδόντα μηχανὴν πτεράματος.

3 Ἐν τ' αὐλῷ μέσῳ) Hercules quum iussu Eurysthei Augiae stabulum purgasset, eique promissam mercedem Eurystheus denegaret, indignatus collecto exercitu Elidem vastavit, quumque ea de caussa summa exsisteret virorum paucitas (plerique enim bello confecti erant) mortuorum uxores cum exercitu coire iussit, qua ratione quum plurimi nascerentur, instituit in Olympo monte prope Elidem in honorem Iovis patris certamina Olympica, in quibus ipse prior cum Iove luctatus est, unde eum hoc loco παλαιστὴν vocat Lycophron. Vide Homeri interpretes.

4 Κρόνου παρ' αἰπὺν ὄχθον) Olympum intellige. Pindaro ista phrasis familiaris Olymp. Od. v.

Σωτὴρ ὑψινεφὲς ζεῦ,
Κρόνιόν τε ναίων λόφον.

Od. VIII.

Ἀλκιμέδοντα δὲ πὰρ κρόνου λόφῳ
Θῆκεν ὀλυμπιονίκαν.

Od. IX.

Ἄρχεσε κρόνιον παρ' ὄ—
χθον ἀγεμονεῦσαι.

Od. X.

——— καὶ πάγον
Κρόνου προσεφθέγξατο.

5 Ἔνθα γηγενοῦς) Veteres obscuro loco natos γηγενεῖς dicebant. Lactantius lib. I. caput XI. *Quod soleamus eos, quorum virtutem miremur, aut qui repentino advenerint, de caelo cecidisse, dicere; terra autem, quod ignotis parentibus natos terrae filios nominemus.*

6 Ὑπὲρ σπήλυγγος ἰχθυωμένην) In scopulis olim piscatores piscatum exercebant. Theocritus Idyllio primo.

Τοῖς δὲ μετὰ γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται
Λεπράς, ἐφ' ᾇ σπεύδων μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει.

Idyllio IX.

Τήνῳ δὲ στρόμβῳ καλὸν ὄστρακον, οὗ κρέας αὐτὸς
Σιτάσθην, πέτραισιν ἐν Ἰκαρίαισι δοκεύσας.

Et Idyllio XXII.

——— εἶδον ἐμαυτὸν
Ἐν πέτρᾳ μεμαῶτα, καθεζόμενος δὲ δόκευον
Ἰχθύας, ἐκ καλάμων δὲ πλάνον ἔσεον ἐδωδάν.

Ovidius Metamorph. lib. III.

——— *moriensque mihi nihil ille reliquit*
Praeter aquas, unum hoc possum adpellare paternum.
Mox ego, ne scopulis haererem semper in iisdem,
Addidici regimen dextra moderante carinae
Flectere. ———

Aristenaetus lib. I. Παρὰ τὴν ἀκτὴν ἑστηκότι μοὶ κατὰ πέτρας, καὶ τῷ ἀγκίστρῳ προσπεπηγότα κάλλιστον ἰχθὺν τοῦ καλάμου κυρτουμένου τῷ βάρει, &c. Petronius Satyrico. *Nisi piscator eam imposuerit hamis escam, quam scierit adpetituros esse pisciculos, sine spe praedae moratur in scopulo.* Hinc dixit *piscatum saxatilem* Plautus Rudente.

7 Σάρκας καταίθων λαμπάσιν) Cur veteres cadavera comburere consueverint, tradit Homeri Scholiastes Iliad. ά. Τὸ παλαιὸν τὰ σώματα τῶν θνησκόντων πρότερον ἐκαίετο διὰ τὸ ἀπέπτιλα γίγνεσθαι. εἶθ' οὕτως ἐθάπτετο ὑπὸ γῆν, & quae sequuntur. Quintilianus Declamat. x. *Vana ergo sapientes persuasione frustrati, qui constare homines, & perfici corporis alimentis, animaeque, dixerunt, corpus caducum, fragile, terrenum, ut sicca humidis, calida frigidis, resolutis adstricta pugnarent, partim aut doloribus adfici, aut novissimis annis, aut (lego &) senectute dissolvi. Animam vero flammei vigoris impetum, perennitatemque non ex nostro igne sumentem, sed quo sidera volant, & quo sacri torquentur axes, inde venire, unde rerum omnium auctorem, parentemque spiritum ducimus, nec interire, nec solvi, nec ullo mortalitatis adfici fato; sed quoties humani pectoris carcerem effregerit, & exonerata membris mortalibus levi se igne lustraverit, petere sedes inter astra.*

Quem caute inermi fraude quondam mortuus
Extinxit, olim iam Quietali agnitum.
Heu te ne rursus ten' crematam contuor
Vetusti ab armis AEaci, atque Tantali
Rogo sepultis intra Laetrinam ossibus
Pulii igne [a] subverbusti ad impiam dapem,
Telis bubulci Teutari volucribus.
Rivalis uxor cuncta in oras luminis,
Legans [b] parectatum minantem patriae,
Producet efferata patriis probris,
Dirisque nuptiis peregrini tori: at
Salubrium cata unguinum incurabile
Vulnus mariti conspicata pristini
Gigan-

[a] veribus usti. Plaut.
[b] ephebum.

Ἐξήναριξεν ὅν ποτ' ἀξίφῳ δόλῳ
Νέκυς, τὸν ᾅδην [a] δεξιούμενος πάλαι.
Λεύσσω σε τλῆμον δεύτερον πυρουμένην;
Ταῖς τ' αἰακέιοις χερσὶ, τοῖς τε ταντάλου 1.
Λαίτριναν οἰκουροῦσι λειψάνοις πυρὸς,
Παιδὸς [b] καταβροχθέντος αἰθαλῳ δέμας,
Τοῖς τευταρέιοις βουκόλου πτερώμασι 2,
Τὰ πάντα πρὸς φῶς ἡ βαρύζηλος δάμαρ
Στείλασα κοῦρον τὸν κατήγορον χθονὸς 3
Ἄξει, πατρὸς μομφαῖσιν ἠγριωμένη,
Λέκτρων θ' ἕκατι, τῶν τ' ἐπεισάκτων γάμων.
Αὐτὴ δὲ φαρμακουργὸς 4 οὐκ ἰάσιμον
Ἕλκος δρακοῦσα 5 τοῦ ξυνευνέτου λυγρὸν
Γιγαν-

[a] al. δεξιούμενον πάλιν,
[b] alii καταβρωθέντος.

1 Τοῖς τε ταντάλου) Palladium ex Pelopis costis fuisse vides heic etiam ex Lycophrone. Clemens Protreptr. Πολλοὶ δ' ἂν τάχα που θαυμάσειαν, εἰ μάθοιεν τὸ παλλάδιον, τὸ διοπετὲς καλούμενον, ὃ Διομήδης καὶ Ὀδυσσεὺς ἱστοροῦνται μὲν ἀφελέσθαι ἀπὸ ἰλίου, παρακαταθέσθαι δὲ Δημοφῶντι. ἐκ τῶν Πέλοπος ὀστῶν κατεσκευάσθαι. Arnobius lib. IV. *Quis ex reliquiis Pelopis compactum esse Palladium prodidit? non vos?* Testis etiam Plinius alibi. Traditur autem Troianis venditum a Scythis, dictitantibus inexpugnabilem eam urbem fore, in qua illud adservaretur. Dionysius Halicarnasseus lib. I. ait Chrysen Pallantis, quum Dardano nuberet, munera Minervae dono accepta in dotem ei dedisse duas Deae effigies, & sacra magnorum Deorum. Post Dardanum, quum aegre e diluvio evasisset, in Samothracia consedisse, moxque deducta in Asiam colonia effigies illas secum detulisse, ubi redditum consulenti oraculum.

> Εἰς πόλιν ἣν κτίζητε θεοῖς σέβας ἄφθιτον αἰεὶ
> Θεῖναι. καὶ φυλακαῖς τε σέβειν, θυσίαις τε, χοροῖς τε,
> Εὖ τ' ἂν γὰρ τάδε σεμνὰ καθ' ὑμετέραν χώραν ᾖ
> Δῶρα διὸς κούρης ἀλόχου σέθεν. ἡ δὲ πόλις σοι
> Ἔσσαι ἀπόρθητος τὸν ἀεὶ χρόνον ἤματα πάντα.

Atque ita in urbe sui nominis reposuisse, ibique adservatas donec Ilium habitari coepit, quo reges transtulerunt, & in templo, quod cum adyto in arce construxerant, posuerunt.

2 Τοῖς τευταρέιοις βουκόλου πτερώμασιν) Ad secundam Troiae expugnationem tria enumerat necessaria Poeta, in quibus etiam Herculis sagittas, quae penes Philoctetem erant. Vnde Propertius lib. III. eleg. I.

> *Exiguo sermone fores nunc Ilion, & tu*
> *Troia bis OEtaei numine capta Dei.*

& Seneca Troade.

> *Accipe rector Phrygiae planctus,*
> *Accipe fletus bis capte senex,*
> *Nil Troia semel te rege tulit,*
> *Bis pulsata Dardana Graio*
> *Maenia ferro, bisque pharetras*
> *Passa Herculeas.*

Hercules etiam apud Sophoclem φιλοκτήτῃ.

> Τὸ δεύτερον γὰρ τοῖς ἐμοῖς αὐτὴν χρεὼν
> Τόξοις ἁλῶναι. ———

Alia tamen tria enumerat Plautus Bacchidibus, nimirum.

> *Signum ex arce si perisset, alterum etiam est Troili mors,*
> *Tertium quum portae Scaeae limen superum scinderetur.*

Τευτάρεια vero πτερώματα dicit, quae Hercules (a quo postea Philoctetes) a Teutaro praeceptore acceperat. Meminit Theocriti Scholiast. ad Idyll. XIII. Ἐχρῆτο δὲ, inquit, ἡρακλῆς σκυθικοῖς τόξοις διδαχθεὶς ὑπό τινος Σκύθου Τευτάρου.

3 Στείλασα κοῦρον τὸν κατήγορον χθονὸς) Recte ad Corythum OEnones ex Paride filium haec a Scholiaste referuntur, qui a matre repudiatam se aegre ferente contra Troianos ad Ilium missus est, ubi & a patre deprehensus, atque interfectus. Parthenius ἐρωτικῶν λδ'. Ἐκ δὲ Οἰνώνης καὶ Ἀλεξάνδρου παῖς ἐγένετο Κόρυθος. οὗτος ἐπίκουρος ἀφικόμενος εἰς Ἴλιον Ἑλένης ἠράσθη, καὶ αὐτὸν ἐκείνη μάλα φιλοφρόνως ὑπεδέχετο, ἦν δὲ τὴν ἰδέαν κράτιστος, φωράσας δὲ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἀνεῖλεν. Haec pro Scholiaste Parthenius, quem non videtur legisse Canterus.

4 Αὐτὴ δὲ φαρμακουργὸς) OEnonem medicinae peritiam habuisse patet etiam ex Heroidum Ovidianarum epistolis, ut quae eam ab Apolline acceperit. Ita ipsa de se:

> *Me fide conspicuus Troiae munitor amavit,*
> *Ille meae spolium virginitatis habet.*
> *Id quoque luctando, rupi tamen ungue capillos,*
> *Oraque sunt digitis aspera facta meis.*
> *Nec pretium stupri gemmas aurumque poposci,*
> *Turpiter ingenuum munera corpus emunt.*
> *Ipse ratus dignam medicas mihi tradidit artes,*
> *Admisitque meas ad sua dona manus.*
> *Quaecumque herba potens ad opem, radixque medendo*
> *Vtilis, in toto nascitur orbe, mea est.*

5 Οὐκ ἰάσιμον ἕλκος δρακοῦσα) Per οὐκ ἰάσιμον ἕλκος mortem Paridis intelligit Lycophron, alioquin quomodo cum Parthenio ei conveniat non video, qui ἐρωτικῶν δ'. tradit OEnonem solam Paridis vulnus potuisse sanare. Ἀλέξανδρος, ait, ὁ πριάμου βουκολῶν κατὰ τὴν ἴδην ἠράσθη τῆς Κεβρῆνος θυγατρὸς Οἰνώνης, λέγεται δὲ ταύτην ἐκ του κατεχομένην θεσπίζειν περὶ τῶν μελλόντων, καὶ ἄλλως ἐπὶ τῇ συνέσει φρενῶν ἐπὶ μέγα διαβεβοῆσθαι. ὁ οὖν ἀλέξανδρος αὐτὴν ἀγαγόμενος παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς τὴν ἴδην,

Γιγαντοραίστοις ἄρδισι [a] τετρομένυ,
Πρὸς ἀνθοπλίτυ, ξυνὸν [b] ὀγχήσει μόρον 1
Πύργων ἀπ' ἄκρων πρὸς νεόδμητον νέκυν
Ροιζηδὸν ἐκβράσασα κύμβαχον δέμας.
Πόθῳ δὲ τῦ θανόντος ἠγκιστρωμένη,
Ψυχὴν περισπαίροντι φυσήσει νεκρῷ.
Στένω, στένω σε διπλὰ καὶ τριπλᾶ 2 δορὸς
Αὖθις πρὸς ἀλκὴν καὶ διαρπαγὰς δόμων,
Καὶ πῦρ ἐναυγάζουσαν αἰστωτήριον.
Στένω σε πάτρα καὶ τάφους ἀτλαντίδος
Δύπτου κέλωρος. ὅς ποτ' ἐν ῥαπτῷ [c] σκύτει 3
Ὁποῖα πόρκος ἰστριεὺς τετρασκελὴς
Ἀσκῷ μονήρης ἀμφελυτρώσας δέμας,
Ρυθεμνιάτης [d] κέπφος ὣς ἐνήξατο,
Ζήρινθον ἄντρον 4 τῆς [e] κυνοσφαγοῦς θεᾶς 5
Λιπὼν

[a] alii τετριμμένου.
[b] al. ὀχμάσει.
[c] al. κύτει.
[d] al. ῥαθυμνιάτης.
[e] al. κυνοσφαγῦς, & κυνοσφάγου θεοῦ.

Giganticidis interemti spiculis
Ab hoste, obibit morte communi diem
Talis ab altis ad cadaver saucium
Corpus ruina cernuum in praeceps ruens:
Et tunc recentis icta amore mortui,
Iam palpitanti spiritum efflabit viro.
Duplex tuum triplexque bellum conqueror
Ad arma rursus, & rapinas aedium,
Tuique te ignem contueri incendii.
Heu patria, & vos busta nati Atlantidis
Audacter urinantis olim, cum cute
Suta revinctus corpus, utre scorteo,
Et solus, ut aper quadrupes Hercynius,
Rhithymniates navit ut larus fretum,
Zerinthi hiatum virginis Canariae
Lin-

ἴδιον, ὅτυ αὐτῷ οἱ σταθμοὶ ἦσαν, εἶχε γυναῖκα, καὶ αὐτῇ (lego ἔφη) φιλοφρονούμενος μηδαμῇ προλείψειν, ἐν περισσοτέρᾳ τε τιμῇ ἄξειν, ἡ δέ συνιέναι μὲν ἔφασκεν εἰς τὸ παρὸν, ὡς δὴ πάνυ αὐτῆς ἐρῶν, χρόνον μέν τοι τινὰ γενήσεσθαι, ἐν ᾧ ἀπαλλάξας αὐτὴν εἰς τὴν εὐρώπην περαιωθήσεται, κἀκεῖ πτοηθεὶς ἐπὶ γυναικὶ ξένῃ πόλεμον ἐπάξεται τοῖς οἰκείοις. ἐξηγεῖτο δὲ ὡς δεῖ αὐτὸν ἐν τῷ πολέμῳ τρωθῆναι, καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτὸν οἷός τε ἔσται ὑγιῆ ποιῆσαι, ἢ αὐτή.

1 Ξυνὸν ὀχθήσει μόρον) Parthenius loco citato. Τοῦ δὲ κήρυκος τὰ λεχθέντα παρὰ τῆς οἰνώνης θᾶττον ἀπαγγείλαντος, ἀθυμήσας ὁ ἀλέξανδρος ἐξέπνευσεν. οἰνώνη δὲ ἐπεὶ νέκυν ἤδη κατὰ γῆς κείμενον ἐλθοῦσα ἴδεν, ἀνῴμωξέν τε, καὶ πολλὰ κατολοφυραμένη διεχρήσατο ἑαυτήν.

2 Διπλὰ καὶ τριπλᾶ) Ter captam dicit Troiam Lycophron, cui adstipulatur Theocritus Τευκρίδα τρίπορθον adpellans in obscura Ara. De duabus expugnationibus loquitur Pindarus Isthmion. Ode v.

Ἀλλ' ἐν οἰνώνᾳ μεγαλήτορες ὀργαὶ
Αἰακοῦ, παίδων τε, τοὶ καὶ σὺν μάχαις
Δὶς πόλιν τρώων πράθον, ἑσπόμενοι
Ἡρακλεῖ, πρότερον,
Καὶ σὺν ἀτρείδαις.

Iam de tertia quaeramus: Eam invenio sub Charidemo quodam accidisse, servi, & equi opera ad eam rem uso. Narrat fuse Polyaenus Strategematum lib. III. sub finem; nam quod de Amazonibus quidam proferunt, non credo, nisi auctorum testimonia videam. Sed audiamus Polyaenum. Χαρίδημος ἰλιέων λεηλατούντων αὐτοῦ τὴν πόλιν, οἰκέτην ἰλιέα προελθόντα ἐπὶ λείαν συλλαβὼν, μεγάλοις δώροις ἔπεισε προδοῦναι τὴν πόλιν. ἵνα δὲ πιστὸς φανείη τοῖς φυλάττουσι τὰς πύλας, ἔδωκεν αὐτῷ πολλὰ πρόβατα, καὶ ἀνδράποδα δίς που καὶ τρὶς ἀγαγεῖν. οἱ δὲ φύλακες ταῦτα νειμάμενοι, συνεχώρουν αὐτῷ πολλάκις ἐξιέναι νύκτωρ, καὶ σὺν αὐτῷ ἄνδρας πλείονας, τὴν λείαν περιελαύνοντα. χαρίδημος τοὺς μὲν σὺν αὐτῷ συλλαβὼν ἔδησε, τὰ δὲ τούτων ἱμάτια περιβαλὼν τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ὡπλισμένοις ἔδωκεν αὐτοῖς τά τε ἄλλα τῆς λείας, καὶ ἵππον ὡς αἰχμάλωτον. οἱ φύλακες ἵνα δέξαιντο τὸν ἵππον, πᾶσαν τὴν πύλην ἀνέῳξαν. οἱ στρατιῶται τῷ ἵππῳ συνεισπεσόντες τούς τε φύλακας ἀπέκτειναν, καὶ τὴν λοιπὴν δύναμιν δεξάμενοι τῆς πόλεως ἐκράτησαν, ὥστε, εἰ χρή τι καὶ παῖξαι, δεύτερον ἑάλω τὸ ἴλιον, πάλιν ἵππῳ καταστρατηγούμενον.

3 Ὅς ποτ' ἐν ῥαπτῷ σκύτει) Dardanus Iovis ex Electra filius facta inundatione e Samothracia utribus in Idam Troiae promontorium tranavit. Homeri Scholiastes (quem non recte Didymum nonnulli existimant, qui saepe in istis scholiis citatur, equidem, si coniecturae locus, Ioannis Tzetzae esse dicam, qui ipse in Chiliad. Var. Hist. Commentarii sui Homerici meminit, neque me movet Ammonius, qui in voce χλαμὺς Didymi verba profert ad Iliad. β'. quae ibi nullus invenias) is itaque Scholiastes hoc modo ait. Δάρδανος, ὁ Διὸς καὶ Ἠλέκτρης τῆς Ἄτλαντος θυγατρὸς διιὼν (lego λιπὼν) τὴν Σαμοθράκην ἐπομβρίας γενομένης, κατασκευάσας σχεδίαν, καὶ ἀσκὸν ἑαυτῷ περιθεὶς, διεκομίσθη εἰς τὴν ἴδην τῆς τρωάδος, καὶ ἀποβὰς διὸς ὑποθεμένου κτίζει πόλιν, ἣν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ δαρδανίαν ἐκάλεσεν. Et Nonnus διονυσιακῶν lib. III.

——— πάτριον οὖδας ἔασας
Δάρδανος ἀντικέλευθον ἐνάσσατο πέτραν ἀρούρης
Δαρδανίην εὔπυργον ἐπώνυμον ἄστυ χαράξας,
Ἰδαίην ἀροτῆρι διαγράψας κόνιν ὁλκῷ.

Huc etiam referri debent illa Virgilii AEneid. VII.

Atque equidem memini (fama est obscurior annis)
Auruncos ita ferre senes, his ortus ut agris
Dardanus Idaeas Phrygiae penetravit ad urbes,
Threiciamque Samum, quae nunc Samothracia fertur.

quibus duobus postremis versibus inest τὸ ὕστερον πρότερον, ut vocant. Apollodorus lib. III. aliam abitus caussam ponit, dicens Dardanum interitu fratris Iasii (quem Iupiter, quia Cereri vim intulisset, fulmine interfecerat) moestum, relicta Samothrace in obiectam continentem enatasse ad Teucrum Scamandri fluvii Idaeaeque Nymphae filium. Vtrem vero ῥαπτὸν σκύτος adpellat, quia ex demortuorum animalium corio eos veteres consuebant. Vide Etymologici Auctorem, & Artemidorum lib. v. cap. XXII.

4 Ζήρυνθον ἄντρον) Zerynthus antrum est in Samothrace. Nicandri Scholiastes θηριακοῖς. Τὸ Ζηρύνθιον ἄντρον ἐν Σαμοθράκῃ φασὶν εἶναι, Λυκόφρων δέ φησι. Ζήρυνθον ἄντρον τῆς κυνοσφαγῆς

Linquens, Deumque tecta Lucumonum Saum ;
Quum corruebat omnem humum Diespitris
Rapax aqualis nimbus, & putres solo
Falae fatiscentes lababant, at genus
Hominum natabat ultimo periculo.
At fagum, & almum fructum, & uvam musteam,
Orcaeque tum Delphines, atque masculum
Phocae esitabant in toris mortalium.
Adest adest fax involuta incendio
Praedam in columbae morte multandae canis,
Vultur palustris quam edidit satu suo
Te-

Λιπὼν ἐρυμνὸν κτίσμα κυρβάντων 1 σάον,
Ο῞τ' ἠμάθυνε πᾶσαν ὀμβρήσας χθόνα 2
Ζηνὸς καχλάζων νασμὸς 3. οἱ δε, πρὸς πέδω
Πῦργοι κατηρείποντο; τοὶ δὲ, λοισθίαν
Νήχοντο μοῖραν πρυμμάτων δεδορκότες.
Φεγὸν δὲ καὶ δρώκαρπα καὶ γλυκὺν βότρυν
Φάλαι τε καὶ δελφῖνες, 4 αἵτ' ἐπ' ἀρσένων
Φήρβοντο φῶκαι λέκτρα θυρῶσαι βροτῶν.
Λεύσσω θέοντα [a] γρυνὸν ἐπτερωμένον
Τρήρωνος εἰς ἅρπαγμα πεφναίας κυνὸς, 5
Ἣν τόργος ὑγρόφοιτος 6 ἐκλοχεύεται,
Κε-

[a] al. γρόννον.

γῆς θεᾶς. ὅ ἐςὶ σπήλαιον τῆς ἑκάτης. Aristophanis Scholiastes ad εἰρήνην narrat eo confugere solitos, qui in magnis periculis versarentur, & mox ubi Hecatae, & Corybantibus sacrificassent, liberatos fuisse.

5 Τῆς κυνοσφαγῆς θεᾶς) Hecaten intelligit, cui canes immolabantur, ut tradit Theocriti Scholiastes Idyll. II. & Plutarchus ῥωμαϊκοῖς, Inde est apud Theocritum.

Τᾷ χθονίᾳ θ' ἑκάτᾳ τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι.

qua de caussa canes etiam ἑκάτης ἀγάλματα nuncupati. Hesychius. Ἑκάτης ἄγαλμα, τὰς κύνας ὕτω φασὶ, διὰ τὸ ἐκφέρεσθαι ἑκάτῃ κύνας. Emendabis vero Stephanum in Ζήρυνθος, apud quem depravatissime legitur hic versus:

Ζήρυνθος ἄνθρον τῆς κυνὸς φανῦς θεᾶς.

1 Χυρβάντων) Corybantus Iasii, & Idaeae filius fuit, ac simul cum Dardano sacra Cybeles in Phrygiam deportavit, eiusque Deae sacerdotes a suo nomine Corybantes dixit, Auctor Diodorus Siculus. Sunt qui hos quinque & viginti fuisse existiment, alii quinquaginta duo, atque ex iis triginta duo ἀριςερὺς nuncupatos veneficos fuisse, reliquos δεξιοὺς dictos veneficia dissolvere potuisse. Vide Apollonii Schol. lib. I.

2 Ο῞τ' ἠμάθυνε πᾶσαν ὀμβρήσας χθόνα) Diluvium hoc, de quo agit Lycophron, tertium fuit, si Nonno credimus, qui Dionys. lib III. tres κατακλυσμὺς enumerat, in quo non convenit ei cum Xenophonte, qui in libro De AEquivocis [a] quinque enumerat: primum trimestrem sub Ogyge prisco, secundum Niliacum menstruum sub Hercule, & Prometheo AEgyptiis, tertium bimestrem in Achaia sub Ogyge Attico, quartum Thessalicum trimestrem sub Deucalione, quintum etiam trimestrem sub Proteo AEgyptio, qui Paridi Helenam eripuit. Etiam Isidor. Orig. lib. XIII. cap. XXII. tria diluvia recenset.

3 Ζηνὸς καχλάζων νασμὸς) Veterum ista fuit opinio Iovem aetherem esse, cui concipiendi, generandique, & cuncta vegetando nutriendi vis inesset. Virgilius.

Tum pater omnipotens foecundis imbribus aether
Coniugis in gremium laetae descendit, & omnes
Magnus alit magno permixtus corpore foetus.

Horatius.

——— manet sub Iove frigido
Venator tenerae coniugis immemor.

Calpurnius eleg. V.

Dum peragit vernum Iovis inconstantia tempus.

4 Καὶ δελφῖνες) Ovidius etiam in diluvii descriptione Metamorph. lib. I.

——— silvasque tenent delphines, & altis
Incursant ramis, agitataque robora pulsant.

Φέρβοντο φῶκαι) Ovidius libro citato.

Et modo qua graciles gramen carpsere capellae
Nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocae.

5 Τρήρωνος εἰς ἅρπαγμα πεφναίας κυνὸς) Helenam columbam vocat ob libidinem, ob quam ea avis etiam Veneri sacra. Canem autem, ob coniugum multitudinem; canes namque indifferenter cum quavis coeunt. Salvianus, ut alios omittamus, lib. IV. de Dei Provid. *Numquid enim aliquis ex servis turbas concubinarum habet? numquid multarum uxorum labe polluitur? ut canum, vel suum more tantas putet coniuges suas esse, quantas potuerit libidini subiugare?* Vel canem vocat, quod eius raptus & Graecis, & Troianis infaustus fuerit, nam canis olim inopinatus conspectus mali ominis erat. Terent. Phorm. Act. IV. Sc. IV.

——— post illa monstra evenerunt mihi,
Introiit in aedes ater alienus canis,
Anguis per impluvium &c.

Sophocles ἀντιγόνῃ.

Ο῞σων παράγματ' ἢ κύνες καθήγνισαν.

Horatius lib. III. Od. XXVII.

Impios parrae recinentis omen
Ducat, & praegnans canis.

Vel propter impudentiam. Sic apud Terent. Eunuchi Act. IV. Sc. VII.

——— ain vero canis?

Interpres vetus. *Hoc verbo impudentibus inimicis convitium fieri solet; nam militare dictum est in hostem*, CANIS.

6 Ἣν τόργος ὑγρόφοιτος ἐκλοχευεται) Per τόργον ὑγρόφοιτον cygnum intelligit, in quem mutatus Iupiter Ledam compressit. Didymus ad Odyss. λ'. Ζεὺς Λήδας ἐρασθεὶς Θεςίυ παιδὸς, εἰς κύκνον ἑαυτὸν μετέβαλλεν, καὶ διαπτὰς ἐμίγη αὐτῇ, μετὰ χρόνον δὲ ἐκείνη τεκῦσα ὠὸν ἀποτίθεται εἰς λάρνακα, ὅθεν συνέβη τύς τε Διοσκύρυς καὶ τὴν Ἑλένην γενέσθαι. Haec ille. Ovidius quoque Metam. lib. VI.

Fecit olorinis Ledam recubare sub alis.

Vnde & Gregorio Nazianzeno κύκνος dicitur. Vide etiam Apollodorum lib. III. Fabulae allegoriam ex Melisso refert Fulgentius Mytholog. lib. II. Sunt qui velint ovum hoc e luna decidisse. Fides sit penes auctorem. [b]

(a) Liber hic suppostitius, inter Annii Viterbiensis Apocrypha circumfertur.

(b) Huius sub olorina forma Iovis cum Leda concubitus antiqua, & praesignia monumenta exstant, sive in marmoreis simulacris, quae Florentiae, & Venetiis adservantur, sive in gemmis celatis, & id genus aliis priscae aetatis reliquiis.

Κελυφάνῳ στρόβιλον ὀστρακωμένην 1.
Καὶ δή σε ναύτην ἡ ἀχερυσία τρίβος
Καταιβάτις πύγαργον ὐ πατρὸς κόπρυς
Στέιβοντα ῥακτῶν βυστάθμων [a] 2 ξενώσεται,
Ὡς πρόσθε κάλλυς τὸν θυωρίτην 3 τριπλαῖς.
Ἀλλ' ὀστρίμων μὲν ἀντὶ, γαμφηλὰς ὄνυ
Καὶ λᾶν περήσεις, αὐτὶ δι' [b] εὐχέιλυ κάπης
Καὶ [c] μηλιαθμῶν, ἠδὲ χερσαίας πλάτης,
Τράμπις σ' ὀχήσει κ̀ φερέκλειοι 4 πόδες
Διπτὰς σαλάμβας κἀπὶ [d] γυθίυ πλάκας,
Ἐν αἶσι πρὸς κύνυρα [e] καμπύλυς χάσας
Πεύ-

[a] alii χοιρώσταται.
[b] al. εὐχύλυ & εὐχίλου.
[c] al. μηλιαυθμῶν.
[d] al. γυθίυς.

Testae rotundae convolutam fornice.
At hospitalis infera unda remigem
Te [a] muricidam, nec bucerdam in patriis
Caulis prementem scrupeis adhuc manet,
Vt ante pulcritudinis trium arbitrum:
Sed pro mapalibus tu Aselli mattias,
Et Lan adibis: pro boum praesepibus,
Ovilibusque, proque rustico pedo
Vehet faselus te, & Pherecli pedes
Festras gemellas, inque Gythii iuga,
Vbi ad scabrosa saxa pandatos luens
Pinus

[a] ignavum. Paul.

1 Χελυφάνῳ στρόβιλον ὀστρακωμένην) Athenaeus lib. 11. ex Clearchi Eroticis refert in caenaculis, quae ὠὰ dicebantur Helenam nutritam fuisse, atque inde natam fabulam de eius ex ovo ortu. Athenaei haec verba. Ἐκάλυν δὲ κ̀ τὰ νῦν τῶν οἰκιῶν παρ' ἡμῖν καλύμενα ὑπερῷα, ὠὰ. φησὶ Κλέαρχος ἐν ἐρωτικοῖς. Τὴν Ἑλένην φάσκων ἐν τοιύτοις οἰκήμασι τρεφομένην, δόξαν ἀπενέγκασθαι παρὰ πολλοῖς ὡς ἐξ ὠῦ εἴη γεγεννημένη. ὐκ εὖ δὲ Νεοκλῆς ὁ Κροτωνιάτης ἔφη, ἀπὸ τῆς σελήνης πεσεῖν τὸ ὠὸν, ἐξ ὖ τὴν Ἑλένην γεννηθῆναι. Lucianus in Gallo proceritati colli tribuit, quod candidum, & olorinum plane habuit.

2 Οὐ πατρὸς κόπρυς στείβοντα ῥακτῶν βυστάθμων) Regium antiquitus pecora pascere. Didymus ad Odyss. XIII. Τὸ παλαιὸν καὶ οἱ τῶν βασιλέων παῖδες πανίπαλοι (lego πανίπολι) ἐκαλῦντο, κ̀ ἐποίμαινον. Hesiodi Scholiastes lib. 1. Τὸ παλαιὸν βασιλεῖς πολυθρέμμονες, κ̀ ποιμενικὸν ἔζων τὸν βίον. Varro De Re Rust. lib. II. cap. 1. *De antiquis illustrissimus quisque pastor erat, ut ostendit Graeca, & Latina lingua, & veteres Poetae, qui alios vocant πολυάρνας, & πολυμήλυς, alios πολυβύτας. Qui etiam ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt.* [(a)]

3 Κάλλυς τὸν θυωρίτην) Dearum de forma contentio, & Paridis iudicium satis nota. Vide Isocratem ἑλένης ἐγκωμίῳ, & Ovidium in Epistolis. Athenaeus lib. XII. δειπνοσοφιστῶν, putat illud iudicium virtutis, voluptatisque comparationem repraesentare, & quia potior iudicata Venus, idest, voluptati posthabita virtus, merito cuncta confusa, & perturbata fuisse. Alii Paridem virum eruditum credunt, orationemque in Veneris laudem composuisse, eamque Iunoni, & Palladi in eo praetulisse, cecinisse quoque hymnum in Venerem, quem κεστὸν vocaret, post a patre in Graeciam sacrificiorum caussa missum Helenam rapuisse, belloque dedisse occasionem. Proclus e tribus vivendi generibus amatorium eum amplexum existimat. Accidit autem hoc iudicium in loco, qui Ἀλεξάνδρεια dictus. Stephanus. Ἔστι κ̀ τόπος ἐν τῇ ἴδῃ τῇ τρωϊκῇ ἀλεξάνδρεια λεγόμενος, ἐν ᾧ φασὶ τὸν πάριν διακρίναι τὰς θεάς. Apud Homerum vero iudicii Paridis nusquam mentio, quod observavit Macrobius lib. V. cap. XVII *Nullam commemorationem de iudicio Paridis Homerus admittit. Virgilius tantam deam, quod cuivis de honestis feminae deforme est, velut specie victam Paride iudicante doluisse, & propter Catamiti pellicatum totam eius gentem vexasse.*

4 Τράμπις σ' ὀχήσει κ̀ φερέκλειοι πόδες) Proprie admodum Paridis barbari navem τράμπιδα vocat usus propria vocabuli significatione, nam τράμπις, ut ait Nicandri Scholiast. Κυρίως βαρβαρικὸν πλοῖόν ἐστιν. Fallitur autem Isaacius noster, dum πόδας naves explicat, quem male sequitur Canterus ille. Ego vero remos dico. Nonius Marcellus: *Remi sunt navales pedes.* Etiam Artemidorus libro I. cap. L. pedes remos interpretatur his verbis. Πλείονας πόδας ἔχειν ἀγαθὸν ἐμπόροις κ̀ ναυκλήρῳ. σωμάτων γὰρ πλειόνων ἄρξυσι, καὶ παντὶ μισθῷ τύτυς τρέφοντες. κυβερνήτῃ δὲ ἰδόντι τὸν ὄνειρον σημαίνει γαλήνην. πλέυσι γὰρ ποσὶ χρήσεται τῆς νεὼς ἐρεσσομένης. Hinc *remipedem navem* dixit Ausonius. Et Callimachus Epigrammate VI. Ἐρέσσων ποσσίν. Lucilius Sat. lib. VIII.

Verum flumen uti, atque ipso divortio aquarum
Ilignis pedibus cercurum concinit aequis.

quos versus emendent alii, quibus plus otii. Inde quia remi adpellati sunt *pedes*, naves *ambulare* dicuntur. Cato De Re Rust cap. I. *Si poteris, sub radice montis siet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia siet, boumque, ibique aquarium, & oppidum validum prope siet, aut mare, aut amnis, qua naves ambulent.* Hinc refuto Villiomarum, qui negat dici posse navem ambulare pedibus. Quid quod similiter Salustius scaphas *progressas* dicit. Verba eius ista. *Earum aliae paullulum progressae nimio simul, & incerto onere, quum pavor corpora agitaverat, deprimebantur.* Quem locum, lector, acceptum referes Scriverio meo, magnae industriae iuveni. Huc pertinet, quod cursus a Poetis tribuatur navibus [(b)]. Dicuntur tamen alias *pedes* funes nautici, quibus vela adstringuntur. Vnde etiam Poeta noster ποδωτὰ λίνα vocat. Certe etiam πόδες posses aptissime hoc loco explicare arbores ex Ida promontorio, ex quibus Paridis naves, remique fabricati, illae enim πόδες a veteribus Graecis nuncupatae fuerunt. Hesychius. Πόδες, ἴδης τὰ ἔσχατα κ̀ κατώτατα μέρη, οἱ δὲ, δένδρα. Dicuntur vero φερέκλειοι πόδες a fabricatore.

(a) Ovidius.
Pascebatque suas ipse senator oves.
Consule *Philonem* De *Vita Mosis*.

(b) Hinc *gradi* naves dicuntur, de quo consule *Gellium* in *Noctibus Atticis*.

Pinus tenaces lubrici dentes freti,
Classem expedibus noviratem a iactatibus.
Et tu virosae praedo iunicis lupus
Orbae duarum iam columbarum pari,
Cassis peregrinae in secundam indaginem
Vltro incidentis aucupis pennae dolo,
Dapem ambidentum nuper in crepidine
Bacchis cremantis, atque divae Albuneae,
Curres super Scandeam, & arces AEgili,
Venator acer praeda opima ganniens:
Explensque amores in Draconis insula
Actae,

Πεύκες ὀδόντας 1 ἔκτορας πλημμυρίδος,
Σκαρθμῶν ἰαύσεις [a] ἐιναφώσσωνα στόλον. 2
Καὶ τὴν ἄνυμφον πόρτιν 3 ἁρπάσας λύκος,
Δυοῖν πελειαῖν ὠρφανισμένην [b] γονῆς,
Καὶ δευτέραν ἐις ἄρκυν ὀθνείων βρόχων 4
Ληῖτιν ἐμπαίτασαν ἐξευτῦ πτερῷ, 5
Θύσησιν ἁρμοῖ μηλάτων ἀπάργματα
Φλέγουσαν ἐν κρόκησι καὶ βύνῃ θεᾷ,
Θρέξεις ὑπὲρ σκάνδειαν αἰγίλου τ' ἄκραν,
Αἴθων ἐπακτὴρ καγχαλῶν ἀγρεύματι.
Νήσῳ δ' ἐνὶ δράκοντος 6 ἐκχέας πόθον, 7
Α'κτῆς

[a] al. θῦνα φώσσωνα.
[b] al. γοναῖ.

---

1 Καμπύλους χάσας πεύκης ὀδόντας) Navis curvi dentes sunt ancorae, quae arenae impactae mordicus eam retinent. Symphosius in aenigmate de ancora.

Scrutor aquas medias, ipsas quoque mordeo terras.

Virgilius AEneid. lib. I.

——— *fessas non vincula naves*
Vlla tenent, unco non adligat ancora morsu.

Inde *mordaces ancorae*. Sidonius Epistol. libro VIII. *Praeterea de continenti in patriam vela laxantes ostico mordaces ancoras vado vellunt*. Itaque dentes navis ancorae sunt. Isidorus Orig. lib. XIX. capit. II. *Ancora dens ferreus*. Virgil. AEneid. VI.

Obvertunt pelago proras, tum dente tenaci
Ancora fundabat naves. ———

Nonnus ἀγκυλοδόντας χαλινοὺς vocat Dionys. lib. III.

Καὶ διερῆς ψαμάτοιο βαρυνομένου διὰ κόλπου
Ὁλκάδος ἀγκυλόδοντες ἐπισφήκοντο χαλινοὶ
Δυομένου φαέθοντος. ———

Pindarus χωλμόγενυν χαλινόν Pythion. Od. IV.

Ἀνίκ' ἀγκύραν ποτὶ χαλκόγενυν
Ναῒ κρημνάντων ἐπέτοσσε θοᾶς
Ἀργοῦς χαλινόν. ———

Alioquin etiam navis dentes adpellantur τὰ ἔμβολα, sive rostra. Porro *dentes* Latini dicuntur non solum, quibus cibus adteritur, sed id omne, quo aliquid teneri, aut exsecari potest, teste Nonio.

2 Εἰναφώσσονα στόλον) Illustrissimus Ios. Scaliger retulit mihi legisse se apud veterem quemdam scriptorem Graecum, classem hanc velorum novem fuisse, quod tamen manifesto falsum. Lege libellos, qui Dictyn, & Daretem mentiuntur.

3 Τὴν ἄνυμφον πόρτιν) Helenam πόρτιν vocat, pro qua buculam Lacedaemonii aliquando immolarunt. Historia, sive potius fabula, ita habet. Laborantes peste Lacedaemonii oraculo moniti sunt, liberandos esse si virginem nobilem immolarent, Helenam autem quum sors petiisset, eaque ornata produceretur, aquila advolans gladium abripuit, & buculae eo loci pascenti imposuit, quae pro Helena immolata fuit. Vide Plutarchum παραλλήλοις. Vt autem hic Helena, pro qua vitula sacrificata fuit, πόρτις adpellatur, ita infra Iupiter, pro quo Saturno datus lapis, δίσκος, sive lapis vocatur,

4 Εἰς ἄρκυν ὀθνέων βρόχων) Externos laqueos interpretare amorem mulieris peregrinae. Apte vero amorem laqueo adsimilat ex AEgyptiorum mysteriis. Horus Ἱερογλυφικῶν, lib. I. Παγὶς ἔρωτα ὡς θήραν ἐμπλέκοντα τὸν ἀνέρα σημαίνει. Ita enim supplendus corrigendusque iste locus videtur. Sic infra.

Ἡ μὶν παλεύσει δυσλύτοις οἴστρου βρόχοις,
Ἔρωτας οὐκ ἔρωτας, ἀλλ' ἐρινύων
Πικρὰν ἀπὸ ψήλασα κηρουλκὸν πάγην.

Et apud Poetas alios saepe id observare. [a]

5 Ἐμπαίσασαν ἰξευτοῦ πτερῷ) Scholiastes dum πτερὸν interpretatur τὴν ταχύτητα τοῦ ἀλεξάνδρου, ἢ τὸ πλοῖον, misere ineptit; ut dissentiam Auctor Pollux, qui ita ait lib. V. capit. III. Πτέρυγες αἱ ἑκατέρωθεν προβολαὶ, & cap. IV. Ἔστι δέ τι ἄρκυος μέρος, καὶ ἀκρωλένια, ὅπερ ἐπὶ τὰ περιπτὰ τῶν ἀρκύων. ἃ οἱ μὲν κράσπεδα, οἱ δὲ πτερύγια ὠνόμασαν. Latinis *linea*, sive *formido* dicitur. Gratius.

Ne reprehensa suis properantem linea pennis
Implicet. ———

Nemesianus.

Linea quin etiam magnos circumdare saltus,
Quae possit, volucresque metu concludere praedas,
Digerat innexas non una ex alite pennas.

Intexebant ei retis generi plumas versicolores. Hinc *retia maculis distincta*, dixit Ovidius in Epistolis. Meminit eius retis etiam Seneca lib. II. de Clementia. *Sic feras lineae, & pinnae clausas continent, easdem a tergo telis eques incessat, tentabunt fugam per ipsa, quae fugerant, proculcabuntque formidinem*. Symmachus lib. I. epist. XLVII. *Nam unde est haec sensuum in epistolis tuis novitas, verborum vetustas, si tantum nodosa retia, vel pinnarum formidines, & sagaces canes, &c.* Apuleius in Apolog. *Verum ego ista propterea commemoravi, non quod pinnarum formidines, & fuliginis maculam, te praesertim iudice, timerem.* [b]

6 Νήσῳ δ' ἐνὶ δράκοντος) Salamina puta. Δράκοντα vero καταχρηστικῶς posuit pro ὄφιν, Cychreum autem designat, qui ὄφις cognominatus fuit propter morum asperitatem. Stephanus. Κυχρεῖος, πάγος περὶ Σαλαμῖνα. Σοφοκλῆς Τεύκρῳ. ἀπὸ Κυχρέως τοῦ Σαλαμῖνος καὶ ποσειδῶνος, ὃς ὄφις ἐπεκλήθη διὰ τὴν τραχύτητα τῶν τρόπων, quae verba Stephani mutila moneo, & post τεύκρῳ aliquid deesse, videlicet ὠνομάσθαι φησὶ, aut tale quid, scribo itaque pro puncto asteriscum defectus notam.

[a] *Virgilius.*
——— *& Veneris dic vincula necto.*
[b] Hinc apud *Virgilium* cervos agitare formidine pinnae.

Α'κτῆς 1 διμόρφυ γηγενῦς σκηπῦχίας,
Τὴν δευτέραν ἕωλον ὐκ ὄψει κύπριν 2,
Ψυχρὸν παραγκάλισμα, κἀξ ὀνειράτων
Κεναῖς ἀφάσσων ὠλέναισι δέμνια.

Actae, biformis editi terra imperi,
Vanam secundo non videbis ᵃ Murtiam,
Vinarum inanem sarcinam, eque somniis
Vacua torum nocturnus explorans manu.

a Venerem.

notam. Eustathii. Η' ᾗ Σαλαμὶς ἑβδομήκοντα σαδίων ἔχει περίμετρον, ἢ ὀγδοήκοντα, ἐκαλεῖτο δὲ ποτὲ κυχρεία, ἀπό τινος κυχρέως, ὃ καὶ λυκόφρων, καὶ Α'ῤῥιανὸς μέμνηνται, ὃς ὄφις μὲν ἐπεκλήθη, διὰ τραχύτητα τόπυ. Emendo, δ. τ. τρόπου, ut autem istiusmodi homines apud Graecos ὄφεις, ita apud Latinos *scorpiones* cognominabantur. Apuleius Milef. IX. *Nosti quemdam Barbarum civitatis nostrae decurionem, quem Scorpionem, prae morum acritudine, vulgus, adpellat.*

7 Ε'κχέας πόθον) Hic πόθος non tam de Cupidine Venereo intelligi debet, quam de Paridis nave, quae pictum in puppe Cupidinem habebat, ut ex Ovidio clarum, apud quem sic ipse Paris in epist. ad Helenam.

Troia caeduntur Phrygia pineta securi,
Quaeque erat aequoreis utilis arbor aquis.
Ardua proceris spoliantur Gargara silvis,
Innumerasque mihi longa dat Ida trabes.
Fundatura citas flectuntur robora naves,
Texitur & costis panda carina suis.
Addimus antennas, & vela sequentia malos,
Accipit & pictos puppis adunca deos.
Qua tamen ipse vehor comitata Cupidine parvo
Sponsor coniugii stat Dea picta sui.

Solebant namque veteres tutelae nomine naves adpellare, quod etiam observavit in nuperis ad Petronium Animadversionibus eruditus iuvenis Ioannes a Wouweren. Servius ad AEneid. X. *Solent naves nomina accipere a tutelarum pictura*. Lutatius ad Statii Thebaid. VIII. *Tutelam navis intelligimus cum gubernatore navigare, habent enim pictos praesules, quorum nominibus nuncupantur & naves*. Inde apud Lucianum. πλοίῳ. Τὴν ἐπώνυμον τῆς νεὼς θεὸν ἔχυσα, τὴν ἴσιν ἑκατέρωθεν. Sic Virgilius AEneid. V. Pristin, Chimaeram, Scyllam, & Centaurum nuncupant naves a tutelae pictura, in cuius loci explicatione inentiunt interpretes tam veteres, quam recentiores. Claudius Quadrigarius apud Nonium lib. XII. Rerum Roman. *Quinque pristes, navigium ea forma a marina bellua dictum est*. Lego, *navigium ea forma a marina bellua dictum est, pro navigiorum dictorum*, qua syncope eius aevi auctores adfectate usi.

1 Α'κτῆς) Tota quondam Attica Acte nominata dicitur, quod maximam eius partem mare adtingat, auctor Strabo lib. IX. Vel ab Actaeone, sive Actaeo terrigena rege; testes Plinius, Gellius, Solinus. Hinc ἀκταῖον μέλι Andromacho γαλήνῃ mel Atticum. Similia apud Virgilium, Ovidium, Catullum, & alios Poetas.

2 Δευτέραν ἕωλον ὐκ ὄψει κύπριν) Venerem secundam intelligit illam, quae πάνδημος dicta. Duas enim veteres Veneres statuebant, alteram ὐρανίαν dictam, quae honestos excitare amores, alteram πάνδημον, quae in libidinem impellere putata. Plato quoque in Sympofio duas esse Veneres ait, & ἡ μὲν γὰρ γέπυ πρεσβυτέρα, inquit, καὶ ἀμήτωρ, ὐρανῦ θυγάτηρ, ἣν δὲ καὶ ὐρανίαν ἐπονομάζομεν. ἡ ᾗ νεωτέρα διὸς καὶ διώνης, ἣν δὲ πάνδημον καλῦμεν. Quem Platonis locum indubie respexit Apuleius in Apologia, quum scriberet; *Mitto enim alta illa, & divina Platonica, rarissimo cuique piorum gnara, ceterum omnibus profanis incognita; geminam esse Venerem deam, proprio quamque Amore, & diversis amatoribus pollentem. Earum alteram Vulgariam, quae sit percita* (lego *praedita*, ut statim sequitur) *populari Amore, non modo humanis animis, verum etiam pecuinis, & ferinis, ad libidinem imperitare, ut immodico, trucique perculsorum animalium serva corpora complexu vincientem; alteram vero Caelitem Venerem, praedita quae sit optimati Amore, solis hominibus, & eorum paucis curare, nullis ad turpitudinem stimulis, vel illecebris sectatores suos percellentem. Quippe eius amorem non amoenum, & lascivum, sed contra incorruptum, & serium, pulcritudine honestatis virtutis amorem amatoribus suis conciliare; & si quando decora corpora commendet, a contumelia eorum procul absterrere*. Ita enim scribenda ea postrema verba monuit literarum lumen, & columen Isaac. Casaubonus, quem merito sequor. Huc pertinet quoque Epigramma Theocriti, cuius initium ita habet.

Η' κύπρις ὐ πάνδημος, ἱλάσκεο τὴν θεὸν εἰπὼν
Ουρανίαν, ἁγνῆς ἄνθεμα χρυσογόνας.

Et illa Musaei.

Α'λλ' αἰεὶ κυθέρειαν ἱλασκομένη ἀφροδίτην
Πολλάκι καὶ τὸν ἔρωτα παρηγορέεσκε θυηλαῖς
Μητρὶ σὺν ὐρανίῃ, φλογερὴν τρομέυσα φαρέτρην.
Α'λλ' ὐδ' ὡς ἀλέεινε πυρίπνείοντας ὀϊςῦς,
Δὴ γὰρ Κυπριδίη πανδήμιος ἤλυθεν ἑορτή.

Vide etiam Artemidorum lib. II. cap. XLII. Hinc lucem do Arnobio lib. VI. dicenti. *Vbinam gentium fuerant una, atque altera Veneres, ut impudicam petulantiam iuvenum propulsarent ab se longe, & contactus impios cruciabili coercitione punirent?* Apud Phurnutum vero lib. De Nat. Deorum, quum ait: Καλεῖται δὲ (ἡ ἀφροδίτη) οὐρανία τε, καὶ πάνδημος, καὶ πανειτίη, διὰ τὸ κἀν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ θαλάσσῃ τὴν δύναμιν αὐτῆς θεωρεῖσθαι. Legendum est πάνδημος καὶ ποντίη, quod sequentia facile convincunt. Sane iuvat & Musaeus extremo poemate.

Αἰνοπαθὴς δὲ Λέανδρος ἀκηλήτοις ἐνὶ δίναις
Πολλάκι μὲν λιτάνευσε θαλασσαίην ἀφροδίτην.

Et antea.

——— κύπρις ἀπόσπορός ἐςι θαλάσσης
Καὶ κρατέει πόντοιο. ———

Meminit utriusque Veneris Catullus epigramm. LXIX.

Nam

Nam te Phlegraeae iam maritus coniugis
Tristis Torones, abdicator risuum
Et lacrumarum; namque nescit, & caret
Vtroque, qui olim littoralem ex Thracia
Fecundi opimatam [a] Melonis fluctibus
Humum penetrans non trabe stataria
Inhospitale sed iter, ut cubilia
Terrae in profundos talpa pertundens specus,
Quaerens recessus in cavernis equorum,
Cavensque natos perduelles hospitum,
Et audiendas supplicans patri preces
Redux ut iret patriam, unde pervagus
Matrem gigantum adiverat Palleniam;
Tete ille Goneus quaestor urnae vindicis,
Sagacis arbiterque Solis filiae
His nuptiis privabit incilans probris,
Pellens ab omni iure [b] prosedae lupae.
Qui nec Lyci sepulcra, nec Chimaereι
Oraculorum voce venerantes timens,
Nec illecebras Anthei, nec hospitum
Dapum sodalem, filium Consi, salem,
Deum

[a] Nili. Festus.

[b] meretricis Plaut.

Ὁ γάρ σε συλλέκτροιο Φλεγραίας πόσις 1
Στυγνὸς τερώνης, ᾧ γέλως ἀπέχθεται
Καὶ δάκρυ, νῆις δ' ἐςὶ καὶ τητώμενος
Α'μφοῖν, ὁ θρήκης ἔκ ποτ' εἰς ἐπακτίαν
Τρίτωνος ἐκβολαῖσιν 2 ἠλοκισμένην
Χέρσον περάσας, ὐχὶ ναυάτη ςόλῳ,
Α'λλ' ἀςίβητον οἶμον, οἷά τις σιφνεύς. 3
Κευθμῶνος ἐν σήραγγι τετρήνας μυχὺς,
Νέρθεν θαλάσσης ἀτραπὺς [a] διήνυσε,
Τέκνων ἀλύξας τὰς ξενοκτόνυς πάλας,
Καὶ πατρὶ πέμψας τὰς ἐπηκόυς λιτὰς
Στῆσαι παλίμπυν εἰς πάτραν, ὅθεν πλάνης
Παλληνίαν ἐπῆλθε γηγενῶν τροφόν.
Κεῖνος σε γονεὺς ὥσπερ ἐργάτης δίκης,
Τῆς θ' ἡλίυ θυγατρὸς ἰχναίας βραβεὺς
Ε'πεσβολήσας λυγρὰ νοσφιεῖ γάμων,
Λίπτοντα κάσσης 4 ἐκβαλὼν πελειάδος.
Ὃς τῦ λύκυ τε καὶ χιμαιρέως τάφυς
Χρεσμοῖσι κυδαίνοντας ὐκ αἰδέμενος,
Οὐδ' ἀνθέως ἔρωτας, ὐ δὲ τὸν ξένοις
Σύνδορπον αἰγαιῶνος ἀγνίτην πάγον, 5
Ε'τλης

[a] al. διανύσας.

Nam mihi quam dederat duplex Amathuntia curam,

Scitis, & in quo me torruerit genere.

Ad Venerem πάνδημον, quod attinet, eius simulacrum Athenis in foro consecratum fuit, eamque consecrationem ad Solonem quidam referunt. Harpocration. Α'πολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν, πάνδημόν φησιν Α'θήνησι κληθῆναι τὴν ἀμφιδρυθεῖσαν (scribo ἀφιδρυθεῖσαν) περὶ τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν, διὰ τὸ ἐνταῦθα πάντα τὸν δῆμον συνάγεσθαι τὸν παλαιὸν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἃς ἐκάλουν ἀγοράς. νίκανδρος δ' ἐν ἕκτῳ κολοφωνιακῶν, σόλωνά φησι σώματα ἀγοράσαντα εὐπρεπῆ, ἐπὶ ςέγης ςῆσαι, διὰ τὺς νέυς, καὶ ἐκ τῶν περιγινομένων χρημάτων ἱδρύσασθαι ἀφροδίτης πάνδημον (scribo πανδήμυ) ἱερόν. ἐςὶ δὲ πάνδημον, πάγκοινον.

1 Ὁ γὰρ σε συλλέκτροιο Φλεγραίας πόσις) Proteus Paridi, quum in AEgyptum venisset, Helenam ademit, reddito illi eius simulacro. Huc facit illud Stesichori.

Τρῶες οἱ τότ' ἦσαν (sic lego, non ἴσσαν) Ἡλένης εἴδωλον ἔχοντες. Vide Herodotum media Euterpe. Meminit eiusdem rei Xenophon lib. de AEquivocis.

2 Τρίτωνος ἐκβολαῖσιν) Nilus fluvius AEgypti septem ostiis nobilis, AEgyptum quotannis quum Sol in Cancro est flantibus Etesiis inundatione sua fertilem reddens. Hinc in Messalae genethliaco, Tibullus.

Te propter nullos tellus tua postulat imbres,

Arida nec Pluvio supplicat herba Iovi.

Vnde & a veteribus AEgyptiis Horomasdes, (si Laertio fides habenda, qui tamen fallitur, est enim hoc nomen Persicum, quo Kalendae designantur) hoc est Iupiter, vocatus est, divinique ei honores habiti sunt. Hic Triton aliquando, quandoque Aetos, AEgyptus, & Oceanus nominatus est. Postea Nilus a Cyclopis filio Nilo AEgypti rege Tantali ex filio nepote. Servius tamen aliud etymon ponit. Inundationis caussas habes apud Solinum cap. xxxv. Horum ἱερογλυφικῶν ά. Lucretium lib. VI. & Apollonii Scholiasten lib. IV.

3 Οἷά τις σιφνεὺς) Huc pertinent Artemidori verba lib. III. cap. LXV. Α'σπάλαξ ἄνθρωπον τυφλὸν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος σημαίνει. καὶ ματαιοπονίαν, διὰ τὸν μάταιον τοῦ ζώου πόνον.

4 Λίπτοντα κάσσης) Meretricem vocat Helenam, quae nupta Menelao cum Paride degebat. Potest etiam ad historiam referri, quae narrat pictam aliquando a Zeuxide Helenam fuisse, quam quia amplum ex eius pictura ille lucrum reportaret, Graeci meretricem vocitarunt. AElianus ποικ. ἱςορ. libro IV. Ὁ Ζεῦξις ὁ ἡρακλεώτης ὅτε τὴν Ἑλένην ἔγραψε, πολλὰ ἐχρηματίζετο ἐκ τύτυ τῦ γράμματος. οὐ γὰρ εἰκῆ, καὶ ὡς ἔτυχε τὺς βυλομένυς εἴα ὁρᾷν αὐτὴν, ἀλλ' ἔδει ῥητὸν ἀργύριον καταβαλεῖν, εἶτα ὕτω θεάσασθαι. ὡς ὖν μίσθωμα τοῦ ἡρακλεώτου λαμβάνοντος ὑπὲρ τῆς γραφῆς, ἐκάλυν οἱ τότε ἕλληνες ἐκείνην τὴν Ἑλένην ἑταῖραν.

5 Αἰγαιῶνος ἀγνίτην πάγον) Sic apud Horatium lib. I. Sat. III.

Concha salis puri.

Et Persium Sat. III.

——— *purum & sine labe salinum.*

Catullus.

Quod culus tibi purior salillo est.

Vide Acronem. Neptuni autem salem vocat, quem ille (ut est apud Iul. Pollucem lib. VI. cap. X.) in Tragasi (nam τραγάσυ, non τραγαίυ lego) gratiam conglutinavit. Si quis tamen ἁπλῶς per Neptunum mare intelligat, non inepte fecerit, qua ratione Alexander AEtolus citante Parthenio

——— ἁλαξυνεῶνα θαλάσσης

nuncupavit. Mos vero erat veteribus salem in mensa hospitibus adponere, eo concordia inter se mutuo optantes, ut ex aqua, & terra ille constat. Plutarchus ἑλληνικοῖς. Λαβὼν αἰχμάλωτον ἀπῆγεν οἴκαδε, καὶ μεταδὺς ἁλῶν τε καὶ τραπέζης, ἀπέπεμπεν οἴκαδε. Hinc Dion περὶ ἀπιςίας. Τὸν ἀρχίλοχον οὐδὲν ὤνησαν οἱ ἅλες καὶ ἡ τράπεζα πρὸς τὴν ὁμολογίαν τῶν γάμων.

Ε'τλης θεῶν ἀλιτὸς ἐκβῆναι δίκην,
Λάξας τράπεζαν [a] 1 κἀνακυπώσας θέμιν,
Α'ρκτου τιθήνης 2 ἐκμεμαγμένος τρόπους.
Τοίγαρ ψαλάξεις ἐς κενὸν νευρᾶς κλύτον 3,
Α'σιτα κἀδάρητα φορμίζων μέλη 4.
Κλαίων δὲ πάτραν τὴν πρὶν ἠθαλωμένην
Ι'ξῃ χεροῖν εἴδωλον ἐγκαλισμένος
Τῆς πενταλέκτρου θυάδος 5 πλευρωνίας.
Γυιαὶ γὰρ εὐναστῆρας ἄμναμοι τριπλαῖς
Πήναις κατεκλώσαντο 6 δηναιᾶς ἁλὸς 7

[a] al. καταχύσας.

Deum tulisti transilire fagmina,
Mensamque calcans, ius supinans, & bonum,
Fetae modum sequutus ursae incicorem.
Ergo stupentes frustra tundens nervias,
Egentia, & ieiuna fundens carmina;
Sed flens adibis patriam incensam prius.
Exsangue spectrum baiulans ulnis tuis.
Iam quinque nuptae Thyados Pleuroniae.
Satae [a] cataces namque Carmentae mari
Iam panuclis nevere trinis, coniuges

[a] claudae. Festus.

γάμων. Demosthenes in Orat. περὶ παραπρεσβείας. Ποῦ δ' ἅλες. ποῦ τράπεζαι; ποῦ σπονδαί; ταῦτα γὰρ τραγῳδεῖ περιών. Huc pertinet proverbium vetus. Α'λας καὶ τράπεζας παραβαίνειν, de qua vide Auctorem proverbiorum. Romani quoque in mensis salinum ponebant. Festus. *Salinum in mensa pro aquali solitum esse poni, ait Verrius, cum patella, quia nihil aliud sit sal, quam aqua.* A quo paullulum abit Acron. *Salinum* (inquit) *est patella, in qua Diis primitiae cum sale offerebantur.* Horatius lib. II. Od. XVI.

Vivitur parvo bene cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum,

& lib. I. Sat. III.

——— *modo sit mihi mensa tripes, &*
Concha salis puri.

Atque tum sacras esse mensas existimabant. Arnobius lib. II. *Sacras facitis mensas salinorum adpositu, & simulacris Deorum.* Quod a Graecis, ut alia multa, demanavit. Quia vero Tragasi supra facta mentio, a quo Tragasaeus sal, emendabis obiter Hesychium, & Stephanum scribendo τραγασαῖοι ἅλες. Nam apud illum male τραγάσαι οἱ ἅλες οἱ, &c. apud hunc τράγασοι οἱ ἅλες.

1 Λάξας τράπεζαν) Huc pertinet Hesychii locus. Τραπεζίτην Πάριν, τὸν παραβάντα τὴν τράπεζαν, καὶ ἀτιμήσαντα τὴν Μενελάου. Mensae vero olim maxima in veneratione habitae, velut sacrae. Synesius epistola LVII. Τράπεζα μὲν ἱερὸν χρῆμα, δι' ἧς ὁ θεὸς τιμᾶται φίλιός τε καὶ ξένιος. Pindarus Nemeonic. Ode XI.

——— ξενίου Διὸς ἀσκεῖται θέμις ἀενάοις
Ε'ν τραπέζαις. ———

Hinc Iuvenalis Sat. II.

——— *nullus verbis pudor, aut reverentia*
mensae.

Referendus huc etiam Demosthenis locus, & proverbium Graecorum, quorum paullo ante facta mentio. Orpheus in Argonaut.

Αἰδομένους θέμιν ἀγνοτελῆ ξενίην τε τράπεζαν.

Tacitus Annal. II. *Tractaque in multam noctem laetitia, per epulas, ac vinolentiam incautum Cotyn, & postquam dolum intellexerat, sacra regni, eiusdem familiae deos, & hospitales mensas, obtestantem catenis onerant.*

2 Α'ρκτου τιθήνης) Paridem expositum ab ursa lactatum narrat Apollodorus lib. III. AElianus ποικίλης ἱστορίας lib. XII. Α'λλὰ καὶ τὸν ἀλόντης (lego ἐκβάντης) ἀλέξανδρον τὸν πριάμου ὑπὸ ἄρκτου φασὶ τραφῆναι. Quid quod ait Artemidorus lib. II. cap. XII. Α'ρκτος γυναῖκα σημαίνει. φασὶ γὰρ ἐκ καστοῦ (lego καλλιστοῦς, nam festinans librarius mediam syllabam omisit) τῆς ἀρκαδικῆς μεταβάλλειν τὸ ζῷον οἱ περὶ μεταμορφώσεως μυθολογήσαντες. Alioquin olim a Graecis mulieres ἄρκτους nominari consuevisse nemo, opinor, ignorat. Qua de re ad Theocritum.

3 Τοὶ γὰρ ψαλάξεις ἐς κενὸν νευρᾶς κλύτον) Adlusit ad proverbium, Κενὰ ψάλλεις.

4 Α'σιτα κἀδάρητα φορμίζων μέλη) Veteres didicisse fidibus notum ex Ciceronis lib. De Senectute, aliisque. Ε'θος εἶχον οἱ παλαιοὶ, ὡς καὶ καλλίμαχος ἱστορεῖ, μετὰ κιθάρας περὶ τοὺς ἅλας ἰέναι, καὶ ἀνυμνεῖν καὶ ἐγκωμιάζειν. Et mos erat, ut in conviviis post coenam circumferretur lyra, cuius quum se imperitum Themistocles diceret, utar Tullii verbis, habitus est indoctior. Etiam Romanorum veterum epulis fides, ac tibias adhibere moris fuit. Certe antiquitus, si qui fidibus docti, pari cum Philosophis in honore habebantur. Didymus ad Odyss. III. Τὸ ἀρχαῖον οἱ ἀοιδοὶ φιλοσόφων τάξιν ἐπεῖχον. Athenaeus lib. I. Σῶφρον δέ τι ἦν τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος, καὶ φιλοσόφων διάθεσιν ἐπέχον. Quintilianus lib. I. cap. X. *Quis ignorat Musicen [ut de hac primum loquar] tantum iam antiquis illis temporibus non studii modo, verum etiam venerationis habuisse, ut iidem Musici & vates, & sapientes iudicarentur.* Ad Paridem, quod attinet, eius lyram etiam Alexandri Magni temporibus exstitisse tradit praeter Plutarchum AElianus ποικ. ἱστορ. lib. IX.

5 Τῆς πενταλέκτρου θυάδος) AEschylus Agamemnone πολυάνορα adpellat, Euripid. Scholiastes ὀρέστῃ refert Tyndarum Helenae patrem aliquando Diis omnibus sacrificasse excepta Venere, quae ob id irata filias eius connubia bis, terve mutare, & viros deserere fecit, citatque hos Stesichori versus.

Οὕνεκα Τυνδάρεως ῥέζων ἅπασι θεοῖς
Μιᾶς λάθετο ἠπιοδώρου κύπριδος,
Κείνη δὲ Τυνδάρεω κούραις χολωσαμένη,
Διγάμους καὶ τριγάμους τίθησι, καὶ λιπεσάνορας.

6 Τριπλαῖς πήναις κατεκλώσαντο) Pro τριπλαῖς libens hic legerim τριπλαῖ, nam duo tantum, album enim, & nigrum, stamina Parcis tribuunt Poetae. Tres vero esse Parcas, notius est, quam ut hic referri debeat.

7 Δηναιᾶς ἁλὸς) Ex Thaletis sententia, qui ex aquae elemento ortas res omnes putavit. Hermias, ut Laertium omittamus in διασυρμῷ τῶν ἔξω φιλοσόφων. Α'λλαχόθεν, ait, δέ μοι θάλης τὴν ἀλήθειαν νεύει, ὁριζόμενος ὕδωρ τοῦ παντὸς ἀρχὴν, καὶ ἐκ τοῦ ὑγροῦ τὰ πάντα συνίσταται, καὶ ἐς ὑγρὸν ἀναλύεται. καὶ ἡ γῆ ἐπὶ ὕδατος

Thalassiones quinque celebrare illius:
Duos quidem videre praedones lupos
Cate intuentes praepetes immussulos;
Plyni & Libyssae, Caricique gurgitis
E stirpe cre um semicreta barbarum,
Et vere Epeum, nec quidem Argivum satu,
Cuiusque avum quondam in molaribus suis
Hercynna Educa, quae gerit [a] secespitam,
Fartim minutal frendicans, tumulo indidit,
Humeri vorax epulata cartilaginem:

[a] gladium. Festus.

Quem

Νυμφεῖα πεντάγαμβρα δαίσασθαι γάμων.
Δοιὼ μὲν ἁρπακτῆρας 1 αὐγάσαι λύκους
Πτηνοὺς τριόρχας αἰετοὺς ὀφθαλμίας 2.
Τὸν δ' ἐκ Πλυνοῦ τε κἀπὸ Καρικῶν ποτῶν
Βλαστόντα ῥίζης ἡμικρῆτα βάρβαρον 3,
Ἐπειόν, οὐκ Ἀργεῖον ἀκραιφνῆ γοναῖς.
Οὗ πάππον ἐν γαμφαῖσιν ἐνναία ποτὲ
Ἕρκυνν' Ἐριννὺς θουρία ξιφηφόρος
Ἄσαρκα μιστύλασ' ἐτύμβευσε τάφῳ 4
Τὸν ὠλενίτην χόνδρον ἐνδαιτουμένη

Ὃν

τος ὀχεῖται. Nuncupat vero δηναιὰν ἅλα. quemadmodum Poetae ἅλα πολιὰν, & Anyta Poetria in epigrammatis ἠϊόνα πολιὰν duriuscula catachresi. At maris filias vocat propter feram, & immitem fatorum legem. Claudas autem ab forma anili, qua fingebantur. Catullus in epithalamio Thetidis & Pelei.

Quum interea infirmo quatientes corpora motu
Veridicos Parcae coeperunt edere cantus.
His corpus tremulum. ———

Infra quoque a Poeta nostro γηραιαὶ κόραι adpellantur.

1 Δοιὼ μὲν ἁρπακτῆρας) Theseum, & Paridem intelligit. De Thesei rapina elegans locus est in Isocratis Helenae encomio, quem adscribere non gravabor. Θησεὺς ὁ λεγόμενος μὲν αἰγέως, γενόμενος δὲ ἐκ ποσειδῶνος, ἰδὼν αὐτὴν (Ἑλένην) οὔπω μὲν ἀκμάζουσαν, εἴδει δὲ τῶν ἄλκων διαφέρουσαν, τοσοῦτον ἡττήθη τοῦ κάλλους κρατεῖν τῶν ἄλλων εἰθισμένος, ὥστε ὑπαρχούσης αὐτῷ καὶ πατρίδος μεγίστης, καὶ βασιλείας ἀσφαλεστάτης, ἡγησάμενος οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν ἐν τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς ἄνευ τῆς πρὸς ἐκείνην οἰκειότητος, ἐπειδὴ παρὰ τῶν κυρίων οὐχ οἷός τ' ἦν αὐτὴν λαβεῖν, ἀλλ' ἀνέμενον τήν τε τῆς παιδὸς ἡλικίαν, καὶ τὸν χρησμὸν τὸν παρὰ τῆς πυθίας, ὑπεριδὼν τὴν ἀρχὴν τοῦ τυνδάρεω, καὶ καταφρονήσας τῆς ῥώμης τῆς κάστορος καὶ πολυδεύκους, καὶ πάντων τῶν ἐν λακεδαίμονι δεινῶν ὀλιγωρήσας, βίᾳ λαβὼν αὐτὴν εἰς ἄφιδναν τῆς ἀττικῆς ἐκόμισε. Haec de Theseo satis fuse Isocrates. Stricte Ovidius in Heroidum epistolis.

Ergo arsit merito qui noverat omnia Theseus,
Et visa est tanto digna rapina viro.
More tuae gentis nitida dum nuda palaestra
Ludis, & es nudis femina mista viris.

quos duos priores versus mendosos emendabis hoc modo.

Ergo arsit merito qui noverat omina Theseus,
Et visa es tanto digna rapina viro.

De Paridis rapina vide eumdem Ovidium, & Didymum ad Odyss. ψ.

2 Πτηνοὺς τριόρχας αἰετοὺς ὀφθαλμίας) Triorcha ex accipitrum genere est, a testium numero nomen habens, auctor praeter Aristotelem Plinius, qui sic de eo. *Triorchen a numero testium, cui principium in auguriis Phaemonoe dedit, buceonem adpellant Romani,* αἰσάλωνα *Graeci, qui solus omni tempore adparet.* Aquilas autem duces interpretare, quia hae avium reginae. Volatiles nuncupantur a navibus, quarum vela, & remi alae dicuntur, ut supra docui. Ὀφθαλμίας vocat a pictis navium partibus, quae ὀφθαλμοὶ Graecis, si tamen simpliciter quis accipiat oculatam propter visum quem acerrimum aquila habet, non magnopere repugno. Horatius.

Quur in amicorum vitiis tam cernis acutum
Quam aut aquila. ———

pullos quomodo diiudicent notum.

3 Ἡμικρῆτα βάρβαρον) Barbarum Menelaum adpellat a Pelope avo ex Phrygia (quae regio barbara censetur) orto, vel quia

Βεβαρβάρωται χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις.

quod ei apud Euripidem obiicitur. Barbari autem dicti sunt peregrini homines Athenis a βάρβαρ absona voce, in quam quum primum Graece loqui conarentur, incidere solebant. Suadet Cassiodorus barbaros dictos a barba, & rure, nec tamen persuadet. Vide Strabonem lib. XIII. Proprie de Phrygibus hoc vocabulum accipiebatur; unde Sophocles βάρβαρον φρύγα dixit in Aiace, & βάρβαρον αἶαν, Electra, *Barbarus ensis*. Ovid. Metamorph. XIV & Horatius in Satyr.

Graecia barbariae lento collisa duello est.

4 Ἐτύμβευσε τάφῳ) Sepulcrum os interpretare. Artemidorus lib. I. cap. LXXXII. Τὸ μὲν αἰδοῖον παισὶν ἔοικε. τὸ δὲ στόμα τάφῳ. ὅσα γὰρ ἂν λάβοι στόμα διαφθείρει, καὶ οὐ φυλάττει. David Propheta Psalm. V. Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν. Potes nihilominus de ventre accipere. Sic infra Lycophron.

Πολλῶν γὰρ ἐν σπλάγχνοισι τυμβαυθήσεται
Βρωθεὶς πολυστίχοισι καμπέων γνάθοις.

& postea.

Τύμβος γεγὼς κένταυρος ὠμόφρων σπορᾶς.

Ovidius Metamorph. lib. VI. de Tereo, qui Ityn filium comederat.

Flet modo, seque vocat bustum miserabile nati.

Ennius (de quo optime meriti Vir. clariss. H. Columna, & P. Merula) de Metio Suffetio quadrigis distracto.

Volturus in silvis miserum mandebat hemonem,
Heu quam crudeli condebat membra sepulcro!

Valerius Maximus lib. IV. cap. VI. de Artemisia. *Quid enim aut eos colligat, aut de illo inclito tumulo loquare, quum ipsa Mausoli vivum, ac spirans sepulcrum fieri concupierit, eorum testimonio, qui eam extincti ossa potione adspersa bibisse tradunt.* Huc pertinet locus Marci Antonini τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. IV. Χρὴ δὲ μὴ μόνον ἐνθυμεῖσθαι τὸ πλῆθος τῶν θαπτομένων

Ο῟ν δὴ δὶς ἡβάσαντα, ϗ βαρὺν πόθον
Φυγόντα ναυμέδοντος ἁρπακτήριον 1
Ε῎σειλ' ἐρεχθεὺς ἐς [a] λαιτριναίας γυίας 2
Λευρὰν [b] αλετρεύσοντα μόλπιδος πέτραν
Τῷ ζηνὶ δαιτρευθέντος [c] ὀμβρίῳ δέμας,
Γαμβροκτόνον ῥαίσοντα πενθεροφθόροις.
Βουλαῖς ἀνάγνοις, ἃς ὁ καδμίλου γόνος 3
Η῎ρτυσε [d]. τὸν δὲ λοῖσθον ἐκπιὼν σκύφον,
Φερωνύμους ἔδυψε νηρέως τάφους 4,
Πανώλεθρον κηλῖδα θωύξας γένει.
Ο῾ τὴν ποδάργον ψύλλαν ἡνιοστροφῶν 5,
Καὶ τὴν ὅπλαις [e] ἁρπινναν ἁρπυίαις ἴσην 6,
Τὸν

a alii λετριναίας. b al. ἀλητρεύσαντα. c al. ἀγρίῳ. d al. ἤρτυσε. e al. ἅρπυιαι.

Quem dudum adultum virbium, & cupidines
Graves caventem navium promi dei
Misit Terentus in Letrinae iugera
Ocrin [a] paratum praeterire Molpidis
Lustrale caesi corpus Imbrico Iovi:
Soceri in ruinam, qui trucidavit procos
Iussis nefandis, quae Camilli filius
Paravit: ille poculo exhausto ultimo,
Cognomini sepultus est Salacia,
Suasam [b] suis labem in insipans natalibus,
Surae [c] petillae Psyllan aurigans equum,
Picatae [d] & Harpinnam parem ungula Strigi.
Tan-

a petram. b inclubibilem. c albae. Fest. d aduncae. Fest.

μένων οὕτωσι σωμάτων, ἀλλὰ ϗ τὸ τῆς ἑκάστης ἡμέρας ἐσθιομένων ζώων, ὑφ' ἡμῶν τε ϗ τῶν ἄλλων ζώων, ὅσος γὰρ ἀριθμὸς καταναλίσκεται, καὶ οὑτωσί πως θάπτεται ἐν τοῖς τῶν τρεφομένων σώμασι. Item illud Apuleii Milef. v. *At h.c iam tua est existimatio, utrum sororibus pro tua cara salute solicitis adsentiri velis, & declinata morte nobiscum secura periculi vivere, an saevissimae bestiae sepeliri visceribus.* Quintilianus Declamat. XII. *AEstuant adhuc intra pectus sepulta ventribus nostris cognata viscera.* Huc pertinet illud, quod vultures τάφοι ἔμψυχοι sunt adpellati. Hermogenes lib. περὶ ἰδέων, cap. περὶ σεμνότητος. Παρὰ δὲ τοῖς ὑποξύλοις τουτοισὶ σοφισταῖς πάμπολλα εὕροις ἄν. τάφους τε γὰρ ἐμψύχους τοὺς γῦπας λέγουσιν ὧνπέρ εἰσι μάλιστα ἄξιοι (a).

1 Πόθον ναυμέδοντος ἁρπακτήριον) Quomodo raptus a Neptuno Pelops refert Olympion. Od. 1. Pindarus, his verbis.

Υἱὲ ταντάλου σὲ δ' ἀντί-
α προτέρων φθέγξομαι.
ὁπότ' ἐκάλεσε πα
τὴρ τὸν εὐνομώτατον
ἐς ἔρανον, φίλαν τε Σίπυλον,
ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων,
τότ' ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι
δαμέντα φρένας ἱμέρῳ
χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις.

Meminit etiam lib. IV. Arnobius.

2 Ε῎σειλ' ἐρεχθεὺς εἰς λετριναίας γυίας) Pindarus fuse loco citato.

Πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν
λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον,
ἑτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον,
πισάντα παρὰ πατρὸς εὔ-
δοξον Ἱπποδάμειαν
σχεθέμεν. ἄγχι δ' ἐλθὼν
πολιᾶς ἁλὸς οἶος ἐν ὄρφνᾳ
ἄπυεν βαρύκτυπον
εὐτρίαιναν. ———

& postea.

——— τὸν μὲν ἀγάλλων θεὸς
ἔδωκεν δίφρον χρύσεον, ἐν πτεροῖ-
σιν, τ' ἀκάμαντας ἵππους.

& quae sequuntur. Cur autem fabulentur equis rapuisse docet Palaephatus his verbis. Ρ῾ητέον οὖν ὅτι Πέλοψ ἦλθεν ἔχων πλοῖον. ἐγέγραπτο δὲ ἐπὶ τοῦ πλοίου ἵπποι ὑπόπτεροι.

3 Α῟ς ὁ καδμίλου γόνος) Lego κασμίλου, quo nomine inter Cabiros quatuor, quibus in Samothrace initiabantur, adpellatur. Strabo libro x. cx. Acusilao narrat Casmilum Vulcani, & Cabirae filium, a quo Cabiri, & Cabirades Nymphae. Apollonii Scholiast. lib. I. Μυοῦνται ἐν τῇ Σαμοθράκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φησὶ ϗ τὰ ὀνόματα. Τέσσαρες δ' εἰσὶ τὸν ἀριθμόν. Α᾿ξίερος, Α᾿ξιόκερσα, Α᾿ξιόκερσος. Α᾿ξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ. Α᾿ξιόκερσα δ' ἡ Περσεφόνη. Α᾿ξιόκερσος δ' ὁ ἅδης. ὁ δὲ προστιθέμενος Κασμῖλος ἑρμῆς ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος. Postea litera tertia extrita Καμῖλος dictus. Varro lib. VI. de LL. *Camillus nominatur in Samothraces mysteriis Dius quidam administer diis magnis.* Macrobius lib. III. cap. VIII. ex Iuliano id ei apud Tuscos nominis fuisse narrat. *Statius Tullianus de Vocabulis rerum libro primo ait dixisse Callimachum Tuscos Camillum adpellare Mercurium, quo vocabulo significant praeministrum deorum.* Servius AEneid. XI. adstipulatur. *Ministros, & ministras impuberes Camillos, & Camillas in sacris vocabant; unde & Mercurius Etrusca lingua Camillus dicitur, quasi minister deorum.*

4 Φερωνύμους ἔδυψε νηρέως τάφους) Myrtili historiam fuse explicat Homeri Scholiast. Iliad. secundo. Claudianus de laude Serenae.

——— *curru Pisaea marino*
Fugit tela Pelops, nam providus obice regis,
Prodidit OEnomai deceptus Myrtilus axem,

Seneca Tyeste.

——— *proditus occidit*
Deceptor domini Myrtilus, & fide
Vectus qua tulerat, nobile reddidit
Mutato pelagus nomine. ———

Vide Acronem ad Horatii lib. I. Od. I. & Euripidis interpretem ὀρέστῃ. Fuit vero Myrtilus Mercurii ex Phaetusa Filius, vel, ut aliis placet, Iovis & Clymenes.

5 Πόδαργον ψύλλαν ἡνιοστροφῶν) Antiquitus non contemtum, sed regium plane aurigandi munus, dicebaturque ἱππεία: differebat autem a παραβάτου munere, ille enim soli currus moderationi erat intentus, & τῷ παραστάτῃ pugnanti, si necessum foret, suppetias ferebat. Adi Hom Schol. Sunt vero Psylla & Harpinna nomina equorum Oenomai.

6 Καὶ τὴν ὅπλαις ἅρπινναν ἁρπυίαις ἴσην) Idest, unguibus obliquis & concavis, eae enim in equis laudantur maxime. Philostratus iunior in Imaginibus. Φρονεῖ γὰρ τοῖς ἵπποις, ἐπειδὴ ὑψαύχενές τε, ϗ πολλοὶ τὸν μυκτῆρα, ϗ κοῖλοι τὴν ὁπλήν. Isidorus Orig. lib. XII. cap. I. *In generosis equis, ut aiunt veteres, quatuor spectan-*

(a) Consule *Dionys. Longinum* περὶ ὕψους λόγου huiusmodi phrases damnantem, & ad eum *Iac. Tollium.*

Tandem illa quartum fratrem adhuc tuebitur
Circanei [a] acceptoris: ille e fratribus
Pugnae secundum acerrimae palmarium
Tulisse tunc canetur, atque in stragulis
Quintum anxiis insomniis exercitum
Iactabit atro imaginis ludibrio,
Sponsum futurum [b] Angitiae Cytaicae
Ardentis hospitem, quem ab OEnona exsulans,
Vertens in hominum membra formicas breves,
Pelasgicum Typhona produxit pater,
Septem e puellis torridis [c] forma lice
Superstitem unum vindicatum ex ignibus.
Reciprocam ille, sed remanabit viam,
Vespas suis e pumicetis exciens
Quasi puer vapore suffiens domum:
Et ceteri Burri Duellinominis
Flabris iuvencam [d] atabulis caedent popae,
Matrem draconis [e] incientem Scyrii:
Quam

a accipitris. b Medea. c calido cinere. d Ventosis. e gravidam.

Τὸν δ' αὖ τέταρτον 1 αὐθόμαιμον ὄψεται
Κίρκυ καταῤῥακτῆρ@ 2. ὃν τε συγγόνων [a]
Τὰ δευτερεῖα τῆς δαϊσφάλτυ πάλης
Λαβόντα κηρύξυσιν 3. ἐν δὲ δεμνίοις,
Τὸν ἐξ ὀνείρων πέμπτον ἐςροβημένον
Εἰδωλοπλάςῳ προσκαταξανεῖ ῥέθῳ,
Τὸν μελλόνυμφον εὐνέτην κυταϊκῆς
Τῆς ξεινοβάκχης. ὃν ποτ' οἰνώνης φυγὰς 4
Μύρμων τὸν ἐξάπεζον ἀνδρώσας ςρατὸν
Πελασγικὸν τυφῶνα γεννᾶται πατήρ,
Ἀφ' ἑπτὰ παίδων 5 φεψάλῳ σποδυμένων,
Μῦνον φλέγυσαν ἐξαλύξαντα σποδόν.
Χ' ὦ μὲν παλιμπόρευτον ἵξεται τρίβον,
Σφῆκας δαφοινὰς [b] χηράμων ἀνειρύσας,
Ὁποῖα κῦρ@ δῶμα κινήσας καπνῷ.
Οἱδ' αὖ προγηννήτειραν υλαμωνύμυ 6
Βύκταισι χερνίψυσιν ὠμηςαὶ πόριν
Τῦ σκυρίυ δράκοντ@ ἔντοκον λεχὼ,
Ἣν

a al. συγγόνυ. b al. χηράμων.

---

stantur: *forma, pulcritudo, meritum, atque color. Forma, ut sit validum corpus, & solidum robore, conveniens altitudo, latitudo, latus longum, substrictius, maximae & rotundae clunes, pectus late patens, corpus omne musculorum densitate nodosum, pes siccus, & cornu concavo solidatus.* Xenophon quoque περὶ ἱππικῆς equos laudat ungulas oblongas habentes quod tales sint maxime cavae. Πόδας δ' ἄν τις δοκιμάζοι (inquit) πρῶτον μὲν τὰς ὄνυχας σκοπῶν, οἱ γὰρ παχεῖς πολὺ τῶν λεπτῶν διαφέρυσιν εἰς εὐποδίαν. ἔπειτα ὐδὲ τῦτο δεῖ λανθάνειν, πότερον αἱ ὁπλαί εἰσιν ὑψηλαὶ ἢ ταπειναί, κὴ ἔμπροσθεν κὴ ὄπισθεν, ἢ χαμηλαί, αἱ μὲν γὰρ ὑψηλαὶ πόῤῥω ἀπὸ τῦ δαπέδυ ἔχυσι τὴν χελιδόνα καλυμένην. Est vero in equis χελιδὼν ungulae cavitas. Vide Hesychium. Neque audio doctissimum Villiomarum, qui id negat, quod utinam non fecisset.

1 Τὸν δ' αὖ τέταρτον) Homeri Scholiastes ad Iliad. ultimum. Ἀλεξάνδρυ τοξευθέντ@ ὑπὸ φιλοκτήτυ, πρίαμ@ τὸν Ἑλένης γάμον ἔπαθλον ἔθηκε τῷ ἀριςεύσαντι κατὰ τὴν μάχην. δηίφοβ@ δὲ γυναῖ@ ἀγωνισάμεν@ ἔγημεν αὐτήν.

2 Κίρκυ καταῤῥακτῆρ@) Eodem nomine adpellat AEschylus προμ. δεσμ. AEgypti filios, Danai filiabus desponsatos.

——— Οἱ δ' ἐπτοημένοι φρένας
Κίρκοι πελειῶν ὐ μακρὰν λελειμμένοι,
Ἥξυσι θηρεύσοντες ὐ θηρασίμυς
Γάμυς. ———

Scholiastes. Κίρκυς δέ, ἤγυν αἰετὺς, τὺς νυμφίυς, ἤγυν τὺς υἱὺς τῦ αἰγύπτυ, διὰ τὸ ἁρπακτικὸν λέγει.

3 Τὰ δευτερεῖα τῆς δαϊσφάλτυ πάλης λαβόντα κηρύξυσιν) Recte κηρύξυσιν dixit Lycophron, nam apud veteres certaminum victores per praeconem renuntiari moris erat. Iul. Pollux lib IV. cap. XII. Τὸ δὲ τῶν κηρύκων γένος ἱερὸν μὲν ἑρμῦ, κατεκήρυττε δὲ ἡσυχίαν ἔν τε ἀγῶσι, κὴ ἱερυργίαις, κὴ σπονδὰς προήγγελλε, κὴ ἐκεχειρίαν ἐπήγγελλε, καὶ τὺς ἀγωνιςὰς ἀνεκήρυττε. Pindarus Pythion. Od. I.

——— πυθιάδ@
Δ' ἐν δρόμῳ κᾶρυξ ἀνέειπέ νιν ἀγγέλλων ἱέρων@ ὑπὲρ
καλλινίκυ
ἅρμασι.

Callimachus epigrammate XII.
Ἄθμων μὲν κήρυκες ἐπὶ βραχὺν ὔνομα καιρὸν
Φθέγξονται. ———

Nam sic legere malim, quam ἄλλων μὲν κ. quae vox doctis viris hactenus imposuit. Virgilius AEneid. V.

Tum satus Anchisa cunctis ex more vocatis,
Victorem magna praeconis voce Cloanthum
Declarat. ———

Inde est quod ait Eumenius rhetor. *Fortissimi viri in sacris certaminibus summo labore atque etiam vitae periculo solam vocem praeconis & coronae testimonium petunt.* Huc pertinet etiam epigramma illud.

Ὑβλαίῳ κήρυκι τόδ' Ἀρχία εὔχλε@ υἱῷ
Δέξαι ἄγαλμ' εὔφρων Φοῖβ' ἐπ' ἀπεμοσύνης.
Ὅς τρὶς ἐκάρυξε τὸν Ὀλυμπίας αὐτὸς ἀγῶνα.

4 Ὅν ποτ' οἰνώνης φυγὰς) Peleum quum fratrem Phocum in palaestra incaute occidisset.

——— *fraterno sanguine sontem*
Expulsumque domo patria. ———

Canit Ovid. Metam lib. XI. Solebant namque veteres perpetrata incaute caede a patria profugere, quoad expiati essent. Homeri interpres Iliad. ώ. Ἔθ@ ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸν ἀκύσιον φόνον ἐργασάμενον φεύγειν ἐκ τῆς πατρίδ@, κὴ παραγίνεσθαι εἴς τινος οἰκίαν ἀνδρὸς πλυσίυ, κὴ καθίζειν ἐπὶ τῆς οἰκίας (lego ἑςίας) συγκεκαλυμμένον καθαρσίων δεόμενον. Qua de re ad Parthenium plura.

5 Ἀφ' ἑπτὰ παίδων) AEgre ferens Thetis mortali Peleo se nuptam, filios masculos sex igne combussit, septimo Achilli idem factura a Peleo interveniente prohibita fuit. Homeri Scholiastes Iliad π'. Θέτις καταναγκασθεῖσα ὑπὸ Διὸς Πηλεῖ γαμηθῆναι, τὰ γεννώμενα παιδία εἰς πῦρ ἔβαλλε, νομίζυσα τὰς θνητὰς τῷ πυρὶ σάρκας καταφλέξειν, τὸ δὲ ἀθάνατον διαφυλάξειν. ὕτως ἓξ παῖδας διέφθειρεν. ἕβδομον δὲ γενόμενον Ἀχιλλέα βάλλει ὁμοίως εἰς πῦρ. θεασάμεν@ δὲ Πηλεὺς ἀφήρπασε τὸν παῖδα, κὴ ἐνεγκὼν εἰς τὸ Πήλιον ὄρ@ τρέφειν παρέδωκε Χείρωνι. Vide praeterea interpretes Apollonii lib. IV. Aristophanis ad νεφέλας, & Apollodorum lib. III.

6 Προγεννήτειραν υλαμονύμυ) Οὐλαμώνυμον vocat Pyrrhum, qui aliter Neoptolemus. Eodem modo νεικέων ἐπώνυμον Polynicem dixit Euripides Phoenissis.

a al. σαλμυδησίας.
b al. κέλλυ.
c al. εὐρημος.

Ἦν ὁ ξύνευνος a σαλμυδησίας ἅλὸς
Ἐντὸς ματεύων ἑλλάδος χαρατόμον 1
Δαρὸν φαληριῶσαν οἰκήσει σπίλον 2
Κέλτρυ b πρὸς ἐκβολαῖσι λιμναίων ποτῶν,
Ποθῶν δάμαρτα, τήν ποτ' ἐν σφαγαῖς κεμὰς 3
Λαιμὸν προθεῖσα φασγάνων ἐκρύσεται.
Βαθὺς δ' ἔσω ῥηγμῖνος αὐδηθήσεται
4 Ἔρημος c ἐν κρόκαισι νυμφίου δρόμος 5
Στένοντος ἄτας καὶ κενὴν ναυκληρίαν,
Καὶ τὴν ἄφαντον εἶδος ἠλλοιωμένην
Γραῖαν 6, σφαγείων ἠδὲ χερνίβων πέλας 7,
Ἄδου-

Quam saepe coniux Salmydesium salum
Intra requirens immolatricem hospitum,
Spumifragam insulam obsidebit Candidam
Celti liquentes ad paludes gurgitis,
Amore sponsae, cerva quam volucripes
Iugulum propinans eximet secespitae.
Spaciosus intra littus adpellabitur
Solus mariti cursus in crepidine
Sortem gementis, atque classem coelibem,
Et non videndo membra mutatam modo
Cascam a cruentum vas prope, & libamina,
Orci-

a anum. Vat.

---

1 Ἑλλάδος χαρατόμον) Iphigeniam putat, quae Dianae Tauricae hospites immolabat. Quum enim in Aulide mactanda staret, a Diana in Scythiam avecta, sacrisque eius praefecta creditur. Placet hoc loco transscribere Antonini verba ex Metamorph. libro, quae ita habent. Θησέως καὶ Ἑλένης τῆς Διὸς ἐγένετο θυγάτηρ Ἰφιγένεια, καὶ αὐτὴν ἐξέτρεφεν ἡ τῆς Ἑλένης ἀδελφὴ Κλυταιμνήστρα. πρὸς δὲ τὸν Ἀγαμέμνονα εἶπεν αὐτὴ τεκεῖν. Ἑλένη γὰρ πυνθανομένη τῶν ἀδελφῶν, ἔφη κόρη παρὰ Θησέως ἀπελθεῖν. ἐπεὶ δὲ ἡ στρατιὰ ἡ τῶν Ἀχαιῶν ὑπὸ ἀπλοίας ἐν Αὐλίδι κατείχετο προεσήμαινον οἱ μάντεις ὅτι ἔσοιτο πλοῦς, ἐὰν Ἀρτέμιδι θύσωσι τὴν Ἰφιγένειαν. Ἀγαμέμνων δὲ διδοῖ σφάγιον αὐτὴν αἰτούντων τῶν Ἀχαιῶν. πρὸς δὲ τὸν βωμὸν ἀγομένην οἱ ἀριστεῖς οὐ προσέβλεψαν, ἀλλὰ πάντες ἔστρεψαν ἄλλη τὰς ὄψεις. Ἄρτεμις δὲ ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας παρὰ τὸν βωμὸν ἔφηνε μόσχον, αὐτὴν δὲ προσωτάτω τῆς Ἑλλάδος ἀπήνεγκεν εἰς τὸν Εὔξεινον λεγόμενον πόντον, παρὰ Θόαντα τὸν Βορυσθένους παῖδα. Hactenus ille. Huc pertinent quoque illa Senecae extrema Octavia.

Lenes aurae, Zephyrique leves,
Tectam quondam nube aetheria
Qui vexistis raptam saevae
Virginis aris Iphigeniam.
Hanc quoque tristi procul a poena
Portate, precor, templa ad Triviae.
Vrbe est nostra mitior Aulis,
Et Maurorum barbara tellus,
Hospitis illic caede litatur
Numen superum. ———

Fuse haec admodum etiam Ovidius elegia secunda libri tertii de Ponto, qui videndus.

2 Φαληριῶσαν σπίλον) Leucen putat, quam in ponto Euxino, ut ab Achille & Helena habitaretur, Thetidis rogatu edidit Neptunus: auctor Philostratus ἡρωικοῖς. Arrianus in Periplo ponti Euxini tribus eam nominibus insignitam ait, ac Leucen quidem a colore dictam, his verbis. Κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ στόμα, ἐπ' εὐθὺ πλέοντι ἀνέμῳ ἀπαρκτίᾳ ἰδίως τὸ πέλαγος, νῆσος πρόσκειται ἥν τινα οἱ μὲν ἀχιλλέως νῆσον, οἱ δὲ δρόμον ἀχιλλέως, οἱ δὲ λευκὴν ἐπὶ τῆς χροιᾶς ὀνομάζουσι. ταύτην λέγεται θέτις ἀνεῖναι τῷ παιδὶ, καὶ ταύτην οἰκεῖν τὸν Ἀχιλλέα, &c. Hesychius. Ἀχίλλειος πλάκα, τὴν ἀχιλλέως νῆσον, τὴν λευκὴν λεγομένην. Euripides.

——— ἢ
πνοαῖσι ζεφύρου τὰν
πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν,
λευκὰν ἀκτὰν ἀχιλῆος,
δρόμους καλλιστάδιους, εὔξεινον κατὰ πόντον.

Pindarus φαεννὰν νᾶσον vocat Nemeon. Od. IV.

——— ἀτὰρ
αἴας Σαλαμῖν' ἔχει πατρώαν
ἐν δ' εὐξείνῳ πελάγει
φαεννὰν ἀχιλλεὺς
νᾶσον.

Antoninus Liberalis libro citato dicit etiam Iphigeniam in Leucen deportatam, immortalitateque accepta Orilochiam dictam fuisse. Vide Eustathium ad Dionysii περιήγησιν.

3 Τήν ποτ' ἐν σφαγαῖς κεμὰς) Quum in Aulide Graecorum naves coactae iacerent, tempestasque a profectione prohiberet, proditum a Calchante est, non ante eam desituram quam Dianae foret immolata Iphigenia, quae dum ad aram mactanda duceretur, a Diana cervam reponente liberata est. Meminit Lucretius lib. I.

Aulide quo pacto Triviai virginis aram
Iphianassaei turparunt sanguine foede
Ductores Danaum delecti. ———

Vide Virgilium AEneid. II. Ovid. Metam. lib XII. Antoninum Liberalem libro citato, Sophoclem ἠλέκτρᾳ & Dictyn Cretensem lib. I. Si modo is est, & non suppostitius aliquis, quod magis verisimile mihi. Dianae itaque immolatam Iphigeniam ab Agamemnone nemo nescit. Callimachus clavum in Dianae templo suspensum memorat hymno III.

——— σοὶ δ' Ἀγαμέμνων
Πηδάλιον νεὸς σφετέρης ἐγκάτθετο νηῷ,
Μείλιον ἀπλοίης, ὅτι οἱ κατέδησας ἀήτας,
Τεύκρων ἡνίκα νῆες ἀχαιίδες ἄστεα κήδειν
Ἔπλεον, ἀμφ' Ἑλένῃ ῥαμνουσίδι θυμωθεῖσαι.

4 Ἔρημος) Arrianus loco antea citato. Ἡ δὲ νῆσος ἀνθρώπων μὲν ἐρήμη ἐστίν. νέμεται δὲ αἰξὶν οὐ πολλαῖς, καὶ ταύτας ἀνατιθέναι λέγουσι τῷ ἀχιλλεῖ ὅσοι προσίσχουσι. Ammianus narrat eo adpulsos visis antiquitatis vestigiis, temploque, & donariis eidem heroi consecratis, vesperi repetere naves dicentes non sine discrimine vitae illic quemquam pernoctare.

5 Νυμφίου δρόμος) Denominationis huius caussam tradit Pomp. Mela quod Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus victoriam ibi ludicro certamine celebrarit, posteaque se & suos, ubi ab armis quies esset, cursu exercitaverit: cui adsentitur Plinius, qui Achillis insulam ab cursu aliam dicit, cumque ab illa 25000. passuum distare.

6 Εἶδος ἠλλοιωμένην γραῖαν) De Iphigeniae metamorphosi inter auctores non convenit, plerique in ceruam mutatam volunt, Lycophron

Orcique flammam exuberantem funditus
Cortinam ahenam, quam atra flabit, mortua
Cadavera elixans coquinatu improbo.
Et ille obibit eiulans campum Scythen,
Procans amoris quinque [a] circites torum:
Illi ante acerras auguris Saturnii
Deglutientis cum parente filios
Secunda iurantes fidusta sagmina,
Tonsarum amicient remiges [b] stropis manus,
Bacchumque sospitem & prioris vindicem
Luctus canentes, cui in obscuris cavis
Delphorum operta ad antra Lucrini dei
Abstrusa liba Tauriformi offeret
Classis tremendae millepraetor navium.
Cui

[a] *annos.* [b] *funibus.*

Α῎δυτε παφλάζοντ@ ἐκ βυθῶν φλογὶ
Κρατῆρ@ 1. ὃν μέλαινα ποιφύξει φθιτῶν
Σάρκας λεβητίζεσα δαιταλεργία.
Χ' ὁ μὲν πατήσει χῶρον αἰάζων σκύθην
Εἰς πέντε τυ πλάνας ἱμείρων λέχυς.
Οἱ δ' ἀμφὶ βωμὸν τῦ προμάντι@ κρόνυ
Σὺν μητρὶ τέκνων νηπίων κρεανόμυ,
Ο῎ρκων τὸ δευτερῦχον ἄρσαντες ζυγὸν 2,
Στεῤῥὰν ἐνοπλίσυσιν ὠλέναις πλάτην,
Σωτῆρα βάκχον τῶν πάροιθε πημάτων
Σφάλτην ἀνευάζοντες. ῷ ποτ' ἐν μύχοις
Δελφινίυ πὰρ ἄντρα κερδώυ θεῦ 3
Ταύρῳ 4 κρυφαίας χέρνιβας κατάρξεται
Ο' χιλίαρχ@ τῦ [a] πολυῤῥαίσυ στρατῦ.
Ω῎

[a] *al.* πολυφαίσυ.

---

phron cervam pro ea immolatam, ipsam autem in anum mutatam canit: alii in taurum, alii in ursum, alii in buculam, inter quos Plutarchus παραλλήλοις.

7 Σφαγέων ἠδὲ χερνίβων πέλας) Σφαγεῖον sive σφάγιον, vas erat quo excipiebatur victimae sanguis. Pollux lib. x. cap. XII. Καὶ σφάγιον ᾧ θύεις, ὃ (lego ὅ) ὑφέξει τις τῷ τῶν ἱερείων αἵματι. Et postea eodem libro cap. XXIII. Σφάγιον, ὃ ὑποδέχεται τὸ αἷμα τῶν ἱερείων. Homerus Odyss. III. ἄμνιον vocat, quo loco Didymus. Α῎μνιόν ἐστι μὲν τῶν ἅπαξ εἰρημένων ἡ λέξις. σημαίνει δὲ ἀγγεῖον ὅπυ τὸ αἷμα τῦ ἱερείυ δέχονται, καὶ ἐστὶ κατὰ τὸ ἔτυμον ἀμένιον. ὅ ἐστι στερετικὸν τῦ μένυς, τυτ' ἐστὶ ψυχῆς· οἱ ἀττικοὶ δὲ σφάγιον αὐτὸ καλῦσι. Quid vero sit χέρνιψ docet Athenaeus lib. IX. Ε῎στιν, inquit, ὕδωρ εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τῦ βωμῦ λαμβάνοντες, ἐφ' ὃ τὴν θυσίαν ἀπετέλυν. Euripides ἡρακλεῖ μαινομένῳ,

> Μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν
> Εἰς χέρνιβ' ὡς βάψειεν ἀλκμήνης γόν@.

Vtebantur eadem aqua ad manuum lotionem adhibito smegmate. Athenaeus loco citato. Ε῎χρῶντο δὲ (lego καὶ) εἰς τὰς χεῖρας ἀποπλύνοντες αὐτὰς, καὶ σμήγματι ἀποῤῥύψεως χάριν.

1 Α῎δυ τε παφλάζοντ@ κρατῆρ@) Veteres Graeci omnia concava κρατῆρας vocabant. Scholiastes Sophoclis Οἰδ. ἐπὶ Κολ. ad illud κοίλου πέλας κρατῆρ@, ait. Τὰ γὰρ κοῖλα ὕτως ἐκάλυν ἐκ μεταφορᾶς, ὅθεν καὶ τὰ ἐν τῇ αἴτνῃ κοιλώματα κρατῆρες καλῦνται.

2 Ο῎ρκων τὸ δευτερῦχον ἄρσαντες ζυγὸν) Bis enim Graeci de Helena vindicanda, si quis eam rapuisset, coniurati sunt: prius, quum Menelao collocaretur, iterum, quum a Paride rapta. De priore coniuratione sic Pausanias Λακωνικοῖς. Προϊῦσι δὲ ἵππυ καλυμένυ μνῆμά ἐστι. Τυνδάρεως γὰρ θύσας ἐνταῦθα ἵππον τὺς Ε῾λένης ἐξώρκυ μνηστῆρας, ἱστὰς ἐπὶ τῦ ἵππυ τῶν τομίων. ὁ δὲ ὅρκ@ ἦν Ε῾λένῃ καὶ τῷ γήμαι προκριθέντι αὐτὴν ἀμύνειν ἀδικυμένοις, ἐξορκώσας δὲ τὸν ἵππον κατώρυξεν ἐνταῦθα. Atque haec Pausanias. Paulo fusius in Helenae encomio Isocrates, hunc in modum. Μετὰ τὴν θησέως ἐξ ᾅδυ κατάβασιν, ἐπανελθύσης αὐτῆς (Ε῾λένης) εἰς λακεδαίμονα, καὶ πρὸς τὸ μνηστεύσασθαι λαβύσης ἡλικίαν, ἅπαντες οἱ τότε βασιλεύοντες καὶ δυναστεύοντες ἐν ταῖς πόλεσι, τὴν αὐτὴν γνώμην εἶχον περὶ αὐτῆς. ἐξὸν γὰρ αὐτοῖς λαμβάνειν ἐν ταῖς αὐτῶν πόλεσι γυναῖκας τὰς προτευύσας, ὑπεριδόντες τὺς οἴκυ γάμυς, ἦλθον ὡς ἐκείνην μνηστεύσοντες. ὕτω δὲ κεκριμένυ τῦ μέλλοντ@ αὐτῆς (lego αὐτῇ) συνοικεῖν, ἀλλ' ἔτι κοινῆς τῆς τύχης ὔσης, ὕτω πρόδηλ@ ἦν ἅπασιν ἐσομένη περιμάχητ@, ὥστε συνελθόντες πίστις ἔδωσαν ἀλλήλοις, ἦ μὴν βοηθήσειν εἴ τις ἀποστεροίη τὸν ἀξιωθέντα λαβεῖν αὐτῆς, νομίζων ἕκαστ@ ταύτην τὴν ἐπικυρίαν ἑαυτῷ παρασκευάζειν. Hactenus Isocrates. De secunda autem idem Pausanias Κορινθιακοῖς. Χαλκεῖόν ἐστιν ὐ μέγα, ἀνέχει δὲ αὐτὸ ἀγάλματα ἀρχαῖα ἀρτέμιδ@, καὶ διὸς, καὶ ἀθηνᾶς. λυκέας δ' ὖν ἐποίησε μυχανέως τὸ ἄγαλμα εἶναι διὸς, καὶ ἀργείων ἔφη τὺς ἐπὶ ἴλιον στρατεύσαντας ἐνταῦθα ὀμόσαι παραμένειν πολεμῦντας, ἐστ' ἂν ἢ τὸ ἴλιον ἕλωσιν, ἢ μαχομένυς τελευτὴ σφᾶς ἐπιλάβῃ. Quo ritu ea facta sit, qui scire volet, videat Dictyn lib. I. Haec iuramenta respexit Sophocles αἴαντι μαστιγοφόρῳ, apud quem ita Teucer.

> Οὐ γάρ τι τῆς σῆς εἵνεκ' ἐστρατεύσατο
> Γυναικὸς, ὥσπερ οἱ πόνυ πολλῦ πλέῳ,
> Α'λλ' οὕνεχ' ὅρκων οἷσιν ἦν ἐπώμοτ@.

Et φιλοκτήτῃ, ubi ita Neoptolemum adfatur Vlysses.

> Σὺ μὲν πέπλευκας ὔτ' ἔνορκ@ ὐδενί.

Et Horatius lib. I. Od. XV.

> *Quam multo repetet Graecia milite*
> *Coniurata tuas rumpere nuptias,*
> *Et regnum Priami vetus.*

Thucydides existimat Graecos magis Agamemnonis potentia, quam religione prioris iuramenti, coactos fuisse. Verba eius ξυγγραφῆς lib. I. ita habent. Α'γαμέμνων τέ μοι δοκεῖ τῶν τότε δυνάμει πρῦχων καὶ ὐ τοσῦτον τοῖς Τυνδάρεω ὅρκοις κατειλημμένυς τὺς Ε῾λένης μνηστῆρας ἄγων, τὸν στόλον ἀγεῖραι.

3 Παρ' ἄντρα κερδώυ θεῦ) Lucri Deum veteribus habitum Mercurium nemo nescit, unde & ipsi statuae cum crumena erigebantur. Codinus. Τῦ κέρδυς αἴτιον λέγυσι, καὶ ἐμπόριον τὸν ἑρμῆν. ὅθεν τὸ ἄγαλμα αὐτῦ ἱστῶσι βαστάζον μάρσιπον.

4 Ταύρῳ) Taurum vocat Bacchum, quem taurinis cornibus effingebant veteres, quia iis poculorum vice utebantur. Nicandri Scholiastes ἀλεξιφαρμακοῖς. Οἱ παλαιοὶ κέρασιν ἐχρῶντο ἐν τῇ πόσει ἀντὶ τῶν ποτηρίων, ὅθεν καὶ τὸ κεράσαι εἴρηται. ἢ διὰ τὸ ταυρωτικὸν τῶν πινόντων, τυτέστι τὴν ἀπὸ τῦ οἴνυ ἰσχύν. ὁ δὲ διόνυσ@ καὶ ταυροκέρως. Festus. *Cornua Liberi patris simulacro adiiciuntur, quem inventorem vini dicunt, eo quod homines nimio vino truces fiant.* Apud Cyzicenos & Argivos Bacchi statua tauri figura erecta fuit.

Ὡ θυμά τῶν πρόσπαιον ἐκτίνων χάριν	Cui gratiam sacri novam [a] redandruans
Δαίμων ἐνόρχης [a] φυγαλεὺς φαυσήριος	Nefrondinosus Esquilinus Lucius,
Λέοντα θοίνης, ἴχνος ἐμπλέξας λύγοις 1	Leoni ademto prandio, implicans rubis,
Σχήσει τὸ μὴ πρόῤῥιζον ἀϊστῶσαι στάχυν	Segetem vetabit eruisse funditus
Κείροντ' ὀδόντι 2 ϗ λαφυστίαις γνάθοις.	Vasto molari [b] mattisque querqueris.
Λεύσσω πάλαι δὴ 3 σπεῖραν ὁλκαίων κακῶν 4	Cerno sequacem iam [c] napuram luctuum
Σύρουσαν ἄλμη [b] κἀπιῤῥοιζοῦσαν πάτρη	Mari trahentem & conserentem patriae
Δεινὰς ἀπειλὰς ϗ πυριφλέκτους βλάβας,	Minas feroces & malorum incendia.
Ὡς μή σε κάδμος ὤφελ' ἐν περιῤῥύτῳ	Atque utinam in Issa te Camillus insula
Ἴσσῃ φυτεῦσαι δυσμενῶν ποδηγέτην,	Non procreasset hostium nostrum ducem,
Τέταρτον ἐξ ἄτλαντος ἀθλίου [c] σπόρου,	Quartum satum ex Atlante [d] destina covi,
Τῶν αὐθομαίμων συγκατασκάπτην πρύλιν,	Tuis parantem damna cognatis Prylin,
Τόμουρε πρὸς τὰ λοῦσα νημερτέστατε.	Sagax aruspex vere ad omnia optima:
Μὴ δ' αἰσακέων 5 ὑμὸς [d] ὤφελεν πατὴρ	Paterque iussis AEsaci fanatici
Χρησμῶν ἀπῶσαι νυκτίφοιτα δείματα 6.	Non improbasset signa noctis [e] arcula.

[a] al. φιγαλεὺς & φυζαλεύς.
[b] al. κἀπιφῥιζοῦσαν.
[c] al. σπεῖρον.
[d] al. ὤφελε.

[a] referens. Fest.
[b] malis asperis. Fest.
[c] funem. Fest.
[d] columna caeli. Varr.
[e] infausta. Fest.

Μιᾷ ... Cae-

1 Ἴχνος ἐμπλέξας λύγοις) Leonem intelligit Telephum, qui cum Graecis transitum per Mysiam interdixisset, iamque ad arma devenisset, ab Achille ope Bacchi, qui eum vite supplantabat, vulnus accepit, quod sanari non potuit nisi ab ipso Achille. Unde Serenus Sammonicus.

Ut Larissaea curatus Telephus hasta
Proderit. ———

Adlusum huc quoque ab Ovidio Trist. lib. I. eleg. I.

Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solus Achilleo tollere more potest.

Supplantatum vero a Baccho Telephum etiam infra canit.

——— σὺν δὲ δίπτυχοι τόκοι
Μυσῶν ἄνακτος, οὗ ποτ' οἰκουρὸς δόρυ
Γνάμψει θέοινος γυῖα συνδήσας λύγοις.

Aliter tamen Dictys lib. II. *Infestus (Telephus) Aiacem invadit, atque fugatus quos adversum ierat, quum obstinate Ulyssem inter vineas, quae loco adiunctae erant, insequeretur, praepeditus trunco vitis ruit. Id ubi Achilles procul animadvertit, telo iaculatus femur sinistrum regi transfigit.* Observandum quoque hoc loco veteres cannabi usu necdum cognito e viminibus funes contexere solitos. Id infra quoque videre.

Οὐ γὰρ ξέναι μάστιγες, ἀλλὰ δαψιλὴς
Σφραγὶς μενεῖ θόαντος ἐν πλευραῖς ἔτι
Λύγοισι τετρανθεῖσα, τὰς ὁ λυμεὼν
Εἰσεγκολάπτειν ἀστένακτος αἰνέσει.

Calpurnius eclog. III.

Quod si dura times etiam nunc verbera, Phylli,
Tradimus ecce manus, licet illae vimine torto
Scilicet, & lenta post tergum vite domentur.

Homerus.

——— δίδη μόσχοισι λύγοισι.

Theocritus Idyll. I.

— Τύθλω τὸν ἔρωτα κατεύχεο Δάφνι λυγιξεῖν.
Ἆρ' οὐκ αὐτὸς ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης;

Tzetzes. Πρότερον ἀπὸ λύγου σχοίνους ἐποίουν πρὸ εὑρέσεως τῆς καννάβεως. Hinc capio Festi locum, *Viere, adligare, unde vimina.* Postea cannabe uti coeperunt. Columella lib. VII. *Cannabinisque funibus cornua iuvencorum ligato.* Inde quia cannabum seritur, factum est ut Graeci funes σπάρτα, Latini veteres *Serilia* ab eadem origine adpellarent.

2 Κείροντ' ὀδόντι) Dentes sectores, Graecis τομεῖς, dicuntur anteriores. Artemidorus lib. I. cap. XXXIII. Ὀδόντες ἐμπρόσθιοι ἐκβληθέντες οἱ καλούμενοι τομεῖς οὐδὲν ἐῶσι πρᾶξαι διὰ λόγου. Et Iulius Pollux lib. II. Οἱ δὲ ὀδόντες ταῖς γένυσιν ἐμπεφύκασι δύο ϗ τριάκοντα. ἑκκαίδεκα ἑκατέρᾳ σιαγόνι ἐγγεγομφωμένοι, ὧν οἱ μέσοι τέσσαρες καλοῦνται τομεῖς. Isidorus *praecisores* vocat Orig. lib. XI. cap. I. Dentium autem alii τομεῖς vocantur, alii κυνόδοντες, alii μύλιοι. Latine *Praecisores, Canini* sive *Colomelli, & Molares*, qui veteribus Latinis etiam *Genuini dentes* adpellati quod a genis dependerent. Hinc lucem do Arnobio lib. III. dicenti. *Etiam sequitur ut habeant subactionibus ciborum dentes trini generis, atque in officia trina compositos.*

3 Λεύσσω πάλαι δὴ) Huc pertinet Nerei vaticinium, quod est apud Horatium Ode XV. lib. I. Hermogenes quoque lib. Περὶ μεθ. δειν. Ἑλένη τῶν κακῶν αἰτία πᾶσι ϗ ἕλλησι ϗ βαρβάροις, ϗ μάλιστα τοῖς τρωσὶν ὁμολογουμένως κακῶς ἐλήλυθε. Videnda quoque Paridis ad Helenam epistola, quae est inter Heroidum Ovidianarum. Accius Telepho citante Prisciano.

Quantam Tyndareo gnata & Menelai domus
Molem excitari belli, pastorque ilius.

Lego *Ilius*.

4 Σπεῖραν ὁλκαίων κακῶν) Lucem huic loco adferunt illa Artemidori lib. III. cap. XXXV. Ἅλυσις σημαίνει ϗ πλοκὴν πραγμάτων οὐκ εὐθύμων οὐδὲ τερπνῶν. πέπλεκται μὲν γὰρ ἐκ πολλῶν. οὐκ ἐνθύμους δὲ τοὺς δεδομένους ποιεῖ.

5 Μηδ' αἰσακέων) Hecuba gravida quum facem se, qua tota conflagraret Troia, parere somniasset, territa Priamo marito somnium omne exposuit, qui AEsacum filium quem Merops avus maternus somniorum exponendorum rationem edocuerat, arcessi ad se iussit. AEsacus vero re audita exitium toti Troiae portendi respondit, ac proinde exponendum partum admonuit. Vide Apollodorum lib. III.

6 Νυκτίφοιτα δείματα) Insomnia vocat νυκτίφοιτα δείματα, quoniam ea noctu grassentur, hominesque percellant. Caussam ob quam noctu obrepant ex Peripateticorum sententia refert AElianus Var. Hist. lib. III. cap. II. his verbis. Οἱ περιπατητικοί φασι μεθ' ἡμέραν θητεύουσαν τὴν ψυχὴν τῷ σώματι περιπλέκεσθαι, ϗ

μὴ

Caelasset uno sed duos pro patria
Fato, perurens membra Lemnio rogo.
Non tot malorum nunc procella surgeret.
Portumnus en cernet [a] nefrendum carnifex
Feruere mergis spartisirpeis anum
Glauci Terenti coniugem Titaniam.
Iam duo necantur cum parente pignera,
Humeros molari coclaca fracto Ducis:
Quae sabulonis adparata fugerant
Vanis loquelis alvei discrimina,
Cui cuncta credens ille tortor liberum,
Mergorum alumnus, pisculentae compedis
Praeda, ostreis valgisque Naritis comes,
Fetus gemellos clusit uno [b] ploxeno.

Cum-

[a] puerorum. Fest.
[b] capsa. Catull.

Μιᾷ δὲ κρύψαι τοὺς διπλοῦς ὑπὲρ πάτρας
Μοίρᾳ, τεφρώσας γυῖα λημναίῳ πυρί 1.
Οὐκ ἂν τοσῶνδε κῦμ' ἐπέκλυσε κακῶν.
Καὶ δὴ παλαίμων δέρκεται βρεφοκτόνος
Ζέουσαν αἰθυίῃσι πλεκτανοστόλοις,
Γραῖαν σύνευνον ὠγένου τιτηνίδα.
Καὶ δὴ διπλᾶ σὺν πατρὶ ῥαίεται τέκνα,
Στερρῷ τυπέντα κλεῖδας εὐάρχου μύλῳ 2,
Τὰ πρόσθεν αὐλητῆρος ἐκπεφευγότα
Ψυδραῖσι 3 φήμαις λαρνακοφθόρους ῥιφὰς 4,
Ὧι δὴ πιθήσας συγνὸς ἄρταμος τέκνων,
Αἰθυιόθρεπτος πορκέων [a] λιναγρέτης
Κρυθμοῖσι [b] καὶ ῥαιβοῖσι [c] νειρίταις φίλος,
Χηλῷ κατεδρύφαξε διπτύχους γονάς 5.

Σὺν

[a] λινάγρεῖες. Scal.
[b] al. κρημνοῖσι.
[c] al. νηρίταις.

μὴ δύνασθαι καθαρῶς τὴν ἀλήθειαν θεωρεῖν. νύκτωρ δὲ διαλυθεῖσαν τῆς περὶ τοῦτο λειτουργίας, καὶ σφαιρωθεῖσαν ἐν τῷ περὶ τὸν θώρακα τόπῳ, μαντικωτέραν γίνεσθαι, ἐξ ὧν τὰ ἐνύπνια.

1 Τεφρώσας γυῖα λημναίῳ πυρὶ) Τεφροῦν Graecorum Latine *Cinefacere* dixit Lucretius. Lemnium ignem vocat, quem in Lemno inventum nonnulli volunt, quod tamen falsum. Ἐνταῦθα γὰρ ἀνίενται ἐγγηγενοῦς πυρὸς αὐτόματοι φλόγες; ut ait Heraclides in Allegoriis.

2 Στερρῷ τυπέντα κλεῖδας εὐάρχου μύλῳ) Lege ex emendatione Cl. V. Iosephi Scaligeri τυπέντι. Optime autem illustrant Lycophronem illa Ovidii Metamorph. XII.

——— *pavor occupat illum,*
Ante oculosque natant tenebrae, retroque ferenti
Aversos passus medio lapis obstitit arvo (lego *armo*)
Quem super impulsum resupino corpore Cycnum
Vi multa vertit, terraeque adflixit Achilles.

Qualia vero fuerint eius aevi saxa disce ex Iuvenalis Sat. XV.

Saxa inclinatis per humum quaesita lacertis
Incipiunt torquere, domestica seditione.
Tela: nec hunc lapidem, quales & Turnus, & Aiax,
Vel quo Tydides percussit pondere coxam
AEneae: sed quem valeant emittere dextrae
Illis dissimiles, & nostro tempore natae.
Nam genus hoc vivo iam decrescebat Homero.

Virgilius AEneid. XII.

——— *saxum circumspicit ingens,*
Saxum antiquum, ingens, campo qui forte iacebat
Limes agri positus litem ut discerneret arvis.
Vix illud lecti bis sex cervice subirent.

Est vero μύλος lapis molae superior, qui etiam ὄνος nuncupabatur: inferior vero μύλη. Latinis veteribus μύλος sive ὄνος dictus *Catillus*, μύλη autem *Meta* & *Machina*. Vnde *machinale pondus* apud Ausoninm pro mola.

Cui subiugabo de molarum ambagibus,
Qui machinali saxa voluunt pondere.

Et *machinariae molae* Apuleio Milesf. VII. *Protinus uxor eius avara quidem nequissimaque illa mulier molae machinariae sub iugum me dederat.* Alias *Machina* non tam pro lapide, quam pro ipsa mola posita. Idem Madaurensis libro citato. *Mihi vero per diem laboriosae machinae attento sub ipsa vespera furfures adponebat incretos ac sordidos, multoque lapide salebrosos.*

3 Αὐλητῆρος ψυδραῖσι φήμαις) Plutarchus ἑλληνικοῖς. Τῆς μητρυιᾶς τὸν Τέννην διαβαλλούσης ὡς βουλόμενον αὐτῇ συγγενέσθαι, Μόλπος ὁ αὐλητὴς ψευδῆ κατεμαρτύρησεν αὐτοῦ. Heraclides de Rebusp. Λέγεται δὲ καταψευσαμένης αὐτοῦ τῆς μητρυιᾶς καταμαρτυρήσαντος αὐλητοῦ τινος βιάζεσθαι (malim βιάσασθαι) ταύτην, εἰς λάρνακα ἐμβληθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Κύκνου, καὶ εἰς θάλασσαν ῥιφεὶς διασωθῆναι πρὸς τὴν νῆσον, διὰ τὸ καταψεύσασθαι τὸν αὐλητὴν, διὸ οὐ νόμιμον εἰς τὸ ἱερὸν αὐλητὴν εἰσιέναι. Stephanus in Τένεδος. Καὶ παροιμία, Τενέδιος αὐλητὴς, ἐπὶ τῶν τὰ ψευδῆ μαρτυρούντων. Τὸν γὰρ αὐλητὴν ἡ Φιλονόμη πρὸς Κύκνον ἤγαγε μαρτυροῦντα ὅτι Τέννης αὐτὴν ἤθελε βιάσασθαι.

4 Λαρνακοφθόρους ῥιφὰς) Cycnus mortua priore uxore Proclea, ex qua Tenum & Hemitheam (quam alii Leucotheam) suscepit, Philonomen (alii Polybeam) duxit, quae quum capta amore Tenni eum de stupro compellasset, atque ille detrectaret, apud patrem eum accusavit tamquam vim inferre voluisset, qui credens illico adreptum in arca conclusum in mare proiecit. Neptunus vero misertus tum propter pietatem, tum quia nepos esset, arcam ad Leucophryn insulam adpulit, ubi Tennus ab incolis benigne exceptus, & pro rege habitus est, suoque de nomine insulam Tenedum nuncupavit. Historiam narrat Homeri Scholiastes Iliad. ά. Plutarchus ἑλληνικοῖς Tenum cum sorore in Tenedum profugisse commemorat. Vide praeterea Heraclidem de Rebusp.

5 Χηλῷ κατεδρύφαξε διπτύχους γονὰς) Lycophron utrosque Cycni liberos arcae inclusos memorat, alii solum Tennum. Mos vero veteribus eos, quos supplicio adficere vellent, in subterraneo specu, aut arca, aut alio aliquo loco concavo concludere parum panis adposito, ne fame necare viderentur, quod nefas habebatur. Hinc apud Sophoclem ἀντιγόνῃ.

Χο. Μόρῳ δὲ ποίῳ καὶ σφε βουλεύῃ κτανεῖν;
Κρε. Ἄγων ἔρημος ἔνθ' ἂν ᾖ βροτῶν στίβος
Κρύψω πετρώδει ζῶσαν ἐν κατώρυχι;
Φορβῆς τοσοῦτον ὡς ἄγος μόνον προθεὶς (lego προσθεὶς)
Ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγοι πόλις.

De-

Σὺν τοῖς δ᾽ ὁ τλήμων μητρὸς ἐ φράσας θεᾶς
Μνήμων ἐφετμὰς 1, ἀλλὰ ληθάργῳ σφαλεὶς 2,
Πρηνὴς θανεῖται στέρνον ἐτασθεὶς ξίφει.
Καὶ δὴ στένει ᵃ μύριννα κᾳ παράκτιοι
Ἵππων φριμαγμὸν ἠόνες δεδεγμέναι,
Ὅταν πελασγὸν ἅλμα 3 λαιψηρῦ ποδὸς
Εἰς θῖν᾽ ἐρείσας λοισθίαν αἴθων λύκος,
Κρηναῖον ἐξ ἄμμοιο ᵇ ῥοιβδήσει γάνος,
Πηγὰς ἀνοίξας τὰς πάλαι κεκρυμμένας.
Καὶ δὴ κατίθει γαῖαν ὀρχηστὴς ἄρης 4,

Cumque his miser non matris advertens deae
Praecepta Mnamon, sed veterno oblivius,
Suppus ᵃ recumbet, pectus ense saucius.
Nunc nunc gemit Myrina, nunc praesentiunt
Hinnitum equorum littorales margines,
Vbi Pelasgum lubricae saltum ᵇ pedae
Librans crepidine ultima fremens lupus
Fontis creabit e saburra gurgitem,
Olim recludens ociosa flumina.
Iam culta vastat arua Mars Salisubsulus,

ᵃ al. μύρινα. — ᵇ al. ῥοιβδήσει γᾶν. — ᵃ supinus. Luc. — ᵇ vestigiae. Fest.

Demetrius Triclinius. Ἔθος ἦν παλαιὸν βουλομένους καθαιργνύναι τινὰ ἀφοσιῦσθαι κᾳ βραχύ τι τιθέναι τροφῆς. κᾳ γὰρ ὑπενόουν καθάρσιον τὸ τοιοῦτον εἶναι. τοῦτο δὲ ἐποίουν ἵνα μὴ δοκῶσι λιμῷ ἀναιρεῖν, τοῦτο γὰρ ἀσεβές. Observare quoque eum morem est in Theocriti θαλυσίοις, in his versibus.

Ἀστῶ δ᾽ ὡς ποκ᾽ ἔδεκτο τὸν αἰπόλον εὐρέα λάρναξ
Ζωὸν ἐόντα, κακῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ἄνακτος,
Ὥς τέ νίν τι σιμαὶ λειμωνόθε φέρβον ἰοῖσαι
Κέδρον ἐς ἁδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι,
Οὕνεκα οἱ γλυκὺ μοῦσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ.

Hinc etiam illustro Arnob. lib. v. *Cuius Nana speciem contemplata regis Sangarii fluminis filia carpit mirans, atque in sinu reponit: fit ex eo praegnans, tamquam vitiatam claudit pater, & curat ut inedia moriatur.*

1 Μνήμων ἐφετμὰς) Olim heroibus varii submonitores adhibebantur, quo modo etiam Achilli Phoenix, qui hoc loco μνήμων) ideo a Lycophrone adpellatur, cui etiam a Symmacho lux, qui lib. III. epist. XIII. ita ait. *Nullam certe Nestor tertiae aetatis suae seculo militiae vacationem poposcit, nec Achilli excusavit aetatis suae frigus Phoenix monitor.* Latinus Pacatus in Panegyrico. *Sancte Tibris quondam hospitis monitor AEneae, mox Romuli conservator expositi.* Valerius Flaccus lib. I.

Donat & Iphyclo pelagus iuvenumque labores
AEsonides, fessum Phylace quem miserat aevo,
Non iam operum in partem, monitus sed tradat ut acres,
Magnorumque viros qui laudibus urat avorum.

Alias vero μνήμονες apud Dorienses dicebantur, qui *Metatores* apud Romanos. Vide Plutarchum Συμποσ. lib. I. quaest. I. Quod Mnemonem quemdam hic comminiscitur nobis Scholiastes, more suo facit, id est, ineptit. Idem omnino munus Epitidae apud Virgilium AEneid. v.

At pater AEneas nondum certamine misso
Custodem ad sese comitemque impubis Iuli
Epitiden vocat, & fidam sic fatur ad aurem.

Delecti ad eam rem non nisi viri moribus & aetate graves. Parthenius Erot. VI. Ἕως ὅτε τροφεὺς αὐτῆς πρεσβύτης ἀνακρινθανόμενος κᾳ ἐπιγνοὺς τὸ πάθος, τῇ μὲν θαῤῥεῖν παρεκελεύσατο, ὡς ἢ βούληται ταύτῃ τοῦ πράγματος χορηγήσαντος. Apuleius Milef. x. *Et magnam domus cladem ratus indigere consilio pleniore, ad quemdam compertae gravitatis educatorem senem protinus refert.* Valerius Flaccus.

AEsonides fessum Phylace quem miserat aevo
Non iam operum in partem, monitus sed tradat ut acres.

AEschylo quoque Prometheo μνήμονες ἐριννύες dicuntur, quae paenarum terrore homines ad benefaciendum moneant.

2 Ἀλλὰ ληθάργῳ σφαλεὶς) Lethargus morbus notissimus. De eo ita Ser. Sammonicus.

Denique nonnumquam somno sic membra gravantur,
Vt coniungatur leto sopor altus acerbo.

Vide Celsum lib. XXIII. cap. XX. & Plinium lib. XXIV. cap. IX. Lycophron pro oblivione posuit, efficientem pro effecto.

3 Ὅταν πελασγὸν ἅλμα) Fertur Achilles tanto impetu in terram desiliisse, ut fontem isto suo saltu ederet. Id ipsum quatuor sequentibus versibus describit Lycophron. Meminit eius rei Euripides ἀνδρομάχῃ, & Iustinus Martyr in Orat. ad Graecos, his verbis. Αὐτὸς δὲ ὁ πηλιάδης ὁ ποταμὸν πηδήσας, τροίαν καταστρέψας, Ἕκτορα χειρωσάμενος, Πολυξένης ὁ ἥρως ὑμῶν δοῦλος ἦν, ὑπὸ Ἀμαζόνος νεκρᾶς νενίκητο. Vbi loci, ὁ ποταμὸν πηδήσας, vertendum erat, *qui fluvium saltu excitavit*. Et sane errant doctissimi viri Henr. Stephanus, & Frid. Sylburgius.

4 Ὀρχηστὴς ἄρης) Martem ὀρχηστὴν dici existimaverim, quia πυῤῥίχη erat ὄρχησις ἐνόπλιος, cui respondet Romanorum *bellicrepa saltatio*, quando cum armis saltabant, de qua est apud Festum, & Quintil. lib. I. cap. XII. De saltationum autem nominibus, ut & de generibus, dividiae inter auctores. Vide interpretem Sophoclis ad Aiacem, Aristophanis ad Nubes, Vlpianum ad Olynthiacam II & Iul. Pollucem lib. IV. cap. IV. Emendandus vero obiter Sophoclis interpres. Τῶν δὲ ὀρχήσεων ἡ μὲν βερεκυνθιακὴ λέγεται, ἡ δὲ κρητικὴ, ἡ δὲ πυῤῥίχη. Nam male legitur ἡ δὲ κρητικὴ, ἡ καὶ πυῤῥίχη; quod falsum; siquidem κρητικὴ erat Corybantiaca, sive Gnosia. πυῤῥίχη vero ἐνόπλιος. Poteris nihilominus ὀρχηστὴν interpretari τὸν ἀλλοπρόσαλλον. Aut ὀρχηστὴς Mars, quia in nuptiis Cadmi & Harmoniae filiae sine armis nudus saltavit. Nonnus Dionys. lib. v.

——— πατὴρ δ᾽ ὑπὸ χάρματι κούρης
Γυμνὸς ἄτερ σακέων ὠρχήσατο μείμιχος ἄρης.

De eadem illa verba Agathiae lib. II. Τροχάζειν τε ἀναγκάζων. κᾳ ὑπὲρ τὸν ἵππων ἐν κόσμῳ ἀναπάλλεσθαι, ἔς τε πυῤῥίχην τινὰ ἐνόπλιον περιδινεῖσθαι, κᾳ θαμὰ τῇ σάλπιγγι καταβομβοῦσι τὸ ἐνυάλιον ἐπηχήσῃ, &c. Elegantissime omnium depingit Madaurensis ille Apuleius Milef. x. *Puelli puellaeque virenti florentes aetatula, forma conspicui, veste nitidi, incessu gestuosi,*

Reciproco cruenta signa murice
Edens: palam omnis vasta tellus nunc iacet,
Horretque crebris ut seges novalium
Sicilicibus [a] corusca: luctuum mihi
Pinnis imago aures ab altis personat,
Covi ferescens omne pervolgans [b] fretum
A feminarum voce, scissis vestibus
Luctus sequaces mutuo capientium.
Sed illud illud te, o cor, infelix malum
Illud lacesset omnibus crudelius,
Vbi fremiscens [c] celibari caesius
Versam rapax sanqualis inscribens humum,
Vruoque lirans orbitam aufractu viae,
Bubulcus imporcitor ampli iugeri
Horrendum acutus ore clangorem ciens,
Fratrum tuorum filium carissimum
Ptoi parentis ex humo susum auferens,
Artus

[a] hastarum spiculis. Enn.
[b] solum.
[c] hasta. Festus.

Στρόμβῳ τὸν αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον 1.
Ἅπασα δὲ χθὼν πρυμμάτων δημευμένη
Κεῖται. πέφρικαν δ᾽ ὥστε λήϊον γύαι
Λόγχαις ἀποστίλβοντες 2. οἰμωγὴ δέ μοι
Ἐν ὠσὶ πύργων ἐξ ἄκρων ἰνδάλλεται
Πρὸς αἰθέρος κυροῦσα νηνέμους ἕδρας,
Γόῳ γυναικῶν καὶ καταρραγαῖ πέπλων,
Ἄλλην ἐπ᾽ ἄλλῃ συμφορὰν δεδεγμένων.
Ἐκεῖνο σ᾽ ὦ πάλαινα καρδία κακὸν
Ἐκεῖνο δάψει πημάτων ὑπέρτατον,
Εὖτ᾽ ἂν λαβράζων περκνὸς αἰχμητὴς χάρων
Πτεροῖσι. χέρσον αἰετὸς διαγράφων 3,
Ῥαιβῷ τυπωτὴν τόρμαν [a] ἀγκύλῳ βάσει,
(a) Λευρᾶς βοώτης γατομῶν δι᾽ αὔλακος.
Κλάζων τ᾽ ἄμικτον στόματι ῥιγίστην βοὴν,
Τὸν φίλτατόν σου τῶν ἀγαστόρων τρόφιν
Πτώου τε πατρὸς 4, ἁρπάσας μετάρσιον
Ὄνυξι

[a] al. ἀγκύλῃ.

Graecanicam saltantes pyrrhicham, dispositis ordinationibus decoros ambitus inerrabant: nunc in orbe rotarum flexuosi: nunc in obliquam seriem connexi: & in quadratum patorem cuneati, & in catervae dissidium separati. At ubi discursus reciproci multimodas ambages tubae terminatis cantus explicuit, aulaeo subducto & complicitis sipariis, Paridis scena disponitur, &c. Fuit etiam *Troia* nominitata. Virgilius AEneid. lib. v.

Troiaque nunc pueri Troianum dicitur agmen:

Servius. *Ludus ipse quem vulgo Pyrrhicham adpellant, Troia vocatur*. Festus. *Troia, & regio Priami, & lusus puerorum equestris dicitur*. Euripides quoque Andromacha τρωϊκὸν πήδημα adpellat. (b)

1 Στρόμβῳ τὸν αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον) Notum est veteres ignoto tubarum usu conchis uti consuevisse. Hesychius. Κόχλοις τοῖς θαλαττίοις ἐχρῶντο πρὸ τῆς τῶν σαλπίγγων εὑρέσεως, ita emendo; nam male antea Κόχλος, τοῖς θ. Hinc Theocritus Διοσκ.

Ἦ ῥ᾽ Ἄμυκος, καὶ κόχλον ἑλὼν μυκάσατο κοῖλον.
Οἱ δὲ θοῶς συνάγερθεν ὑπὸ σκιερᾶς πλατανίστου
Κόχλῳ φυσαθέντος. ——

Virgilius.

Sed tum forte cava quum personat aequora concha.

Ovidius.

Caeruleum Tritona vocat, conchaque sonanti
Inspirare iubet, fluctusque & flumina signo
Iam revocare dato. ——

Tertulliano hinc lucem do lib. de Pallio. *Adhuc maris conchae & buccinae peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare etiam ardua fluitasse*. Huc referendum etiam Theognidis aenigma illud priscum conchae in militia usum exprimens.

Ἤδη γάρ με κέκληκε θαλάσσιος οἴκαδε νεκρὸς
Τεθνηκὼς ζωῷ φθεγγόμενος στόματι.

2 Πέφρικαν δ᾽ ὥστε λήϊον γύαι λόγχαις ἀποστίλβοντες) Eodem modo Ennius Annal. libro VIII.

—— *stant potuere campei.*
*
Hastatei spargunt hastas, fit ferreus imber.
*
Densantur campis horrentia tela virorum.
* *
Horret ager, campeique armis subleimibus ardent.

Quod ait,

—— *fit ferreus imber.*

Simile illud Ennodii in Panegyrico. *Si coelum lancearum imber obtegeret*, &c. Focas *saxeum imbrem*. Lycophron χερμάδων ἐπομβρίαν supra eodem modo dixit. Huc pertinent illa Lactantii lib. I. cap. XI. *Finxerunt eum aureo imbre delapsum: eadem figura, qua imbres ferreos dicunt, quum multitudinem telorum sagittarumque describunt*.

3 Πτεροῖσι χέρσον αἰετὸς διαγράφων) Simili phrasi dixit Virgilius AEneid. lib. I.

— *versa pulvis inscribitur hasta.*

Nonnus Dionys. lib. III.

Ἰδαίην ἀροτῆρι διαγράψας κόνιν ὁλκῷ.

Plautus.

Corpus tuum virgis ulmeis inscribam.

Achillem vero mortui Hectoris corpus currui adligatum circumvectantem eleganter aquilam vocat, adludens ad veterum consuetudinem, qui reges & viros principes post mortem ab aquila vehi fingebant. Artemidorus lib. II. cap. XX. Ὀχεῖσθαι ἀετῷ βασιλεῦσι μὲν, καὶ μεγιστᾶσι, καὶ πλουσίοις ἀνδράσιν ὄλεθρον μαντεύεται. ἔθος γὰρ παλαιὸν ἀποθνήσκοντας τούτους πλάσσειν τε καὶ γράφειν ἐπ᾽ αὐτῶν ὀχουμένους, καὶ διὰ τῶν τοιούτων δημιουργημάτων τιμᾶν. Hinc forte nata Romanorum consuetudo, qui cremato Imperatoris corpore aquilam emittebant, quae in caelum animam principis deferre credebatur. Qua de re est apud Herodianum lib. IV. Postea ait:

Λευρᾶς βοώτης γατομῶν δι᾽ αὔλακος.

Similiter Sat. I. Iuvenalis de malefico per arenam tracto.

Et latum media sulcum deducit arena.

4 Πτώου τε πατρὸς) Apollinis Hector, non Priami, putatus quibusdam. Homeri Scholiastes Iliad. tertio. Πορφύριος ἐν τοῖς παραλελειμμένοις φησὶν ὅτι τὸν ἕκτορα Ἀπόλλωνος υἱὸν παρα-

(a) Hic versus male infra ponitur, hoc loco erat ponendus, quod nos facimus monente Cl. Vir. Ios. Scaligero. *Meursius.*

(b) Consule *Meursii* Orchestram.

Ὄνυξι, γαμφηλῆσι θ' αἱμάσσων δέμας,	Artus cruentans ungue & immani gena,	
Ἔγχωρα τίφη κ̀ πέδον χραίνη φόνῳ	Tifata ᵃ patria tabo & arua polluet,	ᵃ ilicena. Fest.
Λαβὼν δὲ ταύρυ τῦ πεφασμένυ δάνος 1,	Et libripens trionis occisi stipem	
ᵃ al. ἠρτυμένον. Σκέθρῳ ταλάντῳ τρυτάνης ᵃ ἠρτυμένον 2.	Ferens ᵇ aginae examinatam lancibus,	ᵇ in qua se vertit trutina. Fest.
Αὖθις τὸν ἀντίποινον ἐκχέας ἴσον	Et rursum aequipondium redhostiens	
Πακτώλιον σαθμοῖσι τηλαυγῆ μύδρον,	Rodi ᶜ micantis in statera auraria,	ᶜ massae.
Κρατῆρα βάκχυ δύσεται 3 κεκλαυσμένος	Bacchi iacebit funeratus amphora,	
Νύμφαισιν, αἳ φίλαντο βηφύρυ γάνος 4,	Fletusque Nymphis inquilinis Bephyri	
ᵇ al. λίβηθρίας. Λειβηθρίην ᵇ θ' ὕπερθε πιμπλείας σκοπὴν,	Superque Pimpleam petrae Libethriae,	
Ὁ νεκροπέρνας, ὃς προδειμαίνων πότμον 5,	Cadaverum propola, qui fatum tremens	
Καὶ θῆλυν ἀμφὶ σῶμα τλήσεται πέπλον	Effeminatam corpori pallam induet,	
Δῦναι, παρ' ἱσοῖς κερκίδος ψαύσας κρότων,	Insilia tractans staminumque insubulos:	
Καὶ	Tan-	

παραδιδῶσιν ἴβυκος, ἀλέξανδρος, εὐφορίων κ̀ λυκόφρων. Forte ea ratione Apollinis filius dictus Hector, qua a veteribus heroes omnes Deorum filii nuncupabantur. Hierocles in Comment. ad χρυσᾶ ἔπη Pythagorae. Θεῶν παῖδες οἱ ἥρωες εἰκότως ἐπευφημῆνται, ὐκ ἐκ θνητῆς ὐσίας αὐτοὶ γινόμενοι, ἀλλ' ἐκ τῆς μονοειδῦς αὐτῶν αἰτίας προϊόντες, οἷον φῶς τῇ ὐσίᾳ τῦ φωτεινῦ σώματος σύνδρομον. Emendabis vero obiter Etymologicum, ubi male legitur τ̃ φιλτάτων, quod ab doctissimo Sylburgio non animadversum.

A

1 Λαβὼν ἣ ταύρυ τῦ πεφασμένυ δάνος) Veteres pecoribus pro pecunia utebantur. Homeri Scholiastes Iliad. φ'. Οἱ παλαιοὶ πρὶν ἐπινοηθῆ τὰ νομίσματα, τὰς συναλλαγὰς ἐποιῦντο διὰ τῶν τετραπόδων. Quod ipsum tradit etiam Plutarchus Theseo. De Hectoris redemtione vide Homerum Iliad. ώ. & Theonis Sophistae παραδείγματα. Meminit quoque Theoph. Simocatus in epist. quadam. Ἠδέσθη κ̀ πρίαμον ὁ τ̃ θέτιδος παῖς. κ̀ πολιὰν γὰρ ἐχθρῶν ὁ τῦ πηλέως ἠσχύνετο, κ̀ δίδωσι τῷ πατρὶ τεθνηκότα τὸν παῖδα, δυσυχεσάτῳ φιλοτιμέμενος δώρῳ τὸν πριάμον.

B

2 Σκέθρῳ ταλάντῳ τρυτάνης ἠρτημένυ) Ita solebant veteres. Homeri Schol. Iliad. ν'. Μηδέπω νομισμάτων ὑπαρχόντων, σαθμῷ ἐδάνειζον οἱ ἀρχαῖοι χρυσίον κ̀ ἀργύριον, κ̀ τὰ παραπλήσια. Idem mos Romanis priscis. AEl. Donatus Phorm. Act. 1. Sc. 1. *Vnciatim. Quum expensa pecunia ferretur more veterum, non, ut nunc, adnumeraretur.* Persii interpres vetus Sat. II. *Solebat (aes) pensari potius, quam numerari.* Festus. *AEs pensantes expendebant, non adnumerabant.* Isidorus Orig. lib. x. *Prius qui dabant pecuniam, non numerabant eam, sed adpendebant.* Ea propter trutina in aede Saturni posita fuit, moris antiqui vestigium. Varro de L. L. lib. xv. *Per trutinam solvi solitum, vestigium etiam nunc manet in aede Saturni, quod ea etiam nunc propter pensuram trutinam habet positam.*

C

3 Κρατῆρα βάκχυ δύσεται) Homeri Scholiastes Iliad. ψ' Διόνυσος ἥφαισον γινόμενον ἐν νάξῳ μιᾷ τ̃ κυκλάδων ξενίσας, ἔλαβε παρ' αὐτῦ δῶρον χρύσεον ἀμφορέα. διωχθεὶς ἣ ὕσερον ὑπὸ λυκύργυ, κ̀ καταφυγὼν εἰς θάλασσαν, φιλοφρόνως αὐτὸν ὑποδεξαμένης θέτιδος, ἔδωκεν αὐτῇ τὸν ἀμφορέα. ἡ ἣ τῷ παιδὶ ἐχαρίσατο, ὅπως μετὰ θάνατον ἐν αὐτῷ ἀποτεθῇ ὀςᾶ αὐτῦ. Quae verba optime hunc Lycophronis locum exponunt.

D

4 Νύμφαισιν αἱ φίλαντο βηφύρυ γάνος) Nymphas amare Bephyri fluenta ait, quia eae fluminum omnium praesides credebantur. Servius Eclog. 1. *Omnibus aquis Nymphae sunt praesidentes.* Vide Porphyrium lib. de Nympharum antro. Itaque quicumque fluvium transituri, eum adorabant, & manus lavabant. Hesiodus lib. II.

E

> Μηδέ ποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίρροον ὕδωρ
> Ποσσὶ περᾶν, πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα,
> Χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ.

Militares copiae sacrificabant, atque id vocabant θύειν τὰ διαβατήρια.

5 Ὃς προδειμαίνων πότμον) Historiam quam Lycophron innuit, narrat Homeri interpres Iliad. ά. Λέγεται τὴν θέτιν παρὰ διὸς μαθῦν περὶ ἀχιλλέως, ὅτι εἰ μὲν μένῃ ἐν τῇ φθίᾳ μὴ συμπλεύσας ἕλλησιν εἰς τὴν ἴλιον, πολλὴ μὲν ἔσαι αὐτῷ ζωὴ, ἄδοξος δέ. εἰ δὲ συνέλθοι αὐτοῖς, ἔσαι ὀλιγοχρόνιος μὲν, ἀλλ' ἀοίδιμος κ̀ εὐκλεής. ὅθεν ὡς προειδυῖα ἡ θέτις τῦτο, ἣν αὐτὸν παραθεμένη εἰς τὸν λυκομήδυς παρθενῶνα ὡς κόρην ἐν τῇ σκύρῳ. Philostratus iunior in Imaginibus. Τὸ γὰρ τοι μοιρῶν ἐπὶ τῷ παιδὶ δόγμα παρὰ τῦ πατρὸς Νηρέως ἡ θέτις μαθῦσα, κ̀ ὡς ἐπ' ἄμφω πεπρωμένον αὐτῷ εἴη, ἢ ζῆν ἀκλεῶς, ἢ εὐκλεῆ γινόμενον τάχιςα τελευτᾶν, ἀπόθετος αὐτῇ ὁ παῖς ξὺν ταῖς λευκομήδυς θυγατράσιν ἐν σκύρῳ κρύπτεται, κόρη μὲν εἶναι δοκῶν ταῖς ἄλλαις. Tertullianus lib. de Pallio. *Naturam concussit Larissaeus heros in virginem mutando ille ferarum medullis educatus, unde & nominis concilium.* Apud Statium Papinium in Achilleide sic Scyrum adloquitur Thetis.

> *Cara mihi tellus, magnae cui pignora curae*
> *Depositumque ingens timido commisimus astu,*
> *Sis felix, taceasque precor quo more tacebat*
> *Creta Rheae, te longus honos aeternaque cingent*
> *Templa.* ———

Et quae sequuntur. Horatius Carm. lib. I. Od. VIII.

> *Quid latet, ut marinae*
> *Filium dicunt Thetidis sub lacrimosa Troiae*
> *Funera, ne virilis*
> *Cultus in caedem & Lycias proriperet catervas.*

Theon in Paradigm. Ὁ δὲ γυναῖος ἀχιλλεὺς πολλὰ φράσας χαίρειν ὅπλοις, κ̀ τῇ δόξῃ τῦ πατρὸς εἰς σκῦρον καταφεύγει, κ̀ εἰς παρθενῶνα καθέδυ, κ̀ τὴν φύσιν ἔκρυψε τῷ σχήματι, κόρη δοκεῖν εἶναι βυλόμενος. Vide etiam Hygini Fab. XCVI. Apollodorum lib. III. Ioan. Tzetzen Chil. IV. Hist. XVI. Philostratus ἡρωϊκοῖς commentitium existimat.

Tanget supremus [a] vinciam hostilem pede,
Te, frater, unum vel pavens in somniis.
Qualem heu rues, Fortuna, luctantem domus,
Patriae caducae subtrahens tibicinem.
Non absque lacrimis atque lesso riserit
Impune latro Doriensium exercitus
Vitulans ovanter morte confecti viri:
Sed circa puppes ultimo [b] aucto spiritus
Excurso, amaris ignibus cremabitur,
Iovem Fugalem plurima incalans prece
Amara fata concremato avertere.
Nec adger, aut navale propugnaculum,
Nec crebrisurus pluteus, atque scansilis
Non iuverit lorica, non pinnarum opus,
Sed fumo ut [c] axe conglobatae apiculae,
Vaporis aura, torriumque verbere:
E puppe rostrisque atque rostrorum foris
Cre-

[a] terram. Fest.
[b] spatio.

Καὶ λοῖσθος [a] εἰς γῆν δυσμενῶν ῥίψας πόδα,
Τὸ σὸν ξύναιμε κἂν ὕπνῳ πτήσσων δόρυ.
Ὦ δαῖμον, οἷον κίον᾽ ἀϊστώσεις δόμων 1,
Ἔρεισμα πάτρας δυστυχοῦς ὑποσπάσας,
Οὐμὴν ἀνατεὶ [b] γ᾽, οὐδ᾽ ἄνευ μόχθων πικρῶν,
Πένθους θ᾽ ὁ λῃστὴς δωριεὺς γελᾷ στρατὸς,
Ἐπεγκαχάζων [c] τοῦ δεδουπότος μόρῳ,
Ἀλλ᾽ ἀμφὶ πρύμναις τὴν πανυστάτην δραμὼν
Πεύκαις βίου βαλαίδα συμφλεχθήσεται,
Καλῶν ἐπ᾽ εὐχαῖς πλεῖστα φύξιον δία 2
Πορθουμένοισι κῆρας ἀρκέσαι πικράς.
Τότ᾽ οὔτε τάφρος, οὔτε ναυλόχων σταθμῶν
Πρόβλημα, καὶ σταυροῖσι κορσωτὴ πτέρυξ 3,
Οὐ [d] γεῖσσα χραισμήσουσιν, οὐδ᾽ ἐπάλξιες,
Ἀλλ᾽ ὡς μέλισσαι συμπεφυρμέναι καπνῷ 4
Καὶ λιγνύος ῥιπαῖσι καὶ γρουνῶν βολαῖς
Ἄφλαστα καὶ κόρυμβα καὶ κλήδων θρόνους
Πυκνοὶ

[a] al. ἐς.
[b] al. δ᾽.
[c] al. ἐπεγκαγχάζων.
[d] al. γεῖσα.

---

1 Οἷον κίον᾽ ἀϊστώσεις δόμων) Hectorem κίονα vocat eleganter Poeta noster.

Στύλοι γὰρ οἴκων παῖδές εἰσιν ἄρσενες.

Vt ait Euripides. Inde Apuleium illustro dicentem, *Decumo iam partu viri fundavit familiam*. Huc pertinent Artemidori illa lib. II. cap. X. Κίονες δὲ καθαρῷ πυρὶ καιόμενοι, καὶ μὴ διαφθειρόμενοι, τὰ τέκνα σημαίνουσι τοῦ ἰδόντος ἐπὶ τὸ βελτίον καὶ λαμπρότερον μεταβῆναι. οἱ δὲ συντριβόμενοι υἱῶν ὄλεθρον σημαίνουσι. Afranius in Privigno etiam mulierem *firmamentum* adpellat simillimo modo.

Vxorem quaeris firmamentum familiae,
Scias abesse ab iis lustris ingenium procul.

Lycophronis hunc locum respexisse videtur Pindarus Olympion. Od. II. cum inquit.

Ἀχιλλέα τ᾽ ἔνεικ᾽ ἐπεὶ
Ζηνὸς ἦτορ λιταῖς ἔπεισε μάτηρ.
Ὃς ἕκτορ᾽ ἔσφαλε τροίας
Ἄμαχον ἀστραβῆ κίο-
να. ——

Simili modo in Cantico Canticorum angeli columnae nuncupantur. Mox vocat Hectorem ἔρεισμα πάτρας, quemadmodum Pindarus saepe victores suos. Cur autem homines columnae adsimilentur haec est causa. In aedibus prisci aevi erant effigies, quae columnas earum fulcirent, ut auctor est Vitruvius: eae a Graecis ἄτλαντες, a Latinis *Telamones* dictae fuerunt: Nuncupabantur autem isti telamones gibbosi, *quod ita fierent* (ut ait Servius) *ut gibbosos imitentur, dum onera sustinent*. Martialis hinc est capiendus.

—— *ridetur Atlas cum compare gibbo.*

Ait vero Vitruvius ἄτλαντας Latini *Telamones* dici, quod ab Ennio profectum docet Servius lib. I. AEneid. Vel potest eius adsimilationis haec caussa videri, quod olim columnas pro simulacris ponere consueverint. Clemens Strom. I. Πρὶν γ᾽ οὖν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις, κίονας ἱστάντες οἱ παλαιοὶ ἔσεβον τούτους ὡς ἀφιδρύματα τοῦ θεοῦ.

2 Καλῶν ἐπ᾽ εὐχαῖς πλεῖστα φύξιον δία) Adpellat φύξιον δία, qui aliter ἀποτρόπαιος, Latinis *Averruncus*, & *Prodigialis*. Et *Averrunci* dii omnes. Glossae. Θεὸς ἀποτρόπαιος. *Auruncus*. Lege *Averruncus*, cum Scriverio. *Deos depellentes* dixit Persius Sat. V. & *Deos avertentes* Tarquinius apud Macrob. lib. III. cap. XX. Adposite autem Iovem praedicit invocandum Graecorum exercitui, quippe cui etiam post reportatam victoriam simulacrum statuebant, ut est apud Scholiasten Euripidis Phoenissis.

3 Καὶ σταυροῖσι κορσωτὴ πτέρυξ) Palos hos *cervos* Romani adpellabant. Solebant vero illos castris ad munitionem praefigere. Meminit eorum Virgilius in eclogis.

Atque humiles habitare casas, & figere cervos.

Tibullus lib. IV.

Nam te non alius belli tenet aptius artes,
Qua deceat tutam castris praeducere fossam,
Qualiter adversos hosti defigere cervos,
Quemve locum ducto melius sit claudere vallo.

Mentio eorum etiam apud Iulium Caesarem Commentariis de Bellis Civili & Gallico.

4 Ὡς μέλισσαι συμπεφυρμέναι καπνῷ) Apes terreri fumo sciunt ii qui alvearia curant. Virgilius Georg. lib. IV.

—— *fumosque manu praetende sequaces.*

Inde ait Quintilianus Declamat. XIII. de apibus veneno enectis loquens. *Hoc tu damnum intelligis, hoc veneno vindicas, quod mehercule inhumane etiam fumo prohibuisses?* Apollonius lib. II.

Ὡς δὲ μελισσάων σμῆνος μέγα μηλοβοτῆρες
Ἠὲ μελισσοκόμοι πέτρῃ ἔνι καπνιόωσιν,
Αἱ δή τοι τέως μὲν ἀολλέες ᾧ ἔνι σίμβλῳ
Βομβηδὸν κλονέονται, ἐπιπρὸ δὲ λιγνυόεντι
Καπνῷ τυφόμεναι πέτρης ἑκὰς ἀΐσσουσιν.

Huc pertinet illa Vlpiani lib. IX. Disputation. *Si quis fumo facto apes alienas fugaverit, vel etiam necaverit, magis caussam mortis praestitisse videtur quam occidisse, & ideo id in factum actione tenebitur*. Dicebantur autem apud veteres Graecos (libet enim hoc nunc dicere, quia in id vocabulum incidi) μέλισσαι etiam animae. Porphyrius lib. de Nymphar. antro. Καὶ ἔτι γε μᾶλλον νύμφαις ταῖς ψύχαις, ἃς ἰδίως μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, ἡδονῆς οὔσας ἐργαστικάς. ὅθεν καὶ ὁ σοφοκλῆς οὐκ ἀνοικείως ἐπὶ τῶν ψυχῶν ἔφη. βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος, ἔρχεταί τ᾽ ἄλλη. Sic vicissim Quintilianus apes *Animas* vocat loco citato. *Animum meum extinctae unius horae momento tot animae movent, quod perierunt de me bene meritae.*

Πυκνοὶ κυβιστητῆρες ἐξ ἑδωλίων
Πηδῶντες αἱμάξουσιν ὀθνείαν κόνιν.
Πολλοὺς δ' ἀριστεῖς πρωτολεῖα θ' Ἑλλάδος
Αἰχμῇ φέροντας, κ᾽ σποραῖς ὠγκωμένους,
Αἱ σαὶ καταξανοῦσιν [a] ὄβριμοι χέρες,
Φονῷ [b] βλύουσαι κἀτιμαιμῶσαι μάχης.
Ἐγὼ δὲ πένθος οὐχὶ μεῖον οἴσομαι
Τὰς σὰς στένουσα κ᾽ δι' αἰῶνος ταφάς.
Οἰκτρὸν γὰρ οἰκτρὸν κεῖν' ἐπόψομαι φάος,
Καὶ πημάτων ὕψιστον, ὧν κράντης χρόνος
Μήνης ἡλίσσων κύκλον 1 αὐδηθήσεται.
Αἲ αἲ στενάζω κ᾽ σὸν εὔγλαγον θάλος,
Ὦ σκύμνε τερπνὸν ἐναγκάλισμα συγγόνων.
Ὃς τάγριον δράκοντα πυρφόρῳ βαλὼν
Ἴυγγι τόξων 2, τὸν τυπέντα δ' ἐν βρόχοις
Μάρψας ἀφύκτοις βαιὸν ἀστεργῆ χρόνον,
Πρὸς τοῦ δαμέντος 3 αὐτὸς οὐ τετρωμένος
Καρατομηθεὶς, τύμβον αἱμάξεις πατρός.
Οἴμοι δυσαίων, κ᾽ διπλᾶς ἀηδόνας,
Καὶ σὸν τάλαινα πότμον αἰάζω σκύλαξ.
Ὧν τὴν μὲν, αὐτόπρεμνον ἠτοκὰς κόνις
Χανοῦσα [c] χασμῷ χέσεται διασφάγος,
Λεύσσουσαν ἄτην ἀγχίτυον στεναγμάτων.
Ἵν' ἄλμα πάππου 4, κ᾽ χαμευνάδος μόροι
Τῆς λαθρονύμφου πόρτιος μεμιγμένοι
Σκύμνῳ κέχυνται, πρὶν λαφύξασθαι γάνος.
Πρὶν ἐκ λοχείας γυῖα χυτλῶσαι δρόσῳ 5.
Σε

[a] al. ὀμβριμοι. [b] al. βρύουσαι. [c] al. κευθμῷ.

Crebri petauristae & sedilibus suis
Saltu peregrinam cruentabunt humum.
Procosque multos Graeciae palmarium
Hasta ferentes, inclutos prosapia,
Tuae feroces morte mactabunt manus
Tabe cruentae, amore belli asperrimae.
Sed ipsa luctum non minorem perferam,
Tuo per omne maesta tempus funere.
Nam dira mi illa dira lucescet dies,
Gravissimusque luctuum, anni quos senes
Circum [a] rotantes Noctilucae viderint.
Heu heu gemendus & mihi flos est tuus,
O pulle, dulcis heu parentum sarcina,
Amore saevum qui draconem saucians
Et illice igni, sauciumque compede
Grata coercens tempus ingratum breve,
A saucio non ipse saucius tamen,
Truncatus aram tu cruentabis patris.
Heu me misellam, & par benignum virginum,
Tuumque bruta conqueror fatum canis:
Quarum sororem terra nutrix alteram
Hiulca devorabit infero specu,
Adulta proxime intuentem incommoda,
Qua late avitus lucus & bustum lupae
Iacet sepultae adulterae cum filio,
Priusquam opem mulgeret infans lacteam,
Et obstetricis rore corpus tingeret.
Sed

[a] circulum.

---

1 Μήνης ἑλίσσων κύκλον) Veteres ad lunae cursum menstruum tempus metiri solitos innuit hoc loco Lycophron, quod notum ex Aristophanis Nicandrique interpretibus, & Censorino. Item Macrobio Saturnal. lib. I. cap. XVI. Theodoretus de Provid. Serm. I. Τοῦ δὲ μηνὸς ἐκ τῆς σελήνης τὸ μέτρον λαμβάνομεν, ἐντεῦθεν γὰρ κ᾽ τῆς προσηγορίας μετέλαχεν. μήνην γὰρ ὀνομάζουσι τὴν σελήνην.

2 Πυρφόρῳ βαλὼν ἴυγγι τόξων) Eleganter sagittas tribuit Troilo amasio Achillis, nam etiam hominis forma amantem laedit, unde & Cupidini tela adfingunt poetae. Xenophon συμπ. ά. Ἴσως δὲ κ᾽ οἱ ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι κ᾽ πόῤῥωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσι. Phurnutus. Τοξότης δὲ (ὁ ἔρως ἐστὶ) ἐπεὶ πληγῇ τινι ὅμοιον ἀπὸ τῆς προσόψεως οἱ ἁλισκόμενοι αὐτῷ πάσχουσιν. Aristaenetus lib. I. Ὁ ἔρως οὐ μετρίως ἐνέτεινε τὴν νευρὰν, ὅτε κ᾽ τερπνὴ πέφυκεν ἡ τοξεία, ἀλλ' ὅσον εἶχεν ἰσχύος προσελκύσας τὰ τόξα, σφοδρότατα διεφῆκε τὸ βέλος. Vide Moschi ἔρωτα δραπέτην.

3 Πρὸς τοῦ δαμέντος) Hesiodus in Thegonia de Amore.

—— πάντων ἀνθρώπων
Δάμναται ἐν στήθεσσι νόον κ᾽ ἐπίφρονα βουλήν.

Musaeus.

Ἄνδρα γὰρ αἰολόμητις ἔρως βελέεσσι δαμάσσῃ,
Καὶ πάλιν ἀνέρος ἕλκος ἀκέσσεται. οἶσι δ' ἀνάσσει
Αὐτὸς ὁ πανδαμάτωρ βουληφόρος ἐστὶ βροτοῖσιν (a).

4 Ἵν' ἄλμα πάππου) Illud.

Ἐν πεδίῳ Σιμόεντος. ——

Fuisse canit Theocritus χάρισι. Meminit eiusdem Val. Flaccus lib. I.

Littoraque & veteres tumulos praelabitur Ili.

Homeri Iliad. XI.

Καὶ πρώτη μὲν ἡ ἐπὶ Ἴλου σήματι μάχη.

Item.

Οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα παλαιοῦ Δαρδανίδαο
Μέσσον κατπεδίον, &c.

Elegans locus Strabonis lib. XIII. Εἰκὸς δὲ διὰ τοῦτο ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ τεθάφθαι αὐτὸν (τὸν Ἴλον) ὅτι πρῶτος ἐθάῤῥησεν ἐν τοῖς πεδίοις θέσθαι τὴν ἐποικίαν. Emendabis vero Etymologicum, in quo pessime legitur.

Ἵν' ἄλμα πομποῦ κ᾽ χαμευνίδος διπλοῦν.

Verbis sensum nullum habentibus.

5 Πρὶν ἐκ λοχείας γυῖα χυτλῶσαι δρόσῳ) Solebant quondam partum e matris utero prodeuntem aqua abluere. Moris eius quoque apud Callimachum vestigium, hymno in Iovem.

Ἔνθα σ' ἐπεὶ μήτηρ μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων,
Αὐτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος ᾧ κε τόκοιο
Λύματα χυτλώσαιτο, τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι.

Item hymno in Delum.

—— οἶδα κ᾽ ἄλλας
Λυσαμένας ἐτ' ἐμεῖο λεχωΐδας.

Ita malim legere, quam ἀπ' ἐμεῖο. Apud Lucianum quoque τραγοποδάγρᾳ.

Ὅτε γὰρ λαγόνων σε τεκοῦσα
Μοῖρα, Κλωθὼ τοτ' ἔλουσεν.

Ennius Andromeda apud Nonium in Lavit. *Nam ubi introducta est, puerumque, ut lavent, locant in clipeo.* Apollonius lib. II. de Tibarenis agens.

—— ταὶ δ' αὖ κομέουσιν ἐδωδῇ
Ἀνέρας, ἠδὲ λοετρὰ λεχώϊα τοῖσι πένονται.

Nam hinc petenda ei loco lux. Vides etiam hanc consuetudinem apud Aristotelem lib. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. cuius ea sunt verba. Αἱ γυναῖκες ἅμα ἐργαζόμεναι τίκτουσι, κ᾽ τὸ παιδίον ὕδατι περικλύσασαι, παραχρῆμα σκάπτουσι καὶ σκάλλουσι, κ᾽ τἄλλα οἰκονομοῦσιν ἃ μὴ τικτούσαις ἦν πρακτέον. Apollonii tamen locum etiam ad puerperarum ablutionem poteris referre. Vas in

(a) Propertius:
Acer Amor Deus est, fortes domat ille leaenas.

Sed cruda te ad sponsalia & connubii
Sacra admovebit durus Iphidis leo,
Atrae parentis aemulatus februa.
Namque in capacis ventre mactans naviae
Bovem infulatam draco ª cupencus impius,
Iugulae tripatris caedet hanc clunaculo ᵇ,
Prio-

ª mactator. ᵇ cultro. Fest.

Σὲ δ' ὠμὰ πρὸς νυμφεῖα 1 καὶ γαμηλίως
Ἄξει θυηλὰς 2 στυγνὸς Ἴφιδος λέων,
Μητρὸς κελαινῆς χέρνιβας μιμούμενος,
Ἣν ἐς βαθεῖαν λαιμίσας ποιμανδρίαν
Στεφηφόρον ª βοῦν 3 δεινὸς ἀρταμὸς δράκων
Ῥαίσει τριπάτρῳ φασγάνῳ κανδάονος 4,
Λύ-

ª al. στεφηφόρον.

in quo abluebantur Latinis *Labrum*, *Labellum*, & *Alveum* adpellatum. Isidorus Orig. lib. xx. cap. vi. *Labrum vocatum, eo quod in eo lavationem solitum est fieri infantum, cuius diminutum Labellum. Idem & Alveum, quod in eo ablutionem fieri solitum sit.*

1 Σὲ δ' ὠμὰ πρὸς νυμφεῖα) Polyxenae immolationem a Neoptolemo ad Achillis tumulum factam attingit, quam vide apud Ovidium Met. lib. xiii. Senecam Troade, & Dictyn libro ultimo. A quibus dissentit Philostratus ἡρωϊκοῖς ita narrans. Λέγεται ἡ Πολυξένη φευγουσῶν ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῶν τρωάδων, καὶ τῶν τρώων ἐσκεδασμένων, οὐδὲ γὰρ τὸ πτῶμα τοῦ Ἀχιλλέως ἀδεῶς ἤνεγκαν, αὐτομολίᾳ χρήσασθαι καὶ φυγεῖν εἰς τὸ ἑλληνικόν. ἀναχθεῖσά τε τῷ Ἀγαμέμνονι ζῆν μὲν ἐν κομιδῇ λαμπρᾷ τε καὶ σώφρονι, καθάπερ ἐν πατρὸς οἰκίᾳ. τριταίου ἤδη κειμένου τοῦ νεκροῦ δραμεῖν ἐπὶ τὸ σῆμα ἐν νυκτὶ, ξίφει τε αὐτὴν ἐπικλῖναι πολλὰ εἰποῦσαν ἐλεεινὰ καὶ γαμικά. ὅτε δὴ καὶ δεῖσθαι τοῦ Ἀχιλλέως ἐραστήν τε μεῖναι, καὶ ἀγάγεσθαι αὐτὴν μὴ ψευσαμένην τὸν γάμον.

2 Γαμηλίως θυηλὰς) Veteribus ante nuptias sacrificare moris fuit. Polyaenus lib. iv. Ταύτην (Νικαίαν) Ἀντίγονος τοῦ τῷ υἱῷ Δημητρίῳ μνηστεύεται. ἡ δὴ ἀσμένη μειρακίῳ βασιλεῖ καὶ πρὸς γάμον αὐτὴν ἐπέδωκεν. ἦν θυσία μεγαλοπρεπὴς, πανήγυρις ἑλληνική. Terentii Phorm. Act. iv. Sc. iv.

Ducenda est uxor, ut ais: concedo tibi
Spatium quidem adparandis nuptiis,
Vocandi sacrificandi dabitur paululum.

Theophrastus ἠθ. Χαρακτ. cap. περὶ ἀνελευθερίας. Καὶ ἐκδιδοὺς ἑαυτοῦ θυγατέρα, τοῦ μὲν ἱερείου πλὴν τῶν ἱερέων τὰ κρέα ἀποδίδοσθαι. Pausanias. Τυνδάρεως θύσας τὸν ἵππον τοὺς Ἑλένης ἐξόρκου μνηστῆρας ἱστὰς ἐπὶ τοῦ ἵππου τῶν τομίων. Dicebatur autem id sacrificium προγάμεια, γαμηλία, & προτέλεια. Vide praeter poetarum interpretes, Iul. Pollucem lib. iii. cap. iii. Lycophron γαμηλίως θυηλὰς nuncupat. Fiebat vero Iunoni, Veneri, & Gratiis. Etymologici auctor. Γαμηλία, ἡ εἰς τοὺς φράτορας διδομένη ἐγγραφὴ, καὶ εἰσαγωγὴ ἐπὶ γάμοις, ἣν ὠνόμασαν καὶ κουρεῶτιν. οἱ δέ φασι γαμηλίαν θυσίαν, ἣν ἔθυον τοῖς δημόταις οἱ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφόμενοι, καὶ μέλλοντες γαμεῖν ἐγίνετο δὲ ἡ θυσία τῇ ἥρᾳ καὶ ἀφροδίτῃ, καὶ χάρισι. Ait vero, Γαμηλία, ἡ εἰς τοὺς φράτορας διδομένη ἐγγραφή. Ita nimirum apud oratores intelligi debet, apud quos non una huius vocis notio Harpocration. Ἐν μὲν τοῖς Ἰσαίου ὑπομνήμασί φησιν εἶναι τὴν γαμηλίαν τοῖς φράτορσιν ἐπιγάμοις διδομένην. παρατιθέμενος λέξιν φανοδήμου, ἐν ᾗ οὐδὲν τοιοῦτον γέγραπται. ἐν δὲ τοῖς εἰς δημοσθένην, ὁ αὐτὸς πάλιν γαμηλίαν φησὶν εἶναι τὴν εἰς τοὺς φράτορας εἰσαγωγὴν τῶν γυναικῶν, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν τῆς ἐξηγήσεως παρατιθέμενος. Sed ad sacrificia nuptialia revertor. Etiam Romanis moris fuit ante matrimonii copulationem sacrificare, ut & in divortio, eorumque *Confarreatio* atque *Diffarreatio* notae antiquitatis studiosis: apud quos etiam *Sponsus* & *Sponsa* dicebantur, quod σπονδὰς interpositis rebus divinis facerent, teste Festo; Iphidem vero cuius hic mentio, Helenae & Thesei filiam memorat ex Euphorione idem Etymologici auctor.

3 Στεφηφόρον βοῦν) Vittatae antiquitus tam hostiae quam sacerdotes teste Emporio. Hinc apud Virgilium AEneid. ii. Sinon.

Iamque infanda dies aderat, mihi sacra parari,
Et salsae fruges, & circum tempora vittae.

Et infra.

——— *vittaeque Deum, quas hostia gessi.*

Ovidius Metamorph. lib. xv.

Victima labe carens, & praestantissima forma,
Nam placuisse nocet, vittis insignis & auro
Sistitur ante aras. ———

Fuerunt autem eae vittae e lana. Festus. *Infulae sunt filamenta lanea, quibus sacerdotes, & hostiae, templaque velabantur.* Vide Varronem lib. vi. Inde quum antiquitus frondes atque flores ad sepulcrum ferre moris esset, postea addi coepit lana.

4 Τριπάτρου κανδάονος) Orion τριπάτωρ dicitur, a tribus (ut volunt fabulae) patribus, Iove, Neptuno, & Mercurio. Nonnus Dionys. lib. xiii.

Ὠρίων τριπάτωρ ἀπὸ μητέρος ἄνθορε γαίης,
Εὖ τε θεῶν τριγόνοισιν ἀεξηθεῖσα γενέθλης
Εἰς τόκον αὐτοτέλεστον ἐμορφώθη χύσις οὔρων,
Αὔλακα νυμφεύσασα τελεσσιγόνοιο βοείης.

Vide Palaephatum, Hyginum, Homeri & Nicandri interpretes. Sed ineptit Scholiastes qui locum hunc de Orione interpretatur, deque eius gladio, nescio quid, comminiscitur. Certe aut ego longe fallor, aut Orion homo inusitatae staturae hic accipiendus pro aliquo Cyclopum Vulcani ministrorum, solent enim arma ἡφαιστότευκτα heroibus tribuere poetae. Neque movere debent quemquam nominum propriorum confusio, quae etiam apud Ovidium invenitur, cum ait:

Sive quis Antilochum narrabit ab Hectore victum.

quum tamen a Memnone occisus sit Antilochus. Vocat vero τρίπατρον, κατὰ συγκοπὴν, pro eo quod est τριτοπάτορα. Similiter infra τριγέννητος ponitur pro eo quod τριτογένεια. Mutuatur autem hoc epitheton a tribus Cyclopibus Cotto, Gyge, & Briareo, qui nominabantur τριτοπάτορες, iisque Athenienses pro liberorum susceptione sacrificabant. Etymologicographus. Τριτοπάτορες. Δήμων ἀνέμους εἶναί φησι. Φιλόχορος δὲ τοὺς τριτοπάτρεις πάντων γεγονέναι πρώτους, τὴν μὲν γὰρ σελήνην καὶ τὸν ἥλιον τότε καλεῖν γονεῖς. τοὺς δὲ ἐκ τούτων τρίτους πατέ-

Λύκοις τὸ πρωτόσφακτον ὅρκιον σχάσας.
Σὲ δ' ἀμφὶ κοίλην αἰχμάλωτον ἠόνα,
Πρέσβυν δολόγκων δημόλευστον ὠλένη 1
Ε'τεσβόλοις ἀραῖσιν ἠρεθισμένη
Κρύψει κυπάς τις χερμάδων ἐπομβρία 2,
Μαίρας ὅταν [a] φαιυρὸν ἀλλάξῃς δομήν.
Ο' δ' ἀμφὶ τύμβῳ τἀγαμέμνονος 3 δαμεὶς,
Κρηπῖδα πηγῷ νέρθε καλλυνεῖ πλόκῳ,
Ο' πρὸς καλύπτρης 4 τῆς ὁμαίμονος τάλας
Ω'νητὸς αἰθαλωτὸν ἐς πάτραν μολὼν,
Τὸ πρὶν δ' ἀμυδρὸν οὔνομ' αἰστώσας σκότῳ.
Ο'ταν χήλυδρος πυρσὸν ὠμόθριξ βαρὺν
Α'πεμπολητὴς τῆς φυταλμίας χθονὸς,
Φλέξας τὸν ὠδίνοντα 5 μυρμωτὸν [b] λόχον 6

[a] al. φαιωργόν.
[b] al. μορμωτόν.

Priora confedufta dans hirpis facra.
At mancupatam te in fupino littore
Thracum lapitam funditorum iactibus
Conviciofis percitorum iniuriis
Abfcondet imber faxeus manualium,
Pulla hirriente membra mutatam cane.
Aft ad bidental Anxuri domeftici
Ornabit albis [a] antiis crepidinem
Sororis olim lutea calautica
Redemtus, uftam cum rediret patriam,
Vetus tenebris nomen obruens fuum:
Vbi rupex hirtipilus ignes indices
Terrae parentis indicator perfidus
Lucens, caballum gente praegnantem hoftica

[a] capillis. Fest.

πατέρας, Φανόδημος δέ φησι ὅτι μόνοι ἀθηναῖοι θύουσι καὶ εὔχονται αὐτοῖς ὑπὲρ γενέσεως παίδων. ἐν δὲ τοῖς Ο'ρφέως φυσικοῖς τοὺς τρίτους πατέρας Α'μαλκείδην, Προτοκλέαν, καὶ Πρωτοκρέοντα θυρωροὺς καὶ φύλακας ὄντας τῶν ἀνέμων. ὁ δὲ τὸ ἐξηγητικὸν ποιήσας οὐρανοῦ καὶ γῆς αὐτοὺς φησιν. ὀνόματα δὲ αὐτῶν, Κόττος, Βριάρευς, καὶ Γύγης. Neque hoc quemquam movere debet, quod Cyclopum epitheta confundat, nam hoc Lycophroni, aut potius vati confufa voce (ut primore Tragoedia dicitur) oracula profanti, haud infolens. Eodem modo fupra Iovis Agamemnonis & Hercei, infra, Minervae Graecae & Mindiae epitheta confundit.

1 Δολόγκων δημόλευστον ὠλένη) Supplicii genus veteribus ufitatiffimum lapidibus fontes obruere. Veftigium eius etiam apud Parthenium Ε'ρωτ. xxi. de Pifidice. Ε'πεὶ μέν τοι ἐγκρατὴς πόλεως ἐγένετο, νεμεσήσας ἐπὶ τῷ δραθέντι, προὔτρέψατο τοὺς στρατιώτας καταλεῦσαι τὴν κόρην. Apuleius Milef. 1. de Meroe. *Publicitus indignatio percrebuit, ftatutumque eft ut in eam die altera feveriffime faxorum iaculationibus vindicaretur.* AElianus ποικ. ἱστορ. lib. v. cap. xix. Αἰσχύλος ὁ τραγῳδὸς ἐκρίνετο ἀσεβείας ἐπί τινι δράματι, ἑτοίμων οὖν ὄντων ἀθηναίων βάλλειν αὐτὸν λίθοις, &c. Polyaenus lib 1. Οἱ δὲ πιστεύσαντες Ε'λένην εἶναι, πῦρ καὶ λίθους ἐπὶ τὴν θεράπαιναν ἔπεμπον. καὶ ὡς ἱκανὴν δίκην ἐπὶ Τληπολέμῳ λαβόντες τὸν Ε'λένης θάνατον, ἀπεχώρησαν. Quintilianus Declamat. xii. *Populus quoque impunitum nefas fine lapidibus praeteribit.* Petronius. *Ex his qui in porticibus fpatiabantur, lapides in Eumolpum recitantem miferunt.* Interpres hiftoriae Apollonii Tyrii. *Tunc cives rapuerunt Strangulionem & Dionyfiadem, extra civitatem trahentes lapidaverunt.* Apud Sophoclem quoque ἀντιγόνῃ Creon minatur.

Φόνον προκεῖσθαι δημόλευστον ἐν πόλει.

fi quis Polynicis cadaver fepeliviffet. Inde βάλλειν apud Graecos ἁπλῶς pro eo quod eft, lapidibus obruere. Philoftratus ἡρωϊκοῖς. Περιαχθεὶς δὲ τῷ χεῖρε κατελιθώθη, βαλλόντων αὐτὸν πελοποννησίων τε καὶ ἰθακησίων. Et lib. 1. de vita Sophiftarum in Lolliano. Θορύβου δὲ καθεστηκότος ἐπὶ τὰ ἀρτοπώλια, καὶ τῶν ἀθηναίων βάλλειν αὐτὸν ὡρμηκότων, παγκράτιος ὁ κύων, &c. Fuit idem mos Ebraeis. D. Lucas Actorum cap. vii. de Stephano protomartyre. Καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλουν. Et poftea. Καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον ἐπικαλούμενον, καὶ λέγοντα, Κύριε Ι'ησοῦ δέξαι τὸ πνεῦμά μου. Et in veteri teftamento multa veftigia.

2 Χερμάδων ἐπομβρία) Similiter *faxeus imber* apud Focam in Vita Virgilii.

Quid trepidas tamdem greffu pavitante viator?
Nocturnum furem faxeus imber habet.

3 Ο' δ' ἀμφὶ τύμβῳ τ' ἀγαμέμνονος) Reprehendit Lycophronem Lamb. Hortenfius, quod Caffandram inducat vaticinantem moriturum Priamum ad Iovis Agamemnonis aram, qui a Spartanis colebatur, quod etiam infra eft videre, cum ad Hercei (quem etiam *Penetralem deum* Latini veteres vocitarunt) aram peremtum omnes veluti uno ore teftentur. Triphyodorus.

Αἰακίδης δὲ γέροντα Νεοπτόλεμος βασιλῆα
Πήμασι κεκμηῶτα παρ' ἑρκείῳ κτάνε βωμῷ.

Et praeter hunc Virgilius, Ovidius, & alii. Nos potius condonandam poetae auctoritati hanc epithetorum confufionem cenfemus, qui etiam infra Epeum inftrumenta fua, quibus equum Durateum fabricaffet, Myndiae Minervae confecraffe ait, quum Graecae id factum hiftoriae tradant.

4 Ο' πρὸς καλύπτρας) Capto Ilio, Laomedonteque fagittis confixo, quum Telamoni ab Hercule ob rem praeclare geftam Hefione donata effet, poteftatem Hefionae fecit Hercules quem vellet potiffimum captivorum abducendi, quae cum Podarcem fratrem elegiffet, Herculefque eum in fervitutem redigendum effe dictitaret, demto de capite flammeo aureo eum redemit. Vide Apollodorum lib. ii. De calyptra vero ita Feftus. *Calyptra, genus veftimenti, quo capita operiebant.* Iul. Pollux lib. iii. cap. iii. Τὸ δὲ ἐπίβλημα τῆς γυναικὸς, ἑανὸς, καὶ καλύπτρα. Etiam Hefychii gloffae καλύπτραν interpretantur κεφαλῆς κάλυμμα. Interpres vetus Iuvenalis Sat. ii. *Flameum. Veftis pudori fimilis, quam & propter pudorem accipiebant.* Hinc videre eft fuiffe rubri coloris hoc veftimenti genus, nam talis vultus pudore fuffuforum.

5 Φλέξας τὸν ὠδίνοντα) Gravidum dicit equum, quemadmodum Lucretius eleganter lib. 1.

Nec quum Durateus Troianis Pergama partu
Inflammaffet equus nocturno Graiugenarum.

Virgilius AEneid. vi.

Quum fatalis equus faltu fuper ardua venit
Per-

Pertundet, altas ventris impages trahens:
Et Sisypheae volpis astutus cato
Lucebit ardens triste lucubrum nepos
Leucophryn atra nocte navigantibus,
Infanticidae & insulas duas boae.
Ast ipsa abhorrens pronubas taedas ego
In aedis atrae scrupeis conclavibus
Tecto carentis & lacunari domus
Tenebricoso membra mergens carceri,
Ptoumque Semonemque Vortumnum Deum
Fugans amore captum ab innupto toro,
Tamquam potis [a] signata perpetim fore
Summae ad senectae tempus, innubae aemulo
Ritu

[a] Virgo antiqui.

Α᾿ναψαλάξῃ γαστρὸς ἑλκύσας ζυγά.
Τῆς σισυφείας δ᾿ ἀγκύλης λαμπουρίδος
Λάμψει κακὸν φρύκτωρον 1 αὐτανέψιος
Τοῖς εἰς στενὴν λεύκοφρυν ἐκπεπλευκόσι 2,
Καὶ παιδοβρῶτος πόρκεως 3 νήσους διπλᾶς.
Ε᾿γὼ δὲ τλήμων ἡ γάμους ἀρνουμένη 4,
Ε᾿ν παρθενῶνος λαίνου τυκίσμασιν
Α῎νις τεράμνων, εἰς ἀνώροφον στέγην
Εἱρκτῆς [a] ἀλυβδήσασα λυγαίας δέμας.
Η῾ τὸν θοραῖον 5 πτῶον ὠρίτην θεὸν
Λίπτοντα [b] λέκτρων ἐκβαλοῦσα δεμνίων,
Ω῾ς δὲ κορείαν ἄφθιτον πεπαμένη
Πρὸς γῆρας ἄκρον παλλάδος ζηλώμασι
Τῆς

[a] al. ἀλιβώσασα.
[b] al. λίπτοντα ἀλέκτρων.

Pergama, & armatum peditem gravis attulit alvo.
Simili phrasi dixit etiam Petronius Arbiter de eodem hoc equo *graves equi recessus*, &
——— *gravidis freta pulsa carinis*
Iam peragrabantur, si quis sinus abditus ultra.
Sidonius *gravidas spicas* Epist. lib. VIII. *Gravidas tibi spiritualium sensuum spicas doctrinae salubris messe parturiant.* Eodem modo infra loquitur Lycophron noster.
Ο῾ δ᾿ ἀντὶ πιπποῦς σκορπίον λαιμῷ σπάσας
Φόρκῳ, κακῆς ὠδῖνος ἔκλαυσε βάρος.
6 Μορμωτὸν λόχον) Legendum μορμὼ τόν. Nam pueri equum μορμὼ vocabant. Theocritus Idyllio XV.
— οὐκ ἀξῶ τὺ τέκνον· μορμὼ δάκνει ἵππος.
Δάκρυε ὅσσα θέλεις. ———
Simili modo eleganter μορμὼ vocat Lycophron equum hunc, qui Troianis magno terrori fuit. Erat autem iste equus mirae magnitudinis. Virgilius.
Instar montis equum divina Palladis arte
AEdificant, sectaque intexunt abiete costas.
Apud Aristophanem Avibus nugacissimus nuncius dicit centum ulnarum fuisse, additque, ut persuadeat, ipsum dimensum esse. Ita loquitur:
——— ἐναντίω δύ᾿ ἅρματε
Ι῞ππων ὑπόντων μέγεθος ὅσον ὁ δούριος.
Υ῾πὸ τοῦ πλάτους ἂν παρελασαίνην. πισ. ἡράκλεις.
Αγγ. Τὸ δὲ μῆκός ἐστι, ϗ γὰρ ἐμέτρησ᾿ αὔτ᾿ ἐγώ,
Ε῾κατοντόργυιν. ———
Quia equo capta Troia, mense Octobris Marti immolabatur a Romanis in campo Martio equus October bigarum victricum dexterior caput panibus redimitum habens, de quo magna erat contentio inter Suburanos & Sacravienses, ut hi in regiae pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent. Eiusdemque cauda, ut ex ea sanguis in focum destillaret, magna celeritate perferebatur in regiam.
1 Λάμψει κακὸν φρύκτωρον) Vestigium hic veteris in militia Graecorum moris, quem enarrat Theognidis Scholiastes. Ε῎θος ἦν ἀπὸ τῶν πύργων ϗ ὀρεινῶν τόπων σημεῖα διὰ πυρὸς τοιοῦτα παρασκευάζεσθαι, ϗ αὐτὰ φρυκτωρίαι ἐκλήθησαν, ϗ φρυκτωρεῖν τὸ σημαίνειν ἔφοδον πολεμίων. Homeri Scholiastes Iliad. σ΄. Ε῎θος τοῖς ἀρχαίοις τοὺς πολεμουμένους τῇ μὲν ἡμέρᾳ καπνὸν ἀπὸ τῶν τειχῶν διεγείρειν, τῇ δὲ νυκτὶ φλόγα, τὴν ἀπὸ τῶν περιοίκων βοήθειαν ϗ συμμαχίαν ἐπικαλουμένους. AEmilius Probus in Eumene. *Dimidium fere spatium confecerat, quum ex fumo castrorum, eius subspicio adlata est ad Eumenem hostem adpropinquare.* Apud Polyaenum quoque lib. I. Alcibiades προσηγόρευσεν ὡς αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἄκρας νύκτωρ τρὶς ἀνασχήσοι τὸν λαμπτῆρα. Et apud Parthenium Polycrita σημεῖον αὐτοῖς ἀνασχήσειν ἔφη λαμπτῆρα. Synesius epist. CXXX. Α᾿λλὰ σύγγνωθι, τειχήρης γάρ εἰμι, ϗ πολιορκούμενος γράφω, τῆς ὥρας πολλάκις φρυκτοὺς ὁρῶν, ϗ αὐτοὺς ἀνάπτων καὶ αὐτὸς αἴρων τοῖς ἄλλοις σημεῖα. Ad hunc morem referenda etiam illa Stephani in Βόσπορος. Καὶ ἑκάτη φωσφόρος ἔστα δᾷδας ἐποίησε νύκτωρ πολίταις φανῆναι, καὶ τὴν πολιορκίαν φυγόντες φωσφόριον τὸν τόπον ὠνόμασαν.
2 Τοῖς εἰς στενὴν λεύκοφρυν ἐκπεπλευκόσιν) Virgilius AEneid. II. sub initium.
Est in conspectu Tenedos notissima fama,
Insula dives opum Priami dum regna manebant,
Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis,
Huc se provecti deserto in littore condunt.
3 Καὶ παιδοβρῶτος πόρκεως) Laocoontem una cum filiis duobus Antiphante, & Thymbraeo a serpentibus e Tenedo advenientibus devoratum narrat AEneidos Virgilianae lib. II. AEneas. Petronius in Satyrico, & Calaber παραλειπομένοις, qui addit eorum nomina fuisse Porcen, & Charibaea. Lycophron solius Porcae heic meminit.
4 Ε᾿γὼ δὲ τλήμων ἡ γάμους ἀρνουμένη) Infra quoque extrema Cassandra.
Πίστιν λόγων γὰρ λεψιεὺς ἐνόσφισε,
Ψευδηρίοις φήμαισιν ἐγχρίσας ἔπη,
Καὶ θεσφάτων πρόμαντιν ἀψευδῆ φρόνιν,
Λέκτρων στερηθεὶς, ὧν ἐκάλχαινεν τυχεῖν.
Θήσει δ᾿ ἀληθῆ, &c.
Vide Euripidis Scholia ad Andromachen.
5 Η῾ τὸν θοραῖον) Apollinis θοραίου ara in Delo fuit, ad quam hostiam caedere nefas habebatur. Censorinus cap. II. *Id moris, institutique maiores nostri tenuerunt, ut quum die natali munus annale Genio solverent, manum a caede, ac sanguine abstinerent, ne die, qua ipsi lucem accepissent, aliis demerent, denique Deli ad Apollinis Genitoris aram, ut Timaeus auctor est, nemo hostiam caedit.* Possit etiam legi θυραῖον, nam ita dictus Apollo, quod eius arae ante aedium fores (quae ipsi a veteribus consecratae) statuerentur. Macrobius Saturnal. lib. I. cap. IX. *Etenim, sicut Nigidius quoque refert, apud Graecos Apollo colitur, qui κυραῖος vocatur; eiusque aras ante fores suas celebrant, ipsum exitus, & introitus demonstrantes potentem.*

Τῆς μισονύμφου λαφρίας πυλαίτιδος 1,
Τῆμος βιαίως φάσσα 2 πρὸς τόργου λέχος
Γαμφαῖσιν [a] ἅρπης οἰνὰς ἑλκυσθήσομαι.
Ἡ πολλὰ δὴ βύθειαν αἴθυιαν κόρην
Ἀρωγὸν αὐδάξασα τἀῤῥοθον γάμων.
Ἣ δ' ἐς τέραμνα δουρατογλύφου στέγης
Γλήνας [b] ἀναστρέψασα 3 χώσεται στρατῷ,
Ἐξ οὐρανοῦ 4 πεσοῦσα καὶ θρόνων διὸς,
Ἄνακτι πάππῳ χρῆμα τιμαλφέστατον 5.
Ἑνὸς δὲ λώβης ἀντὶ μυρίων τέκνων
Ἑλλὰς στενάξει πᾶσα τοὺς κενοὺς τάφους 6,
Οὐκ ὀστοθήκαις, χοιράδων δ' ἐφειμένους [c] 7.
Οὐδ' ὑστάτην κεύθοντας ἐκ πυρὸς τέφρην

a al. ἅρπαις.
b al. ἀνωστρέψασα.
c al. ἐφθιμένους.

Ritu Minervae Carneae Feretriae:
Ad volturis columba tunc raptim torum
Exanguis ales ungue picato trahar,
Clangore multo Aeredulam Bupetiam
Calans rapinae nuptialis vindicem.
Ast illa signis aspero palatio
Pupas coruscans caelitus minabitur,
Lapsa ex [a] falanto patrii solo Iovis,
Avo imperanti nobilis possessio.
Vnius ob noxam orba mille liberum
Tumulos inanes conqueretur Graecia
Non in sepulcris, sed maris fundo sitos,
Rogi supremum non tegentes pulverem

a caelo, Etrusco. Fest.

---

1 Λαφρίας πυλαίτιδος) Solebant veteres Minervam ante urbis portas pingere, unde eam *πυλαίτιδα* vocarunt. AEschyli Scholiastes ad ἑπτὰ ἐπὶ θήβαις. Ἐζωγράφουν ταύτην (τὴν Ἀθηνᾶν) πρὸ τῶν πυλῶν τῆς πόλεως. ἣν καὶ ὁ Λυκόφρων πυλαίτιδα λέγει, διὰ τὸ ἄνωθεν ἵστασθαι ταύτην πρὸ τῶν πυλῶν τῆς πόλεως.

2 Τῆμος βιαίως φάσσα) Vocat Cassandram columbam, quia vaticinandi perita. Thessali enim πελειάδα sua lingua vaticinatricem vocabant. Servius ad eclogam IX. *In Epiro dicitur nemus fuisse, in quo responsa dabant columbae; quod ideo fingitur, quia lingua Thessala πελειάδες & columbae, & vaticinatrices vocantur.* Est autem φάσσα avis, quam rustici *tetam* adpellitarunt, teste eodem Servio ad eclogam primam. Emenda obiter Isidorum Orig. lib. XII. cap. VII. de ave hac loquentem. *Palumbes eos, quod sint farctae pabulo, quas vulgus tetas vocant.* Nam male hodie, *a pabulo, quas vulgus titos vocant.*

3 Ἡ δ' εἰς τέραμνα δουρατογλύφου στέγης γλήνας ἀναστρέψασα) Fabulantur, dum ab Aiace violaretur Cassandra, simulacrum Minervae oculos ad templi tectum sustulisse. Strabo hoc figmentum improbat lib. VI. Ἰταμὸν μὲν οὖν καὶ τὰ οὕτω μυθεύειν, ὥστε μὴ μόνον καταμύσαι φαινόμενον, καθάπερ καὶ τὸ ἐν Ἰλίῳ ἀποστραφῆναι (malim ἄνω στραφῆναι ex Lycophrone, & Homeri interprete) κατὰ τὸν Κασάνδρας βιασμὸν, ἀλλὰ καὶ καταμύον δείκνυσθαι. Homeri Scholiasten Iliad. ν'. Αἴας μετὰ τὴν τῆς ἰλίου πόρθησιν πολλῶν κακῶν αἴτιος τοῖς ἕλλησιν ἐγένετο, κασσάνδραν γὰρ τὴν πριάμου ἱκέτιν οὖσαν Ἀθηνᾶς, ἐν τῷ τῆς θεᾶς ἱερῷ κατῄσχυνεν, ὥστε τὴν θεὰν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ξοάνου εἰς τὴν ὀροφὴν στρέψαι.

4 Ἐξ οὐρανοῦ πεσοῦσα) Refert Herodianus lib. I. caelitus decidisse Palladium in quemdam Phrygiae agrum, cui Pessinuntis ab eius casu nomen mansit; ibi enim a principio comparuisse. Vide etiam, quae Apollodorus lib. III.

5 Ἄνακτι πάππῳ χρῆμα τιμαλφέστατον) Ardente apud Ilium Minervae templo, Ilus accurrens Palladium eripuit, ob quod quum a viro videri nefas esset, visu privatus fuit, quem tamen postea placato numine recuperavit. Vide Plutarchum παραλλήλοις.

6 Τοὺς κενοὺς τάφους) Possis etiam non male legere τοὺς κοινοὺς τόπους, ita enim a veteribus dicta sepulcra. Artemidorus lib. I. cap. LXXX. Κοινὸς ὁ τόπος οὗτος καλεῖται, ὁ τοὺς νεκροὺς δεχόμενος. Et in Prologo Casinae Plautinae.

Ea tempestate flos poetarum fuit,
Qui nunc abierunt hinc in communem locum.

Temere tamen quidquam mutatum nolim.

7 Χοιράδων δ' ἐφειμένους) Invisa magnopere ea mors veteribus, quae in naufragio oppetebatur, quia insepulta manebant corpora. Fl. Vegetius De Re militari lib. IV. cap. XLIV. *Alii ferro interimuntur, alii ardere coguntur in fluctibus; inter tanta tamen mortium genera, qui acerrimus casus est, absumenda piscibus insepulta sunt corpora.* Ovidius Trist. libro I. elegia II.

Demite naufragium, mors mihi munus erit.
Est aliquid fatoque suo, ferroque cadentem
Insolita moriens ponere corpus humo,
Et mandare suis aliqua, & sperare sepulcrum,
Et non aequoreis piscibus esse cibum.

ubi lego *in solitam &c.* Itaque ne post mortem eiecti sepultura carerent, membro alicui adligabant pretium, quod sepulturus accipiebat. Planum id ex Synesii quadam epistola. Καὶ αἱ γυναῖκες αὐταί τε ἐσκευάζοντο, καὶ τοῖς δεομένοις ἀρπεδόνας διένειμον, πάλαι καταδεδειγμένον τοῦτο ποιεῖν. νῦν δὲ ἔχει τοιοῦτον. φέρειν δεῖ τιμὴν ἐντάφιον τὸν ἐκ ναυαγίου νεκρόν. ὁ γὰρ προστυχὼν καὶ κερδάνας νόμους ἀδρασείας αἰδέσεται, μὴ οὐχὶ μικρόν τι μέρος ἀποδέξασθαι τῷ χαρισαμένῳ πολλαπλάσιον. Interpres historiae Apollonii Tyrii. *Iubet consecari, & compaginari tabulas, rimas, & foramina bitumine liniri, & facere loculum, & charta plumbea intus posita obturari iussit. Perfecto loculo, regalibus ornamentis exornat puellam, & in loculo posuit, & viginti sestertia auri ad caput eius posuit.* Id aurum in hunc usum fuisse adpositum docent verba sequentia epistolae eius resignatae. *Quicumque hunc loculum inveneris, habes XX. sestertia auri, peto, ut X. habeas, X. funeri impendas, hoc enim corpus multas lacrimas reliquit parentibus, & dolores amaros; quod si aliud feceris, quam quod dolor exposcit, ultimum diem incidas, nec sit, qui corpus tuum sepulturae commendet.* Itaque accepto eo pretio sepeliebant, aut saltem plena manu ter terram iniiciebant; sin fecissent, impii habebantur. Sophoclis Scholiast. ἀντιγόνη. Οἱ γὰρ νεκρὸν ὁρῶντες ἄταφον, καὶ μὴ ἐναμησάμενοι κόνιν, ἐναγεῖς εἶναι ἐδόκουν. AElianus ποικ. ἱστορ. lib. V. Νόμος καὶ ἦν ἀττικὸς, ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν γῆν. Valer. Maximus lib. V. cap. III. *Post obitum nullam Atticae regionis, quae ossibus eius iniiceretur, glebam invenit.* Horatius lib. I. Od. XXVIII. *At*

Vrnis latentem, ut iusta denicalia:
Sed triste nomen, atque cespitum notas
Parentum amicis irrigatas fletibus
Et liberorum lacrumis & coniugum.
Ophelta, tuque rupium custos Zarax,
Petraeque, tu Trychanta, tuque asper Nedon,
Et saxa Dirphossi omnia & Diacrium
Specus hiantes atque Phorcynis iuga,
Quot fluctuantum nenias cadaverum
Cum dissipatis audietis puppibus:
Quantum tumultum murmurum infraenabili
Reciprocantem vorticum spumas salo:
Quot deinde thunnos saucii compagibus
Ad

Κρωσσοῖσι ταρχυθεῖσαν 1, ὡς φθιτῶν θέμις,
Α'λλ' ὄνομ' οἰκτρὸν 2 καὶ κενηρίων 3 γραφὰς, 4
Θερμοῖς τεκόντων δακρύοις λελυμένας
Παίδων τε καὶ θρήοισι τοῖς ὁμευνίδων.
Ο'φέλτα καὶ μύχουρε χοιράδων ζάραξ,
Σπῖλοι τε καὶ τρύχατα καὶ τραχὺς νέδων.
Καὶ πάντα διρφωσσοῖο καὶ διακρίων
Γωλειὰ a, καὶ φόρκυνος οἰκητήριον,
Ο'σων στεναγμῶν ἐκβεβρασμέναν νεκρῶν
Σὺν ἡμιθραύστοις ἰκρίοις ἀκούσετε.
Ο'σων δὲ φλοίσβων ῥαχίας ἀνεκβάτου
Δίναις παλιῤῥοίῃσιν ἕλκοντος σάλου.
Ο'σων δὲ θύννων ἠλοκισμένων ῥαφὰς
Πρὸς

a al. γωλεὰ.

At tu nauta vagae ne parce malignus arenae
Ossibus, & capiti inhumato
Particulam dare. ———

quo loco Acron vetus interpres. *In sacris hoc genus sepulturae tradebatur, ut etsi non obrueretur, manu plena ter iacta terra cadaveri pro sepultura esset.* Quintilianus Declamat. v. *Ignotis cadaveribus humum congerimus, & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulocumque veneretur adgestu.* Declamat. vi. *Nobis (rerum natura) adversus exanimes genuit non solum miserationem, quae cogitationi nostrae subit, sed etiam religionem. Inde ignotis quoque corporibus transeuntium viatorum collatitia sepultura, inde iniecta ab alienis humus.* Observo autem glebam illam in os mortui iniici consuevisse. Cicero lib. ii. de Legibus. *Priusquam in os iniecta gleba est, locus ille, ubi crematum est corpus nihil habet religionis, &c.* Quod etiam satis illa Horatii ostendunt.

At tu nauta vagae ne parce malignus arenae
Ossibus, & capiti inhumato
Particulam dare. ———

Romani hoc *iusta facere mortuo* adpellabant, qui facere istud cogebantur ante novarum frugum gustationem; si quis neglexisset, porcam praecidaneam Cereri mactabat. Festus lib. xiv. *Praecidanea agna vocabatur, quae ante alias caedebatur; item porca, quae Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset, idest, glebam non obiecisset, quod mos erat eis facere prius, quam novas fruges gustarent.* Lego cum Scriverio meo *glebam in os iecisset*. Et tum iuverint meam de glebae in os iniectione sententiam. Elige Lector. Atque post glebae iniectionem mortuus *humatus*, at ante glebae iniectionem *humilis* vocabatur.

1 Κρωσσοῖσι ταρχυθεῖσαν) Vrnis antiqui mortuorum cineres includere soliti. Homeri interpres Iliad. quarto. *Οἱ ἀρχαῖοι τὰ σώματα οὐκ ἔθαπτον ἐπὶ γῆν, εἰ μὴ πρότερον ἔκαυσαν, εἶθ' οὕτως τὴν τέφραν σὺν τοῖς ὀστέοις ἐχώννυον ἐν ἀγγείῳ τινὶ ἀποθέμενοι.* Moschus Idyll iv.

Καί κεν ἕνα χρύσειον ἐς ὀστέα κρωσσὸν ἁπάντων
Λέξαντες κατέθαψαν ὅτι πρῶτον γενόμεσθα.

Peregre autem mortuorum cineres urnis impositos domum mittebant. Ovidius Tristium lib. iii. eleg. iii.

Ossa tamen facito parva referantur in urna,
Sic ego non etiam mortuus exsul ero.

2 Α'λλ' ὄνομ' οἰκτρὸν) Mos fuit vetus Graecis pariter, & Romanis usitatissimus mortuorum oculos sugillandi, teste Plutarcho. Propertius.

At mihi non oculos quisquam inclinavit euntis,
Condita sunt vestra lumina nostra manu.

Virgilius AEneid. ix.

——— *nec te tua funera mater*
Produxi, pressive oculos. ———

Valerius Flaccus Argonaut. lib. iii.

——— *sera componunt lumina dextra.*

Romanis interdiu id facere lege Moenia interdictum fuit. Varro Geminis. *Lex Moenia est in pietate, ne filii patribus luci claro sugillent oculos.* Ideoque vulgo infelices adpellabantur, quorum oculos propter absentiam parentes, aut propinqui claudere non potuissent. Ea de caussa, & hoc loco Lycophron Graecorum peregre mortuorum ὄνομ' οἰκτρὸν dixit, eo respiciens. Inde & apud Theocritum ille laqueo vitam finiturus.

——— *τὸν τλάμονα μή με παρένθῃς.*

Et apud Ovidium Metamorph. lib. xiv. de Iphide loquentem.

Atque onus infelix elisa fauce pependit.

3 Καὶ κενηρίων) Florentinus I. C. Institut. lib. vii. *Monumentum generaliter res est memoriae caussa in posterum prodita, in qua si corpus, vel reliquiae inferantur, fiet sepulcrum, si vero nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriae caussa factum, apud Graeci κενοτάφιον adpellant.* Solebant olim cenotaphia in mortuorum honorem erigi, ad quae memoriam eorum recolebant. Agathias.

Ναὶ λίτομαι παροδῖτα, φίλῳ κατάλεξον ἀκοίτῃ
Εὖτ' ἂν ἐμὴν λεύσσεις πατρίδα θετταλίην,
Κάτθανε σὴ παράκοιτις, ἔχει δέ μιν ἐν χθονὶ τύμβος,
Αἲ αἲ, βοσπορίης ἐγγύθεν ἠϊόνος,
Α'λλά μοι αὐθότι τεῦχε κενήριον ἐγγύθι σεῖο,
Ο'φρ' ἀναμιμνήσῃ τῆς ποτὲ κουριδίης.

Callimachus epigr. xxii.

——— *εἰν ἁλὶ που φέρεται νέκυς, ἀντὶ δ' ἐκείνου*
Οὔνομα καὶ κενεὸν σᾶμα παρερχόμεθα.

Virgilius *tumulum inanem* dixit AEneidos libro tertio.

Solennes tum forte dapes, & tristia dona
Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem
Et geminas caussam lacrumis sacraverat aras.

Valerius Flaccus lib. v.

Tu

Πρὸς τηγάνοισι κρατὸς, ὧν καταιβάτης
Σκηπτὸς κατ' ὄρφνην γεύσεται δηυμένων 1,
Ο῞ταν

Ad saxa fractis verticis, quos caelitus
Noctu iubentes [a] manubiae [b] ostitos prement,
Vbi

[a] fulmine [b] ac caelo tactus. Fest.

Tu quoque nunc tumulo nequidquam condita inani,
Adnue diva maris,

Suetonius in vitis Caesarum lib. v. capit. I. *honorarium tumulum* adpellat. *Ceterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret, Galliarumque civitates publice supplicarent.* Ex eodem hoc ritu capies Ausonium in Epitaphiis Profess. Burdigalensium Tit. XVII. AEmilii Magni Arborii,

Illic dives opum, doctoque ibi Caesare honorus
Occumbis patribus Magne superstitibus.
In patriam, sed te sedem, ac monumenta tuorum
Principis Augusti restituit pietas.
Hinc renovat caussam lacrumis, & flebile munus,
Annuus ingrata relligione dies.

Xenophon Expeditionis Cyri lib. VI. Ε'νίυς δὲ τὺς ἐκ τῶν ὁδῶν συνεγκόντες ἔθαψαν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐδύναντο κάλλιςα. οὓς ᾗ μὴ εὕρισκον, κενοτάφιον αὐτοῖς ἐποίησαν μέγα, ἐ πυρὰν μεγάλην, κὴ ςεφάνυς ἐπέθεσαν. Papinius Theb. lib. XII.

Quin fugitis dum tuta via est, Lernamque reversae
Nomina, quod superest, vacuis datis orba sepulcris,
Absentesque animas ad inania busta vocatis?

Quem locum indicavit mihi iuvenis doctus Petrus Scriverius amicus meus. Ovidius Metamorph. XI.

Et saepe in tumulis sine corpore nomina legi.

Pythagorici vero iis, qui a Philosophia descivissent cenotaphia exstruebant, quippe eos pro mortuis habebant. Testes Origenes, Clemens, alii. Vide nobilissimi, & doctissimi viri Theodori Canteri varias.

4 Καὶ κενήριον γραφὰς) Notus omnibus mos sepulcrorum inscribendorum. Artemidorus libro v. cap. LXXV. Ε'πιγραφῆς ἀκόλυθον ἐπὶ τῶν ἀποθανόντα τυγχάνειν. Theocritus in Epigrammatis:

Ο' μικκὸς τόδ' ἔτευξε τᾷ Θρέισσᾳ,
Μήδειος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ὁδῷ, κἠπέγραψε Κλέιτας.

Ovidius Trist. lib. III. eleg. III.

Quosque legat versus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore caede notis.

Iuvenalis.

—— titulo res digna sepulcri.

Hinc intelligendus Laberius apud Macrobium.

Vt hedera serpens vires arboreas necat,
Ita me vetustas amplexu annorum necat,
Sepulcris similis nil nisi nomen retineo.

Et Cicero lib. de Senectute. *Nec sepulcra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam.* Solebant vero scribere non solum sepulti nomen, verum etiam e qua patria, & qua familia esset oriundus. Hieronymus in Vita Paulae.

Scipio quam genuit Paulae fudere parentes,
Gracchorũ suboles, Agamemnonis incluta proles,
Hoc iacet in tumulo: Paulam dixere priores:
Eustochii genitrix: Romani prima Senatus
Pauperiem Christi, & Bethlemitica rura sequuta.

Callimachus epigrammate XX.

Τιμονόη τίς δ' ἐσσί; μὰ δαίμονας, ὔ σ' ἂν ἐπέγνων,
Εἰ μὴ Τιμοθέυ πατρὸς ἐπῆν ὄνομα
Στήλῃ, κὴ Μήθυμνα τεὴ πόλις. ——

Diogenes Laertius lib. I. σόλωνι. Α'λλὰ καὶ αὐτὺς τὺς τάφυς (ἔδειξε) πρὸς ἕω βλέποντας, καὶ ἀπὸ τῶν δήμων τὺς χρηματισμὺς ἐγκεχαραγμένυς. Theophrastus lib. ἠθ. Χαρακ. cap. περὶ περιεργίας. Καὶ γυναικός δέ τελευτησάσης, ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα τῦ τε ἀνδρὸς αὐτῆς, καὶ τῦ πατρὸς, κὴ τ μητρὸς, κὴ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τὔνομα, κὴ ποταπή ἐςι. κὴ προσεπιγράψαι ὅτι ὗτοι πάντες χρηςοὶ ἦσαν. Romani autem hanc sepulcrorum inscriptionem *memoriam*, sive *monumentum*, dixerunt. Servius. *Adparatus mortuorum funus dici solet; exstructio lignorum, rogus; subiectio ignis, pyra; crematio cadaveris, bustum; locus, ustrina; operis constructio, sepulcrum inscriptum nomen, memoriaque, monumentum.* Lego minuta immutatione, *i. n. memoria, atque monumentum*; quam emendationem meam firmant illa Isidori Orig. lib. XV. cap. XI. ubi de sepulcrorum inscriptione. *Monumenta itaque, & memoriae pro mentis admonitione dictae.* Neque aliud *memoria*, quam sepulcri inscriptio, in illis Ciceronis verbis. *Nec sepulcra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam.* Et apud Ausonium, *monumenta* in epigrammate.

—— monumenta fatiscunt.
Mors etiam saxis, nominibusque venit (a).

Θερμοῖς τεκόντων δακρύοις λελυμένας) Omnibus mos funera fletu prosequi. Poeta Odyss. δ'.

Τῦτο νύ πυ γέρας ἐςὶν οἰζυροῖσι βροτοῖσι
Κέιρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν.

quos versus etiam adducit Plutarchus lib. de Audiendis Poetis. Tibullus lib. III. eleg. I.

Et nostri memores lacrimae fundantur eodem,
Sic ego componi versus in ossa velim.

Terentius Andr. Act. I. Sc. I.

SI. *funus interim*
Procedit, sequimur, ad sepulcrum venimus,
In ignem posita est, fletur. ——

Petronius Arbiter in Satyrico. *Haec ergo quum virum extulisset, non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentiae plangere, in conditorium etiam prosequuta est defunctum, positumque in hypogaeo Graeco more corpus custodire, ac flere totis noctibus, diebusque coepit.* Q. Ennius id vetuit.

Neimo me lacrumeis decoret, neu founera fletum
Faxit; quum volito vivu' per ora virum.

1 Ὧν καταιβάτης σκηπτὸς κατ' ὄρφνην γεύσεται δηυμένων) Fulminum tria genera ponuntur.

Hoc

(a) Iureconsultus *Monumentum* sepulcrum dici ait, quod praetereuntes mortalitatis admoneat. Ceterum de his omnibus consule *Meursium* nostrum *De Funere*, ubi ea haec pertractat.

Vbi flore iam vertiginosi Liberi
Lucebit indicem tenebrarum facem
Vltor nocenti pervigil curae studens.
At hunc, ut ambaruantem aquis Alcedinem
Per saxa iniqua velitem fluctus feret
Actum procellis inter aras [a] duplices.
Gyrisque siccans in petris alas mari
Multo madentes, alterum mare hauriet
Perpessus ictus a tridente fuscina,
Qua ultor illum vulnerans operarius
Cum orcis adiget habere communem fugam.
Vano

[a] *saxa*. Virgil.

Ὅταν [a] καρηβαρεῦντας ἐκ μέθης ἄγων,
Λαμπτῆρα φαίνῃ 1 τὸν ποδηγέτην σκότους
Σίντης, ἀγρύπνῳ προσκαθήμενος τέχνῃ.
Τὸν δ' οἷα δύπτην κηρύλον διὰ στενοῦ
Αὐλῶνος οἴσει κῦμα γυμνίτην φάγρον,
Διπλῶν μεταξὺ χοιράδων σαρούμενον.
Γυραῖσι δ' ἐν πέτρῃσι τερσαίνων πτερὰ 2
Στάζοντα πόντου, δευτέραν ἅλμην σπάσει
Βληθεὶς ἀπ' ὄχθων τῷ τριωνύχῳ δορὶ, 3
Ὧ νιν κολαστὴς δεινὸς οὐτάσας λατρεὺς 4,
Ἀναγκάσει φάλαισι κοινωνεῖν δρόμου
Κύκ-

[a] al. καρηβαρεῦντας.

Hoc fulmen tertii generis censendum. Festus. *Manubiae Iovis tres dicuntur esse, quarum unae sunt minimae, quae moneant, placidaeque sint. Altera, quae maiores sint, ac veniant cum fragore, discutiantque, aut divellant; quae a Iove sint, & consilio Deorum mitti existimentur. Tertiae his ampliores, quae cum igne veniant; & quamquam nullum sine igne fulgur est, hae propriam differentiam habeant, quod aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant, quae statum mutent deorum consilio superorum*. Sciendum etiam nocturna fulgura (quale hoc, de quo Lycophron) Plutoni, diurna autem (*Dia* adpellitabant) Iovi tributa fuisse. Et *Provorsum fulgur* dicebatur, quod incertum esset noctu an interdiu factum esset, quapropter Iovi Fulguritori, & Summano sacrificabant. Iaculabantur vero etiam alii dii fulmina, sed tantum alba, aut nigra, solus Iupiter rubra. Lyricorum Princeps Horatius lib. I. Od. II.

—— & rubenti
Dextera sacras iaculatus arces
Terruit urbem.

Quo loco vetus eius interpres Acron. *Omnes manubiae albae, & nigrae esse dicuntur. Iovis rubeae, & sanguineae.* Claudianus lib. II. de Raptu Proserpinae.

Missaque paene foret, ni Iupiter aethere summo
Pacificas rubri misisset fulminis alas.

Quia autem Iupiter eos fulmine interficeret, quorum impietatem damnaret, inde factum, ut Graeci veteres damnatos κεραυνοῦσθαι dicerent. Artemidorus lib. II. cap. III. Καὶ γὰρ τοὺς καταδικασθέντας κεραυνοῦσθαί φαμεν. Hinc capiendus Iuvenalis Sat. VIII.

—— quam fulmine iusto
Et Capito & Numitor ruerint damnante Senatu
Piratae Cilicum. ——

Nam *fulmine iusto ruere* Graeca phrasi dixit, pro, damnari. Qua vero de caussa Iovi fulmen tributum sit, docet Plinius lib. II. capit. XX. *Latet, plerosque magna caeli adfectatione compertum, principibus doctrinae viris, superiorum trium siderum ignes esse, qui decidui ad terras fulminum nomen habeant, sed maxime ex iis medio loco siti, fortassis, quia contagium nimii humoris ex superiori circulo, atque ardoris ex subiecto per hunc modum egerat, ideoque dictum Iovem fulmina iaculari.* Dicit vero Lycophron καταιβάτης σκηπτὸς, sicuti postea ἀσκέρας εὐμαρίδας. Proprie quoque vocabulo σκηπτὸς usus. Aristoteles lib. De Mundo (a). Τῶν δὲ κεραυνῶν, οἱ μὲν αἰθαλώδεις, ψολόεντες λέγονται, οἱ δὲ ταχέως διάττοντες, ἀργῆτες. ἑλικίαι δὲ, οἱ γραμμοειδῶς φερόμενοι. σκηπτοὶ δὲ, ὅσοι κατασκήπτουσιν εἴς τι

1 Λαμπτῆρα φαίνῃ) Adtingit historiam Nauplii, qui indigne ferens filii Palamedis necem, Vlyssis, & Diomedis dolis circumventi, plurimorum ex Graecis Principibus uxores in adulterium pellexit; nec eo contentus, redeunte a Troia victrice classe, saeva iactatos tempestate, ut in scopulos pertraheret, in Caphareo promontorio, & Opheltis rupibus, ignes accendit; eo naufragii cursum dirigentes portum rati, quidquid supererat navium confregerunt. Val. Flaccus lib. I.

—— & face saeva
In tua mox Danaos acturus saxa Caphareu
Nauplius. ——

Euripides quoque Helena.

Πολλοὺς δὲ πυρσεύσας
Φλογερὸν σέλας ἀμφὶ ῥυτὰν
Εὔβοιαν εἷλ' ἀχαιῶν
Μονόκωπος ἀνὴρ, πέτραις
Καφηρίαις ἐμβαλὼν
Αἰγαίαις τ' ἐναλίοις ἀκταῖς
Δόλιον ἀστέρα λάμψας.

Vide etiam Q. Calabrum παραλειπ. ξ'.

2 Γυραῖσι δ' ἐν πέτρῃσι τερσαίνων πτερὰ) Aiax ob Cassandrae stuprum Minervam sibi infensam habens, quum naufragium passus esset, & in Gyradas petras enatasset, se etiam invitis diis evasisse iactabat, ob quod a Neptuno de saxo praecipitatus in mari periit. Philostratus ἡρωϊκοῖς, ait eum male sibi ab Agamemnone, qui Cassandram eripuerat, metuentem, noctu tempestate exsistente cymba aufugisse, atque dum ad Tenum, & Andrum cursum dirigeret, iuxta Gyradas petras periisse. Vide etiam Hygini Mytologicon.

3 Τριωνύχῳ δορὶ) Tridentem puta, quem Neptuno adsignavit antiquitas propter triplicem aquarum naturam: liquidam, foecundam, & potabilem, vel ut aliis placet, propter tria aquarum genera: marinam, fluviatilem, & stagnantem. Vide Fulgentium Mytholog. lib. I. AEschyli Scholiastes. προμ: δεσμ. Τρίαιναν δὲ λέγουσι κρατεῖν τὸν ποσειδῶνα, ἢ διὰ τὸ τρίτον στοιχεῖον εἶναι αὐτὸν, ἢ διὰ τὸ εἰς τρία διαιρεῖσθαι τὸ ὕδωρ, εἰς ποτάμιον, εἰς θαλάσσιον, καὶ εἰς λιμναῖον.

4 Λατρεὺς) Mercenarium vocat Neptunum, ob navatam Laomedonti in exstruendis Troiae moe-

(a) Liber De Mundo non est Aristotelis, sed ei falso tributur.

Κύκκυγα κομπάζοντα μαψαύρας στύβους [a],
Ψυχρὸν δ' ἐπ' ἀκταῖς ἐκβεβρασμένον νέκυν
Δελφῖνος, ἀκτὶς σειρίου [b] καταυανεῖ 1.
Τάριχον ἐν μνίοις ἢ καὶ βρύοις σαπρὸν
Κρύψει κατοικτίσασα νησαίας κάσις,
Δίσκου μεγίστου τάῤῥοθος 2 κυναιθέως.
Τύμβος δὲ γείτων ὄρτυγος πτερυμένης
Τρέμων 3, φυλάξει ῥόχθον αἰγαίας ἁλός 4.
Τὴν καστνίαν [c] δὲ καὶ μελιναίαν θεὸν,
Λυπρὸς παρ' ἄδην δηννάσει κακοῤῥοθῶν,
Ἥ μιν παλεύσει δυσλύτοις οἴστρου βρόχοις.
Ἔρωτας οὐκ ἔρωτας, ἀλλ' ἐριννύων
Πικρὰν ἀποψήλασα κηρυλλὸν πάγην.
Ἅπασα δ' ἄλγη δέξεται κωκυμάτων,
Ὅσην ἄραιθος ἐντὸς, ἠδὲ δύσβατοι
Λειβήθριαι σφίγγουσι δωτίου πύλαι.
Οἷς οὑμὸς ἔσται κἀχερουσίαν πάρα
Ῥηγμῖνα δαρὸν ἐστεναγμένος γάμος.
Πολλῶν γὰρ ἐν σπλάγχνοισι τυμβευθήσεται
Βρωθεὶς πολυστίχοισι καμπέων γνάθοις
Νήριθμος ἑσμός. οἵδ' ἐπὶ ξένης ξένοι 5
Παῶν ἔρημοι δεξιώσονται τάφους.
Τὸν μὲν γὰρ 6 ἠὼν στρυμόνος [d] βισαλτία
Ἀψινθίων [e] ἄγχουρος ἠδὲ βιστόνων
Κουροτρόφον πάγουρον ἠδωνῶν πέλας
Κρύψει, πρινὴ [f] τυμφρηστὸν αὐγάσαι λέπας,
Τὸν πατρὶ πλεῖστον ἐστυγημένον βροτῶν,
Ὅμηρον ὅς μιν θῆκε τετρήνας λύχνους.
Ὅτ' ἐς νόθον τρήρωνος εὐνάσθη λέχος 7.
Τρισ-

[a] alii τόμους.
[b] al. συρία καθαυανεῖ,
[c] al. καστανίαν, & καστναίαν.
[d] al. βισαλτία.
[e] al. ἀψυνθίων.
[f] al. τυφρηστόν.

Vano cucullum blattientem [a] pipulo.
At luridum cadaver expulsum foras
Delphini aprica concoquet Canicula,
Passumque in algis inque musco putridum
Miserata condet una Nesaeae soror,
Opitula [b] abadir maximi Cynaethei.
Bustumque proximum coturnici aliti
Tremens, cavebit murmur AEgaei sali.
Tunc ille Castniam, & Melineam deam
Proscindet audax [c] Vragi in palatio,
Quae laciet illum rete inextricabili
Furore nec furore verum Erynnium,
Tendens amaram compedem fatitraham.
Omnisque moestum Graecia eiulabitur,
Quamcumque Araethes intus, atque inhospitae
Fauces coercent Dotii Libethriae:
Quibus meae, vel ad paludis inferae
Ripam diu sunt lacrumandae nuptiae.
Nam plurimarum ventre funerabitur
Serratidentem fauce camparum abditum
Examen ingens, hospitesque in hospite
Terra subibunt busta cognatis procul.
Nam ripa quemdam Strymonis Bisaltia
Absinthiorum proxima, a que Bistonum
Vesticipis altorem optimum Edonos prope
Teget prius, Tymphresta quam cernat iuga,
Suo parenti plurimum invisum omnium,
Qui fecit illum caecilium, oculos forans,
Cubile spurium quando inivit pellicis.
Tres

[a] a comitio.
[b] lapidis. Prist.
[c] Plutonis.

moenibus operam, quod notum nimis. Cyprianus De Idol. Vanitate. *Laomedonti muros Neptunus instituit, nec mercedem operis infelix structor accepit.*

1 Ἀκτὶς σειρίου καταυανεῖ) Sirii apud Poetas frequens passim est mentio tum pro stella ipsa, tum pro sole quoque. Hesychius. Σείριος ὁ ἥλιος, καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἀστήρ. Vtroque modo exponi potest apud Virgilium.

—— *tum steriles exurere Sirius agros.*

Apollonii Scholiastes lib. II. etiam omnes stellas eo nomine nuncupari posse auctor est. Ὁμοίως δὲ (inquit) καὶ πάντα τὰ ἄστρα σείρια λέγοιντο, οἱονεὶ τέρεά τινα ὄντα ἢ διὰ τὸ τείρειν, τὸ δαμάζειν, ἢ ὅτι τέρατα εἰσὶν, καὶ σημεῖα τῶν πλοϊζομένων. A Lycophrone hoc loco pro sole ponitur.

2 Δίσκου μεγίστου τάῤῥοθος) Discus erat βαρὺς λίθος ὃν ἐῤῥίπτουν οἱ γυμναζόμενοι, ut aiunt Glossae Graecorum. Erat vero ex ære. Vide Artemidor. lib. I. cap LIX. Σόλος autem ferreus. Vide Scholiasten Homeri Iliad. β'. Disci iactus in quinquertio nimis notus. Lycophron καταχρηστικῶς pro lapide usurpavit.

3 Τρέμων) Ineptias Scholiastae! Ecquis hic novus Tremon? aut apud quem Scriptorem eius nomen? Meritissime reprehendit doctissimus Canterus, cuius explicationi fulcrum firmissimum a Pausania, qui in Atticis audivisse se memorat quemdam, ὅς τοῦ τάφου τὰ πρὸς αἰγιαλὸν ἔφασκεν ἐπικλύσαι τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν ἔσοδον πρὸς τὸ μνῆμα οὐ χαλεπὴν ποιῆσαι, lege, πρὸς τὸ μνῆμά οἱ χαλεπὴν π.

4 Ῥόχθον αἰγαίας ἁλὸς) AEgaei maris etyma varia varii tradunt. Plutarchus in Theseo, & Hyginus fab. XLIII. ab AEgaeo Thesei patre nomen inditum tradunt. Festus *AEgaeum mare adpellatur, quod crebrae in eo sint insulae, ut procul adspicientibus species caprarum videantur, sive quod in eo AEgaea Amazonum regina perierit, sive quod in eo AEgaeus Thesei pater se praecipitaverit.* Artemidorus. Ἄκρα τίς ἐστι αἰολίδος ἣν αἶγα οἱ ἐπιχώριοι ὀνομάζουσιν. ἀφ' ἧς καὶ τὸ πέλαγος τὴν τοιαύτην ὀνομασίαν προσείληφεν. Alii a fluctuum, quos αἶγας vocant Graeci, magnitudine. Solinus cap. XVII. ab Antandro caprae speciem referente. Alii ab AEgaeone, qui & Briareus dictus, qui victum a Neptuno se aegre ferens, in mare illud se praecipitavit. Vide Strabonem, & Constantinum περὶ θεμάτων.

5 Οἵ τ' ἐπὶ ξένης ξένοι) Sive ξένην hostilem, sive peregrinam accipias, eodem res recidit, nam Lacedaemonii Barbaros vocabant ξένους. Herodotus οὐρανίᾳ. οἱ ἔφοροι εἶπαν ἐπ' ὅρκῳ καὶ δὴ δοκέειν εἶναι ἐν ὀρεστίῳ στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους. ξείνους γὰρ ἐκάλουν τοὺς βαρβάρους. Sic Latini peregrinos, & hospites *Hostes* adpellabant. D. Ambrosius Offic. lib. I. cap. XXIX. *Denique etiam adversarios molli veteres adpellatione nominabant, ut peregrinos vocarent. Hostes enim antiquo ritu peregrini dicebantur* [a].

6 Τὸν μὲν γὰρ) Phoenicem dicit, quem κουροτρόφον vocat, quod Achillis nutritius fuerit, ut ipse narrat apud Homerum Iliad. ι', non κ, quod ait Canterus memoria lapsus.

7 Ὅτ' ἐς νόθον τρήρωνος ἠνυάσθη λέχος) Quum Amyntor Clytiam pellicem uxori Hippodamiae praeferret, Hippodamia aegre ferens Phoenici filio persuasit, ut cum pellice patris rem haberet, qui quum matris rogationi auscul-

[a] Cicero 1. Offic. idem docet.

Tres Cereaphi spelunca casnares teget
Olim sepulcro non ab Alenta procul:
Molossi olorem praescium Insinui Cubi,
Scrofae incientis nescientem delicos,
Quum caprifici lite compellans cata
Vatem aemulum, ipse falsus ex oraculo
Somnum [a] Taeniris praestitutum dormiet:
Quartumque magni liberorum Diiovis,
Fratrem dolosi AEthonis in fictis notis:
Et tertium ligone Thebarum salas
Aheneo demolientis filium,
Quem

[a] Taenis.

Τρισσὺς δὲ ταρχύσυσι κερκάφυ νάπαι
Καύηκας, ὐκ ἄπωθεν [a] ἀλένθ@ ποτῶν.
Τὸν μὲν, μολοσσῦ κυπέως κοίτυ κύκνον,
Συὸς παραπλαγχθέντα θηλέας τόκων,
Ο'τ' ἐς ὀλύνθων δῆριν ἑλκύσας σοφὴν
Τὸν ἀνθάμιλλον 1, αὐτὸς ἐκ μαντευμάτων
Σφαλεὶς [b] ἰαύσει 2 τὸν μεμαρμένον πότμον 3.
Τὸν δ' αὖ τέταρτον ἐγγόνων ἐρεχθέως 4,
Αἴθων@ αὐθάδελφον ἐν πλαςαῖς γραφαῖς.
Τρίτον δὲ, τῦ [c] μόσυνας ἐκτένων ποτὲ
Στερρᾷ δικέλλῃ βυσκαφήσαντ@ γόνον,
Ὃν

[a] al. ἀλέ̣ν̣ϑ̣ε. [b] al. σφαγεὶς. [c] al. μόσυνας.

auscultasset in patris odium incurrit, qui eum visu privavit, quem a Chirone postea recepit, qua de caussa ad Peleum profugit, a quo Dolopum regionem, & Achillem accepit educandum. Vide Humerum Iliad. ί. eiusque interpretem, & Apollodorum lib. III.

1 Τὸν ἀνθάμιλλον) Mopsum, cum quo certabat, & a quo victus. Contigit hoc certamen in finibus Ioniae, in Grynaeo nemore, si Servio fides habenda, cuius telia verba ad eclogam VI. *Grynaeum nemus est in finibus Ioniis, Apollini consecratum, in quo aliquando Calchas, & Mopsus dicuntur de peritia divinandi inter se habuisse certamen, & quum de pomorum* (Lycophron grossos tradit) *cuiusdam arboris numero contenderent, stetit gloria Mopso, cuius rei dolore Calchas interiit.* Vide Strab. lib. XIII. Seneca Mopsum inferiorem factum vult in Medea.

Omnibus verax sibi falsus uni
Concidit Mopsus, caruitque Thebis
Ille qui vere cecinit futura.

2 Ι'αύσει τὸν μεμορμένον πότμον) Usitatum veteribus, maxime Ebraeis, κατ' εὐφημισμὸν mortem somni benigniore vocabulo adpellare. Nonnus in paraphrasi:

Ὕπνον ἀναγκαῖον ἀμεμφέα Λάζαρ@ εὕδει.

Callimachus epigrammate XIV.

Τῇδε Σάων ὁ Δίκων@ Α'κάνθι@ ἱερὸν ὕπνον
Κοιμᾶται. ——

& epigrammate XXI.

—— ἡ δ' ἀποβρίξει
Ε'νθάδε τὸν πάσαις ὕπνον ὀφειλόμενον.

& Idyll. III. Moschus.

Α'μμες δ' οἱ μεγάλοι καὶ καρτεροὶ ἢ σόφοι ἄνδρες,
Ο'ππότε πρῶτα θάνωμες ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ
Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον.

Sic AEschylo εὐμενέσι mortui εὕδοντες dicuntur, & infra Lycophron sepulcrum εὐναςήριον vocat. Id inde profectum, quia dormientibus mortui similes, unde & mortis fratrem somnum nuncuparunt. Athenagoras. περὶ ἀναςάσεως νεκρῶν. Παρ' ἣν αἰτίαν οἶμαί τινες ἀδελφὸν τῦ θανάτυ τὸν ὕπνον ὀνομάζυσιν, ὐχ ὡς ἐκ τ̃ αὐτῶν πατέρων φύντας (quod Hesiodus in Theogonia) γενεαλογῦντες, ἀλλ' ὡς τῶν ὁμοίων παθῶν τοῖς τε θανῦσι ἢ ὑπνῦσιν ἐγινομένων, ἕνεκά γε τῆς ἠρεμίας καὶ τῦ μηδενὸς ἐπαισθάνεσθαι τῶν παρόντων, ἢ γινομένων, μᾶλλον δὲ μηδὲ τῦ εἶναι ἢ τῆς ἰδίας ζωῆς (a).

3 Τὸν μεμορμένον πότμον) Mortis tres gradus: Fatum, Casus, Genitura. Epicurei hominem fato mori dicebant, Stoici casu, Pythagorici genitura. Vide Acronem Horatii interpretem. Mortis autem duo genera: naturalis, & violenta. Aristoteles περὶ ἀναπνοῆς. Θάνατ@ δ' ἐςὶν ὁ μὲν βίαι@, ὁ μὲν κατὰ φύσιν. βίαι@ μὲν ὅθεν ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν ἦ. κατὰ φύσιν δὲ, ὅταν ἐν αὐτῷ. Plato τιμαίῳ. θάνατ@ ὁ μὲν κατὰ νόσυς ἢ τραύματα γιγνόμεν@ ἀλγεινὸς ἢ βίαιος. ὁ δὲ μετὰ γῆρας ἰὼν ἐπὶ τέλ@, κατὰ φύσιν, ἀπονώτατ@ τῶν θανάτων. Demosthenes in Oratione περὶ ςεφάνυ naturalem mortem dixit, τὸν τ̃ εἱμαρμένης καὶ αὐτόματον θάνατον. Ita etiam Philostratus de vita Sophist. lib. I. in Scopeliano. Τοιαυτὶ λέγων, ὦ δέσποτα, βύλεται σε ὁ υἱὸς ἤδη τεθνάναι, ὐδὲ τὸν αὐτόματον ἢ μετ' ὐ πολὺ θάνατον ἐνδιδὺς τῷ σῷ γήρυ, ἀλλ' αὐτυργῶν μὲν τὴν ἐπιβυλὴν, μισθύμεν@ δὲ ἢ τὰς ἐμὰς χεῖρας. Violentam autem τὸν ἐξ ἀναγκαίας τύχης vocat Sophocles ἠλέκτρᾳ. Plinius lib. I. epist. XII. vocat mortem, *quae non ex natura, nec fatalis*. Apuleius Milef. I. *Tumultuarium genus mortis*. Qui vero violenta morte occidissent (ut hoc obiter dicamus) cum iis hastas efferre moris erat. Vide Etymologici Auctorem. Harpocration. Ε'πενέγκειν δόρυ ἐπὶ τ̃ ἐκφορᾶς, ἢ προσαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι, Δημοσθένης κατ' εὐέργου καὶ μνησιβύλυ, ταῦτά φησὶν ἐπὶ τῦ βιαίως ἀποθανόντ@. ἵςρ@ δ' ἐν τῇ συναγωγῇ τ̃ ἀτθίδων περὶ προκρίδ@ ἢ κεφάλυ ἐπῶν, γράφει ταυτί. τινὲς δὲ ἐπὶ τῦ τάφυ δόρυ καταπεπηχότα φασί. πεποιῆσθαι δὲ, παρακαταθέμενον τε καὶ τὸ πάθ@ σημαίνοντα, διὰ τὸ νόμιμον εἶναι τοῖς προσήκυσι, τῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τὺς φονέας. Unde intelligendus Virgilius AEneid. XI. in funere Pallantis:

—— *guttisque humectant grandibus ora*
Hastam alii, galeamque ferunt. ——

Vertebant autem hastas, inde ait.

—— *& versis Arcades armis.*

Servius. *Lugentum more, mucronem hastae non cuspidem contra terram tenentes* Qui vero sibimet manus intulissent, ii sepeliebantur, siquidem igne cremari nefas. Vide Philostratum ἡρωϊκοῖς. Sed ad pensum redeo. Hoc loco apud Lycophronem τὸν μεμορμένον πότμον non debes interpretari τὸν τῆς εἱμαρμένης ἢ αὐτόματον, sed mortem ab oraculo praedictam.

4 Τὸν δ' αὖ τέταρτον ἐγγόνων ἐρεχθέως) Idomeneum intelligit, qui a Iove quartus. Nam Iovis Minos, eius Deucalion, eius Idomeneus. Hic capta Troia quum in Cretam rediisset, regno a Leuco eiectus Colophonem venit, ubi transacta vita, in Cercapho monte sepultus est. Vide Didymum ad Odyss. μ'

(a) Consule Librum *De Funere*.

Ὃν γογγυλάτης εἷλε Βυλαῖος μυλεὺς
Ἀγηλάτῳ μάστιγι συνθραύσας κάραν,
Ἦμος ξυναίμους πατρὸς αἱ νυκτὸς κόραι
Πρὸς [a] αὐτοφόντου στῆνον ὥπλισαν μόρου.
Δοιοὶ δὲ ῥέεθρων Πυράμου πρὸς ἐκβολαῖς
Αὐτοκτόνοις σφαγαῖσι [b] δηραίου κύνες 1
Δμηθέντες, αἰχμάσουσι λοισθίαν βοὴν
Πύργων ὑπὸ πτέρνησι Παμφύλου κόρης.
Αἰπὺς δ' [c] ἀλίβρας ὄχμος ἐν μεταιχμίῳ.
Μέγαρσος [d] ἀγνῶν ἠρίων 2 στηθήσεται,
Ὡς μὴ βλέπωσι μηδὲ νερτέρων ἕδρα
Δύντες, φόνῳ [e] λουσθέντες ἀλλήλων τάφους.
Οἱ πέντε δὲ σφήκειαν 3 εἰς [f] κεραστίαν
Καὶ [g] σάτραχον βλύξαντες ὑλάτουτε γῆν,
Μορφῶ παροικήσουσι τὴν [h] ζηρυνθίαν.
Ὁ μὲν πατρὸς μομφαῖσιν ἠλαστρημένος 4
Κεγχρῆος [i] ἄντρων Βωκάρου τε ναμάτων, 5

[a] al. ἀντιφόντου μόρου.
[b] al. δηραίου.
[c] al. ἀλιστβρός.
[d] al. μάγαρσος.
[e] λουσθέντες.
[f] al. κεραστίδα.
[g] al. σίτραχον βλύσαντες.
[h] al. ζηρινθίαν.
[i] al. κυχρεῖος.

Quem Strebulus olim Consus agili discidit
Plumnus ora dissipans [a] sudaculo,
Quando creatae Nocte germanos patris
Ad unum amorem mutuae armarunt necis.
Duo at scatentis ad fluenta Pyrami
Deraeni ovantes vertagi icti mutua
Depraeliabunt caede barritum ultimum
Subtele in ipso virginis Pamphyliae.
Altusque rumo fulcus in meditullio
Stabit Megarsus cespitum nitentium,
Vt ne in profundis inferum sedilibus
Imbuta cernant busta caedibus sua.
At quinque dehinc Cerastiam in Vespariam
Et bitientes Satrachum, & Silvani humum,
Iuxta manebunt Murtiam Zerinthiam.
Vnus parentis exsulans conviciis
Cychrei cavernis Bocarique flumine,

[a] flagello. Fest.

Οὖμος ... Meus

1 Δηρσίου κύνες) Vates hi duo canes adpellantur eleganter nomine ex AEgyptiorum mysteriis desumto, qui vatem designantes canem effingebant. Horus lib. 1. Ἱερογραμματέα δὲ πάλιν, ἢ προφήτην, ἢ ἐνταφιαστὴν, ἢ σπλῆνα, ἢ ὄσφρησιν, ἢ πταρμὸν, ἢ ἀρχὴν ἢ δικαστὴν βουλόμενοι γράφειν, κύνα ζωγραφοῦσιν. ἱερογραμματέα μὲν, ἐπειδήπερ τὸν βουλόμενον ἱερογραμματέα τέλειον γίνεσθαι χρὴ πολλὰ μελετᾷν, ὑλάκτειν τε συνεχῶς καὶ ἀπηγριῶσθαι, μηδενὶ χαριζόμενον, ὥσπερ οἱ κύνες. προφήτην δὲ. ἐπειδὴ ὁ κύων ἀτενίζει παρὰ τὰ ἄλλα τῶν ζώων εἰς τὰ τῶν θεῶν εἴδωλα, καθάπερ προφήτης. Ab Esaia canes adpellantur vates ad populi peccata conniventes. Apollinis autem canes vocat, quia ille μαντικῆς praesul, quod vel pueris notum.

2 Ἀγνῶν ἠρίων) Mortui a veteribus sacri adpellati sunt, & aestimati. Et Plutarchus in Vita Numae Pompilii mortuos vocat ἱεροὺς. Plinius ille naturae mystes, lib. 1. de terra loquens. *Sequitur terra, cui uni rerum naturae partium eximia propter merita cognomen indidimus maternae venerationis. Sic hominum illa, ut Caelum Dei, quae nos nascentes excipit, natos alit, semelque editos sustinet semper; novissime complexa gremio iam a reliqua natura abdicatos, tum maxime, ut mater operiens nullo magis sacramento, quam quo nos sacros facit, etiam monumenta, ac titulos gerens, nomenque prorogans nostrum, & memoriam extendens contra brevitatem aevi.* Ac proinde etiam sacra ipsa sepulcra, unde ἀγνὰ ἠρία Lycophron hoc loco dicit. Catullus quoque.

Laserpiciferis iacet Cyrenis
Oraclum Iovis inter aestuosi
Et Batti veteris sacrum sepulcrum.

Cicero Phil. IX. *Sepulcrorum sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moveri, neque deleri potest; atque ut cetera extinguuntur, sic sepulcra fiunt sanctiora vetustate.* Quintilianus Declamat. X. De sepulcro loquens. *Sacratos morte lapides, etiam cineres, & ossa religiose quiescentia fracta sparsisset urna.* Festus non sacra, sed religiosa esse vult. *Religiosum, ac sacrum est, ut templa omnia, atque aedes, quae etiam sacratae dicuntur; at quod per se religiosum est, non utique sacrum est, ut sepulcra, quod ea non sacra, sed religiosa sunt.* Incipiebat autem illa sepulcrorum sanctitas statim a glebae iniectione. Cicero lib. II. De Leg. *Priusquam in os iniecta gleba est locus ille, ubi crematum est corpus, nihil habet religionis; iniecta gleba, tum & ille humatus est, & sepulcrum vocatur, ac tunc denique multa religiosa iura complectitur.*

3 Οἱ πέντε δὲ σφήκειαν) Ita dicta Cyprus ab incolis, qui σφῆκες nuncupabantur. Nonnus Dionys. XIII. σφήκειαν νῆσον dixit per adpositionem. Vide Eustathium ad Dionysii περιήγησιν, & Hesychium κεραστὶς vero, sive κεραστίας dicta, quondam Cyprus ab incolis urbis Amathuntis, quos, quia advenas immolabant, Venus in boves, qui a magnitudine cornuum Cerastae a Salaminiis nominantur, transmutavit. Ovidius Metam lib. X.

Atque illos, gemino quondam quibus aspera cornu
Frons erat, unde etiam nomen traxere Cerastae.

Stephanus aliter. Ἡ κύπρις ἐκαλεῖτο καὶ κεραστὶς ἀπὸ τοῦ πολλὰ ἄκρα ἔχειν. Quem sequuti Ioach. Vadianus, & Gemma. Κέρατα enim etiam promontoria a Graecis nuncupantur.

4 Ὁ μὲν πατρὸς μομφαῖσιν ἠλαστρημένος) Teucer capto Ilio domum reversus, a patre Telamone, quod fratris Aiacis mortem ultus non esset (Lycophron ait persuadere patri non potuisse Aiacem sibi manus intulisse violentas) eiectus est, itaque quum in Cyprum adpulisset Salamina condidit. Velleius Paterculus lib. 1. *Teucer non receptus a patre Telamone ob segnitiem non vindicatae fratris iniuriae, Cyprum adpulsus, cognomine patriae suae Salamina constituit.* Vide etiam Nonnum Dionys. XIII. & Horatium lib. 1. Od. VII. Solebant autem Graeci filios suos ob delictum aliquod abdicare, atque e conspectu suo removere, & tum dicebantur filii ἐκπίπτειν τοῦ γένους, eratque ea abdicatio criminis imperfecti. Vide Quinctilianum Institut. Orat. lib. VII. cap. IV. quum autem cum patre in gratiam redirent, ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸ γένος. Qui mos neque Romanis ignotus fuit. Qua de re vide quae eruditissimus vir If. Casaubonus ad Diog. Laertium.

5 Βωκάρου τε ναμάτων] Hic Eustathius oculos habuit. Εἶχε δὲ [ἡ Σαλαμὶς] καὶ ποταμὸν Βώκαρον λεγόμενον, ὡς καὶ Λυκόφρων ἱστορεῖ, ὡς ἂν εἴποι τις βουκέφαλον.

Meus sobrinus, ut peremtor patrii
Pulli, nothum propagmen, & labes domus,
Rabiem vomentis bellicosam ovilibus,
Ravi leonis quem pilis horrens cutis
Runis [a] tegebat aeneis impervium,
Obnoxiam unam possidentem semitam
Ad fata, quam vagina caelabat Scythae,
Quum

[a] telu. Enn.

Οὑμὸς ξύναιμος, ὡς [a] ὁ πατρίου φονεὺς
Πώλου 1, νόθον φίτυμα 2, συγγενῶν βλάβη,
Τοῦ λύσσαν ἐν ποιμνῃσιν 3 αἰχματηρίαν
Χέαντος, ὃν χάρωνος ὠμηστοῦ δορὰ 4
Χαλκῷ τορητὸν 5 οὐκ ἔτευξεν ἐν μάχῃ,
Μίαν πρὸς ᾅδην καὶ φθιτοὺς πεπαμένον
Κέλευθον, ἣν γωρυτὸς ἔκρυψε σκύθης,
Ἦμος

[a] al. οἰκείου.

1 Οὑ πατρίου φονεὺς πώλου) Vocat Aiacem πάτριον πῶλον, quia efflictim amaretur a patre. Alias πῶλοι vocantur pueri effeminati, [qui *catamiti* Latinis,] & meretrices. Hesychius. Πῶλος, ἑταίρα. πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον, οἷον ἀφροδίτης πώλους. ἢ τοὺς νέους καὶ τὰς νέας καὶ παρθένους. Vide alios Grammaticos. Similis notionis apud Romanos *pullus*. Festus. *Antiqui puerum, quem quis amabat, pullum eius dicebant*.

2 Νόθον φίτυμα) Apud veteres spurii pari cum legitimis in honore habebantur. Docet id praeter Eustathium Scholiastes incertus Iliad. VIII. his verbis. Ἡμεῖς δέ φαμεν [exponit cur Teucer nothus vocetur] τοῦτο μὴ εἶναι πρὸς αἰσχύνην, διὰ τὸ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἔθος κρατεῖν. ἐπίτιμον γὰρ τοὺς νόθους ἐπίσης τοῖς γνησίοις. Declarant id etiam Servii verba haec AEneid. III. *Consuetudinis regiae fuit, ut legitimam uxorem non habentes, aliquam licet captivam, tamen pro legitima haberent, adeo ut liberi ex ipsa nati succederent*. Sciendum vero hunc honorem solis regum, & principum virorum spuriis contigisse, nam privatorum hominum neque pari in honore, neque paternarum facultatum heredes fuere; sed acceptis mille drachmis contenti esse iubebantur; eaque pecunia νοθεῖον dicebatur. Harpocration. Νοθεῖα, τὰ τοῖς νόθοις ἐκ τῶν πατρώων διδόμενα οὕτω καλεῖται, ἦν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν. Aristophanes Avibus.

Τὶ δ' ἦν ὁ πατὴρ ἐμοὶ διδῷ τὰ χρήματα
Τὰ νοθεῖ ἀποθνήσκων, ὁ νόμος αὐτὸν οὐκ ἐᾷ.

Sunt autem generationis species quatuor. Homeri interpres Iliad. IV. παιδοποιίαι τετραχῶς λέγονται, ὁ μὲν γὰρ γνήσιος, ὁ δὲ νόθος καλεῖται παῖς, ὁ δὲ σκότιος, καὶ ἄλλος παρθένιος. γνήσιος μὲν οὖν καλεῖται ὁ ἐκ νομίμων γάμων. νόθος δὲ ὁ ἐκ παλλακίδος. σκότιος, ὁ τὸν πατέρα ἀγνοῶν. παρθένιος δὲ, ὁ ἐκ παρθένου ἔτι νομιζομένης γενόμενος. Qui γνήσιοι Graecis, ii *legitimi*, Romanis dicebantur. Νόθος Latini exprimere non possunt, ait Quintilianus libro III. cap VI. his verbis. Νόθον *qui non sit legitimus, Graeci vocant. Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatur, non habemus, ideoque utimur peregrino*. Isidorus Orig. lib. IX. *Nothus dicitur, qui de patre nobili, & matre ignobili gignitur, sicut ex concubina. Est autem hoc nomen Graecum, & in Latinitate deficit*. Qui σκότιος apud Graecos, is *favonius* apud Romanos, & *spurius* a spurio, quod virginalis scrobis, ut cum Arnobio dicam, vocabulum; παρθένιοι, quomodo Latine dicantur doceant alii, ego nescio.

3 Τοῦ λύσσαν ἐν ποίμνῃσιν) Sophocles Aiace.

Ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν
Λείας ἁπάσας, καὶ κατηναρισμένας
Ἐκ χειρὸς αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις.

& postea.

Τοὺς ζῶντας αὖ δεσμοῖσι συνδήσας βοῶν,
Ποίμνας τε πάσας εἰς δόμους κομίζεται,
Ὡς ἄνδρας, οὐχ ὡς εὔκερων ἄγραν ἔχων.

Homerus Iliad. λ'.

Ληΐδα δ' ἐκ πεδίου συνελάσσαμεν ἤλιθα πολλήν.
Πεντήκοντα βοῶν ἀγέλας, τόσα πώεα οἰῶν,
Τόσσα συῶν συβόσια, τόσ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν.

Adludit Apuleius Milef. III. *Audacter mucrone districto in insani modum Aiacis armatus, non ut ille vivis pecoribus infestus, tot laniavit armenta, sed longe fortius, &c.* Qualis hic Aiacis fuerit furor, docet Cornelius Celsus lib. VI cap. XVIII. *Quidam imaginibus non mente falluntur, qualem insanientem Aiacem, vel Orestem Poetarum fabulae ferunt*.

4 Ὃν χάρωνος ὠμηστοῦ δορὰ) Homeri Scholiastes Iliad. ψ'. Ἱστόρηται ὅτι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἔτυχεν ἡρακλῆς τῇ νήσῳ σαλαμῖνι κατά τινα χρείαν προσπλεύσας. τελαμῶνι δὲ ἄρτι γενέσθαι τὸν παῖδα αἴαντα. ἐπιστὰς οὖν ὁ ἡρακλῆς καὶ ἀναλαβὼν τὸν παῖδα, περιέβαλε λεοντῇ. ἐφ' ᾧ ηὔξατο αὐτὸν γενέσθαι ἄτρωτον. ὁ δὲ ηὐξήθη, καὶ τὸ πᾶν τοῦ σώματος ἐγένετο ἄτρωτον, πλὴν τοῦ αὐχένος. τοῦτο γὰρ ἐδόκει τότε κατὰ τύχην τὸ μέρος μὴ περιβεβλῆσθαι τῇ λεοντῇ. Paulo aliter Pindarus Isthmion. Od. VI. Vide etiam Philostratum ἡρωικοῖς, & Apollodorum lib. III. Sciendum vero antiquius heroas pellibus amiciri consuevisse. Apollonii Scholiast. lib. I. Σύνηθες τοῖς ἥρωσι τὸ δερματοφορεῖν. Inde apud Theocritum Διοσκύροις.

Αὐτὰρ ὑπὲρ νώτοιο καὶ αὐχένος ἐωρεῖτο
Ἄκρων δέρμα λέοντος ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων.

Virgilius AEneid. V.

——— *occurrit Acestes*
Horridus in iaculis & pelle Libystidos ursae.

& IX.

Dat Niso Mnestheus pellem, horrentisque leonis
Exsuvias:

Ea de caussa apud Romanos in pelle lanata novam nuptam considere moris erat. Vide Festum.

5 Χαλκῷ τορητὸν) Æris usus vetustus admodum, quippe, qui diu ante ferrum inventum exstiterit. Hesiodus lib. I.

Χαλκῷ δ' εἰργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

quo loco interpres, χαλκοῖς τὸ παλαιὸν καὶ ὅπλοις, καὶ ξίφεσι, καὶ γεωργικοῖς ἐργαλείοις ἐχρῶντο, βαφῇ τινι ταῦτα στομοῦντες. Apollonii Scholiastes lib. I. Ἀπολλώνιός φησιν ἐν πρώτῳ τῶν ὑπομνημάτων τὸν σίδηρον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων χαλκὸν λέγεσθαι, ἀγνοῶν ὅτι μηδέπω εὑρηθέντος σιδήρου χαλκῷ ἐχρῶντο.

Ἠμ@- καταίθων θύσθλα κωμύρῳ λέων
Σφῷ πατρὶ λάσκε τὰς ἐτητύμους λιτὰς
Σκύμνον παρ' ἀγκάλῃσιν [a] ἀΐτᾳ βρέτας.
Οὐ γάρ τι πείσει φῖτυν, ὡς ὁ λήμνι@-
Πρηστὴρ εὐνῆς, ὃ ποτ' ἐς φύζαν τραπεὶς
Ταύρ@- βαρύφρων, δυσμενεστάτῃ ξένων [1]
Ἔτυψε δώρῳ σπλάγχνον, ἀρνεύσας λυγρὸν
Πήδημα πρὸς κνώδοντ@- [b] αὐτουργοὺς σφαγάς.
Ἐλᾷ δὲ πάτρας τῆλε τραμβήλου κάσιν,
Ὃν ἡ ξύναιμ@- πατρὸς ἐκλοχεύεται,
Δοθεῖσα πρωταίχμαλα τῷ πυργοσκάφῳ,
Ἣν δή ποτ' ἐν ῥήτρῃσι δημοτῶν σταθεὶς, [2]
Γλαυκῷ κελαινὸν δόρπον ὤτρυνεν κυνὶ
Στεῖλαι [3], τριπλᾶς θυγατρὰς ὁ σπείρας βάβαξ,
Τῷ πᾶσαν ἅλμῃ πηλοποιοῦντι χθόνα,
Ὅταν κλύδωνας ἐξερεύγηται γνάθων
Λαύρως [c] σαλεύων πᾶν τρικυμίᾳ πέδον.
Ὁ δ' ἀντὶ πίπους σκορπίον λαιμῷ σπάσας
Φόρκῳ, κακῆς ὠδῖν@- ἔκλαυσε βάρ@-,
Ὁ δεύτερ@- δὲ νῆσον ἀγρότης μολὼν,
Χρῄζων πυθέσθαι πημάτων [d] ξυμβουλίαν,
Χερσαῖ@- αὐτόδαιτ@- [4] ἐκγόνων δρυὸς

[a] al. ἀΐτει.
[b] al. αὐτουργοῦ.
[c] al. λάβρως
[d] al. συμβουλίαν.

Quum duros adolens sacra Comyro leo
Suo parenti fatus est claras preces,
Immussuli ulnis lubrumum gestans suis.
Nec ipse credat hoc parens, quod Lemnium
Fulmen duelli, nescius turpis fugae
Trio efferatus hospitum infensissimi
Traiecit ille munere, urinans ferum
Saltum tepentis ensis ad promtam necem.
Fratremque Trambeli ille patria exigit,
Cognata patris quem parit nixu suo
Donata praeda dirutori moenium,
Quam pro frequenti civium comitio
Ferale glauco prandium suasit cani
Misisse linguax virginum trium pater
Omnem marino terram inundanti luto,
Siquando fluctus expuisset faucibus
Sorbens procellis omne decumanis solum.
Nepam, sed ille fauce pro pupa vorans,
Partus maligni questus est onus grave.
Venator adiens at secundus insulam
Vt expedite consulat malis suis,
Indigena socius epulo liberis [a] Virae,

[a] Hamadryadis nymphae.

Λυκα- Pri-

1 Δυσμενεστάτῳ ξένων δώρῳ) Aiax apud Sophoclem.

Δῶρον μὲν ἀνδρὸς Ἕκτορ@-, ξένων ἐμοὶ
Μάλιστα μισηθέντ@-, ἐχθίστου θ' ὁρᾶν.

Vide Homerum Iliad. η΄. Huc pertinet epigramma.

Ἕκτωρ Αἴαντι ξίφ@- ὤπασεν, Ἕκτορι δ' Αἴας
Ζωστῆρ', ἀμφοτέρων ἡ χάρις εἰς θάνατ@-.

Vbi malim legere ἧς θάνατ@- pro ἦν Dorice. Occidit autem seipsum Aiax

Χόλῳ βαρυνθεὶς τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων.

ut ait Sophocles, cui adstipulantur Homerus & Ovidius. Suidas tamen tradit orta de Palladio contentione, Aiacem noctu fuisse interfectum, Vlyssis, ut putabat, dolo.

2 Ἐν ῥήτρῃσι δημοτῶν σταθεὶς) Mos veteribus concionem ad populum habentes stare. Homeri Scholiastes Iliad. α΄. Τὸ παλαιὸν κἂν βασιλεὺς ἦν, κἂν ἄλλης οἵας δήποτε τύχης, ἐδημηγόρει ὀρθὸς ἱστάμεν@-. Apud Ovidium Metam. lib. XII.

Surgit ad hos clipei dominus septemplicis Aiax.

Eodem modo heic Phaenodamas.

3 Δόρπον ὤτρυνεν κυνὶ στεῖλαι) Δόρπον veteres Graeci vocabant, quod posteriores δεῖπνον, ut apud Romanos *Vesperna*, quae postea *Coena* nuncupata. Ter autem cibum sumebant. Prima cibi sumtio ἄριστον dicebatur, altera δεῖπνον, ultima δόρπον. Didymus ad Odyss. β΄. Τρισὶ δὲ τροφαῖς (οἱ παλαιοὶ) ἐχρῶντο. καὶ τὴν μὲν πρώτην ἐκάλουν ἄριστον, ἣν ἐλάμβανον πρωΐας σχεδὸν ἔτι σκοτίας οὔσης. καὶ ὀνομάζεται ἄριστον, ἢ παρὰ τὸ λαμβάνοντας αὐτοὺς εἰς τὸ ἀριστεύειν προέρχεσθαι. ἢ ἀπὸ τοῦ προσφέρεσθαι ταύτην πρώτην τὴν τροφὴν, παρὰ τὸ ἄρι ὀνομασμένης τῆς λέξεως. τὴν δευτέραν δεῖπνον, μεθ' ὃ ἔδει πονεῖν, ὅπερ ἐστὶν ἐνεργεῖν. λαμβάνοντες γὰρ ταύτην τὴν τροφὴν πάλιν περὶ τὰ πολεμικὰ ἔργα ἐπόνουν, τὸ δὲ τρίτον δόρπον, τὸ καθ' ἡμᾶς λεγόμενον δεῖπνον. καὶ ἐστὶ κατὰ τὸ ἔτυμον ἰαύεπτον. ὅταν εἰς τὸ ἰαύειν πορευώμεθα. Athenaeus quatuor refert ἀκράτισμα, sive διανηστισμὸν, δεῖπνον, ἑσπέρισμα (quae *Merenda* Romanis) sive δείλινον, & δόρπον. Sciendum vero antiquissimos Graecos coenare dumtaxat consuevisse, ut & frugaliores Romani. Isidorus Orig. lib. XX. cap. 11. *Est autem cocna vespertinus cibus, quam antiqui Vespernam dicebant, in usu enim non erant prandia.* Ita omnino iste locus legendus: nam quod in veteribus, & nuperrime editis libris legitur, *quam antiqui vespertinam dicebant*; vitiosum esse, vel puer animadvertat. Salvian. lib. 1. *Numquid parcam illam tunc agre emque vitam cum gemitu & dolore tolerabant? cum viles ac rusticos cibos ante ipsos quibus exercebantur focos famerent, eosque ipsos capere nisi ad vesperam non liceret.* Macrobius Saturnal. lib. I. cap. VI. *Sed vultisne diem sequentem, quem plerique omnes abaco, & latrunculis conterunt, nos istis sobriis fabulis a primo lucis in coenae tempus, ipsam quoque coenam non obrutam poculis, non lascivientem ferculis, sed quaestionibus doctis pudicam, & mutuis ex lecto relationibus exigamus?* Nisi mavelis ibi coenae vocabulum prisca significatione pro prandio accipere.

4 Χερσαῖ@- αὐτόδαιτ@-) Αὐτόδαιτοι dicebantur qui de suo coenabant. Romani *Sodales* adpellarunt, teste Festo. Conviviorum autem apud veteres tria erant genera. Ἔραν@-, γάμ@-, εἰλαπίνη. Eustathius Odyss. α΄. Ἰστέον δὲ ὅτι κατὰ τρεῖς μάλιστα τοὺς τρόπους συνέλθοιεν ἂν πολλὰ (lego παλαιοὶ) ἐπὶ εὐωχίᾳ. ἤγουν ἐν εἰλαπίνῃ, ἐν γάμῳ, καὶ ἐν ἐράνῳ. καὶ ὁ μὲν ἔραν@- κόσμιον, καὶ οὐδὲ πολυτελὲς, ἀλλὰ καὶ φειδωλῶς ἥδιον ὡς τὰ πολλὰ οἱ ἐρανισταὶ, ὡς ἂν ἴδιον ἐσθίοντες ἕκαστ@-. ἐπὶ δὲ ἔραν@-, ἡ ἀπὸ κοινῆς συμβολῆς, ἤγουν καταβολῆς, καὶ δαπάνης πολλῶν τινῶν εὐωχία, &c. ὁ δὲ γάμ@-, δῆλον ὅτι ὁμιλία ἐστὶ συνέλευσις ἐπὶ νυμφίων συναρμογῇ. ἡ δὲ εἰλαπίνη εὐωχία ἐστὶ καὶ αὐτὴ πολυτελὴς ἐν ᾗ κατὰ εἴλας, ὡς οἱ παλαιοὶ γράφουσιν, ἢ ὁμοῦ ἀλώμενοι πολλοί τινες, χαίροντ@- δηλαδὴ τοῦ δειπνοκλήτορ@-. Porro ἔραν@-, alias vocabatur ἀπὸ σπυρίδ@- δεῖπνον. Item καταβόλιον. Ioan. Tzetzes ad He-

Priscis Lupercis, atque Nyctimi coquis
Lunam ante natis, filiam glandis dapem,
Torrere suetis in calentibus focis,
Eviscerabit, & medullitus trahet
Ligone glebas, omne vestigans specum.
Cuius necavit bronchus OEtaeus patrem,
Ad verticillas ilis artus lancinans.

Ada-

Λυκαινομόρφων νυκτίμου κρεανόμων,
Τῶν πρόσθε μήνης 1 φηγίνων πύρνων ὀχὴν
Σποδῷ [a] κατ' ἄκρον χεῖμα θαλψάντων πυρὸς 2,
Χαλκωρυχήσει, καὶ τὸν ἐκ βόθρου σπάσει
Βῶλον, δικέλλῃ παμμεταλλεύων γνύθος,
Οὗ φίτυν ἠνάριξεν οἰταῖος σόνυξ,
Βουβῶνος [b] ἐντόμαισι θρυλλίξας δέμας 3.

Ε'νω

[a] al. σπλαδῷ.
[b] al. ἐντμήμασι.

Hesiodi lib. II. Καλοῦμεν καταβόλια, ὅταν κοινῶς εἰδόντες δαπάνην συμποσιάζωσιν. Huic respondet Romanorum *Sportula*. quam instituit Nero publicarum coenarum loco. Εἰλαπίνην Hesiodus lib. II. πολύξεινον δαῖτα vocat.

Μηδὲ πολυξείνου δαιτὸς δυσπέμφελος εἶναι.
Ε'κ κοινοῦ πλείστη δὲ χάρις, δαπάνη τ' ὀλιγίστη.

Ea Romanis *Recta coena*, aut ἁπλῶς *Recta* fuit adpellata, atque a liberalioribus divitibus salutatoribus data. Martialis lib. VIII. ad Domitianum Caesarem.

Promissa est nobis sportula, recta data est.

Suetonius in Augusto cap. LXXIV. *Convivabatur & adsidue, nec umquam nisi recta, non sine magno ordinum hominumque delectu*. Has substulit Nero, Domitianus revocavit, teste Tranquillo. Generale horum omnium nomen erat συνδείπνον. Latine *Convivium*, vocabulo aptiore. Cicero de Senect. *Bene enim maiores nostri accubitionem epularem amicorum, quia vitae conlunctionem haberet. Convivium nominarunt; melius quam Graeci, qui hoc idem tum Compotationem, tum Concoenationem vocant*. Ita enim emendandum eum locum in Variis meis brevi docebo, si vivo, & valeo.

1 Τῶν πρόσθε μήνης) Arcades vetustissimam se totius Graeciae gentem credi voluerunt (quare *antiquos* hos Manilius, Seneca *veteres* vocat) atque adeo regionem ipsam ante lunam fuisse. Ovidius.

Orta prior luna, de se si creditur ipsi,
A magno tellus Arcade nomen habet.

Statius Papinius.

Arcades — astris lunaque priores.

Rei eius hanc tradunt causam nonnulli, quod prius annum habuerint, quam is in Graecia ad lunae cursum constitueretur. Lucianus in Comment. de Astrologia, & Scholiastes Apollonii lib. IV. dicunt primum deprehensum lunae cursum in Arcadia ab Arcade Endymione. Censorinus de die natali capit. XIX. *In Achaia Arcades trimestrem annum primo habuisse dicuntur, & ob id* προσέληνοι *adpellati, non ut quidam putant, quod ante sint nati quam lunae astrum in coelo esset, sed quod prius habuerit annum, quam is in Graecia ad lunae cursum constitueretur*. Figmenti eius auctor Hippias quidam Rheginus existimatur. Varias variorum hac de re opiniones habes apud Aristophanis Scholiasten ad Nubes.

2 Σποδῷ κατ' ἄκρον χεῖμα θαλψάντων πυρὸς) Glandibus veteres vesci solitos notissimum est: Lucretius lib. v. de primis hominibus agens.

Glandiferas inter curabant corpora quercus
Plerumque —

& ibidem.

Sic odium coepit glandis —

Horatius lib. I. Sat. III.

Quum prorepserunt primis animalia terris
Mutum & turpe pecus, glandem atque cubilia propter
Vnguibus & pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quae post fabricaverat usus.

Maximus Tyrius. περὶ ἔρωτος. Ἦσαν δέπου κατὰ τὸν Ἐπικούρου (φασὶ) βίον, αἱ τροφαὶ τοῖς ἀνθρώποις φηγοὶ καὶ ὄχναι. Iul. Pollux libro I. capit. XII. Πρὸ πυρῶν τοὺς ἀνθρώπους ἔθρεψεν ἡ βάλανος. Macrob. in Somn. Scip. libro II. cap. X. *Quumque rudes primum homines, & incuria silvestri non multum a ferarum asperitate dissimiles meminerit, vel fabuletur antiquitas, tradatque, nec hunc eis quo nunc utimur victum fuisse, sed glande prius & baccis alitos, sero sperasse de sulcis alimoniam*. Vide Platon in Politic. AElianum ποικ. ἱστορ. lib. III. & Vitruvium, ubi priscorum hominum cibos agrestes memorat. Atque inde βαλανιστὰς vocabant eos qui glandes colligebant mercede conducti Auctor proverbiorum Βαλάνοις ἔζων τὸ πρὶν οἱ ἄνθρωποι καὶ βαλανιστὰς ἐκάλουν τοὺς ἐπὶ μισθῷ τὸν καρπὸν τοῦτον συλλέγοντας. Et Athenis in nuptiis moris erat puerum patrimum matrimum spinas cum glandibus, & canistrum panibus refertum ferre, clamareque, ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Quum vero ait Lycophron σποδῷ πυρὸς θαλψάντων, Observandum est glandes prius ab illis assari solitas, quam ederentur. Etymologici auctor. Οἱ ἀρχαῖοι βαλάνους εἶχον ἔθος ὑποκαίειν. Inde est quod ait Arnobius lib. II. *Aut de milio sit (cibus) aut sit panis ex farre, aut (ut secula imitemur antiqua) ex cinere caldo glandes*. Similiter postea repertis frugibus panes coquebant in cinere prius, inde in furno, teste Varrone lib. I. de vita Populi Romani. Primitivi autem panes ex hordeo confiebant, docet id Artemidorus lib. I. cap. LXXI. Ἄρτοι κρίθινοι πᾶσιν ἀγαθοὶ, πρώτην γὰρ τροφὴν ταύτην ἂν ἀνθρώποις δεδόσθαι παρὰ θεῶν λόγος ἔχει. Postea ex tritico & siligine.

Vbi de panibus hordeaceis, Artemidoro adde Annaeum Lucanum in Panegyrico ad Pisonem.

——— nam quid memorare necesse est
Vt domus a Calpo nomen Calpurnia ducat,
Claraque Pisonis tulerit cognomina prima,
Fumida [a] callosa cum pinseret hordea dextra?

Ita postremum versum emendat vir magnus in Catalectis.

3 Βουβῶνος ἐντόμαισι θρυλλίξας δέμας) Ovidius Metamorph. lib. VIII.

Occupat audentum, quaque est via proxima leto,

Sum-

[a] Alii legunt *Humida*.

a al. ἢ. b al. μίτω. c al. παμ-μίτωρ. d al. κτανόντ'.

Ε'νω a δ' ὁ τλήμων σὺν κακῷ μαθὼν ἔτ⊛, — Adagionem hunc sensit accepto malo,
Ω'ς πολλὰ χαλεὺς 1 ϰ̀ δεπαστραίων ποτῶν — Quod plurima inter poculum & labrum solet
Μέσῳ b κυλίνδᾳ μοῖρα c παμμήτωρ βροτῶν 2. — Vertisse fatum res agens mortalium.
Ο' δ' αὐτὸς ἀργῷ πᾶς φαληριῶν λύθρῳ — Et tabe manans ora spumanti, occidens
Στόρθυγξ, δεδυπὼς τὸν d κλανὸντ' ἠμύναλο, — Solocisetus imminentem ulciscitur,
Πλήξας ἀφύκλως ἄκρον ὀρχηςῦ σφύρον 3. — Salii coercens a incito statu volam.
Τρίτ⊛ δὲ τῦ μάρψαντ⊛ ἐκ κοίλης πέτρας 4 — At tertius tollentis ex cava petra
Κέλωρ γίγαντ⊛ ὅπλα, τῦ ποτ' ἐς λέχ⊛ 5 — Natus b neronis arma, cuius in torum
Λαθραῖον αὐτόκλητ⊛ ἰδαία πόρις 6, — Idea iunix sponte conscendet sua,
Η' ζῶσ' ἐς ἅδην ἵξεται καλαιβάτις — Quae viva Averni obibit umbras, questubus
Θρήνοισιν ἐντακεῖσα μυνίτυ τοκάς, — Et lacrumis confecta Muniti parens,
Ο'ν δή ποτ' ἀγρώσσοντα 7 κρησώνης ἔχις — Quem torta Crestonae anguis in venatibus
Η' πα- — Neca-

a immoto. b robusti.

Summa ferus geminos direxit ad inguina dentes.

Philostratus iunior in Imaginibus. Ε'μπεπτωκὼς γὰρ ὁ σῦς Α'γκαίῳ τέτῳ κατὰ τὸν μηρὸν, κεῖται ὁ νεανίας, ἀθρόον ἐκρέων τὸ αἷμα, καὶ εἰς πολὺ ἀνηῤῥωγὼς τῦ μηρῦ: quem locum depravatum ita putabam restituendum. Κεῖται ὁ νεανίας, ἀθρόον ἐκχέων τὸ αἷμα καὶ εἰς πολὺ ἀνεῤῥωγὼς τὸν μηρόν. Consentit Pherecydes libro IX. citante Apollonii interprete.

1 Ω'ς πολλὰ χαλεὺς) Vetus illud & notissimum proverbium,

Πολλὰ μεταξὺ πέλ̃ κοτύλης ϰ̀ ψάλε⊛ ἄκρυ

(nam πέλ̃ ibi legendum non πέλ̃ recte monuit olim doctissimus Henricus Stephanus) quod ita versum iam omnium fere in ore est.

Multa cadunt inter calicem supremaque labra.

De hoc proverbio, eiusque origine Dydimus ad Odyss. XXII. ex Aristotele differit in hunc modum. Λέγ̃ ἢ ἀριστοτέλης περὶ τῆς παροιμίας ὕτως ἀγκαῖ⊛ ὁ ποσειδῶν⊛ ϰ̀ ἀςυπαλαίας σαμι⊛ ὢν τὸ γέν⊛, ἔχων οἰκέτην ἀπὸ κρήτης ἐκέλευσεν αὐτῷ ποτὸν προσφέρ̃ν πίνειν. ἀπόνλος δ' αὐτῦ ὡς ἐ δυνήσεται πιεῖν, ὅθεν ἐντεῦθεν αἱ ἄμπελοι τυγχάνεσιν. αὐτὸς ἢ ἀγκαῖ⊛ κατακερτομήσας τὺς θεράποντας ἔλαβε τὴν κύλικα, καὶ προσέθετο. λήξαντος ἢ ἐκείνε.

Πυλὺ μεταξὺ πέλ̃ κύλικ⊛ ϰ̀ χέιλε⊛ ἄκρυ.

Α'φνω συνέβη χρῆμα συὸς μεγάλυ ἐπιβαρῆσαι τοῖς τῦ ἀγκαίυ χωρίοις. ἀκύσαντα ἢ αὐτὸν ἀπὸ τῶν χειλῶν τὴν κύλικα καταθεῖναι καὶ δραμεῖν ὡς τὸν ἄγριον ὗν, συμβαλόντα ἢ τῷ κάπρῳ τελευτῆσαι, ἔνθα φησὶ κατανοῆσαι τὴν παροιμίαν. Ita enim emendo. Vide etiam Apollonii Scholiasten lib. I. & laborosissimas illas maximi Erasmi Chiliades. Festus aliam originem adfert. Hinc sumtum illud M. Catonis in oratione de aedilibus vitio creatis. *Inter os, & offam*: de quo consule Agellium lib. XIII. capit. XVI. Hoc etiam usus Cicero in epistola quadam ad Atticum.

2 Κυλίνδ̃ μοῖρα παμμήτωρ βρωτῶν) Parcas humanae vitae praesidere credidit antiquitas, faustaque infaustaque omnia ab illis immitti. Hesiodus in Theogonia.

—— αἵ τε βροτοῖσι
Γεινομένοις διδῦσιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε,
Αἵ ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραιβασίας ἐφέπυσαι.

3 Πλέξας ἀφύκτως ἄκρον ὀρχηςῦ σφυρὸν) Haec quomodo cum superioribus cohaereant, non video, ὀρχησαὶ vero dicuntur, qui in praelio morientes praecipite casu in terram provolvuntur, & ut ait Virgilius lib. II.

—— *saltu terram super aegra dedere Corpora.* ——

Eodem modo hic ὀρχηςὴς vocatur Ancaeus.

4 Μάρψαντ⊛ ἐκ κοίλης πέτρας) Thesaeum intelligit, qui ensem, & calceos sub ingenti abditos saxo abstulit, qua de re infra dicendum. Huius filius Acamas.

5 Τῦ ποτ' ἐς λέχ⊛) Fertur Laodice quum ob Helenam repetendam Diomedes & Acamas venissent, magno Acamantis flagrasse amore eiusque concubitum magnopere expetivisse, quo tandem, opera Philobiae Persei uxoris regiam esse pellicem persuadentis, potita est, atque ex eo gravida facta Munitum peperit. Vide Parthenium Erot. XVI.

6 Ι'δαία πόρις) Hoc loquendi genus Poetis admodum familiare. Sic infra dicit χῶρον σκύθλω, AEschylus πρὸμ δεσμ. σκύθλω οἶμον, Persis ἐλλάδα αἶαν. Horatius *Adrium mare*, Sophocles Aiace ἰδαία χθὼν. Sic apud Theognidem ἄςρον ϰ̀ κύων pro eo quod est ἀςροκύων. Sic *sexum marem* pro masculino Arnob. lib. IV. Tertullianus de Pallio cap. III. *Audaciam Graeciam* similiter, ubi frustra mutarunt viri docti. Tibullus, *Campania terra*. Propertius, *Heroas manus*, *Horatia pila*, *Angusta navis*. Prudentius *Lucinas horas*. Martialis *Lybiam palaestram*. Cato *Italiam terram* apud Macrobium libro VI. capit. VII. Lactantius, ut putatur, in Phoenice *Oceanas aquas*. Velleius lib. I. *Graeciam iuventutem*. Similia observavit apud Theocritum Isaac. Casaubonus immortale litterarum decus. Olim autem Troia ἰδαία vocabatur. Sophoclis Scholiastes. Ι'δαία τὸ πάλαι ἡ τροία ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῆς ἴδης τῦ ὄρυς.

7 Ο'ν δὴ ποτ' ἀγρώσσοντα) Studiosa admodum venationis fuit antiquitas, ita ut dedecus fere fuerit principi viro venationis non esse studiosum Iul. Pollux lib. V. Τὸ ἐπιτήδευμα ἡρωϊκὸν, ϰ̀ βασιλικὸν, ϰ̀ πρὸς εὐσωματίαν ἅμα ϰ̀ εὐψυχίαν ἀσκεῖ. καὶ ἐςὶν ἀθλητικῆς τε καρτερίας ἅμα καὶ πολεμικῆς τόλμης μελέτημα, πρὸς ἀνδρείαν φέρον, &c. Xenophon Cyropaed lib. I. Α'ληθεςάτη δοκεῖ αὐτῃ ἡ μελέτη τῶ πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι, & quae ibi multa sequuntur. Vide eiusdem κυνηγετικὸν. Philo περὶ βίυ Μωσ. Η' μὲν γὰρ ἀγρίων θήρα ςρατηγικὸν κατ' ἐχθρῶν ἐςὶ γύμνασμα. Hinc est quod Darius sepulcro suo inscribi mandaverit. Φίλ⊛ ἦν τοῖς φίλοις, ἵππευς τε ϰ̀ τοξότης ἄριςτ⊛ ἐγενόμην, κυνηγῶν ἐκράτυν, πάντα ποιεῖν ἠδυνάμην.

Necabit, acrem cuspidem infligens pedae,
Vbi parentis collocabit in manus
Captiva patris avia furtivo satum
Amore pullum, cui iugum solae hosticum
Iecere servitutis Actaei lupi
Hostimen, atque Bacchae ademtae gratiam
Quorum rotundae testulae caesus tholus,
Munimen ictus hostici, caput teget.
Intacta vermiculata claxendix domos
Ser-

Κτένει 1, πατάξας πτέρναν ἀγρίῳ βέλει.
Ὅταν τεκόντος αἰχμάλωτος ἐς χέρας
Ἡ πατρομήτωρ τὸν [a] δνόφῳ τεθραμμένον 2
Βάλῃ νεογνὸν σκύμνον. ᾗ μόνῃ ζυγὸν
Δούλειον ἀμφήρεισαν ἀκταίων λύκοι, 3
Τῆς ἁρπαγείσης ἀντίποινα θυάδος.
Ὧν ὀστράκου στρόβιλος ἐντετμημένος 4
Κόρσην σκεπάσει, ῥῦμα φοινίου δορός,
Τὰ δ' ἄλλα [b] θριπότρωτος 5 ἄψαυστος δόμων
Σφρα-

[a] al. γνόφῳ.
[b] al. θριπόβρωτος.

---

1 Κρηστώνης ἔχις κτενεῖ) A Thracia vipera interfectum Munitum canit Lycophron, quia apud Olynthum Thraciae id acciderit. Parthenius loco supra citato. Χρόνου δὲ προϊόντος γίνεται τῷ ἀκάμαντι υἱὸς μὲν μούνιτος, ὃν ὑπ' αἴθρας τραφέντα (sic emendo) μετὰ τροίας ἅλωσιν διεκόμισεν ἐπ' οἴκου καὶ αὐτὸν θηρεύοντα ἐν ὀλύνθῳ τῆς θράκης ὄφις ἀνεῖλεν. Vbi notandus Iani Cornarii error, qui *sub dio* vertit, quum *ab AEthra* vertendum esset. Sed fefellit medicum doctum loci depravatio non animadversa, & historiae ignorantia. Hoc ideo dicere volui, ut ἀπειρόκαλοι illi Graecarum litterarum contemtores videant, quantum eiusmodi interpretibus, quos ipsis auctoribus praeferunt, credere debeant. Sed per me quidem hominibus istis licet repertis frugibus βαλανηφαγεῖν.

2 Τὸν δνόφῳ τεθραμμένον) Videtur adludere ad priscam consuetudinem. Olim enim pueri in specubus, qui tenebrosi, educabantur. Didymus ad Odyss. VIII. Οἱ παλαιοὶ ὑπελάμβανον τοὺς πρὸ ἑαυτῶν ἐκ δρυῶν καὶ πετρῶν γεγενῆσθαι διὰ τὸ τὰς τικτούσας ἐς τὰ στελέχη καὶ σπήλαια ἐντεθεῖαν τὰ παιδία. Quod etiam docet ad Homeri Iliada Scholiastes incertus. Doctissimus G. Canterus σκότιον interpretatur. Malim simpliciter τὸν δνόφῳ τεθραμμένον, id est, κρύφα. Ita Orestis κρυπτὴν ἥβην dixit Sophocles ἠλέκτρᾳ, quia occulte esset educatus.

3 Ἧ μόνῃ ζυγὸν δοῦλειον ἀμφήρεισαν) De AEthrae captivitate ita Apollonii Scholiastes libro I. Ἐπεστράτευσαν κατὰ τῆς τροιζῆνος οἱ Διόσκουροι διὰ τὴν ἀδελφὴν Θησέως ὄντος ἐν ᾅδου. καὶ πορθήσαντες ἔλαβον αἰχμάλωτον Αἴθραν τὴν Θησέως μητέρα. Turbet forte hoc loco quempiam Lycophron, quod dicat AEthram in servitutem redactam, quum Graeci nulli servi essent. Πάλαι γὰρ (sic lego, non πάλιν) οὐκ ἐξῆν ἕλληνα εἶναι δοῦλον, ἀλλὰ βαρβάροις ἐκέχρηντο, ut notat ad Orat. κατὰ μειδίου Vlpianus. Sciendum tamen iure belli id licuisse.

4 Ὧν ὀστράκου στρόβιλος) Pilea veteres Dioscuris adfinxere. Philo περὶ ἀρετῶν. εἶτ' ὥσπερ ἐν θεάτρῳ σκευὴν ἄλλοτε ἀλλοίαν ἐλάμβανε, τότε μὲν λεοντῆν καὶ ῥόπαλον, ἀμφότερα ἐπίχρυσα, διακοσμούμενος εἰς ἡρακλέα. πότε δὲ πίλους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὁπότε ἀσκοῖτο εἰς Διοσκούρους. Catullus.

Salax taberna vosque contubernales,
A pileatis nona fratribus pila.

Ea pilea dimidiati ovi forma fuisse patet ex hoc Lycophronis loco. Cur autem iis pilea attributa, docet Festus. *Pilea Castori, & Polluci dederunt antiqui, quia Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare mos est.* Neque vero placet Mureti commentum.

5 Τὰ δ' ἄλλα θριπόβρωτος) Vertendum erat hoc modo:

Reliquas porro aedes vermiculatum intactum
Sigillum servabit. ———

Et rectius multo magnus ille Scaliger,

Intacta vermiculata claxendix domos
Servabit alias.

Olim autem aedes, scrinia, & quaecumque claudebantur, obsignari moris erat, quod etiam heic est videre. Aristoteles περὶ θαυμ. ἀκουσμ. Καὶ τοῦ οἴκου κατασφραγίζεσθαι τὰς θύρας. καὶ ἐπειδὰν μέλλωσιν ἀνοίγειν, ἐπιδείξαντες τοῖς πολίταις καὶ τοῖς ξένοις τὰς σφραγίδας, οὕτως ἀνοίγουσιν. Aristophanes θεσμοφοριαζ.

Εἶτα δ' ἐπὶ τοῦτο ταῖς γυναικωνίτισι
Σφραγίδας ἐπιβάλλουσιν ἤδη καὶ μοχλοὺς
Τηροῦντες ἡμᾶς. ———

Theophrastus in Eth. Charact. cap. περὶ ἀπιστίας. Καὶ τὴν γυναῖκα τὴν αὐτοῦ ἐρωτᾷν κατακείμενος, εἰ κέκλεικε τὴν κιβωτὸν, καὶ εἰ σεσήμανται τὸ κοιλιούχιον. Plautus in Casina.

Obsignate cellas, referte annulum ad me.

Huc pertinent illa Theodoreti de Providentia Dei Orat. V. Καὶ τοῦ μέλιτος ἐνεῖσαι τὰ νάματα, ὥσπερ τινὶ θησαυρῷ σήμαντρα καὶ σφραγίδας ἐπιβάλλουσι. Et illa Apuleii in Apologia. *Quamquam ipse aperiret (utpote primus librorum, qui illic erant conditi) paene quotidie, & clauderet: saepe nobiscum, multo saepius solus intraret, linteum in mensa positum cerneret, sine ullo sigillo, sine vinculo.* Et postea. *Quod conditum quumque, quod obsignatum, quod inclusum domi adservatur, id omne argumento Magicum dicetur.* Cornelius Tacitus Annal. lib. 11 *Irridebantur & Graeci comites, ac vilissima utensilium anulo clausa.* Menander.

Ὅστις δὲ μοχλοῖς καὶ διὰ σφραγισμάτων
Σώζει δάμαρτα, &c.

Vocat vero Lycophron θριπόβρωτον σφραγίδα, quia antiquitus ante inventum annuli signatorii usum lignis a vermibus erosis res quasvis signare consueverint. Hesychius. Οἱ λάκωνες σφραγίσιν ἐχρῶντο ξύλοις ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένοις κατασημαινομένοις ὁπότε βούλοιντο. Φιλοστέφανος δέ φησι πρῶτον ἡρακλέα χρήσασθαι. Inde ea signacula θριπήδεστα atque θριπηδήστατα nuncupata fuerunt. Etymologici auctor. Θριπήδεστα, τὰ ὑπὸ τῶν θριπῶν διαβεβρωμένα ξύλα, οἷς ἀντὶ σφραγῖδος ἐχρῶντο. Eustathius Odyss. α. Θριπήδεστα, ξυλήφια τὰ ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένα, οἷς ἐχρῶντο οἱ σφόδρα οἰκονομικοὶ ἀντὶ γλυπτῶν σφραγίδων. Suidas, Θριπηδέσατα, ξύλα ἀπὸ (lego ὑπὸ) θριπῶν βεβρωμένα, οἷς ἐσφράγιζον. Licet hanc consuetudinem etiam observare apud Aristophanem θεσμοφοριαζούσαις, ubi mulier quaedam ita loquitur.

Σφραγὶς δοκεύσει, θάμβος ἐγχώροις μέγα.
Α῎ δὴ πρὸς ἄςρων κλίμακας ςῆσει δρόμον
Τοῖς ἡμιθνήτοις 1 διπτύχοις λαπερσίοις 2.
Οὓς μήποτ' ὦ ζεῦ σῶτερ ἐς πάτραν ἐμὴν
Στείλαις ἀρωγοὺς τῇ a δυσαρπάγῳ κρεκὶ 3.
Μὴ δὲ b πτερωτὰς ὁπλίσαντες ὁλκάδας,
Πρύμνης ἀπ' ἄκρας γυμνὸν αἰψηρὸν πόδα
Εἰς βεβρύκων ςίψειαν ἐκβατηρίαν.
Μὴ δ' οἱ λεόντων τῶνδε c καρτερώτεροι,
Α'λκὴν ἄμικτοι. τοὺς ἄρης ἐφίλατο,
Καὶ δ' ἐνυώ, καὶ τριγέννητος θεὰ 4
Βοαρμία λογγάτις ὁμολωὶς γία.
Πὺξ ἂν τὰ χειρώνακτες ἐργάται διπλοῖ,
Δρύμας τε καὶ πρόφαντος ὁ κρώμνης ἄναξ
Ε'λατύπησαν κοιράνῳ ψευδωμότῃ,
Ε῎ν ἦμαρ ἀρκέσειε πορθηταῖς λύκοις.
Στέρξαι d βαρεῖαν ἐμβολὴν ῥαιςηρίαν,
Καί περ πρὸ πύργων τὸν κανεςραῖον μέγαν
Ε'γχώριον γίγαντα δυσμενῶν μοχλὸν
Ε῎χοντα, καὶ τὸν πρῶτον εὐςόχῳ βολῇ
Μαιμῶντα τύψαι ποιμνίων ἀλάςορα.
Οὐ δὴ ποτ' αἴθων πρῶτα e καινίσει δόρυ,
Κίρκος θρασὺς πήδημα λαιψηρὸν δικὼν,
Γραικῶν ἄριςος 5. ᾧ πάλαι τεύχει τάφους,
Α'κτὴ δολόγκων εὐπρεπὴς κεκμηκότι 6,
Ma-

Servabit alias, incolis stupenda res:
Quod templa ad alta siderumque a subices
Ducet deos Lapersios medioxumos,
Quos numquam in orbem Iupiter sospes meum
Duxis bipraedem liberatores subim:
Nec vel celoces instruentes classium,
E puppe summa nudipes vestigium
Hostes vetusto Bebrycum insigant solo:
Neque hos leones anteuntes viribus,
Duri duello, quosque Mavors armiger,
Quos Nerienes, Capta quos amat dea
Boum Iuga, & Curitis Gomolois dea.
Haec quae cluentes arte fabrica duo,
Querquetulanus, Consus, & Cromnae imperans,
Struxere quondam peieranti principi,
Crudis diem unum vix lupis suffecerint
Vim fulminantis impetus depellere,
Quamvis in arcibus Canastraeum gravem
Giganta, constans hostium repagulum,
Habentia, atque certa primum verbera
Vibrare promtum lancinatori gregis,
Et cuius iras primus accendet graves
Acceptor b acer, lubricum saltum citans,
Flos ipse Graium, cui Dolongorum elegans
Olim sepulcrum ripa defuncto parat
Ru-

a al. δυσαρπάγῳ. b al. μαδὶ. c al. καρτερώτατοι. d ῥῖψαι. Scal. e al. καινίσει.

a pro nubibus. Enn. b accipiter antique.

Νῦν δ' ἔτος αὐτὸς φικότριψ εὐριπίδης
Ε'δίδαξε θριπήδεςα ἔχειν σφραγίδια
Ε'ξαψαμένους. ———

Ea signacula θριπήδεςα, & θριπηδέςατα adpellata, ut dixi. Hyperides in Orat. adversus Demadem vocat Graeciam θριπηδέςατον, id est, vastatam. Signatoriorum autem anulorum formam magnitudine minutissimi digiti expressit ad Taciti Annales vir clarissimus I. Lipsius, quem pete.

1 Τοῖς ἡμιθνήτοις) Cur ἡμιθνήτους Dioscuros vocet, notum est. Vide Didymus ad Odyssea λ'. Virgilius AEneid. VI.

Sic fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque reditque viam toties. ———

Hinc & Homero ἑτερήμεροι, Pindaro παρ' ἆμαρ vivere dicuntur.

2 Διπτύχοις λαπερσίοις) Λᾶας (ait Homeri Scholiastes Iliad. β'.) Πόλις λακωνικῆς ἣν οἱ διόσκουροι πορθήσαντες λαπέρσαι ἐκλήθησαν. Stephanus, Λᾶς, πόλις λακωνική. Λυκόφρων, καὶ λᾶν πέρσας. ταύτην ἑλόντες οἱ Διόσκουροι, Λαπέρσαι ἐκλήθησαν. Strabo libro VIII. Τὴν δὲ λᾶν οἱ διόσκουροι ποτὲ ἐκ πολιορκίας ἑλεῖν ἱςοροῦνται, ἀφ' οὗ δὴ λαπέρσαι προσηγορεύθησαν. Sophocles.

Νὴ τὼ Λαπέρσα, νὴ τὸν εὐρώταν τρίτον,
Νὴ τοὺς ἐν Α῎ργει καὶ κατὰ Σπάρτην θεούς.

3 Δυσαρπάγῳ κρεκὶ) Quamvis non inepte omnino legatur δισαρπάγῳ, magis tamen δυσαρπάγῳ placet. Horatianus Nereus,

——— *mala ducis avi domum*
Quam multo repetet Graecia milite,
Coniurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.

Est vero κρὲξ avis marina, ibidi similis, infausta nuptiis putata.

4 Καὶ τριγέννητος θεὰ) Syncopen in hac voce esse monui supra. Huius autem epitheti variae traduntur causae. Ego unam adponam, n. quod nata sit tertia mensis die, quae τριτομηνὶς dicta. Harpocration. Τὴν τρίτην τοῦ μηνὸς τριτομηνίδα ἐκάλουν, δοκεῖ γὰρ γενέσθαι τότε ἡ ἀθηνᾶ. ἴςρος δὲ καὶ τριτογένειαν αὐτήν φησι διὰ τοῦτο λέγεσθαι. Postea Lycophron Hectorem vocat δυσμενῶν μοχλόν. Similiter Herculem ἄκμωνα vocat Callimachus Hym. III.

——— τοῖος γὰρ ἀεὶ Τιρύνθιος ἄκμων
Ε῎ςηκε πρὸ πυλάων. ———

5 Γραικῶν ἄριςος) Graeci denominati a Granico fluvio, ut placet Constantino libro περὶ θεμάτων his verbis. Τὰ δὲ πρὸς θάλασσαν καὶ τὴν Κύζικον κατοικοῦσι Φρύγες τε καὶ Γραικοὶ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Γρανικοῦ τὴν ὀνομασίαν πλουτήσαντες, & infra themate XVII. Καὶ μέχρι τοῦ ποταμοῦ τοῦ λεγομένου Γρανικοῦ πάντες Γραικοὶ ὀνομάζονται. Fuit ea prisca gentis adpellatio, recentiores autem ἕλληνας nuncupari maluerunt. Falsum autem quod ait Hesychius, Ρ'αικος. ῥωμαῖοι δὲ τὸ γ' προσθέντες γραικόν φασι. Ineptit similiter Constantinus loco citato; nam primum dicti sunt γραιοὶ, id est antiqui καὶ αὐτόχθονες. Deinde παραγωγικῶς, γραικὸ, quod verissimum est ut ἀχαιοὶ, ἀχαϊκοί. μυσαῖοι, μυσαϊκοί. βαρδιαῖοι, βαρδιαϊκοί. σεληναῖος, σεληναϊκός. Aristoteles Meteorologicon libro I. cap. XIV. ait Sellos olim Graecos, postea Hellenes adpellatos. Vide Stephanum.

6 Εὐπρεπὴς κεκμηκότι) Mortuos κατ' εὐφημισμὸν Graeci veteres κεκμηκέναι dicebant. Phurnutus de Nat. Deorum. Τινὲς δὲ τῶν ποιητῶν ἄκμονος αὐτὸν εἶναί φασιν υἱὸν, τὸ ἄκμητον (ita legendum alias in Variis Deo volente docebimus) τῆς περιφορᾶς αἰνιττόμενοι, ἢ ὑπολαβόντες ὅτι ἄφθαρτός ἐςι, τοῦτο παριςῶσι διὰ τῆς ἐτυμολογίας. κεκμηκέναι γὰρ λέγομεν τοὺς τετελευτηκότας. Etymologicographus: Καμόντας τοὺς τετελευτηκότας ἔλεγον. Et alii Grammatici passim. Homerus Iliad. γ'.

——— καὶ οἱ

Rumona cornu prominens peninsulae.
Accedet insperatus accedet tamen
Nobis amicus sospes unus, Drymnius
Deus Promantheus AEthiops Gyrapsius,
Qui bitientem quando Mutunum atriis
Nocentem amarae pestis admittent reum,
Et quos acerba, quosque rerum asperrima
Manent, dape atque in inferio libamine
Mactare conabuntur immitem Crepum,
Gravem tumultum ponet in convivio.
Primumque amara voce sese mordicus
Frendent, frementes improbis gannitibus:
Tandemque cernent patrueles proelio,
Vt consobrinis nuptiarum averterent
Pusis rapinas, furta patruelium,
Sponsaliorum propter immunem vicem.
At tela certe multa Cnecei alveus
Vibrata nisu vulturum intuebitur,
Res mira Pheraeis, & auditu aspera.
Hic namque corno stipitem pullae cavum
Fagi retundens, opprimet duum alterum,
Tauro leonem conserentem praelium:
Alter sibynna dissipans tauri latus,
Adfliget hunc solo: hunc secundo verbere
Reciprocabit, ut coniscans [a] arvigus,
Cippum caducum busti Amiclaei ruens.

Simul-

Μαζυσία πρῦχυσα χερσαίυ [a] κέρως.
Α'λλ' ἔςι γάρ τις ἔςι κ̀ παρ' ἐλπίδα.
Η'μῖν ἀρωγὸς πρευμένης ὁ [b] δρύμνιος
Δαίμων [c], προμανθ.ὺς, αἴθιοψ, γυράψιος,
Ο'ς τὸν πλανήτην ὀρθάγην ὅταν δόμοις
Σίντην [d] καταῤῥακτῆρα δέξωνται πικρὸν
Οἱ δαναὰ κἀπτόθεςα πείσεσθαι ποτὲ
Μέλλοντες, ἔν τε δαιτὶ κ̀ [e] θαλασίοις
Λοιβαῖσι μειλίσσωσιν ασεργῆ κράγον,
Θήσει βαρὺν κολωὸν ἐν λέσχαις 1 μέσον.
Καὶ πρῶτα μὲν μύθοισιν ἀλλήλυς ὀδὰξ
Βρύξυσι κηκασμοῖσιν ὠκριωμένοι,
Αὖθις δ' ἐναιχμάσυσιν αὐτανέψιοι
Α'νεψιαῖς ὄρνισι χραισμῆσαι γάμυς
Βιαιοκλῶπας ἁρπαγάς τε συγγόνων
Χρήζοντος ἀλφῆς τῆς ἀεονώτυ δίκην.
Η' πολλὰ δὴ βέλεμνα [f] κνηκέων πόρος
Ῥιφέντα [g] τόλμαις. αἰετῶν ἐπόψεται,
Α'πιςα κ̀ θαμβητὰ Φηραίοις κλύειν.
Ο' μὲν, κρανείῳ κοῖλον ὑτάσας ςύπος
Φηγῦ κελαινῆς, διπτύχων ἕνα φθερεῖ
Λέοντα ταύρῳ συμβαλόντα φύλοπιν.
Ο' δ' αὖ σιγύμνῳ πλεύρ' ἀναῤῥήξας βοὸν
Κλινεῖ πρὸς ὖδας, τῷ δὲ δευτέραν ἔπι
Πληγὴν ἀθαμβὴς κριὸς ἐγκορύψεται 2,
Α'γαλμα πήλας τῶν ἀμυκλαίων τάφων 3.

Ο'μῦ

——— κ̀ οἱ ὑπένερθε καμόντας
Α'νθρώπυς τίνυσθον. ———
Theocritus Idyllio XVII.
——— κ̀ ςυγνὸν ἀεὶ πρθμῆα καμόντων.

1 Ε'ν λέσχαις) λέχαι pro confabulationibus hoc loco. Hesychius. Λέσχη, ὁμιλία, κ̀ φλυαρία, καὶ ὁ δημόσιος τόπος ἐν ᾧ διέτριβον οἱ πτωχοὶ κ̀ διελέγοντο ἀλλήλοις. σημαίνει δὲ κ̀ τὰ κοινὰ δειπνιςήρια, κ̀ τὺς ἐν αὐτοῖς λόγυς, κ̀ τὺς ἀλεεινὺς τόπυς λέσχας καλῦσιν. Cicero ad Atticum lib. XII. epist. 1. *Novi nihil, quid ergo opus erat epistola? quid quum coram sumus, & garrimus quidquid in buccam? Est profecto quiddam* λέσχη, *quae habet, etiamsi nihil subest, colloqutione ipsa suavitatem.* Euripides ἱππολύτῳ.

——— εἰσὶ δ' ἡδοναὶ πολλαὶ βίυ
Μακραί τε λέχαι, κ̀ σχολὴ τερπνὸν κακόν.

Callimachus epigramm. II.

——— ἐμνήσθην δ' ὁσσάκις ἀμφότεροι
Η'λιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν. ———

Sophocles ἀντιγόνῃ nuncupat λέσχην conventum a rege indictum. Erant vero λέσχαι duplices: pauperum, & divitum. Pauperum in omnibus fabrorum officinis, ad quas hyeme maxime ad calfaciendum conveniebant, & confabulabantur. Inde Homerus:

Οὐδὲ θέλεις εὕδειν χαλκήϊον ἐς δόμον ἐλθών.

Antiphon in Orat. ad Nicoclem. Λέσχας ἔλεγον δημοσίυς τινὰς τόπυς, ἐν οἷς σχολὴν ἄγοντες ἐκαθέζοντο πολλοί. Hesiodus lib. II.

Παρ' δ' ἴθι χάλκειον θῶκον, καὶ ἐπαλέα λέσχην
Α'ρῃ χειμερίῃ, ὁπόταν κρύος ἀνέρας εἴργον
(lego ἔργων)
Ι'σχάνει. ———

Scholiastes. Τὸ παλαιὸν τὰ χαλκεῖα κ̀ πάντα τὰ ἐργαςήρια τὰ πῦρ ἔχοντα ἄθυρα ἦν ἃ καὶ λέσχας ἐκάλυν, ὅτι οἱ πένητες εἰσερχόμενοι, καὶ μᾶλλον χειμῶνι, ἐν τῷ θερμαίνεσθαι λέσχας καὶ φλυαρίας λόγων συνέπλεκον. At divitum λέσχαι aliae erant, nimirum in partibus aedium secretioribus; de iis Etymologici Auctor. Τὸ παλαιὸν ἔθος ἦν, κ̀ τῷ χειμῶνι τόπον εἶχον ἀποκεχωρισμένον, ἐν ᾧ πυρκαιὰς ποιῦντες ἐν αὐτῷ καθεζόμενοι διημέρευον ἀδολεσχῦντες κ̀ φλυαρῦντες. Olim tamen λέσχαι proprie dicebantur loca aprica, in quae commentandi caussa conveniebant Philosophi. Hierocles lib. 1. Philosophicorum ait λέσχας dictas cathedras, & conventicula, in quibus de Sapientia disputationes habebantur. Vide quae vir doctissimus Bon. Vulcanius ad Callimachum. Erant vero eae leschae Apollini consecratae. Harpocration. Κλεάνθης ἐν τῷ περὶ θεῶν, ἀπονενεμῆσθαι τῷ ἀπόλλωνι τὰς λέσχας φησὶν, ἐξέδραις ἢ ὁμοίαις γίνεσθαι αὐτάς. καὶ παρ' ἐνίοις τὸν θεὸν λέσχην ὅριον ἐπικαλεῖσθαι. Scribo. λεσχηνόριον ἐπικαλεῖσθαι Phurnutus De Nat. Deorum. Καὶ λεσχηνόριον ἢ αὐτὸν (ἀπόλλωνα) προσηγόρευσαν, διὰ τὸ τὰς ἡμέρας ταῖς λέσχαις καὶ τῷ ὁμιλεῖν ἀλλήλοις συνέχεσθαι τὺς ἀνθρώπυς, τὰς νύκτας δὲ καθ' ἑαυτὺς ἀναπαύεσθαι. Restitues etiam hanc vocem Suidae, apud quem male λεσχηκόριον. Quales vero in Graecia λέσχαι, tales Romae *tabernae*, quae ad pilas sitae. Catullus.

Salax taberna, vosque contubernales,
A pileatis nona fratribus pila.

Horatius:

Nulla taberna meos habeat neque pila libellos.

2 Πληγὴν ἀθαμβὴς κριὸς ἐγκορύψεται) Κριὸν non arietem, sed heroem, sive principem interpretare, nam Graeci veteres τὸ κρίνειν imperare dicebant, Artemidorus lib. II. cap. XII. Ε'τι δὲ καὶ πρὸς δεσπότην ἐςὶ ληπτὸς, καὶ πρὸς ἄρχοντα, κ̀ πρὸς βασιλέα. κρίνειν γὰρ τὸ ἄρχειν ἔλεγον οἱ παλαιοί.

3 Α'γαλμα πέλας τῶν ἀμυκλαίων τάφων) De cippis

Ὁμοῦ δὲ χαλκὸς καὶ κεραύνιοι βολαὶ
Ταύρους καταξανοῦσιν 1, ὧν ἀλκὴν ἑνὸς 2
Οὐδ' ὁ σκιαστὴς ὀρχιεὺς Τελφούσιος 3
Ἐμέμψατ', ἐν χάρμαισι ῥαιβώσας κέρας 4.
Καὶ τοὺς μὲν ᾅδης, τοὺς δ' ὀλύμπιοι πλάκες
Παρ' ἦμαρ αἰεὶ δεξιώσονται ξένους
Φιλαυταδέλφους, ἀφθίτους τε καὶ φθίτους.
Καὶ τῶν μὲν ἡμῖν εὐνάσει δαίμων δόρυ,
Βαιόν τι μῆχαρ ἐν κακοῖς δωρούμενος
Ἄλλων δ' ἄπλατον χειρὶ κινήσει νέφος,
Ὧν οὐδ' ὁ ῥοιοῦς Ἶνις εὐνάζων μένος
Σχήσει τὸν ἐννέωρον ἐν νήσῳ χρόνον,
Μίμνειν ἀνώγων θεσφάτοις πεπεισμένους,
Τροφήν τ' ἀμεμφῆ πᾶσι τριπτύχους κόρας
Ἴσκων παρέξειν, κυνθίαν ὅσοι σκοπὴν
Μίμνοντες ἠλάσκουσιν Ἰνωποῦ πέλας,
Αἰγύπτιον τρίτωνος [a] ἕλκοντος ποτόν.
Ἃς δὴ πρόβλαστος ἐξεπαίδευσε 5 θρασὺς
Μυληφάτου χιλοῖο 6 δαιδαλευτρίας,
Ἔρπιν τε [b] ῥέζειν ἠδ' ἀλοιφαῖον λίπος 7

a al. ἕλκοντες.
b al. ῥέξειν.

Meursii Tom. V. Οἰνο-

Simulque ferrum, fulgurumque vortices
Fortes [a] patales [b] hostient, quorum unius
Non vel Sciastes Orchicus Telphusius
Manum improbarit, quando cornu tenderet
Summanus hos Dis, hosque coeli fornices
Grata dierum semper excipient vice,
Fratres amicos, compotes vitae, & necis.
Illorum at arma sopiet nobis Deus,
Parvum levamen in malis hoc largiens:
Multorum & ingens agmen excibit manu,
Quos Rhoeae alumnus non tenebit, spiritus
Mulcens, novenum tempus in magna insula
Manere nexos imperans oraculis,
Tres multa cunctis virgines [c] alebria
Praebere mandans, qui cacumen Cynthium
Errore pervagantur Inopum prope
AEgyptias [d] Melonis eiectantem aquas.
Progerminator quas petulcus erudit
Adorearum rite pilumnas opum
Vinumque facere, vel nitores unguinum,

a tauros. Puet.
b ferrum.
c alimenta.
d Nili. Fest.

Ppp Neptes

cippis sepulcralibus notum, notatumque viris doctis. Proferam unicum Isidori locum Orig. lib. xv. cap. xi. *Apud maiores potentes, aut sub montibus, aut in montibus sepeliebantur. Inde tractum est, ut super cadavera aut pyramides fierent, aut ingentes columnae collocarentur.* Observo etiam in honorariorum cippis effigies mortuorum sculptas fuisse. Testis mihi Festus. *Statua est ludii eius, qui quondam fulmine ictus in circo sepultus est in Ianiculo, cuius ossa postea ex prodigiis, oraculorumque responsis Senatus decreto intra urbem relata in Volcanali, quod supra comitium, obruta sunt, superque ea columna cum ipsius effigie posita est.*

1 Ὁμοῦ δὲ χαλκὸς καὶ κεραύνιοι βολαὶ ταύρους καταξανοῦσιν) Castoris, & Pollucis historia, quam hic adtingit Lycophron, petenda ex Pindaro, & Theocrito. Ioannes Tzetzes Chiliad. I. Histor. XLVIII.

Πρὸς ἀφαρέως γράφουσι παῖδας λυγκέα, ἴδαν,
Περὶ λευκίππου θυγατρῶν, φοίβης καὶ ἰλαείρας
Μάχαν συνάψαι καρτεράν, τίνες αὐτὰς ἂν σχῶσι.
Περὶ δὲ τὸ ταΰγετον γέγονε τὰ τῆς μάχης.
Λυγκεύς τε ὀξυωπέστατος πάντων τελῶν ἀνθρώπων
Ἴδων κοιλάδι τῆς δρυὸς κάστορα, πολυδεύκη,
Κάστορα κτείνει τῷ δορὶ, καὶ τοῦτον πολυδεύκης,
Τὸν πολυδεύκην ἴδας δὲ, καὶ κεραυνὸς τὸν ἴδαν.

Quo loco ridiculum se praebet Paulus Lacisius, dum vocem κεραυνὸς, quae fulmen exponenda erat, proprium nomen esse arbitratur. O cor Zenodoti!

2 Ὧν ἀλκὴν ἑνὸς) Adtingit Idae cum Apolline contentionem ortam de Marpissa Eveni filia. Idas namque impetratis a Neptuno patre equis velocissimis quum Marpissam rapuisset, Apollini obvius factus est, qui quum eripere eam vellet, ad manus deventum est; sed Iupiter misisse fertur Mercurium, qui iussit Marpissam utrum vellet eligere, quae, metuens ut senio confecta ab Apolline repudiaretur, Idam elegit. Vide Homeri Commentatorem, & Apollodor. lib. I.

3 Τελφούσιος) Telphusius dictus Apollo a Telphusa Arcadiae urbe. Mavult Canterus τιλφούσιος. Potest etiam legi δελφούσιος, nam ita dictus.

Οὕνεκα Δελφούσης ἱερῆς ἤχυνε ῥέεθρα.

Vt ait Homerus in Hymnis, qui videndus.

4 Ῥαιβώσας κέρας) Cornu dicit, quia ea olim arcuum materies. Alioquin κέρας οἱ παλαιοὶ καὶ τὴν τρίχωσιν ἐκάλουν, ut docent Glossae Graecorum. Ea apud veteres ex setis equinis. Hesychius, Ἱππείαν, τὴν ἵππον. ἔνιοι δὲ τὴν τόξων νευρὰν, τὴν ἐξ ἱππείων τριχῶν. Accius.

Reciproca tendens nervo equino concita
Tela.———

5 Ἃς δὴ πρόβλαστος ἐξεπαίδευσε) Ovidius Metamorph. XIII.

———*dedit altera Liber*
Femineae stirpi voto maiora fideque
Munera, nam tactu natarum cuncta mearum
In segetem, laticemque meri, baccamque Minervae
Transformabantur.———

Dissentit autem ab Lycophrone in eo quod dicat vi a Graecis raptas.

6 Μυληφάτου χιλοῖο) Antiquitus nullus molarum usus fuit, sed fruges torrebant, atque in pilam coniectas pinsebant, id quod molendi genus erat. Servius ad Virgil. AEneid. lib. I. *Quia apud maiores nostros molarum non erat usus, frumenta torrebant, & ea in pilas missa pinsebant. Vnde & Pinsores dicti, qui nunc Pistores vocantur.* Postea molarum usus inventus a Milante quodam. Stephanus. Μυλαντία, ἄκρα ἐν Καμείρῳ τῆς Ῥόδου, μυλάντιοι θεοὶ * ἀπὸ μύλαντος ἀμφότερα, τοῦ καὶ πρώτου εὑρόντος ἐν τῷ βίῳ τὴν μύλου χρῆσιν, quam lacunam sic suppleo. Μυλάντειοι θεοὶ ἐπιμύλιοι. ἀπὸ, &c.

7 Ἔρπιν τε ῥέζειν ἠδ' ἀλοιφαῖον λίπος) Ἀλοιφαῖον λίπος oleum intelligit. Oleo enim ungebantur luctatores, balneatores, & virgines; ungebant etiam pedes antequam calceos induerent, & qui e bello reversi erant; dicitur porro

Neptes Zarecis vinitorculas aves:
Quae saepe solabuntur hospitum canum
Famem furentem exercitus, quum venerint
Sithonis uda ad filiae cubilia.
Atque AEnearum panuclarum stamine
Olim librarunt ista virgines anus.
Cepheusque tum Praxander, ullis navibus
Non imperantes, plebis obscurum genus,
E quinque quarti post petent terram deae
Golgos tenentis, hic Lacona exercitum
Ductans Therapnis, alter autem ab Oleno
Dymeque Buraei imperator agminis.
At Argyrippam, Dauniorum [a] heredium,
Ad Ausoniten excitabit Phylamum,
Aves sodales membra plumantes videns
Fatis amaris, qui natatum aquatilem
Degent in alto, more piscantum, mari,
Similes figura caesiis oloribus:

Ro-

[a] alimenta.

Οἰνοτρόπυς ζάρηκος ἐκγόνυς φάβας 1
Αἳ καὶ στρατῦ βύπειναν ὀθνείων κυνῶν
Τρύχυσαν ἀλθανῦσιν ἐλθῦσαί ποτε
Σιθῶνος εἰς θυγατρὸς εὐναστήριον.
Καὶ ταῦτα μὲν μίτοισι χαλκέων πάλαι
Στρόμβων ἐπιῤῥοιζῦσι γηραιαὶ κόραι.
Κηφεὺς [a] δὲ καὶ πράξανδρος ὐ ναυκληρίας
Λαῶν ἄνακτες, ἀλλ' ἀνώνυμοι σποραὶ
Πέμπτοι τέταρτοι γαῖαν ἵξονται θεᾶς
Γόλγων ἀνάσσης. ὧν ὁ μὲν, λάκων' ὄχλον
Α'γων θεράπνης, θάτερος δ' ἀπ' ὠλένυ
Δύμης τε βυραίοισιν ἡγεμὼν [b] στρατῦ.
Ο'δ' [c] ἀργυρίππαν 2 δυνίων παγκληρίαν
Παρ' αὐσονίτην [d] φύλαμον 3 δομήσεται,
Πικρὰν ἑταίρων [e] ἐπτερωμένην ἰδὼν
Οἰωνόμικτον μοῖραν. οἳ θαλασσίαν
Δίαιταν αἰνήσυσι, πορκέων δίκην,
Κύκνοισιν ἰνδαλθέντες 4 εὐγλένοις δομήν.

Ῥάμ-

[a] al. κηφάς.
[b] al. σόλυ.
[c] al. ἀργυρίπα.
[d] al. πύραμον.
[e] al. ἱπτερωμένων. Cant.

---

porro ῥέζειν ἀλοιφαῖον λίπος, ut proprie *facere* de oleo Latini veteres. Hinc *factus* dicebatur oleum uno tempore factum, eumque alii sexaginta modiorum, alii centum viginti faciebant.

1 Οἰνοτρόπυς φάβας) Hesychii verba oppido huic loco conveniunt. Οἰνοτρόποι αἱ Α'νέυ θυγατέρες, lego αἱ Α'νίυ. Simili modo emendo Stephanum. Α'νδρος, νῆσος μία τῶν κυκλάδων, ἐκλήθη ἀπὸ Α'νδρυ τοῦ εὐρυμάχυ, ἢ τοῦ Α'νίυ ἀδελφῦ τῦ πατρὸς τῶν οἰνοτρόπων. Nam male ibi bis ἀνανίυ repetitur; φάβας autem, sive columbas (male *aves* vertit Canterus) cur vocet, docet Ovid. Metam. XIII.

Illae tollentes etiamnum libera caelo
Brachia, Bacche pater fer opem, dixere, tulitque
Muneris auctor opem (si miro perdere more
Ferre vocatur opem) nec qua ratione figuram
Perdiderint, potui scire, aut nunc dicere possum.
Summa mali nota est, pennam sumsere, tuaeque
Coniugis in volucres niveas abiere columbas.

2 Ο'δ' ἀργυρίππαν) Diomedes AEtolia profugus in Apuliam devenit, ubi Argyrippam condidit. Virgilius AEneid. XI.

Ille Argyrippam patrio cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis arvis.

Ovidius Metam. lib. XIV.

At venulus frustra profugus Diomedis ad urbem
Venerat; ille quidem sub Iapyge maxima Dauno
Moenia condiderat, dotaliaque arva tenebat.

Servius AEneid. VIII. *Diomedes postquam repperit ira Veneris a se vulneratae uxorem AEgialiam apud Argos turpiter vivere, noluit reverti, sed tenuit partes Apuliae, & edomita omni Gargani montis multitudine, in eodem tractu civitates plurimas condidit.* Adi Geographos.

3 Παρ' αὐσονίτην φυλαμὸν) In Stephano est πυραμὸν, lego πυραμῦν, pro πυραμῦντα. Homerus, κρῖ pro κρῖμα. δῶ pro δῶμα. μὰψ pro μαψιδίως. ἄλκιμος pro ἀλκιμέδων. Hesiodus βρῖ pro βριθὺ, & βριαρόν. Sophocles, & Ion ῥα pro ῥάδιον. Epicharmus λί pro λίαν. Συρακὼ pro Συρακύσας. Empedocles ὄψ pro ὄψις. Antimachus ἄλφι pro ἄλφιτον. Euphorion ἧλ pro ἧλος. Philetas ἔρι pro ἐρίον. Aratus πηδὰ pro πηδάλια. Simmias Δωδὼ pro Δωδώνη. Apud Romanos quoque in carmine Saliari erat *Po* pro *Populo*. *Pa* pro *Patre*. Victoriam autem interpretor, ut sit tropus. Solebant enim veteres victoriae praemium hoc placentae genus dare. Artemidor. lib. I. cap. LXXIV. Η'ν ὁ πυραμοῦς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐπινίκιος. Simili notione etiam apud Aristophanem est Equitibus.

Ε'ν δ' ἀναιδείᾳ παρέλθῃς, ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς.

& in Thesmophoria celebrantibus.

Τὸ πρᾶγμα κομψὸν, καὶ σφόδρ' ἐκ τοῦ σοῦ τρόπου,
Τῦ γὰρ τεχνάζειν ἡμέτερος ὁ πυραμῦς.

lego ὑμέτερος. Victoria autem est, quam, quum in Italiam venisset, Dauno suppetias ferens reportavit. Itaque sensus huius loci: alius praeter victoriam ex Italia reportatam etiam Argyrippam Dauniorum possessionem exstruet. Neque est, quod quemquam turbet μεταχρονισμὸς, qui familiaris Poetis.

4 Κύκνοισιν ἰνδαλθέντας) In albas aves mutatos Diomedis socios indicat, quum ait eos cygnis similes. Ovidius Metam. lib XIV.

Si volucrum quae sit dubiarum forma requiris,
Vt non cycnorum, sic albis proxima cycnis.

Isidorus Orig. lib. XII. cap. VII. *Diomedis aves a sociis Diomedis adpellatas, quos ferunt fabulae in easdem volucres fuisse conversos, forma fulicae similes, magnitudine cygnorum, colore candido, duris, & grandibus rostris.* Ex quibus verbis facile videre cur alii in cygnos, alii in fulicas versos tradunt. Fallitur vero doctissimus G. Canterus, qui putat Lycophronem dicere eos in cycnos esse mutatos, quum κύκνοισιν ἰνδαλθέντας dicat. Diomedeae aves sunt, quae Graece ἐρωδιοὶ, Latine *ardeae* vocantur. Gallice *herons*. Ita quidam. Sed descriptio Pliniana, & reliqua, quae ipsis a Plinio adtribuuntur, repugnant. Sane Stephanus, & alii ἐρωδιὺς vocant.

Ῥάμφεσι δ' ἀγρώσσοντες ἐλλόπων θορὺς,	Rostrisque spumas aucupantes piscium,
Φερώνυμον νησῖδα ¹ 1 νάσονται τρόμυ,	Ducis tenebunt insulam cognominem,
Θεατρομόρφῳ 2 πρὸς κλιτεῖ γεωλόφῳ	Theatriformis inque clitellis iugi
Ἀγυιοπλαστήσαντες ἐμπέδοις τομαῖς	Vicos secantes perque distinctas vias
Πυκνὰς καλιὰς 3, ζῆθον ἐκμιμούμενοι.	Iunctis tabernis, quo prius Zethus modo:
Ὁμῦ δ' ἐς ἄγραν κἀπὶ κοιταίαν νάπην	Simulque pastus, & simul cubilia
Νύκτωρ στελοῦνται, πάντα φεύγοντες βροτῶν	Noctu rebitent, gentis omnem barbarae
Κάρβανον ὄχλον 4, ἐν δὲ γραικίταις πέπλοις	Coetum caventes, inque Graecorum peplis
Κόλπων ἰανθμὸς ἠθάδας διζήμενοι.	Cognati amantes ocium cicur sinus:
Καὶ κρίμνα χειρῶν κἀπιδόρπιον τρυφὸς	Manuque ab ᵃ insipante pultem prandii
Μάζης πάσονται ᵇ, προσφιλὲς κνυζούμενοι	Offam polentae blandum adulantes edent,
Τῆς πρὶν διαίτης τλήμονες μεμνημένοι.	Vitae prioris non adhuc oblivii.
Τροιζηνίας δὲ τραῦμα 5 φοιτάδος πλάνης	Verum Liburnae vulnus, erroris vagi

¹ αἱ. νάσσονται.

ᵇ αἱ. πάσονται.

ᵃ ingerente. Fed.

Ἔσαι / Erit

1 Φερώνυμον νησῖδα) Diomedeam puta, de qua ita in περιηγήσει sua Dionysius.

> Ἀλλ' ὁπότ' ἀδριάδος σκαιὸν πόρον ἀμφιτρίτης
> Εἰσελάσειας ἐπὶ νηὸς ἰηπυγίην ἐπὶ γαῖαν,
> Δηεις ἰφθίμου διομήδεος αὐτίκα νῆσον,
> Ἔνθ' ἥρως ἀφίκανε χαλεψαμένης ἀφροδίτης,
> Ὁππότε τριλλίστων μετεκίαθεν ἔθνος ἰβήρων,
> Ἧς ἀλόχου βουλῇσι κακόφρονος αἰγιαλείης.

2 Θεατρομόρφῳ) Idest, collibus cincto. Ego malim eam vocem ad νησῖδα, quam ad γεωλόφον referre, putaverimque totum hunc locum ita legendum, & interpungendum.

> Φερώνυμον νησῖδα νάσονται τρόμυ
> Θεατρόμορφος, πρὸς κλίτει, &c.

Sic dixit quoque Virgilius AEneid. v.

> *Hoc pius AEneas misso certamine tendit*
> *Gramineum in campum, quem collibus undique curvis*
> *Cingebant silvae, mediaque in valle theatri*
> *Circus erat.* ———

Iustinus in lib. XXIV. in descriptione Parnassi. *Media saxi rupes in formam theatri recessit.* Martianus Capella lib VI. *Si a primis* (lego *Peninis*) *Alpibus dextrum latus, & prolixi montis brachium contempleris, prominentias utrimque componens, theatrum quoddam spectare videaris undarum. Lunata quippe, & quodam hemicyclio in promontorium memoratum circumfertur Italia.* Et in Thessaliae descriptione. *Hi omnes montes theatrali more curvantur.*

3 Ἀγυιοπλαστήσαντες ἐμπέδοις τομαῖς πυκνὰς καλιὰς) De avium Diomedarum nidificatione, ita Plinius. *Scrobes excavare rostro* (*tradunt*) *inde crate consternere, & operire terra, quae egesta sunt in his foetificari. Fores binas omnium scrobibus, Orientem spectare quibus exeant in pascua, Occidentem quibus redeant.* Eius simia Solinus cap. VIII. *Quum foetuum adest tempus rostro scrobes excavant, deinde surculis in versum superpositis imitantur texta cratium, & sic contegunt subtercavata; & ne operimenta desint, si forte lignorum casas venti auferrent, hanc struem comprimunt* (*V. C. premunt*) *terra quam egesserant quum puteos excavarent; sic nidos moliuntur bifori accessu, nec fortuito; adeo ut ad plagas caeli metentur exitus, vel* (lego *&*) *ingressus; aditus, qui dimittit ad pastum ad Ortum destinatur, qui excipit revertentes Occasum versus est; ut lux & morantes excitet, & receptui non denegetur.*

4 Πάντα φεύγοντες κάρβανον ὄχλον) Solinus loco citato. *Iudicant inter advenas, si Graecus est propius accedunt, & quantum intelligi datur, velut civi blandius adulantur; si quis erit gentis alterius, involant, & impugnant.* Plinius. *Advenas barbaros clangore infestant, Graecis tantum adulantur miro discrimine, veluti generi Diomedis hoc tribuentes.* Isidorus Orig. lib. XII. cap. VII. *Iudicant inter suos, & advenas. Nam si Graecus est propius accedunt, & blandiuntur; si alienigena, morsu impugnant, & vulnerant, lacrimosis quasi vocibus dolentes vel suam mutationem, vel regis interitum.* Aristoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Ἐν δὲ τῇ Διομηδείᾳ νήσῳ, ἣ κεῖται ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, φασὶν ἱερὸν εἶναι τοῦ Διομήδους θαυμαστόν τε καὶ ἅγιον. περὶ δὲ τὸ ἱερὸν κύκλῳ περικαθῆσθαι ὄρνιθας μεγάλους τοῖς μεγέθεσι, καὶ ῥύγχη ἔχοντας μεγάλα καὶ σκληρά. τούτους λέγουσιν ἐὰν μὲν ἕλληνες ἀποβαίνωσιν εἰς τὸν τόπον, ἡσυχίαν ἔχειν. ἐὰν δὲ τῶν βαρβάρων τινὲς τῶν περιοίκων, ἀνίπτασθαι, καὶ αἰωρουμένους καταράσσειν αὐτοὺς εἰς τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ τοῖς ῥύγχεσι τιτρώσκοντας ἀποκτείνειν. μυθεύεται δὲ τούτους γενέσθαι ἐκ τῶν ἑταίρων τοῦ Διομήδους, ναυαγησάντων μὲν αὐτῶν περὶ τὴν νῆσον, τοῦ δὲ Διομήδους δολοφονηθέντος ὑπὸ τοῦ Αἰνέου τοῦ τότε βασιλέως τῶν τόπων ἐκείνων γενομένου. Lego, δ. ὑπὸ τοῦ Δαύνου. Paulo aliter Stephanus in Διομήδεια. Καὶ νῆσος, inquit, ἡ Διομήδεια, ἐν ᾗ οἱ ἐρωδιοὶ χειροήθεις προσπελάζοντες (?) καὶ κόλπους δύοντες ὥς φασιν ὅτι (emendo ὅτε) τοὺς ἑταίρους Διομήδους ἐκεῖ εἰς ὄρνιθας μετασχηματισθῆναι. Antoninus Liberalis lib. Μεταμορφ. solam Illyricam gentem iis odio esse tradit.

5 Τροιζηνίας δὲ τραῦμα) Diomedes quum sibi a Minerva concessum esset, ut Venerem solam ex Diis omnibus, si se bello inferret, intrepide adgrederetur, quum animadverteret AEneae opitulantem, avide illam persequutus est, nec ante destitit, quam vulneraret. Vide Homerum Iliad. ε. Meminit quoque Actius Syncerus in epigrammate,

> *Dum Venus armatum complectitur obvia Martem,*
> *Distrinxit teneram fibula adunca manum;*
> *Sensit, & ante Iovem ridens ait aemula Pallas,*
> *Bella iterum gessit cum Diomede soror.*

Allegorice ita explicat Heraclides (a). Διομήδης Ἀθη-

(a) Proprie Heraclitus dicendus est.

Erit minaciumque causa luctuum,
Procax virosa quum catulliet lupa
Asilo [a] amoris, & bidental Nottiae
Defendet ipsum, victimam novi sacri.
Colossicusque in Ausonum pomoeriis
Stans, fabra sistet membra saxeo super
Campsoris Architectonis statumine,
Saxis, saburra navis, eductis foras:
Arbitrioque fratris Alaeni obrutus,
Veras preces precabitur novalibus,
Seiae nec [b] agnas umquam adoreas dare,
Aquis opimante arva substillis Iove,
Ni forte quidam AEtolus urgens stirpitus
Proscindat arva, sulcum arans trionibus.
Cippisque late cinget immotis humum,
Quos

[a] oestro. Virg.
[b] spicas. Fest.

Ἔςαι, κακῶν τε πημάτων παραίτιον,
Ὅταν θρασεῖα θυρὰς οἰςρήσῃ κύων
Πρὸς λέκτρα. τύμβος δ' αὐτὸν [a] ἐκσώσει μόρου
Ὁπλοσμίας σφαγαῖσιν ἠυτρεπισμένον.
Κολοσσοβάμον δ' ἐν πλυχαῖσιν αὐσόνων 1
Σταθεὶς ἐρείσει κῶλα χερμάδων ἔπι
Τοῦ τοιχοποιοῦ [b] δαπέδων ἀμοιβέως,
Τὸν ἑρματίτην νηὸς ἐκβαλὼν πέτρον 2.
Κρίσει δ' ἀλαίνου τοῦ κασιγνήτου σφαλεὶς,
Εὐχὰς ἀρούραις ἀμφετητύμους βαλεῖ,
Δηοῦς ἀνεῖναι μή ποτ' ὄμπνιον ςάχυν,
Γυίας τιθαιβώσσοντος ἀρδηθμῷ Διὸς,
Ἢν μή τις αὐτοῦ ῥίζαν αἰτώλων σπάσας,
Χέρσον λαχήνῃ, βουσὶν αὔλακας τεμὼν 3.
Στέλαις δ' ἀκινήτοισιν ὀχμάσει πέδον,
Ἃς

[a] al. ἐκσώσει. [b] al. γαπέδων.

Ἀθηνᾶν ἔχων σύμμαχον, τουτέςι τὴν φρόνησιν, ἔτρωσεν ἀφροδίτην, τὴν ἀφροσύνην, οὐ μὰ δία, οὐ θεάν τινα, τὴν δὲ τῶν μαχομένων βαρβάρων ἀλογιςίαν. αὐτὸς γὰρ διὰ πάσης ἐληλυθὼς πολεμικῆς μαθήσεως, καὶ τοῦτο μὲν ἐν θήβαις, τοῦτο δὲ ἐν ἰλίῳ δεκαέτη χρόνον ἐμφρόνως τοῦ μάχεσθαι προϊςάμενος, ἐξ εὐμαροῦς διώκει τοὺς βαρβάρους. οἱ δ' ἀναίσθητοι καὶ λογισμῶν ὀλίγα κοινωνοῦντες ὑπ' αὐτοῦ διώκονται, καθάπερ ὄϊες πολυπάμμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ. πολλῶν οὖν φονευομένων, ἀλληγορικῶς ὅμηρος τὴν βαρβαρικὴν ἀφροσύνην ὑπὸ διομήδους τετρῶσθαι παρεισήγαγεν.

1 Κολοσσοβάμων δ' ἐν πλυχαῖσιν αὐσόνων) Diomedes quum Draconem, qui totam Apuliam vastabat, interfecisset, statuae ei honoris, & gratitudinis ergo publice sunt erectae, quod ipsum hoc loco tangit Lycophron. Frustra vero est doctissimus Villiomarus, qui lib. IV. cap. XXI. Animadvers. in locos controvers. Titii hunc locum plane ἀπροσδιονύσως interpretatur. Sed audiamus, & expendamus eius verba, quae ita habent. *Diomedes, quum primum navem in littus Italiae adpulit, egestis ex nave lapidibus ingentibus, quos pro saburra in eam congesserat, struicem ex illis in littore constituit, super qua struice sese collocavit, tamquam loco munito, dum considerat an pacata esset ora ea, ad quam adpulerat; quia ergo super ea struice, tamquam colossus quidam, aut statua super basi, insistebat, propterea* κολοσσοβάμων *vocatus Lycophroni*. Ingeniose sat, si sat vere. Ego refuto, &, spero, docti omnes mecum. Ait Diomedem quum iam adpulisset in Italiam in egestis lapidibus, quos pro saburra in navem congesserat, sedisse, ut consideraret, si diis placet, an pacata ea ora foret. Velim sane doceat vir ille doctissimus, apud quemnam auctorem hoc scriptum invenerit; mihi quidem tale quidquam legere nondum contigit. Deinde dicit ea caussa exemtam navi a Diomede saburram, & in struicem congestam, non alia de caussa, quam ut super eam sederet, quod tamen falsum; ne dicam ridiculum; nam eximebant nautae saburram navibus suis quum adpulissent, ut eas isto pacto leviores factas ad littus facilius ex aquis pertrahere possent.

2 Ἑρματίτην νηὸς πέτρον) Solebant olim nautae, qui mos etiamnum, saburram in naves firmamenti gratia recipere. Graeci eam ἕρμα vocant. Hesychius. Ἕρμα, τὸ τὴν ναῦν ἔρεισμα ςηρίζον. Festus. *Herma a Graecis ponitur pro firmamento. Vnde etiam Mercurii nomen inventoris, ut putabant, firmae orationis dictum*. Etiam κεφαλὶς dicebatur, & κέφαλον, teste Hesychio. Lycophron ἑρματίτην πέτρον vocat, quia erant ut plurimum lapides. Aliquando tamen etiam saccos habebant sabulo repletos, quibus in aquam demissis naves a vi ventorum, impetuque fluctuum defendebant. Alias ἕρμα est lignum id teres, quod navibus in littore stantibus supponitur, cuius usum invenit Lynceus teste Philostrato εἰκόνων lib. II. Et scopulus sub fluctibus occultus, ut videri non queat. Anacreon de illis.

Ἀσήμων ὑπὲρ ἑρμάτων
Φορεῦμαι. ———

3 Βουσὶν αὔλακας τεμὼν) Veteres bubus arasse nemini non notum. Vnde & a veteribus Latinis *aramenta* dicti sunt. Multa eius rei vestigia apud Poetas passim, maxime apud Hesiodum. Inde Virgilius dixit:

——— *sata laeta boumque labores*.

Huc pertinet Atheniensium lex, quae iubebat βοῦν ἀρότην καὶ ὑπὸ ζυγοῦ πονήσαντα ἐν ἀρότῳ ἢ καὶ ἐν τῇ ἁμάξῃ μὴ θύειν, ὅτι καὶ οὗτος εἴη ἂν γεωργὸς, καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνὸς, ut ait AElianus lib. V. ποικ. ἱςορ. Cuius rei meminit, & Varro De Re Rustica lib. II. cap. V. Theodoretus De Prov. Dei Orat. V. Ταῦρον ἰσχύϊ καὶ κέρασιν ὡπλισμένον ἄγεις, καὶ δουλεύειν ἀναγκάζεις καὶ πόνοις διηνεκέσιν ὑποβάλλεις, ἄρουραν τέμνειν, ἅμαξαν σύρειν, &c. Ennodius in Panegyrico. *Tunc arma Cereris, & solventia frumentum bobus saxa trahebantur*. Hinc & ab Arato, & aliis, βόες ἀροτῆρες dicuntur. Demetrius Triclinius ad Sophoclis Antigonem. Οὐ μόνον βουσὶν, ἀλλὰ καὶ ἵπποις καὶ ἐν ἑτέροις τόποις ἀροῦσιν, ὥσπερ καὶ ἀλοῦσιν. Ex quibus verbis etiam vetus boum ad molam usus adparet, quem videre quoque est ex Arnobio lib II. *Et asellus, & bos aeque, usu, atque adsiduitate cogente* (malim *docente*) *discit arare, ac molere*. Homerus Iliad. υ.

Ὡς δ' ὅτε τις ζεύξῃ βόας ἄρσενας εὐρυμετώπους
Τριβέμεναι κρῖ λευκὸν ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ,
Ῥίμφα δὲ λέπτ' ἐγένοντο βοῶν ὑπὸ ποσσ' ἐριμύκων.

Gre-

Ἃς οὔτις ἀνδρῶν ἐκ βίας χήσεται
Μετοχλίσας ὀλίζον. ἡ γὰρ ἀπιέρως
Αὐταὶ παλιμπόρευτον ἵξονται βάσιν
Ἂν θηρ' ἀπέζοις ἴχνεσι δατύμεναι,
Θεὸς δὲ πολλοῖς αἰπὺς αὐδηθήσεται,
Ὅσοι παρ' ἰοῦς γρῶνον οἰκοῦνται πέδον,
Δράκοντα τὸν [a] φθέραντα Φαίακας κτανών.
Οἳ δ' ἀμφικλύστους [b] χοιράδας γυμνασίας
Σισυρνοδῦται 1 καρκῖνοί τε [c] πεπλευκότες
Ἄχλαινον ἀμπρεύσουσι 2 νήλιπον βίον 3,
Τριπλαῖς δικώλοις σφενδόναις ὡπλισμένον.
Ὧν αἱ τεκοῦσαι τὴν ἑκηβόλον τέχνην 4
Ἄδορπα παιδεύσουσι νηπίους γόνους 5.
Οὐ γάρ τις αὐτῶν ψίσεται πύρνον γνάθῳ,
Πρὶν ἂν κρατήσῃ ναστὸν εὐστόχῳ λίθῳ,
Ὑπὲρ τράφηκος σῆμα κείμενον σκοποῦ.
Καὶ τοὶ μὲν ἀκτὰς [d] ἐμβατήσονται λεπρὰς
Ἰβηροβόσκους ἄγχι [e] ταρτησοῦ πύλης,
Ἄρνης παλαιᾶς γέννα, τεμμίκων πρόμοι,
Γραῖαν ποθοῦντες καὶ λεοντάρνης πάγους,
Σκῶλόν τε καὶ [f] τέγγυραν ὀγχηστοῦ θ' ἕδος,
Καὶ

[a] al. φθόροντα.
[b] al. θυράδας.
[c] al. πεπλωκότες.
[d] al. ἐμβατεύσονται.
[e] al. ταρτησσοῦ.
[f] al. τέγυραν.

Quos glorietur nemo vi mortalium
Statu movere posse; nam cita fuga
Ipsi reciprocam redibunt semitam,
Gradu prementes nec gradu littus sali.
Deusque multis indiges vocabitur,
Quicumque brutum littus Ionis tenent,
Caeso dracone noxio Phaeacibus.
Gymnasiisque retrogradi circumfluis
Renonivestes adplicantes, indigum
Victum iuvabunt invicem orbi vestibus,
Fundis bicaudis membra defensi tribus:
Vbi rudimen verberantis eminus
Artis puellos mater impransos docet.
Nam nemo panem dentibus frendet prius,
Quam carpsit illum pendulum certo [a] lapi,
Super tigillo destinati ictus notam.
Iniqua scrupis & recedent littora
Hispana, Tartessi fretum tangentia,
Arnae vetus propago, Temmicum duces,
Graiam expetentes & Leontarnes iuga,
Scolumque, tum Tengyram, Onchesti solum.
Fluen-

[a] lapide. Enn.

Gregorius lib. περὶ παρθενίας cap. III. Νυνὶ δὲ τρόπον τινὰ ματαία καὶ ἀκόνητος ἡ γνῶσις τῶν τῆς παρθενίας καλῶ καλῶν, ὡς τῷ βοῒ τὰ γεννήματα. τῷ μετὰ κημῶν ἐπιστρεφομένῳ τὴν ἅλωνα. Inde est apud D Paulum epist. I. ad Timotheum cap. V. Βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις.

1 Σισυρνοδῦται) Grammatici σισύραν, & σισύρναν confundunt. Aristophanis Scholiastes Vespis. Σισύρα καλεῖται παρὰ μέν τισιν ἡ βαίτη, ἐπὶ δὲ περιβόλαιον ἐκ δερμάτων συνερραμμένον προβάτων ἐχόντων τὰ ἔρια οἱ δὲ ἀκριβέστεροι φασιν χλαῖναν παλαιὰν εἶναι ἀπλοΐδα. τὴν αὐτὴν δὲ καὶ σισύραν καλοῦσι, καὶ σισύρναν. Iul. Pollux. Σισύρα, περίβλημα ἐκ διφθέρας. Hesychius existimat differre. Διαφέρει δὲ, inquit, καὶ σισύρνα σισύρας, σισύρνα μὲν γὰρ χιτῶνος εἶδος. σισύρα δὲ, διφθέρα εἰς ἀμπεχόνην καὶ στρωμνὴν ἐπιτηδείως ἔχουσα, καθάπερ τὰ κώδια καὶ αἱ μηλωταί. Vocat autem eos Lycophron καρκίνους, ideft, duros, immites, & feroces; nam καρκινοῦσθαι dicuntur fruges quum radices agunt, & indurescunt. Vide Hesych. & Erotianum.

2 Ἄχλαινον ἀμπρεύσουσι) Χλαῖνα, ait Hesychius, est χλαμὺς, ἢ ἱμάτιον χειμερινόν. Vnde facile est colligere laneum fuisse indumentum, nam hyeme lanea, vestimenta, aestate linea induebant. Artemidorus lib. II. capit. III. Θέρους μὲν γὰρ ὄντος ὀθόνιά τε καὶ τρίβωνα ἱμάτια δοκεῖν φορεῖν ἀγαθὸν ἂν εἴη καὶ ὑγείας σύμβολον. χειμῶνος δὲ ἔρινα ἱμάτια, καὶ ταῦτα καινά. Alias vocant χλαίνας omnia densa vestimenta. Hesiodi Scholiastes. Χλαῖνα δὲ, καὶ χλανίσκιον, τὸ νῦν καλούμενον σφικτούριον, καὶ πᾶν παχὺ ἱμάτιον. Ea notione apud Theocritum est Idyll. XVIII. Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπό τὰν μίαν ἵκετο χλαῖναν. Vide Iul. Pollucem lib. VII. cap. XVII. & lib. X. cap. XXVII. Itaque ἄχλαινον βίον puta nudam, & molestam vitam. Sin vero χλαῖναν pallium interpretabere, accipies de vita inculta, & ornatus omnis experte. Nam inopes, & qui sine arte aliqua vitam tolerabant, tunicis induti erant; divites autem palliis, quotiescumque opus esset εὐσχημονεῖν, uti Romani rogis, quas deinde domum reversi ad cippum suspendebant. Emendabis vero Etymologicum, in quo legitur:

Ἄχλαινον ἀμπρεύουσιν ἤλιτον βίον.

3 Νήλιπον βίον) Magnopere ea in re curiosi Athenienses, vide εἰκόνας Philostrati. Etiam Romani, ut alias fusius dicemus Deo volente. Ἀνυποδησία vero paupertatis indicium habebatur. Horatius lib. I. epist. XIX. vel (si Acronem sequimur) XX.

Quid si quis vultu torvo ferus, & pede nudo
Exiguaeque togae simulet textore Catonem,
Virtutemne repraesentet moresque Catonis?

Capella lib. VI. *Plerumque tamen adhaesit, adrisitque pauperibus, magisque illis, quos aut pedibus nudos, aut intonso crine hispidos, aut sordenti conspexit pallio semitectos.* Terentius Phorm. Act. I. Sc. I.

Nihil aderat adiumenti ad pulcritudinem,
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida.

Inde invehitur in eorum circa calceamenta delitias Tertullianus de Pallio. *Calceus nihil dicimus proprium togae tormentum. immundissimam pedum tutelam, verum, & falsam; quam enim expediat in algore, & ardore rigere nudipedem, quam in calceo uncipedem.* Apud Iudaeos, qui nuptias recusabant, discalceati ire debebant. Vide Cyprianum lib. II. adversus Iudaeos. Apud Romanos tamen etiam ipsi Senatores pedibus nudis incedebant, prius quam calceis nigris uterentur; ut docet vetus Interpres Iuvenalis Sat. VI.

4 Τὴν ἑκηβόλον τέχνην) lego ἑκηβόλου. Nam sagittariorum Apollo praeses. Homeri Scholiast. ad Iliad. α. Τέσσαρες τέχναι ἀνατίθενται τῷ Ἀπόλλωνι. μουσική, τοξική, ἰατρική, μαντική.

5 Ἄδορπα παιδεύσουσι νηπίους γόνους) Flavius Vegetius De Re Militari lib. I. capit. XVI. *Fundarum autem usum primi Baliarium insularum habitatores, & invenisse, & ita perite exercuisse dicuntur, ut matres parvulos filios nullum cibum contingere sinerent, nisi quem ex funda destinato lapide percussissent.* Vide Diodorum Siculum lib. VI. & Strabonem lib. III.

Fluenta Thermodontis, Hyplarnique aquas.
In Syrtin alios & Libystica aequora,
Et brevia, & Infernatis aequoris vada,
Et simplicis gurgites navifragos
Olim interemtae vestipellis dextera
Sangi Bubulci Fovii Stercutii,
Inque alta saxa virginum volucrium
Dispalitantes, lancinatos cruditus,
Opacus omnes Tellumo venabitur,
Multis ruinis obrutos, ex mortuis
Vno relicto nuncio sodalibus,
Delphinisigne, fure Punicae deae.
Qui vasta ravi coclitis magalia
Videbit, aheno maximo [a] calpar meri
Manu propinans, poculum bellarium:
Videbit & quae liquerat cadavera
Praestanus Averruncus armorum cluens,
Qui rutro adunco runcinantes omnia,
Nectent fortatam teste praedam mugilum.
Atque alius alium saevius excipiet labor
Labore semper pristino ferocior.
Quae non Charybdis mortuorum explebitur,
Quae non Erinnys, semivirgo bestia
Quae non Camena, carnifex bimembrium
AEtolis aut Curetis, artus liquier
Suadebit aura flexamina immemores cibi:
Vel quam ferarum non fabram intuebitur,
Atrox venenum farre miscentem excetram,
Fatumque monstriforme, sed miserrimi
Sortem gementes atque palantes haris
Miscella semper cum polenta floccium
Acina, fracesque devorabunt; ast eum
Herba atque Manus vindicabit obvius
Nona-

[a] scyphum. Fest.

Καὶ χεῦμα Θερμώδοντος, ὑψάρνου θ᾽ ὕδωρ.
Τοὺς δ᾽ ἀμφὶ σύρτιν καὶ λιβυστικὰς πλάκας,
Στενή τε πορθμοῦ συνδρομὴν τυρσηνικοῦ,
Καὶ μιξόθηρος ναυτιλοφθόρους σκοπὰς,
Τῆς πρὶν θανούσης ἐκ χερῶν μηκιστέως
Τοῦ στερφοπέπλου σκαπανέως βοαγίδα,
Ἁρπυιογούνων κλώμακάς τ᾽ ἀηδόνων 1
Πλαγχθέντας, ὠμόσιτα δαιταλωμένους
Πρόπαντας ἅδης πανδοκεὺς 2 ἀγρεύσεται,
Λώβαισι παντοίαισιν ἐσπαραγμένους,
Ἕνα φθαρέντων ἄγγελον λιπὼν φίλων,
Δελφινόσημον 3 κλῶπα Φοινίκης θεᾶς.
Ὃς ὄψεται μὲν τοῦ μονογλήνου στέγας 4
Χάρωνος, οἴνης τῷ [a] κρεωφάγῳ σκύφον,
Χερσὶ προτείνων τοὐπιδόρπιον ποτόν.
Ἐπόψεται δὲ λείψανον τοξευμάτων 5
Τοῦ κηραμύντου πευκέως παλαίμονος.
Οἳ πάντα θρανύξαντες εὐτόρνῳ [b] σκάφει,
Σχοίνῳ κειλὴν τρήσουσι κεστρέων ἄγρην.
Ἄλλος δ᾽ ἐπ᾽ ἄλλῳ μόχθος ἄθλιος μενεῖ,
Τοῦ πρόσθεν αἰεὶ πλεῖον ἐξωλέστερος.
Ποία χάρυβδις οὐχὶ δαίσεται νεκρῶν;
Ποία δ᾽ ἐριννὺς μιξοπάρθενος κύων;
Τίς οὐκ ἀηδὼν στεῖρα κενταυροκτόνος.
Αἰτωλὶς, ἢ κουρῆτις αἰόλῳ μέλει
Πείσει τακῆναι σάρκας ἀκμήνους βορᾶς;
Ποίαν δὲ θηρόπλαστον οὐκ ἐσόψεται
Δράκαιναν ἐγκυκῶσαν ἀλφίτῳ θρόνα 6,
Καὶ κῆρα κνωπόμορφον; οἱ δὲ δύσμοροι
Στένοντες ἄτας ἐν συφοῖσι φορβάδες
Γίγαρτα χίλῳ συμμεμιγμένα τρυγὸς
Καὶ στέμφυλα [c] βρώξουσιν. ἀλλά νιν βλάβης
Μῶλυ σαώσει 7 ῥίζα καὶ κτάρος φανεὶς
Νωνα-

[a] al. κρεασφάγῳ. [b] al. σκάφῃ. [c] al. βρύξουσι.

---

1 Ἁρπυιογούνων ἀηδόνων) Sirenas puta. Easdem innuit Symmachus lib. 1. epistola XLI. dicens: *Non illius caeli, aut soli illecebram retinax advenarum lotos aequaverit, & suada Circes pocula, & triclinium semivolucrum puellarum.*

2 Ἅδης πανδοκεὺς) πανδοκεὺς dicitur Orcus, quia mortis

Omne capax citat urna nomen.

ut ait Horatius. Inde etiam παγκοίταν θάλαμον, dixit eumdem Sophocles ἀντιγόνῃ.

3 Δελφινόσημον) Habebat Vlysses delphinum clipeo incisum. Caussam refert ex Plutarcho G. Canterus. Solebant alioquin aquilae antiquitus heroum clipeis insculpi. Inde Aristophanes βατράχοις,

——— ἢ ἀσπίδων ἐπόντας
Γρυπαιέτους χαλκηλάτας. ———

Scholiastes eruditissimus. Εἰώθασι γὰρ ζωγραφεῖν εἰς τὰς ἀσπίδας αἰετούς. Euripides μελεάγρῳ,

Τελαμὼν δὲ χρυσοῦν αἰετὸν πέλτης ἐπὶ
Πρόβλημα θηρὸς, &c.

Philostratus senior εἰκόνων lib. II. Καὶ τὸ σημεῖον τὸ βασίλειον, ὁ χρυσοῦς ἐπὶ τῆς πέλτης ἀετός. Xenophon Exped. Cyri lib. 1. Καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον ὁρᾶν ἔφασαν, ἀετόν τινα χρυσοῦν ἐπὶ πέλτης. Observa apud Persas regum insigne fuisse.

4 Τοῦ μονογλήνου στέγας) Leonem unoculum Cyclopem Polyphemum vocat, qui unicum tantum oculum,

A *Argolici clipei, aut Phoebeae lampadis instar,* habuit, quo ab Vlysse privatus fuit. Vide praeter Homerum, & Auctorem Moralis interpretationis errorum Vlyssis, Virgilium AEneid. extremo tertio.

5 Λείψανον τοξευμάτων) Sagittarum reliquias Laestrygonas heic dicit, simili phrasi eleganter Virgilius AEneid. 1. Troianos *relliquias Danaum* nuncupavit.

6 Ἐγκυκῶσαν ἀλφίτῳ θρόνα) Cyprii vocant θρόνα, vestes floridas. Thessali animalia maculosa, AEtoli, quos sequitur heic Lyco- B phron, venena. Theocriti Scholiast. Idyll. II. Θρόνα θεσσαλοὶ μὲν τὰ πεποικιλμένα ζῶα. Κύπριοι δὲ τὰ ἀνθινὰ ἱμάτια. Αἰτωλοὶ δὲ φάρμακα, ὥς φησι Κλείταρχος. Homerus pro rosis usurpavit. Vide Grammaticos.

7 Ἀλλά νιν βλάβης μῶλυ σαώσει) Μῶλυ Cappadocum vox est, & herbam eam significat, quam Syri *basasa*, Arabes *harmala*, Graeci ἄγριον πήγανον, Latini *rutam agrestem* adpellant. Hanc Didymus ad Odyss. κ΄. Aristopha- C nis Scholiastes πλούτῳ, & Plinius lib. XXV. capit. III. adversus veneficia prodesse tradunt, qua de caussa etiam adversus Circes veneficia profutura ab Mercurio data Vlyssi. Homericus Vlysses in Odyss.

Ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον ἀργειφόντης
Ἐκ γαίης ἐρύσας. καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν,
Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσχε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος,
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοὶ, χαλεπὸν δέ τ᾽
ὀρύσσειν.

Ἀν-

Νωνακριάτης τρικέφαλος Φαιδρὸς θεός.
Ἥξει δ' [a] ἐρεμνὸν εἰς ἀλίπεδον φθιτῶν 1
Καὶ νεκρόμαντιν 2 πέμπελον 3 διζήσεται
Ἀνδρῶν γυναικῶν εἰδότα [b] 4 τυνουσίας.
Ψυχαῖσι θερμὸν αἷμα προσράνας βόθρῳ 5,
Καὶ φασγάνου πρόβλημα νερτέροις φόβον
Πήλας, ἀκούσεται κᾆθι πεμφίδων ὄπα
Λεπτὴν [c], ἀμυδρᾷ μάσακος προσφθέγμασιν,
Ὅθεν

a al. ἰρυμοῖν.
b al. ξυνουσίας.
c al. ἀμαυρᾶς.

Nonacriates Vinulus Triceps deus.
Et mortuorum regna descendet cava,
Atque inferum rogabit apricum augerum,
Coitus virorum & feminarum conscium,
Vmbris hianti sanguinem obsipans solo:
Eiusque trux munimen, inferis metum,
Vibrans, trementum murmur umbrarum audiet
Gracile caduca [a] succrotilla fabula.
Atque

a tenui voce. Titin.

Ἀνδράσι γε θνητοῖσι. θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.

Apud Ovidium Metamorph. XIV. Achaemenides:

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album,
Moly vocant superi, nigra radice tenetur,
Tutus eo monitisque simul caelestibus intrat
Ille domum Circes. ———

Pullulasse traditur ex sanguine Picolai gigantis, quem Apollo Circes insulam evertere molientem e medio sustulit.

1 Ἥξει δ' ἐρεμνὸν εἰς ἀλίπεδον φθιτῶν) Veteres eos, qui diutius peregrinabantur, ad inferos descendisse dictitabant. Artemidorus libro II. cap. LX. Οἱ παλαιοὶ τοὺς μακρὰν ἀποδημίαν ἀποδημήσαντας, εἰς ᾅδου πορεύεσθαι ἔλεγον. Neque aliter intelligendus Vlyssis hic descensus, & AEneae, qui describitur a Virgilio AEneid. VI. Inde etiam eosdem reversos ab inferis rediisse dicebant, quod observare est apud eumdem Artemidorum, & Apuleium Milesʃ XI.

2 Καὶ νεκρόμαντιν) Tiresiam vocat νεκρόμαντιν quod, ut est apud Homerum Odyss, κ'.

——— τοῦ τε φρένες ἔμπεδοί εἰσι
Τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε περσεφόνεια
Οἴῳ πέπνυσθαι, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

Callimachus quoque hymno εἰς λουτρὰ τῆς παλλάδος Minervam ita loquentem facit.

Καὶ μόνος, εὖτε θάνῃ, πεπνυμένος ἐν νεκύεσσι
Φοιτασεῖ, μεγάλῃ τίμιος ἀγεσίλεω.

Sophocles OEdipode tyranno:

——— οἱ δὲ γὰρ
Τὸν θεῖον ἤδη μάντιν ὧδ' ἄγουσιν, ᾧ
Τἀληθὲς ἐμπέφυκεν ἀνθρώπων μόνῳ.

Hinc Pindarus Isthmion. Od. VII. Τειρεσίαο πυκινὰς βουλὰς vocat. Meminit eiusdem rei Plato in Menone, Cicero lib I. De Divinat. & AElianus Hist. Anim. lib. II.

3 Πέμπελον) Senem vocat Tiresiam, quia septem aetates vixerit; a quo, & cur hoc ei concessum fuerit, tradit Phlegon, lib. περὶ θαυμ. καὶ μακροβ. his verbis: Διὸς ἐρίσαντος ἥρᾳ, καὶ φαμένου ἐν ταῖς συνουσίαις πλεονεκτεῖν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀνδρὸς τῆς τῶν ἀφροδισίων ἡδονῆς, καὶ τῆς ἥρας φασκούσης τὰ ἐναντία, δόξαι αὐτοῖς μεταπεμψαμένοις ἔρεσθαι τὸν Τειρεσίαν, διὰ τὸ τῶν τρόπων ἀμφοτέρων πεπειρᾶσθαι. τὸν δὲ ἐρωτώμενον ἀποφήνασθαι. διότι μοιρῶν οὐσῶν δέκα. τὸν ἄνδρα τέρπεσθαι τὴν μίαν. τὴν δὲ γυναῖκα τὰς ἐννέα. τὴν δὲ ἥραν ὀργισθεῖσαν κατανύξαι αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ποιῆσαι τυφλόν. τὸν δὲ δία δωρήσασθαι αὐτῷ τὴν μαντικὴν, καὶ βιοῦν ἐπὶ γενεὰς ἑπτά. Hactenus ille. Hyginus in Mythologico, fabula LXXV. *Quum secundum Iovem iudicasset, Iuno irata manu aversa eum excaecavit, at Iovis ob id fecit, ut septem aetates viveret.* Agatharchides variat parum. Οὐδ' εὐριπίδου κατηγορῶ, τῷ μὲν Ἀρχελάῳ περιτεθεικότος τὰς Τημένει πράξεις, τὸν δὲ Τειρεσίαν βεβιωκότα παρεισάγοντος πέντε γενεῶν πλέον. Hinc Lucilio *grandaevus* κατ' ἐξοχὴν dictus.

Ante fores autem, & triclini limina quidam
Perditus Tiresias Tussi grandaevus gemebat.

Male ibi *Tyresia tussi*. Versus sunt apud Terentii interpretem Eun. Act. II. Sc. III.

4 Ἀνδρῶν γυναικῶν τ' εἰδότα) Tiresias quum in Cythaerone monte duos serpentes coeuntes vidisset, & femellam interfecisset, in mulierem conversus est, & postea marem, atque ita pristinum sexum recuperavit. Vide Antoninum lib. μεταμορφ. Apollodorus lib. III. Didymum ad Odyss κ' Fulgentium Mytholog. lib. II. Ovidium Metam. III. Iustinum Martyr. in Responʃ. ad Quaest. Orthod. Phlegontem, & Hyginum locis citatis. Meminit quoque Ausonius.

Caenea convertit proles Saturnia Consus.
Ambiguoque fuit corpore Tiresias.

Quare vero de eo haec commenti sint, docet Lucianus in Comment. de Astrologia. Λέγουσι δὲ Τειρεσίην ἄνδρα Βοιώτιον, τοῦ τε κλέος μαντοσύνης περὶ πολλὸν ἀείρεται, τοῦτον Τειρεσίην ἐν Ἕλλησιν εἰπεῖν ὅτι τῶν πλανεομένων ἀστέρων οἱ μὲν θήλεες, οἱ μὲν ἄρρενες ἐόντες οὐκ ἴσα ἐκτελέουσι. τῷ καὶ μιν διφυέα γενέσθαι, καὶ ἀμφίβιον Τειρεσίην μυθολογέουσιν. ἄλλοτε μὲν θῆλυν, ἄλλοτε δὲ ἄρρενα.

5 Ψυχαῖσι θερμὸν αἷμα προσράνας βόθρῳ) Ex veteri ritu haec dixit. Manibus enim in effossa terra sacra fiebant. Festus. *Antiqui Diis superis in aedificiis a terra exaltatis sacra faciebant, diis terrestribus in terra, diis infernalibus in effossa terra.* Porphyrius libro De Nympharum Antro. Τοῖς μὲν ὀλυμπίοις θεοῖς ναούς τε, καὶ ἕδη καὶ βωμοὺς ἱδρύσαντο, χθονίοις δὲ καὶ ἥρωσιν ἐσχάρας. ὑποχθονίοις δὲ βόθρους καὶ μέγαρα. Euripidi Scholiastes Phoenissis. Ἐσχάρα κυρίως μὲν ὁ ἐπὶ τῆς γῆς βόθρος, ἔνθα σφαγιάζουσι τοῖς κάτω ἐρχωμένοις, βωμὸς δὲ, ἐν ᾧ θύουσι τοῖς ἐπουρανίοις θεοῖς. Servius eclog. V. *Novimus aras, & diis esse superis, & inferis consecratas. Altaria vero esse superorum tantum Deorum, quae ab altitudine constat esse nominata.* Orpheus Argonaut.

——— ἰδ' ἔντομα πορσύνοντες
Παμμέλαν' ἐν βόθροις κατεκίαθον. ———

Huc pertinent illa Apuleii Milesʃ. I. *Sic haec devotionibus sepulcralibus in scrobem procuratis, &c.* Ovidius Metam. lib. VII.

Haud procul egesta scrobibus tellure duabus
Sacra facit: cultrosque in guttura velleris atri

Conii-

Atque hinc Gigantum quae lacertos insula
Confregit, & Typhonis artus querqueri,
Adusta flammis cum mera excipiet rate:
Qua rex deorum informe [a] clunarum genus
In risum eorum transtulit coloniam,
Qui praelium movere Saturno satis.
Baii magistri postmodo bustum, casas
Post praeteribit Cimmerum, & Plutonium
Aquae procellis fluctuantem gurgitem,
Ossan, boumque [b] Viriati semitas
Stratas, nemusque Liberae pusae inferae,
Candensque flammis flumen, atque ubi aetheri
Tollit cacumen ampla [c] procapes iugi,
Ex quo fluenta cuncta, cuncti funditus
Fontes per arva dissipantur Itala:
Linquesque Lethaeonis alta culmina,
Lacumque Avernum, quem labro ambit circites,
Et flumen atra nocte Cocyti obrutum,
Stygis nigrantis gurgitem, qua Terminus
Iuranda posuit iura supremis deis,
Ire in Gigantes, atque Titanos parans:
Libamen haustrisque aureis atlans aquae,
Orcae dicabit & viro donarium,

Silam

a *simiarum.* Fest.
b *robusti.* Non.
c *radix.* Fest.

Ὅθεν γιγάντων νῆσος 1 ἡ μετάφρενον
Θλάσασα, καὶ τυφῶνος ἀγρίου δέμας
Φλογμῷ ζέουσα, δέξεται μονόστολον.
Ἐν ᾗ πιθήκων 2 πάλμυς ἀφθίτων γένος
Δύσμορφον εἰς κηκασμὸν ὤκισεν τόσον,
Οἵ μῶλον ὠρόθυναν ἐκγόνοις κρόνου.
Βαιοῦ δ' ἀμείψας τοῦ κυβερνήτου τάφον,
Καὶ κιμμέρων ἔπαυλα, κἀχερουσίαν
Ῥόχθοισι κυμαίνουσαν οἶδματος χύσιν,
Ὄσσαν τε καὶ λέοντος ἀτραποὺς βοῶν
Χωστὰς, ὀβριμοῦς τ' ἄλσος 3 οὐδαίας κόρης,
Πυριφλεγές τε ῥεῖθρον, ἔνθα δύσβατος
Τείνει πρὸς αἴθραν κρᾶτα πολυδέγμων λόφος 4
Ἐξ οὗ τὰ πάντα χύτλα καὶ πᾶσαι μυχῶν
Πηγαὶ κατ' αὐσονῖτιν ἕλκονται χθόνα,
Λιπών [a] τε ληθαιῶνος ὑψηλὸν κλέτας.
Λίμνην τ' ἄορνον 5 ἀμφιτορνωτὴν βρόχῳ,
Καὶ χεῦμα κωκυτοῖο λαβρωθὲν σκότῳ,
Στυγὸς κελαινῆς νασμὸν, ἔνθα τερμιεὺς
Ὁρκωμότους 6 ἔτευξεν ἀφθίτοις ἕδρας,
Λοιβάς τ' ἀφύσσων χρυσέαις πέλλαις γάνος,
Μέλλων γίγαντας κἀπὶ [b] τιτᾶνας περᾶν,
Θῆσαι δαείρα καὶ ξυνευνέτη δάνος,

Πήλη-

a al. δὲ.
b al. τιτῆνας.

Coniicit, & patulas perfundit sanguine fossas. Tangit vero hoc Vlyssis sacrificium etiam Apuleius in Apologia. *Nec Proteus faciem, nec Vlysses scrobem, nec AEolus follem, nec Helena crateram, nec Circe poculum, nec Venus cingulum.* Et Iustinus Martyr Apolog. II. Καὶ ὁ παρ' ὁμήρῳ βόθρος, καὶ ὁ κάθοδος Ὀδυσσέως εἰς τὴν τούτου ἐπίσκεψιν. Plenissime vero Poeta Odyss. XI. Vlyssem Alcinoo narrantem inducens.

Ἐγὼ γὰρ ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
Βόθρον ὄρυξα, ὅσσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα.
Ἀμφ' αὐτὸν δὲ χοὴν χέομεν πᾶσι νεκύεσσι,
Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δ' ἡδέι οἴνῳ.
Τὸ τρίτον αὖ θ' ὕδατι. ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνα.
Πολλὰ δὲ γουνούμην νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,
Ἐλθὼν εἰς ἰθάκην, στεῖραν βοῦν, ἥτις ἀρίστη.
Ῥέξειν ἐν μεγάροισι, πυρήν τ' ἐμπλησέμεν ἐσθλῶν.
Τειρεσίῃ δ' ἀπάνευθεν ὄϊν ἱερευσέμεν οἴῳ
Παμμέλαν', ὃς μήλοισι μεταπρέπει ἡμετέροισι.
Τοὺς δ' ἐπὶ εὐχωλῇσι λιτῇσί τε ἔθνεα νεκρῶν
Σπεισάμην. τὰ δὲ μῆλα λαβὼν, ἀπεδειροτόμησα
Εἰς βόθρον. ἔρρει δ' αἷμα κελαινεφές. αἱ δ' ἀγέροντο
Ψυχαὶ ὑπ' ἐξ ἐρέβευς νεκύων κατατεθνειώτων.

Theodoretus θεραπευτ. Serm. VIII. Ὅτι δὲ καὶ χοὰς τοῖς τεθνεῶσι προσέφερον, ἴστε μὲν καὶ ὑμεῖς, οἱ νύκτωρ ταύτας παρὰ τοὺς νόμους τολμῶντες. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὅμηρος, τὸν λαέρτου δεικνὺς, κατά γε τὰς ὑποθημοσύνας τῆς Κίρκης, καὶ τὸν βόθρον ὀρύξαντα, καὶ τὰς χοὰς ἐπιτετελεκότα, καὶ ταῦτά γε διηγούμενον τῷ Ἀλκίνῳ.

1 Ὅθεν γιγάντων νῆσος) Auctor moralis interpretationis errorum Vlyssis refert Vlyssem ab inferis recedentem, AEaeam, in qua diem ortumqne solis habitare finxerunt, remeasse, non Siciliam, ut Lycophron.

2 Ἐν ᾗ πιθήκων) Pithecusas innuit. Traduntur Candulus (emendabis obiter Harpocrationem, apud quem male ἀνδοῦλον legitur) & Atlas duo fratres omnium scelerum inventores, & capita exstitisse [unde & Cercopes dicti] qui advenas decipere summo studio conati sunt, quumque aliquando in Iovem idem tentassent, in simias, quae πίθηκοι Graecis mutati sunt, atque insulae Pythecusarum a se nomen dederunt. Ovidius.

Inarimem, Procbytemque legit, sterilique locatas
Colle Pithecusas habitantum nomine dictas.
Quippe Deum genitor fraudem, & periuria quondam
Cercopum exosus, gentisque admissa dolosae,
In deforme viros animal mutavit, ut iidem
Dissimiles homini possent similesque videri.

Alia est opinio Plinii.

3 Ὀβριμοῦς τ' ἄλσος) quod Proserpina ὀβριμὼ vocetur, docet Hesiodi Scholiastes.

4 Πολυδέγμων λόφος) Vide Notas G. Cant. Eadem de caussa Pers. Sat. I.

——— *costam longo subduximus Apennino.*

Et Virgilius AEneid. XII.

Pater Apenninus.

5 Λίμνην τ' ἄορνον) Averni graveolentia, & etymon, nota ex Lucretio, Strabone, Aristotele, & Plinio. Dicit autem ἀμφιτορνωτὴν βρόχῳ propter formae rotunditatem. Aristoteles περὶ θαυμ. Περὶ τὴν Κύμην τὴν περὶ Ἰταλίαν λίμνη ἐστὶν ἡ προσαγορευομένη ἄορνος. αὕτη μὲν, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἔχουσά τι θαυμαστόν. περικεῖσθαι γὰρ λέγουσι περὶ αὐτὴν λόφους κύκλῳ, τὸ ὕψος οὐκ ἔλαττον τριῶν σταδίων, καὶ αὐτὴν τῷ σχήματι κυκλοτερῆ. Eodem modo Theognis.

Ἀθανάτων κάλλιστον ἐπὶ βροχοειδέϊ λίμνῃ.

Nam ita malim legere, quam ut vulgo.

——— τροχοειδεῖ λίμνῃ.

6 Ἔνθα τερμιεύς ὁρκωμότους] Hesiodus in Theogonia de Styge

Αὐτὴν μὲν γὰρ ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον.

Seneca Hercule furente.

A fonte discors manat hinc imo latex

Ater,

Πήληκα κόρσῃ κίονος προσαρμόσας 1.
Κτενεῖ δὲ κύρας τηθύος παιδὸς τριπλᾶς,
Ὄμας μελῳδοῦ μητρὸς ἐκμεμαγμένας,
Αὐτοκτόνοις [a] ῥιφαῖσιν ἐξ ἄκρας σκοπῆς
Τυρσενικὸν πρὸς κῦμα δυπτούσας πτεροῖς,
Ὅπου λινεργὴς κλῶσις ἑλκύσει πικρά.
Τὴν μὲν, Φαλήρου τύρσις 2 ἐκβεβρασμένην
Γλάνις τε ῥείθροις δέξεται, τέγγων χθόνα,
Οὗ σῆμα δωμήσαντες 3 ἔγχωροι κόρης
Λοιβαῖσι καὶ θύσθλοισι παρθενόπην βοῶν
Ἔτεια κυδανοῦσιν οἰωνὸν θεάν.
Ἀκτὴν δὲ τὴν προὔχουσαν εἰς ἐνιπέως
Λευκωσία ῥιφεῖσα, τὴν ἐπώνυμον
Πέτραν ὀχήσει δαρόν. ἔνθα λάβρος ἴς

[a] al. αὐτοχθόνοις.

Silam columnae vertici adpendens suam:
Et tres necabit filii Salaciae
Pupas, camenae matris aemulans soni,
Iactu insolenti praecipes e culmine
Pinnis caducas aequor in Tyrrhenicum,
Quacumque amari iura flaminis trahent.
Vnam Phaleri turris eiectam foras
Glanisque capiet, flumine irrorans humum:
Qua pusae acerram construentes incolae,
Vitulatuum strepente Parthenopen sono
Solemnia [a] deam iubilabunt alitem.
At littus exstans in Veniliae deae
Se corruens, cognominem Leucosia
Petram tenebit, qua fluens Is & ferox

[a] solemniter.

Ater, quieto similis, hunc iuranti dii,
Tacente sacram devehens fluvio Styga.
Homerus.

Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος
Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

Apollonius lib. II.

Ὣς φαμένη λοιβὴν Στυγὸς ὤμοσεν ἥτε θεοῖσιν
Ῥιγίστη πάντεσσιν ὀπιδνοτάτη τε τέτυκται.

Ovid. Metam. lib. I.

Pone metus, ait, numquam tibi caussa doloris.
Haec erit, & Stygias iubet hoc audire paludes.

Virgil. AEneid. IX.

Dixerat, idque ratum Stygii per flumina fratris,
Per pice torrentes atraque voragine ripas
Adnuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

& XII.

Adiuro Stygii caput implacabile fontis,
Vna superstitio superis, quae reddita cunctis.

Minutius felix. *Et apud eos ipse rex Iupiter per torrentes ripas, & atram voraginem iurat religiose.* Apuleius Milesf. VI. *Dis etiam, ipsique Iovi formidabiles aquas istas Stygias, vel fando comperisti? quodque vos deieratis per numina Deorum, Deos per Stygis maiestatem solere?* Servius AEneid. X. *Quod quum Sol iurasset per Stygem paludem se esse facturum, petit ille, ut eius currus agitaret.* Fabulantur autem Poetae Iovem pugnaturum cum Titanibus aureis calicibus ex aqua eius aliquid hausisse, atque hoc beneficium reposuisse, ut per eam dii omnes iurarent. Hesiodus loco citato tradit eam cum filiis suis ei opem in hoc praelio tulisse, eaque de caussa factum, ut per eam dii iurent. Si quis peierasset, magno supplicio adficiebatur, quod describitur his verbis ab Hesiodo.

Ὅσκεν τὴν ἐπίορκον ἀπολείψας ἀπομόσῃ
Ἀθανάτων οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
Κεῖται νήϋτμος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν.

Et quae sequuntur. Servius ad AEneid. VI. *Fertur namque ab Orpheo, quod dii peierantes per Stygiam paludem novem millibus annorum puniuntur in Tartaro.*

1 Κόρσῃ κίονος προσαρμόσας) Mos veteribus quum militia se abdicarent, arma sua in deorum templis suspendere, addita inscriptione. Aristophanis interpres ad Equites. Ἔθος ἦν τὰ ἀπὸ τῶν πολέμων ὅπλα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνατιθέναι. Propertius lib. II. Eleg. XXV.

Et vetus in templo bellica parma vacat.

Nemesianus ecloga I.

Nunc album caput, & Veneres tepuere sub annis.
Iam mea ruricolae dependet fistula Fauno.

Virgilius AEneid. lib. I.

—— genti nomen dedit, armaque fixit Troia. ——

Et lib. III.

Aere cavo clipeum magni gestamen Abantis
Postibus adversis figo, & rem carmine signo:
AEneas haec de Danais victoribus arma.

Ovidius Metamorph. lib. XV.

Cognovi clipeum laevae gestamina nostrae
Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.

Horatius lib. I. epist. I.

—— Veianius armis.
Herculis ad postem fixis latet abditus agro.

2 Τὴν μὲν Φαλήρου τύρσις) Neapolim intelligit, quae & Graeca urbs, teste Tacito Annal. lib. V. quam prius Parthenopen ob inventum ibi Parthenopes sepulcrum Cumani conditores dixerunt: huius incolae Parthenopae solennia sacrificia peragebant.

3 Οὗ σῆμα δομήσαντες) AEdis Parthenopae dicatae meminit etiam Dionysius in sua περιηγήσει, his versibus.

Τῇ δ' ἐπὶ καμπανῶν λιπαρὸν πέδον, ἧχι μέλαθρον
Ἀβνῆς παρθενόπης, σταχύων βεβριθὸς ἀμάλλαις,
Παρθενόπης, ἣν πόντος ἑοῖς ὑπεδέξατο κόλποις.

Possit etiam simulacrum exponi. Suidas Νεάπολις. Πόλις ἰταλικὴ διάσημος, ἐν ᾗ παρθενόπης ἵδρυται σειρῆνος ἄγαλμα. Inde apud Stephanum scribo. Νεάπολις, πόλις ἰταλίας διάσημος, ἐν ᾗ παρθενόπη ἵδρυται μία τῶν σειρήνων. Quem vide etiam in Σειρηνοῦσαι. Aristoteles περὶ θαυμ. Φασὶ τὰς Σειρηνούσας νήσους κεῖσθαι μὲν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ περὶ τὸν πορθμὸν ἐπ' αὐτῆς τῆς ἄκρας, ὃς κεῖται πρὸ τοῦ πεπτωκότος τόπου, καὶ διακυμαίνοντος τοῖς κόλποις, τόν τε περιέχοντα τὴν Κύμην, καὶ τὸν διειληφότα τὴν καλουμένην ποσειδωνίαν, ἐν ᾧ καὶ νεὼς αὐτῶν ἵδρυται, καὶ τιμῶνται καθ' ὑπερβολὴν ὑπὸ τῶν περιοίκων θυσίαις ἐπιμελῶς. ὧν καὶ τὰ ὀνόματα μνημονεύοντες, καλοῦσι τὴν μὲν, Παρθενόπην, τὴν δὲ, Λευκωσίαν, τὴν δὲ τρίτην Λίγειαν. Ad Ligeam quod attinet, de ea emendabis Solinum obiter cap. VIII. *Insula Ligea adpellata ab eiecto ibi corpore Sirenis ita nominatae.* Nam male antea *abiecto* scribebatur.

Fluenta pingui Laris eructat solo.
Ligea agetur in Terenam fluctuans,
Sulcans procellae murmur: illam navitae
Linquent sepultam littorali cespite,
Aquis propinquam garrulis Ocinari.
Illam lavabit Corniger suo gurgite,
Volucri membris busta februans aqua.
Primae sorores ante cognatas deae
Classis vetustus imperator Atticae
Certamen ardens lampadum nautis aget,
Iussis deorum, plebs quod augebit dehinc
Neapolitis, quae prope undantem sinum
Portus Miseni scrupeas ripas colet.
Claudensque Coros scorteo sinu bovis,
Et rursus actus casibus reciprocis,
Flagri trisulci verbere ustulabitur
Larus quiescens caprifici frondibus,
Ne gurges illum fluctibus deglutiat,
Imo Charybdin fundo anhelantem trahens.
Nec sat refectus nuptiis Atlantidis,
Rudem serilibusque sirpatum alveum
Intrabit audex, atque moderator reget
Ad media combae caudicariam trabem
Sutam infabre compage subscudum rudi
A qua acer Ambarualis expellens deus,
Implume quale pignus orbae alcedinis,
Ipsis agaeis & foris simul, vagis
Merget procellis impeditum [a] copulis.
Pontique inerrans pervigil cubilibus,
Anthedonio erit contubernalis deo:
Sic

[a] rudentibus. Caesar.

Γέτων θ᾽ ὁ λάρις [a] ἐξερεύγονται ποτὰ,
Λίγεια δ᾽ εἰς [b] τέριναν ἐκναυθλώσεται,
Κλύδωνα [c] χελλύσουσα. τὴν δὲ, ναυάται [d]
Κρόκαισι ταρχύσουσιν ἐν παρακτίαις,
Ὠκινάρου [e] δίναισιν ἀγχιτέρμονα.
Λούσει δὲ σῆμα βούκερως [1] νασμοῖς ἄρης
Ὀρνιθόπαιδος ἴσμα φοιβάζων ποτοῖς.
Πρώτῃ δὲ καὶ ποτ᾽ αὖθι συγγόνων θεᾷ
Κραίνων ἁπάσης μόψοπος ναυαρχίας
Πλωτῆρσι λαμπαδοῦχον ἐντυνεῖ δρόμον,
Χρησμοῖς πιθήσας. ὃν ποτ᾽ αὐξήσει λεὼς
Νεαπολιτῶν. οἳ παρ᾽ ἄκλυστον σκέπας
Ὅρμων [f] μισηνοῦ στύφλα νάσσονται κλίτη.
Βύκτας δ᾽ ἐν ἀσκῷ [2] συγκατακλείσας βοὸς
Παλινστροβήτοις πημοναῖς ἀλώμενος [3],
Κεραυνίῃ μάστιγι [g] μαστιχθήσεται.
Καύηξ [h] ἐρινοῦ προσκαθήμενος κλάδῳ [4],
Ὡς μὴ καβρώξῃ [i] νιν ἐν ῥόχθοις κλύδων,
Χάρυβδιν ἐκφυσῶσαν ἑλκύσας [k] βυθῶν.
Βαιὸν δὲ τερφθεὶς [l] τῆς Ἀτλαντίδος γάμοις,
Ἀναυλόφητον [m] αὐτοκάνδαλον σκάφος,
Βῆναι τάλάσσει, καὶ [n] κυβερνήσει τάλας
Αὐτουργότευκτον βάριν ἐς μέσην τρόπιν
Εἰκαῖα γόμφοις προσεταργανωμένην.
Ἧς οἷα τυτθὸν ἀμφίβαιος ἐκβράσας
Τῆς κηρύλου δάμαρτος ἀπτῆνα σπόρον,
Αὐταῖς μεσόδμαις καὶ σὺν ἰκρίοις βαλεῖ
Πρὸς κῦμα δύπτην ἐμπεπλεγμένον μάλοις.
Πόντου δ᾽ ἄυπνος ἐνσαρούμενος μυχοῖς,
Ἀστῷ σύνοικος [o] θρακίας ἀνθηδόνος [5]
Ἔσται

[a] al. ἐξερεύγεται.
[b] al. τέριναν.
[c] al. χιλλύσουσα.
[d] al. ναυβάται.
[e] al. ὠκινάρου.
[f] al. μοσσύνου.
[g] al. συμφλεχθήσεται.
[h] al. κάβηξ.
[i] al. μιν.
[k] al. βυθοῦ, & βυθῷ.
[l] al. τοῖς.
[m] al. αὐτοκάνδαλον.
[n] al. κυβερνῆσαι.
[o] al. θρακίας.

1 Βούκερος) Fluvios cornigeros & bicornes passim Poetae nominant ob ubertatem, & rerum omnium abundantiam, commoditatemque quas vicinis regionibus subministrant. Qua forma Acheloum atque alios fluvios fingere solent Romani, apud quos etiam fuit usitatissimum fluviis cornu omnium fructuum copia & ubertate conspicuum adiungere. AElianus ποικ. ἱστορ. lib. II. cap. XXXIII. Τὴν τῶν ποταμῶν φύσιν καὶ τὰ ῥεῖθρα αὐτῶν ὁρῶμεν. ὅμως δὲ οἱ τιμῶντες αὐτοὺς, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν ἐργαζόμενοι, οἱ μὲν ἀνδρομόρφους αὐτοὺς ἱδρύσαντο, οἱ δὲ βοῶν εἶδος αὐτοῖς περιέθηκαν. Caussam varie tradunt. Festus. *Taurorum specie simulacra fluminum, id est cum cornibus, quod sunt atrocia, ut tauri.* Acron ad Horat. lib. IV. Od. XIV. *Omnium famosorum fluminum vultus cum cornibus finguntur, propter impetus & mugitus aquarum.* Tzetzes ad Hesiodi ἀσπίδα in ea verba ταύρεως ἐννοσίγαιος, ita notat. Ἤγουν διὰ τὸν τῶν κυμάτων ἦχον, ὡς ταῦροι γὰρ μυκῶνται. ἢ ὅτι ταυρόκρανός ἐστιν. ἢ ὅτι ταύρειος ποσειδῶν ἐν πόλει Βοιωτίας, διὰ τὸ ταύρους θύεσθαι αὐτῷ καὶ μάλιστα ἐν ὀγχηστῷ. διὰ τοῦτο καὶ ταυροκράνους τοὺς ποταμούς. Phurnutus. Τοὺς ποταμοὺς κερασφόρους καὶ ταυρῶπας ἀναπλάττουσιν, ὡσανεὶ βίαιόν τι τῆς φορᾶς αὐτῶν καὶ μυκητικὸν ἐχούσης. Sophoclis interpres Trachiniis. Οἱ ποταμοὶ ταυρόκρανοι διετυποῦντο, ἢ ὅτι μυκηθμῷ εἰσὶ παραπλήσιοι περὶ τὰς ἐκβολὰς, ἢ ὅτι σχίζουσι τὴν γὴν ὡς οἱ βόες. ἢ διὰ τὸ τὰς νομὰς παρὰ τοὺς ποταμοὺς εἶναι. Addo etiam forte a magnitudine id natum, nam Graeci veteres omnia praegrandia & violenta ταύρους vocabant. Stephanus in Ταῦρος. Ταύρους οἱ παλαιοὶ πάντα ὅσα μεγάλα καὶ βίαια ἐπωνόμαζον.

2 Βύκτας δ᾽ ἐν ἀσκῷ) Ferunt Vlyssem errabundum ad AEolidem insulam adpulisse, atque ab AEolo accepisse excoriati bovis pellem in qua omnes praeter Favonium venti inclusi erant, quorum adminiculo exactis novem diebus tam prope patriam advectus fuit ut eam in conspectu haberet, ignesque vicinos conspiceret. Vide Homerum Odyss. κ'. Auctorem moralis interpretationis errorum Vlyssis, & Hygini Odysseam. Huc adlusisse videtur Ovidius de Ponto lib. I. Eleg. IV.

Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat
Fumum de patriis posse videre focis.

3 Παλινστροβήτοις πημοναῖς ἀλώμενος) Vlysses fractus labore & vigiliis, ut qui continuis novem diebus ac noctibus solus navis gubernaculum direxisset, quum obdormivisset, socii aurum argentumve quodpiam in illo utre conclusum arbitrantes eum solverunt, quo facto venti simul omnes eruperunt, eosque in mare deiecerunt. Vlysses autem animi dubius etiam semet in mare praecipitare volens, mutata tandem sententia ad AEolum remeavit. Vide Ovidium Metam. lib. XIV. Tangit Apuleius in Apolog. *Olim Vlyxis socii thesaurum reperisse arbitrati sunt, quum utrem ventosissimum manticularentur.*

4 Καύηξ ἐρινοῦ προσκαθήμενος κλάδῳ) Larum vocat Vlyssem, quod e naufragio sospes evaserit, solet enim ista avis mergere se in mari, & non suffocari.

5 Ἀστῷ σύνοικος θρακίας ἀνθηδόνος) Anthedonis civem dicit Glaucum Polybi F. qui gustata sedo, cuius attactu pisces quos ceperat in

Ἔσαι. παρ' ἄλλυ δ' ἄλλος ὡς πεύκης κλάδον 1
Βύκτης ςροβήσει φελλὸν ἐνθρώσκων πνοαῖς.
Μόλις δ' βύνης 2 ἐκ παλιῤῥίας κακῆς
Ἄμπυξ σαώσει σέρνα δεδρυφαγμένον
Καὶ χεῖρας ἄκρας, αἷς κρεαγράπ]υς πέτρας
Μάρπ]ων, ἁλιβρύτοισιν αἱμαχθήσεται
Στόρθυγξι. νῆσον δ' εἰς κρόνῳ συγυμένην
Ἄρπην περάσας μεζέων κρεανόμου,
Ἄχλαινος ἴκτης πημάτων λυγρῶν κόπις,
Τὸν μυθοπλάσην ἐξυλακτήσει γόον,
Ἀρὰς τετικὼς τυφλωθέντος δάκυς.
Οὔπω μάλ' ὕπυ, μὴ [a] τόσος δ' ὕπνος λάβοι
Λήθης [b] μέλανθρον ἐγκλιθένθ' ὑπηγέτιω.
Ἥξει γὰρ ἥξει ναύλοχον ῥέιθρυ σκέπας
Καὶ νηρίτυ πρηῶνας. ὄψεται δ' πᾶν
Μέλαθρον ἄρδην ἐκ βάθρων ἀνάςατον
Μύκλοις γυναικόκλωψιν. ἡ δ' βασσάρα
Σεμνῶς κασωρεύυσα, κοιλανεῖ δόμυς
Θοίναισιν ὄλβον ἐκχέασα τλήμονος.
Αὐτὸς δ' [c] πλέιυς τῶν ἐπὶ σκαιαῖς πόνυς
Ἰδὼν μολοβρὸς, τλήσεται μὲν οἰκετῶν
Στυγνὰς ἀπειλὰς εὐλόφῳ νώτῳ φέρειν
Δέννοις κολασθείς. τλήσεται δ' ϗ χερῶν
Πληγαῖς ὑπείκειν, ϗ βολαῖσιν ὀςράκων.
Οὐ γὰρ ξέναι μάςιγες, ἀλλὰ δαψιλὴς
Σφραγὶς μέμνεῖ θόαντος ἐν πλευραῖς ἔτι,
Λύγοισι τετρανθεῖσα, τὰς ὁ λυμεὼν
Ἐσεγκολάπ]ειν [d] ἀςέναιτος αἰνέσει,
Ἑκυσίαν σμάδιγ]α προσμάσσων δομῇ,
Ὅπως [e] παλεύσῃ δυσμενεῖς κατασκόποις
Λώβαισι ϗ κλαυθμοῖσι φηλώσας πρόμον.
Ὃν βομβυλέιας [f] κλιτὺς ἡ τεμμικία,
Ὕψιςον ἡμῖν πῆμ' ἐτέκνωσέ ποτε
Μόνος πρὸς οἴκυς ναυτίλων σωθεὶς τάλας.
Λοῖσθον δ' κάβηξ ὥςε κυμάτων δρομεὺς,
Ὡς κόγχος ἅλμῃ πάντοθεν [g] περιτριβεὶς,
Κτῆσίν τε θοίναις τρωνίων λαφυςίαν
Πρὸς τ' λακαίνης αἰνοβακχεύτυ κιχὼν,
Σύφαρ θανεῖται, πόντιον φυγὼν σκέπας,
Κόραξ σὺν ὅπλοις νηρίτων δρυμῶν πέλας.
Κτενεῖ δ' τύψας πλευρὰ λοίγιος ςόνυξ
Κέντρῳ [h] δυσαλγὴς ἔλλοπος σαρδωνικῆς 3.

[a] al. τίσοι δ'.
[b] al. μέλανθον.
[c] al. πλείω.
[d] al. ἐπιγκολάπ]ειν.
[e] al. παλαίσῃ.
[f] al. βαμφυλίας, & βομβυλίας.
[g] al. περιτριβής.
[h] al. δυσαλθής.

Sic alius alium ventus excipiens, facis
Instar, rotabit suberem, agitans spiritu:
Vix & procellas vorticesque Albuneae
Defendet illi supparum, arma pectoris
Manuumque queis & ipse carnifices petras
Prendens, acutis membra lancinabitur
Scrupis: ad invisamque Saturno insulam
Laniam profectus seculam [a] nefrondinum
Nudasque egensque garrulus tenebrio
Ficti latrabit fabulam infortunii,
Pendens acerbas coclitis monstri preces.
Non hic veternus dormientem coepiat
Oblivionis Equirium Melanthium.
Namque ibit ibit nauticum ad Rithri sinum,
Et Neriti cacumen: intuebitur
Vastos penates susque deque funditus
Luxu procorum turpium: at scrapta [b] improba
Speciose adulterata corrodet domum,
Luxu misclli absentis effundens opes.
Atque ipse ibidem plura quam in Scaeis mala
Videns famelicosus, a domesticis
Minas toroso tetricas dorso pati
Sannis repressus discet, & pavirier
Pugnis iniquis, [c] frivolumque iactibus.
Nec insueta flagra sunt: uberrima
Vibix manet Thoantis in tergis adhuc
Lentis betulis sculpta, quae trico nocens
Siccis genus infligere exhortabitur,
Gratam libenter corpori insculpens notam
Vt nescios illectet oculatis malis
Hostes, querelis principem inducens senem:
Quem Bombylea vallis, & Temmicia
Infame nobis terra produxit malum,
Servatus unus navitarum in patriam.
Postremo qualis larus angarius maris,
Salsaque murex corpus unda exercitus,
Exhausta luxu Proniensium bona
Olim a Lacaena putida offendens lupa,
Portu relicto [d] passus occidet senex
Corvus sub armis Neriti lucos prope:
Quem latere fosso cuspis incurabilis
Piscis necabit eculeo Sardonii.

[a] testiculorum. Fest.
[b] meretrix. Vett.
[c] fragmentorum fictilium.
[d] rugosus.

---

in mare redivivos resilisse conspexerat, in mare se praecipitavit, vel, ut alii volunt, in balaenam mutatus est. Philostratus senior εἰκόνων lib. II. Οἰκῆσαι δ' (ὁ Γλαῦκος) ὑτοσί ποτε λέγεται τὴν ἀρχαῖαν ἀνθηδόνα, ϗ πόας μέν τινος ἐπὶ τ' θαλάτ]ης (lego ἐπιθαλατ]ίης) γεύσασθαι. κύματος δὲ ὑποδραμόντος αὐτὸν, εἰς τὰ τῶν ἰχθύων ἀπηνέχθαι ἤθη. Videndi Athenaeus & Strabo. Nonnus Dionys. xxxv. immortalitatem adsumsisse canit. Eum sequitur Ovidius Metam. XIII. extremo, qui rem omnem eleganter describit. Vide etiam Apostolii Paroemias.

1 Ὡς πεύκης κλάδον) Eleganter emendat V. Cl. Ios. Scaliger πεύκης κλάδος, id est, λαμπάς: ut in agone lampaducho lampas traditur sequenti, sic ventus vento succedens insultans spiritu agitabit Vlyssem tamquam suberem in mari.

2 Μόλις δ' βύνης) Ovidius eleg. VI. lib. III. de Ponto.

Nec quia Neptunus navem lacerarat Vlyssis,
Leucothoe nanti ferre negavit opem.

Vide Homeri Odyss. ε. Hyginus in Odyssea. *Facta rate Calypso omnibus rebus ornatum eum dimisit, eamque* (excludendum τὸ ratim quod ab librario adiectum) *Neptunus fluctibus disiecit, quod Cyclopem filium eius lumine privaverat: ibi quum fluctibus iactaretur Leucothoe, quam nos matrem Matutam dicimus, quae in mari exigit aevum, baltheum ei dedit quo sibi pectus suum vinciret, ne pessum abiret. quod quum fecisset, enatavit.* Quod de nave ab Vlysse confecta ait Lycophron, id certum ex Poetae Odyssea, & AEliano Var. Hist lib. VII. cap. V. Ὁμολογεῖ δ' καὶ Ὀδυσσεὺς αὐτὸς πολλὰ εἰδέναι, ϗ τεχνίτης αὐτῶν εἶναι. ϗ τὴν σχεδίαν δ' ὐ δεηθεὶς ναυπηγῶν, ἀλλὰ δι' ἑαυτῦ τὴν ταχίςην εἰργάσατο.

3 Ἔλλοπος σαρδωνικῆς) Pastinacam marinam intellige, cuius aculeo (nam eum sagittae suae praefixerat Telegonus) saucius Vlysses exspiravit. Didymus ad Odyss. λ'. Οἱ νεώτεροι τὰ περὶ τηλεγόνυ ἀνέπλασαν τὸν κίρκην ϗ Ὀδυσσέως, ὃς δοκεῖ κατὰ ζήτησιν τῦ πατρὸς εἰς ἰθάκην ἐλθὼν ὑπ' ἀγνοίας τὸν πατέρα διαχρήσασθαι τρυγόνος

Natusque patris carnifex vocabitur,
Achillis ille consobrinus coniugis.
Post funus augurem Eurytan populus colet,
Et qui cubile Trampyae cellum tenet:
In qua necabit Herculem rursus draco
Tymphaeus in convivio, rex AEthicum,
Trahentem ab AEaco atque Perseo genus,
A Temeneis non procul natalibus.
Sed mortuum illum Perga mons Tyrrhenius
In Gortynaeo condet ustrinae situm:
Cum lacrumanter occidet propter malum
Natique coniugisque, quam frater necans
Orcum secundus postuma via petet,
Caesus sororis ense funesto gulam,
Glauconis Apsyrtique sobrinae improbae.
Hic tot ruinis totque cumulatus malis,
Secundo adibit Ditem inexorabilem,
Cui nullus umquam sudus adrisit dies.
O quam tibi praestabat esse in patria,
Miselle, tauros vel colonum rustico
Iu-

Κέλωρ δ' πατρὸς ἄρταμος κληθήσεται,
Ἀχιλλέως δάμαρτος αὐτανέψιος.
Μάντιν δ' νεκρὸν εὐρυτὰν [a] ϛέψει λεὼς 1,
Ὅτ' αἰπὺ ναίων τραμπύας ἐδέθλιον,
Ἐν ᾗ ποτ' αὖθις ἡρακλῆ φθίσει δράκων
Τυμφαῖος ἐν θοίναισιν αἰθίκων πρόμος,
Τὸν αἰακοῦ τε κἀπὸ περσέως σπορᾶς,
Καὶ τεμφυέων 2 οὐκ ἄπωθεν αἱμάτων.
Πέργη δέμιν θανόντα τυρσηνῶν ὄρος.
Ἐν [b] γορτυνίᾳ δέξεται πεφλεγμένον,
Ὅταν ϛενάζων κῆρας, ἐκπνεύσῃ βίον,
Παιδός τε καὶ δάμαρτος, ἣν κτένας πόσις
Αὐτὸς πρὸς ἅδην δευτέραν ὁδὸν περᾷ,
Σφαγαῖς ἀδελφῆς ἠλοκισμένος δέρην,
Γλαύκωνος ἀψύρτοιότ' ἀντανεψίας.
Χ' ὡ μὲν τοσοῦτον θῖνα πημάτων ἰδὼν
Ἄϛρεπτον ἅδην δύσεται τοδεύτερον,
Γαληνὸν ἦμαρ οὔ ποτ' ἐν ζωῇ δρακών.
Ὦ σχέτλι', ὡς σοι κρεῖσσον ἦν μίμνειν πάτρᾳ
Βοηλατοῦντι, καὶ τὸν ἐργάτην μύκλον
Κάν-

[a] al. ϛίς.
[b] al. γορτυναίῳ.

νος κέντρῳ ᾧ ἀντὶ αἰχμῆς ἐχρῆτο, & quae sequuntur. Parthenius ἐρωτ. γ'. Καὶ ὁ μετὰ πολὺν χρόνον (ὀδυσσεὺς) ἢ τόδε ἀπεργάσθη πρὸς τῆς αὐτὸς αὐτῆς γενεᾶς τρωθεὶς ἀκάνθῃ θαλασσίας τρυγόνος ἐτελεύτησεν. Nicander in Theriacis ubi de pastinacis his agit.

——— ἀνδρὶ δὲ σάρκες
Πυθόμεναι μινύθουσι, λοβὸς τέ μεν, ὥς ποτ' ὀ-
δυσσεὺς
Ἔφθιτο, λευγαλέοιο τυπεὶς ἁλίου ὑπὸ κέντρου.

Meminit & Aristophanis Scholiastes πλούτῳ. Lucianus tamen τραγοποδάγρᾳ podagra mortuum tradit, his verbis.

Ἰθάκης ἄνακτα λαερτιάδην ὀδυσσέα
Ἐγὼ κατέπεφνον, οὐκ ἄκανθα τρυγόνος.

Est vero pastinaca θαλάσσιον θηρίον φονευτικὸν, ut ait Nicandri Scholiastes. Hesychius, τρυγὼν. ἰχθῦς θαλάσσιος, ἧς τὸ κέντρον δηλητήριον, quod etiam ab Antigono lib. ἱϛοριῶν παραδόξων traditur. Verba eius ita habent. Ἐν δὲ τῇ νήσῳ (Ταυρῷ) θανάσιμός ἐϛιν ἡ ἄχερδος. κἂν εἰς ἄλλο δένδρον ἐμπλήξῃς, ἀφαυαίνει. ποιεῖ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τὸ τῆς τρυγονος κέντρον τῆς θαλαττίας, καὶ ἐὰν εἰς τοὺς ὀδόντας ἅψῃ, κατασήπει. Quod ipsum ex hoc Antigono etiam refert Stephanus in Γύαρος. Philes lib. περὶ ζώων ἰδιότητος.

Ἴου δὲ μεϛὰ καὶ φθορᾶς ὀξυδρόμου
Τῶν τρυγόνων τὰ κέντρα τῶν θαλαττίων.
Οἷς καὶ τεθηλὸς ἐὰν ἀμυχθῇ δενδρίον,
Μαραίνεται ζῆν οὐκέτι δύναμιν ἔχον.

Et Nicander loco citato refert putredinem icta eius aculeo concipere.

1 Νεκρὸν εὐρυτὰν ϛέψει λεὼς) Observa etiam heic veterem morem. Solebant namque coronae ex omnigenis floribus contextae mortuo imponi Euripidis Schol. Phoenissis. Εἰώθασι ϛέφειν τοὺς νεκρούς. Lucianus περὶ πένθους. Μύρῳ καλλίϛῳ χρίσαντες τὸ σῶμα, καὶ ἄνθεσιν ὡρίοις ϛεφανίσαντες προτίθενται. Xenophon Expedit. Cyri lib. VI. Οὓς δὲ μὴ εὕρισκον, κενοτάφιον αὐτοῖς ἐποίησαν μέγα, καὶ πυρὰν μεγάλην, καὶ ϛεφάνους ἐπέθησαν. Iustinus Martyr Apologet. II. Ὅπερ μόνον ἐγκαλεῖν ἔχετε, ὅτι μὴ τοὺς αὐτοὺς σέβομεν θεοὺς, μηδὲ τοῖς ἀποθανοῦσι χοὰς καὶ κνίσας, καὶ ἐν γραφαῖς ϛεφάνους καὶ θυσίας φέρομεν. Lego, καὶ ἐν ταφαῖς ϛ. Philostratus ἡρωικοῖς auctor est eam consuetudinem manasse a Thessalis, qui primi Achillis tumulum eo modo coronarunt. Dicebantur autem coronae eae ἔρωτες. Etymologici Auctor. Ἔρως, ὁ ϛέφανος ἐκ πάντων ἀνθέων, τοῖς νέκυσι πολούμενος. παρὰ τὴν ἔραν, τὴν γῆν, ὁ ἐρανισμένος ἐκ τῆς γῆς. Non semper tamen eae coronae e floribus, verum & ex oliva. Inde nimirum intelligendus Artemidorus lib. IV. cap. LIX. Τοῖς ἀποθανοῦσιν ἐλαίας συνεκφέρουσι. Et Chion in epistola ad Platonem. Σημαίνει γάρ μοι καὶ ἱερὰ, καὶ οἰωνίσματα, καὶ πᾶσα ἁπλῶς μαντεία θάνατον καλορθώσαντι τὴν πρᾶξιν. ἐθεασάμην δὲ καὶ αὐτὸς ἐνεργεσέραν ἢ κατ' ὄνειρον. ἔδοξε γάρ μοι γυνὴ θεῖόν τι χρῆμα κάλλους καὶ μεγέθους ἀναδεῖν με κοτίνῳ καὶ ταινίαις, καὶ μετὰ μικρὸν ἀποδεῖξαί τι μνῆμα περικαλλὲς, καὶ εἰπεῖν. ἐπειδὴ κέκμηκας ὦ Χίων, ἴθι εἰς τουτὶ τὸ μνῆμα ἀναπαυσόμενος. Ratio eius coronationis apud Clementem Paedagog. lib. II. cap. VIII. Ἀοχλήτου δ' ἀμεριμνίας ὁ ϛέφανος σύμβολον. ταύτῃ καὶ τοὺς νεκροὺς καταϛεφανοῦσιν. Neque vero in sola Graecia iste mos, immo in omni Italia. Ovidius Trist. lib. III. eleg. III.

Tu tamen extincto feralia munera semper,
Deque tuis lacrimis humida serta dato.

Tangitur a Varrone lib. VI. de L. L. *Cum ad sepulcrum ferunt frondes atque flores, addunt nunc etiam lanam.* Hinc Persii nebulam discutio.

——— nunc non e manibus illis,
Nunc non e tumulo fortunataque favilla
Nascentur violae. ———

Propertii quoque lib. I. eleg. XVII.

Illa meo caros donasset funere crines,
Molliter & tenera poneret ossa rosa.

2 Καὶ τεμενέων) Temenus hic Herculis (ad quem genus referebat Alexander Magnus) abnepos fuit. Nam ex Hercule Hyllus, a quo Clodeus, a quo Aristomachus, a quo Temenus. Vide quae de Macedoniae regum ortu ex Philippi Melanchthonis Chronico refert Nicolaus Gallotus ad Demosthenis Olynth. I. ubi Alexandrum ab Hercule XVIII. facit contra Velleii mentem, qui lib. I. XXXIII. censet.

Κάνθων' 1 ὑπὸ ζεύγλησι μεταβᾶν ἔτι
Πλαςαῖσι λύσσης μηχαναῖς οἰςρημένῳ,
Ἢ [a] τηλικῶν δὲ πεῖραν ὀτλῆσαι κακῶν.
Οὐδ' αἰνόλεκτρον ἁρπαγεῖσαν εὐνέτης
Πλάτιν μαντεύων κληδόνων πεπυσμένος,
Ποθῶν δὲ φάσμα πτηνὸν εἰς αἴθραν φυγὸν 2,
Ποίους θαλάσσης οὐκ ἐρευνήσει μυχοὺς,
Ποίαν δὲ χέρσον οὐκ ἀνιχνεύσει μολών.
Ἐπόψεται μὲν πρῶτα τυφῶνος σκοπὰς,
Καὶ πέμπελον γραῦν μαρμαρουμένην δέμας,
Καὶ τὰς ἐρεμβῶν [b] ναυάταις ἠχθημένας [c]
Προβλῆτας ἀκτάς. ὄψεται δὲ τλήμονος
Μύῤῥας ἐρυμνὸν ἄςυ τῆς μογοςόκους 3
Ὠδῖνας ἐξέλυσε δενδρώδης κλάδος.
Καὶ τὸν θεᾷ κλαυσθέντα γαύαντος τάφον
Σχοινίδι μουσόφθαρτον ἐξέντα, ξένῃ,
Κραντῆρι λευκῷ τόν ποτ' ἔκτανε πτέλας 4.
Ἐπόψεται δὲ τύρσιας κηφηίδας 5,
Καὶ λαφρίου λακτίσμαθ' [d] ἑρμαίου ποδὸς,
Διττάς τε πέτρας κέπφος αἷς προσήλατο [e]
Δαιτὸς χατίζων. ἀντὶ θηλείας δ' ἔβη,
Τὸν χρυσόπατρον μόρφνον 6 ἁρπάσας γνάθοις,
Τὸν

[a] al. τηλικῶνδε.
[b] al. ναυβάταις.
[c] al. ἰχθυμένας.
[d] al. ἐρμαίου.
[e] al. προσήλλατο.

Iugare asellum sub colio cantherium,
Fictis furoris insolescenti colis,
Quam tot subire luctuum discrimina.
At anxius vir coniugem raptam expetens,
Et augurales ominum audiens notas,
Amore spectri pervagantis aethera
Quae non marina templa perscrutabitur,
Quae non vaga lustrabit arua indagine.
Primo quidem Typhonios cernet specus,
Anumque saxo membra duratam aspero,
Nec non Erembum cognitas piscatibus
Ripas hiantes: atque adulterae inclutum
Myrrhae videbit oppidum, cuius uterum
Levavit obstetricis arboris liber:
Et fleta multum busta Gavantis suae
Herae, Hospitali Viciae Iugae deae:
Quem trux [a] bisetus dente cano conscidit.
Arces videbit nec minus Cepheidas,
Nec non Camilli lubricum pulsum pedis,
Arasque duplices, quas dapis cupidine
Bocas subivit, pro parata virgine
Hiante fauce corpus Aurigenae vorans,
Ri-

[a] aper. Fe-rus.

1 Ἐργάτιν κάνθωνα) Asinis ad aratrum etiam usi veteres. Arnobius lib. II. *Et asellus, & bos aeque (usu atque adsiduitate cogente) discit arare ac molere.* Rustici ditiores boves iungebant, pauperiores vero asinos. Apuleius inde in Apolog. *Attamen parce postea, AEmiliane, paupertatem cuipiam obiectare, qui nuper usque agellum Zatharensem, quem tibi unicum pater tuus reliquerat, solus uno asello ad tempestivum imbrem triduo exarabas.* Eleganter vero ἐργάτης dicitur asinus aratro iunctus, nam ἔργα etiam de agricultura dicuntur. Vide Hesychium. Sic Callimachus hymno tertio.

Κτήνεά φιν λοιμὸς καταβόσκεται, ἔργα δὲ πάχνη.

Et postea.

——— σύες ἔργα, σύες φυτὰ λυμαίνονται,

Hesiodus.

Ἔργα βοῶν ἀπόλοιντο. ———

Virgilius *Labores* dixit.

Sternit agros, sternit sata laeta, boumque
labores.

Ovidius *Opus*.

Cernis ut in duris (& quid bove firmius?) aruis
Fortia taurorum corpora frangat opus.

Tibullus lib. I. eleg. IX.

Et durum terrae rusticus urget opus.

Et lib. II. eleg. I.

Et grave suspenso vomere cesset opus.

Hinc etiam Bion idyllio sexto χεῖμα δύσεργον vocat, quod hyems ad ἔργα, id est, agriculturam minus apta. Vlyssem vero insaniam simulasse indicat etiam Corippus lib. III.

Quaeque ferunt veteres maturo robore vites,
Quas manibus propriis Ithacus plantavit Vlyxes,
Arce sub Ibalia Laertia lumina servans,
Nondum Troiani vitans discrimina belli.

Lego, *A. s. Inachia L. limina s.*

2 Ποθῶν δὲ φάσμα πτηνὸν εἰς αἴθραν φυγὸν) Helenam iussu Iunonis in caelum abreptam narrat Euripides ἑλένῃ, & ex eo Theodoretus θεραπευτ. Serm. III. Καὶ τὴν ἑλένην δὲ, μετὰ τὴν πολυθρύλλητον καὶ παμπόλλην μοιχείαν, τοῦ Μενέλεω χωρίσαντες, εἰς τὸν οὐρανὸν, ἡ φησιν εὐριπίδης, ἀνήγαγον.

3 Τῆς μογοςόκους) Innuit Poeta incestum Myrrhae cum Cinyra patre concubitum. Myrrha enim ubi cum patre concubuisset, ac cognitam ille stricto gladio persequeretur, in arborem sui nominis est mutata. Testes Theocriti Scholiastes idyllio ά. Plutarchus παραλλήλοις, Antoninus Liber. lib. μεταμορφ. Hyginus Fab. LVIII. Plinius lib. XII. cap. XV. Ovidius Metamorph. lib. X.

4 Κραντῆρι λευκῷ τὸν ποτ' ἔκτανε πτέλας) Adonis forma eximia puer, ob quam cum a Venere impendio amaretur, ab apro a Musis odio Veneris immisso interemtus est. Bion Idyll. ά.

Κεῖται καλὸς ἄδωνις ἐπ' ὤρεσι μηρὸν ὀδόντι
Λευκῷ λευκὸν ὀδόντι τυπείς. ———

A Marte rivali in aprum mutato factum id alii volunt. Vide Nonnum Dionys. lib. XLI. Aphthonius. Ἤρα μὲν γὰρ ἡ θεὸς (ἀφροδίτη) τοῦ ἀδώνιδος, ἀντέρα δὲ καὶ ὁ ἄρης αὐτῆς, & paulo post. Ζηλοτυπῶν δὲ ὁ ἄρης τὸν ἄδωνιν ἀνελεῖν ἐβούλετο. λύσιν ἔρωτος τοῦ ἀδώνιδος ἡγησάμενος θάνατον. Huc pertinet Theocriti idyllium notissimum, & Bionis primum. Apollodorus lib. III. Dianae odio occisum narrat.

5 Ἐπόψεται δὲ τύρσιας κεφηίδας) Attingit Andromedae fabulam a Perseo liberatae. Eam habes apud Nonum Dionys. XXXI. Ovidium Metamorph. V. Apollodorum lib. II. Nicandrum in Theriacis, & Hesiodum ἀσπίδι, si tamen eius est, de quo dubitat Dionysius Longinus lib περὶ ὕψους.

6 Τὸν χρυσόπατρον μόρφνον) Persei natales satis vulgati. Horatius.

Inclusam Danaen. ———

Et quae sequuntur, locus notus. Terentius Eunucho Act. III. Sc. V.

——— *virgo in conclavi sedet*
Suspectans tabulam quandam pictam ubi inerat pictura haec, Iovem
Quo pacto Danaae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.

Rimanti exta, masculi, plumigradae.
Messoris autem secula necabitur
Exenterato turpis orca viscere,
Mustelae alumnos qui caballimilites
Cervici matris saxifrontis extudit,
Hominesque durans suetus a vestigio
Formare statuas involucro marmoris,
Sagax tricaecae lucifur custodiae.
Videbit aestu quae rigantur iugera,
Asbysta flumina, atque humo sternentium
Cubas olentes, conquiniscens bestiis.
Quae cuncta obibit propter Argivam lupam,
Triviram puellam feminipuerperam.
Iapygumque adibit erro exercitum,
Ponetque donum virgini Feretriae,
An-

Τὸν ἠπατουργὸν ἄρσεν ἀρβυλόπτερον 1.
Πεφήσεται δ' τοῦ θεριστῆρος ξυρῷ 2,
Φάλαινα δυσμίστητος ἐξινωμένη,
Ἱπποβρότους ὠδῖνας 3 οἵξαντος τόκων
Τῆς δειρόπαιδος μαρμαρώπιδος γαλῆς.
Ὃς ζωοπλαστῶν ἄνδρας ἐξ ἄκρου ποδὸς
Ἀγαλματώσας 4 ἀμφελυτρώσει πέτρων a,
Λαμπηνοκλέπτης τριπλανοῦς ποδηγίας.
Ἐπόψεται δ' τὰς θερειπότους γυίας 5,
Καὶ ῥέεθρον ἀσβύσταο καὶ χαμευνάδας b
Εὐνὰς, δυσόδμοις c θηρσὶ συγκοιμώμενος 6.
Καὶ πάντα τλήσεθ' εἵνεκ' ἀργείας κυνὸς
Τῆς θηλύπαιδος καὶ τριάνορος κόρης 7.
Ἥξει δ' ἀλήτης εἰς ἰαπύγων στρατὸν
Καὶ δῶρ' ἀνάψει παρθένῳ σκυλητρίᾳ,
Τα-

a πέτρῳ. Scal.
b al. χαμευνάδων.
c al. δυσώδμοις.

1 Ἀρβυλόπτερον) Simili modo *pennipes* Catullo, idque ob Mercurii talaria, quibus usus Lucanus lib VIII.

Quo postquam partu Danaes & divite nimbo
Ortum, Parrhasiae vexerunt Persea pennae.

2 Πεφήσεται δ' τοῦ θεριστῆρος ξυρῷ) Perseus ope Palladis Medusae caput amputavit, Orpheus in hymnis a Pallade id non a Perseo factum canit.

3 Ἱπποβρότους ὠδῖνας) Equihominem partum vocat Lycophron, quo Chrysaor & Pegasus editi sunt Hesiodus Theogonia.

Τῆς δ' ὅτε δὴ περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν,
Ἐξέθορε χρυσάωρ τε μέγας καὶ πήγασος ἵππος.
Τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν ὅτ' Ὠκεανοῦ περὶ πηγὰς
Γένεθ'. ὁ δ' ἄορ χρύσειον ἔχεν μετὰ χερσὶ φίλῃσι.

4 Ἄνδρας ἐξ ἄκρου ποδὸς ἀγαλματώσας) Proverbialis loquendi forma. Lycophron unam eius partem posuit, altera omissa. Theocritus idyllio XXI.

Καὶ μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε συνεχὲς εἶδεν.

Petronius. *Hoc ergo remedio mutemus colores a capillis usque ad ungues*. D. Ambrosius Offic. lib. I. cap. XII. *Perfusum ulceribus, inhorrentem vibicibus, exaratum vulneribus a capite usque ad pedes videbant*. Similia compluria observavit in Spicilegio Petroniano optimus doctissimusque Ianus Dousa F. magno Reip. nostrae litterariae damno vitae nuperrime ereptus.

——— *Eheu! invidet omnibus*
Mors atra, nec scit parcere cuipiam.
Non nemini, ut suadet lubido,
Crine caput spolians decorum.

5 Ἐπόψεται δ' τὰς θερειπότους γυίας) Cur in AEgyptum venerit Menelaus narrat Servius AEneid. XI. *Iupiter Menelai fata miseratus est propter Helenae iugale consortium, & eum per diversa errare maluit, quam AEgysthi manibus interire: hic errans ad AEgyptum usque pervenit, ubi Proteus deus marinus regnaverat, cui rapta aliquando a Theseo Helena dicitur commendata. Vnde quidam dicunt quod ad eam quaerendam Menelaus sit ad AEgyptum profectus post bella Troiana*, & quae sequuntur. Nicandri Scholiastes θηριακοῖς cum Helena in AEgyptum ab Menelao ventum ait. Ἰστέον δ' ὅτι ἀπὸ Τροίας ὑποστρέφων ὁ Μενέλαος σὺν τῇ ἑλένῃ, ἐπλανήθη, καὶ ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον. In Servii verbis notabis Helenam a Theseo apud Proteum depositam dici, quum Lycophron pag. VIII. & X. & alii, a Proteo ereptam Paridi narrent. Vt etiam hoc addam ab Menelai in AEgyptum adventu nomen accepit Μενελαΐτης νόμος. Mart. Capella lib. VI. (ut alios Geographos omittam) ubi de AEgypto ei sermo. *Summa autem eius pars contermina AEthiopiae oppidorum multas praefecturas habet, quas Nomos vocant, inter quas Menala, item Ala, item Alexandriae regionem*. Emendo, *inter quas Menelaitem Alexandriae r.* Orta menda ex reduplicatione quatuor posteriorum syllabarum.

6 Δυσόδμοις θηρσὶ συγκοιμώμενος) Phocas puta, quibus Menelaus in littore (unde heic χαμευνάδες εὐναὶ nuncupantur) & tres eius socii phocarum pellibus, quas ab Edothea acceperant, cooperti dormiebant, ut ex Proteo caussam cognoscerent ob quam tam diu retinerentur. Fabula tota est apud Homerum Odyss. IV. Teterrimus vero horum piscium (unde & heic δύσοδμοι) odor est, quod etiam indicat Homerus hoc versu:

Φωκάων ἁλιοτρεφέων ὀλοώτατος ὀδμή.

Hac de caussa *turpes* Virgilio Georg. IV. & Ovidio Metamorph. I. *deformes*. Hinc & Aristophanes in Pace Cleonem coriarium traducens φώκης ὀσμὴν ei attribuit. Mirum autem quid doctissimo Cantero in mentem venerit, qui pro phocis balaenas interpretatus est, neque ab Homero ei persuasum esse.

7 Τριάνορος κόρης) Explicat hunc locum Stephanus. Αἶγυς (inquit) πόλις λακωνική, ὡς εὐφορίων. οἱ πολῖται, Αἰγύται, ὡς παυσανίας. Λυκόφρων δ' τὸ ἐθνικὸν Αἴγυος, τὸ θηλυκὸν λέγων οὕτω.

Καὶ πάντα τλήσεθ' οὕνεκ αἰγύας κυνὸς
Τῆς θηλύπαιδος καὶ τριάνορος κόρης.

ὁ λόγος περὶ ἑλένης λακωνικῆς οὔσης καὶ ἄρρενα μὴ τεκούσης τῷ Μενελάῳ, καὶ Ἀλεξάνδρῳ, Δηϊφόβῳ γαμηθεῖσα. Emendo in carmine τλήσετ', sequentia hoc modo. Ὁ λόγος περὶ ἑλένης λακωνικῆς οὔσης καὶ ἄρρενα μὴ τεκούσης, τῷ Μενελάῳ, καὶ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Δηϊφόβῳ γαμηθείσης.

Ταμάσιον κρατῆρα 1, καὶ βοάγριον 2,
Καὶ τὰς δάμαρτος ἀσκέρας εὐμαρίδας 3,
Ἥξει δὲ σίριν καὶ λακινίου [a] μυχούς.
Ἐν οἷσι πόρτις 4 ὄρχατον τεύξει θεᾷ
Ὁπλοσμίᾳ φυτοῖσι ἐξησκημένον.
Γυναιξὶ δ' [b] ἔσαι τεθμὸς ἐγχώροις ἀεὶ
Πενθεῖν τὸν ἐνάπηχυν 5 αἰακοῦ τρίτον
Καὶ δωρίδος, πρηστῆρα δαΐου μάχης.
Καὶ μήτε χρυσῷ φαιδρὰ καλλύνειν ῥέθη 6,
Μηδ'

[a] al. λακινίας. [b] al. ἀεί.

Ancile scutum & [a] hirneam Temesiam,
Sponsae nocentis cernuosque mulleos.
Sirinque adibit & Lacinia ardua,
In queis iuvenca consitum Feroniae
Deae Monetae praeparabit hortulum:
Et feminis lex semper indigenis erit
Cubitum novenum flere tertium AEaci,
Et Doridis, fulmen duelli Martii,
Nec corpus auro perpolire [b] vinulum,
Nec

[a] pateram. [b] molle. Plaut.

---

1 Ταμάσιον κρατῆρα) Eustathius. Τὴν μέντοι ἐν κύπρῳ τεμέσην, τάμασον ἀξιοῦσιν οἱ παλαιοὶ λέγεσθαι. ἀφ' ἧς καὶ ὁ ταμάσιος κρατήρ. Fuit hic crater ab Vulcano fabrefactus, Pelopique uxorem ducenti donatus, itaque postea hereditario iure ad Menelaum pervenit, teste Diogene Laertio lib. I. Θάλητι. De eo intelligendus Apuleii locus in Apologia. *Nec Proteus faciem, nec Vlysses scrobem, nec AEolus follem, nec Helena craterem, nec Circe poculum, nec Venus cingulum.* Philostratus de vitis Sophist. in epist. ad Antoninum. Τόδε φρόντισμα τοῦτο, ἄριστε ἰατρῶν, καὶ τὰ ἄχθη σοι κουφιεῖ τῆς γνώμης, ὥσπερ ὁ κρατὴρ τῆς ἑλένης τοῖς αἰγυπτίοις φαρμάκοις.

2 Καὶ βοάγριον) Observandus veterum mos, qui clipeos sibi ex multiplicatis boum pellibus conficiebant superficie aenea superinducta. Ovidius Aiacis clipeum septemplicem fuisse canit.

Surgit ad hos clipei dominus septemplicis Aiax.

Achillis clipeum idem Metam. XII. ex decem pellibus.

Dixit, & haesurum clipei curvamine telum
Misit in AEaciden, quod & aes, & proxima rupit
Terga novena boum, decimo tamen orbe moratum est.

Lucani e vimine faciebant scuta, corioque tegebant, teste Salustio. Clipei autem Iunoni dicati meminit quoque idem Metam. XV. his verbis.

Ipse ego, nam memini, Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Haesit in adverso gravis hasta minoris Atridae.
Cognovi clipeum laevae gestamina nostrae
Nuper Abantaeis templo Iunonis in Argis.

Diogenes Laertius lib. VIII. Apollini sacratum hunc clipeum narrat his verbis. Εἰσελθὼν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν, ἐπέδειξεν ἣν Μενέλαος ἀνέθηκεν ἀσπίδα, ἔφη γὰρ αὐτὸν ὅτ' ἀπέπλευσεν ἐκ τροίας, ἀναθεῖναι τῷ ἀπόλλωνι τὴν ἀσπίδα διασεσηπυῖαν ἤδη, μόνον δὲ διαμένειν τὸ ἐλεφάντινον πρόσωπον.

3 Ἀσκέρας εὐμαρίδας) Fuit quum putarem legendum ἀσκητὰς εὐμαρίδας, nunc nihil muto: nam ait Aristophanis Scholiastes Vespis. Ἔθος τοῖς ποιηταῖς παραλλήλαις λέξεσιν ἰσοδυναμούσαις χρῆσθαι. Erant vero ἀσκέραι calceamenta villosa, quibus hieme utebantur: atque ea intelligit Hesiodus lib. II.

Ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἶφι κταμένοιο
Ἄρμενα δήσασθαι, πίλοις ἔντοσθε πυκάσας.

At εὐμαρίδες erant barbarorum inventum, & ex cervino corio consuebantur.

4 Ἐν οἷσι πόρτις) Scholiastes Theocriti idyllio IV. Τὸ δὲ Λακίνιον ἀκρώρεια τίς ἐστιν ἔχουσα ἱερὸν ἥρας. Lycophron porro Thetidem templi istius narrat conditricem: alii ad Lacinium quemdam, alii ad Herculem referunt. Servius AEneid. III. *Iunonis Laciniae templum secundum quosdam a rege conditore dictum, secundum quosdam a latrone Lacinio, quem illic Hercules occidit, & hoc loco expiato Iunoni templum constituit.* Adi Geographiae scriptores.

5 Πενθεῖν τὸν ἐνάπηχυν) Cave, lector, de novemcubitali Achillis statura haec accipias, toto erres caelo. Certe frustra est Parrhasius in Comment. ad Claudianum, qui in ea opinione est, & vult eo referendum illud Virgilii lib. I. AEneidos.

——— *nunc quantus Achilles.*

Philostratus quidem ἡρωικοῖς dicit. Ὑπερφυὴς δὲ τὸ σῶμα ἐφαίνετο, αὐξηθεὶς τε ἔχων ἢ τὰ πρὸς ταῖς πηγαῖς δένδρα. Sed nec hoc quidquam ad adserendam eius novemcubitalem proceritatem. Ἐνάπηχυν dixit Achillem, non aliter quam Otum & Ephialtem ἐννεαπήχεας Homerus: eius isti versus.

Ἐννέωροι γάρ τοί γε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
Εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι.

Hesychius huc respexit. Ἐννεαπήχεες ἦσαν. ἐπαινοῦσί τινες τὴν ἀκρίβειαν. τὰ γὰρ σύμμετρα τῶν σωμάτων τοῦ πλάτους τὸ μῆκος τετραπλάσιον ἔχει. Quae verba faciunt ut tibi iam luceat in loco antea valde obscuro, ac pararis Hesychio Mineral.

6 Καὶ μήτε χρυσῷ φαιδρὰ καλλύνειν ῥέθη) Solebant olim vestes auro intexere, variisque picturis eas exornare. Virgilianus AEneas lib. I.

Ferre iubet pallam gemmis auroque rigentem,
Et circumtectum croceo velamen acantho,
Ornatus Argivae Helenae, quos illa Mycenis
Pergama quum peteret inconcessosque Hymenaeos,
Extulerat matris Ledae mirabile donum.

Cydonius in Oratione περὶ τοῦ καταφρονεῖν τὸν θάνατον. Ὁ δὲ λόγος (inquit) κἂν τοῖς ἱματίοις ἐξεῦρεν αὐτῷ τὴν ἁβρότητα. καὶ γὰρ καὶ ὕλης διαφορὰν ἐζήτησε, καὶ ἄνθος ἐξεῦρε, καὶ χρυσὸν συνέφηνε, καὶ παντοδαπῶν ζώων τε καὶ φυτῶν ἰδέας ἐν τούτοις διέγραψε, καὶ ἱματίων ἰδέας ἄλλοις ἀπένειμαν, ὡς ἂν ἕκαστος γένους, ἢ ἀξίας, ἢ ἡλικίας ἔχων τυγχάνῃ. Porro quod Lycophron ait Graecos post Achillis mortem auro corpus

Nec ferre membris delicata pallia
Sandice pictas, ideo quod divae dea
Terrae cacumen muneratur arduae.
Pugilisque tauri inhospitam certaminum
Arenam adibit, quem creat Libentia
Mancina [a], regnans arce Longuri edita,
Saturniam falcemque, Concheaeque aquas
Ventans, Gonusamque, atque Sicanum aequora,
Et templa crudi pelle vestiti lupi,
Quae quondam alumnus Crethei adpellens ratem
Cum gente quinquaginta nautarum edidit:
Minyumque salsi ripa servabit maris
Strigmenta, quae nec diluet Venilia,
Nec abluentes imbricae ningues [b] diu.
Ripae sed alios atque Teuchiris iuga
Vicina flebunt, littore eiectus procul
Atlantis ad deserta territoria,
Membris nocentum lancinatos fragminum:
Mopsum Titaeroneum ubi olim navitae
Busto indidere mortuum, & busto super
Statuere cippum funebrem Argoae trabis
Transtrum revulsum, manium donarium,
Ausigda Cinnyphaea quod rigans aqua
Foecundat undis: ast alumno Nerei
Tritoni Colchis munus uxor obtulit,
Lurae [c] capacis aureum carchesium,
Iter docenti qua per angustas freti
Immittat aras Tiphys incolumen ratem
Et iura Graecos Africae capessere
Pontigena tunc biformis adseret deus,
Quum munus id plebs offerens reciprocum
Libyssa Graecae, patriae exemtum dabit:
Metuque fati munus Asbystae infera
Telluris umbra subter ignotum obruent,
Vbi ducem miserrimum Cyphensium,
Nautasque ad unum flabra Volturni egerent,
Et

a manco.
b nives. Lucret.
c oris. Fest.

Μήθ' ἀβροπήνους ἀμφιβάλλεσθαι πέπλους 1
Κάλχῃ φορυκτοὺς, οὕνεκα θεᾷ θεὸς
Χέρσου μέγα στόρθυγγα 2 δωρεῖται κτίσαι.
Ἥξει δὲ ταύρου γυμνάδας κακοξένους
Πάλης κονίστρας, ὅν τε κωλῶτις [a] τεκνοῖ,
Ἀλεντία κρέουσα λογγούρου μυχῶν,
Ἄρπης Κρόνου πήδημα κογχέιας θ' ὕδωρ
Κάμψας, γονοῦσάν τ' ἠδὲ σικανῶν πλάκας.
Καὶ θηροχλαίνου σηκὸν ὠμηστοῦ λύκου,
Ὃν κρηθέως ἄμναμος 3 ὁρμίσας σκάφος
Ἔδειμε πεντήκοντα σὺν ναυπηγέταις.
Κρῶκαι δὲ μινυῶν εὔλιπῆ στελγίσματα [b]
Τηροῦσιν, ἅλμης οὐ δὲ φοιβάζει κλύδων,
Οὐδ' ὀμβρία σμήχουσα δηναιὸν νιφάς.
Ἄλλους δὲ θῖνες, οἵτε [c] τευχείρων πέλας
Μύρμηκες αἰάζουσιν [d] ἐκβεβρασμένους
Ἔρημον εἰς ἄτλαντος οἰκητήριον
Θρυλλιγμάτων δέρτροισι προσεστηρότας.
Μόψον τιταιρώνειον ἔνθα ναυάται
Θανόντα ταρχύσαντο, τυμβείαν θ' ὕπερ
Κρηπῖδ' ἀνεστήλωσαν ἀργόου δορὸς
Κλασθὲν πέτερον, νερτέρων κειμήλιον 4,
Αὐσίγδα [e], κιννύφειος ἣν τέγγων ῥόος
Νασμοῖς λιπαίνει. τῷ δὲ νηρέως γόνῳ
Τρίτωνι κολχὶς ὤπασεν δάνος γυνὴ,
Χρυσῷ πλατὺν κρατῆρα κεκροτημένον,
Δέξαντι πλωτὴν οἶμον, ᾗ διὰ στενῶν
Μύρμων ἐνήσει [f] τῖφυς ἄθραυστον σκάφος.
Γραικοὺς δὲ χώρας τουτάκις λαβεῖν κράτη,
Θαλασσόπαις δίμορφος αὐδάξει θεός.
Ὅταν παλίμπουν δῶριν ἄγραυλος λεὼς
Ἕλλην' ὀρέξῃ νοσφίσας πάτρας λίβυς.
Εὐχὰς δὲ δειμαίνοντες ἀσβύσται, κτέαρ
Κρύψουσ' ἄφαντον ἐν χθονὸς νέρτοις [g] μυχοῖς,
Ἐν ᾗ κυφαίων δύσμορον στρατηλάτην
Ναύταις συνεκβράσουσι βορραῖαι [h] πνοαί.
Τόν

a al. κωλῶτις.
b al. στλεγίσματα.
c al. ταυχείραν.
d al. αἰάξουσιν.
e al. αὐσίγδα.
f al. ἰνήσει.
g al. νηροῖς.
h al. αἱ βορραῖαι.

pus non decoraturos, id testatur etiam ἡρωϊκοῖς Philostratus his verbis. Ἐτάφη δὲ (ἀχιλλεὺς) ἐκδηλότατα ἀνθρώπων πᾶσιν οἷς ἐπήνεγκεν αὐτῷ ἡ ἑλλάς. οὐδὲ κομᾷν ἔτι μετὰ τὸν ἀχιλλέα καλὸν ἡγούμενοι, χρυσόντε, καὶ ὅτι ἕκαστος εἶχεν ἢ ἀπάγων ἐκ τροίας, ἢ ἐκ δασμοῦ λαβὼν, νήσαντες εἰς τὴν πυρὰν ἀθρόα, &c. Certe in quovis luctu matronae, tam in Graecia, quam Romae aurum non gestabant. Terentius Heaut. Act. II. Sc. III.

Texentem telam studiose ipsam offendimus,
Mediocriter vestitam veste lugubri,
Eius anuis caussa, opinor, quae erat mortua.
Sine auro tum ornatam, ita uti quae ornantur sibi.

Et apud alios.

1 Καὶ ἀβροπήνους ἀμφιβάλλεσθαι πέπλους) Pepli duplex usus, indutui, aut amictui, ut Varro loquitur, & Apuleius. Iul. Pollux lib. VII. cap. III. Ἔσθημα δ' ἐστὶ διπλοῦν τὴν χρείαν, ὡς ἐνδύναι τε, καὶ ἐπιβάλλεσθαι. Hoc loco ἀμφιβάλλεσθαι Lycophronis idem est quod ἐπιβάλλεσθαι Pollucis. Inde veteres Graeci etiam caelum πέπλον adpellitaverunt, οἷον θεῶν οὐρανίων περίβλημα, ut ait Porphyrius lib. de Nymph. antro.

2 Χέρσου στόρθυγγα) Huc pertinent illa Philostrati loco supra citato. Τὸν μὲν δὲ κολωνὸν ξένε τοῦτον ὃν ἐπὶ τοῦ μετώπου τῆς ἀκτῆς ὁρᾷς ἀνεστηκότα, ἤγειραν οἱ ἀχαιοὶ ξυνελθόντες, ὅτε πατρόκλῳ ξυνεμίχθη εἰς τὸν τάφον, κάλλιστον ἐντάφιον ἑαυτῷ τε κἀκείνῳ δούς.

3 Ὃν κρηθέως ἄμναμος) Crethei nepos Iason. Apollonii Scholiastes lib. I. Αἰόλου τοῦ ἕλληνος Κρηθεὺς καὶ Ἀθάμας. Κρηθέως δὲ Αἴσων. Αἴσονος δὲ ὁ Ἰάσων. Ipse Iason apud Pindarum Pythion. Od. IV. ita ait:

Μία βοῦς Κρηθεῖ τε μάτηρ
Καὶ θρασυμήδει Σαλ-
Μωνεῖ. τρίταισι δ' ἐν γοναῖς
Ἄμμες αὖ κείνων φυτευθέν-
Τες σθένος ἀελίου χρύσεον
Λεύσσομεν.

Et apud Valerium Flaccum lib. V.

— ipse egomet proprio de sanguine Phryxi,
Namque idem Cretheus ambobus & AEolus auctor,
Cum Iove, Neptunoque, & cum Salmonide nympha.

4 Νερτέρων κειμήλιον) Diis manibus sacra antiquitus sepulcra, unde & in inscriptionibus ponebatur D. M. id est. Deorum Manium. Symphosius interpres historiae Apollonii Tyrii. *Pro meritis fabricant loculum ex aere collato, & scripserunt,* DII. MANES. CIVES. TARSIAE. VIRGINI. PRO. BENEFICIIS. PATRIS. EIVS. SEPVLCRVM. EX. AERE. COLLATO. FECERVNT.

a al. παλαίθρων.	Τόν τ' ἐκ παλαύθρων ᵃ ἔκγονον τενθρηδόνος,	Et ex Palythris filium Tenthredonis,
b al. ἀφρυσίων.	Ἀμφρυσίων ᵇ σκηπτοῦχον Εὐρυάμπιον.	Amphrysiensem principem Euryampium,
	Καὶ τὸν δυνάστην τοῦ πετρωθέντος λύκου 1	Et optimatem saxicorporis lupi,
	Ἀποινοδόρπου καὶ πάγων Τυμφρησίων,	Donorum edacem, & culminis Tymphresii.
c al. ἀθλίοι πάτραν.	Ὧν οἱ μὲν Αἰγώνειαν ἀθλιοπάτραν ᶜ	Quorum quidem AEgonean alii patriam
d al. οὐδ'.	Ποθοῦντες, οἱ δ' ᵈ Ἐχῖνον, οἱ δὲ ᵉ Τίταρον,	Desiderantes atque Echinum & Titarum,
e al. οἱ.	Ἴρον τε καὶ Τρηχῖνα, καὶ Περραιβικὴν	Irrumque, tum Trachina, tum Perrhaebicam
f al. γόννον, φάλαιναν.	Γόνον ᶠ, Φάλανόν τ', ἠδ' Ὀλοσσόνων γύας,	Gonum Phalanumque, atque Olossorum sola,
	Καὶ Κασταναίαν, ἀκτέριστον ἐν πέτραις	Et Castanaean, insepultum in rupibus
	Αἰῶνα κωκύσουσιν ἠλοκισμένοι.	AEvum supremis eiulabuntur malis.
	Ἄλλην δ' ἐπ' ἄλλῃ χήρα κινήσει θεὸς,	Sic aliud alii funus adiunget Deus,
	Λυγρὴν πρὸ νόστου συμφορὰν δωρούμενος.	Dura ante reditus excitans discrimina:
	Τὸν δ' Αἰσάρου τε ῥεῖθρα καὶ βραχύπτολις	Illum AEsari unda, & oppidum minutulum
	Οἰνωτρίας γῆς κεγχρίνῃ βεβρωμένον 2	Oenotriae, Crimissa, torris noxii
	Κρίμισσα φιτροῦ δέξεται μιαιφόνον 3.	Stinctorem habebit, quem momordit excetra.
	Αὐτὴ γὰρ ἄκραν ἄρδιν εὐθυνεῖ χεροῖν	Namque ipsa summum diriget telum manu
g al. πλόκαμον.	Σάλπιγξ ἀποψάλλουσα Μαιώτην ᵍ πλόκον.	Tendens tenum ᵃ virago Maeoten Tuba.
	Δύρα παρ' ὄχθαις ὅς ποτε φλέξας θρασὺν	Durae ad fluenta qui cremato acerrimo
	Λέοντα, ῥαιβῷ χεῖρας ὥπλισε Σκύθῃ	Leone, valgo dexteram armavit Scytha
h al. λυροκτύπῳ.	Δράκοντ' 4 ἀφύκτων γομφίων ʰ λυροκτύπῳ.	Colubro, colantum pinsitore ᵇ cuspidum.
	Κρᾶθις δὲ τύμβους ὄψεται δεδουπότος,	Crathis sepulcrum sed videbit mortui
	Εὐρὰξ Ἀλαίου Παταρέως ἀνακτόρων,	Ad ima templa Bitientis Patarei,
	Ναύαιθος ἔνθα πρὸς κλύδων' ἐρεύγεται.	Vbi sonora stagna Navaethus vomit.
	Κτενοῦσι δ' αὐτὸν Αὔσονες Πελλήνιοι	Ipsum necabunt Ausones Pellenii
	Βοηδρομοῦντα Λινδίων στρατηλάταις.	Opem ferentem Lindium praetoribus,
	Οὓς τῆλε Θερμύδρου τε Καρπάθου τ' ὀρῶν,	Quos Thermydri quos Carpathi iugis procul
i al. Θρακίας.	Πλάνητας αἴθων ⁱ Θρασκίας πέμψει κύων,	Vagos coruscus Thrascias mittet canis
	Ξένην ἐποικήσοντας ὀθνείαν κόνιν.	Novi colonos hospitisque pulveris.
k al. μακάλλοις.	Ἐν δ' αὖ ᵏ Μακέλλοις σηκὸν ἔγχωροι μέγαν	Ergo Macellis maximum templum incolae

a fuscum. Plau.

b expulsore. Enn.

1 Τοῦ πετρωθέντος λύκου) Lupi metamorphosin habes aliter apud Ovidium lib. XII. Metamorphos. aliter apud Antoninum Liberalem.

2 Κεγχρίνῃ βεβρωμένον) Theocritus in obscura Ara.

Ἐμὸν δὲ τεῦγμ' ἀθρήσας
Θεοκρίτοιο κτάντας,
Τριεσπέροιο καύτας,
Ἄϊξεν ἀναΰξας,
Χάλεψε γάρ νιν ἰῷ.
Σύργαστρος, ἐκδὺς γῆρας.

Vbi observandum quod dicat morsum a serpente Philoctetem contemplantem sepulcrum Troili ab Achille occisi, quod in templo Apollinis Thymbraei erat. Alii tamen aliter. Vide Servium AEneid. III. Sophoclis interpres Φιλοκτήτῃ. Λέγεται γὰρ ὡς ἐν Λήμνῳ βουλόμενος (ὁ Φιλοκτήτης) ἀναστῆσαι βωμὸν Ἡρακλεῖ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, ὑπὸ ὄφεως ἐπλήγη. Homeri Iliad. β'. Ἱστόρηται ὅτι Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ καθαίρων τὸν βωμὸν τῆς Χρυσῆς καλουμένης Ἀθηνᾶς, ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου, καὶ ἀνιάτῳ τραύματι περιπεσὼν κατελείφθη αὐτόθι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. ᾔδησαν γὰρ τοὺς Ἡφαίστου ἱερεῖς θεραπεύειν τοὺς ὀφιοδήκτους. Huic consentit iunior Philostratus in Imaginibus his verbis. Ἀναπλέοντες ἐς Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ καὶ προσχόντες ταῖς νήσοις, ἐμαστεύοντο τὸν τῆς Χρυσῆς βωμὸν, ὃν Ἰάσων ποτὲ ἱδρύσατο ὅτε ἐς Κόλχους ἔπλει, Φιλοκτήτης τε ἐκ τῆς ξὺν Ἡρακλεῖ μνήμης τὸν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δεικνὺς, ἐγχρίψαντος αὐτῷ τοῦ ὕδρου τὸν ἰὸν ἐς θάτερον τοῖν ποδοῖν. οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ στέλλονται ὁ δὲ ἐν Λήμνῳ ταύτῃ κεῖται, διαφόρῳ φησὶ Σοφοκλῆς κατασταζων ἰῷ τὸν πόδα. Quem locum depravatum ita restituere conabar. Φιλοκτήτης δὲ ἐκ τῆς ξὺν Ἡρακλεῖ μνήμης τὸν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δεικνὺς, ἐγχρίψαντος αὐτῷ τοῦ ὕδρου τὸν ἰὸν ἐς θάτερον τοῖν ποδοῖν ὧδε ἐν Λήμνῳ ταύτῃ λέλειπται, διαβόρῳ (φησὶ Σοφοκλῆς) κατασταζων νόσῳ τὸν πόδα. οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ στέλλονται. De Philoctetae morsu vide etiam Dictyn, Val. Flaccum Argonaut. lib. I. & Philostratum maiorem ἡρωικοῖς, qui docet solius hydri ex omnibus serpentibus morsum sanabilem esse.

3 Φιτροῦ μιαιφόνον) Paridem a Philoctete sagitta transfixum notum est. Hercules Sophocleus.

Ἐλθὼν δὲ σὺν τῷδ' ἀνδρὶ πρὸς τὸ Τρωϊκὸν
Πόλισμα, πρῶτον μὲν νόσου παύσῃ λυγρᾶς,
Ἀρετῇ τε πρῶτος ἐκκριθεὶς στρατεύματος,
Πάριν μὲν ὃς τῶνδ' αἴτιος κακῶν ἔφυ,
Τόξοισι τοῖς ἐμοῖσι νοσφιεῖς βίου.

Vide Hyginum fabula CII. Facem vocat Paridem ob somnium matris Hecubae, de quo ita ipse in epistola ad Helenam.

Matris adhuc utero partu remorante tenebar,
Iam gravidus iusto pondere venter erat,
Illa sibi ingentem visa est sub imagine somni
Flammiferam pleno reddere ventre facem.

4 Σκύθῃ δράκοντ') Abusive δράκοντα potuit Lycophron pro quavis mercede. Nam veteres Graeci ita τὸ κηρύκειον adpellabant, ut notat Hesychius, qua notione est apud Sophoclem Φιλοκτήτῃ. Vocat autem arcum hunc δράκοντα, quia mercedis vice, pro opera quam Herculi in rogo navarat, acceperat Philoctetes. Neque possum probare eorum commentum, quibus placet arcum heic draconem dici propter formam rotundam, aut sibilum telorum. Scythicum autem arcum dicit, quem a Teutaro Scytha accepit Hercules, vel a Scythe Iovis filio, qui arcum & sagittas invenit, teste Plinio,

Busto struentes, numen aeternum colent
Libilque, opimis & boum nidoribus.
Faber caballi Langariae in cubilibus,
Timore Martis & catervae Tauriae
Pendens parentis peierata crimina,
Quae pecua propter comparata praelio,
Cellae Comethus dirutis prosimuriis [a]
Ob coniugalis curae amorem uxorium,
In Bellicam Cydoniam viraginem
Crestoniumque peieravit in Deum
Lupum Quirinum Trossulum [b] Flexuminem,
Qui torminosum praelium in fratrem dedit
Intra parentis intimam bulgam pugil,
Natale nondum lucis intuens iubar,
Nec liber a Partundae adhuc laboribus:
Meticulosum auxere sic fetum dei,
Caestu valentem, in Marte lauricem [c] tamen,
Et arte plurimum utilem in castris sua:
Qui circa Cirin & Cylistarni humida
Habebit hospes patria procul domos,
Vbi dolabras, queis gravem molem ascians,
Illustre damnum fabricabit incolis,
Molae [d] sacrabit in Claucinae tholo.
Alii tenebunt Sicanorum littora
Aborigenes, qua trex Alumento [e] senex
Na-

[a] pomeriis. Fest.
[b] Equitem.
[c] leporem.
[d] Martiae. Gell.
[e] Laomedon. Fest.

Ὑπὲρ τάφων δέμαντες, αἰανῆ θεὸν
Λοιβαῖσι κυδανοῦσι καὶ θύθλοις βοῶν.
Ὁ δ' ἱπποτέκτων [a] λαγαρίας ἐν ἀγκάλαις,
Ἔγχος πεφρικὼς καὶ φάλαγγα θυρίαν,
Πατρῷον ὅρκον ἐκτίνων ψευδώμοτον,
Ὃν ἀμφὶ μήλων τῶν δορυκτήτων τάλας
Πύργων κομαιθοῦς συμπεφυρμένων στρατῷ,
Στεργοξυνεύνων οὕνεκα νυμφευμάτων,
Ἀλοῖτιν ἔτλη τὴν κυδωνίαν [b] θρασῶ
Ὁρκωμοτῆσαι, τόν τε κρηστώνης θεὸν 1
Κανδάον ἢ μαμερτὸν ὁπλίτην λύκον,
Ὃ μητρὸς ἐντὸς δελφύος στυγνὴν μάχην
Στήσας ἀραγμοῖς πρὸς κασίγνητον χεροῖν,
Οὔπω τὸ τιτοῦς λαμπρὸν αὐγάζων φάος 2,
Οὐδ' ἐκφυγὼν ὠδῖνας ἀλγεινῶν [c] τόκων.
Τοιγὰρ πόνοι φύξηλιν ἤνδρωσαν σπόρον,
Πύκτην μὲν ἐσθλὸν, πτῶκα δ' ἐν κλόνῳ δορὸς,
Καὶ πλεῖστα τέχναις ὠφελήσαντα στρατόν.
Ὃς ἀμφὶ κῖριν καὶ κυλιστάρνου [d] γάνος
Ἔπηλυς οἴκους τῆλε νάσσεται πάτρας.
Τὰ δ' ἐργαλεῖα, τοῖσι τετρήνας βρέτας 3
Τεύξει ποτ' ἐγχώροισι μέρμερον βλάβην,
Καθιερώσει μυνδίας [e] ἀνακτόροις 4.
Ἄλλοι δ' ἐνοικήσουσι σικανῶν χθόνα,
Πλαγκτοὶ μολόντες, ἔνθα λαομέδων τριπλᾶς
Ναύ-

[a] al. λαγκαρίας.
[b] al. κυδωνίαν.
[c] al. ἀλγινᾶς.
[d] al. κίρινθ' κυλιστάρνου.
[e] al. μυνδίας.

1 Τὸν τε κρηστώνης θεὸν) Thraciae Deum Martem dicit. Manilius.

——— *Thrace Martem sortita colonum.*

Statius Thebaide Thraciam *Martis sedem* nuncupat. Vegetius de Re Mil. lib. I. cap. XXVIII. & Arnobius lib. IV. commenta haec putant, quia bellicosa admodum sit ea gens. Phurnutus. Τιμᾶσθαι δὲ (ὁ ἄρης) ὑπὸ θρακῶν μάλιστα καὶ Σκυθῶν, καὶ τῶν τοιούτον ἔθνων λέγεται, ἐπεὶ παρ' ἐκείνοις τῶν πολεμικῶν ἡ ἄσκησις εὐδοκιμεῖ καὶ τὸ ἀνεπιστρεφὲς τῆς δίκης. Arnobius lib. IV. *Quis Spartanum fuisse Martem (prodidit) nonne Epicharmus auctor vester: quis in Thraciae finibus procreatum, non Sophocles Atticus cunctis consentientibus theatris?*

2 Οὔπω τὸ τιτοῦς λαμπρὸν αὐγάζων φάος) Graeci veteres φάος dixerunt, & quidquid in corpore solis esset, & quod a solis corpore flueret. Hesiodus lib. I.

——— λαμπρὸν δ' ἔμιπον φάος

AEschylus.

——— χαῖρε δ' ἡλίου φάος.

Et apud Homerum, aliosque infinitos crebro. Porro κατ' ἐξοχὴν adpellabant φῶτα Solem & Lunam, quum reliquos quinque planetas ἀστέρας nuncuparent. Nolebant enim Solem & Lunam in numerum errantium stellarum venire.

3 Τοῖσι τετρήνας βρέτας) Equum durateum intelligit, qui nocturno Graiugenarum partu Troianis Pergama incendit, ut dicam Lucretii verbis. Multa de eo Dion, Virgilius AEneid. II. & Euripidis Scholiastes Ἑκάβῃ. Agathiae (ob cuius editionem politioris litteraturae studiosi plurimum debent Cl. Vir. Bonav. Vulcanio) elegans de hoc equo epigramma.

Ἀδέ ποθ' ἁ κλεινὰ πριάμου πόλις. ἂν ἀλαπάξαι
Ἑλλάνων δεκέτης οὐκ ἐτάλασσεν ἄρης
Ἀμφαδὸν, ἀλλ' ἵπποιο κακὸν ξύλον. αἴθε δ' ἐπειὸς
Κάτθανε πρὶν τεῦξαι δουρατέαν παγίδα.
Οὐ γὰρ ἂν ἀτρειδᾶν ὀροφηφάγον ἀψαμένων πῦρ,
Οὕτω ἐφ' ἡμετέροις λάεσιν ἠπτόμεθα.

Palaephatus negat in eo equo latuisse Graecos armatos, sed in loco concavo delituisse, qui etiam suo tempore ea ex re ἀργείων λόχος dictus fuerit. Verba eius ita habent. Φασὶν ὡς ἀχαιοὶ οἱ ἐν ξυλίνῳ ἵππῳ κατεπόρθησαν τὸ ἴλιον. ἔστι δὲ μυθώδης ἄγαν ὁ λόγος. ἣδε ἀλήθειά ἐστιν αὕτη. ἵππον κατεσκεύασαν ξύλινον πρὸς μέγεθος μετεωρότερον τῶν πυλῶν. ὅπως μὴ ἑλκόμενος εἰσέλθῃ, ἀλλ' ὑπερέχῃ τῷ μεγέθει. οἱ δὲ λοχαγοὶ ἐκάθηντο ἐν κοίλῳ χωρίῳ ἐπὶ τὴν πόλιν, ὁ ἀργείων λόχος ἐκαλεῖτο μέχρι τοῦ νῦν, &c. Quod confirmat Hesychius. Κοῖλον λόχον, τὸν δούριον ἵππον interpretans: ita enim interpungendus locus ille. Vitruvius machinam bellicam fuisse autumat. Polyaenus Vlyssis strategema. Καὶ τὸν ἵππον δὲ (inquit) τὸν δουράτεον τὸν ἐπειὸς ποίησεν σὺν ἀθήνῃ, καὶ τοῦτο στρατήγημα Ὀδυσσέως ἦν. Ad huius imitationem erat Athenis in arce aeneus equus, cum hac inscriptione. Χαρίδημος εὐαγγέλλου ἐκ κοίνης ἀνέθηκε.

4 Καθιερώσει μυνδίας ἀνακτόροις) Confundit epitheta poeta, ut supra monuimus, nam Minervae Graecae non Myndiae instrumenta sua Epeus dicavit. Aristoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Περὶ δὲ τὴν Ἰταλίαν τὴν καλουμένην Καλαβρίαν, ἐγγὺς Μεταποντοῦ, Ἀθηνᾶς ἱερὸν εἶναί φασιν ἑλληνίας, ἔνθα τὰ ἐπειοῦ λέγουσιν ὄργανα ἀνακεῖσθαι, ἃ εἰς (Lipsius legit οἷς recte.) τὸν δούριον ἐποίησεν ἵππον, ἐκείνου τὴν ἐπωνυμίαν ἐπιθέντος. φανταζομένην γὰρ αὐτῷ τὴν ἀθηνᾶν κατὰ τὸν ὕπνον ἀξιοῦν ἀναθεῖναι τὰ ὄργανα, καὶ διὰ τοῦτο βραδυτέρας τυγχάνοντα ἀναγωγῆς εἴλεσθαι ἐν τῷ τόπῳ μὴ δυνάμενον ἐκπλεῦσαι, ὅθεν ἑλληνίας ἀθηνᾶς τὸ ἱερὸν προσαγορεύεται. Adi Simmiae Rhodii πέλεκυν.

Ναύταις ἔδωκε Φοινοδάμαντος κόρας,
Ταῖς κητοδόρποις συμφοραῖς δεδηγμένος,
Τηλοῦ προθεῖναι θηρσὶν ὠμησταῖς βορὰν,
Μολόντας εἰς γῆν ἕσπερον λαιστρυγόνων,
Ὅπου συνοικεῖ δασιλὴς ἐρημία.
Αἱ δ' αὖ παλαιστοῦ μητρὸς ζηρυνθίας
Σηκὸν μέγαν δείμαντο δωτίνην θεᾷ,
Μόρον φυγοῦσαι καὶ μονηκοίτους [a] ἕδρας,
Ὧν δὴ μίαν κριμισὸς [1] ἰνδαλθεὶς κυνὶ
Ἔζευξε λέκτροις ποταμός. ἡ δὲ δαίμονι
Τῷ θηρομίκτῳ σκύλακα γεννάιον τεκνοῖ,
Τριττῶν συνοικιστῆρα καὶ κτίστην τόπων.
Ὃς δὴ πεδηγοῦν πλόρθον ἀγχίσου νόθον
Ἄξει τρίδειρον νῆσον [2] εἰς ληκτηρίαν.
Τῶν δαρδανείων ἐκ τόπων ναυθλούμενον.
Αἰγέστα τλῆμον σοὶ δὲ δαιμόνων φραδαῖς
Πένθος μέγιστον καὶ δι' αἰῶνος πάτρας
Ἔσται πυρὸς ῥιπαῖσιν ἠθαλωμένης.
Μόνη δὲ πύργων δυσυχεῖς κατασκαφὰς
Νήπαυστον αἰάζουσα καὶ γοουμένη
Δαρὸν στενάξεις. πᾶς δὲ λυγαίαν [b] λεὼς
Ἐσθῆτα [3] πρὸς τρόπαιον [c] ἐγχλαινούμενος,
Αὐχμῷ πινώδης λυπρὸν ἀμπρεύσει βίον.
Κρατὸς δ' ἄκουρος νῶτα καλλυνεῖ φόβη [4],

Natis puellas Phaenodamantis dedit,
Servans repositum mente ceti prandium,
Foras obsipare edacibus coenam feris,
Ubi ad [a] crepuscos venerint Laestrygonas,
Qua squalet alta inhospitalis vastitas.
Illae parentis maximum donarium
Quinquertionis struxerunt templum deae,
Morte expeditae, & solitariis locis.
Quarum alteram Crimissus adsimilis cani
Vinclo marito coniugabit, atque ea
Semifero alumnum nobilem pariet deo,
Trium colonum, conditoremque urbium:
Qui con ocatum termitem Anchisae nothum
Ducet triquetram marginalem ad insulam,
E Dardaneis nuper arvis hospitem.
Heu heu Segesta, caelitum sententia
Te luctus atrox, te querela patriae
Manet flagrantis ignis hostici rogo:
Tu sola [b] moeros, sola turres dirutas
Ad omne tempus lacrumata sat diu
Sat eiulabis: omnis atrato miser
Cultu popellus involutus supplice,
Pedore deget [c] squaleque aevum sordidum
Soloxque capitis terga foedatis coma,

[a] al. μονοκοίτους.
[b] al. λευγαίαν.
[c] προτρόπαιον. Cant.

[a] occidenta- les. V.r
[b] muros. antique.
[c] pro. & squalore.

1 Ὧν δὲ μίαν κριμισὸς) Crimissus Siciliae fluvius ex una Phaenodamantis filiarum Acesten suscepit. Virgilius AEneid. v.

——— *occurrit Acestes*
Horridus in iaculis & pelle Libystidos ursae,
Troia Crimniſſo conceptum flumine mater
Quem genuit. ———

Servius AEneid. I. Hippoten quemdam, non Phaenodamantem nominat. *Timens Hippotes quidam nobilis filiae Segestae, quum Laomedontis regis Hesiona iam esset orta seditione religata, impositam eam navi misit quo fors tulisset. Haec ad Siciliam delata, a Crimnisaeo fluvio, quem Crimnisum Virgilius poetica licentia vocat, converso in ursam vel in canem compressa edidit Acestem, qui ex matris nomine civitatem Troianis condidit, quae hodie Segesta nominatur.*

2 Τρίδειρον νῆσον) Siciliam accipe, quam ita a tribus promontoriis notissimis adpellavit. Nonnus Dionys. lib. II. τρικάρηνον lib. VI. τρίλοφον ab iisdem nuncupavit.

3 Πᾶς δὲ λυγαίαν λεὼς ἐσθῆτα) Obscuram vestem funestam intellige: eam autem nigram fuisse a nemine putem ignorari. Artemidorus lib. II. cap. III. Τὸ δὲ μέλαν ἱμάτιον σωτηρίαν προσημαίνει. οὐ γὰρ οἱ ἀποθανόντες, ἀλλ' οἱ πενθοῦντες τοὺς ἀποθνήσκοντας τοιούτοις χρῶνται. Apuleius Milesf. III. *Inter haec quaedam mulier per medium theatrum lacrimosa & flebilis, atra veste contecta, parvulum quemdam sinu tolerans decurrit.* Cyprianus de Mortalitate. *Contestarer adsidue, & publice praedicarem fratres nostros non esse lugendos accersitione dominica de seculo liberatos, quum sciam non eos amitti, sed praemitti; recedentes praecedere, ut proficiscentes & navigantes; desiderari eos debere, non plangi, nec accipiendas esse hic atras vestes,* &c. Nota verba illa, *accipiendas atras vestes*. Alba enim in luctu deposita veste nigram adsumere moris erat. Iul. Paulus I. C. Receptarum Sententiarum lib. II. cap. XXI. *Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, & alba veste.* Super hoc loco me monuit noster amor, Petrus Scriverius. Iuvenalis Sat. X.

Haec data poena diu viventibus, ut renovata
Semper clade domus multis in luctibus, inque
Perpetuo maerore & nigra veste senescant.

Catullus.

Funestam antemnae deponunt undique vestem,
Candiduque intorti sustollunt vela rudentes.

Cicero in Vatinium. *Cedo quis unquam coenavit atratus? ita enim illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulae quidem ipsae dignitatis.* Hinc lucem do Gregorio Nysseno lib. περὶ παρθενίας cap. III. Τὴν τέως λαμπρὰν καὶ λευχείμονα καὶ περίβλεπτον αἀθρόως καταμελαίνει προσπεσοῦσα ἡ συμφορὰ, καὶ περιβάλλει τῷ πένθει.

4 Κρατὸς δ' ἄκουρος νῶτα καλλυνεῖ φόβη) Solebant apud Graecos in luctu comam alere eiusque ornamentum negligere viri, mulieres autem comam tondebant. Plutarchus ῥωμαϊκοῖς. Καὶ γὰρ παρ' ἕλλησιν ὅταν δυστυχία γένηται κείρονται μὲν αἱ γυναῖκες, κομῶσι δὲ οἱ ἄνδρες. ὅτι τοῖς μὲν τὸ κείρεσθαι, ταῖς μὲν τὸ κομᾶν σύνηθές ἐστιν. Artemidorus lib. I. cap. XX. Ἡ δὲ ἀτημέλητος ἐν συμφοραῖς αὔξεται θρίξ. Et capit. XXIII. Καὶ μέντοι οὐδεὶς ἐν περιστάσει πονηρᾷ, ἢ συμφορᾷ τινι καθεστὼς κείρεται. ἀλλ' οἷς μάλιστα μέλει εὐπρεπείας, ἀλύποις τε καὶ οὐκ ἀπόροις. De mulierum in luctu tonsura sunt verba illa Accii in Amphitruone.

——— *sed quaenam haec est*
Mulier funesta veste, tonsu lugubri?

Plane aliter tamen in Palliata fabula apud Terentium Heautont. Act. II. Sc. III.

Texentem telam studiose ipsam offendimus,
Mediocriter vestitam veste lugubri,
Eius anuis caussa, opinor, quae erat mortua.
Sine auro tum ornatam, ita uti quae ornantur sibi.

Nul-

Memorem procurans veteris aerumnae notam,
Multique circa Sirin, & Leutarniam
Clento opima culta, qua miserrimus
Grossorum acutus supputator est situs
Calchas feritus ungulo calvum caput:
Qua fluctuosa murmurat fuga Sinis,
Rigans amoena Choniae novalia.
Vrbem hi struentes Ilio cognominem,
Iram Minervae Buccinae accendent herae,
Quum Xuthidas in aede mactabunt Deae
Quicumque ad aram supplices confugerant:
Purasque connivebit illa pupulas,
Saevis Achaeis vapulantes Ionas
Videns, luporum, & civicam agrestum necem,
Quando camillus publicus flamen cadens,
Primus tepente sparget aram sanguine:
Itemque saxa plurimi Tullensia,
Nec non marini prominens Lini iugum,
Regnata adibunt arva priscae Amazoni,
Emancipati feminae servae iugo,
Quam servientem strenuae viragini
Vagam repellet unda ad hospites sinus,
Exculpta cuius interemtae lumina
Leto cruento [a] mirionem simium
Sternent, [b] trifaci saucium longurio,
Crotoniatae civitatem diruent
Amazonis, fortem necantes virginem
Cletam, imperantem patriae cognomini:
Et inde terram mordicus quamplurimi
Proni prehendent, nec laboribus sine
Lauretae alumni moenia aequabunt solo.
Alii Terenam, qua fluens Ocinarus
Recentat arva, februam eructans aquam,
Errore [c] lixabundi, & aerumnis colent.
Sed & secunda laude pulcritudinis
Cluentem, & almis ex Lycormaeis aquis
Fortem asperumque filium Gorgae ducem
Modo Libyssam Thracia in terram ferent
Flabella, tentis involuta linteis:
Modo ex Libyssa rursus Auster accidens
In Argyrinos versus, & Ceraunia
Feret, sonanti turbine insultans salo:
Vbi victus illis durus exantlabitur

Lac-

[a] deformem. [b] tricubitali hasta. Fest. [c] flagi.

Μνήμην παλαιῶν τημελοῦσ' ὀδυρμάτων
Πολλοὶ δὲ σῖριν ἀμφὶ καὶ λευταρνίαν
Α῎ρουραν οἰκήσουσιν. ἔνθα δύσμορος
Κάλχας ὀλύνθων σισυφεὺς ἀνηρίθμων,
Κεῖται, κάρα [a] μάστιγι γογγύλῃ τυπείς.
Ῥέιθροισιν ὠκὺς ἔνθα μύρεται σῖρις [b],
Α῎ρδων βαθεῖαν χωνίας [c] παγκληρίαν.
Πόλιν δ' ὁμοίαν ἰλίῳ δυσδαίμονες
Δείμαντες, ἀλγυνοῦσι λαφρίαν κόρην
Σάλπιγγα, δηώσαντες ἐν ναῷ θεᾶς
Τοὺς πρόσθ' ἔδεθλον Ξουθίδας ᾠκηκότας 1.
Γλήναις δ' ἄγαλμα ταῖς ἀναιμάκτοις μύσει,
Στυγνὴν ἀχαιῶν εἰς ἰάονας βλάβην
Λεῦσσον, φόνον τ' ἔμφυλον ἀγραύλων λύκων,
Ο῞ταν θανὼν λήταρχος ἱερείας σκύλαξ,
Τρῶτος κελαινῷ βωμὸν αἱμάξῃ βρότῳ.
Α῎λλοι δὲ πρῶνας δυσβάτους τυλλησίους [d],
Λίνου θ' ἁλισμήκτοιο δειραίαν ἄκραν,
Ἀμαζόνος σύγκληρον ἄρσονται πέδον,
Δούλης [e] γυναικὸς ζεύγλαν ἐνδεδεγμένοι.
Ἣν χαλκομίτρου θῆσσαν ὀτρηρῆς [f] κόρης
Πλανῆτιν ἄξει κῦμα πρὸς ξένην χθόνα.
Ἧς ἐκπνεούσης λοῖσθον ὀφθαλμὸς τυπεὶς,
Πιθηκομόρφῳ 2 πότμον αἰτωλῷ φθόρον
Τεύξει τράφηκι φοινίῳ τετμημένῳ.
Κροτωνιᾶται δ' ἄστυ πέρσουσίν ποτε,
Ἀμαζόνος φθέρσαντες ἄτρομον κόρην,
Κλήτην ἄνασσαν τῆς ἐπωνύμου πάτρας 3.
Πολλοὶ δὲ πρόσθεν γαῖαν ἐκ κείνης ὀδὰξ
Δάψουσι πρηνιχθέντες, οὐδ' ἄτερ πόνων
Πύργους διαῤῥαίσουσι λαυρήτης γόνοι.
Οὐδ' αὖ τέρειναν, ἔνθα μυδαίνει ποτοῖς
Ὠκίναρος γῆν, φοῖβον ἐκβράσσων ὕδωρ,
Α῎λῃ κατοικήσουσι κάμνοντες πικρᾷ.
Τὸν δ' αὖ τὰ δευτερεῖα καλλιστευμάτων
Λαβόντα, καὶ τὸν ἐκ λυκορμαίων ποτῶν
Στρατηλάτην σὺν [g] καρτερὸν γόργης τόκον,
Πῆ μὲν λίβυσσαν ψάμμον ἄξουσι πνοαὶ
Θρῆσσαι, ποδωτοῖς ἐμφορούμεναι λίνοις 4.
Πῆ δ' ἐκ λιβύσσης αὖθις ἐμπίπτων νότος,
Εἰς ἀργυρίννους [h] καὶ κεραυνίων νάπας
Α῎ξει, βαρεῖ πρηστῆρι κυμαίνων ἅλα.
Ε῎νθα πλανότην λυπρὸν ὄψονται βίον 5

Λακ-

[a] al. κάρα. [b] al. σῖνις. [c] al. χωνίαν. [d] al. τυλλησίων. [e] al. κλῶπος. [f] al. ὀτρηρῆς. [g] al. σύν. [h] al. ἀργυρίνους.

Nulla mala re esse expolitam muliebri.
Capillus passus, prolixus, circum caput
Reiectus negligenter. ———

Ecce hic aperte coma muliebris in luctu promissa, non tonsa. Decidite mihi hanc litem vos Iudices.

1 Τὰς πρόσθ' ἔδεθλον ξουθίδος ᾠκηκότας) Lego cum doctissimo Cantero ξουθίδας. Expulsi autem sunt Iones ab AEneae sociis ex Asia venientibus: inde facem praefero Tertulliano lib. de Pallio dicenti. *Iones Nilei comites Asiam novis urbibus instruunt.* Nam ex hac historia capiendus ille locus.

2 Πιθηκομόρφῳ) πιθηκόμορφον vocat Thersiten ob faciei deformitatem. Artemidorus lib. II. cap. XII. Πίθηκος ἄνδρα πανοῦργον καὶ γόητα σημαίνει. Qualem etiam Thersiten fuisse verisimile fit.

3 Κλήτην ἄνασσαν τῆς ἐπωνύμου πάτρας) Ausim ne κλείτην? Haeret mihi aqua. Etymologici Auctor. Κλειτὴ, μία τῶν Ἀμαζόνων, ἥτις ἐλθοῦσα εἰς ἰταλίαν ᾤκησε καὶ πόλιν ἔκτισεν, ἣν ἀπ' αὐ-

A τῆς Κλειτὴν ὠνόμασαν (malim ἣν ἀφ' αὐτῆς Κλειτὴν ὠνόμασεν) καὶ ἐβασίλευσε τοῦ τόπου. καὶ αἱ ἀπ' αὐτῆς δεχόμεναι τὴν βασιλείαν, Κλειταὶ ὠνομάσθησαν. Nisi forte Etymologicum mendosum. Scio Κλείτην Cyzici uxorem, de qua est apud Parthenium Erotic. XXVIII. & Argonauticon scriptores, verum ea ab hac alia.

4 Ποδωτοῖς λίνοις) Esse πόδας funes nauticos nemo est qui ignorat, arbitror, Homerus Odyss. κ'.

——— αἰεὶ γὰρ πόδα νεὸς ἐνώμων.

B Sophocles ἀντιγόνῃ.

Αὔτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατὴς πόδα
Τείνας ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίως κάτω
Στρέψας τολοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.

Testes infiniti, Aristophanes, Euripides, Apollonius, & alii eius classis.

5 Λυπρὸν ὄψονται βίον) ὄψονται, id est, vivent: sic saepe βλέπειν apud Poetas. Sophocles.

——— Καὶ βλέποντα μὴ πόθον,
Θανόντ' ἂν οἰμώξειαν ἐν χρείᾳ δορός.

Et

Λακμώνιοι πίνοντες αἴαντος ῥοάς.
Κρᾶθις δὲ γείτων, ἠδὲ μυλάκων ὅροις [a]
Χῶρος, συνοίκους δέξεται κόλχων πύλαις [b],
Μαςῆρας ἐς θυγατρὸς ἐςαλὴ βαρὺς
Αἴας κορίνθῳ τ' ἀρχὸς εἰδυίας πόσις,
Τὴν νυμφαγωγὸν ἐκκυνηγετῶν τρόπιν.
Οἳ πρὸς βαθὺ νάσαντο [c] διζηροῦ πόρῳ.
Ἄλλοι μελίτην νῆσον ὄθρωνοῦ πέλας
Πλαγκτοὶ κατοικήσουσιν. ἣν πέριξ κλύδων
Ἔμπλην παχύνου σικανὸς προσμάσσεται,
Τοῦ σισυφείου παιδὸς ὄχθηρὰν ἄκραν
Ἐπώνυμόν ποθ' ὑςέρῳ χρόνῳ γράφων,
Κλεινὸν θ' ἵδρυμα παρθένου λογγάτιδος,
Ἔλωρος ἔνθα ψυχρὸν ἐκβάλλει ποτόν.
Παπποκτόνος δ' ὀθρωνὸν [d] οἰκήσει λύκος,
Τηλοῦ πατρῴα ῥεῖθρα κοσκύνθου ποθῶν,
Ὃς ἐν θαλάσσῃ χοιράδων βεβὼς ἔπι,
Ῥέτρας πολίταις τὰς στρατοπλώτους ἐρεῖ
Χέρσου, πατρῴας, οὐ γὰρ ἂν φονῇ, ποσὶ
Ψαῦσαι μέγαν πλειῶνα μὴ πεφευγότα 1,
Δίκης ἐάσει τάρροθος [e] τελφουσία 2
Λάδωνος ἀμφὶ ῥεῖθρα ναίουσα σκύλαξ,
Ὅθεν πεφευγὼς ἑρπετῶν δεινὴν μάχην
Δρακοντομόρφων, εἰς ἀβαντίαν [f] πόλιν
Πλώσει. πέλας δὲ γῆς ἀτιντάνων [g] μολὼν,
Ἀκτὴν παρ' αὐτὴν αἰπὺ νάσεται λέπας,
Τοῦ χαονίτου νᾶμα πολυάνθου [h] δρέπων.
Οἱ δ' αὐσονείων ἄγχι κάλχαντος τάφων [i]
Δυοῖν ἀδελφοῖν ἅτερος ψευδηρίων
Ξένην [k] ἐπ' ὀςέοισιν ὀγχήσει κόνιν.
Δοραῖς δὲ μήλων 3 τύμβον ἐγκοιμωμένοις
Χρή-

a al. χέρσος. b al. πύλαις. c al. νάσσαντο. d al. ἐρθρωνόν. e al. τιλφουσία. f al. ἀμαντίαν. g al. ἀτιντάνων. h πολυάνθους. i al. τόπων. k al. ξένων.

Lacmonii qui flumen AEantis bibunt.
Civeique capiet Crathis omnes Colchicis
Folis propinquus Mylacumque terminis,
Quoicumque misit quaeritantes filiam
AEae & Corintho, sponsus Eidyae, imperans,
Venans carinam perfidae sponsae vehem:
Qui limpidum accoluere Dizeti alveum.
Melitem insulam alii non ab Orthrono procul
Vagi obsidebunt, quam iugosi plurimus
Circum Pachyni Sicanus lambit liquor,
Arcem petrosam ruminans cognominem
Olim futuram Sisyphei filii,
Curitis etiam virginis splendens opus,
Qua vomit Helorus frigerantem gurgitem.
Avi peremtor hirpus Orthronum incolet,
Patrii procul fluenta Coscynthi experens,
Et in procellis scrupeae moli insidens
Classem imperabit navigandam civibus.
Terrae paternae namque non annum integrum
Perduellionis patria reum frui
Sequestra iustae furia vindictae sinat,
Ladonis udi larva roris accola.
Et inde vitans praelium anguiformium,
Abantiam post navigabit oppidum,
Vetansque propius terram Atitanensium,
Ad littus ipsum culmen arduum incolet
Libans Polyanthei Chaonitae flumina.
Calchantis atqui busta propter Itala
Fratrum duum mendacis alter cespitis,
Tumulum sepultis excitabit ossibus:
Bustumque ovillo vellere incubantibus
Ve-

Et aliis locis multis. Homerus Iliad. ά.
Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο,
ita accipere illud Theocriti idyllio XIII.
——— τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες.
Quid vetat? Infra quoque Lycophron.
Γαλλωὸν ἦμαρ οὐ ποτ' ἐν ζωῇ δρακών.
Virgilius eodem modo *cassum lumine* pro mortuo dixit:
——— *nunc cassum lumine lugent.*
Ennius Annal. lib. III.
Postquam lumina sis oculis bonus Ancu' reliquit.

1 Μέγαν πλειῶνα μὴ πεφευγότα) Is erat veterum mos. Euripidis Scholiastes ἱππολύτῳ. Ἔθος γὰρ τοῖς ἐφ' αἵματι φεύγουσι ἐνιαυτὸν ποιεῖν ἐκτὸς τῆς πατρίδος, Isaacius Tzetzes. Μόνος ἦν (lego νόμος) τὸν ἐργασάμενον φόνον φεύγειν ὅλον ἐνιαυτὸν μὴ ψαύοντα τῆς πατρίδος. Atque illud exsilii genus ἀπενιαυτισμὸς dicebatur. Hesychius. Ἀπενιαυτισμὸς, ἡ εἰς ἐνιαυτὸν φυγὴ τοῖς φόνον δράσασι. Suidas. Ἀπενιατῆσαι (emendo ἀπενιαυτίσαι) ἐνιαυτῷ φυγεῖν τὴν πατρίδα ἐπί τισιν ἀδικήμασιν. Iulius Pollux lib. I. cap. VII. Ἀπενιαυτίσει δὲ τὸ φυγεῖν ἔτος. Plato in libris de Legibus, & homicidia & eorum poenas distinguit. Insontem enim innoxiumque haberi iubet qui proprium servum occidit, eum vero qui alienum, tanti multandum censet quanti servus ille venierit. At eum qui ingenuum iratus occidit, biennium exsulare vult, qui per insidias, triennium: Eum porro qui dum exsulat homicidium committit perpetuo exsilio damnat. Eamdem poenam etiam praescribit patribus qui filios, filiis qui patres, & viris qui coniuges, & uxoribus quae viros occidis-

A sent. Vide Platonem, & Theodoretum θεραπευτικῆς lib. IX.

2 Δίκης τάρροθος τελφουσία) Telphusia Erinnys dicitur, Tisiphonem intellige, quae caedes vindicare putabatur. Furiis vero ut infernalibus deabus nocentium vindictam tribuebat antiquitas. AEschylus εὐμενίσι de illis loquens.
Πάντα γὰρ αὗται τὰ καθ' ἀνθρώπους
Ἔλαχον διέπειν.
Timaeus Locrus lib. περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος. Εἰ δέ κα τις σκλαρὸς, καὶ ἀπειθὴς, τούτῳ

B ἐπήσθω κόλασις, ἅτε ἐκ τῶν νόμων καὶ ἁ ἐκ τῶν λόγων σύντονα ἐπάγοισα δείματά τε ἐπουράνια καὶ τὰ καθ' ἅδεω, ὅτι κολάσιες ἀπαραίτητοι ἀπόκεινται δυσδαίμοσι νερτέροις.

3 Δοραῖς δὲ μήλων) Meminit huius rei Strabo lib. VI. cuius ea verba. Δείκνυται δὲ τῆς Δαυνίας, περὶ λόφον ᾧ ὄνομα Δρίον, ἡρῷα. τὸ μὲν κάλχαντος, ἐπ' ἄκρα τῇ κορυφῇ. ἐναγίζουσι δὲ αὐτῷ μέλανα κριὸν οἱ μαντευόμενοι, ἐγκοιμώμενοι ἐν τῷ δέρματι. Virgilius AEneid. VII. sub finem.

C *Hinc Italae gentes, omnisque Oenotria tellus*
In dubiis responsa petunt, huc dona sacerdos
Quum tulit, & caesarum ovium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit.
Et certe is mos non ibi solum, sed & in aliis locis, apud alias gentes. Cicero de Divinat. lib. I. *Atque etiam qui praeerant Lacedaemoniis, non contenti vigilantibus curis, in Pasitheae Iuno, quod est in agro propter urbem somniandi caussa excubabant, quia vera quietis oracula ducebant.* Vide VVouvverii ad Petronium pag. CCXCII.

a oraculum. Pacuv:

Veram in quiete [a] dictionem proferet:
Salutiferque Dauniis vocabitur,
Quum fluminis gens lota luturnis aquis,
Gnatum invocabunt opitulum AEsculapii
Gregi benignum civibusque accedere.
Hoc nempe cunctis lumen AEtolis erit
Ibi cruentum, & omnium saevissimum,
Quando Salanga rura, & Angaesos sinus
Quum venerint, ducis reposcent iugera
Boni novalis sumen, arvum heredium:
Quos ad sepulcrum solitarium obruent
Vivos hiantis in soli voragine,
Sepulcrum, & ipsis insepultum Daunii
Statuent acervo fornicatum saxeo,
Terram offerentes, quam volebant sumere,
Cerebri sorbi filii apri bellici.
Sed filiorum Nauboleorum petent
Nautae Temessam, qua ingosus Lampetes
Illustre cornu verticis Hipponii
Salo tetendit: proque Crissae finibus
Crotoniatem portuosum pulverem
Taurorum arabunt ferreis dentalibus,
Patriam Lilaean, & Anemoreae sola,
Amphissan, & desiderantes, atque Abas,
Setaea misera, rupium te crux manet,
Vbi numellis membrivincis ferreis
Misella passis compedita brachiis
Moriere heriles ausa classes urere,
Ad Crathin eiulante questu volturum
Rapina pendens, oscinum voracium:
Quin fortis ille mons tuae cognominis,
Ponti procellis imminens, vocabitur.
Tamen Pelasgi ad alta Membletis vada,
Quicumque Corsicae adpulerunt insulae,
Tyrrhenicum ultra murmur ad Lametios
Lucana habebunt gurgites novalia,

Illos

Χρήσει καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτῆ φάτιν,
Νόσων δ' [a] ἀκέσης δαυνίοις κληθήσεται,
Ὅταν κατικμαίνοντες ἀλθαίᾳ [b] ῥοαῖς,
Ἀρωγὸν αὐδήσωσιν [c] ἠπίου γόνον.
Ἀστοῖσι καὶ ποίμναισι πρευμενῆ μολεῖν 1.
Ἔσται ποτὲ πρεσβεῦσιν αἰτωλῶν φάος
Ἐκεῖ γοηρὸν καὶ πανέχθιστον φανέν,
Ὅταν σαλάγγων [d] γαῖαν αἰγέστων [e] θ' ἤδη
Μολόντες αἰτίζωσι κοιράνου γύας,
Ἐσθλῆς ἀρούρης πῖαρ ἔγκληρον χθονός.
Τοὺς δ' εἰς ἐρεμνὸν ζῶντας ὠμησταὶ τάφον
Δρύψουσι κοίλοις ἐν μυχοῖς διασφάγος 2.
Τοῖς δ' ἀκτέριστον σῆμα δαυνῖται νεκρῶν
Στήσουσι χωστῷ τροχαλῷ [f] κατηρεφές,
Χώραν διδόντες, ἥν περ ἔχρῃζον λαβεῖν
Τοῦ κρατοβρῶτος παιδὸς ἀτρέστου κάπρου 3.
Τῶν ναυβολείων δ' εἰς τέμεσαν ἐγγόνων
Ναῦται καταβλώξουσιν, ἔνθα λαμπέτης
Ἱππωνίου πρηῶνος εἰς τηθὺν κέρας
Σκληρὸν νένευκε. ἀντὶ δὲ κρίσσης ὅρων [g],
Κροτωνιᾶτιν ἀντίπορθμον αὔλακα
Βοῶν ἀροτρεύσουσιν ὁλκαίῳ πτερῷ,
Πάτραν λίλαιαν κἀνεμωρέας πέδον
Ποθοῦντες, ἀμφισσάν τε [h] καὶ κλεινὰς ἄβας.
Σηταία τλῆμον, σοὶ δὲ πρὸς πέτραις μόρος
Μίμνει δυσαίων ἔνθα γυιόχοις πέδαις
Οἴκτιστα χαλκέῃσιν ὀργυιωμένη [i]
Θανῇ πυρὶ φλέξασα δεσποτῶν στόλον,
Ἔκβλητον αἰάζουσα κρᾶθιδος πέλας
Τόργοισιν αἰώρημα φοινίοις δέμας.
Σπιλὰς δ' ἐκείνη σῆς φερώνυμος τύχης
Πόντον προσαγάζουσα [k] φημισθήσεται.
Οἱ δ' αὖ πελασγῶν ἀμφὶ μεμβλητος ῥοάς,
Νῆσόν τε κερνεᾶτιν ἐκπεπλωκότες [l],
Ὑπὲρ πόρον τυρσηνὸν ἐν λαμητίαις
Δίναισιν, οἰκήσουσι λευκανῶν πλάκας.

Καὶ

---

1 Ἀστοῖσι καὶ ποίμναισι πρευμενῆ μολεῖν) Strabo de solis pecoribus narrat. Τὸ δὲ ποδαλειρίου κάτω πρὸς τῇ ῥίζῃ, διέχον τῆς θαλάττης ὅσον σταδίους ρ'. ῥεῖ δ' ἐξ αὐτῶν ποτάμιον πάνακες πρὸς τὰς τῶν θρεμμάτων νόσους. Fuere vero haec heroa (ut videmus ex Strabone) Calchantis quidem in cacumine collis, Podalirii vero ad radices eius. Observa hic obiter veterum consuetudinem, qui nobiles & potentiores in montibus, aut ad eorum radices sepeliebant, Lycophron supra.

Τριοσοὺς δὲ ταρχύσουσι κερκάφου νάπαι.

Lucanus lib. VIII.

Et regum cineres extructo monte quiescant,
Cum Ptolemaeorum patres seriemque pudendam
Pyramides claudant. ——

Virgilius AEneid. lib. XI.

—— *fuit ingens monte sub alto*
Regis Dercenni terreno ex adgere bustum
Antiqui Laurentis, opacaque ilice tectum.

Servius. *Apud maiores nobiles aut sub montibus aut in montibus sepeliebantur.* Quae verbo paene tenus transscripsit Isidorus Orig. lib. XV. cap. XI.

2 Κρύψουσι κοίλοις ἐν μύχοις διασφάγος) Elegans sepulcri περίφρασις. Potest tamen ad veterum sepulcra referri, qui mortuos in cavernis sepeliebant. Etymologici Auctor. Τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς κοιλώμασι τῆς γῆς ἔθαπτον, μήτε σιδήρῳ μήτε χαλκῷ κεχρημένοι. Theognis.

—— ὅταν δνοφεροῖς ὑπὸ κεύθμασι γαίης
Βῇς πολυκωκύτους εἰς ἀΐδαο δόμους.

Idem mos antiquissimis Romanis, qui ea loca *Puticulos* dixere.

3 Τοῦ κρατοβρῶτος παιδὸς ἀτρέστου κάπρου) Tydeum puta Diomedis patrem, quem cerebrivorum vocat, quod quum in bello contra Thebanos e vulnere quod a Melanippo Astaci F. acceperat, moribundus iaceret, eique caput Melanippi occisi ab Amphiarao vate adferretur, cerebrum evulsum exsorbuerit. Vide Homeri Scholia Iliad. ε. & Apollodorum lib. III. Intrepidum autem vocat, quod quum legatus Thebis rediret Argos, eique Eteocles collocatis quinquaginta lectissimis iuvenibus in itinere insidias struxisset, intrepido omnes animo adgressus sit, & in fugam verterit. Additur a quibusdam ad unum omnes occisos. Aprum vero adpellat quod pellem apri Calidonii gestare solitus sit, quo pacto etiam Deiphilen Adrasti filiam uxorem accepit; nam ille oraculo monitus erat, ut filias suas leoni & apro in matrimonium daret: & leonis pelle amictus Polynices alteram Argiam accepit, Vide Euripidis Scholiasten Phoenissis, Homeri loco citato, & Auctorem proverbiorum. Apollodorus clipeo insculptum aprum fuisse narrat libro citato.

Καὶ τοὺς μὲν ἄλγη ποικίλαιτε συμφοραὶ
Ἄνοςον αἰάζοντας ἕξουσιν τύχην
Ἐμῶν ἕκατι δυσγάμων ῥυσαγμάτων.
Οὐδ' οἱ χρόνῳ μολόντες ἀσπαςῶς δόμους,
Εὐκταῖον ἐκλάμψουσι θυμάτων σέλας 1,
Χάριν τίνοντες κερδύλῳ [a] λαρυνθίῳ.
Τοιαῖσδ' ἐχῖνος μηχαναῖς οἰκοφθορῶν,
Πορβουκολίξει [b] τὰς ἀλεκτόρων πικρὰς
Στεγανόμους ὄρνιθας. οὐδὲ ναυφάγοι
Λήξουσι πένθους δυσμενεῖς φρυκτωρίαι
Πτόρθου διαρραισθέντος 2, ὃν νεοσκαφὲς
Κρύψει ποτ' ἐν κλήροισι μηθύμνης σέγος 3.
Ὁ μὲν γὰρ ἀμφὶ χύτλα 4 τὰς δυσεξόδους
Ζητῶν κελεύθους 5 αὐχενιςῆρος βρόχου
Ἐν

[a] al. κερδύλῳ.
[b] al. παρμουλίξει.

Illos ruinae, duraque infortunia
Moestos habebunt, non relaturos pedem
Propter earum nuptiarum vim trucem.
Nec qui penates gestientes post petent,
Vitulationis pinguia adolebunt sacra,
Redhostientes gratiam Lucretio.
Nam tot ruinis tot malis Ericius,
Tot Martiorum coniugum aedituas nurus
Dolis rotabit, nec malis navifraga
Cessabit ignium excubans custodia
Ob caesi alumni fata, quem cespes recens
Effossus in tellure Methymnae teget.
Ast alius ad lavacra inextricabiles
Laquei nocentis caecus explorans vias,
Sce-

---

1 Εὐκταῖον σέλας) Intellige τὰ χαριςήρια. Sciendum est veteres duplici de caussa sacrificasse, vel quia votum, vel quia ab oraculo mandatum. Haec sacrificia ἀπὸ τῆς μαντείας dicebantur, illa εὐκταῖα & χαριςήρια. Sophocles Trachiniis.

Δη. Εὐκταῖα φαίνων ἢ 'πὸ μαντείας τινός;
Λι. Εὐκταῖ', ὅθ' ᾕρει τῶνδ' ἀνάςατον δορὶ
Χώραν γυναικῶν ὧν ὁρᾷς ἐν ὄμμασιν.

Ovidius Metamorph. lib. IX. τὰ εὐκταῖα sive χαριςήρια *sacra vota* adpellat.

Victor ab Oechalia Caeneo sacra parabat
Vota Iovi.

2 Πτόρθου διαρραισθέντος) Palamedem intelligit, quem πτόρθον vocat, ut Homerus, Hesiodus, aliique omnes heroas ὄζους ἄρηος. Orpheus in Argonauticis ὄρπηκας similiter nuncupat Amphionem & Asterium.

Καὶ μὴν καὶ διοσοὶ ὄρπηκες ἀμύμονες ἧκον
Ἀμφίων κλυτόφημος, ἰδ' ἀςέριος μενεχάρμης.

Hunc Vlyssis dolo circumventum occiderunt Graeci. Notum id ex Dicty, Homero, Philostrato, Polyaeno, Virgilio, & Hygino.

3 Ὃν νεοσκαφὲς κρύψει ποτ' ἐν κλήροισι μηθύμνης σέγος) Optime illustrant hunc locum illa Philostrati verba ἡρωϊκοῖς. Ἔθαψε δὲ αὐτὸν (παλαμήδην) ἀχιλλεύς τε καὶ αἴας, ἐς τὴν ὅμηρον τῇ Τροίᾳ τῶν Αἰολέων ἤπειρον. ἐφ' ὧν καὶ ἱερὸν (Lycophron νεοσκαφὲς σέγος adpellat) αὐτῷ τι ἐξῳκοδόμητο μάλα ἀρχαῖον, καὶ ἄγαλμα παλαμήδους ἵδρυται γλυφεῖόν τε καὶ εὔοπλον (malim εὔοπτον) καὶ θύουσιν αὐτῷ ξυνιόντες οἱ τὰς ἀκταίας οἰκοῦντες πόλεις. μαςεύειν τε χρὴ τὸ ἱερὸν κατὰ μήθυμνάν τε καὶ λεπέτυμνον. ὄρος δὲ τοῦτο ὑψηλὸν ὑπερφαίνεται τῆς λέσβου.

4 Ὁ μὲν γὰρ ἀμφὶ χύτλα) Hoc temporis Graeci balneis nondum utebantur, sed in lavacris, quae ἀσαμίνθους vocabant. Testis Homerus Odyss. ρ'.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἵκοντο δόμους εὖ ναιετάοντας,
Χλαίνας μὲν κατέθεντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε.
Ἐς δ' ἀσαμίνθους βάντες ἐϋξέςας λούσαντο.

Postea inventa balnea. Artemidorus lib. I. capit. LXVI. Οἱ μὲν πάνυ παλαιοὶ τὸ λοῦεσθαι οὐ καλὸν ἐνόμιζον. βαλανεῖα γὰρ οὐκ ᾔδεσαν, ἐπεὶ ἐν ταῖς λεγομέναις ἀσαμίνθοις ἐλούοντο. Quales vero Graecorum ἀσάμινθοι, tales erant Romanorum *Lavatrinae*. Varro de L. L. lib. VIII. *Eadem ratione domi suae quisque ubi lavatur balneum dixerit; & quod non erant duo, balnea dicere non consueverunt, cum hoc antiqui non balneum, sed Lavatrinam adpellare consuevissent.* Nonius Marcellus. *Latrina genere feminino, & est lavatrina quod nunc balneum dicitur.* Lego, *& lavatrina est q. n. b. d.* Accedebant autem balnea aut a bello reversi, aut magno labore transacto. Artemidorus loco citato. Πάλαι μὲν γὰρ εἰκὸς εἶναι πονηρὰ τὰ βαλανεῖα, ἐπεὶ μὴ συνεχῶς ἐλούοντο οἱ ἄνθρωποι, μηδὲ εἶχον τοσαῦτα βαλανεῖα. ἀλλὰ ἢ πόλεμον καταςρεψάμενοι, ἢ μεγάλου παυσάμενοι πόνου ἐλούοντο. Agamemnon autem a bello Troiano reversus in balneo a Clytaemnestra est peremtus. Testes praeter Lycophronem AEschylus & Seneca Agamemnone. Homerus Odyss. λ'. in mensa canit necatum, in quam sententiam & Dion abit in orat. περὶ ἀπιςίας, cuius ea verba. Ὁ δὲ αἴγισθος τὸν ἀγαμέμνονα δειπνήσας, ὥςε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ, καὶ ὑπὸ μὲν τῶν τρώων οὐδὲν ἔπαθεν ἐν δέκα ἔτεσιν οἷς ἐπολέμει, καὶ οὐδεπώποτε αὐτοῖς συνέςιος ἐγένετο, εἰς δὲ τὴν οἰκίαν ἐλθὼν διὰ τοσούτου χρόνου, θύσας τοῖς θεοῖς, τὴν δ' ἑαυτοῦ τράπεζαν παραθέμενος, ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς οὕτως ὠμῶς ἀνῃρέθη. Homerum & Dionem sequuntur AElianus ποικ. ἱςορ. lib. II. & Hyginus Fab. CXVII. & Iuvenalis Sat. VIII.

——— *ille Deis auctoribus ultor*
Patris erat caesi media inter pocula. ———

5 Τὰς δυσεξόδους ζητῶν κελεύθους) Euripidis Scholiastes extrema Hecuba. Φοβουμένη ἡ Κλυταιμνήςρα αὐτὸν (ἀγαμέμνονα) μὴ τὴν πρὸς αἴγισθον μοιχείαν αὐτῆς καταμαθὼν αὐτὴν μετ' αἰγίσθου τιμωρήσεται, τοιόνδε βουλεύει. ἱμάτιον κατεσκεύασε μὴ ἔχον διεξόδους μήτε κεφαλῆς μήτε χειρῶν. ἐν ᾧ περιβαλοῦσα αὐτὸν λελυμένον ἀπέκτεινε. Philostratus senior εἰκόνων lib. II. Ἡ Κλυταιμνήςρα δὲ πέπλου τέχνῃ τινὸς ἀπείρου τὸν ἀγαμέμνονα περισχοῦσα, πέλεκυν ἐς αὐτὸν ἧκεν ἀμφήκη τοῦτον. Vocat autem βρόχον αὐχενιςῆρα vel propter rotunditatem, ita ante ἀμφιτορνωτὴν βρόχῳ paludem, vel quia in ea veste tamquam laqueo strangulatus fuit. ἀμφίβληςρον vero, ut infra.

——— τοῦ πεφασμένου κίκυρ
Ἐν ἀμφιβλήςροις ἕλκοτος μυνδοῦ δίκην.

Describit autem περιφραςικῶς Lycophron τὴν ἐξωμίδα, qua induenda dum occupatus Agamemnon, a Clytaemnestra uxore interficitur. Erant vero ἐξωμίδος duo genera. Haec manicas non habebat, sed tantum unicum foramen

Scelestae amictus involucro compedae
Manibus requiret impeditis exitus:
Caveamque subter balnei urinans, lacum
Cerebro recenter, atque pollubrum imbuet,
Scena [a] bipenni dissitus medium caput.
At umbra bulla pervolabit Taenarum,
Aversa abominanda [b] scraptae munia.
Ego stabo propter naviam iacens humum,
Divisa ahenae securis verbere,
Quum mi sapinum stipitem, aut truncum ilicis
Frondator aliquis, ut opifex lumarius,
Illustre collum franget, & tergum patens,
Et omne acerba lancinans corpus cruce
Excetra dipsas imminens cervicibus,
Iras amarae bilis explebit suas,
Ut non duelli iure captam, at succubam
Stimulo furoris ulta me implacabili,
Surdis querelis coniugem clamans herum,
Curram repente convolans perniciter.
Sed

[a] dolabra. Liv.
[b] scelerata. Titin.

Ἐν ἀμφιβλήστρῳ συντεταργανωμένος
Τυφλαῖς ματεύσει χερσὶ κροσσωτοὺς [a] ῥαφάς 1.
Θερμὴν δ' ὕπαι λουτρῶνος ἀρνεύων στέγην 2,
Τιβῆνα καὶ κύπελλον ἐγκάρῳ ῥανεῖ,
Τυπεὶς σκεπάρνῳ 3 κόγχον εὐθήκτῳ μέσον.
Οἰκτρὰ δὲ πέμφιξ ταίναρον πτερύξεται,
Λυπρὰν λεαίνης εἰσιδοῦσ' οἰκουρίαν.
Ἐγὼ δὲ δροίτης [b] ἄγχι 4 κείσομαι πέδῳ,
Χαλυβδικῷ κνώδοντι 5 συντεθραυσμένη,
Ἐπεί με πεύκης πρέμνον ἢ στύπος δρυὸς
Ὅπως τις ὑλοκουρὸς ἐργάτης ὀρεὺς,
Ῥήξει πλατὺν τένοντα καὶ μετάφρενον,
Καὶ πᾶν λακίζουσ' ἐν φοναῖς ψυχρὸν δέμας
Δράκαινα διψὰς, κἀπιβᾶσ' ἐπ' αὐχένα [c]
Πλήσει γέμοντα θυμὸν ἀγρίας χολῆς,
Ὡς κλεψίνυμφον κοὐ δορύκτητον γέρας]
Δύζηλος [d] ἀστένακτα [e] τιμωρουμένη.
Βοῶσα δ' οὐ κλύοντα δεσπότην πόσιν,
Θεύσω κατ' ἴχνος [f] ἠνεμωμένη πτεροῖς.
Σκύ-

[a] al. κορσωτούς.
[b] al. δρίτης.
[c] al. αὐχένος.
[d] al. δίσζηλος.
[e] ἀστέμβακτα. Etymol. auct.
[f] al. κατίχνος.

---

men per quod collum exserebant, atque ea proprie ἐξωμίς: altera manicas habebat, & dicebatur μασχάλιος. Eius rursus duo genera: illa duas habebat manicas, dicebaturque ἀμφιμάσχαλος, & erat ingenuorum; altera unicam dumtaxat, dicebaturque ἑτερομάσχαλος, & erat servorum. Etymologici Auctor. Ἀμφιμάσχαλος δύο χειρίδας ἔχων, ὃς ἦν τῶν ἐλευθέρων. ὁ δὲ τῶν οἰκετῶν μίαν εἶχε, καὶ διὰ τοῦτο ἑτερομάσχαλος ἐκαλεῖτο. Hesychius. Ἀμφιμάσχαλος, χιτὼν χειροδωτὸς ἐλευθέρων, ὡς πλάτων, δύο χειρίδας ἔχων ἃς μασχάλας ἔτι καὶ νῦν λέγουσιν. Et postea. Ἑτερομάσχαλος, χιτὼν δουλικὸς ἐργατικὸς, ἀπὸ τοῦ τὴν ἑτέραν μασχάλην ἔχειν ἐρραμμένην. Romani quoque usi eiusmodi tuni cis brevibus & substrictis, circa humeros desinentibus. Agellius lib. VII. cap. XII. *Viri autem Romani primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt; postea substrictas & breves tunicas citra humerum desinentes habebant, quod genus Graeci dicunt* ἐξωμίδας. Dedecus vero habebatur manicatam tunicam gestare. Augustinus de Doct. Christ. lib. III. capit. XII. *Talares ac manicatas tunicas habere apud Romanos veteres flagitium erat, nunc autem honesto loco natis, quum tunicati sunt, non eas habere flagitium est*. Hinc ait servus Pseudolus in Comoedia sui nominis.

— *manuleatam tunicam habere hominem addecet?*

Ascanius quoque AEneid. IX. convitiatur suis hoc modo:

Et tunicae manicas & habent redimicula mitrae.

1 Κροσσωτὰς ῥιφὰς) Nam ἡ ἐξωμὶς ἀνεβάλλετο θατέρας χειρὸς ὑποστελλομένης, καὶ κάτοθεν πρὸς τοὺς πόδας ὥας τῷ ὤμῳ ἐπανατιθείσης, ut ait Etymologici Auctor.

2 Θερμὴν δ' ὕπαι λουτρῶνος ἀρνεύων στέγην) Intellige τὸ πυριατήριον sive ὑπόκαυστον, quod *Sudatorium* Senecae in epistolis. Intrabant autem illud a laboribus vacantes & otiosi, qualis Agamemnon a bello Troiano reversus, aut a morbo se recolligentes. Artemidorus. Ἢ γὰρ ἀναλαμβάνοντες ἢ ἀπραγοῦντες εἰς θερμὰ πορεύονται.. Τιβὴν vero, sive Τίβην vas in balneo, de quo vide Hesychium.

3 Τυπεὶς σκεπάρνῳ) Citatur hic versus etiam a Iulio Polluce: de caede vero Agamemnonis sic infra.

—— τοῦ πεφασμένου κέλωρ
Ἐν ἀμφιβλήστροις ἔλλοπος μυνδοῦ δίκην.

Sophocles ἠλέκτρᾳ.

Ὅσα τὸν δύστηνον ἐμὸν θρηνῶ
Πατέρ', ὃν κατὰ μὲν βάρβαρον αἶαν
Φοίνιος ἄρης οὐκ ἐξένισε.
Μήτηρ δ' ἡ μὴ χὼ κοινολεχὴς
Αἴγισθος, ὅπως δρῦν ὑλητόμοι,
Σχίζουσι κάρα φονίῳ πελέκει.

Homerus Odyss. λ'.

— Ὡς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.

4 Ἐγὼ δὲ δροίτης ἀγχὶ) Philostratus loco citato. Τήν τε τοῦ πριάμου θυγατέρα καλλίστην νομισθεῖσαν τῷ Ἀγαμέμνονι, χρησμοὺς τε ἀπιστουμένους ᾄδουσαν ἀποκτείνει θερμῷ τῷ πελέκει.

5 Χαλυβδικῷ κνώδοντι) De Chalybico ferro multi Arrianus. Χάλυβες πρῶτοι ἀνθρώπων αἰτίαν ἔχουσι χαλκεύσασθαι τὸν σίδηρον. Aristoteles lib. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. Λέγεται δὲ ἰδιωτάτην εἶναι γένεσιν σιδήρου τοῦ Χαλυβικοῦ καὶ τοῦ Μυσικοῦ. συμφύεται γὰρ, ὥστε λέγουσιν ἐκ τῆς ἄμμου τῆς καταφερομένης ἐκ τῶν ποταμῶν. ταύτην δὲ οἱ μὲν ἁπλῶς φασὶ πλύναντες καμινεύειν. οἱ δὲ τὴν ὑπόστασιν τὴν γινομένην ἐκ τῆς φύσεως πολλάκις πλυνθεῖσαν συγκαίειν. Stephanus. Χάλυβες περὶ τὸν πόντον ἔθνος ἐπὶ τῷ ποταμῷ θερμώδοντι, περὶ ὧν εὔδοξος ἐν πρώτῳ. ἐν δὲ τῆς χαλκοῦς (lego χαλύβης) χώρας ὁ σίδηρος ὁ περὶ τὰ στομώματα ἐπαινούμενος ἐξάγεται. Demarchus in Poliorceticis. Τῶν μέντοι στομωμάτων τὸ μὲν χαλυβδικὸν, τὸ δὲ Σινωπικὸν, τὸ δὲ Λύδιον, τὸ δὲ Λακωνικόν. καὶ ὅτι Σινωπικὸν καὶ χαλυβδικὸν εἰς τὰ τεκτονικά. τὸ δὲ Λακωνικὸν εἰς ῥινὰς καὶ σιδηροτρύπανα, καὶ χαρακτῆρας, καὶ τὰ λιθουργικά. τὸ δὲ Λύδιον καὶ αὐτὸ εἰς ῥινὰς, καὶ μαχαίρας, καὶ ξυρία, καὶ ξυστῆρας. Vide Stephanum. Eustathius. Ἄλλοι Χαλβίους ἐκάλεσαν (ἔθνος δὲ εἰσὶ ποντικὸν παρὰ τῷ θερμώδοντι) ἀφ' ὧν σίδηρος, φασὶν, ἐξάγεται ὁ πρὸς τὰ στόματα ἐπαινούμενος, ἤτοι πρὸς τὰ στομώματα. ὅθεν καὶ καλυβικὸς κνώδων, καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ' χαλυβδικὸς παρὰ τῷ λυκόφρονι, ὁ ἐξ ἀρίστου σιδήρου. Vide etiam Hesychium. Inde σιδηροτέκτονες χάλυβες apud AEschylum Prometheo.

Σκύμνος δὲ πατρὸς κῆρα μαςεύων φόνου,
Εἰς σπλάγχν' ἐχίδνης αὐτόχειρ βάψει ξίφος,
Κακὸν μίασμ' ἔμφυλον ἀλθαίνων κακῷ.
Ἐμὸς δ' ἀκοίτης δμωΐδος νύμφης ἄναξ
Ζεὺς σπαρτιάταις αἱμύλοις κληθήσεται 1,
Τιμὰς μεγίςας οἰβάλου τέκνοις λαχών.
Οὐ μὴν ἐμὸν νώνυμον ἀνθρώποις σέβας
Ἔςαι μαρανθὲν αὖθι ληθαίῳ σκότῳ.
Ναὸν δέ μοι τεύξουσι δαυνίων ἄκροι [a]
Σάλπης παρ' ὄχθαις, οἵ τε δάρδανον πόλιν
Ναίουσι λίμνης ἀγχιτέρμονες ποτῶν.
Κοῦραι δὲ παρθένειον ἐκφυγεῖν ζυγὸν
Ὅταν θέλωσι, νυμφίους ἀρνούμεναι,
Τοὺς ἑκτορείαις ἠγλαϊσμένους κόμαις 2,
Μορφῆς ἔχοντας σίφλον [b] ἢ μῶμαρ γένους,
Ἐμὸν περιπτύξουσιν ὠλέναις βρέτας,
Ἄλκαρ μέγιςον κτώμεναι νυμφευμάτων,
Ἐριννύων ἐσθῆτα 3 καὶ ῥέθους βαφὰς
Πεπαμέναι θρόνοισι φαρμακτηρίοις.
Κείναις ἐγὼ δηναιὸν ἄφθιτος θεὰ
Ῥαβδηφόροις γυναιξὶν αὐδηθήσομαι.
Πένθος δὲ πολλαῖς παρθένων τητωμέναις
Τεύξω γυναιξὶν αὖθις, αἳ ςρατηλάτην
Ἀθεσμόλεκτρον κύπριδος λῃςὴν θεᾶς
Δαρὸν ςένουσαι, κλῆρον εἰς ἀνάρσιον
Πέμψουσι παῖδας ἐςερημένας γάμων.
Λάρυμνα καὶ σπέρχιε, καὶ βοάγριε,
Καὶ κῦνε, καὶ σκάρφεια, καὶ φαλωριὰς,
Καὶ ναρύκειον ἄςυ, καὶ θρονίτιδες
Λοκρῶν ἀγυιαὶ, καὶ πυράνθιοι νάπαι.
Καὶ πᾶς ὀδοιδόκειος ἰλέος [c] δόμος,
Ὑμεῖς ἐμῶν ἕκατι δυσσεβῶν γάμων,
Ποινὰς γυγαίᾳ τίσετ' [d] ἀγρίσκᾳ θεᾷ,
Τὸν χιλίωρον τὰς ἀνυμφεύτους χρόνον 4
Πάλου βραβείαις γηροβοσκοῦσαι κόρας,
Αἷς ἀκτέριςος ἐν ξένῃ ξέναις τάφος
Ψάμμῳ κλύδωνος λυπρὸς ἐκλυθήσεται [e]
Ὅταν ἀκάρποις [f] γυῖα συμφλέξαι φυτοῖς 5

[a] al. ἄκραν.
[b] al. σίμφλω.
[c] al. ἰλίως.
[d] al. τίσετ'.
[e] al. ἐλκυσθήσεται.
[f] al. ἀκάρπου φυτοῦ.

Sed Vertagus parentis indagans necem,
Crudelis ensem merget extis viperae:
Gentile sanans prodigus malum malo.
Sed vir meus, rex servientis coniugis,
Lepidis coletur Spartiatis Iupiter,
Honorum adeptus Oebali natis vices.
Meus nec ultra cultus ignorabitur
Obliviosis obrutus silentiis:
Colentque templis optimates Daunii
Salpes ad oram, quique servant Dardanum
Vrbem, paludis proximi voragini.
Sed & caventes coniugale vinculum
Pusae virorum taedio deformium
Comis recenter Hectoris nitentium,
Insignium formae, aut notis natalium,
Arae lacertis implicabuntur meae,
Taedarum habentes acre propugnaculum,
Pullos amictus, atque fucum corporis
Lito [a] gerentes vestium tectorio.
Illustre numen his ego longum dea
Canar bacillos feminis gestantibus.
Luctumque multis virginum parentibus
Orbis relinquam retro, quae ducem impium
Deae latronem militarem Cypridis
Diu gementes, iure fraudatas tori
Mittent puellas sorte iniqua virgines.
Larymna, tum Sperchie, tum Boagrie,
Tum Cyne, tum Scarphea, vel Phaloriss,
Vrbsque alta Narycea, vel Thronitides
Vici Locrenses, & Pyranthia ardua,
Nec non Hodoedocaea tecta Oilei
Vos ob mearum nuptiarum crimina
Poenas Minervae scilicet magnae deae
Solvetis, annos mille virgines anus
Vrnae nefastis nutrientes sortibus:
Queis insepultum semper in terra hospite
Hospes sepulcrum distrahetur fluctibus,
Quum membra cremiis ustulans infamibus,

[a] unto.

1 Ζεὺς σπαρτιάταις αἱμύλοις κληθήσεται) Iovis Agamemnonis apud Spartanos templum nobilissimum. Sciendum vero veteres Graecos reges omnes Δίας adpellare consuevisse, ut docet praeter Scholiasten Ioannes Tzetzes in Varia Historia. Quin etiam hoc sciendum reges sibi deorum nomina adscivisse. Sic Alexander Magnus Ammon dici voluit: alii aliorum Deorum nominibus. Servius AEneid. VII. *Antiqui reges nomina sibi plerumque vendicabant deorum; hinc est quod apud Cretam esse dicitur Iovis sepulcrum. Gabalus etiam imperator Romanus Solem se dici voluit, nam Heliogabalus dictus est.*

2 Τοὺς ἑκτορείαις ἠγλαϊσμένους κόμαις) De Hectorea tonsura ita Pollux. Ἐκαλεῖτο δέ τις κουρὰ καὶ ἑκτόρειος κόμη, περὶ ἧς φησιν Ἀναξίλαος.

Τὴν ἑκτορείαν τὴν ἐφίμερον κόμην.

Τιμαῖος δὲ τὴν κουρὰν ταύτην προεςάλθαι μὲν δεῖν περὶ τὸ μέτωπον λέγει, περικεχύσθαι δὲ τῷ τραχήλῳ. Hesychii locus de hac coma mendosus satis. Ἑκτόρειοι κομῆται, δαύνιοι καὶ πευκέτιοι ἔχοντες τὴν ἀπ' ἡλίου τοῖς ὤμοις περικεχυμένην τρίχα. Meminit eiusdem Eustathius Iliad. ψ'. Ἄλλοι δὲ (inquit) τὴν ἑκτορέην φιλοῦσι κουρὰν ἐν περιλαλεῖ καὶ λυκόφρων.

3 Ἐριννύων ἐσθῆτα) Nigram aut pullam intellige, talem enim Furiis tribuunt Poetae. Ianus Parrhasius ad Claudiani lib. III. de Raptu Proserpinae refert ex Timaeo Daunias mulieres semper pullis vestibus usas, quum de virginibus nubere nolentibus ea heic dicat Lycophron.

4 Τὸν χιλίωρον τὰς ἀνυμφεύτους χρόνον) Homeri Scholiastes Iliad. ν'. Ἀθηνᾶ δὲ οὐδὲ οὕτως τῆς ὀργῆς ἐπαύσατο. ἀλλὰ καὶ τοὺς λοκροὺς ἠνάγκασεν ἐπὶ χίλια ἔτη εἰς ἴλιον ἐκ κλήρου παρθένους πέμπειν. Meminit & Strabo lib. XIII. Αἱ γοῦν Λοκρίδες παρθένοι μικρὸν ὕςερον ἀρξάμεναι ἐπέμποντο κατ' ἔτος. Id vero Persis demum imperantibus factitatum narrat ibidem, his verbis. Τὰς δὲ Λοκρίδας πεμφθῆναι περσῶν ἤδη κρατούντων συνέβη. Polybius lib. XII. praeterea centum familias delectas fuisse ait, Ἐξ ὧν ἔμελλον οἱ λοκροὶ κατὰ τὸν χρησμὸν κληροῦν τὰς ἀπνιαλησαμένας παρθένους εἰς ἴλιον.

5 Ἀκάρποις γυῖα συμφλέξαι φυτοῖς) Vocat ἄκαρπα φυτὰ infelicia ligna, quae fructum non ferebant. Quae vero arbores inter felices, & infelices reputatae sint docet simia Gellii Saturnal. lib. III. cap. XX. *Felices arbores esse putantur, quercus, aesculus, ilex, suber, fagus, corylus, sorbus, ficus alba, pyrus, malus, vitis, prunus, cornus, lotus.* Tarquinius Pri-

Cinerem procellis ventilabit Mulciber
Columbae ab altis interemtae montibus,
Aliaeque noctu mortuis simillimae
Campos adibunt virginis Sithoniae,
Caecas ocellis aucupantes semitas,
Augusta Divae dum penetrent atria,
Votis cientes supplices Duelliam:
Magnaeque verrent aream scopis deae,
Et rore spargent, iam caventes civici
Furoris aestum; nam vir omnis Ilius
Servabit illas, saxeum [a] rodus tenens,
Aut aeneam secespitam, aut bupetiam
Acierim [b] acutam, vel Phalacraeam rudem,
Manum studens satiare ieiunam necis.
Impune tunc plebs laude noxium efferet
Genus necantes, lege sanciens rata.
O ma-

[a] lapidem. Att.
[b] securim. Fest.

Ἥφαιστος εἰς θάλασσαν ἐκβράσσῃ σποδὸν,
Τῆς ἐκ λόφων τράρωνος [a] ἐφθιτωμένης.
Ἄλλαι δὲ νύκτωρ ταῖς θανουμέναις ἴσαι
Σίθωνος εἰς θυγατρὸς ἵξονται γυίας,
Λαθραῖα κακκέλευθα παπταλώμεναι,
Ἕως ἂν εἰσθρέξωσιν ἀμφείρας δόμους
Λιταῖς σθένειαν ἱκέτιδες γουνούμεναι,
Θεᾶς δ᾽ ὀφελτρεύσωσι κοσμοῦσαι πέδον,
Δρόσῳ τεφοιβάσωσιν, ἀστεργῆ χόλον
Ἀστῶν φυγοῦσαι, πᾶς γὰρ Ἰλιεὺς ἀνὴρ
Κόρας δολεύσει πέτρον ἐν χεροῖν ἔχων,
Ἢ φάσγανον κελαινὸν, ἢ ταυροκτόνον
Στεῤῥὰν κύβηλιν, ἢ Φαλακραῖον κλάδον 1,
Μαιμῶν κορέσαι φεῖμα διψῶσαν φόνου.
Δῆμος δ᾽ ἀνατεὶ τὸν κτανόντ᾽ ἐπαινέσει,
Τεθμῷ χαράξας 2 τὐπιλώβητον γένος,
Ὤ μή-

[a] τρήρωνος. Scal.

A Priscus in ostentario arborario. *Arbores quae inferum deorum avertentiumque in tutela sunt, eas infelices nominant. Alternum sanguinem, filicem, ficum atram, quaeque baccam nigram nigrosque fructus ferunt, itemque acrifolium, pirum silvaticum, ruscum, rubum, sentesque, quibus portenta prodigiaque mala comburi iubere oportet.* Festus simpliciter fructiferas felices infructiferas infelices dictas ait ex Catone. Apuleius in Apologia. *Arbor infecunda & infelix, quae nullum fructum ex sese gignit, tanti est in pretio, quanti lignum eius* B *trunci.* Infelicia vero ligna ad portentorum expiationem adhiberi solita vides ex Lycophrone, & Macrobio. Catullus.

Venit si sibi restitutus essem,
Desissemque truces vibrare iambos,
Electissima pessimi poetae
Scripta tardipedi deo daturam
Infelicibus ustulanda lignis.

Sordes vero purgamentorum in aquas mos abiicere vel fluviales vel marinas. Homerus.

——— εἰς ἅλα λύματ᾽ ἔβαλλον. C

Theocritus ἡρακλίσκῳ.

Ἦρι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τὶς
Ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα
Ῥωγάδας ἐς πέτρας, ὑπὲρ οὔριον. —

Virgilius ecloga VIII.

Fer cineres Amarylli foras, rivoque fluenti
Transque caput iace. ———

Valerius Flaccus iib. III.

——— *lustramina ponto*
Pone iacit, rapidis adolentur cetera flammis. D

Nemesianus,

——— *ter ture vaporo*
Lustravit, cineresque aversa effudit in amnem.

Hinc Cicero pro S. Roscio Amerino. *Non sic nudos in flumen (voluerunt) deiicere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera, quae violata sunt, expiari putantur.* Euripides.

Θάλασσα κλύζει πάντα τ᾽ ἀνθρώπων κακά.

Quin etiam in trivia proiici solita. AEschyli Scholiastes χοηφόροις. Παρ᾽ ἀθηναίοις ἔθος E ὅτι καθαίροντες οἰκίαν ὀστρακίνῳ θυμιατηρίῳ, ῥίψαντες ἐν ταῖς τριόδοις τὸ ὄστρακον ἀμεταστρεπτὶ ἀνεχώρουν. Harpocration. Δίδυμος αὐτοκλείδου λέξιν παραγράψας ἐκ τῶν ἐξηγητικῶν φησι, ὀξυθύμια τὰ καθάρματα λέγεται καὶ ἀπολύματα. ταῦτα γὰρ ἀποφέρεσθαι εἰς τὰς τριόδους. ὅταν τὰς οἰκίας καθαίρωσιν. Eupolis δήμοις.

Οὓν χρῆν ἐν ταῖς τριόδοις κἂν τοῖσιν ὀξυθυμίοις
Πρὸς τὸ τρόπαιον τῆς πόλεως καίεσθαι περιλετριγότα.

Petronius. *Quod purgamentum in nocte calcasti in trivio?* Ad quem locum vide eruditissimas notas Wouwerii, amici mei.

1 Ἢ φαλακραῖον κλάδον) Variis modis sontes & hostes olim interficiebant: aut lapidibus, aut gladiis, aut fustibus, Antiquissimi fustibus. Etymologici Auctor. Τὸ παλαιὸν ξύλοις ἀνῄρουν τοὺς πολεμίους, ὕστερον δὲ τῷ ξίφει. Quippe ferri usu adhuc ignoto, cum etiam loco gladiorum uterentur sudibus praeacutis. Horatius.

Vnguibus & pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quae post fabricaverat usus.

Graecis eae sudes φάλαγγες dictae. Homeri Schol. Iliad. II. Τὸ παλαιὸν ξύλοις ἐμάχοντο. φάλαγγας δὲ ξύλα ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι.

2 Κτανόντ᾽ ἐπαινέσει τεθμῷ χαράξας) Ecce veterem morem. Solebant hostes & sontes proscribere, interfectoribus eorum magna mercede promissa. Vlpianus ad Demosthenis Orat. περὶ παραπρεσβείας. Ὅταν πόλις ἔχῃ πρός τινα δυσμένειαν. ἐπιβοᾷ καὶ κηρύττει μισθὸν καὶ χρήματα τῷ φονεύσαντι. Harpocration. Ὁπότε βούλοιτο πόλις, ἢ ἄρχων, ἀναιρεθῆναί τινα τῶν μὴ ὄντων ὑφ᾽ ἑαυτοῖς, ἐκήρυττε δώσειν χρήματα εἴ τις αὐτὸν ἀνέλοι, τόσα, καὶ τόσα. καθάπερ ξέρξῃ ἐπεκήρυξαν οἱ ἕλληνες, εἴ τις ἢ ζῶντα, ἢ νεκρὸν καταγάγοι ἀθήναζε, δώσειν ἑκατὸν τάλαντα. Polyaenus Strateg. lib. IV. Μὴ δυνάμενος τὴν ἄκραν ἐχυρὰν [illegible]σαν ἑλεῖν, ἐκήρυξε τάλαντα ἑκατὸν δώσειν τῷ κτείναντι Θεόδοτον. Idem lib. V. Ἀγαθοκλεῖ τῷ Συρακουσίῳ τυράννῳ τἀναντία πράττων διετέλει, καὶ πολλοὺς σικελιώτας κατ᾽ αὐτοῦ συνίστα, καὶ τοῖς ἀνελοῦσιν αὐτὸν ἐκήρυξε μεγάλας δωρεάς. Interpres Historiae Apollonii Tyrii. *Rex ait, fugere quidem potest, sed effugere non potest, continuoque huiusmodi edictum proposuit. Quicumque Tyrium mihi Apollonium, regni mei contemtorem & inimicum vivum exhibuerit, acci-*

Ω᾽ μῆτερ ὦ δύσμητερ, ὐδὲ κλέ(ος)
Α᾽πυςον ἕξει, περσέ(ως) δὲ πάρθεν(ος)
Βριμὼ 1 τρίμορφ(ος) 2 θήσεταί σ᾽ ἐπωπίδα 3
Κλαγξαῖσι [a] ταρβήσουσαν 4 ἐννύχοις βροτὺς,
Ο῾σοι μηδὺσης ςρυμόν(ος) ζηρυνθίας
Δέκηλα [b] μὴ σέβουσι λαμπαδουχίαις 5,
Θύσθλοις φεραίαν ἐξακεύμενοι θεάν.

[a] al. ταρβήσουσαν ἐν ταρμύσσουσαν.
[b] al. οἱ.

O mater, o misella mater, nec tua
Laus interibit: quin virago Persei
Triformis Orca te canem pernoctibus
Saevam efferabit in viros nictatibus,
Quique imperantis Strymoni Caniculae
Delubra flammis non colent ardentibus,
Phaeream opima caede placantes deam.

accipiet quinquaginta talenta auri, qui vero caput, centum accipiet. Licet etiam hanc consuetudinem observare in Apuleiana Milesia sexta. Eam proscriptionem ἐπικήρυξιν vocabant. Scholiastes Demosthen. loco laudato. Ε᾽πικήρυξις δέ, ὅταν πόλις ὡς ἔφημεν ἐχθρὸν ἔχυσά τινα ἐπιβυλεύοντα αὐτῇ, καὶ βύλοιτο αὐτὸν ἀνελεῖν, χρήματα κηρύττει δῦναι τῷ ἀνελόντι αὐτόν.

1 Βριμὼ) Quod Proserpina βριμὼ vocetur docet Apollonii Scholiastes lib. III. nominisque rationem reddit his verbis. Βριμὼ δὲ αὐτὴν προσηγόρευσε διὰ τὸ φοβερὸν καὶ τὸ καταπληκτικὸν τοῦ δαίμον(ος), καὶ φάσματα ἐπιπέμπειν τὰ καλύμενα ἑκατεῖα, καὶ πολλάκις αὐτῆς μεταβάλλειν τὸ εἶδ(ος), διὰ τὸ ἔμπυσαν καλεῖσθαι. ἢ παρὰ τὸν βρόμον, τὸν τοῦ πυρὸς ψόφον, τοιῦτ(ος) γὰρ πέλεται βρόμ(ος). ἡ γὰρ θεὸς λαμπαδοῦχ(ος), &c. Hesiodi Schol. lib. I. Βριμὼ δὲ καὶ ὀβριμὼ κυρίως ἡ περσεφόνη, ἤγυν ἡ γῆ καὶ ὁ θάνατ(ος) καλεῖται. ὅθεν τὸ ὄβριμον λέγεται. Propertius lib. II. eleg. II.

——— *fertur Bacbeidos undis*
Virgineum Brimo composuisse latus.

Vide Arnobium lib. V. Fuit & ita adpellata Rhea. Theodoretus Therapeut. Serm. I. Ο῎τι δὲ καὶ τὰ τῆς Ρ῾έας, ἢ καὶ τῆς Κυβέλης, ἢ τῆς Βριμῦς, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλησε ὀνομάζειν, &c. Apud Orpheum in Argonautic. Proserpina intelligi debet.

——— πρῶτ(ος) γὰρ ἐφάνθη
Βριμῦς τ᾽ εὐδυνάτοιο γονὰς, ἠδ᾽ ἔργ᾽ ἀΐδηλα.

Adi Canteri Notas.

2 Τρίμορφ(ος)) Triformis Hecate etiam a Seneca Hippolyto adpellatur, & a Val. Flacco lib. I. Argonaut. *Tergemina hera*: idque hac de caussa, quia

——— τὴν περὶ πάντων
Ζεὺς κρονίδης τίμησε, πόρεν δὲ οἱ ἀγλαὰ δῶρα,
Μοῖραν ἔχειν γαίης τε καὶ ἀτρυγετοῖο θαλάσσης,
Η᾽δὲ καὶ ἀςερόεντ(ος) ἐπ᾽ ὐρανῦ ἔμμορε τιμῆς.

ut est apud Hesiodum in Theog. Phurnutus aliter. Οὐχ ἑτέρα δὲ ὖσα αὐτῆς ἡ ἑκάτη τρίμορφ(ος) εἰσῆκται διὰ τὸ τρία χήματα γυωικώτατα ἀποτελεῖν τὴν σελήνην. Apollodorus dicit Hecatae triglam sacrificari, quia τρίμορφ(ος) adpelletur. Orpheus tria capita eam habuisse tradit, dextrum equinum, sinistrum caninum, medium suis agrestis. Ovidius Fast. lib. I.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes,
Servet ut in ternas compita secta vias.

Germanicus. *Diana autem Luna dicta est quasi diana, eo quod die ac nocte adparet ipsa, & Luna eo quod luceat, & Trivia eo quod tribus fungatur figuris.* Cassiodorus Var. lib. V. epist. XLII. *Primum sibi per lucos & silvas agrestium populorum nota, & venationibus dedita, hanc triplicem deam falsa imaginatione finxerunt: ipsam in caelo Lunam, ipsam in silvis Dianam, apud inferos Proserpinam esse adfirmantes.* Et nescio an hunc Lycophronis locum respexerit Demetrius Triclinius ad Sophoclis ἀντιγόνην, quum ait. Ε᾽νοδίαν δὲ τὴν περσεφόνην λέγει ἐν ταῖς τριόδοις πορευομένην. ἡ αὐτὴ γάρ ἐςι τῇ ἑκάτῃ, ὡς ἄλλοις τε πολλοῖς δοκεῖ καὶ λυκόφρονι. Hecates autem cognomento τριμόρφης statua ab Alcamene facta Athenis erat, prope simulacrum Victoriae alis privatae. Apuleii Milesf. XI. *Sed nocturnis ululatibus horrenda Proserpina, triformi specie larvales impetus comprimens, terraeque claustra cohibens, lucos diversos inerrans, vario cultu propitiaris.*

3 Θήσεταί σ᾽ ἐπωπίδα) Hecuba quum Polymnestori Thraciae regi ob occisum filium Polydorum (ut est apud Virgilium AEneid. III. & Ovid. Metam. XIII.) irata oculos eruisset, & ob id a Thracibus lapidibus peteretur, canis facta est. Ovidius.

Clade sui Thracum gens irritata tyranni,
Troada telorum lapidumque incessere iactu
Coepit: at haec missum rauco cum murmure saxum
Morsibus insequitur, rictuque ad verba parato
Latravit conata loqui. ———

Martialis lib. III. epigramm. XXXII.

Possum Hecubam, possum Nioben, Matrinia, sed si
Nondum erit illa canis, nondum erit illa lapis.

Ab Hecate vero transformandam praedicit, quia

——— τὰν σκύλακες τρομέοντι.

ut ait Theocritus idyllio β′.

4 Κλαγξαῖσι ταρβήσουσαν) Homines noctu territuram dicit ubi in canem ab Hecate mutata fuerit, quia Hecaten nocturnis spectris & terriculamentis praeesse credebant. Hac de caussa Hecuba ἔμπυσα dicitur a Theocrito in Ara.

5 Δέκηλα μὴ σέβυσι λαμπαδυχίαις) Solebant quondam mystae lampades seu faces ferre in memoriam quaesitae facibus a Cerere Proserpinae. Papinius.

Tuque Actaea Ceres cursu cui semper anhelo
Votivam taciti iactamus lampada mystae.

Et Claudianus.

——— *sanctasque faces extollit Eleusis.*

Hinc capio locum Callimachi hymno III.

Οὐδ᾽ αἰτέω μέγα τόξον (ἐμοὶ Κύκλωπες ὀϊςὺς
Αὐτίκα τεχνήσονται, ἐμοὶ δ᾽ εὐκαμπὲς ἄεμμα)
Α᾽λλὰ φαεσφορίην. ———

Scholiastes. Η῎ ὅτι λαμπαδῦχ(ος) ἡ θεὸς, ἡ αὐτὴ γὰρ τῇ ἑκάτῃ, ἢ ὅτι τὺς μαιευομένυς προάγει εἰς φῶς. Vide Apollodorum lib. I.

Sed busti inanis insulare cespitem
Pachyni habebit culmen, ex insomniis
Heri timentis excitatum dextera,
Ad purum Helori funeratae marginem
Qui functae in oris inferet libamina,
Triviae furorem scilicet timens deae,
Quod primus audens saxei iactus nefas,
Orco praeibit dux inhumani sacri.
O frater, animae plurimum frater meae
Dilecte, fulmenta aedium, atque patriae,
Non frustra tauris imbues altaria
Caesis, tenentem Ophionis sedilia
Venerans opimo victimarum munere.
Sed rura te vectabit in natalia,
Graecis vigentem rura adepta gloriam,
Vbi palaestram docta mater Latia
Olim imperantem Tartaro trudens anum,
Furtiva solvit vincla partitudinis,
Gumiae [a] mariti pullimanducas cavens
Epu-

[a] voracis.

Ψευδήριόν τοι [a] νησιωτικὸς σόνυξ 1
Πάχυνος ἕξει σεμνὸν ἐξ ὀνειράτων,
Ταῖς δεσποτείαις ὠλέναις ὠγκωμένον.
Ῥέεθρον Ἐλώρου πρόσθεν ἐκτερισμένης.
Ὃς δὴ παρ' ἀκταῖς τλήμονος [b] ῥανεῖ χοὰς
Τριαύχενος μήνιμα δειμαίνων θεᾶς,
Λευστῆρα πρῶτον οὕνεκα ῥίψας πέτρον
Ἅδῃ κελαινῶν θυμάτων ἀπάρξεται 2.
Σὺ δ' ὦ ξύναιμε, πλεῖστον ἐξ ἐμῆς φρενὸς
Στερχθεὶς, μελάθρων ἕρμα καὶ πάτρας ὅλης,
Οὐκ εἰς κενὸν κρηπῖδα φοινίξεις φόνῳ
Ταύρων, ἄνακτι τῶν ὀφίωνος θρόνων
Πλείστας ἀπαρχὰς 3 θυμάτων δωρούμενος,
Ἀλλ' ἄξεταί σε πρὸς γενεθλίαν πλάκα 4
Τὴν ἐξόχως γραικοῖσιν ἐξυμνουμένην,
Ὅπου σφε μήτηρ ἡ πάλης ἐμπείραμος
Τὴν πρόσθ' ἄνασσαν ἐμβαλοῦσα ταρτάρῳ
Ὠδῖνας ἐξέλυσε λαθραίας γονῆς,
Τὰς παιδοβρῶτας 5 ἐκφυγοῦσ' ὁμευνέτου
Τὰς

[a] al. δι.
[b] al. τλήμονι.

---

1 Ψευδήριόν τοι νησιωτικὸς σόνυξ) Cynossema intelligit. Pomponius Mela lib. II. cap. II. *Est Cynossema tumulus Hecubae, sive ex figura canis in quam conversa traditur, sive ex fortuna in quam deciderat humili nomine accepto.* Solinus cap. XVI. *Sigaeum Asiae, in quo tumulus est Cynossema dictus, Hecubae sepulcrum.* Iulius Pollux lib. V. cap. V. Ἔνδοξος δὲ καὶ ἡ ἀταλάντης κύων, αὔρα τοὔνομα, ἣν ὁ καλυδώνιος σῦς ἀπέκτεινεν, ἀφ' ἧς τὸ κυνὸς σῆμα καλυδωνίοις. καὶ ἕτερον οὕτω σῆμα ἐν ἑλλησπόντῳ κεκλήκασι ἀπὸ ἐνδόξου κυνὸς, εἰ μὴ πιστευτέον, ὅτι ἑκάβης εἰς κυνὸς μορφὴν μεταβαλούσης, οὕτως ὠνομάσθη. Ovidius Metamorph. XIII.

— haec missum rauco cum murmure saxum
Morsibus insequitur, rictuque ad verba parato
Latravit conata loqui: locus exstat, & ex re
Nomen habet. ———

Adi Geographos, si plura velis.

2 Ἅδῃ κελαινῶν θυμάτων ἀπάρξεται) Plutoni ut inferorum & tenebrarum regi furuae offerebantur a veteribus hostiae. Acron lib. III. Od. VIII. *Superis aptior erat alba victima, nam diis infernalibus semper nigra offerri debent.* Tibullus.

Interea nigras pecudes promittite Diti.

Huc pertinet fragmentum Varronis ex lib. I. de Scen. Originibus. *Quum multa portenta fierent, & murus ac turris, quae sunt intra portam Coltinam & Esquilinam, de caelo essent tacta, & ideo libros Sybillinos XV. viri adiissent, renuntiarunt uti Diti patri & Proserpinae ludi Terentini in campo Martio fierent, & hostiae furuae immolarentur.* Arnobius lib. VII. *Sed si sexibus sexus pares, id est feminas feminis, mares autem hostias diis maribus immolare sacrificiorum iura praescribunt, quae in coloribus ratio, ut merito his albas illis atras conveniat nigerrimasque mactari? Quia superis diis, inquit, atque hominum dexteritate pollentibus, color laetus acceptus est, ac felix hilaritate candoris. At vero diis laevis, sedesque habitantibus inferas, color furvus est gratior, & tristibus suffectus e fucis,* &c.

3 Πλείστας ἀπαρχὰς) Ἀπαρχαὶ proprie a veteribus dicebantur setae, quas e fronte victimae evulsas cum molarum parte in ignem, qui in ara accensus, coniiciebant: erat enim hoc in sacrificiis moris. Homerus Iliad. ξ.

Ἀλλ' ὅγ' ἀπαρχόμενος κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλων
Ἀργιόδοντος ὑὸς, καὶ ἐπηύχετο πᾶσι θεοῖσι.

Et Odyss. γ.

——— πολλὰ δ' Ἀθήνῃ
Εὔχετ' ἀπαρχόμενος κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλων.

Virgilius AEneid. VI.

Et summas carpens media inter cornua setas
Ignibus imposuit sacris libamina prima.

Ovidius *prosecta* vocat Metamorph. XII.

Pallada mactatae placabat sanguine vaccae,
Cuius ut imposuit prosecta calentibus aris,
Et diis acceptus, &c.

Alias etiam ἀπαρχαὶ abusive dicebantur sacrificia, quae mortuis fiebant.

4 Ἀλλ' ἄξεταί σε πρὸς γενεθλίαν πλάκα) Intelligit locum Thebanum dictum Διὸς γοναὶ, quod ibi natus a quibusdam putetur Iupiter: in quem postea Hectoris ossa transportata; quum enim aliquando multis malis Thebani (qui soli Boeotorum ad Ilium non militaverunt teste Artemidoro lib. IV. capit. LXV.) adfligerentur, consulto oraculo responsum est transportanda e Phrygia Hectoris ossa, sepeliendaque in loco qui διὸς γοναὶ apud ipsos diceretur. Scholiastes Homeri ad Iliad. ν. Οἱ ἐν βοιωτίᾳ θηβαῖοι πιεζόμενοι κακοῖς ἐμαντεύοντο περὶ ἀπαλλαγῆς, χρησμὸς δὲ αὐτοῖς ἐδόθη, παύσεσθαι τὰ δεινὰ ἐὰν ἐξ ἀφνειοῦ (lego ὀφρυνίου) τοῦ τρωάδος τὰ ἕκτορος ὀστᾶ διακομισθῶσιν εἰς τὸν παρ' αὐτοῖς καλούμενον τόπον ΔΙΟΣ ΓΟΝΑΣ. Strabo quoque lib. XIII. ibi loci Hectoris lucum memorat fuisse.

5 Τὰς παιδοβρῶτας) Vide hac de re Hesiodi Theog. Allegorice explicat Phurnutus. Ὁ κρόνος λέγεται καταπίνειν τὰ ἐκ τῆς ῥέας αὐτῷ γινόμενα τέκνα. εἴληπται μὲν οὖν οὕτω πάνυ εἰκότως ἐπειδὴ ὅσα ἂν γίνονται κατὰ τὸν εἰρημένον τῆς κινήσεως λόγον, πάλιν κατὰ τὸν αὐτὸν περιόδῳ ἀφανίζεται. καὶ ὁ χρόνος δὲ τοιοῦτόν ἐστι, δαπανᾶται γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τὰ γινόμενα. Adi Ciceronem de Nat. deorum.

Θοίνας ἀσέπτους. ὐδ' ἐπίανεν βορᾷ
Νηδὺν, τὸν ἀντίποινον ἐκλάψας πέτρον
Ἐν γυιοκόλλοις σπαργάνοις ἐλιγμένον [a]
Τύμβος γεγὼς κένταυρος ὠμόφρων σπορᾶς.
Νήσοις 1 μακάρων δὲ ἐγκατοικήσεις μέγας
Ἥρως ἀρωγὸς λοιμικῶν τοξευμάτων,
Ὅπου σε παῖδες ὠγύγου σπαρτὸς λεὼς 2
Χρησμοῖς ἰατρῦ λεψίυ τερμινθέως [c]
Ἐξ ὀφρυνέων ἠρίων ἀνειρύσας
Ἄξει καλύδνου τύρσιν ἀόνων τε γῆν
Σωτῆς, ὅταν κάμνωσιν ὁπλίτη στρατῷ
Πέρθοντι χώραν, πῶέρυ τ' ἀνάκτορα.
Κλέος δὲ σὸν μέγιστον ἐκτήνων τρόμοι
Λοιβαῖσι κυδανῦσιν ἀφθίτοις ἴσον.
Ἥξει δὲ κνωσὸν κἀπὶ γόρτυνος δόμους
Τὐμὸν ταλαίνης πῆμα, πᾶς δ' ἀνάστατος
Ἔσαι στρατηγῶν οἶκος, ὐ γὰρ ἥσυχος
Πορκεὺς δίκωπον σέλμα ναυσολῶν ἐλᾷ,
Λευκὸν στροβήσων φύλακα τῆς μοναρχίας,
Ψυδραῖσι τ' ἔχθραν μηχαναῖς ἀναπλέκων,
Ὃς ὔτε τέκνων φείσετ', ὔτε συζύγου
Μήδας δάμαρτος ἠγριωμένος φρένας [d],
Οὐ κλεισιθήρας θυγατρὸς, ἧς πατὴρ λέχος
Θρεπτῷ δράκοντι συγκαταινέσει πικρόν.
Πάντας δ' ἀνάγνοις χερσὶν ἐν ναῷ κτενεῖ,
Λώβαισιν αἰκισθέντας 3 ὀγκαίυ βόθρυ.

Γέ-

Epulas nefandas, nec saginavit dape
Alvum, faceta glutiens saxum vice
Suffarcinatum mollibus cunabulis,
Prolis sepulcrum triste semiferus suae.
Quin templa habebis insulasque Manium [a]
Verruncus aurae pestilentis Indiges
Vbi sequutus Ogygi poplos satus
Oracla medici Lepsii Terminthei,
Ex Ophryneis te sepulcreris agens,
Arcem ad Calydni ducet & terram Aonum,
Levamen acre, quum tumultus hosticus
Vastabit arua & Teneri donaria.
Sed & sufetes [b] victimis Ectenii
Tuam favebunt ut deorum adoream.
Et Cnossum adibit atque Gortynis domos
Meae ruinae luctus, & caduciter
Ducum lababunt tecta: non enim innocens
Lembum biremem nauta piscator regit,
Leucum sequestrem regiae ductans dolo,
Odiumque caecis implicans mendaciis:
Nec ille parcet liberis, nec coniugi
Medae, furoris aestubus mentem avius,
Non Clesitherae filiae, cuius pater
Draconi alumno sponte nuptias dabit:
Omnesque cruda caedet in sacris manu
Ceteris favissis [c], saucios crudeliter.

De-

[a] al. εἰλυμένον. [b] al. δὲ. [c] al. ταρμινθέως. [d] al. φρένα.

[a] beatorum. [b] optimates. Calab. [c] sallis. Gel.

---

1 Νήσοις μακάρων) Hectorem post mortem beatorum insulas inhabitaturum scribit, ex veterum opinione, qui eum locum heroibus mortuis adsignabant. Hesiodus lib. 1. de heroibus agens.

Καὶ τοὶ μὲν ναίυσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
Ἐν μακάρων νήσοισι παρ' ὠκεανὸν βαθυδίνην
Ὄλβιοι ἥρωες, τοῖσι μελιηδέα καρπὸν
Τρὶς τῦ ἔτυς θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρυρα.

Plato in Gorgia quibusvis bonis post mortem illam tribuit sedem. Τὸν δὲ δικαίως τὸν βίον διεληλυθότα καὶ ὁσίως, ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς μακάρων νήσυς ἀπιόντα οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐκτὸς κακῶν. Sed est etiam μακάρων νῆσος ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐν βοιωτίᾳ θηβῶν. Atque de ea forte capiendus hic locus. Ait vero Hectorem Lycophron propter sacrificandi studium in beatorum insulas relatum iri, quo pertinet Theodoreti locus θεραπευτικῆς Serm. VII. Σφόδρα γὰρ αὐτὺς χαίρειν οἱ ποιηταί φασι τῇ λοιβῇ, καὶ τῇ κνίσῃ, καὶ τῦτο εἶναι γέρας αὐτὺς εἰρηκέναι λέγυσιν. διά τοι τῦτο καὶ πρὸς τὰς τῶν αἰθιόπων θυσίας ἀποδημεῖν, καὶ τὸν ἕκτορα πάσης ἐπιμελεῖν τῆς ἀξίας, ὅτι δὴ ὔποτε αὐτῶν τὸν βωμὸν ἐνδεᾶ θυσίας κατέλιπε. Neque alia de re capiendi isti versus Homerici Iliad. IV. ubi ita adfatur Minervam Iupiter.

Οὐ γάρ μοί ποτε βωμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης,
Λοιβῆς τε, κνίσης τε. τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς.

2 Ὠγύγυ σπαρτὸς λεὼς) Ogygi populum Thebanos accipe, quorum civitas ab Ogyge est condita, ut est apud Varronem lib. III. de Re Rust. Cur σπαρτὸν dicat, notum. Vide Palaephatum & Ovidium.

3 Λώβαισιν αἰκισθέντας) Malim vertere *ignominiose truncatos*. Nam ita solebant illis facere quos e medio sustulissent, ne a manibus eorum infestarentur, atque id vocabant μασχαλίζειν, & ἀκρωτηριάζειν. Polybius de Carthaginiensibus. Κολοβώσαντες δὲ καὶ συντρίψαντες τὰ σκέλη, ἔτι ζῶντας ἔῤῥιψαν εἴς τινα τάφρον. Sophocles ἠλέκτρᾳ.

Σκέψαι γὰρ εἴ σοι προσφιλῶς αὐτῇ δοκεῖ,
Γέρα τάδ' ἐν τάφοισι δέξασθαι νέκυς,
Ὑφ' ἧς θανὼν ἄτιμος ὥστε δυσμενὴς
Ἐμασχαλίσθη.

Scholiastes. Εἰώθησαν οἱ δράσαντες ἐμφύλιον φόνον ἀκρωτηριάζειν τὺς ἀναιρεθέντας, ἐκ παντὸς μέρυς τῦ σώματος ἀποτεμνόμενοι, καὶ περιάπτειν ἑαυτοῖς τὰ ἄκρα συνείροντες, διὰ τύτων ὥσπερ τὴν δύναμιν ἐκείνων ἀφαιρύμενοι, διὰ τὸ μὴ παθεῖν εἰς ὕστερόν τι δεινὸν παρ' ἐκείνων. ἐφόρυν δὲ εἰς τὰς μασχάλας τὰ ἄκρα, ὃ καὶ μασχαλισθῆναι ἔλεγον. Demetrius Triclinius. Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἡνίκα τινὰ διεχρήσαντο, ἀκρωτηριάζειν αὐτὸν, καὶ ὑπὸ τῆς μασχάλης ταῦτα τιθέναι. τῦτο δὲ ἐποίυν ἵνα ἀνίσχυρον αὐτὸν ἐργάζωνται διὰ τῆς τῶν ἀκρωτηρίων τομῆς πρὸς τὴν αὐτῶν ἄμυναν, ἣν οἱ νεκροὶ τὺς ζῶντας ἀμύνονται, ἐριννῦς αὐτοῖς ἐπιπέμποντες. Etymologici Auctor. Ἦν τι νόμιμον τοῖς δολοφονήσασι ἀφοσιῶσαι τὸν φόνον διὰ τῦ δολοφονηθέντος ἀκρωτηριασμῦ. τὰ δὲ ἀκρωτήρια εἴροντες καὶ συῤῥάπτοντες διὰ τῶν τῦ νεκρῦ μασχάλων καὶ τοῦ τραχήλυ, παρετίθεντο τῷ νεκρῷ. Hesychius. Φονεύσαντες ἐξ ἐπιβυλῆς τινας ὑπὲρ τῦ τὴν μῆνιν ἐκκλῖναι, ἀκρωτηριάσαντες τὰ μόρια τύτων, οἷον ὤτων, ῥινῶν, καὶ ἐράσαντες ἐκρέμων ἐκ τῦ τραχήλυ διὰ τῶν μασχάλων. Reliqua quae ibi sequuntur vix sine ope membranae suppleri & emendari poterunt. Harpocration. Οἱ λυμαινόμενοί τινας εἰώθασι περικόπτειν αὐτῶν τὰ ἄκρα. Apollonius lib. IV.

Ἥρως δ' αἰσονίδης ἐξάργματα τέμνε θανόντος,
Ἥ θέμις αὐθέντῃσι δολοκτασίας ἱλάεσθαι.

Scholiastes. Οἱ δολοφονῦντες ἀρχαίως ἀκρωτηριάσματά τινα ἐποίυν τῦ ἀναιρυμένυ. καὶ ταῦτα λαβόντες ἐξῆπτον τῦ τραχήλυ αὐτόν. Virgilius AEneid. III.

— Po-

Decusque avitum illustre progenii meae
AEvum nepotes efferunt in posterum,
Coronam adepti praeliis perduellium,
Terrae marisque ius tenentes principes:
Nec mentione postuma nomen carens
Celabis altis in tenebris, patria.
Tales relinquet consobrinus duplices
Meus leones, maximum Romae genus,
Gnatus venustae Vorticordiae, cluens
Mentis, nec acri poenitendus praelio.

Rhae-

Γένους δὲ πάππων τῶν ἐμῶν αὖθις κλέος
Μέγιστον αὐξήσουσιν ἄμναμοί ποτε,
Αἰχμαῖς τὸ πρωτόλειον ἄραντες στέφος,
Γῆς καὶ θαλάσσης σκῆπτρα καὶ μοναρχίαν
Λαβόντες. οὐδ' ἄμνηστον ἀθλία πατρὶς
Κῦδος μαρανθὲν ἐγκατακρύψεις ζόφῳ,
Τοιούσδ' ἐμός τις σύγγονος λείψει διπλοῦς
Σκύμνους λέοντας, ἔξοχον ῥώμης [a] γένος 1,
Ὁ καστνίας τε τῆς τε χειράδος [b] γόνος,
Βουλαῖς ἄριστος 2, οὐδ' ὀνοστὸς ἐν μάχαις.

Ὅς

[a] al. [illegible]
[b] al. [illegible]

— *Polydorum obtruncat, & auro*
Vi potitur. —

Plenissime vero eum truncandi morem est videre lib. VI.

Atque hic Priamidem laniatum corpore toto
Deiphobum vidi, lacerum crudeliter ora,
Ora, manusque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.

Terentius Hecyra Act. I. Sc. I.

— *ergo propterea te sedulo*
Et moneo, & hortor, ne cuiusquam misereat,
Quin spolies, mutiles, laceres, quemquem nacta sis.

Adparet & Romanis non insuetatum hunc morem. Quintilianus Declamat. XII. *Laceros video manes, & truncas partibus suis umbras.* Declamat. XIV. *Facinus quod dicitur inquietare superos, sidera diris agitare carminibus, tumulos, busta scrutari, & amputatis cadaveribus ipsas* (malim *impias*) *in scelus armare manus, fieri non potest ut autorem suum non statim primo prodat adspectu.* Martialis lib. II. epigramm. LXXXIII.

Faedasti miserum marite moechum,
Et si qui fuerant prius, requirunt,
Trunci naribus auribusque vultus,
Credis te satis esse vindicatum?

Et lib III. epigramm. LXXXIV.

Quis tibi persuasit nares abscindere moecho?
Non hac peccatum est parte. marite, tibi.

Salustius Hist. lib. IV. *Immutilato corpore improbi patibulo eminens adfigebatur.* Atque eo modo mutilati *Laceri* dicebantur. Asconius Verrina II. *Lacer dicitur amputatis a corpore sensuum membris, hoc est, auribus, oculisve.* Festus. *Lacer, quod auribus curtatis est. Lacerum, quodcumque in corpore imminutum est.* Videmus id quoque ex Quintiliani & Virgilii verbis citatis. Vocabant vero illa praesegmina Graeci ἀκρωτήρια, & ἀπάργματα. Id autem faciebant, ut initio dixi, ne a manibus infestarentur. Credebant enim mortuorum animas vagari, & homines maxime inimicos noctu terrificare. Horatius Epod. V.

Quin ubi perire iussus expiravero,
Nocturnus occurram furor,
Petamque vultus umbra curvis unguibus,
Quae vis deorum est manium,
Et inquietis adsidens praecordiis,
Pavore somnos auferam.

Virgilius AEneid. lib. IV.

Omnibus umbra locis adero, dabis improbo poenas.

Et apud Apuleium Milef. VIII. umbra Lepolemi absterret Chariten a nuptiis Thrasylli interfectoris sui. *Tunc* (ait) *inter moras umbra illa misere trucidati Lepolemi, sane* (lego *sanie*) *cruenta, & pallore deformem attollens faciem, quietem pudicam interpellat uxoris,* &c. Elegantissimus autem locus in eiusdem est Apologia, his verbis. *At tibi, AEmiliane, pro isto mendacio, duat Deus iste, Superum & Inferum commeator, utrorumque Deorum malam gratiam, semperque obvias species mortuorum, quidquid umbrarum est usquam, quidquid Lemurum, quidquid Manium, quidquid Larvarum, oculis tuis obgerat: omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulcrorum terriculamenta, a quibus tamen aevo & merito haud longe abes.* Propertius lib. I. Eleg. XIX.

Non ego nunc tristes verear mea Cynthia manes.

Quintilianus Declamat. XII. *Quoties facta reputavi, flagella mentis sonant, ultrices video furias, & in quamcumque me partem converti, occurrunt umbrae meorum.* Val. Flacc. lib. I.

Ipsum ego quum serus fessos sopor adligat artus
Adspicio, meque adsiduis lacera illius umbra
Questibus, & magni numen maris excitat Helle.

1 Ἔξοχον ῥώμης γένος) Roma haec mulier quaedam Troiana fuit, quae una cum AEnea in Italiam devenit, & nupta Latino Aboriginum regi Remum & Romulum peperit, qui urbem quum condidissent, Romam eam a matris nomine dixerunt. Dionysius Halicarnasseus lib. I. Καλλίας δὲ ὁ τὰς ἀγαθοκλέους πράξεις ἀναγράψας, Ῥώμην τινὰ τρωάδα τῶν ἀφικνουμένων ἅμα τοῖς ἄλλοις Τρωσὶν εἰς Ἰταλίαν, γήμασθαι Λατίνῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀβοριγίνων, καὶ γεννῆσαι δύο παῖδας Ῥῶμον καὶ Ῥωμύλον, οἰκίσαντας δὲ πόλιν ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῶν θέσθαι τοὔνομα. Vide quoque Festum in *Roma*. Solinus, AElianus, Iustinus, Livius, Velleius. & Virgilius a Romulo Rheae Silviae & Martis filio conditam Romam tradunt. Corrigendus obiter AEliani locus, qui lib. VII. mendose legitur hoc modo Ῥώμου καὶ Ῥωμύλου ἐκτίσθη τῶν Ἄρεως καὶ Σερβίας παίδων. ἣν δὲ αὕτη μία τῶν αἰνέου ἀπογόνων. Hic legendum omnino Σιλβίας, sic enim ab AEliano ipso scriptum quis dubitet: quem locum hoc modo etiam a viro erudito Roberto Titio emendatum postea animadverti, ne quemquam merita laude privem sciens. Etymologici Auctor in Ῥώμη, Romulum & Remum AEneae filios facit.

2 Βουλαῖς ἄριστος) AEneam Troianorum omnium

Ὃς πρῶτα μὲν ῥαίκηλον [a] οἰκήσει μολὼν,
Κισσῦ παρ' αἰπὺν πρῶνα ϗ λαφυςίας
Κορασφόρυς γυναῖκας, ἐκ δ' ἀλμωνίας [b]
Πάλιν πλανήτῃ [c] δέξεται τυρσηνία
Λιγγεύς τε θερμὸν ῥεῖθρον ἐκβράσσων ποτῶν.
Καὶ πίσσ' ἀγκύλης [d] θ' αἱ πολύῤῥηνοι νάπαι.
Σὺν δέ σφι μίξει φίλιον ἐχθρὸς ὢν ςρατὸν,
Ὅρκοις κρατήσας ϗ λιταῖς γυνασμάτων
Νάνος πλάναισι πάντ' ἐρευνήσας [e] μυχὸν
Ἁλὸς τε ϗ γῆς. σὺν ᾗ δίπτυχοι τόκοι
Μυσῶν ἄνακτος, ὗ ποτ' οἰκυρὸς δόρυ
Γνάμψει θέοινος, γυῖα συνδήσας λύγοις.
Τάρχων τε ϗ τυρσηνὸς 1 αἴθωνες λύκοι
Τῶν ἡρακλείων ἐκγεγῶτες αἱμάτων.
Ἔνθα τράπεζαν 2 εἰδάτων πλήρη κιχὼν
Τὴν ὕςερον βρωθεῖσαν ἐξ ὀπαόνων,
Μνήμην παλαιῶν λήψεται θεσπισμάτων.
Κτίσει δὲ χώραν 3 ἐν τόποις βορειγόνων
Ὑπὲρ λατίνυς δαυνίυς τ' ᾠκισμένην,
Πύργυς τριάκοντ' ἐξαριθμήσας γονὰς 4
Συὸς κελαινῆς 5, ἣν ἀπ' ἰδαίων λόφων
Καὶ δαρδανείων, ἐκ τόπων ναυσθλώσεται
Ἰσηρίθμων θρέπτειραν ἐν τόκοις κάπρων.

Ἧς

[a] al. ῥάκηλον.
[b] ἀλμωπίας. Cant.
[c] al. παλιμπλανήτῃ.
[d] al. ἀγύλλης.
[e] al. ἐριμνήσας

Rhaecelon urbem qui prius veniens colet
Ciſſi ad ſupremum culmen, & Laphyſtias
Cornu rigentes feminas: Halmopia
Rurſum exeuntem quem manet Turrenia,
Tepente Lynceus & redundans agmine,
Et Piſa pecoroſa atque Agylles paſcua:
Miſcebit hoſtis quocum amicum exercitum,
Adigens ſacramento atque ſuppliciis [a] precum,
Erro latentes pumilus ruſpans vias
Terrae mariſque: tum ſimul nati duo
Myſos regentis (cuius avertit deus
Vitiſator haſtam, membra vineto implicans)
Tarchonque tum Turrenus, immanes lupi,
Sanci ferentes Herculis primordia.
Vbi refertam gliſceram [b] menſam dapum
Tandem voratam conſpicatus adſeclis,
Oraculorum fiet antiquum memor,
Pinguique ſub Aboriginum ſolo ſtruet
Vltra Latinos atque Daunios ſitas
Turres, alumnis fabricans numero pares
Scrofae nigellae, quam ab Idaeis iugis
Et Dardaneis collibus ductam avehet,
Quae tot nutrivit his pares numero ſacres:

In

[a] ſupplicationibus. Feſt.
[b] creſcentem. Feſt.

---

mnium prudentiſſimum, ut Hectorem fortiſſimum memorant, unde & ille populi Troiani mens, hic manus eſt nuncupatus. Auctor Philoſtratus ἡρωϊκοῖς.

1 Τάρχων τε ϗ τυρσηνὸς) Virgilius AEneida VIII.

Haud procul hinc Tarco & Tyrrheni tuta tenebant
Caſtra locis, celſoque omnis de colle videri
Iam poterat legio, & latis tendebat in arvis.

2 Ἔνθα τράπεζαν) Praedicuntur haec ab Harpyia Virgiliana AEneid. lib. I.

Italiam curſu petitis, ventiſque vocatis
Ibitis Italiam, portuque intrare licebit,
Sed non ante datam cingetis moenibus urbem,
Quam vos dira fames noſtraeque iniuria caedis
Ambeſas ſubigat malis adſumere menſas.

Alii haec ad oraculum referunt, cuius & meminit Strabo lib. XIII. ubi inter cetera ſic inquit. Ἔνθεν δ' εἰς τὴν Λατίνην ἐλθόντα μᾶναι κατά τι λόγιον τὸ κελεῦον μένειν ὅπυ ἂν τὴν τράπεζαν καταφάγοι. συμβῆναι δ' ἐν τῇ Λατίνῃ περὶ τὸ Λαουίνιον τῦτο, ἄρτυ μεγάλυ τεθέντος ἀντὶ τραπέζης κατὰ ἀτερίαν (malim ἀπορίαν) ϗ ἅμα ἀναλωθέντος τοῖς ἐπ' αὐτῷ κρέασιν. Varro Divinarum lib. II. dicit eos a Iove Dodonaeo oraculum accepiſſe. Vide Servium, & Dionyſium Halicarnaſſ. lib. I.

3 Κτίσει δὲ χώραν) Aborigines gens Italiae antiquiſſima, teſte Feſto. Videndi Dion. Halicarn. lib. I. & Saluſtius in Catilinariae coniurationis deſcriptione. Tria vero Aboriginum genera fuiſſe perhibentur. Vnum, cuius hic mentio. Secundum ante hoc in magna Graecia, quod e montibus Arcadiae una cum Oenotrio venit. Tertium aureo ſeculo extitit. Quo autem anno AEneas poſt dirutam Troiam in Italiam venerit, non eadem eſt omnium opinio. Manethon tertio anno id factum exiſtimat. Clemens Alexandrinus ςρωμ. I. id in decimum annum reiicit.

4 Πύργυς τριάκοντ' ἐξαριθμήσας γονὰς) Non poſſum hoc loco ſequi ineptiſſimam interpretationem ineptiſſimi Scholiaſtae quem doleo ſequutum adhuc aliquot locis doctiſſimum Canterum. Certe aut ego longe fallor, aut voluit Lycophron dicere AEneam Albae in muris triginta turres aedificaturum ad numerum totidem porcellorum. Veteres namque, quo munitiores urbes forent, turres in muris extruebant. Fl. Vegetius de Re militari lib. IV. cap. II. *Ambitum muri directum veteres ducere noluerunt, ne ad ictus arietum eſſet diſpoſitus, ſed ſinuoſis anfractibus iactis fundamentis clauſere urbes, crebrioreſque turres in ipſis angulis ediderunt.* Servius AEneid. IX. *Turres eſſe ad munitionem civitatum & in ſecundo legimus. Sed hae plerumque mobiles ſunt, plerumque fixae. Fixae:* (nam haec vox repetenda) *ut in ſecundo, Turres ac tecta domorum: Mobiles, ut in duodecimo meminit.* Iſidorus Orig. lib. XV. cap. II. *Murus autem turribus propugnaculiſque ornatur.* Theodoretus de Provid. Dei Orat. IV. Σὺ μόνος ἐξ ἁπάντων τῶν ζώων πόλεις εἰς κάλλος ᾠκοδόμησας, ϗ πύργοις, καὶ περιβόλοις ὠχύρωσας. Ovidius in Heroidum epiſtolis.

Ilion adſpicies, firmataque turribus altis
Moenia.

Auſonius.

Quadrua murorum ſpecies, ſic turribus altis
Ardua ut aerias intrent faſtigia nubes.

Vide item initium ἀλεξιφαρμάκων Nicandri: Polluci etiam lib. I. cap. X. turres inter muri partes numerantur. Itaque hac in re deprecatore nihil opus habebat Lycophron.

5 Συὸς κελαινῆς) Vnde defendi poſſit ingenue fateor me neſcire, quum dicat Propertius lib. IV. eleg. I.

——— *albae ſuis omine natam.*

Albam, qua de re praeter alios vide Varronem de L. L. Sed ſine mundo ad immunditiem eius animalis reſpexerit, namque

——— *amica luto ſus*

ait Flaccus.

In urbe cuius ponet una imaginem
Sigillo aheno, delicosque grundules.
Et aede structa Myndiae Pallenidi,
Delubra ponet patriorum praestitum,
Quae sola, spreta uxore, spretis liberis,
Aliisque copum [a] rerum opimitatibus,
Tandem senili cum parente praeferet
Velans amictu, cum canes duellici
In cuncta spolia sortientes patriae,
Soli huic ab ipsis aedibus praedam offerent
Et munus exspectare quod cordi fuat.
Sic visus etiam perduellibus pius,
Multum cluentem laude belli patriam
Recidivam & ipsam deseret nepotibus
Vrbem, suprema iuxta Circaei iuga,
Et trux Maricae [b] littus, atque Argus ratis,
Phorcae paludis Marsionidis lacum,
Titoniumque flumen, arcanis humum
Rimans opertas in vias canalibus,
Cacumen & Zosterium, qua virginis
Funae Sibyllae scrupeum specus patet,
Pendente tofi fornicatum pumice.

Tot

[a] copiosarum.
[b] Circos.

Ἧς καὶ πόλει δείκηλον 1 ἀνθήσει μιᾷ
Χαλκῷ τυπώσας, καὶ τέκνων γλαγοτρόφων.
Δείμας δὲ σηκὸν μυνδίᾳ [a] παλληνίδι,
Πατρῷ' ἀγάλματ' ἐγκατοικιεῖ θεῶν,
Ἃ δὴ παρώσας καὶ δάμαρτα καὶ τέκνα,
Καὶ κτῆσιν ἄλλην ὀμπνίαν κειμηλίων,
Σὺν τῷ γεραιῷ πατρὶ πρεσβιώσεται,
Πέπλοις περισχὼν 2, ἡμος αἰχμηταὶ κύνες
Τὰ πάντα πάτρας συλλαφύξαντες πάλῳ,
Τούτῳ μόνῳ πόρωσιν αἵρεσιν 3, δόμων
Λαβεῖν ὃ χρήζει, κἀπενέγκασθαι δάνος.
Τῷ καὶ παρ' ἐχθροῖς εὐσεβέστατος κριθεὶς,
Τὴν πλεῖστον ὑμνηθεῖσαν ἐν χάρμαις πάτραν
Ἐν ὀψιτέκνοις ὀλβίαν δομήσεται
Τύρσιν μακεδνὰς ἀμφὶ κιρκαίου νάπας,
Ἀργοῦς τε κλεινὸν ὅρμον αἰήτην μέγαν,
Λίμνης τε Φόρκης μαρσιωνίδος ποτὰ,
Τιτώνιόν τε χεῦμα, τοῦ κατὰ χθονὸς
Δύνοντος εἰς ἄφαντα κευθμῶνος βάθη.
Ζωστηρίου τε κλιτὺν, ἔνθα παρθένου 4
Στύγνον σιβύλλης ἐστὶν οἰκητήριον
Γρώνῳ βερέθρῳ συγκατηρεφὲς στέγης.

Τοσαῦ-

[a] al. μυδίᾳ

1 Ἧς καὶ πόλει δείκηλον) Varro de Re Rust. lib. II. cap. IV. *Illud antiquissimum fuisse scribitur, quod sus AEneae Lavinii triginta porcos peperit albos, itaque quod portenderit factum, triginta annis, ut Lavinienses conderent oppidum Albam. Huius suis, ac porcorum etiam nunc vestigia adparent. Namque simulacra eorum aenea etiam nunc in publico posita, & corpus matris ab sacerdotibus, quod in salsura fuerit, demonstratur.*

2 Πέπλοις περισχὼν) Vocat πέπλους velamenta, quibus opertos deos penates Troia exstulit AEneas. Fuere autem ea velamenta linea: nam lanea, ut impuriora & profana, adhibere nefas. Testis insignitus Apuleii locus.

——— πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Qui est in Apologia. *Etiamne* (inquit) *cuiquam mirum videri potest, quum sit ulla memoria religionis, hominem tot mysteriis Deum conscium, quaedam sacrorum crepundia domi adservare? atque ea lineo texto involvere, quod purissimis est rebus divinis velamentum? Quippe lana, segnissimi corporis excrementum, pecori detracta, iam inde Orphei, & Pythagorae scitis, profanus vestitus est. Sed enim mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modo indutui, & amictui sanctissimis AEgyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur.*

3 Τούτῳ μόνῳ πόρωσιν αἵρεσιν) Quum expugnata esset Troia, Graeci miserati victorum sortem, unicuique ingenuo Troiano permiserunt, ut unum quod vellet auferret; AEneas vero posthabitis omnibus solos deos penates quum exportaret, miratique Graeci secundum quidpiam auferre iuberent, patrem Anchisen senio confectum humeris impositum efferebat, quo conspecto magis mirati Graeci potestatem ei fecerunt auferendi quaecumque vellet. AElianus ποικ. ἱστορ. lib. III. Ὅτε ἑάλω τὸ ἴλιον, οἰκτείραντες οἱ ἀχαιοὶ τὰς τῶν ἁλισκομένων τύχας, καὶ πάνυ ἑλληνικῶς τοῦτο ἐκήρυξαν, ἕκαστον τῶν ἐλευθέρων ἓν ὅτι καὶ βούληται τῶν οἰκείων ἀποφέρειν ἀράμενον. ὁ οὖν αἰνείας τοὺς πατρώους θεοὺς βαστάσας ἔφερεν. ὑπεριδὼν τῶν ἄλλων. ἡσθέντες οὖν ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς εὐσεβείᾳ οἱ ἕλληνες, καὶ δεύτερον αὐτῷ κτῆμα συνεχώρησαν λαβεῖν, ὁ δὲ τὸν πατέρα πάνυ σφόδρα γεγηρακότα ἀναθέμενος ὤμοις ἔφερεν. ὑπερεκπλαγέντες οὖν καὶ ἐπὶ τούτῳ οὐχ ἥκιστα, πάντων αὐτῷ τῶν οἰκείων κτημάτων ἀπέστησαν. Xenophon initio Cynegetici. Αἰνείας δὲ σώσας μὲν τοὺς πατρώους καὶ μητρώους θεοὺς, σώσας δὲ καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα, δόξαν εὐσεβείας ἐξηνέγκατο, ὥστε καὶ οἱ πολέμιοι μόνῳ ἐκείνῳ ὧν ἐκράτησαν ἐν Τροίᾳ, ἔδοσαν μὴ συληθῆναι.

4 Ἔνθα παρθένου) De Sibyllae antro ita Aristoteles lib. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. Ἐν τῇ Κύμῃ τῇ περὶ Ἰταλίαν δείκνυταί τις, ὡς ἔοικε, θάλαμος κατάγειος Σιβύλλης τῆς χρησμολόγου, ἣν πολυχρονιωτάτην γενομένην, παρθένον διαμεῖναί φασιν, οὖσαν μὲν Ἐρυθραίαν, ὑπό τινων δὲ τὴν Ἰταλίαν κατοικούντων, Κυμαίαν, ὑπὸ δέ τινων, Μελάγκραιναν καλουμένην. Graphice vero depingit antrum Lycophron istis versibus,

Στυγνὸν σιβύλλης ἐστὶν οἰκητήριον
Γρώνῳ βερέθρῳ συγκατηρεφὲς στέγης.

Virgilius AEneid. lib. XI.

——— *horrendaeque procul secreta Sibyllae,*
Antrum immane petit. ———

Melius Agathias Hist. lib. I. Ἐν τῷ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τοῦ λόφου τετραμμένων ἀγκῶνι, ἄντρόν τι ὕπεστι ἀμφηρεφές τε καὶ γλαφυρώτατον, ὡς ἄδυτά τε ἔχειν αὐτόματα, καὶ κύτος εὐρὺ καὶ βαραθρῶδες, ἐνταῦθα δὲ πάλαι φασὶ τὴν σίβυλλαν τὴν πάνυ τὴν ἰταλὴν ἐνδιαιτωμένην, φοιβόληπτόν τε εἶναι καὶ ἔνθουν, καὶ προαγορεύειν τὰ ἐσόμενα τοῖς πυνθανομένοις. λέγεται δὲ καὶ αἰνείαν ποτὲ τοῦ ἀγχίσου αὐτοῦ ἀφικόμενον ἅπαντα οἱ τὴν σίβυλλαν φάναι, τὰ ὕστερον ξυνηνεχθέντα. Invenio quoque proprium Sibyllae huius nomen Phoemonoe fuisse. Servius AEneid. III. *Virgo vero* (de Sibylla hac Cumaea ei sermo) *Phemonoe dicta est: nam Sibylla adpellativum nomen, adeo ut Varro quot Sibyllae fuerint scripserit. Sibylla autem dicitur omnis puella, cuius pectus numen recipit.*

Τοσαῦτα μὲν δύσλητα πείσονται κακὰ
Οἱ τὴν ἐμὴν μέλλοντες ἀϊστώσειν [a] πάτραν.
Τί γὰρ ταλαίνη μητρὶ 1 τῇ [b] προμηθέως
Ξυνὸν πέφυκε, καὶ τροφῷ σαρπηδόνος,
Ἃς πόντος ἕλλης, καὶ πέτραι συμπληγάδες 2,
Καὶ σαλμυδισσὸς, καὶ κακόξεινος κλύδων 3
Σκύθαισι γάτων καρτεροῖς εἴργει πάγοις,
Λίμνην τε τέμνων ταναῖς ἀκραιφνὴς μέσην
Ῥοίθροις ὀρίζει, προσφιλεστάτην βροτοῖς
Χίμετλα [c] μαιώταισι θρηνοῦσι ποδῶν.
Ὄλοιντο αὗται πρῶτα καρνῖται κύνες,
Οἳ τὴν βοῶπιν 4 ταυροπάρθενον κόρην,
Λέρνης ἀνηρέψαντο φορτηγοὶ λύκοι,
Πλάτιν [d] πορεῦσαι κῆρα μεμφίτῃ πρόμῳ.
Ἔχθρας δὲ πυρσὸν ἦραν 5 ἠπείροις διπλαῖς.
Αὖθις γὰρ ὕβριν τὴν βαρεῖαν ἁρπαγῆς
Κούρητες ἀντίποινον ἰδαῖοι κάπροι
Ζητοῦντες, αἰχμάλωτον ἤμπρευσαν πόριν
Ἐν ταυρομόρφῳ 6 τράμπιδος [e] τυμπώματι

[a] al. ἀϊστῶσαι.
[b] al. τοῦ.
[c] al. χίμαιθλα.
[d] al. πλάτιν πειρᾶσι.
[e] al. τυπώματι.

Σαρα-

Tot exsecranda tanta perferent mala,
Meae parabunt qui ruinas patriae.
Quid enim parenti maximi Promethei
Commune magni matre cum Sarpedonis,
Quas pontus Helles, quas petrae Symplegades,
Quas Salmydissus, quas inhospitus liquor
Scythis propinquus rupium arcet obice,
Tanaisque nullo gurgitum contagio
Mediam paludem dissecans, gratam incolis
Algum [a] & pedarum perniones flentibus.
Vt primo pereant Carnii nautae canes,
Qui fronte roba [b] tauriformem virginem
Rapuere Lernes institores improbi,
Sponsam ruinas ferre Memphiti duci,
Odii moventes signa utrique littori.
Namque & rapinae contumeliam gravem
Florentis Idae expostulantes incolae
Curetes, extulere captivam bovem
Paronis intra taurifrontis alveum

[a] frigus.
[b] rufa. lect.

Ad

1 Τί γὰρ ταλαίνη μητρὶ) Virgilius AEneid. lib. x.

— quae caussa fuit consurgere in arma
Europamque Asiamque, & foedera solvere furto?

Promethei matrem Asiam, Sarpedonis Europam intellige. Sunt etiam qui Prometheum Iunonis & Eurymedontis gigantis F. faciant.

2 Καὶ πέτραι συμπληγάδες) Symplegades saxa notissima. Pindaro πέτραι σύνδρομοι dicuntur Pythion. Od. IV. Theocritus.

——— πέτρας ἃς ἐν ξυνιούσας,

adpellavit Διοσκούροις. Iuvenalis Sat. xv.

——— *concurrentia saxa Cyaneis.*

Euripidis Scholiastes Medea. Ἐρατοσθένης ἐν γηωγραφουμένοις φησὶ τὸν πλοῦν στενὸν εἶναι καὶ σκολιον, δι' οὗ φαντάζεσθαι τοὺς πλέοντας τὴν ἀπόκλεισιν τῶν πετρῶν.

3 Κακόξενος κλύδων) Pontum Euxinum intellige, cuius elegans illa periphrasis apud AEschylum.

Ἐχθρόξενος ναύτῃσι μητρυιὰ νεῶν.

Hic olim ex accolarum ferocitate Axenus, post commercio aliarum gentium ea mollita Euxinus dici coepit, ut ait Pomp. Mela libro I. cap. XIX. Ovidius Trist. elegia IV. lib. IV.

Frigida me cohibent Euxini littora ponti,
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Strabo quoque lib. VII. refert καλεῖσθαι ἄξενον διὰ τὸ δυσχείμερον, καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν. καὶ μάλιστα τῶν σκυθῶν ξενοθυτούντων. καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων, ὕστερον δὲ εὔξεινον κεκλῆσθαι τῶν ἰώνων ἐν τῇ παραλίᾳ πόλιν κτισάντων. Apollonii Scholiastes libro II. (Ἄξεινον) τὸν εὔξεινον πόντον φησὶν, οἱονεὶ κακόξενον. τοῦ α σημαίνοντος τὸ κακόν. πρότερον δὲ μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ λῃστῶν περιοικούμενος ἄξεινος ἐκαλεῖτο. καθαρθεὶς δὲ εὔξεινος τὸ μετὰ ταῦτα ἐκλήθη. Vide Ammianum Marcellinum lib. XXII.

4 Οἳ τὴν βοῶπιν) Io designatur, quae βοῶπις, & ταυροπάρθενος, quia in bovem mutata metamorphosi notissima. Hinc ἐν παρόδῳ adrepta occasione emendabimus Arnobium lib. I. *Templa felibus, scarabeis, & bucculis sublimibus sunt elata fastigiis.* Scribe *buculis*, & intellige Isidem (quae Io ante) & Apim, quibus, si voles, adiicies Venerem, quae ab iisdem bovis effigie culta. Quam emendationem meam eo libentius posui, quod summo viro Ios. Scaligero probaretur.

5 Ἔχθρας δὲ πυρσὸν ἦραν) Videtur adludere ad priscum illum vetustae militiae morem, nam ante inventum tubae usum incensis facibus acies instructas praeibant, quibus utrimque coniectis manus conserebant. Euripidis Scholiastes Phoenissis. Ἐχρῶντο κατὰ τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἀντὶ σαλπιγγῶν πυρφόροις. οὗτοι δὲ ἱεροὶ ἦσαν ἄρεως, ἑκατέρας στρατιᾶς προηγούμενοι μετὰ λαμπάδος, ἣν ἀφιέντες εἰς τὸ μεταίχμιον ἀνεχώρουν ἀκίνδυνοι. καὶ οὕτως συνέβαλλον αἱ στρατιαί. Hinc Statius Thebaid. IV.

Prima manu rutilam de vertice Larissaeo
Ostendit Bellona facem. ———

Claudianus lib. I. De Raptu Proserpinae.

Tisiphone quatiens infausto lumine pinum
Armatos ad castra movet pallentia manes.

Petronius.

——— *atque inter toto laceratam pectore vestem*
Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.

Erant autem isti πυρφόροι in tutela Martis, ideoque eos nefas occidere. Hinc natum proverbium de strage maxima, Οὐδὲ ὁ πυρφόρος ἐσώθη. Vt autem Lycophron ἔχθρας πυρσὸν dixit, ita Pindarus ὕμνων πυρσὸν Isthmionic. Ode IV.

Προφρόνων μοισᾶν τύχοιμεν
Κεῖνον ἅψαι πυρσὸν ὕμνων.

ubi malim κλεινὸν legere.

6 Ἐν ταυρομόρφῳ) Tradit raptam Europam navi tauriformi, alii navi, cuius in puppi pictus fuerat taurus, alii legione militari, quae in signis tauri insigne gestabat, alii a tauro in quem Iupiter mutatus, ob quod & ταῦρος Gregor. Nazianzeno nuncupatur. Vide Dionys. Nonni lib. I. & εὐρώπην Moschi. Et Europae imaginem tauro insidentis ex aere sculpsit Tarenti Pythagoras quidam, teste Varrone lib. IV. De LL. Alii tradunt taurum hunc huma-

Ad sancta templa coniugem Saraptiam
Dictaea Cretes Stellioni principi.
Nec visi habere sat, ferentes par pari,
Ductore Teucro sed rapacem exercitum
Teucri Scamandro cum parente Draucio
Misere ad alma Bebrycum novalia,
Bellum ferentes muribus: quorum satu
Generis creasti, Dardane, auctores mei,
Ducens puellam Cressam, Arisbam nobilem.
Secundo item misere furaces lupos,
Vt uniplotio vellus avertant duci,

Ser-

Σαραπίαν [a] δικταῖον εἰς ἀνάκτορον
Δάμαρτα κρήτης ἀςέρῳ ςρατηλάτῃ 1.
Οὐδ' οἵ γ' ἀπηρκέσθησαν ἀντ' ἴσων ἴσα
Λαβόντες, ἀλλὰ κλῶπα σὺν τεύκρῳ ςρατὸν
Καὶ σὺν σκαμάνδρῳ δραυκίῳ φυτοσπόρῳ
Εἰς βεβρύκων ἔςειλαν οἰκητήριον
Σμίνθοισι δηρίσοντας 2, ὧν ἄπο σπορᾶς
Ἐμοὺς γενάρχας ἐξέφυσε δάρδανος,
Γήμας ἀρίσβαν 3 κρῆσσαν εὐγενῆ κόρην.
Καὶ δευτέρους ἔπεμψαν ἅρπαγας λύκους
Τάγῳ μονοκρήπιδι κλήψοντας νάκην 4

Δρα-

humano fuisse sensu praeditum, & a Neptuno Iovi donatum, quod μυθοδέςερον, quam ut credi debeat. Iulius Pollux [lib. I. capit. IX. Ἐςὶ δέ τινα πλοῖα λύβια, λεγόμενα κριοὶ καὶ τράγοι (malim ταῦροι) ὡς εἰκάζειν ὅτι τοιοῦτον ἦν πλοῖον καὶ ὁ ταῦρος ὁ τὴν εὐρώπην ἀγαγών. Festus. *Europam tertiam orbis partem ab Europa Agenoris filia certum est adpellari. Sed alii de amore Iovis in taurum versi narrant, alii eam a praedonibus raptam, & navem, quae Iovis tutelam effigiem tauri habuerit, in eam regionem esse delatam. Quidam ob pulcritudinem regionis per simulationem raptae filiae occupatam.* Quae corrupta, Galliarum ille Sol, Iosephus Scaliger sic emendabat, *& n. quae Iovis tutelam effigie tauri habuerit.* Visum aliter amicissimo meo amico P. Scriverio, qui legit, *& navem quoius tutela effigiem tauri habuerit*; & addit Isidori verba ex Originum lib. VIII. de Iove. *Impudicus in extraneis, quem modo Taurum fingunt, propter Europae raptum, fuit enim in navi cuius insigne erat taurus.* Sed quod Festus de Tutela scribit, placet. Nam *Tutela* Latinis est, quod νηὸς παράσημον Graecis, πάταικος Phaenicibus. Solebant enim in navium puppibus deos pingere, in quorum tutela eas esse volebant. Isaacius Tzetzes. Αἱ πρύμναι τῶν πλοίων τῶν βαρβαρικῶν καὶ ςρατιωτικῶν θεοὺς γεγραμμένους εἶχον, ἃ δι' εὐσέβειαν οὐκ ἄν τις ἔκαυσε. Homeri interpres Iliad. IX. Ἐπὶ τῶν ἀκροςολίων ἦσαν ἀγάλματα καὶ εἰκόνες θεῶν. Seneca epist. LXXVII. *Navis bona dicitur non quae pretiosis coloribus picta, nec cui argenteum rostrum est, nec cuius tutela ebore celata est.* Ovidius Trist. elegia IX. lib. I.

Est mihi, sitque precor, flavae tutela Minervae
Navis, & a picta casside nomen habet.

& in Heroidum epistolis.

Addimus antennas, & vela sequentia malos,
Accipit & pictos puppis adunca Deos.

& alibi,

——— *pictos verberat unda Deos.*

Apud Horatium:

Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit. ———

Hinc capiendus Valerius Flaccus lib. VIII.

Puppe procul summa vigilis post terga magistri,
Haeserat auratae genibus Medea Minervae.

Persius Sat. VI.

——— *iacet ipse in littore, & una*
Ingentes de puppe Dei. ———

Vocat *puppim Dei*, quae imaginem Dei cuiusdam pictam habebat. Philostratus ἡρωϊκοῖς hanc navium picturam κόσμον videtur adpellare.

1 Ἀςέρῳ ςρατηλάτῃ) Malim ἀςερίῳ, ut sit anapaestus, vel συνίζησις, quales apud Poetas frequentes. Asterius autem Cretae rex postea Europam uxorem accepit. Etymologici Auctor in Μίνως eum Asterionem nuncupat, ut etiam Apollodorus lib. I. quod autem de Iove etiam intelligi posse scribat cum Scholiaste Canterus, id mihi probari non potest.

2 Σμίνθοισι δηρίσοντας) Historiam hanc omnem plene narrat Homeri Scholiast. Iliad. ά. his verbis: Κρῆτες ἀποικίαν ςέλλοντες χρησμὸν ἔλαβον παρὰ τοῦ ἀπόλλωνος, ὅπου αὐτοῖς ἐναντιωθῶσι γηγενεῖς, ἐκεῖ κτίσαι τὴν πόλιν. οἱ δὲ ἀπέςειλαν τοὺς ἀποίκους. ἐλθόντων δὲ εἰς τὸν ἑλλήσποντον καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης, μύες ἔκοψαν τοὺς τελαμῶνας τῶν ὅπλων. πρωῒ δὲ ἀναςάντες καὶ θεασάμενοι τοῦτο σοφισάμενοί τε κατ' ἑαυτοὺς, ἔκτισαν ἐκεῖ πόλιν ἥν τινα καὶ ἐκάλουν σμινθίαν. οἱ γὰρ κρῆτες τοὺς μύας σμίνθους καλοῦσιν. Vide Strabonem lib. XIII.

3 Γήμας ἀρίσβαν) Adtingit historiam Dardani, qui e Samothrace in Phrygiam veniens Teucri filiam Arisben, quam Bateam alii vocant, uxorem accepit. Stephanus. Κεφάλων δέ φησιν ὅτι Δάρδανος ἀπὸ Σαμοθράκης ἐλθὼν εἰς τὴν Τρωάδα, τὴν Τεύκρου τοῦ κρητὸς θυγατέρα ἐγάμει Ἀρίσβην. Ἑλλάνικος δὲ Βάτειαν αὐτήν φησιν. Ita enim emendo eum locum; male hodie Ἄτειαν. Arisbae a Priamo ductae meminit, & Servius AEneid. II.

4 Κλέψοντας νάκην) De Argonautis ad aureum vellus petendum proficiscentibus Orpheus, Apollonius, Pindarus Pythion. Od. IV. Didymus ad Od. II. Valerius Flaccus, & Dares initio libri de Troiae excidio. Suidas hanc historiam [sive potius commentum] deaureo vellere allegorice intelligendam ait de arte illa, quam Χεμεῖαν Graeci vocant, aitque abstulisse Iasonem regi Colchorum librum in membrana pellicea scriptum de conficiendo per Χεμεῖαν auro. Strabo lib. X. ait ex Caucaso monte fontes multos manare, qui habeant aureas arenas, quas accolae villosis pellibus in aquam positis colligant, atque inde natam fabulam. Verba eius haec sunt. Παρὰ τούτοις [de Colchis loquitur] δὲ λέγεται καὶ χρυσὸν καταφέρειν τοὺς χειμάῤῥους, ὑποδέχεσθαι δ' αὐτὸν τοὺς βαρβάρους φάτναις κατατετριμμέναις, καὶ μαλλωταῖς δοραῖς ἀφ' οὗ μεμυθεῦσθαι καὶ χρυσόμαλλον δέρας. Videndus quoque Apollonii Scholiast. lib. I. & Higynus fab. CLXXXVIII.

Δρακοντοφρούροις ἐσκεπασμένην σκοπαῖς 1.	Servabat acri quod draco custodia:
Ὅς εἰς κυταίαν τὴν λιγυστικὴν μολὼν,	Qui quum Cytaeam venerit Libysticam,
Καὶ τὸν τετράπηχυν ὕδρον εὐνάσας θρόνοις,	Et quadrinarem sopiens ossa boam,
Καὶ γυῖα ταύρων βαστάσας πυριπνόων	Vomentium ignes presserit dentalia
Ἄροτρα, κ λέβητι δαιτρευθεὶς δέμας 2,	Vrua [a] italorum, elixus immiti rogo,
Οὐκ ἀσμένως ἔμαρψεν ἐρράου σκῦτος,	Non abstulit libenter aruigi cutem,
Ἀλλ' αὐτόκλητον 3 ἁρπάσας κεραΐδα,	Sed & bidentem sponte sectantem auferens,
Τὴν γνωτοφόντιν 4 κ τέκνων ἀλάστορα 5,	Germanicidam, pestitatem liberum,

[a] Brum. sest

Εἰς ... Picae

1 Δρακοντοφρούροις ἐσκεπασμένην σκοπαῖς) Solebant olim ad thesaurorum custodiam dracones adhiberi. Festus. *Dracones dicti* ἀπὸ τοῦ δρακεῖν, *quod est videre, clarissimam enim habere dicuntur oculorum aciem, qua ex caussa incubantes eos thesauris custodiae caussa finxerunt*. Philostratus senior εἰκόνων lib. II. Τὸν δὲ περίπλεων κολωνὸν τοῦτον οἰκεῖ δράκων, πλούτου τινὸς φύλαξ, ὃς ὑπὸ τῇ γῇ κεῖται. τοῦτο γὰρ λέγεται τὸ θηρίον εὔνουν τε εἶναι τῷ χρυσῷ, καὶ ὅτι ἴδῃ χρυσοῦν, ἀγαπᾶν, κ θάλπειν. τό τοι κῴδιον τὸ ἐν κόλχοις, καὶ τὰ τῶν ἑσπερίδων μῆλα, ἐπειδὴ χρυσᾶ ἐφαίνετο, δίττω ἀΰπνω ξυνέχον δράκοντε, καὶ ἑαυτοῖν ἐποιοῦντο. Artemidorus libro III. cap. XIII. Καὶ πλοῦτον (ὁ δράκων σημαίνει) κ χρήματα, διὰ τὸ ἐπὶ θεσαυροὺς ἱδρύεσθαι. Vide Macrob. Sat. lib. I. cap. XX.

2 Καὶ λέβητι δαιτρευθεὶς δέμας) Medea [ut ait Mytholog. lib. II. Fulgentius] eius naturae florem invenit, qui capillos albos, nigrosve, faciendi potestatem habebat, quo omnibus a canitie liberari volentibus capillos nigros adparere fecit. Invenit quoque prima lavacri cuiusdam calidi usum vim medicam habentis, quo volentibus omnibus medebatur, atque haec quidem non in publico, sed clam agebat, ne quis medicorum talia addisceret: haec vero compositio, qua utebatur, παροψὶς dicebatur. Quicumque igitur hac paropsi utebantur agiliores prorsus, sanioresque fiebant. Ex hoc Medeae praeparationem hanc quicumque videbant, lebetes scilicet, lignum, & ignem, homines elixando a Medea coqui existimabant.

3 Ἀλλ' αὐτόκλητον) Vide hac de re Val. Flaccum lib. VIII. Argonaut. & Ovidium Metamorph. lib. VII. Ovem vero vocat, quod luctus caussa patri exstiterit. Huc pertinent illa Artemidori lib. I. cap. LXXII. Προβάτεια μὲν [κρέα] πᾶσιν ἄτοπα, κ πένθος οἰκεῖον σημαίνει, ἔστι δὲ τὰ πρόβατα οὐδὲν ἄλλο ἢ ἄνθρωποι.

4 Τὴν γνωτοφόντιν] Ovem fratricidam adpellat Medeam, quae fratrem Absyrthum iuxta Phasidem fluvium discerpsit; qua de re reperiuntur antiqui illi versus apud Ciceronem lib. III. De Nat. Deorum.

——— postquam pater
Adpropinquat, iamque paene ut comprehendatur parat,
Puerum interea obtruncat, membraque articulatim dividit,
Perque agros passim dispergit corpus, idque ea gratia,
Vt dum nati dissipatos artus captaret parens,
Ipsa interim effugeret; illum ut maeror tardaret sequi,
Sibi salutem ut familiari pareret parricidio.

Ovidius quoque Trist. lib. III. eleg. IX.

Ergo ubi prospexit venientia vela, tenemur,
Et pater est aliqua fraude morandus, ait.
Dum quid agat quaerit, dum versat in omnia vultus,
Ad fratrem casu lumina flexa tulit.
Cuius ut oblata est praesentia, vicimus,
inquit,
Hic mihi morte sua caussa salutis erit.
Protinus ignari. ———

& quae sequuntur. Arrianus, ut & Ovidius loco citato, inde regioni nomen mansisse ait, ibidemque Absyrthi sepulcrum suis etiam temporibus demonstrari solitum. Ὁ δὲ ἄψαρος [inquit] τὸ χωρίον λέγουσιν ὅτι ἄψυρτος ἐκαλεῖτο πάλαι ποτέ, ἐνταῦθα γὰρ τὸν ἄψυρτον ὑπὸ τε μηδείας ἀποθανεῖν. κ τάφος ἀψύρτου δείκνυται. Hyginus fab. XXIII. ab Iasone eum occisum refert, a Medea vero sepultum.

5 Καὶ τέκνων ἀλάστορα] AEgre ferens ab Iasone se repudiatam Medea, Mermerum, & Pheretem filios, quos ex eo susceperat occidit. Vide Diodor. Siculum lib. IV. Apollodorum lib. I. & Hyginum loco citato. Horatius:

Ne pueros coram populo Medea trucidet.

Meminit etiam Theophylactus Simocatus in epistola quadam. Τῆς φονικῆς μηδείας ἀπηνεστέρως ἀπεργάζῃ τοὺς φόνους. παιδοκτόνον ἐκείνην ἐδίδασκεν ἀγνώμων ὁμόζυγος τὴν αἰνετὴν καὶ ἀγώνων τὴν σύμμαχον. Item Dion Prusaeus in Orat. περὶ ἀπιστίας, his verbis. Πόσα δοκεῖς τοῖς θεοῖς τὴν μήδειαν ὑπὲρ τῶν τέκνων εὔξασθαι, ἢ ποσάκις ἀγωνιάσαι νοσούντων, ἢ ποσάκις ἀντ' ἐκείνων αὐτὴν ἂν ἑλέσθαι τελευτᾶν, ἀλλ' ὅμως αὐτόχειρ ἐγένετο. Vide eius imaginem apud Callistratum lib. ἐκφράσεων. Obscure innuit hoc Medeae facinus etiam Virgilius ecloga VIII.

Saevus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus; crudelis tu quoque mater,
Crudelis mater magis, an pater improbus ille?
Improbus ille pater, crudelis tu quoque mater.

Et certe ita bis legere malim, quam *puer*. Nam sine dubio dicere vult eam crudelem esse matrem, quae liberos suos occiderat, & Iasonem improbum patrem, qui Medeam reliquerat, atque ad id facinus compulerat; iudicium esto doctiorum. Sunt qui hoc facinus, non Medeae, sed Corinthiis imputent, & ab Euripide eorum precibus inducto in fabulam relatum, credique coeptum propter Poetae

Picae ad loquacis alveum aurigans tulit,
Humanum ab altis Chaoniticis ionum
Tranſtris loquentis, & peritae currere.
At rurſus antro qui revulſit mulleos,
Amentum & enſis, baltheum, atque enſem patris,
Cui Scyrus olim lacrumoſa funera
Praecipitis infra ſtridulum umbonem iugi
Saltus

Εἰς τὴν λάληθρον κίσσαν 1 ἡρματίξατο
Φθογγὴν ἐδωλίων [a] χαωνικῶν ἄπο
Βροτησίαν ἱεῖσαν ἔμπαιον δρόμων.
Πάλιν δ' ὁ πέτρας 2 ἀσκέρας ἀναρύσας
Καὶ φασγάνε ζωστῆρα 3 κὴ ξίφος πατρὸς,
Ὁ φημίε παῖς, σκῦρος ᾧ λυγρὰς τάφες 4
Κρημνῶν ἔνερθεν αἰγίλιψ 5 ῥοιζεμένων
Πάλαι

[a] al. καονικῶν.

tae auctoritatem. Vnde etiam expiandi criminis cauſſa Medeae filiis, quos ipſi occiderant, poſtea ſacra facere ſoliti fuerunt. AElianus Var. Hiſtor. lib. v. cap. xxi. Λέγει τις λόγος τὴν φήμην τὴν κατὰ τῆς μηδείας ψευδῆ εἶναι, μὴ γὰρ αὐτὴν ἀποκτεῖναι τὰ τέκνα, ἀλλὰ Κορινθίες. τόδε μυθολόγημα τῦτο ὑπὲρ τῆς Κολχίδος, κὴ τὸ δρᾶμα, Εὐριπίδην φασὶ διαπλάσαι δεηθέντων Κορινθίων, καὶ ἐπικρατῆσαι τῦ ἀληθῦς τὸ ψεῦδος διὰ τὴν τῦ ποιητῦ ἀρετήν. ὑπὲρ δὲ τῦ τολμήματός φασι τῶν παίδων μέχρι τοῦ νῦν ἐναγίζεσι τοῖς παισὶ Κορίνθιοι, οἱονεὶ δασμὸν τύτοις ἀποδιδόντες.

1 Λάληθρον κίσσαν) Argo navem intelligit, quae loquacem malum e quercu Dodonaea habuiſſe traditur. Meminerunt huius rei praeter Lycophronem Philoſtratus in Imaginibus, Sophocles Trachiniis, & Apollonius ſaepe. Claudianus in Paneg.

——— rurſuſque loquutae
In te Chaoniae moverunt carmina quercus.

Idem alibi.

——— licet omnia vates
In maius celebrata ferant, ipſamque ſecandis
Argois trabibus iactent ſudaſſe Minervam,
Nec nemoris tantum vinxiſſe carentia ſenſu
Robora, ſed caeſo Tomuri Iovis augure luco,
Arbore praeſaga tabulas animaſſe loquaces.

AEſchylus φιλελευθέροις, citante Philone in tractatu, ubi oſtendit πάντα σπεδαῖον εἶναι ἐλεύθερον.

Πῦ δ' ἐστὶν ἀργῦς ἱερὸν αὐδᾶζον ξύλον;

Orpheus εὔλαλον ἀργὼ, & λάλον τρόπιν adpellat.

2 Πάλιν δ' ὁ πέτρας) AEgeus quum AEthram Pittaei F. gravidam ex ſuo compreſſu reddidiſſet, enſem ei reliquit, & calceos ſub ingenti abditos ſaxo, iuſſitque, ſi filium pareret, & adultus is ſaxum tollere, atque relicta auferre valeret, clam omnes ad ſe mittere, quae poſtea Theſeus adultus nullo negotio perfecit. Plutarchus Theſeo. Συνελθὼν δὲ καὶ γνὺς ἐκεῖνος (Αἰγεὺς) ὅτι πιτθέως θυγατρὶ συγγέγονε, καὶ κύειν αὐτὴν ὑπονοήσας, ἀπέλιπε ξίφος κὴ πέδιλα, κρύψας ὑπὸ πέτραν μεγάλην, ἐντὸς ἔχεσαν κοιλότητα συμμέτρως ἐμπεριλαμβάνεσαν τὰ κείμενα, φράσας δὲ πρὸς μόνην ἐκείνην, κὴ διακελευσάμενος ἂν υἱὸς ἐξ αὐτῦ γένηται, κὴ λαβὼν ἀνδρὸς ἡλικίαν, δυνατὸς ᾖ τὴν πέτραν ἀναστῆσαι κὴ ὑφελεῖν τὰ καταλειφθέντα, πέμπειν πρὸς αὐτὸν μηδενὸς εἰδότος, &c. Etymologici Auctor. Θησεὺς, ὠνομάσθη διὰ τὴν τῶν γνωρισμάτων θέσιν, τῦ τε ξίφυς & τῶν πεδίλων, ὡς ἡ ἱστορία δηλοῖ. Vide & Hygini Mitholog. fabula xxxvii. & Apollodorus extremo tertio [a].

3 Καὶ φασγάνε ζωστῆρα) Solebant olim heroes baltheo adligatos enſes ſuos geſtare. Homeri Scholiaſtes Iliad. γ'. Τὰς ἀσπίδας διὰ τελαμώνων ἐφόρεν, ὡς καὶ τὰ ξίφη. Philoſtratus iunior in Imaginibus. Μαχαίρας δὲ τῶν χειρῶν (forte πλευρῶν) ἐξήρτηνται χρυσᾶς, ἀργυρῶν τελαμώνων κατεχόντων αὐτάς. Circum humeros autem baltheum iſtum geſtabant. Heſiodus ἀσπίδι.

Ὤμοισιν δέ μιν ἀμφὶ μελάνδετον ἄορ ἔκειτο
Χάλκεον ἐκ τελαμῶνος.———

Virgilius extremo xii. AEneid.

——— humero quum baltheus alto
Adparet.———

Inde lib. ix. dixit:

Sic ait illacrimans, humero ſimul exſuit enſem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnoſius, atque habilem vagina aptarat eburna.

Eum etiam Dilimnitarum morem narrat Agathias lib. iii. Ξυστὸς τε γὰρ ἐπιφέρονται κὴ σαρίσσας, κὴ ξίφος ἐκκρεμὲς ἀπὸ τῦ ὤμε.

4 Σκῦρος ᾧ λυγρὰς τάφες] Theſeus quum Athenis δημοκρατίαν induxiſſet, in odium Lyci cuiusdam incurrit, qui etiam tantum effecit, ut urbe ei interdiceretur, quo facto in Scyrum inſulam ad Lycomedem quum demigraſſet, ab eo metuente, ut regni aemulus foret, de ſaxo in mare praecipitatus eſt. Vide Scholiaſten Ariſtophanis ad Plutum, & Plutarchum Theſeo. Tractat & hanc hiſtoriam Heraclides in Comment. περὶ πολιτειῶν. Οὗτος [θησεὺς] ἐλθὼν εἰς σκῦρον ἐτελεύτησεν, ὠθεὶς κατὰ πετρῶν ὑπὸ λυκομήδες φοβηθέντος μὴ σφετερίσαι τὴν νῆσον, quem vide.

5 Αἰγίλιψ) Homeri Scholiaſtes Iliad. ix. interpretatur ὑψηλῆς, recte. Τὴν ἂν κὴ αἲξ ἀπολίπῃ διὰ τὸ ἄγαν ὑψηλὸν κὴ δύσβατον. ἐν γὰρ τοῖς κρημνοῖς αἱ αἶγες ὡς ἐπίπαν νέμονται. Artemidorus lib. ii. cap. xii. Οὐ συναγελάζονται [αἱ αἶγες] ἀλλὰ χωρὶς ἀλλήλων νομεύμεναι κατὰ κρημνῶν καὶ πετρῶν, αὐταί τε πράγματα ἔχεσι, κὴ τῷ ποιμένι παρέχεσιν. Virgilius in Culice.

Propulit e ſtabulis ad pabula laeta capellas
Paſtor, & excelſi montis iuga ſumma petivit.
Lucida qua patulos velabant gramina colles.
Iam ſilvis dumiſque vagae, iam vallibus abdunt
Cor-

[a] Conſule Marti noſtri Theſaurum Tom. I. quem gemma etiam hoc Theſei factum referente, aere inciſo, illuſtravimus. Egregia quoque gemma huius rei teſtis profertur in Romanis Antiquitatibus a *Rodulphin. Venuto* illuſtratis, e Muſeo *Philip. Stoſchii*.

Πάλαι δοκεύει τὰς ἀταρχύτυς ῥιφὰς,
Σὺν θηρὶ βλώξας 1 τῷ ϖάσαντι δηΐας
Μύςῃ τροπαίας μαςὸν εὔθελον θεᾶς
Ζωςηροκλέπτης, νεῖκ@ ὤρινεν διπλῶν
Στόρνην τ' ἀμέρσας 2, κ̀ θεμισκύρας ἄπο
Τὴν [a] τοξόδαμνον νοσφίσας ὀρθωσίαν.
Ἧς αἱ ξύναιμοι ϖαρθένοι [b] νεπτυνίδες 3,
Ἔριν λιπῦσαι λάγμον, ἠδὲ τήλαμον
Καὶ χεῦμα θερμώδοντ@, ἀκταίοντ' ὄρ@,
Ποινὰς ἀθέλκτυς ἁρπαγῆς διζήμεναι,
Ὑπὲρ κελαινὸν ἴςρον ἤλασαν σκύθας
Ἵππυς 4, ὁμοκλήτειραν ἱεῖσαι βοὴν
Γραικοῖσιν ἀμνάμοις τε τοῖς ἐρεχθέως.
Καὶ ϖᾶσαν ἀκτὴν ἐξεπόρθησαν δορὶ,
Τὰς μοψοποιῦς αἰθαλώσασαι γυίας.
Πάππ@ δὲ θρήκης ὑμὸς αἰςώσας ϖλάκα,
Χώραν τ' [c] ἐωρδῶν κ̀ γαλαδραῖον ϖέδον,
Ὅρυς ἔπηξεν ἀμφὶ ϖηνειῦ ποτοῖς,
Στεῤῥὰν τραχήλῳ ζεῦγλαν ἀμφιθὲς ϖέδαις,
Ἀλκῇ νέανδρ@ εὐπρεπέςατ@ γένυς.
Ἥδ' ἀντὶ τύτων τάῤῥοθον βοηλάτην

[a] al. τοξοδάμνου. [b] al. νεπτυνίδες. [c] al. ἰορδῶν & ἰορδῶν.

Saltus parabit insepultos [a], Phemipor,
Mystae comes leonis, hosticae deae
Qui mulsit uber lacteum Feretriae,
Fur balthei litem excitavit duplicem,
Cestum revellens, & Themiscyre inclutam
Arcu potentem Porrimam civem auferens:
Cuius sorores virgines Neptunides
Erim atque Lagmum deserentes, Telamum,
Fluenta Thermodontis atque Actae iuga,
Poenas rapinae quaesitantes asperas,
Istri [b] uls sonantem gurgitem citas equas
Egere, hiantes [c] horritorem oris sonum
Graecis, vetusti filiisque Erechthei.
Omnemque duro Marte vastarunt agrum,
Igne ustulantes patrimonia Mopsopi.
Meusque campos Thraciae populans avus,
Terramque Eordam, tum Galadraeum solum,
Peneum ad amnem panxit arui terminos,
Servile vinclis imprimens collo iugum,
Virtute praestans iuvenis & forma suis.
At haec bubulcum suppetias pro tot malis

[a] P[illegible] [illegible] Marcipor. Fest. [b] Vitra. Cato. [c] Hortatorem. Diomed.

Τὸν Cudo-

Corpora; iamque omni celeres e parte vagantes
Scrupea desertae perrepunt ad cava rupis.

Ovidius quoque in Heroidum epistolis:

—— *amantem saxa capellam.*

adpellat. Hinc & AEgilips dicta. Stephanus. Αἰγίλιψ, ϖλησίον Κροκυλείυ τῆς ἠπείρυ. Ὅμηρος. καὶ κροκύλει ἐνέμοντο, κ̀ Αἰγίλιπα τρηχεῖαν. εἴληχε δέ τὴν ϖροσηγορίαν διὰ τὸ μετρώδη εἶναι καὶ ὑψηλὴν, καὶ ἀπρόσβατον. ubi emendo διὰ τὸ ϖετρώδη εἶναι.

1 Σὺν θηρὶ βλώξας) Herculem puta, cur autem μύςην vocet haec est caussa. Quum Hercules Athenis esset, & iam Eleusinia sacra celebranda instarent, petiisse fertur, ut sibi quoque liceret illis interesse; quum autem nefas esset peregrinum quemquam admitti, nec tamen eum excludere auderent, ut & legi, & eius petitioni satisfieret, alia sacra Eleusinia μικρὰ adpellata in eius gratiam instituerunt, ad quae illum admiserunt. Atque haec caussa, ob quam μύςην hoc loco dicat Lycophron [a].

2 Στόρνην τ' ἀμέρσας) Apollodorus lib. II. ab Hercule haec facta commemorat, non a Theseo, ut Lycophron. Et Apollonius lib. II. Herculi tribuens ita canit.

—— ὅτε δεῦρο δι' ἀσίδ@ ἠπείροιο
Πεζὸς ἔβη, ζωςῆρα φιλοπτολέμοιο κομίζων
Ἱππολύτης. ——

Consentit & Auctor proverbiorum. Plautus Menaechmis.

—— *ab Hippolyta succingulum*
Haud Hercules aeque magno abstulit periculo.

Meminit & Servius AEneid. XI.

3 Παρθένοι νεπτυνίδες) Facit Amazones Neptuni filias. Isocrates in Panegyrico, & Philostratus ἡρωϊκοῖς Martis. His accedit Servius AEneid. XI. *Amazones se parente Marte natas esse gloriari solebant.* Valerius Flaccus lib. IV.

[a] Consule *Eleusinia Meursii Tom. II.*

Proxima Thermodoon hic iam secat arva, memento,
Inclita Amazonidum magnoque exorta Gradivo,
Gens ibi, ——

Et lib. V.

Suevaque Thermodoon medio sale murmura volvens,
Gradivo sacer, & spoliis ditissimus amnis;
Donat equos, donat votas cui virgo secures,
Quum rediit ingenti per Caspia claustra triumpho
Massageten Medumque trahens; est vera propago
Sanguinis, est ollis genitor deus. ——

4 Ὑπὲρ κελαινὸν ἴςρον ἤλασαν σκύθας ἵππυς) Lysias orator tradit Amazonas primas mortalium equis usas fuisse, & roboris periclitandi gratia cum alia loca percurrisse, tum Atticam etiam, in qua aegre tamdem vinci potuerunt. Ad Lycophronis illustrationem pertinent (quamvis de Theseo ne verbum quidem ullum) illa Isocratis in Panegyrico. Ἔτι γὰρ ταπεινῆς ὔσης τῆς ἑλλάδ@ ἦλθον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν θρᾶκες μὲν μετ' εὐμόλπυ τῦ ποσειδῶν@, σκύθαι δὲ μετ' ἀμαζόνων τῶν ἄρεως θυγατέρων. ὐ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἀλλὰ κατ' ὃν ἑκάτεροι τῆς εὐρώπης ἐπῆρχον μισῦντες μὲν ἅπαν τὸ τῶν ἑλλήνων γέν@, & quae sequuntur. Demosthenes etiam tangit ἐπιταφίῳ. Καὶ γὰρ τὸν ἀμαζόνων ςρατὸν ἐλθόντα ἐκράτησαν οὕτως, ὥς' ἔξω φάσιδ@ ἐκβαλεῖν. Possis vero σκύθας ἵππυς etiam naves interpretari, quas illi τῶν ἱππαγώγων τρόπον [ita emendo] ϖοιῦνται, ut ait Philostratus. Gaditani naves minores ἵππυς vocabant, ab equis prorae earum incisis. Vide Strabonem lib. II. Alioquin etiam naves equorum nomine aliquando nuncupari solent, maxime a Poetis. Euripidis Scholiastes Phoenissis. Ἱππεύειν αἱ νῆες δοκῦσιν ὀχήματ@ τρόπον. Phurnutus. Ἵππι@ δὲ [ὁ ποσειδῶν λέγεται] τάχα ἀπὸ τῦ ταχεῖαν τὴν διὰ θαλάττης ὁδὸν εἶναι, καθάπερ ἵπποις ἡμῶν ταῖς ναυσὶ χρωμένων. Artemidorus lib. I. cap. LVIII. Ὅμοιος

δὲ ἐπὶ

Cudonivestem sexque navium ducem
Mittens, ligone cessa fodit moenia.
Eum Moneta vorticordia coetibus
Deum sacrabit, causa princeps luctuum.
Rursus Timolum deserentes voltures
Et Cimpson, aureumque Pactoli sinum,
Et aquas Paludis, cuius in cubilibus
Typhonis uxor aspero toro incubat,
Agyllan Ausonitin intrarunt, gravem
Saevis Liguribus, quique primo Sithonum
Duro gigantum sunt creati sanguine,
Certamen acris conserentes praelii,
Pisamque capiunt, & relinquunt omnia
Praedam duelli iugera, Vmbris finibus
Propinqua & Alpium iugosis arcibus.
Litem supremus torris antiquam excitat,
Olim sepultos ignibus animans rogos,
Postquam Pelasgos haurientes Rhyndaci
Conspexit urnis in peregrinis aquam.
Lymphata at illa efferatis aestubus
Triplamque quadruplamque vindictam inferet,
Magnis ruinis littus adversum impetens.
Aderitque primus hic Iovi Lapersio
Cognominisque & Fulguritor Iuppiter,
Telis Trisulcis hosticas flamans domos:
Quicum ipsa moriar, inque mortuis vagans
Tunc audiam illic illa, quae post eloquar.
Sed & secundus, interemti filius
In rete muti piscis immiti modo,
Terram cremabit hospitem Medici dei
Oraculis cum multilingui exercitu.

At

Τὸν ἐξάπρυμνον 1 στέρφος ἐγχλαινούμενον
Στείλασα, λίστροις αἰπὺν ἤριψεν πάγον,
Τὸν ἡ παλίμφρων γοργὰς 2 ἐν κλήροις θεῶν
Καθιερώσει πημάτων ἀρχηγέτις.
Αὖθις δὲ κίρκοι 3 τμῶλον ἐκλελοιπότες,
Κίμψοντε, καὶ χρυσεργὰ πακτωλοῦ ποτὰ,
Καὶ νᾶμα λίμνης, ἔνθα τυφῶνος δάμαρ
Κευθμῶνος αἰνόλεκτρον εὐδάνει μυχὸν,
Ἄγυλλαν αὐσονῖτιν εἰσεκώμασαν,
Δεινὴν λιγυστίνοισι, τοῖς τ' ἀφ' αἵματος
Ῥίζαν γιγάντων σιθόνων κεκλημένοις,
Λόγχης ἐν ὑσμίνησι μίξαντες πάλην;
Εἷλον δὲ πίσσαν, καὶ δορύκτητον χθόνα
Πᾶσαν κατειργάσαντο τὴν ὄμβρων πέλας,
Καὶ σαλπίων 4 βεβῶσαν ὀχθηρῶν πάγων.
Λοῖσθος δ' 2 ἐγείρει γρυνὸς ἀρχαίαν ἔριν, 2 al. ἐγείρ.
Πῦρ εὖδον ἤδη τοπρὶν ἐξάπτων φλογὶ,
Ἐπεὶ πελασγοὺς εἶδε ῥυνδακοῦ ποτῶν
Κρωσσοῖσιν ὀθνείοισι βάψαντας γάνος.
Ἣ δ' αὖτις οἰστρήσασα τιμωρουμένη,
Τριπλᾶς τετραπλᾶς ἀντιτίσεται βλάβας,
Πορθοῦσα χώρας ἀντίπορθμον ἠόνα.
Πρῶτος μὲν ἥξει ζηνὶ τῷ λαπερσίῳ
Ὁμώνυμος ζεύς, ὃς καταιβάτης μολὼν 5
Σκηπτῷ πυρώσει πάντα δυσμενῶν σταθμά,
Σὺν ᾧ θανοῦμαι, κἀν νεκροῖς στρωφωμένη
Τὰ λοιπ' ἀκούσω ταῦθ', ἃ νῦν μέλλω θροεῖν.
Ὁ δεύτερος δὲ τοῦ πεφασμένου κέλωρ
Ἐν ἀμφιβλήστροις, ἔλλοπος μυνδοῦ δίκην,
Καταιθαλώσει γαῖαν ὀθνείαν μολὼν,
Χρησμοῖς ἰατροῦ σὺν πολυγλώσσῳ στρατῷ.

Τρί-

δέ ἐστι [ὁ ἵππος] καὶ πλοίῳ. ἄλλῃ μὲν γὰρ ἵππους ὁ ποιητὴς τὰς ναῦς εἶπε. καὶ ἡμεῖς δὲ τὸν ποσειδῶνα ἵππιον καλοῦμεν, καὶ ὃν ἔχει λόγον ἐπὶ γῆς ἵππος, τὸν αὐτὸν ἐν θαλάσσῃ ναῦς. Inde apud Plautum Rudente Actu primore. Scena *Qui sunt*.

Nempe equo ligneo per vias caeruleas
Estis vectae. ———

Hinc ναυτίλων ὀχήματα AEschylus προμ. δεσμ.

Θαλασσόπλαγκτα δ' οὔτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ
Λινόπτερ' εὗρε ναυτίλων ὀχήματα.

Theodoretus ὄχημα θαλάττιον De Provid. Dei Orat. IV. Τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῖς ὕδασι τὴν εἰσροὴν ἀποτειχίσας, ὄχημα θαλάττιον τὸ σκάφος ἀπέφηνε. Augustinus *vehicula marina* De Doctr. Christ. lib. I. cap. IV. *Quomodo ergo si essemus peregrini, qui beate vivere nisi in patria non possemus, eaque peregrinatione utique miseri, & miseriam finire cupientes, in patriam redire vellemus, opus esset vel terrestribus, vel marinis vehiculis, quibus utendum esset, ut ad patriam, qua fruendum erat, pervenire valeremus*. Eadem de caussa ναυάγια ἱππικὰ Sophocles ἠλέκτρᾳ.

1 Τὸν ἐξάπρυμνον) Hercules solis sex navibus Troiam coepit. Homericus Tlepolemus Iliad. ε. ita Sarpedonem adfatur.

Ἀλλ' οἷόν τινά φασι βίην ἡρακληείην
Εἶναι ἐμὸν πατέρα θρασυμέμνονα, θυμολέοντα,
Ὅς ποτε δεῦρ' ἐλθὼν ἕνεχ' ἵππων λαομέδοντος
Ἓξ οἴης σὺν νηυσὶ καὶ ἀνδράσι παυροτέροισι
Ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυιάς.

Quorum versuum meminit Strabo libro XIII. Vide etiam Plutarchum ἑλληνικοῖς.

2 Τὸν ἡ παλίμφρων γοργὰς) Iuno antea Herculi maxime infesta, postea generum adscivit. Hoc innuit Ovid. Trist. lib. III. eleg. V.

Neve hominum referam flexas ad mitius iras,
Iunonis gener est, qui prius hostis erat.

3 Αὖθις δὲ κίρκοι) Lydum, & Tyrrhenum intellige, qui quum sortem misissent uter patria excederet, coactus decedere Tyrrhenus, in Italiam adpulit, regionemque de suo nomine Tyrrheniam adpellavit. Velleius Paterculus lib. I. *Per haec tempora Lydus, & Tyrrhenus fratres quum regnarent in Lydia, sterilitate frugum compulsi sortiti sunt uter cum parte multitudinis patria decederet, sors Tyrrhenum contigit; pervectus in Italiam & loco, & incolis, & mari nobile, ac perpetuum nomen a se dedit*. Tacitus variat nonnihil Annal. lib. V. *Nam Tyrrhenum Lydumque Atye rege genitos, ob multitudinem divisisse gentem. Lydum patriis in terris resedisse; Tyrrheno datum novas ut conderet sedes, &c.* Videndi Dionysius Halicarnasseus, Strabo, Herodotus, Solinus, Festus, Servius libb. II. & VIII. Myrsilus de bello Pelasgico, & Sempronius de divisione Italiae, fictitium totum hoc esse contendunt. Sunt & qui Tyrrhenos indigenas faciant.

4 Καὶ σαλπίων) Alpes Italiae montes nobilissimi, quorum descriptionem [ut Geographos missos faciam] habes apud Herodianum lib. VIII. & Petron. Satyr. in prolixo carm.

5 Ὃς καταιβάτης μολὼν) Iupiter καταιβάτης idem cum eo, qui μόριος dicebatur. Apollodorus

	Τρίτος δ' ἄνακτος τοῦ δρυηκόπου γόνος [1]	At rege lignatore tertius satus,	
	Τὴν τευχοπλάστιν παρθένον Βραγχησίαν	Figulam recenter virginem Branchesiam	
	Παρακολίξας, βῶλον ἐμπεφυρμένην [2]	Glebam solutam flumine inducens sibi	
	Νασμοῖς ὀρέξαι τῷ κεχρημένῳ δάνος,	Terrestre egeno munus optanti dare,	
	Σφραγίδα δέλτῳ [3] δακτύλων ἐφαρμόσαι	Libro sigillum quod fuisset [a] conduli,	[a] anuli Fest.
[a] al. νάσεται.	Φθειρῶν ὀρέων [a] ςήσεται μοναρχίαν,	Montana Phthirum regna solus incolet,	
[b] al. κάρα δηώσας.	Τὸν πρωτόμισθον [b] καραδηώσας ςρατὸν [4],	Peditem retundens Cara mercenarium:	[b] meretrix.
[c] al. κασσωρίς.	Ο῎ταν κόρη [c] κασωρὶς εἰς ἐπείσιον	Petulca cum [b] nonaria [c] eugium terens	[c] οὐαια.
	Χλεύην ὑλακτήσασα κηκάσῃ γάμους	Nictabit olim nuptias, catulliens	
[d] al. κηλωτά.	Νυμφεῖα πρὸς [d] κηλωςὰ καρβανῶν τελεῖν.	Turpi suburrae barbarorum nubere.	
	Οἱ δ' αὖ τέταρτοι τῆς δυμαντείου σπορᾶς,	Quarti Dymantis sanguine a veterrimo,	
	Λακ-	Lac-	

dorus, citante Sophoclis interprete. Περὶ ἀκαδημίαν ἐςὶν ὅτε τοῦ καταιβάτου διὸς βωμὸς ὃν καὶ μόριον καλοῦσι, τῶν ἐκεῖ μορίων παρὰ τὸ τῆς ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρυμένων.

1 Ἄνακτος τοῦ δρυηκόπου γόνος) Codrum puta, qui sumta lignatoris [ut volunt Lycophron, & Polyaenus, ut Velleius, pastoris] veste pro patria mortem oppetiit intrepidus. Historia petenda ex Auctoribus citatis, Ioanne Tzetze Chil. I. Hist. IV. Servio ad eclogam IV. Cicerone Tuscul. I. Lactantio libro III. cap. XII. & Valer. Max. lib. V. capit. VI. Huius filius Neleus.

2 Βῶλον ἐμπεφυρμένην) Vide Herodotum Euterpe, qui, dum γῆν σημαντρίδα vocat, manifeste indicat cretam fuisse, qua ad obsignandas literas veteres usi. Servius ad AEn. VI. *Quod quum cives eius adgnovissent, sive invidia, sive miseratione commoti, ei epistolam miserunt, creta antiquo more signatam.* Maxime vero nobilis creta Asiatica. Cicero in Orat. pro L. Val. Flacco. *Haec quae est a nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica; quae fere est omnibus nota nobis, qua utuntur omnes non modo in publicis, sed etiam in privatis literis, quas quotidie videmus mitti a publicanis, saepe unicuique nostrum.*

3 Σφραγίδα δέλτῳ) Tabellis quondam, quarum hoc loco mentio, Graeci pariter, & Romani usi. Eustathius ad Dionysium. Δέλτοι κυρίως μὲν οἱ τόμοι ὅτοι τριγωνοειδεῖς ἐσχηματίζοντο ἐν τῷ πλύνεσθαι, καθὰ καὶ νῦν ποιοῦσί τινες. ὕςερον δὲ ἁπλῶς αἱ βίβλοι λέγονται, ἀπὸ τῆς παλαιᾶς χρήσεως. καθὰ καὶ πυξία, διὰ τὸ τοὺς παλαιοὺς ταῖς ἐκ πύξων πινακίσι τὰ γράμματα ἐντυποῦν. Hieronymus lib. I. epist. I. quae est ad Niciam. *Ante chartae aut membranarum usum, aut in dedolatis e ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuo epistolarum alloquia missitabant, unde & portitores earum tabellarios, & scriptores a libris horum librarios vocavere.* Festus. *Tabellis pro chartis utebantur, quibus ultro, citroque, sive privatim, sive publice opus erat, certiores absentes faciebant.* Symmachus lib. IV. cap. XXVIII. *Mallem scribere Aborigenum more dictionem salutis alternae ligno, aut corticibus.* Vide quae vir doctiss. Iust. Lipsius Instit. Epistol. cap. I. Cera autem oblinebantur istae tabulae. Agellius lib. XVII. *Pugillaria nova nondum etiam cera illita accepisse.* Polyaenus lib. II. Δημάρατος ἐπιςέλλων σπαρτιάταις, περὶ τῆς Ξέρξου ςρατείας εἰς πτύχα ἀκήρωτον τὴν ἐπιςολὴν γράψας ἐπεκήρωσεν, ἵνα ὡς ἄγραφος διὰ τῶν φυλάκων κομισθῇ, & apud Auctores passim. Signa autem imprimebantur cerae lino impositae, quo tabulae perforatae constringebantur, quod cum Iacobo Cuiacio doctiss. I. C. observavit olim eruditissimus iuvenis P. Colvius.

4 Τὸν πρωτόμισθον κάρα δηώσας ςρατὸν) Militum tam apud Graecos, quam Romanos duo erant genera: illi suo sumtu militabant, & *adsidui* dicebantur; illi publico, & *AErarii*, atque *Metelli* sunt nominati. Cares autem male audiisse, quod mercede conducti militarent, nemini ignotum. Vide Strabonem, Hesychium, Etymologici, & Proverbiorum Auctores. Turpe enim apud Athenienses habebatur mercede conductum quidpiam facere. Vlpianus ad Demosthenis Olynth. III. Ἡ μισθοφορὰ τοῖς ἀθηναίοις ἐφύβριςος. Hinc apud Polyaenum lib. I. Themistocles Nauclero. Κατερεῖν ἠπείλησεν ἀθηναίοις ὅτι χρήμασι πεισθεὶς αὐτὸν ἄγοι. Postea tamen id permissum a Pericle, ut est videre apud Vlpianum eumdem ad Orat. Demosthenis περὶ τῆς συντάξεως. Laudantur vero etiam Carum horum in rebus bellicis studia, quorum argumenta reliquerunt scutorum ansas, umbilicos, insignia, & cristas, quae omnia ipsi invenerunt. Strabo lib. XIV. Τοῦ δὲ περὶ τὰ ςρατιωτικὰ ζήλου τά τε ὄχανα ποιοῦνται τεκμήρια, καὶ τὰ ἐπίσημα, καὶ τοὺς λόφους. ἅπαντα μὲν γὰρ λέγεται Καρικά. Ἀνακρέων μέν γέ φησιν.

Διὰ δεῦτε Καρικὸν εὐεργέος ὀχάνου
Χεῖρα τιθέμεναι.

Emendo ex Homeri interprete, & Etymologicographo, Καριοεργέος ὀχάνου. Polyaenus libro VII. in Psammeticho. Ψαμμήτιχος δὲ Πήγρητα τὸν Κᾶρα συνόντα ἔχων, παρ' αὐτοῦ μαθὼν ὡς πρῶτοι Κᾶρες ἐπέθεντο τοῖς κράνεσι λόφους, &c. Homeri Scholiastes Iliad. Θ'. Κάνονάς (φησιν ὅμηρος) ῥάβδους αἷς ἐκράτουν τὰς ἀσπίδας. οὕτω γὰρ ἐχρῶντο τοῖς πόρπαξιν, νῦς ὄχανα ἐκάλουν. ὕςερον γὰρ οὗτοι ἐπενοήθησαν ὑπὸ Καρῶν. ὡς καὶ Ἀνακρέων φησὶ, Καριοεργέος ὀχάνου. Quae totidem verbis apud Etymolog. Auct. in Κάνων. Hinc λόφον Καρικὸν dixit Alcaeus.

Λόφον τε σείων Καρικόν.

Itaque propter haec sua inventa scutum parvum, & galeam cum mortuis sepelire soliti fuerunt. Thucydides ξυγγραφῆς lib. I. Δήλου καθαιρομένης ὑπὸ ἀθηναίων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ, καὶ τῶν θηκῶν ἀναιρεθεισῶν. ὅσοι ἦσαν τῶν τεθνεώτων ἐν τῇ νήσῳ, ὑπὲρ ἥμισυ Κᾶρες ἐφάνησαν, γνωσθέντες τῇ τε σκευῇ τῶν ὅπλων, ξυντεθαμμένοι καὶ τῷ τρόπῳ, ᾧ νῦν ἔτι θάπτουσι. Scholiastes eius. Οἱ Κᾶρες πρῶτοι εὗρον τοὺς ὀμφαλοὺς τῶν

Lacmoniique, tum Citynaei, & Codri:
Qui Thingrum habebunt, & cacumen Satnium.
Et marginalem pristini peninsulam
Empandae Educae plurimum invisi deae,
Patris virosae multiformis scraptiae,
Quotidiano quae libidinis lucro
Miseri lupinam patris explevit famem,
Extremam arantis terram Edonis hospitem.
Ast ultor acer Phryx necis sororiae
Rursus nutricem continentem diruet
Parici [a] opaci, iura sincerissima
Reddentis arte contumace [b] pluribus:
Lalisionis aurium qui appendices
Flaccas recidens, tempora ornabit sua.
Muscis timorem sanguisorbis adferens:
Cui cuncta Phlegrae terra capta serviet,
Thrambusiumque culmen, atque caeruli
Rupes Titonis, atque Sithonum plagae,
Palleniumque iugerum, quod corniger
Rumo saginat, lixa gentis accolae.
Multas vicissim concitabit lacrumas
Quirinus aut Gradivus, aut quem dixeris
Ligurrientem pota caede proelia.
Sed non quiescet sic parens Promethei,
Sed pro universis stirpis unum Persei
Mittet gigantem, cui via mare hospitum
Erit pedestri, & terra navigabitur
Tonsis secanti rura; tunc Feretriae
Domus Quirinae tota flagrans ignibus
Quum

[a] Iudicis. Fest.
[b] Mortuis.

Λακμώνιοί τε κ̀ κυτιναῖοι κόδροι 1.
Οἳ [a] θίγρον οἰκήσουσι, σάτνιόν τ' ὄρος,
Καὶ χερσόνησον τοῦ πάλαι ληκτηρίαν
Θεᾷ κυρίτᾳ πάμπαν ἐστυγημένου,
Τῆς παντομόρφου βασσάρας λαμπουρίδος 2
Τοκῆος, ἥτ' ἀλφαῖσι ταῖς καθ' ἡμέραν
Βουπέιναν ἀλθαίνεσκεν ἀκμαίαν πατρός
Ὀθνεῖα γατομοῦντος αἴθωνος πτερά 3.
Ὁ φρὺξ δ' ἀδελφῆς αἷμα τιμορούμενος
Πάλιν τιθηνὸν ἀντιπορθήσει χθόνα
Τοῦ νεκροτάγου τὰς ἀθωπεύτους δίκας
Φθιτοῖσι ῥητρεύοντος ἀστεργεῖ τρόπῳ.
Ὃς δή ποτ' ἀμφώδοντος ἐξ ἄκρων λοβῶν
Φθέρσας κύφελλα καλλυνεῖ παρωτίδας 4,
Δάπταις τιτύσκων αἱμοπώτησιν φόβον.
Τῷ πᾶσα φλέγρας αἶα δουλωθήσεται,
Θραμβουσία τε δειρὰς, ἥτ' ἐπάκτιος
Στόρθυγξ τίτωνος, αἵτε σιθόνων πλάκες,
Παλληνία τ' ἄρουρα, τὴν ὁ βούκερως
Βρύχων λιπαίνει γηγενῶν ὑπηρέτης,
Πολλῶν δ' ἐναλλὰξ πημάτων [b] ἀμείψεται
Κανδᾶος [c] ἢ μαμερτὸς. ἢ τί χρὴ καλεῖν
Τὸν αἱμοφύρτοις ἐστιώμενον μάχαις.
Οὐ [d] μὰν ὑπείξει γ' ἡ προμηθέως τοκάς,
Ἀλλ' ἀντὶ πάντων περσέως ἕνα σπορᾶς
Στελεῖ γίγαντα, τῷ θάλασσα μὲν βατὴ 5
Πεζῷ ποτ' ἔσται, γῆ δὲ ναυσθλωθήσεται
Ῥήσσοντι πηδοῖς χέρσον. οἱ δὲ λαφρίας
Οἶκοι μαμέρσας ἠθαλωμένοι φλογί
Σὺν

[a] al. θρίγγον, & θίβρις.
[b] al. ἀπάρξεται.
[c] al. κανδαίος.
[d] al. μήν.

τῶν ἀσπίδων, κ̀ τοὺς λόφους, τοῖς γὰρ ἀποθνήσκουσι συνέθαπτον ἀσπιδίσκιον μικρὸν, κ̀ λόφον, σημεῖον τῆς εὑρέσεως.

1 Κόδροι) Idest, stulti; ita nuncupati Athenienses. Hesychius. Κόδρους ἡμεῖς λέγομεν κρονικοὺς τινας τὸ ἀρχαῖον αὐτῶν ἐμφανίζοντας, ἀθηναίους, λαιδροὺς τῷ ἤθει. Nam ita emendo eum locum. Nominis istius caussa eorum ingens δυσβουλία, quam Neptunus, in contentione de Attica regione Minervae posthabitum se aegre ferens, immisisse fertur. Hanc innuens Demosthenes περὶ εἰρήνης, inquit: Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῷ βουλεύεσθαι, ὑμεῖς δὲ μετὰ τὰ πράγματα. Ad eam & ab Aristophane Vespis adlusum, cuius etiam Concionantes vide. Putabatur tamen, ut hoc addam, istam eorum δυσβουλίαν Minerva beneficii loco in εὐβουλίαν vertere.

2 Βασσάρας λαμπουρίδος) Sive βασσάραν, vulpem accipias, sive meretricem, parum refert. Si vulpem, eodem modo antea, ἀσκέρας εὐμαρίδας. Thracum autem lingua vulpes βασσάρα, sive βάσσαρις dicitur, ut docet vetus interpres Persii Sat. 1. Inde Bacchae *Bassarides*, quia vulpinis pellibus succingerentur. Apud Hesychium, ubi legitur, Βάσσαρις, ἀλώπηξ, κ̀ βασσάτη παρὰ κυρηναίοις. Emendabis, κ̀ βασσάρα. Subdit idem, Βασσάρεια τὰ ἀλωπέκεια οἱ λίβυες λέγουσιν.

3 Ὀθνεῖα γατομοῦντος αἴθωνος πτερὰ) AEthon est adpellatus Erysichthon propter nimiam illam ingluviem. AElianus ποικ. ἱστορ. lib. 1. ventres quosdam enumerans, καὶ ἐρυσίχθονα τὸν Μυρμιδόνος, ἔνθεν τοι καὶ κάνθων ἐκλήθη οὗτος. ubi omnino αἴθων legendum, quod postea doctissimo viro Hadriano Iunio etiam in mentem venisse cognovi.

4 Ὃς δὴ ποτ' ἀμφώδοντος ἐξ ἄκρων λοβῶν Φθέρσας κύφελλα καλλυνεῖ παρωτίδας) Lego,

Φθέρσας κύφελλ' ἀκαλλυνεῖ παρωτίδας.

Nam eo modo dehonestarentur aures. Mos vero erat veteribus, si quos propter flagitium captos ignominia adficere vellent, auriculas praesecare. Etymologici Auctor. Οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐν τινὶ ἀτοπήματι ἁλόντας ἐνυβρίζοντες τὰ ἄκρα τῶν ὤτων ἀπέτεμνον

5 Τῷ θάλασσα μὲν βατὴ) Xerxes contra Graecos ponte Hellespontum coniunxit, & Atho montem Thraciae maximum perfodit. Vide Plutarchum περὶ ἀοργησίας. Virgilius in Culice.

Non perfossus Athos, nec magno vincula Ponto
Iacta, meo quaerent iam sera volumine famam,
Non Hellèspontus pedibus pulsatus equorum,
Graecia quum timuit venientes undique Persas.

Iuvenalis Sat. x.

——— creditur olim
Velificatus Athos, & quidquid Graecia mendax
Audet in historia, constratum classibus iisdem
Suppositum ratibus solidum mare.

Zosimus lib. 1. Ἐζεύγνυτο μὲν ὁ ἑλλήσποντος, πάροδον διδοὺς τοῖς πεζῇ διαβαίνουσιν, ὠρύττετο δὲ ὁ ἄθως, ἅμα τῇ θαλάττῃ καὶ τὰς ναῦς ἐνδεχόμενος. AEschylus Persis.

Ὅστις ἑλλήσποντον ἱρὸν δοῦλον ὡς δεσμώμασιν
Ἤλπισε σχήσειν. ῥέοντα βόσπορον ῥόον θεοῦ
Καὶ πόρον μετερρύθμιζε, καὶ πέδαις σφυρηλάτοις

Περι-

Σὺν καλίνοισι τειχέων προβλήμασι 1,
Τὸν χρησμολέσχην αἰτιάσοντια βλάβης
Ψαίνυθα θεσπίζοντα πλούτωνος λάτριν.
Στρατῷ δ' ἀμίκτῳ 2, πᾶσα μὲν βρωθήσεται (γι-)
Φλοιῶτιν ἐκδύνουσα δίπλακα σκέπην
Καρποτρόφος δρῦς a, ἀγρία τ' ὀρειθαλής.
Ἅπας δ' ἀναύρων νασμὸς 3 αὐανθήσεται
Χανδὸν κελαινὴν δίψαν αἰονουμένων.
Κύφελλα δ' ἰῶν τηλόθεν ῥοιζουμένων
Ὑπὲρ κάρα στήσουσι, κίμμερός θ' ὅπως
Σκιὰ καλύψει πέῤῥαν 4 ἀμβλύνων σέλας.
Λοκρὸν δ' ὁποῖα παῦρον ἀνθήσας ῥόδον 5,
Καὶ πάντα φλέξας ὥστε κάγκανον στάχυν,
Αὖθις b παλιμπλώτοιο γεύσεται φυγῆς, (b al. αὖθις.)
Μόσυνα φηγότευκτον 6, ὡς λυκοψίαν
Κόρη κνεφαίαν ἄγχι παμφαλώμενος,
Χαλκηλάτῳ κνώδοντι δειματουμένη.
Πολλοὶ δ' ἀγῶνες καὶ φόνοι μεταίχμιοι
Λύσουσιν ἀνδρῶν, οἱ μὲν ἐν γαίᾳ πάλας
Δειναῖσιν ἀρχαῖς ἀμφιδηριωμένων,
Οἱ δ' ἐν μεταφρένοισι βουστρόφοις χθονὸς,
Ἕως ἂν αἴθων εὐνάσῃ βαρὺν κλόνον,
Ἀπ' αἰακοῦ τε κἀπὸ δαρδάνου γεγώς
Θεσπρωτὸς ἄμφω καὶ c χαραδραῖος λέων, (c al. χαλανδραῖος, & χαλατραῖος.)
Πρηνῆ θ' ὁμαίμων πάντα κυπτάσας δόμον,
Ἀναγκάσει πλήξαντας d ἀργείων πρόμους, (d ἀστείων.)
Πόν-

Quum moeniorum ligneo a proceſtrio, (a ambula- cro. Fecit.)
Faunum vocabit peius autorem, augurem
Mendaciorum, Februique antiſtitem.
Crudaeque genti cuncta mandetur ſimul
Deglubta duplici delibrato cortice
Manſueta nutrix fructuum, atque arbos fera:
Exhaurietur omnis unda fluminum
Sitis calores affatim extinguentium:
Nubes ſagittis eminus ſtridentibus
Super caput crebreſcet, utque Cimmerae
Obnubet umbrae ſqualor obſcurans iubar.
Qualis Locrenſis non diu vivax roſa,
Et cuncta vaſtans velut aprica ſtramina,
Rurſus feretur in pedes reciprocus,
Natantis alni caudicem, ut crepuſculum
Puella ferum, mobili viſu legens,
Aheneo latronis enſe territa.
Multi labores, multa belli funera
Erunt virorum, nunc gravis certamina
Ob ſceptra regni fortiter certantium,
Nunc exaratis in boum novalibus:
Dum crudus heros ſopiat bellum grave
Ab AEaco atque Dardano ducens genus,
Theſprotus utrumque & Chaladraeus leo:
Omnem & ſupinans fratris everſam domum,
Formidoloſos coget Argivos duces
Ter-

Περιβαλὼν πολλὴν κέλευθον ἤνυσεν πολλῷ στρατῷ
Θνητὸς ὢν, θεῶν δὲ πάντων ᾤητ' οὐκ εὐβουλίᾳ,
Καὶ ποσειδῶνος κρατήσειν. ———

Ennius Annal. lib. XIII.

Pontibus inſtratis coniunxit littora Xerxes. Arnobius lib. I. *Vt ille immanis Xerxes mare terris immitteret, & greſſibus maria tranſiret, noſtri nominis effectum eſt iniuria?* Agathias lib. IV. Οὐδὲ εἰ Κῦρον εἴποι τὶς τὸν Καμβύσου, οὐδὲ Δαρεῖον Ὑστάσπεω, οὐδὲ μὴν Ξέρξην ἐκεῖνον τὸν ἱππήλατον μὲν δεικνύντα τὴν θάλατταν, ἔν δὲ τοῖς ὄρεσι ναυτιλλόμενον. Iſocrates in Panegyrico ſtudio memoriae aeternae reliquendae facta haec memorat. Βουληθεὶς δὲ [Ξέρξης] τοιοῦτο μνημεῖον καταλιπεῖν, ὃ μὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεώς ἐστιν, οὐ πρότερον ἐπαύσατο, πρὶν ἐξεῦρε καὶ συνηνάγκασε, ὃ πάντες θρυλλοῦσιν, ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δὲ ἄθω διορύξας. Vide etiam Ioannes Tzetz. Chiliad. I. Hiſtor. XXXII.

1 Σὺν καλίνοισι τειχέων προβλήμασι) Oraculum de ligneis muris faciendis ab Apolline Athenienſibus redditum notum nimis. Syneſius, ut putatur, περὶ ἐνυπνίων [ut alios mittam] Καὶ Λοξίας ἐκεῖθεν ὁ πυθοῖ χρησμωδὸς, ὅτι τὸ ξύλινον τεῖχος ὃ τοῖς ἀθηναίοις ὁ θεὸς ἐδίδου σωτήριον, μάτην ἂν ἤκουσεν ἐκκλησιάζων ὁ δῆμος, εἰ μὴ θεμιστοκλῆς ἀνέγνω τοῦ χρησμοῦ τὴν διάνοιαν.

2 Στρατῷ δ' ἀμίκτῳ) Plutarchus παραλλήλοις quingentis myriadibus in Graeciam Xerxem veniſſe auctor eſt, Iſocrates in Panathenaico 500000. in Panegyrico vero ſic ait: Μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης τῆς ὕστερον στρατείας ἣν αὐτὸς ξέρξης ἤγαγεν, ἐκλιπὼν μὲν τὰ βασίλεια, στρατηγὸς δέ καταστῆναι τολμήσας, ἅπαντάς τε τοὺς ἐκ τῆς ἀσίας συναγείρας. περὶ οὗ τις οὐχ ὑπερβολὰς προθυμηθεὶς εἰπεῖν, ἐλάττω τῶν ὑπαρχόντων εἴρηκεν.

3 Ἅπας δ' ἀναύρων νασμὸς) Iuvenalis Sat. X.

——— *credimus altos*
Defeciſſe amnes, epotaque flumina Medo
Prandente. ———

4 Σκιὰ καλύψει πέῤῥαν) Lego cum Cantero πέτρον, nam eo vocabulo ſol apud Graecos aliquando ex Anaxagorae ſententia deſignatur; apud Callimachum, citante Sophoclis interprete ad Οἰδ. ἐπὶ Κολ,

Εἴδεος ἀμφὶ δὲ οἱ κεφαλῇ νέον αἱμονίηθεν
Μεμβλωκὸς. πίλημά τι πέτρου ἄλκῳ ἔκειτο.

Et apud Euripidem in Oreſte.

Ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας,
Διὸς πεφυκὼς ὡς λέγουσι τάνταλος,
Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον,
Ἀέρι ποτᾶται, καὶ τίνει ταύτην δίκην.

Vide Pindari Scholiaſten Olympionic. Ode I. Ait vero telorum multitudinem Solis radios obſcuraturam. Similiter Ennodius in Panegyrico. *Si caelum lancearum imber obtegeret, qui fortius telum iecerit, non latebit.*

5 Λοκρὸν δ' ὁποῖα παῦρον ἀνθήσας ῥόδον) De roſa locrenſi vide Iul. Pollucem lib. V. capit. XVI. quem emendabis ſcribendo καθὰ τὸ λοκρὸν, non κατά. Ad Xerxem devictum, quod adtinet, eius ſella argentea, in qua pugnam navalem ſpectaverat, multo poſt tempore adſervabatur, fuitque αἰχμάλωτος adpellata. Harpocration. Ἀργυρόπους δίφρος, ὁ ξέρξου, ὃς αἰχμάλωτος ἐπεκαλεῖτο, ἐφ' οὗ καθεζόμενος ἐθεώρει τὴν ναυμαχίαν. ἀνέκειτο δὲ εἰς τὸν παρθενῶνα τῆς ἀθηνᾶς.

6 Μόσυνα φηγότευκτον) Antiquitus etiam turres in bellicis navibus exſtruebantur ligneae, quae *Falae* a veteribus Latinis dictae. Iul. Pollux lib. I. cap. IX. Ἐὰν δὲ ᾖ κατάφρακτον τὸ πλοῖον, ἐπιναυπηγοῦνται πυργοῦχοι, καὶ ἐπ' αὐτῶν πυργίδια δύο, δεξιὸν καὶ εὐώνυμον, ὧν μέσον τὸ κατάστρωμα. Forte propter has Ennio, & Virgilio *naves celſae* dicuntur.

Ditis Chaladrae saevum adulari lupum,
Et sceptra prisci principatus tradere.
Cui sexta iam post saecla cognatus meus
Manus feroces conserens quinquertio,
Terraeque aquaeque non recusans sagmina,
Inter sodales tum cluet veterrimus,
Parras duello primitu exuvias ferens.
Quid misera longum tempus in surdas petras,
Surdas procellas, irritas cautes loquor,
Sonos inanes oris incassum ciens:
Nostram abrogavit Nuptus antiquas fidem,
Rumore vano veriverbium illinens,
Mentemque certae dictionis augurem,
Passus repulsam quorum amabat adsequi.
Veram esse faciet: & malo edoctus suo
Quis, quod iuvandi patriam nulla est via,
Carmentam abunde hirundinem laudaverit,
Tantum loquuta est, & reciproco pede
Recta petebat carcer, atque in pectore
Sirenis expiravit ultimos modos
Clari sacerdos, atque Nesus filiae
Augur satelles, quale Picatum loquax

Σᾶιναι [a] χαράδρης τὸν ϛρατηλάτην λύκον,
Καὶ σκῆπτρ' ὀρέξαι τῆς πάλαι μοναρχίας.
Ὧ δὴ μεθ' ἕκτην γένναν αὐθαίμων ἐμὸς
Εἷς τις παλαιϛὴς συμβαλὼν ἀλκὴν δορὸς
Πόντου τε καὶ γῆς, κεἰς διαλλαγὰς μολών.
Πρέσβιϛος ἐν φίλοισιν ὑμνηθήσεται,
Σκύλων ἀπαρχὰς τὰς δορυκτήτους λαβών.
Τὶ μακρά τλήμων εἰς ἀνηκόους πέτρας,
Εἰς κῦμα κωφὸν 1, εἰς νάπας δυσπλήτιδας
Βάζω, κενὸν ψάλλουσα μάϛακος κρότον,
Πίϛιν [b] λόγων γὰρ λεψιεὺς ἐνόσφισε,
Ψευδηρίοις φήμαισιν ἐγχρίσας ἔπη,
Καὶ θεσφάτων πρόμαντιν ἀψευδῆ φρόνιν,
Λέκτρων ϛερηθεὶς, ὧν ἐκάλχαινεν τυχεῖν.
Θήσει δ' ἀληθῆ, σὺν κακῷ δέ τις μαθὼν,
Ὅτ' οὐδὲν [c] ἔϛαι μῆχος ὠφελεῖν πάτραν,
Τὴν φοιβόληπτον αἰνέσει χελιδόνα 2,
Τόσ' [d] ἠγόρευσε 3, καὶ παλίσσυτος ποσὶν
Ἔβαινεν εἱρκτῆς ἐντός. ἐν δὲ καρδίᾳ
Σειρῆνος [e] ἐξένευξε λοίσθιον μέλος 4,
Κλάρου μιμαλλῶν 5, ἢ μελαγκραίρας κόπις 6,
Νησοῦς θυγατρὸς 7, ἤ τι [f] φίκειον τέρας 8,
Ἐλι-

[a] al. χαλλάδρης
[b] al. γὰρ ὁ μῶν
[c] al. ἐϛι
[d] al. τόσσ'
[e] al. ἐϛάλαξε
[f] al. σφίκειον

1 Εἰς κῦμα κωφὸν) Homerum imitatus Lycophron. Sic Petronius *mutum littus* dixit.

2 Τὴν φοιβόληπτον αἰνέσει χελιδόνα) Idest, laudabit me antea, ut garrulam contemtam. Observandum quoque, quod Cassandram per convitium χελιδόνα vocet, ita enim olim omnes Barbari vocabantur propter incompositam garrulitatem. Hesychius. Τοὺς βαρβάρους χελιδόσιν ἀπεικάζουσι διὰ τὴν ἀσύνθετον λαλιάν. Inde & AEschylus τὸ βαρβαρίζειν, χελιδονίζειν dicit, & Ion Poeta vetus in Omphale Barbaros χελιδόνας nuncupat. Vide Scholiast. Aristophanis Avibus. Huc pertinet Proverbium χελιδόνων μουσεῖον.

3 Τόσ' ἠγόρευσε) Usitatissima clausula in fine Orationum tam Graecarum, quam Latinarum. Asconius Verrina II. *Moris veterum fuit, quum satis visum esset fluxisse verborum, hanc sibi necessitatem finiendae orationis imponere, ut dicerent ad ultimum, dixi.* Vide Donatum ad Hecyram, & Phormionem Terentianas. Plato Λάχητι. καὶ δι' ἃ δοκεῖ εἴρηκα. Sophocles ἠλέκτρᾳ,

Εἴρηκα μὲν νῦν ταῦτα.

4 Σειρῆνος ἐξένευξε λοίσθιον μέλος) Quid sit σειρῆνος μέλος docere poterit Aristaenetus libro I. epist. I. de Laide. Ἡνίκα δὲ φθέγγεται, βαβαὶ, ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ σειρῆνες; ὅσον ἡ γλῶττα ϛωμύληθρος; & lib. II. Νὴ τὰς μούσας, εὐϛόμους ᾖδον, ἴσα καὶ σειρῆνος γλυκεῖαν ἀφιέντες φωνήν. AElianus ποικ. ἱϛορ. lib. XII. de Aspasia. Φώνημα δὲ εἶχεν ἡδὺ, καὶ ἁπαλὸν, εἶπεν ἄν τις λαλούσης αὐτῆς ἀκούειν σειρῆνος. Philostratus lib. I. de Vita Sophistarum in Isocrate. Ἡ δὲ σειρὴν ἡ ἐφεϛηκυῖα τῷ ἰσοκράτους τοῦ σοφιϛοῦ σήματι, ἐφέϛηκε δὲ οἷον ᾄδουσα. πειθὼ κατηγορεῖ τοῦ ἀνδρὸς ἣν συνεβάλετο ῥητορικοῖς μόνος (lego νόμοις) καὶ ἤθεσι. Agathias,

——σὺ δέ μοι καὶ τὸ λάλημα φέρεις
Κεῖνο τὸ σειρήνων γλυκερώτερον.——

Petronius, *Tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis sonus pertentatum mulcebat aera, ut putares inter auras canere Sirenum concordiam.* Synesius epist. CXXXIX. Ἐμέ γε τοι καὶ παρὼν μὲν ἥρεις τῇ γλυκείᾳ σειρῆνι τῶν λόγων.

5 Κλάρου μιμαλλῶν) Quae sint μιμαλλόνες, vel pueri sciunt. Apud Macedones μιμαλλόνες dictae postea, quae ante κλώδωνες, virgines quae Argaeo regi cum Galauro bellum gerente suppetias tulerunt sumto habitu virili, thyrsisque pro hastis utentes. Polyaenus lib. IV. Ἀργαῖος ἀμαχεὶ κρατήσας, ἱερὸν ἱδρύεται Διονύσῳ ψευδάνορι. καὶ τὰς παρθένους ἃς πάλαι κλώδωνας ἔκληζον οἱ μακεδόνες, αὐτὸς κλήζειν ἔλεξε, διὰ τὴν μίμησιν τῶν ἀνδρῶν, μιμαλλόνας. Vide etiam Etymologicographum.

6 Ἡ μελαγκραίρας κόπις) Lego, μελαγχραίνας κ. Aristoteles lib. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. ita ait; Ἐν τῇ Κύμῃ τῇ περὶ τὴν Ἰταλίαν δείκνυταί τις, ὡς ἔοικε, θάλαμος κατάγειος Σιβύλλης τῆς χρησμολόγου, ἣν πολυχρονιωτάτην γενομένην παρθένον διαμεῖναί φασιν, οὖσαν μὲν ἐρυθραίαν, ὑπό τινων δὲ τὴν Ἰταλίαν κατοικούντων, Κυμαίαν, ὑπὸ δὲ τινῶν Μελάγχραιναν καλουμένην. Isidorus Orig. lib. VIII. cap VIII. de Sybillis loquens. *Septima Cumana nomine Melachraena, quae novem libros attulit Tarquinio Prisco.* Ita emendo: depravatissime hodie *Amalthea* legitur. Restitues hanc vocem quoque Lactantio de falsa Relig. lib. I. cap. VI. ubi idem mendum, quod in Isidoro. Sed receptui cano, aliter didici.

7 Νησοῦς θυγατρὸς) Sybilla Nesonis ex Dardano filia. Arrianus, Δάρδανος τὰς τοῦ τεύκρου βασιλέως θυγατέρας ἔγημε, Νησῶ τε καὶ Βάτειαν. καὶ ἐκ μέν τε νησοῦς ἦν αὐτῷ θυγάτηρ Σιβύλλα ἡ μάντις, ἀφ' ἧς καὶ ἄλλαι γυναῖκες ὅσαι ἐγένοντο μαντικαὶ σιβύλλαι ἐλέγοντο. Quem locum Theodoto Cantero viro doctissimo acceptum refero.

8 Ἤ τι φίκειον τέρας) Sphingem intelligit, quam Boeoti adpellant φίκα teste Palaephato. Hesiodi Scholiastes ad ἀσπίδα. Φίκιον ὄρος βοιωτίας. ὠνομάσθη δὲ ἐκ τῆς σφιγγὸς, ἣν φίκα ἐκάλουν οἱ βοιώτιοι. Et ad Theogon. Αὕτη δὲ (σφὶγξ) ἐϛὶ θυγάτηρ χιμαίρας καὶ τύφωνος, ἀπ' αὐτῆς

Ἑλικτὰ κωτίλλουσα δυσφράστως ἔπη.
Ἐγὼ δὲ λοξὸν ἦλθον ἀγγέλλων ἄναξ
Σοὶ τόνδε μῦθον παρθένου φοιβαστρίας.
Ἐπεί μ' ἔταξας φύλακα λαΐνου στέγης
Καὶ πάντα φράζειν κἀναπεμπάζειν λόγον
Ἐτητύμως ἄψορρον [a] ὀτρύνας τρόχιν.
Δαίμων δὲ φήμας [1] ἐς τὸ λῷον ἐκδραμεῖν
Τεύξειεν [2] ὅσπερ τῶν προκήδεται θρόνων,
Σώζων παλαιὰν Βεβρύκων παγκληρίαν.

[a] al. ὀτρυντὰς

Monstrum, involuta verba lime tinniens.
Ego implicatum nunciaturus tibi
Veni furentem virginis Fatriae sonum,
Quum sim locatus saxeae custos domus.
Narrare cuncta tum putare singula
Iussus, loquelae nuncius volubilis.
In melius autem Dius istaec omnia
Vortat, tuo qui tutor adsidet solo,
Priscam tuens possessionem Bebrycum.

αὐτῆς ἐκλήθη καὶ τὸ φίκιον ἔνθα διέτριβε. φίκα δὲ αὐτὴν οἱ βοιωτοὶ ἔλεγον. Festus. *Picati appellantur quidam, quorum pedes formati sunt in speciem sphingum, quod eas Dorii phicas vocant.*

A

[1] Δαίμων δὲ φήμας) Hoc loco δαίμων Lycophroni quod alias τὸ δαιμόνιον Graeci veteres dicebant, quo nomine maius quoddam numen intelligebant. Sic Pindarus Isthmion. Ode VI.

Σύν τε οἱ δαίμων φυτεύει
Δόξαν ἐπήρατον.

Theognis.

B

Χρήματα μὲν δαίμων καὶ παγκάκῳ ἀνδρὶ δίδωσιν.

& alii poetae saepe. Quum autem τὸ δαιμόνιον καὶ τὸ θεῖον dicerent, Deum supremum, divinitatemque mundi moderatricem intelligebant. Iul. Pollux lib. I. cap. I. Τῆς αὐτῆς χρείας τὸ θεῖον, καὶ τὸ δαιμόνιον.

[2] Εἰς τὸ λῷον ἐκδραμεῖν τεύξειε) Ex vetere formula, εἰς ἀγαθόν μοι. Duabus vero utebantur formulis ad amolienda infausta, & hac quam diximus, & illa, εἰς κεφαλήν σοι. Priore utitur hoc loco apud Lycophronem Cassandra. Moschus etiam idyllio II.

C

Ἀλλά μοι εἰς ἀγαθὸν θεοὶ κρίνειαν ὄνειρον.

Pacuvius apud Festum in *Veruncent*. *Dii monuerint meliora, atque amentiam averruncassent tuam*. Quae ita emendo

——— *Dii monerint*
Meliora, atque amentiam averruncassint tuam.

& frustra sunt qui aliter corrigunt. Virgilius latius usurpavit AEneid. tertio.

Dii prohibete minas, dii talem avertite pestem,
Et placidi servate pios. ———

D

De altera formula εἰς κεφαλήν σοι ita Aristophanis Scholiastes Acharn. Ἔλεγον οἱ ἀττικοὶ ἃ κατηγόρουν τινὸς, εἰς κεφαλὴν τρέποιτο, τοῦτο δὲ ἐπὶ κακῶν λέγοντες. Virgilius Georg. III.

Dii meliora piis, erroremque hostibus illum.

ubi complectitur utramque formulam. Moschus idyll. quarto.

Τοῖα φίλη μοι ὄνειρα διὰ φρένας ἐπτοίησαν
Παννυχίη, τὰ δὲ πάντα πρὸς εὐρυθεῖα τρέποιτο
Οἴκου ἀφ' ἡμετέροιο. ———

E

Apuleius Milesf. III. *Si quid adversi tuum caput respicit, id omne protinus meo luatur sanguine.*

Theocritus idyllio VI.

——— αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ Τήλεμος ἔχθρ' ἀγορεύων
Ἐχθρὰ φέροι ποτὶ οἶκον ὅπως τεκέεσσι φυλάξῃ.

Pedo in elegia ad Liviam.

Vrbs gemit, & vultum miserabilis induit unum,
Gentibus adversis forma sit illa precor.

Terentius Heautont. Act. V. Sc. III.

——— *ab obsecro te, istuc inimicis siet,*
Egone confitear meum non esse filium, qui sit meus?

Ὅσπερ σῶν προκήδεται) Locis, & regionibus omnibus Genios praeesse credebant, Graeci vocant ἐγχωρίους θεοὺς, δαίμονας, ἥρωας. Festus. *Genium esse putarunt uniuscuiusque loci.* Clemens Protrept. ἃ γὰρ οὖν δαίμονες λίχνοι τε καὶ μιαροὶ ἐσὶ μὲν ἐφευρεῖν καὶ ἀναφανδὸν οὕτω κατὰ πόλεις δαίμονας ἐπιχωρίους, τιμὴν ἐπιδρεπομένους. Servius Georg. lib. I. *Genium dicebant antiqui naturalem Deum uniuscuiusque loci.* Inde est apud Virgilium AEneid. V.

Incertus Geniumve loci famulumve parentis
Esse putet, ———

Quintilianus declamat. I. *Ipsi quoque servuli longius quiescunt, & praestatur grande secretum Genio loci.* Gratius.

Te primum, Vulcane, loci pacemque precamur
Incola sancte tuam. ———

Vbi *loci sanctus incola* non alius quam Genius loci. Calpurnius eclog. V.

——— *tu cespite vivo*
Pone focum, Geniumque loci, Faunumque, Laremque
Salso farre voca. ———

Phalaris in epistola quadam ad Himeraeos. Ταῖς θεαῖς αὐτὸν ἀφήκαμεν αἷς ἐσὶ κατάσχετος, καὶ ὅσοι ἔχουσι τὴν ἱμερίδα γῆν θεοί τε καὶ ἥρωες. Arnobius lib. I. *Prudentissimi vobis videntur, nec reprehensionis ullius qui Faunos, qui Fatuas, civitatumque Genios, qui Pausos reverentur, atque Bellonas.* Philostratus lib. I. de vita Sophist. in Dionysio. Καὶ πάλιν αὐτομολησάσης πρὸς βαρβάρους βοιωτίας συνάξατε οἱ κατὰ γῆς ἥρωες. Tertullianus lib. de Pallio. *Certe, si quis loci Genius, ingemebat.* Hesiodus libro I. de Geniis loquens,

——— πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.

Petronius, *Nostra regio tam praesentibus plena est numinibus, ut facilius possis Deum quam hominem invenire.* Propterea quoque veteres quum ingrederentur primum aliquam regionem, aut postliminio in eam redirent, solebant eam religiose salutare, in honorem Genii, quem ei praeesse credebant. Probabile id multis auctorum testimoniis. AEschylus Agamemnone.

Πρῶτον μὲν ἄργος καὶ θεοὺς ἐγχωρίους
Δίκη προσειπεῖν τοὺς ἐμοὶ μεταιτίους
Νόσου. ———

Plautus Bacchidibus, Scen. *Herilis*, &c.

Herilis patria salve, quam ego biennio
Postquam hinc in Ephesum abii conspicio libens.

Scribo, *post quam h.* Ovidius Metamorph. lib. III.

Cadmus agit grates, peregrinaeque oscula terrae

Figit, & ignotos montes agrosque salutat.

Symmachus libro v. epist. LXXII. *Octavo demum die multa reluctatus itineris difficultate, larem patrium salutavi.* Philostratus Heroicis. Καταπλεύσαντες ἢ, καὶ τὴν γῆν ἀσπασάμενοι, βαδίζουσιν ἐπὶ τὸ ἱερὸν, καὶ προσευξόμενοι τῷ ἀχιλλεῖ καὶ θύσοντες. Neque solum salutabant, sed & sacrificabant. Apollonii Scholiastes extremo II. Τοὺς ἐπιδημοῦντας ἔθος ἦν ἐν ἀλλοδαπῇ θύειν τοῖς ἐγχωρίοις θεοῖς καὶ ἥρωσι. Codinus. Ἐπεὶ οὖν κατὰ τὴν εἱμαρμένην ἀφίκοντο, καὶ θυσίαν ἐξιλάσκοντο δαίμοσι, κόραξ &c. Etiam qui in aliam regionem discessuri sacrificabant, atque id adpellabant θύειν τὰ ἀποβατήρια. Stephanus in Βυθρωτὸς. Μυθεύονται ἑλένῳ ἐκ Τροίας πλέοντι εἰς ἑσπερίαν (ita scribo, non ἑσπέραν) θύσαντι ἀποβατήρια ἐν ἠπείρῳ, τὸ θῦμα ἢ βοῦς ἀποδράσασα ἐκ τοῦ βουπλῆγος, ᾤχετο φεύγουσα διὰ τοῦ μεταξὺ πόντου εἰς τὸν κόλπον, &c. Etiam VALE dicebant. Ovid. Metamorph. libro XIII.

Troia, vale, rapimur, clamant, dant oscula terrae

Troades. ——

Theophylactus Simocatus in epistola quadam. Ἐπὶ τὴν αἴτνην τὸ Σικελικὸν ὄρος ἀπαίρομεν, ἀπόντες χαίρειν τῇ ἀττικῇ. Atque haec omnia fiebant in honorem Genii locorum praeundis, qui anguis forma colebatur. Isidorus Orig. lib. XII. cap. IV. *Angues autem apud veteres pro Geniis lucorum* (lego *locorum*) *erant habiti semper*. Hinc Persio lux.

Pinge duos angues pueri sacer est locus. — Servius AEneid. v. *Nullus enim locus sine Genio est, qui per anguem plerumque ostenditur.* Ad hos Genios pertinet etiam quod Pythagorici aliis alios locis fortunatiores putabant, prout cuiusque hominis Genius cuiusque loci Genio conveniret Atque ista de loci Genio, in quo omine desino.

Haec habebam, Lector, ad poema tam obscurum, in quo necdum omnia investigasse me fateor, qui enim potui hac aetate? Verum quae nondum satis clara, ea altera editione, annuat Deus, illustrabo. Interim his utere, fruere. Vale, atque gere animum quem debes, & quem ego erga te, id est, candidum, & benevolum. Parthenium alias dabo, statueram nunc quidem, sed mutavi sententiam.

F I N I S: